

# P. TERENTII AFRI POETAE LEPIDISSIMI, COMOEDIAE,

ANDRIA,
EVNVCHVS,
HEAVTONTIMORVMENOS,
ADELPHI,
HECYRA,
PHORMIO,

*Ex emendatiſſimis ac fide digniſſimis codicibus ſumma diligentia caſtigatæ, Verſibus in ſuas dimenſiones reſtitutis, ac varijs lectionibus in margine appoſitis.*

Elenchum interpretum, qui in has Comœdias doctè ſimul & eruditè ſcripſerunt, proxima ſubinde pagina demonſtrabit.

*Quid vltra ſuperiores omneis editiones, huic noſtræ debeant cupidi* Terentianarum *Comœdiarum lectores, auerſa pagina indicabit.*

Omnium quæ in his interpretum commentariis explicantur, Index locupletiſſimus.

Hic liber est Conventus ... ordinis Eremitarum Sancti Augustini 1643

C 1471

BIBLIOTHÈQUE CHATEAUROUX VILLE DE

PARISIIS,
Apud Ioannem de Roigny, in via Iacobæa, ſub inſigni quatuor Elementorum.

1552.

Cum priuilegio Regis.

# ELENCHVS INTERPRETVM QVI accuratè & eruditè in has Comœdias ſcripſerunt.

*Philippi Melanchthonis in ſingulas fabulas planiſſima argumenta.*

*D.Eraſmi Roterodami Annotationes in genera carminum, & idiomata perſonarum, quæ ſparſa ſunt per omnes Comœdias.*

*Antonij Goueani Epiſtola, ad Guillelmum Bellaium Langeum Taurini Proregem, de caſtigatione harum Comœdiarum. Eiuſdem de verſibus Terentianis, necnon de ludis Megalenſibus, ac quædam perpulchræ Annotationes.*

*Iulij Cæſaris Scaligeri liber de Comicis dimenſionibus.*

*L.Victoris Fauſti de Comœdia libellus.*

*P.Bembi caſtigationes in aliquot loca Terentij.*

*Aelij Donati, aliorúmque veterum Grammaticorum in eaſdem, qui extant Commentarij, ex optimo codice accuratiſſimè emendati.*

*Ioannis Calphurnij Brixienſis in Heautontimorumenon doctiſſima interpretatio.*

*Adriani Barlandi viri eruditiſſ. Rhetoris inclytæ Academiæ Louanienſis Commentarij iam denuo in lucem dati: in quibus & artificium oſtenditur Oratorium, & multi difficiles Poëtæ nodi explicantur, quos interpretes alij intactos reliquerant.*

*Barptolemei Latomi in ſingulas Scenas Argumenta, Ordo & diſtinctio partium fabulæ, vocum quarundam & locorum difficilium explicatio, Loci Argumentationum & amplificationum principales, Schemata paſſim & ornamenta orationis.*

*Petri Marſi abſoluta Commentaria in omnes fabulas, quorum hactenus fragmentum in tres priores tantùm extitit.*

*Ioannis Riuij Attendorienſis caſtigationes ex plurimis Terentij locis, adiecta quorundam obiter explicatione. Eiuſdem in Andriam pulcherrimæ Annotationes, quæ maximè ad hominum mores facere videntur.*

*Stephani Doleti Obſeruationes Latini ſermonis in Andriam & Eunuchum.*

*Henrichi Loriti Glareani Heluetij, de metris Comicis, & in carmina Terentij per omnes eius Comœdias iudicium.*

*Ioannis Theodorici Bellouaci Spicilegium.*

*Iodoci Vvillichij Reſelliani in omnes Terentij fabulas compendioſa Commentaria.*

# PRIVILEGE DV ROY.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, a noz amez & feaulx Conſeillers tenans noſtre court de parlement à Paris, Thoulouſe, Bordeaulx, Rouen, Diion, Prouence & Grenoble, Preuoſt de Paris, Seneſchal de Lyon, Thoulouſe, Prouence, ou leurs Lieutenans, & a tous noz autres iuſticiers, & a chaſcun d'eulx endroict ſoy, & ſi comme a luy appartiendra, ſalut & dilection. Receu auons l'humble ſupplication de noſtre cher & bien amé Iehan de Roigny, Libraire iuré en l'vniuerſité de Paris, contenant que long temps a il eſt apres à faire corriger toutes les Comedies de Terence, auec tous les bons & doctes Commentaires, Annotations, Caſtigations, & Obſeruations que iuſques a huy il a peu recouurer: & oultre ce, y a adiouſté le *Spicilegium Ioannis Theodorici Bellouaci, in omnes Terentij Comœdias, nunquam hactenus excuſum:* Enſemble a faict tailler tout expres pluſieurs figures à ce commodes & vtiles: & d'abondant a faict faire vne Table treſample & treſneceſſaire, & le tout a faict diligemment voir, viſiter & corriger par ledict Ioannes Theodoricus Bellouacus, le tout tresbon & treſneceſſaire a tous bons eſtudians: lequel Terence auec leſdictz Commentaires, Annotations, Caſtigations, & Obſeruations, Table & Figures. Ledict Iehan de Roigny feroit voluntiers imprimer, s'il nous plaiſoit luy permettre: Mais il doubte que apres qu'il auroit imprimé ledict liure auec ſi grands fraiz qu'il luy conuiendroit faire, incontinent apres ſondict liure acheué, autres Imprimeurs ou Libraires le voulſiſſent imprimer ou faire imprimer ſur ſa copie & correction, & iceluy vendre & diſtribuer, qui ſeroit a ſon treſgrand dommage & perte, ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu de remede conuenable humblement requerant iceluy. Pourquoy nous ces choſes conſiderées, deſirans l'augmentation & fruict des bonnes lettres, inclinans a la ſupplication & requeſte dudict de Roigny, a iceluy auons permis & octroyé, permettons & octroyons par ces preſentes, qu'il puiſſe & luy loyſe faire imprimer & vendre toutes fois que bon luy ſemblera, ledict liure cy deſſus nommé, & par tant de fois qu'il pourra, ſans ce que nulz autres Imprimeurs, Libraires, ny autres de quelque eſtat qu'ilz ſoyent, durant le temps & terme de dix ans expirez, a compter du iour & date de l'impreſſion faicte dudict liure, ne le puiſſent imprimer ne vendre ſur la copie & correction imprimée dudict de Roigny, ſoit par Comedies a part, ou le tout enſemble, en quelque maniere que ce ſoit, a ſon preiudice & dommage: Et ce ſur peine de perdition des liures qu'ilz auroient imprimez & venduz, & d'amende arbitraire, le tout a nous applicquer, & des dommages & intereſtz dudict de Roigny. Si vous mandons & commettons par ces preſentes, & chaſcun endroict ſoy, ſi comme a luy appartiendra, que de noz preſens, grace, permiſsion & octroy, vous faictes ſouffrir & laiſſez iouyr ledict de Roigny plainement & paiſiblemēt, en faiſant ou faiſant faire inhibitions & defenſes de par nous a tous marchãds, Imprimeurs, Libraires, & autres quelzconques, ſur grandes peines a nous applicquer, & de perdition des liures, & de tout ce qu'ilz y mettront, de non imprimer ou faire imprimer, ne expoſer en vente ledict liure cy deſſus nommé, durant ledict temps de dix ans, ſans l'expres vouloir & conſentement dudict de Roigny, car tel eſt noſtre plaiſir. Donné a Paris le xxvi. iour de Septembre, L'an de grace mil cinq cens cinquante & vn, & de noſtre regne le cinquieſme.

*Par le Roy, l'Archeueſque de Tours, Maiſtre des requeſtes ordinaire de l'hoſtel preſent.*

**I. L'alemant.**

## VOLCATII SEDIGITI DE *Comicis Latinis Iambi.*

*Apud Gellium lib. 15. Cap. 24.*

MVltos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poëtæ Comico cui deferant.
Eum, iudice me, errorem diſſoluam tibi:
Vt contrà ſiquis ſentiat, nihil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatuo de Comico.
Plautus ſecundus facilè exuperat cæteros.
Dein Næuius qui feruet, pretio in tertio eſt.
Siquid quarto detur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Attilium.
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco eſſe facilè facio * Luſcium.
Addo decimum, antiquitatis cauſa, Ennium.

** Lucetium*

## STEPHANI DOLETI IVDIcium de comparatione Terentij, & Plauti.

GRæcos poëtas Comicos mitto libens:
De Latinis quid ſentiam, iam iam eloquar.
Plautum Terentio qui obſtinatè præferunt,
Grauiter mihi videntur errare. Siquidem
Nemo negat Plauto ſermonis Latij
Proprietatem ſupremam. Sed nec ea deeſt
Terentio, vel maior. Atque præterea
Seruile Plauti ingenium, & plebeium nimis,
Terentius liberali ſtylo, & extra ſales
Vulgares poſito non vulgariter ſuperat.
In hoc, Latinæ Muſæ, parcite Sedigito,
Qui principi Latinæ Comœdiæ abſtulit
Meritam hercle laudem, ſi Comico cuiquã alii.

# ARGVMENTA PHILIPPI MELANCHTHONIS IN PVBLII TERENTII COMOEDIAS.

## IN ANDRIAM.

*Terentij cōmēdatio.*

NVLLVS *eſt omnino ſcriptor in Latina lingua, quem tantopere cognoſci, ediſcíque retulerit, atq; Terentiū. Nam cùm prima virtus in oratione ſit propriè loqui, nec proprij ſermonis artificē meliorē Terētio habeamus, dignus planè eſt, in quo perdiſcendo plurimum operæ ac ſtudij ponamus. Et ab iis qui docēt pueros, ſuperſtitioſam etiam diligentiā in hoc authore enarrando requiro. Primùm prodeſt monere, quæ comœdiæ natura ſit, quídve ſpectarint comœdiarum authores: nomen vnde factum ſit. Atque hæc quidem Donatus copioſè expoſuit. Conuenit autem inter omnes, authores comœdiarum voluiſſe & communium*

*Comœdiarum authores quid potiſſimùm ſpectarint.*

*morum & caſuum exempla proponere: quibus velut admoniti, prudentius iudicemus de rebus humanis, & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt profeſſores eò diligentius, vt ſciant pueri, quid ex illis petere debeant, quem fructum facturi ſint legēdis Comœdiis. Nam quò propius cognorint & vim literarum, & vtilitatem, eò impenſius iuuat diſcere. Porrò nomen comœdia, factum eſt, vt plu-*

*Comœdia vnde dicta.*

*rimi dicunt,* ἀπὸ τοῦ κώμου, *id eſt, à comeſſatione, &* ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, *id eſt, à carmine: vt ſit conuiuiale carmen. Nam in conuiuiis primùm iocoſo quodam carmine, ciuium vitia iuuentus liberiùs taxabat. Poſtea, ars acceſſit, & theatrorum conſuetudo. Ariſtoteles* περὶ ποιητικῆς, *de nominis origine aliter ſentit, nec piget adſcribere eius verba:* ὡς κωμῳδοὺς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κτ' κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεος. *Cætera Donatus. In recenſendis argumentis fabularum, conſilium Poëtæ ſumma cura exponendum eſt. Quarum perſonarum deſcriptiones in primis admirationem mereantur, in quibus locis plurimùm commoretur Poëta, vbi plurimum neruorum, plurimum eloquentiæ oſtentet: quos locos ita commendent pueris, vt & familiariter ament, & tanquam digitos ſuos norint. Et ob hanc cauſam fabularum omnium argumenta, veteri more, in* πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφήν,

*Comœdiæ partes.*

*partiantur, vt diſtributa faciliùs adſequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ continent periculum quoddam. nuſquam enim conſilio locus eſt, niſi in dubiis rebus. Neque verò aliud eſt Comœdia, niſi humanorum conſiliorum & euentuum imago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, vt Glycerio fidē promiſſam præſtet, poſtquam patri per errorem pollicitus eſt, futurum ſe in eius poteſtate, ac ducturum quam vellet. Eſtq; hæc veluti* στάσις *fabulæ. Conſilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referēda ſunt. Et tota fabula ſimilis eſt orationi generis ſuaſorij. Nam variè de tota cauſa conſultant ſenes, adoleſcentes, ac ſerui. Sed vt argumentū propius cernere queant pueri, ordine ſingulas partes referemus.*

### *Periculum protaſis.*

*Cùm amaret Pamphilus Glycerium, eíque fidem dediſſet ducturum ſe eſſe vxorem, pater, qui amare filiū comperérat conſilium capit abſtrahendi eius à Glycerio, ſimulat ſe vxorem daturum, poſcítque vt ne filius id recuſet. Is cùm & patrem vereretur, & Glycerium deſerere parum pium iudicaret, pendet animi, nec habet quò ſe vortat. Ibi Dauus intelligens ſimulari rem à patre, conſulit herili filio, vt polliceatur patri, ſe in eius poteſtate futurū, periculi nihil eſſe, quandoquidem ſimulentur nuptiæ. filius obſequitur, quanquam ægrè pollicetur patri ducturum ſe quam vellet.*

### *Epitaſis,*

*Interea ſpargitur de Pamphili nuptiis rumor, reſciſcunt & mulierculæ, quibus cum Glycerio conſuetudo erat. Et pater cum à filio quod voluerat extorſiſſet, non iam ſimulat rem, ſed ſeriam fabulam orditur. Chremetem orat, vt gnatam det vxorem filio ſuo. facilè impetrat. Hîc de Pamphilo actum fuit. maturare nuptias pater ſtudet, & filius pollicitus erat ſe in patris poteſtate futurum eſſe. Quæſo, quomodo ex his turbis ſe explicet? quid faciat Pamphilus? Hîc Dauus, cuius imprudentiâ periculum contractum erat, cùm dolus nō ſucceſſiſſet, Chremetem deterret à nuptiis, fidem faciens amari aliam à Pamphilo.*

### *Cataſtrophe.*

*At pater rem vrget: & proceſſiſſet, niſi caſus qui ſæpe plus valet quàm ratio, dubiis rebus opem attuliſſet. Venit quiſpiam Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiam eſſe, gratum omnibus nuntium. Nuptiæ ex ſententia Pamphili conficiuntur. Vide ex quanto periculo, caſu euaſerit Pāphilus.*

*Eſt autem in more Terentio, in prima ferè ſcena longa narratione commemorare occaſionem fabulæ: atque eas narrationes plurimì fecerunt veteres. Sic in Andria exponit Pamphili amores, & patris conſilium, quo is filium à Glycerio diuulſurus erat. In reliquis ſcenis pergit conſilium exequi. Sunt aſperſa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamenta. Eſt enim mirabiliter aucta, cōmemoratione morū, ſtudiorum, ſodalitij Pamphili, qua occaſione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primùm deprehenderit. Hæc accuratè expendet profeſſor, & velim hîc immodicè etiam anxium eſſe* καὶ πολυπραγμονεῖν *interpretem. Eſt enim modis omnibus efficiendum, vt mirentur, vt ament hunc authorem pueri. Id ita fiet, ſi rectiſsimè intellexerint.*

*Terentius pueris amādus.*

*Exigendum ab ipſis pueris, vt ſuo marte, argumenta fabularum condant, vt locos aliquos retexant, & pluribus exponant, & tanquam ceram refingant: quæ exercitatio, præterquàm quòd familiariorem hunc Poëtam facit, facundiam etiam alit. Finguntur hîc cordati ſenes, Dauus veterator, honeſta ac pia mente præditus adoleſcens Pamphilus. Verùm vt Pamphili ingenium rectiùs perſpici poſſet, & vt aliquanto plus in fabula turbæ eſſet, confertur cum eo Charinus Pamphili diſſimilimus. nihil moderatum in hoc, nihil conſilij: contrà in illo moderatiora omnia penè, quàm*

vel ætas poſcit, vel ſinit amor.

In primis mirentur eloquentiam Poëtæ in Pamphili querelis, in ſenis narrationibus, cōſultationibus, & obiurgationibus. Ab his exemplis & verba, & figuras Latini ſermonis, & dicendi rationem aſſueſcant petere adoleſcentes: felicius haud dubiè collocaturi operam, quàm ſi interea, velut formicæ Indicæ, aurum conueherent.

## IN EVNVCHVM.

COmœdiæ vt hominum vitam, caſus, conſilia imitetur, pericula continent, quòd & conſiliis, & fortunæ, in periculis maximè locus eſt. Itaque cum diſcutere periculum ratione contendant perſonæ, finguntur varia conſilia, in quibus alia fallūt, alia felicia ſunt. Sæpe plus caſus poteſt, quàm ratio. Dominatur ferè in rebus fortuna.

Superiori fabula propoſuit modeſti adoleſcentis exemplum: is de officio ſuo honeſtè conſultat. Hîc nulla ſunt honeſta exempla, nullum honeſtum conſilium. Nam meretricij amores deſcribuntur: vt hoc exemplo cernant iuuenes, tanquam in ſpeculo, amentiam huiuſmodi amatorum. Eſt autem duplex propemodum fabula. Propterea geminum argumentum recenſeo.

Primas Thraſo in hac fabula tenet. Ei cum pollicita eſſet Thais, facturā ſe ſui copiā dies aliquot, fallitur is tamē. eaq́; protaſis fabulæ eſt. Cū Thraſone confertur Phædria: niſi enim riualem haberet Thraſo, nihil periclitaretur in amore.

Epitaſis fabulæ eſt, cum minatur ille ſe oppugnaturum vi ædeis Thaidis.

Cataſtrophe ridicula eſt. Nam Thraſo iam fractus, precibus impetrat, vt aliqua ſaltē in parte apud Thaidem hereat: Porrò quia hæc fabula varia eſt, multúmq́; habet turbarum, caſu exoritur alius tumultus: vitiatur virgo, quam Thaidi miles donarat. Sed eſt læta eius quoque periculi cataſtrophe. Nam vxor datur hæc adoleſcenti qui eam compreſſerat.

Vt Thraſonē ridiculum amatorē fingeret, addit Gnatonē qui eius mores mirificè depingit, vt ardelionem agnoſcas.

In ſuperiori fabula plurimæ ſunt conſultationes, & tota ferè conſiſtit in genere deliberatiuo. Hîc plus eſt expoſtulationum, & accuſatorio ſeu iudiciali generi ſimilior eſt. Nullum autē vitæ genus eſt, vbi non plurimum Thraſonū reperias: neq́; vlli ferè rebus humanis pernicioſiores ſunt, quàm id genus, ſi contingat imperare. In templis, in aulis, in rebus publicis omnibus omnia miſcent, vt emereantur vulgi plauſum. Quare diligenter eſt intuenda, contemplandáq́; Thraſonis imago in hac fabula, vt diſcas, quàm ſint inepti, quàm nihili ardeliones iſti. Somnia verius hominum, quàm homines dicas. Refert autem conferre cū hac ſimiles alicubi deſcriptiones: qualis eſt apud Martialem Attali, apud Catullum Suffeni. nec piget adſcribere, vt ediſcant pueri.

*Thraſones rebus humanis pernicioſi.*

### Ad Varum.

*Catul. Epigram. 19. Suffenus.*

Suffenus iſte Vare, quem probè noſti,
Homo eſt venuſtus, & dicax, & vrbanus.
Idémque longè plurimos facit verſus:
Puto eſſe ego illi milia, aut decem, aut plura
Perſcripta, nec ſic, vt fit in palinxyſto,
Relata: chartæ regiæ, noui libri,
Noui vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cum legas, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus videtur: tantum abhoret ac mutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modò ſcurra,
Aut ſi quid hac re triſtius videbatur,
Idem infaceto eſt infacetior rure.
Simul poëmata attigit, neque idem vnquam
Aequè eſt beatus, ac poëma cum ſcribit:
Tam gaudet in ſe, támque ſe ipſe miratur.
Nimirum idem omnes fallimur: neque eſt quiſquam,
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſſis: ſuus cuique attributus eſt error,
Sed non videmus manticæ quod in tergo eſt.

### In Attalum.

Declamas bellè, cauſas agis Attale bellè, *Martial. lib. 2. Epigram. 7.*
Hiſtorias bellas, carmina bella facis:
Componis bellè mimos, epigrammata bellè:
Bellus grammaticus, bellus es aſtrologus:
Et bellè cantas, & ſaltas Attale bellè:
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia bellè.
Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio. *Ardelio.*

## IN HEAVTONTIMORVMENON.

TAnta huius fabulæ elegantia eſt, vt plerique à Lælio, quo illis temporibus Romæ nemo fuit eloquentior, ſcriptam exiſtimarint: & Poëta ipſe teſtatur in hac putam eſſe orationem, qua laude nulla poteſt amplior excogitari. Quid eſt enim admirabilius, quàm ſermo elegās & venuſtus? Neq́; prædicaturus hoc palàm fuerat Comicus, niſi nouam inſignem, & penè diuinam ſermonis elegantiam eſſe iudicaſſet. Depingit autem parentum vitia. Nam Menedemus liberaliter amantem Cliniam iuſto inclementius tractat, adoleſcentem modeſtum & frugi. Quem poſtquam domo eiecit, victū iurgiis & contumeliis, multo impotentius deſiderat. adeò multifariam hic peccat. Huic ſeni opponit Chremetem monitorem: ſed quem poſtea videas multo plura quàm Menedemum peccare. Primùm is nunquam olfecit perditè amare filiū, & cōpilari ſe à ſcorto ſumptuoſo. Pòſt vbi reſciſcit multo fert impotētius id mali, quàm illa ſolebat Menedemus: vt agnoſcas ferè ita accidere, vt foris, non domi ſapiamus.

### Epitaſis.

Porrò quia fingebat Poëta velut oculis captum Chremetē, qui inſignia filij vitia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam: idq́; hîc periculi eſt, ne reſciſcat Chremes, Bacchidem filij amicam eſſe. Huc omnia conſilia, omnes dolos ſeruuli referemus. Et à Chremete prius argentum emūgitur Bacchidi numerandū, quàm cōperit filij rem agi. Fallitur autē, cum fingitur Bacchis eſſe Cliniæ. In prima fabulæ parte, vbi Menedemum confirmat Chremes, oratio eſt deliberatiui, ſeu ſuaſorij generis, qua hîc conſolatur, erigit, monet animi ægrū vicinum. In reliqua fabulæ parte, quæ periculum continet, res omnis tranſlatione rhetorica agitur: quia quæ ad Chremetis filiū pertinent, omnia imputantur Menedemi gnato. In primis admirabilis eſt hic ſeruulus, cuius callidiſſimis conſiliis neutiquam reſpondent euētus. Nec vulgariter de ſuo conſilio ſibi ipſe placet, cum ait: Hic me magnificè effero, &c. Eſt ea mirifica omnino imago humanorum & conſiliorum & euentuum. Fallunt enim ferè aſtutiſſima conſilia mortales:

ſicut

Sicut Ciceronem feſellit euentus belli, aduerſus Antonium ſuſcepti. Extant exempla in hiſtoriis innumerabilia.

## IN ADELPHOS.

*Protaſis.*

ERipuerat Aeſchinus lenoni mulierculam, fratri gratificatus, qui illam amabat. Id poſtquam reſciuit Demea, aſpero & incommodo ingenio pater, de eo peccato cum Mitione, cui Aeſchinum dederat adoptādum, expoſtulat, queriturq́ eius indulgentiâ corrumpi. Periclitâtur itaque Aeſchinus & ſeruuli, quomodo lenoni ſatisfiat, quomodo celetur, Demea ne Cteſiphonis peccatum reſciſcat. Neque enim tam ipſe ſibi, quàm frater curæ eſt.

Præterea amabat ingenuam quandam Aeſchinus, cui fidem dederat, vxorem ſe ducturum eſſe, quæ poſtquam raptam audiuit pſaltriam, grauiter perturbata eſt, metuens ne deſereretur. Habet hæc pars mira conſilia, miras technas ſerui, quibus fallitur Demea.

*Epitaſis.*

Reſciſcit Demea vitium oblatum eſſe ingenuæ ab Aeſchino, ea verò de re miram tragœdiam excitat. Magis commouetur, poſtquam deprehēdit Cteſiphoni cum Pſaltria rem eſſe. Miſerè etiam angitur Aeſchinus, cum in diſcrimen venit ne vxore excidat.

*Cataſtrophe.*

Hæ turbæ omnes, prudentia, & manſuetudine Mitionis ſedantur. Primas itaque in hac fabula ſenes habent. Confertur enim cum aſpero & inclementi patre vrbanus & comis pater. Et huc omnia ſpectant, vt appareat in re domeſtica, publica, commerciis hominum, vbiq; nullam eſſe neque vtiliorem, neq; gratiorem virtutem comitate. Conſtat autem hæc comœdia, magna ex parte accuſationibus & excuſationibus: crebras habet querelas, & penè tragica πάθη. Quare imprimis conducit eius lectio ad locupletandam facundiam.

*[C]omitatis [vi]rtus.*

## IN HECYRAM.

*Protaſis.*

VXorem duxit Pamphilus, cum Bacchidis meretriculæ amore tantopere teneretur, vt duobus menſibus vxorē ne attingeret quidem. Poſtea per conſuetudinem animus victus eſt: cœpit placere vxor. Porrò cum ipſe peregrè abeſſet, illa domum redit ad matrem, atque ibi parit menſe ſeptimo poſtquam nupſiſſet Pamphilo. Eam rem celat & affines & patrem anus. Vbi Pamphilus redit, comperit peperiſſe. Hic grauiter adeò commouetur, cum aliunde cōcepiſſe exiſtimaret. Et cum per ſeſe dolent res Pamphilo (amabat enim mulierculam) tum moleſtum eſt ab ea diuelli: neque enim honeſtum erat reducere. Periclitatur itaque Pamphilus, quomodo honeſtè dimittat vxorem, néue illius peccatum proderet. Hæc fabulæ Protaſis eſt.

*Epitaſis.*

Inſtant pater & ſocer, inſcij quid accidiſſet, vt domum reducat: præſertim cum nec ſocrus, nec mater, id quod ſenes falſo ſuſpicati fuerant, obſtarent. Quanquam autem permoueri non poſſet Pamphilus vt reduceret, tamen cauſam conſtantiſſimè diſſimulat. Itur eò, vt putent Bacchidis amore deuinctum, alieno ab vxore animo eſſe.

*Cataſtrophe.*

Bacchis accerſita, fidem facit nihil ſibi cum Pamphilo rei eſſe. Hîc autem prodendum peccatum vxoris fuit, aut reducenda: verùm caſu periculum diſcutitur. Fortè enim Philumenæ annulum ſocrus in digito Bacchidis conſpexit, quem olim Pamphilus ſtupratæ in tenebris Philumenæ detraxerat. Is annulus teſtatur ex Pamphilo puerum ſuſceptum eſſe. Ita redit in gratiam cum vxore Pamphilus. Iucunda eſt cum vxoribus ſenum concertatio, quæ monet ſæpe errore & falſis ſuſpicionibus fieri, vt diſſentiant cōiuges. In primis autem inſignis eſt humanitas, & fides Pamphili in hac fabula.

## IN PHORMIONEM.

*Protaſis.*

CVM Antipho abſente patre in puellam quādam vnicè deperiret, nec poſſet ea potiri, niſi vxorem duceret, (erat enim ciuis Attica) fortè nuptiæ confectæ ſunt technis ſycophantæ cuiuſdam Phormionis. Is enim ex compoſito diem dicit Antiphoni, fingit puellam ei cognatam eſſe, neque quenquā alium propiorem cui nubat. Facilè eſt vincere non repugnantem. Ita legibus ducere cogitur Antipho.

*Epitaſis.*

Non probatur auaro patri, vbi redijt, factum: vt qui malebat filio opulentam aliquam & dotatam obtrudere. Quare cum Phormione expoſtulat, cur in has nuptias ſe abſente filium coniecerit. Tandem paciſcitur etiam mercedem, minas triginta, ſi receperit ad ſeſe puellam. Ibi verò & Antipho in diſcrimen venit, ne per eam conditionem, ipſe vnicè charam & iucundam coniugem amitteret.

*Cataſtrophe.*

Interea domum redit & patruus Antiphonis, hic fidem facit puellam Antiphoni nuptam, ex ſe in Lemno ſuſceptam eſſe, vbi cum muliercula quadam conſueuerit: gaudetq; ita caſu cecidiſſe, ſe abſente, vt is duceret, quē maximè ipſe generum cuperet, & paulo antè ambibat. Ita fit vt & Antipho retineat vxorem, & nuptiæ patri probentur.

*Secunda Cataſtrophes pars.*

Porro triginta minæ quos ludos reddidere? Has extorſerat Phormio, quanquam diſſimularet dandas alteri adoleſcenti Phædriæ, qui cythariſtriam mercaretur: & iam perierat pecunia: quam cum repoſcunt ſenes, ſycophanta prodit Chremetem apud vxorem, & docet conſueſſe cum alia quadam peregrè, ſimulq; impetrat, vt Phædriæ id argentum cōdonetur. Eſtq; ridicula admodum καταστροφῆς pars, vbi mulier maritum obiurgat, parum memorem fidei ſuæ.

## DES. ERASMVS ROTERODAMVS DE METRIS.

COmici Latini multam libertatem ſibi vſurparunt in verſibus, ſed nemo largius Terentio. adeò vt apud priſcos quoque fuerint qui iudicarēt, in huius fabulis nullam eſſe carminum legem. Sed hos falli manifeſtum eſt. Rurſus fuerunt qui non negarunt, ab hoc ſeruari metrorū leges, ſed ob immodicam libertatem non eſſe operæpretium torqueri doctos carminum dimenſione, quòd & res ſit immenſi laboris, nec ita multū adferat frugis. At ego ab vtroque genere diſſentio. nam vt manifeſtius eſt, quàm vt egeat

*Terentij libertas in verſibus.*

probatione, Terentij comedias verſibus conſtare: ita qui negligendam putarunt metrorum rationem, frequenter poëtæ ſermonem corruperunt, dum aliam vocem pro alia ſubijciūt, quod nimium ſępe vſu venit ſcribis, in authoribus ſolutę dictionis: dum addunt atque adimunt, dum verborum inuertunt ordinem. Nonnihil etiam hîc peccarunt eruditi, qui dū carminum genera diſtinguunt ac dimetiuntur, parum attēti, interiecerunt verba quædam, vt explerēt verſus hiatum, aut reſecuerunt quod videbatur ſupereſſe. Videtur autem ſtudio factum à Terētio, vt diſſimulato carmine quàm proximè accederet ad orationem ſolutam: quod idem affectaſſe videtur Horatius in Sermonibus & Epiſtolis. Hinc tanta in dimetiendo difficultas, vt exiſtimem ipſum Donatum, aut Cornutum, aut Aſperum, ſi viuerent, in locis aliquot vel hæſuros, vel inter ſe diſſenſuros. Proinde nos quatriduanam opellam ſumpſimus, vt adoleſcentulis aliquam huius difficultatis partem adimeremus, non quidem in omnes fabulas, ſed in vnam perpetuò, & in cæteris carptim: quo ceu filo adiuti, ſeſe facilius è cæteris explicent labyrinthis. Conſtant autem huius fabulæ his fermè metrorum generibus.

Iambico trimetro, qui & ſenarij dicuntur à numero pedum. Iambico tetrametro, qui ab aliis quadrati, ab alius octonarij dicuntur. Monometrum ac dimetrum raró interiicitur. In hoc genere quouis loco pro iambo ponit tribrachyn, ſpōdęum, dactylum, anapæſtum, modò totius carminis penultima ſyllaba ſit breuis. Siquidem in hoc verſu.

Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius: omnes ſpondęi ſunt, excepto vltimo, cuius generis & alios aliquot reperias.

Eandem libertatem ſumit in trochaicis, tetrametris cata lecticis, ſatis habens ſi totius carminis penultima ſit breuis. Illud tamē vbique cauetur, ne vel trochæus ingrediatur Iābicum carmen, vel Iambus trochaicum.

Iambicum tetrametrum interdum in fine fraudatur vna ſyllaba, producta penultima, quoties Iambico dimetro acatalectico accinitur dimeter catalecticus. Veluti ſi, Iam lucis orto ſydere, accinas, Cultor dei memento.

Quanquam in hoc quoque genere vſurpatur, cùm communis de qua dictum eſt, Comicorum libertas, tum illa peculiaris, quòd pro penultima longa ponit interdū duas breues. Exemplum eſt in Actus quarti ſcena ſecunda:

Iam vbi vbi erit, inuentū tibi curabo, & mecum adductū.
Hîc penultima producta eſt. Ibidem,
Orare iuſſit, ſi ſe ames hera, iam vt ad ſeſe venias. Item,
Hanc expetiui, contigit, conueniunt mores, valeant.

In his pro penultima longa ponuntur duæ breues. Hos verſus etiam ſcazontes appellant.

Eſt ſcazontis genus diminutum: quod dimetro Iambico accinit duos trochæos, velut in Actus tertij ſcena ſecunda:

Adhuc Archillis quæ adſolent: Hic dimeter eſt. quæq; oportet: Duo ſunt trochæi. Contrà in aliis additur pes legitimo numero. Interim prior carminis pars eſt trochæica, poſterior iambica, & contrà.

Admiſcentur interdum & cretici, ſiue amphimacri, qui pes mediam habet breuem inter extremas longas: ſic vt ſinguli verſus habeant quaternos aut ternos creticos, niſi quòd hîc quoque vſurpatur libertas comica ſicut in cæteris. Exēplum eſt in quarti actus ſcena prima,

Vt malis gaudeant, atque ex incommodis.

Quatuor cretici ſunt, niſi quòd tertius eſt ſpōdeus. Ibidē,

Tum impudentiſſima eorum oratio eſt.

Tres habet creticos. Quanquam arbitror prius carmē vitiatum mutato dictionū ordine. Etenim ſi ſic legas: Et tamen res cogit denegare, ibi tum eorum impudētiſſima oratio eſt: vt poſterior verſus excipiat ſynalœpham prioris, carmē probè conſtat. Quidam tamē malunt hîc eſſe trimetros trochaicos catalecticos.

Iambici trimetri facilior eſt dimenſio, cum penthemimeris finit dictionem. Velut, Effertur, imus. Et, Sic cogitabam.

Difficilior cum contrà. Vt. Honeſta & liberali: accedo ad pediſſequas. In he cæſura eſt. Idē efficiūt crebrę ſynalœphæ: vt ibi, Quę ibi aderant, fortè vnam aſpicio adoleſcentulā.

In tetrametris itē iambicis ac trochaicis durior eſt dimēſio, ſi prior dimeter non finiat dictionem, præſertim ſi non ſit iambus, aut ſi accedat ſynalœphe. vt,

Meum gnatum rumor eſt amare. id populus curat ſcilicet.

Prior dimeter finitur in ma, ſyllabam productam. & excipitur à ſynalœphe re id. Rurſus ibidem,

Qui pòſt quàm audierat non datum iri, &c.

Prior dimeter deſinit in i, admixta ſynalœphe.

Turbat & illud lectorem minus exercitatum, quòd interdum repentè miſcet iambica cum trochaicis, trimetra interdum & dimetra aut monometra cum tetrametris, acatalectica cum catalecticis, cretica cū iambicis ac trochaicis: quod locis aliquot annotauimus in margine. Ea mixtura maximè fit vbi res ſunt turbulentiores. Fit interdum, vt ſcena prior deſinat in hemiſtichium, & ab huius clauſula incipiat ſcena proxima: velut in Andriæ actus tertij, ſcena tertia, Sed eccum video ipſum foras exire. Dimeter eſt plenus, cum ſeſquipede. Perficitur initio ſcenę ſequentis, Ad te ibam, quidnam eſt? vt ſit ſcazon tetrameter catalecticus. Nōnunquam dictio quæ pertinet ad ſenſum verſus ſequētis, per eliſionem annectitur fini pręcedentis: vt in prologo Eunuchi, Qui bene vertēdo & eas deſcribēdo malè, ex Gręcis bonis, &c. Durius eſt, cùm diſſecta dictione prior ſyllaba finit verſum, reliquæ incipiunt ſequentem, vt Eunuchi actus tertij, ſcena prima:

Continuò ſi quando illa dicet, Phædriam
Intromittamus comeſſatum, tu Pamphilam.

Eliſiones itē & ſynæreſes, præſertim minus vſitatæ apud recentiores, faciunt vt lector impeditus frequenter hæreat in carmine. Eliditur autem in comicis verſibus v, conſonās, vt in 1 ſcena, Sine inuidia laudem inuenias & amicos pares. Rurſus ibidē. Liberius viuendi fuit poteſtas, nā antea, &c. Item in ſcena tertia. Enimuero Daue nihil loci eſt, &c.

V conſonās interdum eliditur.

Carmē enim incipit ab anapæſto. Et ante in ſcena prima. Enimuero ſpectatum ſatis.

Eliditur & s, tum in fine, tum in media dictione. In fine, vt in prima ſcena,

S nonnunquam eliditur.

Sed quid opus eſt verbis? Sed quid opuſt. Eliſa ſimul & voca (lie.

Idem fit in ſatis, Nec ſatis digna cui cōmittas, &c.

Rurſus in prologo Andrię, fit in medio dictionis, Id iſti vituperant: aliiſq; locis compluribus, quorū aliquot in margine annotauimus. Interdū elidunt l, vt in prima ſcena Andrię, Pro vxore habere hanc peregrinam, ego illud ſedulò.

L quandoque eliditur.

Vt grinam ego il, faciant dactylū. Hanc libertatē frequēter vſurpat Homerus, dū s, elidit in ὀδυσεὺς, & l, in ἀχιλεὺς.

Sæpenumero cōtrahuntur vocales, velut in his, fuit, deos, dies, meus, ſuus, ſcias, nihil, mihi, vt ſint monoſyllaba. Similiter ei, eius, huius, cuius, monoſyllaba ponuntur ſubinde: eorum, meorum diſſyllaba. Liberius viuendi fuit poteſtas.

Vocalium contractio.

Di fuit

Di ſuit, facit ſpondeum. Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ, &c. Scias poſſe ſpondeus eſt: & ſuæ, vnica ſyllaba eſt. Meum gnatum rumor eſt amare. Meum gna, ſpondeus eſt. Item antehac diſſyllabum eſt. Nam quod antehac fecit. Fre-
D frequenter eliditur quenter eliditur d, in quid, & ſed pro vocali. & ſicut in periculum, elidimus u: idem hic facit in paululum & annulũ. Quin & ſyllabæ quædam aliter pronũciantur, quàm apud
Suſpicio. recentiores vſurpatæ ſunt: velut in ſuſpicio, ſecunda producitur: vnde factum eſt, vt quidam legant ſuſpectionem. Rurſum in caue, vade, mane, & vbi finalis corripitur. Minimo mom ẽto mutatur genus carminis, velut in actus quarti, ſcena I. Si legas,

In denegando modo quis pudor eſt paululum.

Trimeter eſt iambicus. Rurſus ſi In annectas fini verſus præcedentis, verſus conſtabit quatuor creticis. Denegan-do modo-quis pudorſt-paululum. Si in modo, facias pyrrhichium, erit trimeter trochaicus catalecticus.

Dene-gando-modo-quis pu-dor eſt-paululum.

Porrò inter iambicos tetrametros acatalecticos & trochaicos tetrametros catalecticos, tanta eſt affinitas, vt interdum nihil referat eundem verſum vtrum per iambos an per trochæos metiaris. velut in actus tertij, ſcena quarta,

Vtinã mihi eſſet aliquid hic quo nunc me præcipitẽ darem.

Si mihi facias vnicam ſyllabam, trochaicus eſt: ſi duas, iambicus eſt: quale eſt & in actus V. ſce. I.

Satis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.

Item ſequens,

Satis pericli cœpi adire, orandi iam finem face.

Licet per iambos vel per trochæos metiri. Huius generis ſunt & alij complures. Illud mihi monendus eſt lector, vt meminerit, à notato metro idem carminis genus durare, donec repererit annotatum diuerſum.

## IN CARMINVM GENERA ex eodem Eraſmo.

In prologo. IN titulo Cneo Sulpitio coſ. Glareanus legit Caio. Nam in prologis.} Aut non eliditur m, aut prœlogis dixit, vt Græci pœlypus, & nos opilio. Non ita diſsimili ſunt argumento.} Niſi elidas in argumento ſyllabã, non conſtat trimeter: aut niſi legas diſsimili argumẽto ſunt.
Ac.1.ſce.1. Id iſti} Eliditur s, in iſti. Vos iſthæc} Iambici trimetri. Cognoſces, & quid facere in hac re te.} Vel te hac in re. Libertus viuendi fuit.} Niſi elidas u, in viuendi, carmen non conſtat: & fuit monoſyllabum eſt. Sine inuidia.} Eliditur u, conſonans. & niſi ſit proceleuſmaticus, in dia ſit Synæreſis. Ex Andro commigrauit huc.} Aliter huic. Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi.} Eiuſmodi triſyllabum eſt. Quid obſtat, cur non veræ.} Aliter. Quid igitur obſtat, ſed tum veræ expungendũ. Pro vxore habere hanc peregrinam, ego illud.} Eliditur l, aut verſus non conſtat.
Ac.1.ſce.2 Sed quid opus eſt,} Opu'ſt. Non dubium eſt.} Iambici Trimetri, Futuras eſſe audiuit.} Eſſe, redundat in metro, ni facias ſynæreſin in audiit, aut niſi elidas e in ſed, quod aliquoties facere videtur Terentius ſd, ipſ, vt ſit interiectio veluti conticeſcentis repentè. Mirabar.} Iambicus tetrameter. Verebar.} Dimeter. Nunquam cuiquam.} Trochaici tetrametri. Id voluit.} Iambici tetrametri. Ne eſſet.} Trochaicus tetrameter. Aſtutè.} Iambici. Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptiis.} Aliter hiſce. Redit ad trimetros. Verberibus cæſum.} Rurſus ad tetrametros.

Enimuero Daue.} Iambici tetrametri. In enimuero eli- Ac.1.ſc.3.
ditur m, & u, conſonans. Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas.} Eius & huius ſunt monoſyllaba. Quo iure quáq; iniuria præcipitẽ me.} Me redundat. Ad hæc mala.} Trimetri. Siue iſta.} Iſta redundat. Mihi quidem.} Videtur Trochaicus Hypercatalecticus. Sed Myſis.} Trimeter Iambicus. Conueniam Pamphilum.} Iambicus tetrameter. Audiui Archillis,} Trochaici, Ac.1.ſc.4
tetrametri, catalectici. Sed quidnam.} Tetrameter Iambicus, niſi, ſed, ſit extra verſum additum. Hoccine eſt huma- Ac.1.ſc.5.
num factum.} Iambici tetrametri. Quid illud eſt.} Tetrametro accinitur monometer. Vxorem decrerat.} Tetrametri. Iambici. Miſeram me.} Dimeter. Quid Chremes.} Trochaici tetrametri. Itáne obſtinatè.} Tetrameter Iambicus. Quod ſi ſit.} Dimeter. Adeón' hominẽ eſſe inuenuſtum.} Prior dimeter eſt trochaicus, alter eſt dimeter catalecticus, in penultima duas breues habens pro longa: poteſt tamẽ totus eſſe Iãbicus, ſi legas, adeon', aut in inuenuſtũ, elidas s, conſonantẽ. Prô deum.} Dimeter, redũdante pede. Chremetis pacto.} Tetrameter Iambicus. Cõtemptus.} Iambicus trimeter. Repudiatus.} Trochaici tetrametri. Nam quid ego.} Dimeter Iambicus. Tantámne rẽ.} Tetrameter Iambicus. Quòd ſi ego reſciſſem id prius,} Prius vnica ſyllaba eſt. Aliquid facerem.} Trochaici tetrametri. Amor, miſericordia.} Iambicus tetrameter catalecticus penultima longa. Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc.} Aliter ad hoc.} Iambici tetrametri. Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt, diem.} Aliàs die. Ne deſeras ſe.} Trimetri Iambici. Per tuam.} Tuam vnica ſyllaba eſt. Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.} Tuæ & dei monoſyllaba ſunt. Sed cur tu.} Sunt duo dimetri catalectici: poſterior habet duas breues in penultima pro longa. Ne ad morbum.} Hic Se- Ac.2.ſc.1.
narius perficitur initio proximæ ſcenæ. Quid ais Byrrhia? Datúrne illa.} Dimeter. Nuptum.} Senarij. Ita poſtquam.} Tetrametri Iambici. Quod poſsit.} Senarius. Ah, quanto.} Monometer. Te id dare.} Duo trochaici tetrametri. Facilè omnes.} Iambici tetrametri. Abi hinc in malam.} Suſpicor abin, vt aut abeas legendum, vt conſtet verſus. Iambici trimetri. Ad te venio.} Trochaici tetrametri. Sed iſtud.} Eliditur s, in iſtud. Audi nunc iam.} Si diuidis iam, verſus conſtat. Cum is nihil promereat, poſtulare.} Iambicus tetrameter, niſi elidas u, in poſtulare. Nuptias effugere.} Trochaici. Niſi ea, quæ nihil opus.} In opus eliditur s. Dij boni.} Trochaici tetrametri. Tuus pater.} Tuus vnica ſyllaba eſt. Redeunti interea ex ipſa re mi- Ac.2.ſc.2.
hi incidit ſuſpicio.} In ſuſpicio antepenultima producitur. Suſpicio, ſe-
Maneo, interea introire.} Introire triſyllabum eſt. Quid cũda ſylla-
igitur.} Trochaici tetrametri catalectici. Ipſus ſibi.} In ba pducta.
ipſus eliditur s. Egóne dicam.} Duæ ſyllabæ deſunt. Fortè ſcriptũ erat, faciam Daue, & quoniam ſequitur nomen perſonæ, lector putauit idẽ bis poſitũ. Suadere noli.} Iãbici Ac.2.ſc.3.
trimetri. Sine omni periculo.} Omni ſupereſt. Patri dic.} Iambici tetrametri. Dabit nemo: inueniet inopẽ potius.} In inueniet u, eliditur. Potius diſſyllabum eſt. Aliam otioſus.} Aliàs alia. Vide quò me inducas.} Vide Pyrrhichius eſt.
Dicam. puerũ autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa.} Aliàs, Ac.2.ſ.4.
ex. Reuiſo quid agãt.} Iambici trimetri. Herus me relictis Ac.2.ſc.5.
rebus.} Iambici trimetri. Neque iſtic.} s, eliditur in iſtic.

Ac.2.ſc.6 *Hic nunc me credit.} Iãbici trimetri. Propter hoſpitæ hu-
iuſce conſuetudinem.} Hic verſus videtur deprauatus, in-
uerſo dictionum ordine. Conſtabit ſi legas, Huiuſce propter
conſuetudinem hoſpitæ. Subtriſtis viſus eſt.} Viſuſt. Ni-
hil propter hanc rẽ. ſed.} In ſed eliditur d. Quidnam eſt.}
Si legas quid id eſt, aut quidnam eſt, verſus conſtabit.*

Act.3.ſc.1 *Ait nimium.} Ait vnica ſyllaba eſt. Quẽ inquit vocabo
ad cœnam meorum.} Meorum, diſſyllabum eſt. Hem illic
eſt huic rei caput.} Rei monoſyllabum eſt. Ita pol qui-
dem.} Iambici trimetri. Sed hic Pamphilus.} In ſed vide-
tur elidi d litera, aut certè vocalis e. Vix tandem ſenſi ſto-
lidus} In ſtolidus eliditur s, in fine. Nunc huius.} Huius mo*
Ac.3.ſc.2 *noſyllabum eſt. Adhuc Archillis.} Iambici dimetri tres,
quibus accinũtur duo trochæi. Date.} Dimeter catalecticus,*
*Per æcaſtor.} Iãbicus trimeter. Deos quæſo.} Iãbici tetrame
tri. Non imperabat coràm quid opus facto eſſet puerperæ.}
Puerperæ triſyllabũ eſt. Tibi videor.} Si legas videbor, con-
ſtat verſus. Credóne tibi.} Iãbicus trimeter. Teneo quid er-
ret.} Itẽ hic. Quid credas.} Iãbici tetrametri. Certè enim.}
Trochaicus tetrameter. Egóne.} Iambici tetram. Hoc ego
ſcio.} Huic verſui deeſt ſyllaba, nam eſt ſcazon. Sed nihi-
lo.} Trochaici tetrametri. Hoc niſi fit, puerũ vt tu videas,
nihil mouẽtur.} Aliàs morẽtur. Quid ais.} Trochaicus di-
meter catalecticus. Id conſilij} Rurſus trochaici tetrame-
tri. Nõ impulit.} Iambici trimetri. Atq; adeò.} Iambicus*
Ac.3.ſc.3. *tetrameter ſcazon catalecticus. Iubeo Chremetem.} Iambi-
ci tetrametri. Auſculto.} Iambicus dimeter. Per te ego.}
Iamb. trime. Dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis.}*
Emergo a- *Emergere actiuè. Neque illum.} In illum eliditur l. At*
ctiuè. *iſtuc.} In iſtuc eliditur s. Sed quid ais.} Iamb. tetram. cata*
Ac.3.ſc.4 *lectici ſcazontes. Sed eccum.} Aliàs atq;. Hæc pars eſt ſca-
zontis ſequẽtis. Ad te ibã.} Scazontes vt antè. Cur vxor.}
Vxor redundat in verſu, & videtur additum ab interprete.*

*Ego dudum.} Iambici tetrametri. Nunquam quiui ego
iſtuc.} Aut eliditur u, in quiui, aut s, in iſtuc. Hem.} Hem
pẽdet à priore verſu. Narro, quæ tu dudum.} Aliàs nar-
ro huic. Quidnam audio.} Trochaicus tetrameter catale-
cticus. Hem quid dixti.} Rurſus octonarij Iambici. Nul-
lus ſum.} In nullus eliditur s. Sed eccum.} Dimeter Iambi
cus. Vtinam mihi.} Trochaicus tetrameter catalecticus.*

Ac.3.ſc.5. *Vbi illic.} Iambici tetrametri. Qua fiducia.} Qua refer-
tur ad dimetrum priorem. Nec quid de me.} Nec, pertinet
ad dimetrum priorem. Hem quo fretus.} Hem additur ex-
tra metrum. Hoccine.} Hic eſt Iamb. pentameter. Tanta*
Ac.4.ſc.1 *vecordia.} Cretici dimetri, id eſt quatuor pedum. Et tamen
res cogit.} Aliàs premit. Deeſt aliquid metro, nã pro quar-*
Ac.4.ſc.2 *to cretico poſuit Iambum. Tum impudentiſſima.} Cretici
tres. Quis tu es.} Et hîc pro quarto cretico ponitur Iambus.
Proxumus ſum.} Cretici quatuor. Si roges.} Cretici tres. Nõ
verentur. Trochaicus ſcazon. Sed quid agam.} Trochai-
ci tetrametri catalectici. Multum moleſtus certè.} Iamb.
tetrameter. Etiam nunc me ſubducere.} Aliàs ſeducere.*

*Quid iſtuc.} Trochaici tetrametri. Quantáſq;.} Iambici*
Ac.4.ſc.3 *trimetri. Quid iſtuc.} In iſtuc eliditur s. Imò etiã.} Iam-
bici trimetri. Quis homo.} Iambicus tetrameter. Niſi mihi*
Ac.4.ſc.4 *deos.} Et hic tetrameter. Factũ eſt.} Trimetri rurſus. Imò
etiã. nam ſatis.} In ſatis eliditur s, Faciam } Iambici te-*
Ac.4.ſc.2 *trametri. Iam vbi vbi erit.} Iambici tetrametri ſcazon-
tes catalectici. Optumè te mihi offers.} Verſus conſtat, ſi
legas, opportunè te mihi offers. Nihil ne eſſe.} Iambici
trimetri. Quò portas puerum.} Hemiſtichium abſoluitur
proxima ſcena. Myſis nunc opus,} Iambici trimetri. No
ua nunc religio te.} Aliàs in te. Reuertor.} Iambici tri-
metri. Illic eſt.} Iambicus tetrameter. Quid turbæ.} Tro
chaicus catalecticus. Quid illic hominum litigant.} Aliàs
litigat. Tum annona.} Rurſus trimetri Iambici. Qui hîc
neminem alium video.} Aliàs videam. Mirum verò, impu
denter mulier ſi facit meretrix.} Iambicus ſcazon catalecti-
cus. Senarius erit, ſi legas. Mirum impudenter mulier ſi me-
retrix facit. Ab Andria eſt.} Iambici trimetri. Eho, an
non eſt.} Eho eſt extra verſum, aut annectitur priori.} Cum
in pariundo aliquot adſuerunt.} Adſuerunt triſyllabũ eſt.*

*Tanto Hercle magis.} In magis eliditur s. Quis hîc lo-
quitur.} In quis eliditur s. Noui rem omnem. ſed eſt Simo
intus?} Pentameter eſt, niſi legas, intus eſt, in fine. Ne me
attingas.} Iambicus tetrameter. Eho inepta.} Trimetri.*

*Quid ſciam.} Aliàs qui. In hac habitaſſe.} Iambici tri-* Ac.4.ſc.6
*metri. Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias.} Eli-
ditur u, conſonans in diuitias. Itáne Chryſis.} Duo tro-
chæi, tres cretici. Nóſne? ſic.} Sic addunt interpretes, &
ſine illo non conſtat verſus trimeter. Vt quimus.} Iambici
trimetri. Tum ipſam deſpoliare non licet.} Aliàs lubet.*

*Optume hoſpes.} Si addas morem in principio, conſtat ver* Act.5.ſc.1
*ſus: aut ſi pro optumè legas opportunè, & probabile eſt hoc
commiſſum ſcriptoris vitio. Nam Donatus non addit morẽ.* Act.5.ſc.2
*Satis iam.} Trochaici tetrametri catalectici. Vide, quàm* Vide, ſecũ-
*iniquus.} Vide corripit, ſicut caue. Animo iã nunc.} Tro* da breui.
*chaici tetrametri. Quid illud mali eſt.} In illud eliditur l.*

*Imò verò indignum.} Niſi in verò elidas u, conſonans, ver
ſus erit Iambicus tetrameter catalecticus. Triſtis ſeueri-
tas.} In triſtis eliditur s. Quidnam apportas.} Iamb. te-
trameter. Quid ait.} Trochaici rurſum. Hem Dromo.}
Si hem eſt in verſu, Iambicus eſt tetrameter. Si annectas
verſui præcedenti, trochaicus eſt tetrameter catalecticus.*

*Audi obſecro.} Iambici tetrametri. Ego iam te.} Duo
trochaici tetrametri. Age nunc.} Iambici trime. Quis me* Ac 3.ſc.4
*volt.} Iambici trimetri. Num facti piget.} Aliàs pudet.*

*Vide num eius color.} Co, corripitur. Ego me ama.} Tro-
chaici tetrametri. Vis me vxorem ducere? hanc vis.} Hanc* Ac.3.ſc.4
*ſupereſt, niſi legas, vxorem hanc. Mitte orare.} Trochaici
tetrametri catalectici. Sed hiccine.} Sed redundat, niſi e-
lidas e. Ego iſtæc.} s, eliditur in iſtæc. Eadem hæc Chre-
me.} Tetrameter ſcazon catalecticus. Quod ſpero.} Octo-
narius Iambicus. Cuiam igitur.} Iambicus dimeter. Cer-* Act.3.ſc.5
*tè mea eſt.} Trochaici tetrametri. Tum illam hic.} Iambici
tetrametri. Iube ſolui.} Iube pyrrhichius eſt. Prouiſo.}* Iube, ſecun
*Iambicus tetrameter. Non putare.} Trochaicus tetrameter.* da breui.

*Ego vitam deorum.} Deorum diſyllabum eſt. Quod vo-
luptates.} In Voluptates eliditur u. Sed quem ego.} Iam-
bicus tetrameter. Quid illud.} Trochaicus tetrameter vter-
que. Pamphilus vbínam} Iambici tetrametri. Et quidẽ* Act.3.ſc.6
*ego.} Trochaici tetrametri. Prius reſciſceres tu.} Si legas,
tu prius reſciſceres verſus probè conſtat. Calliopius recen-
ſui.} Dimeter iambicus.*

## EX EVNVCHO.

*ARgumentũ ſecundum, quod incipit Meretrix, non ſunt
verſus. Si quiſquam eſt} Senarij. Atq; à theſauro.}* In prologo.
*Aliàs, à theſauris. puto fuiſſe ſcriptũ, à theſauro is. Quam
illic.} Illic pro ille, vt aliàs ſæpe. Vnde eſſet.} Aliàs, is ſit.*

Nullum

Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.} Omnes
ſpondei, excepto vltimo. Quid igitur faciam.} Iambici tri-
Ac.1.ſc.2. metri. Verùm ſi incipies, neque perficies.} Aliàs pertendas.
Et illas quas habet.} In illas elidi tur l. Miſeram me.}
Iambici trimetri. Quid hîc ſtabas.} In quid videtur elidi
d. Aut ego iſtuc.} In iſtuc eliditur s. Cupio aliquos.} Cu-
pio ſupereſt in trimetro. Ego excludor.} Ego prior ſyllaba
pertinet ad finem metri præcedentis. Egón' id.} Idem hic.
Siquidem biduum.} Siquidem corripit, cum videantur
duæ dictiones. Ita Ouidius, Siquidem eſt ventura ſenectus.
Fac ita vt iuſſi, deducātur iſti.} Trochaicus tetrameter aca-
Ac.2.ſc.1. talecticus, niſi tollas è verſu, iſti. Fiet.} Trochaicus catale-
cticus. Ah rogitare} Iambicus dimeter. Vtinam tam,}
Trochaicus tetrameter. Ne iſtuc} Trimeter Iambicus. Me-
mini} Iambicus ſcazon catalecticus. Perpeti} Trochaici.
Opus faciam} Elide duo s. Tādem ego} Iambicus tetrame-
ter Vniuerſum triduū} Trochaici. Vide quid} Vide pyr-
Ac.2.ſc.2. rhichius. Ni ego me turpiter hodie hîc,} Alias hinc. Dij
immortales} Trochaici tetrametri catalectici. Quid inter-
eſt} In quid eliditur d. Simul conſilium cum re amiſti? vi-
dén'} Niſi elidas l, in ſimul, Iābicus eſt, & in trochaico eli-
ditur v, in vidén', niſi legas vide. Sed his} In ſed eliditur d.
Negat quis} Iābicus tetrameter. Omnia aſſentari} Tro-
chaici. Dū hæc loquimur} Iābicus ſcazon trimeter catal.
Aucupes} Aucupes videtur adiectum, nam & repugnat
verſui, nec ponitur à Donato. Ille vbi miſer famelicus vi-
det me eſſe in tantum honorem} Aliàs. tanto honore. Et ro-
Ac.2.ſc.3. gitare} Aliàs. rogare. Occidi} Creticus. Neque virgo} O-
ctonarij Iambici. Tædet harum} Trochaici tetrametri.
Hic verò eſt} Iambicus tetrameter catalecticus. Dices
fuiſſe} Iambicus acatalecticus. Vt illum dij} Iābicus tetra-
meter catalecticus. Meq; adeò} Tetrameter acatalecticus.
Ita prorſum} Dimeter Iambicus. Flos ipſe} Senarius ca-
talecticus vtérque. Quid virgo} Iambici tetrametri cata-
lectici. Aduenieſ} Iambici trimetri. Imò enimuero} Eli-
de v. Sex vel} Vel ſupereſt in verſu. Dum hæc dicit} A-
liàs loquitur. In hanc noſtram} Hanc redundat in metro.
O Parmeno} Aliàs. Eho. Huc deducta} Trochaici tetra
metri catalectici. Videbit.} Iābici tetrametri. Dixti pul-
chrè.} Trochaicus tetrameter. Habent deſpicatam.} Si le-
Ac.3.ſc.1 gas deſpectam conſtat verſus. } Magnas verò.} Senarij Iā-
bici. Quod in te eſt.} Donatus legit Quod, ſed eliditur d.
Tuum obſecróne.} Aliàs. te. Quòd eam me amare ſuſpicia-
tur.} Aliàs. ſuſpicata eſt. Par pari referto.} Deeſt ſyllaba, ſi
legas, par ſic pari, aut par mox pari conſtat metrum. Me-
Ac.3.ſc.2. tuet ſemper.} Aliàs. metuat. Ridiculum, nō.} Aliàs. nec.
Ac.3.ſc.3. Audire vocem.} Senarij. Quid, hunc non.} In quid elidi-
Ac.3.ſc.4 tur d. Poſtea continuo.} Aliàs, poſt hoc. Profectò quanto
Ac.3.ſc.5. magis.} Senarij Iambici. Heri aliquot.} Iambici tetrame-
tri catalectici. Nunquis hic.} Trochaici tetrametri catale-
ctici. Nunc eſt.} Iābici tetrametri catalectici. Sed nemi-
nē.} Senarij acatalectici. Quo quò eam.} Aliàs. quiq; Iāb.
Adibo.} Catalecticus. Narra iſtuc.} Acatalecticus. No-
ſtín'} Trochaicus tetrameter catalecticus. Iſtam ipſam.}
Iambicus acatalecticus. Virgo.} Trochaicus catalecticus.
Cum ipſum.} Iambicus acatalecticus. Erat quidam.} E per-
tinet ad verſum præcedentem. Nouitiæ.} Trochaicus cata-
Ac.4.ſc.1. lecticus. Adhortor.} Iambicus tetrameter. Vbi inerat.}
Aliàs. ibi. Veniſſe clanculum.} Niſi legas clàm, metrum nō
conſtat. Dū hæc.} Catalecticus. It, lauit.} Trochaicus ca-
talecticus. Sto expectans.} Iambicus catalecticus. Ita
me dij.} Iambicus tetrameter catalecticus. Ne quam ille.}
Trochaicus catalecticus. Nam poſtquam.} Iambicus cata-
lecticus. Militem.} Trochaici tetrametri acatalectici. Id
faciebat.} Octonarius catalecticus. De ſorore.} Trochaicus Ac.4.ſc.2
catalecticus. Heus inquit, puer.} Niſi legas puere, non con- Ac.4.ſc.3
ſtat verſus. Accerſe} Iambicus tetrameter, ſed prima ſyl-
laba Accerſe, pertinet ad verſum præcedentē. Dum rus.}
Senarij. Sed quid hoc.} Trochaicus catalecticus. Vbi ego.}
Iambici tetrametri catalectici. Hoccine.} Hoccine prima
pertinet ad verſum præcedentem. Quinetiam.} Trochai-
cus catalecticus. Veſtem omnem.} Octonarius acatalecti-
cus. Hem.} Dimeter. Neſcio.} Trochaicus catalecticus. A-
dibo.} Iambicus tetrameter. Hem Phædria.} Iambici tri-
metri. Cum donis tuis tam lepidis.} Aliàs, inlepidis. Ro-
gas.} Iambici tetrametri. Perij.} Trochaicus. Hau obſe-
cro.} Iambici quadrati. Qui fuerit.} Trimeter. Virgo ip-
ſa.} Tetrametri. Quò ille.} Trochaicus tetrameter. Fortè Ac.4.ſc 4
ad nos.} Trochaicus tetrameter redundante ſyllaba. Perij}
Trochaici catalectici. Sed nihil poſſe} Si legas poteſſe, Iā-
bicus eſt, & ſic legendum arbitror. Nam & ſequens Iam-
bicus eſt. Exi foras} Senarij. Nunc eò.} Trochaicus tetra-
meter catalecti. Tace obſecro.} Senarij. Reſpondeat.} Iā-
bicus ſeptem pedum. At ille.} Trimetri. Meam ipſe in-
duit.} Induit diſyllabum eſt. Iam ſatis.} Trochaici catale-
ctici. Mirum.} Iambici tetrametri. Heus tu.} Trochaici.
Alio pacto honeſtè quo modo hinc abeā neſcio.} Deeſt ſylla-
ba, fortè nunc. Inueniam hodie.} Hodie, prima producta, Ac.4.ſc.5
hoc die. Tu pol.} Tu ſupereſt. At at.} Iambici tetrametri Ac.4.ſc.6
Sed Thais.} Iābici tetrametri. Quod intellexi.} d, videtur Ac.4.ſc.7
elidi. Credo equidem.} Trochaicus tetrameter catalecticus.
Te ipſam expectabam.} Aliàs, expecto. Militem ſecū.}
Aliàs. Militum. Hanccine ego.} Octonarij. Mori me ſa-
tius.} In ſatius eliditur s. Quid ignaue.} In quid eliditur
d. Qui iſtuc.} Aliàs iſtum Omnia prius.} Trochaici ca-
talectici. Siccine agis.} Videntur Cretici. Scibis.} Tro-
chaici acatalectici. Satis hoc eſt tibi.} Donatus legit, Sa-
tis hoc eſt tibi, & poſt ais addendum Thais? vbi rurſus no-
tata loquentis perſona locum fecit errori. Pergín'.} Se- Ac.5.ſc.1.
narij. Hera mea tace.} Niſi legas bis tace, verſus non Ac.5.ſc.2.
conſtat. Apud Antiphonem.} Iambici trimetri. Au-
fugiſtín'.} Prima aufugiſtin' pertinet ad verſum præceden-
tem. Paululum quiddam. Py. Eho paululum impu-
dens? An paululū hoc eſſe tibi videtur virginē.} Niſi le-
gas paulum, verſus nō conſtat. Te mihi patronam cupio.}
Aliàs, capio. Adeſt optime.} In adeſt prior ſyllaba per-
tinet ad verſum præcedentem. Quid, quid.} Senarij. Ac.5.ſc.3.
Reuerto quidnam.} Senarij. Proh fidem.} Trochaici cata Ac.5.ſc.4
lectici. Hem colligauit.} Hem extra metrum eſt. Ex Ac.5.ſc.5.
meo propinquo.} Senarij. Sed eſtne.} In ſed, aut e eli- Ac.5.ſc.6
ditur aut d. Reliquom.} Fortè relictum. Nunquam æde- Ac.5.ſc.7.
pol.} Iambici tetrametri catalectici. Quæ quid timeret
ſciebam.} Sciebam diſyllabum eſt. Non poſſum ſatis nar-
rare.} Aliàs. Non pote ſatis narrare. Quid nunc.} Tro- Ac.5.ſc.8.
chaici catalectici. O populares.} Iambici tetrametri aca- Ac.5.ſc.9
talectici. Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in trāquil-
lo.} Nō eliditur m. Miles pellitur.} Aliàs. pelletur. Par-
meno modo.} Trochaicus catalecticus. Gaudeo.} Octonarij.
Illam laudas.} Trochaici. O Thraſo.} Suſpicor carmen
imuerſione ordinis deprauatum. Conſtabit ſi ſic legas,

O Thraſo.ſaluete.tu fortaßis hîc quæ facta ſunt neſcis. Scio,
cur ergo in his te conſpicor regionibus?vt ego pronomen eli-
datur. Et quod des,paululum.} Paululum diſyllabum.

### EX HEAVTONTIMORVMENO.

ARgumentũ C.Sulpitij conſtat ſenariis.In titulo,C.Cor-
nelio,aliàs legitur,T. Sempronio. Vide anno ab Vrbe
In prologo condita 5 9 1. Ne cui ſit.}Senarij. Quanquam hæc. }Se-
Act.1.ſc.1. narij. Vbi rem reſciui }Aliàs.id. Nam vſq; dum ille vi-
tam illam incolit.} Aliàs.incolet. Et illum obſequẽtem. }
Ac.1.ſc.2. In illum eliditur l. Nihil adhuc eſt.} Iambici quadrati
hypercatalectici& acatalectici.dimeter vnus acatalecticus,
Quadratus vnus catalecticus, brachycatalectici duo. Nihil
Ac.2.ſc.1. adhuc eſt.}Catalecticus. Et illam ſimul.} Brachycatalectici.
Qui cũ.}Trochaicus dimiter catalecticus. Pater adeſt.}
Ac.2.ſc.2. Trochaici tetrametri catalectici. Probè.} Iambici octona-
Ac.2.ſc.3. rij hypercatalectici. Atq; etiam nunc.} Iambici quadrati
Ac.2.ſc.4 acatalectici. Quàm iniqui.} Octonarij iambici. Si mihi
ſecundæ.} Octonarij Iambici. Etiam caues ne videat fortè
hinc } Aliàs.hîc. Ain'tu.} Senarij & Octonarij iambici,
permixtis Trochaicis Catalecticis. Ain'tu.} Trochaici ca-
talectici. Dum ego propter te.} Iambicus Octonarius aca-
talecticus. Nam & vita.} Senarij iambici. Quantum ex
ipſa re coniecturam fecimus.} Aliàs,cepimus. Ita timui.}
Proceleuſmaticus & tres anapæſti. Adducimus tuam.}
Octonarij iambici acatalectici, permixtis trochaicis catale-
cticis. Enimuero reticere.}Octonarius. Clitipho eſt.}Tro-
chaici. Nam apud patrem.}Nam redundat in verſu. Ibo
Ac.2.ſc.5. obuiam }Senarij. Aedepol te.}Trochaici octo.catalectici,
permixtis Iambicis quadratis acatalecticis. Porrò ſenarij
quinque. Ergo mea.}Iambici octonarij acatalectici. An-
tiphila.}Senarij. O'mi Clinia.} Aliàs.mi expectate: tunc
Ac.3.ſc.1. erit trochaicus catalecticus. Saluum veniſſe.} Aliàs ad-
ueniſſe. Luceſcit.} Senarij. Putabit prauum, an rectum
Ac.3.ſc.2. ſiet,quod petet.}Aliàs.petit. Abiturum ſe abs te eſſe ili-
co minabitur.}Aliàs.minitabitur. Hac illac.}Senarij. At
Ac.3.ſc.3. nunc.}Aliàs &. Cauſa.} Proceleuſmaticus in 2. At heus
tu facito dũ } d,eliditur. Nec cum malefacerẽ.}Proceleuſ-
maticus in I I. Quid iſthuc quæſo.} Iambici quadrati &
acatalectici & catalectici.Denarius item vnus, & fragmẽ-
tum Iambici quadrati.Senarius vnus.Fragmentum vnum.
Vel heri in conuiuio.}Aliàs,vino. Facio coniecturam.}
Quadratus Iambicus acatalecticus. Poſthac.} Trochaicus
catalecticus dimeter. Censén' verò.}Trochaici tetrametri.
Eſt meretrix.}Senarius. Vah,vide.}Octonarius Iambi-
cus. Hic huic.} Trochaici quadrati catalectici. Niſi me
Ac.4.ſc.1 animus.} Iambici quadrati acatalectici, trochaici acatale-
ctici,vnus acatalecticus. vnus hypercatalecticus. Niſi me
animus.}Iambici quadrati acatalectici. Credo.}Trochaici
quadrati catalectici. Si puellam.}Trochaici catalectici.
Ac.4.ſc.2 Annulũ.} Annulum diſsyllabum eſt. Niſi me animus fal-
Ac.4.ſc.3 lit.} Iambici Octonarij Acatalectici. Nulla mihi res.}Iam
bici quadrati catalectici,& vnus ſenarius . Trochaici qua-
drati catalectici,& vnus hypercatalecticus. Nã qui illé.}
Ac.4.ſc.4 Senarius. Huic equidem. }Trochaici.catalectici. Tu for-
Ac.4.ſc.5 taſſe.}Hypercatalecticus. Satis pol}Iambici quadrati ca-
talectici,vnus hypercatalecticus. Ita me Dij}Senarij,vnus
quadratus. Optabit rurſum.} Quadratus. Eccum.} Se-
narij. Et quidem.} Aliàs. equidem. Ius ſummum ſæpe
ſumma malitia eſt.} Aliàs.iniuria. Nulla eſt.}Senarij.
Apud Cliniã.}Apud redundat in metro. Vbi Clitipho.} Ac.4.ſ.6.
Senarij. Multo omnium.}Senarij. Erraui.} Erraui, pri- Ac.4.ſ.2.
ma ſyllaba pertinet ad verſum præcedentem. Ego me non Ac.4.ſ.8.
tam aſtutum.}Trochaici quadrati catalectici,& ſenarij Iã- Ac.5.ſc.1.
bici. Ego me non tam.} Trochaici quadrati catalectici.
Neque ita perſpicacem eſſe,id ſcio.}Aliàs certo ſcio,tunc eſ-
ſet Iambicus. Quamobrem? neſcio.} Iambici tetrametri
acatalectici. Filij eſt amica.} Senarij Iambici. Duo talẽ-
ta.}Trochaici catalectici quadrati. Quæ in me fecit.}Ver- Ac.5.ſc.2.
ſus perficitur ſequenti ſcena. Itáne tandem.} Trochaici
quadrati catalectici, & Iambici quadrati acatalectici, &
fragmentum.Nec tibi,nec huic.}Aliàs.tibi. Ita nos aba-
lienauit.}Iambica quadrata. Ego dicã quod mihi in men-
tem.} Aliàs.in mente eſt.Mentẽ venit,}Trochaici. Quid
autem hoc.Iambici tetrametri catalectici. Profectò niſi ca- Ac.5.ſc.3.
ues.} Iambici quadrati acatalectici. Trochaici varij nu-
mero ſeptem.Imò ſcis potius , quam quidem redeat ad inte-
grum hæc eadem oratio.} Decenarius catalecticus. Diuide Decenarios
imò:ſi tollas eadem verſus conſtat. Non poſtulo.} Trochai- ſeu denari-
ci. Subditum ſe.} Octonarius hypercatalecticus. Confite- os verſus a-
re.} Denarius catalecticus. Egone.} Tetrametri Iambici gnoſcit E-
catalectici. Quod eſt.}Dimeter. Conuinces facilè.}Tro- raſmus.
chaici. Si vnquam.} Trochaici quadrati catalectici, per-
mixtis Iãbis aliquot. Enimuero, Chremes.} Trochaici qua- Ac.3.ſc.4
drati catalectici mixtis Iambicis quadratis. Sine te.}Iam-
bicus tetrameter. Non faciam.} Iambicus. Ignoſce.}Tro- Ac.5.ſc.5.
chaici. Nate mi.}Nate mi,eſt extra verſum.

### EX ADELPHIS.

STorax.} Senarij. Hem opportunè } Senarij. Rogitas Ac.1.ſce.1.
me.}Aliàs,rogas. Amat?dabitur.}Amat.prior ſylla- Ac.1.ſce.2.
ba pertinet ad verſum præcedentem. Obſecro populares.} Ac.2.ſc.1.
Iambici tetrametri catalectici. Subuenite } v,eliditur.
Ego iſtam.}Dimeter. Aeſchine audi.} Trochaici tetra-
metri acatalectici. Factam eſſe.} Trochaici catalectici.
Noui ego.}Acatalecticus. Indignum iniuria.}Catalectici.
I intro.} Iambicus acalecticus. Nimium iſtoc.}Trochai-
ci catalectici. Ne mora.} Iambici quadrati acatalectici.
O facinus.}Trochaici. I nunc.} Iambici acatalectici. Ob
malefacta.}Trochaici catalectici permixtis Iambis acatale-
cticis. Verùm enim.} In enim eliditur m. Tace,egomet.}
Iambici quadrati acatalectici & ſenarij. Metuiſti,ſi nunc Ac.2.ſc.2.
de tuo iure conceßiſſes paululum,atque. } Eliſio excipitur à
verſu ſequẽti. Inieci ſcrupulum.}Senarij Iambici. Quod
ad te rediturum.} In Quod elide d. Per oppreßionem.}In
per eliditur r. Abs quiuis.} Iambici quadrati acatalecti-
ci. Meum amorem.}Aliàs laborem. Sed quiſnam.}A- Ac.2.ſc.3.
liàs,quidnam. Vbi ille.}Iambici quadrati acatalectici.
Obſecro mea.}Iãbici quadrati acatalectici. Nunc illud.} Ac.2.ſc.4
Iambici quadrati acatalectici,& vnus dimeter , permixtis Ac.3.ſc.1
trochaicis aliquot acatalecticis. O hominẽ impium.}Aliàs, Ac.3.ſc.2.
impurum. Sed ceſſo heram.}Iambicus acatalecticus. Hẽ,
quiſquis.} Trochaici. Noſtram vitam.}Iambici tetrame-
tri catalectici. Diſperij.} Senarij Iambici. Dementia.} Ac.3.ſc.3.
Quadratus. Prô dij.} Senarij Iambici. Atque æqualẽ.} Ac.3.ſc.4
Atque prior ſyllaba pertinet ad verſum præcedẽtẽ. Quàm
illas deſeram.}Aliàs.illam. Bono animo.}Senarij. Ain' Ac.3.ſc.5.
patrem.}Iambici quadrati acatalectici, vno aut altero tro- Ac.4.ſc.1
chaico catalectico mixto. Dimeter vnus Iambicus. Na Ac.4.ſc.2
ego homo.} Trochaici quadrati catalectici, vnus Denarius,

Ac.4.ſc.2 pauci Iambicus immixtis.¶ Quónam.} Videntur Cretici.¶ E-
go in hac re.} Quadrati Iãbici & Trochaici.¶ Omnes qui-
Ac.4.ſc.3 bus res.} Trochaici catalectici.¶ Quapropter te.} Iambici te-
trametri.¶ Diſcrucior.} Iambici quadrati acatalecti. Sena-
rius vnus. Scazõ Trochaici catalectici quadrati.¶ Membra
Ac.4.ſc.4 metu.} Trochaici.¶ Emiſſe id.} Trochaicus dimeter hyperca
talecticus.¶ Nam vt hinc.} Iambici tetrametri.¶ Nũc quid
quid faciam.} Trochaici catalectici quadrati.¶ Prodit ne-
Ac.4.ſc.5 ſcio.} Verſus perficitur proxima ſcena.¶ Ita vti.} Iambici
quadrati acatalectici & catalectici. Dimeter vnus. Cæteri
trochaici quadrati catalectici Iambici Senarij.¶ Facite.}
Trochaici tetrametri.¶ Cur non ludo.} Senarij.¶ Cur non lu-
do hunc aliquãtiſper? melius eſt.} Si addas nunc, verſus con
ſtat.¶ Itáne.} Ita prima pertinet ad verſum præcedentem.
¶ Quid ipſæ.} Aliàs. Quid ipſæ aiunt?¶ Quid lachrumas.}
Trochaici catalectici quadrati.¶ Ego eo intrò.} Iãbici qua-
Ac.4.ſc.6 drati acatalectici.¶ Quid hoc.} Iãbicus catalecticus Scazõ.
Ac.4.ſc.7 ¶ Sed ceſſo.} Trochaici catalectici.¶ Defeſſus ſum.} Senarij.
Ac.5.ſc.1. ¶ Ibo, illis.} Senarij.¶ Aedepol.} Senarij.¶ Heus Syre.} Sena
Ac.5.ſc.2. rij.¶ Parata à nobis.} Senarij.¶ Nunquid minus.} Aliàs. nũ
Ac.5.ſc.3. qui.¶ Quàm mecum.} Aliàs, quod.¶ Cum prima luce.} A-
Ac.5.ſc.4 liàs. primo lucu.¶ Nunquã ita.} Trochaici quadrati catale-
Ac.5.ſc.5. ctici.¶ Quod mihi nunc.} Iambicus tetrameter acatalecti-
Ac.5.ſc.6. cus.¶ Prope iã.} Trochaici.¶ Heus Demea.} Senarij.¶ Hera
Ac.5.ſc.7. ego.¶ Senarij.} Occidunt me quidẽ.} Senarij. In quidem a-
Ac.5.ſc.8. liquid eliditur.¶ Iubet frater.} Senarij.¶ Me ducere.} Iam-
bici tetrametri acatalectici.¶ Age, quid ſi.} Trochaici.¶ Et
Ac.5.ſc.9. ſi hoc.} Iambici tetrametri.¶ Factum eſt.} Fragmentum.
Trochaici catalectici quadrati, vltimus Scazõ.¶ Optumam
quidem.} In quidem ſit eliſio.

## EX HECYRA.

Act.1.ſc.1. PEr pol.} Senarij.¶ Senex ſi quæret.} Senarij.¶ Cum mi-
Act.1.ſc.2 lite.} Proceleuſmaticus.¶ Pro deûm.} Iambici quadrati
Act.2.ſc.1 acatalectici. Trochaicus quadratus catalecticus.¶ Me mi-
ſeram.} Senarij.¶ Itaque vna.} Iambici tetrametri.¶ Quo
quiſque.} Senarius.¶ Multo melius.} Trochaicus quadratus
catalecticus.¶ Enim laſſam.} Iãbici tetrametri.¶ Et ſi ſcio.}
Ac.2.ſc.2. Iãbici quadrati acatalectici.¶ Aedepol.} Trochaici cata-
Ac.2.ſc.3. lectici quadrati. Aedepol autem eſt extra carmen.¶ Nemi-
ni ego.} Trochaici quadrati catalectici. Iambici quadrati
Ac.3.ſc.1. & catalectici & acatalectici. Senarij.¶ Nemini ego.} Tro-
chaici.¶ Cui quanto.} Iambicus catalecticus.¶ Quàm huc.}
Acatalectici.¶ At ſic citius.} Trochaicus.¶ Si nõ rediſſes.}
Iambici catalectici.¶ Rurſum in gratiam.} Rurſum abun-
dat.¶ Profectò Parmeno me celas.} Aliàs, celãt.¶ Quónam
Ac.3.ſc.2. modo.} Iambici quadrati catalectici.¶ Neſcio quid.} Iam-
bici quadrati catalectici.¶ Quid ais?} Trochaicus catale-
cticus.¶ Hem iſtoc.} Iambici catalectici.¶ Nequeo mearũ.}
Ac.3.ſc.3. Trochaici octonarij catalectici, & Senarij 6.¶ Adeſt Par-
Ac 3.ſc.4. meno.} Senarij.¶ Ain' tu.} Senarij & vnus quadratus.
Ac.3.ſc.5. ¶ Nam alias vt omittam.} Aliàs, mittam.¶ Dixtíne.} Tro-
Ac.4.ſc.1. chaici octonarij catalectici & Senarij Iambici.¶ Quibus
iris.} Senarij.¶ Perij.} Trochaici et iambici octonarij catale-
ctici, & acatalectici mixti.¶ Dicam.} Iãbicus dimeter.¶ Sed
oſtium.} Trochaici catalectici.¶ Atque eccam.} Iambici ca
talectici.¶ Nam ſi vtrumuis.} Trochaicus catalecticus.¶ Nõ
ſit.} Iambici catalectici.¶ Perij.} Acatalecticus.¶ Credo.}
Acatalecticus trochaicus.¶ Quid ſit.} Iambici catalectici.
¶ Adeón' peruicaci.} Trochaici acatalectici.¶ Vt eo eſſem.}
Trochaicus octonarius catalecticus.¶ Nullam pol.} Iambici Ac.4.ſc.2
acatalectici.¶ Nõ clam.} Iãbici quadrati acatalectici.¶ Ita-
que vt eſſe ego illam.} Alias, illa.¶ Ferantur.} Senarius. Ac.4.ſc.3.
¶ Quid vis.} Iambicus catalecticus.¶ Quia de vxore.} Tro-
chaici catalectici.¶ Sed nõ minuam.} Mixtum Trochaicum
cum iambico catalectico.¶ Neſcias.} Trochaicus catalecti-
cus.¶ Quando hæc.} Iambici acatalectici.¶ Sumus.} Dime-
ter iambicus.¶ Sed video.} Iãbicus catalecticus.¶ Tibi quo- Ac.4.ſc.4
que.} Senarij.¶ Non hoc de nihilo.} Iambici quadrati cata-
lectici & acatalectici. Trochaici catalectici mixti.¶ Ego pol Ac.4.ſc.1.
quoque.} Quadrati iambici catalectici.¶ Ne nomen mihi
quæſtus.} Aliàs. meo quæſtui.¶ Sed quid iſtuc.} Trochaici
catalectici.¶ Quis id ait?} Iambicus acatalecticus.¶ Pue-
rúmque.} Trochaici catalectici.¶ Lepida es.} Iambicus a-
catalecticus.¶ Eas ad.} Trochaici catalectici.¶ Aliter ſi fa-
cias.} Iambici tetrametri acatalectici.¶ Nihil apud me.}
Iambici quadrati catalectici.¶ Benigne.} Dimeter catale- Ac.5.ſc.2.
cticus.¶ Sed cum tu.} Octonarij catalectici.¶ Edepol.} Tro- Ac.5.ſc.3.
chaici octonarij catalectici. Iambici quadrati catalectici.
¶ Quantã obtuli.} Iambici quadrati catalectici.¶ Homo ſe
fatetur vi in via virginem.} Virginem ſupereſt.¶ Dicitque
ſeſe illi anulum.} Anulũ diſſyllabũ eſt.¶ Vide mi Parme- Ac.5.ſc.4
no.} Iambici quadrati acatalectici mixtis Senariis & tro-
chaicis quadratis catalecticus.¶ Egóne.} Iambici tetrametri
acatalectici.¶ Sed Bacchidem.} Senarij.¶ Vt voluptati.}
Quadrati acatalectici iambici.¶ Myrrhina.} Trochaici te-
trametri.¶ Quantum hodie.} Iambici acatalectici.¶ Seque-
re me.} Trochaicus catalecticus.¶ Feci inprudens.} Senarius
Trochaicus acatalecticus.

## EX PHORMIONE.

POſtquam poëta.} Senarij.¶ Per quẽ res agetur.} Aliàs. In prologo.
geretur.¶ Amicꝰ ſummus.} Senarij.}¶ Si quis me quę- Ac.1.ſc.1.
ret.} Senarij.¶ Quanto in periculo ſim.} Aliàs ſimus.¶ Hãc Ac.1.ſc.2.
amare cœpit perdite.} Aliàs perditus.¶ Interea dum ſede-
mus illic.} Aliàs illic.¶ Nũc omitte.} Aliàs. amitte.¶ Imò ni Ac.1.ſc.3.
hil, niſi.} Aliàs, præter.¶ Adeón rẽ.} Mixta carmina: pars
eſt trochaici, altera iambos habet catalecticos.¶ Neu me cu-
pidum.} Trochaici catalectici.¶ Dum expecto.} Iambici ca-
talectici.¶ Amore abundas Antipho.} Dimeter iambicus.
¶ Quod ſi.} Aliàs. Et ſi.¶ Nullus es Geta.} Iãbici quadrati Ac.1.ſc.4
acatalectici trochaicis octonariis catalecticis permixtis. Se-
narij item.¶ Nullus es Geta.} Iãbici acatalectici.¶ Ad hãc
rẽ.} Senarius.¶ Quod cũ audierit.} Tetrametri acatalectici.
¶ Eius me miſeret.} Trochaicus acatalecticus.¶ Rectè ego.}
Catalecticus.¶ Aliquid cõuaſaſſem.} Iãbicus acatalecticus
¶ Quam hic fugam.} Dimeter trochaicus catalecticus.¶ Sed
vbi Antipho.} Iambici tetrametri acatalectici.¶ Ah, ſa-
núſne es?} Iãbicus catalecticus.¶ Hominẽ.} Monometer hy
percatalecticus.¶ Satis pro imperio.} Trochaici catalectici.
¶ Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet.} Aliàs. ſæuidicis ver
bis protelet. et ſæuidicis poſtulat carmẽ.¶ Nõ poſſum adeſſe}
Senarius Iambicus hypercatalecticus.¶ Mane inquam.}
Senarius acatalecticus.¶ Si quid poteſt.} Aliàs. potes.¶ Itá- Ac.2.ſc.1.
ne tandẽ.} Iãbici quadra. acatalectici, & Senarij.¶ Itáne.}
Si corripis ita, trochaicus eſt.¶ Nec meũ imperiũ.} Trochai
cus.¶ Revereri.} Iãbicus.¶ Monitor.} Iambici acatalectici. Ac 2.ſc.2.
¶ Mi patrue.} Senarij.¶ Quin quod meritus eſt.} Aliàs. ſit. Ac.2.ſc.3.
¶ Itáne patris.} Trochaici octonarij catalectici, præter duos
extremos.¶ Senex adeſt.} Iambici quadrati acatalectici.
¶ En, vnquam.} Senarij.¶ Si herum inſimulabis aua.}

*Aliàs.malitię.¶ Abi in malam crucem.} Si legas î.pro abi,*
*conſtat verſus . ¶ Quanta me cura. } Senarij iambici. ¶ E-*
*Act.2.ſc.4* *nimuero Antipho. } Iambici quadrati catalectici ¶ Teip-*
*Act.3 ſc.1.* *ſum quærebam.} Acatalectici.¶ Dorio audi.} Trochaici te-*
*Ac.3.ſc. 2.* *trametri catalectici permixtis iambis quadratis acatalecti-*
*cis.¶ Nec cum huiuſmodi.} In huiuſmodi eliditur s. ¶ Quid*
*Ac.3.ſc.3.* *faciam?} Trochaici tetrametri catalectici , permixtis paucis*
*Ac.4 ſc.1.* *Iambis quadratis acatalecticis. ¶ Quid? qua profectus cau-*
*Ac.4.ſc.2* *ſa.} Senarij.¶ Ego hominem.} Senarij.¶ Expecto.} Senarij.*
*Ac.4.ſc.3* *¶ Venire ſaluum volupe.} Aliàs.volup . ¶ Vt ad pauca re-*
*deam.} Si legas,ad pauca vt redeat, conſtat verſus. fortè in*
*ad eliditur d.¶ Geta.} Senarij.¶ Quietus eſto.} Iãbici qua-*
*drati acatalectici.¶ Nos noſtro of.} Aliàs.digreſſos . ¶ Quid*
*Ac.4.ſc.4* *agam?} Senarij.¶ Aut cui conſilia.} A poſtremum pertinet*
*Ac.4.ſc.5* *ad verſum ſequentem. ¶ Nam vereor.} Iambici tetrametri*
*Ac.5.ſc.1.* *catalectici.¶ Nam quæ hæc eſt.} Trochaicus catalecticus.*
*¶ Quod vt fa.} Iambicus acatalecticus.¶ Haſce eſſe.} Tro-*
*chaici.¶ Qui eſt eius pa.} Mixtus Trochaico & iãbico. ¶ Ne*
*me iſtoc.} Iambici quadrati catalectici.¶ Eho dic mi.} Iam-*
*bici quadrati catalectici.¶ Nemo ex me ſcibit.} Trochaicus.*
*¶ Noſtrapte culpa.} Iambici quadrati catalectici . ¶ Vorſu-*
*Ac.5.ſc.2.* *ram ſol.} Aliàs.vorſura . ¶ Agedum vt ſo.} Iambici qua-*
*Ac.5.ſc.3.* *drati catalectici et acatalectici.¶ Faciã vt tu.} Iãbici qua-*
*Ac.5.ſc.4* *drati acatalectici.¶ Quin tu.} Aliàs,quid. ¶ Quid nõ.} A-*
*liàs,qui.¶ Obſecro vi.} Aliàs.caue. ¶ Nemo eſt.} Aliàs,ho-*
*mo nemo.¶ Itáne par.} Aliàs,parum. ¶ Lætus ſum.} Iam-*
*Ac.5.ſc.5.* *bici quadrati catalectici . ¶ Argentum ac.} Iambici qua-*
*Ac.5.ſc. 6* *drati acatalectici.¶ O fortu.} Trochaici octonarij catalecti-*
*Ac.5.ſc.7.* *ci.¶ Tantam for.} Senarij.¶ Dis magnas.} Senarij.¶ Vel o-*
*Ac.5 ſc.9.* *culum excul.} Aliàs.exclude. ¶ Quis nominat me?} Senarij*
*Abi, ſecun* *Trochaici,octonarij catalectici.¶ Abi.} Abi corripit. ¶ De-*
*da breui.* *mipho,te appello.} Trochaici octonarij cata.*

GVILLELMO BELLAIO LANGEO,
TAVRINI PROREGI ANTO-
NIVS GOVEANVS
*S. P. D.*

CVM *mihi eſſet id cum multis commune, vt diuinas virtutes tuas in adminiſtrando vtroque tempore, & belli, & pacis , mecum ipſe tacitus admirarer: optaui ſemper mihi tempus dari, quo iudicij huius mei de ſingulari tua virtute & tibi darem ſignificationem aliquam, & poſteritati relinquerem teſtimoniũ. Quod cùm meum eſſe vellem, neque conari ego tamen magna poſſem, danda mihi opera fuit , tale id ſaltem vt eſſet , quo neque dignus ego quidquã præſtare omnino poſſem, neque à me tu maius expectare. Nam cùm à puero ſtudiis me literarum dediſſem, & literis tradita à veteribus eſſent multa diuinitus , quæ neque intelligendo, nedum imitando, aſſequeremur, eßét que intelligere prius neceſſè quę velles imitari, intelligere autem ſanè nemo corrupta poſſet, atque deprauata: operam dignio rem nullam, quam quidem ego nauare potuiſſem , nullam ad vetuſtatis cognitionem, et imitationem, tam eſſe neceſſariam putaui, quàm eam quæ in veterum ſcriptis recenſendis, recognoſcendiſq; poneretur. Quod vt eſt, quoquò te vertas, arduum atque difficile, ita in Terentij Comœdiis, velle, id quidem plenum eſt bonæ voluntatis, præſtare, non niſi maioris cuiuſdã ingenij, atque eius eruditionis, quam non recipit hæc ætas: poſt eos præſertim viros, qui in ea re non mediocriter, neque infeliciter laborarunt . Tantæ difficultatis has reperio cauſas, quòd ſermo penè eſt oratio omnis Comicorum, qui ſe corrũpi facilè patitur, quòd verſu concluſa, in quo intelligi vix numerus poteſt, atque mẽſura, adeò varia eſt, atque multiplex, quæ ſi non notatur diligenter , detrahi multa poſſunt, addi quoq; impune multa, loco plurima moueri: quod tanta in exemplaribus varietas, tam nulla fides: quòd iã multis retro ſeculis author hic à librariis fuerit deprauatus, ipſius etiam Ciceronis, vt opinio mea eſt, eruditiſſimis temporibus, quibus erant ij verſus, vt ipſe ſcribit, vſitatiſſimi. Id vt credam facit, quòd ab ipſo interim Cicerone Terentiani verſus multi malè citantur , qualis is eſt in illa ad Lentulum epiſtola longè optima,* Lib.1.ep.9

*Intromittamus comeſſatum, tu Pamphilam.*

*Vbi, Comeſſatum intromittamus, ſcripſiſſe Terentium ratio indicat Senarij. Ac eodem loco poſt,*

*Par pari referto, quod eam mordeat.*

*Vbi, vt id taceã, quòd pro Mordeat, Remordeat repoſuit feliciſſimè Aemylius Ferretus, parẽs alter meus, (gratiorẽ tibi multo eſſe ſcio, Aemyli, pietatis erga te meæ, quàm doctrinę tuæ meam teſtificationẽ ) id inquam vt taceam , legendum erat præterea, Referto par pari. Neque enim Trochæũ, quem Choreum Cicero vocat , ij verſus recipiunt , vt neque Trochaici Iambum. Afferrẽ eius generis permulta, ſi te docerem non monerẽ. Iam à Nonio Marcello, Feſto Põpeio, Priſciano, aliter citantur multa, quàm ſcripta eſſe à Terentio ſit veriſimile. Ne lõgius abeas, eſt in Andrię ſcena prima verſus hic,*

*Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.*

*In eo ſuas neſcio quas colliſiones comminiſcitur Priſcianus: vbi ſi legas,*

*Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares,*

*Verſus conſulas, ſine vllo aut ſententiæ , aut venuſtatis detrimento. equidem nũquam exiſtimaui ſua Poetas libertate tam vti libenter, quàm neceſſariò. Quæ cùm & ipſa die, & magnorum virorum teſtimoniis confirmata ſint: non dubito, quin nos, qui iis de rebus aliter ſentimus , antiquitatem ſerò, neque tamen non temere, reprehendere videamur. Hæc nos profectò, Guillelme Bellai, quæ in omnes partes periculi ſunt pleniſſima, deterrere debuerunt, ſi pręter bonam voluntatem nihil ad tantam rem afferre potuiſſemus . At cum & infinita propè primi nos quæ egerent caſtigatione deprehenderimus, & ab aliis animaduerſa , neque diu minus, neque minus fortaſſe diligẽter cõſiderauimus, noſtrúmque eſſe aliquod potuerit iis de rebus iudicium, rei intereſſe literariæ putaui , id omnibus per me fieri quàm notiſſimũ. Iudicij autem noſtri cauſas erit fortaſſe cùm explicabimus, quas in præſentia omnes perſequi , vt quàm infiniti eſſet laboris taceam, hominis certè eſſet minus occupati: teſtificari tantum hoc tẽpore, liquidóque iurare poſſumus, nihil nos, niſi neceſſariò, nihil niſi verſus, elegantiæ, ſententiǽque conuitio immutaſſe: reſtituiſſe quædam, vt ab iis authoribus, de quibus antea loquebamur, citata reperiebamus : codicibus ita vſos fuiſſe plurimis, vt plus ſemper apud nos valuerit iudicij ratio, quàm librarij manus indocta, atque temeraria. Atque vt animo præſumere poßis , quid de toto hoc labore noſtro debeas iudicare, referam paucis, quæ in Andriæ Prologo, quæ in Scena prima corruptè legi animaduerterim.*

*Vbi in Prologo legebatur,*

*Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant.*

*Non conſtare verſum notarat Eraſmus , niſi in pronomine*

*Iſti,*

Iſti,litera ſecunda elideretur,atque ita fieret Anapæſtus. Huiuſmodi nos eliſiones tam duras, vt dicam leuiſſimè,nō agnoſcimus in re minimè neceſſaria. Scripſiſſe Terentium Iſti id vituperant,& verſus clamat, & codices nōnulli teſtantur. Tale illud eſt,quod idem in Eunuchi Act.III. Scena.II.verſu illo,

Qui habet ſalem,

Quod in te eſt.extremā ſcilicet in quod elidi literā.vbi Qui legi debere & verſus & ipſa Latinitas oſtendunt.

Vbi, Vt pernoſcatis & quid ſpei ſit reliquum.

Nos ſcriptum fuiſſe dicimus, Vt & is pernoſcat, quid ſpei ſit reliquum: atque aliter ſcripſiſſe Terentium perſuaderi non poteſt. Id porrò locus habet ſententiæ,fabulam vos cognoſcite,vt & Poëta perſpicere poſſit,quid ſibi à vobis ſpei relinquatur de Comœdiis,quas in poſterum ſcribet:an ſcilicet explodendæ vobis prius ſint,quàm ſpectandæ, atque cognoſcendæ. Præter quem vnum locum ſi alium nullum in opere toto emendaſſemus, ſatisfactum & officio noſtro, & hominum expectationi erat abundè.

Vbi in prima Scena,

Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.

Nos,Seruibas:generis eius ſunt Scibam, Neſcibam, Sauibam:Seruiebas non patitur verſus.

Vbi, Sed mihi hoc moleſtum eſt:nam iſthæc cōmemoratio,

Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. Nos, Sed mi hoc moleſtum eſt:nam iſthæc cōmemoratio eſt Quaſi exprobratio immemoris beneficij. Mi, poſtulat verſus: eo & multis aliis locis vtitur Terentius,vſus antea fuerat Plautus,vſi ſunt poſtea Vergilius & Horatius. Eſt,quòd in prioris verſus fine poſuerimus,fecit ſeries verborum naturalis: ita Beneficij ſyllabarum nihil detrahetur.

Vbi, Id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam.

Nos,Gratum id fuiſſe:& neſcio quo modo magis placet auribus eruditis:omitto,id quoque verſum poſtulare. Neque verò dubito,quin Fuiſſe,fieri diſſyllabum magis iis placeat, qui cum aures non habeant,eſſe religioſe inepti volunt.

Vbi, Ita faciam.Hoc primùm in hac re prædico tibi.

Nos,In re hac:quòd aliter ſtare non poſſit verſus.

Vbi, Liberius viuendi fuit poteſtas:nam antea.

Vt verſus ratio habeatur, elidi Eraſmus in viuendi,V,voluit vnum,fieriq́ Fuit,monoſyllabū. Nos vt eſſe Fuit,ſyllabam vnam apud hunc authorem mille locis ſcimus, ita illas in Viuendi, eliſiones (penè ſcripſeram illuſiones) illas inquam eliſiones non agnoſcimus: cum præſertim tam eſſe ingenioſum nihil ſit neceſſe. Scripſiſſe Terētium putamus, Fuit viuendi liberius poteſtas:nam antea. Nihil hîc nouū, nihil non conceſſum committitur: neque tamen de orationis venuſtate quidquam deperditur.

*Eliſionum frequentia non probatur Goueano.*

Vbi, Nunquam præponens ſe illis,ita vt facillimè.

Præponens ſe aliis nunquam:ita & verſus vult,& orationis efflagitat venuſtas.

Aliis eſſe legēdum & codex me monuit peruetuſtus, & aliis quoq; video placuiſſe:vt non modò ad eos, quibus cum Pamphilus vnà erat, ſed ad omnes homines referri poſſit, vt & id quod præcedit, Aduerſus nemini.

Vbi, Sine inuidia laudem inuenias,& amicos pares.

Quod & Priſciani & noſtrū eſſet iudiciū antea dicebamus: à quo ſi diſſentimus,cogitare nemo debet,qui aut ille fuerit aut nos ſimus:ſed quid quiſq; dicat,quid in iudicādo fuerit ſecutus.

Vbi,Nā qui cū ingeniis conflictatur eiuſmodi.

Nos,Nam qui cū ingeniis conflictat eiuſmodi. Ita in Phormione,Nunquam vſus venit,vt cum huiuſmodi conflictares malo. Probari enim mihi non poteſt,feciſſe hîc Terentium Eiuſmodi triſyllabum, quod quinque eſſe ſyllabarum conceſſa vocalium diuiſione ſolet. Non diſſimile valde eſt, niſi quòd pudēdum magis,quod idem notauit in illo actus tertij Scenæ.II.Non imperabat coràm, quid opus facto eſſet puerperæ, Eſſe Puerperę triſyllabum:cum ſi fiat triſyllabum,verſus ſtare Octonarius Iambicus non poſſit.

Vbi, Neque commouetur animus in ea re tamen,

Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modū. Poſterior hic verſus,niſi Scias vnā facias ſyllabā,& Suę itē vnā,numerū excedet. Ego in exēplari vetuſto ſcriptū reperio,

Neque commouetur animus in ea re,ſcias

Tum iam ipſum habere poſſe ſuæ vitæ modū. Quæ ſine controuerſia, vera eſt, atque germana lectio: non mutatur ſententia,ſua orationi gratia relinquitur,dura illa in verbo Scias,vitatur colliſio,facilis porrò Tū,in Tamē,fuit mutatio.

Vbi, Effertur,imus. Interea inter mulieres,

Quæ ibi aderant,fortè vnam aſpicio adoleſcentulā.

Nos & quòd ita venuſtior ſit oratio,& quòd verſus impediri ſe tot pedibus penè clamet,legendum putauimus, Quę ibi aderant,aſpicio fortè adoleſcentulam. Aliter citatur ab interprete,non nego:at aliter quoq; citatur illud, Iſti id vituperant factum:aliter alia,nec ea quidē pauca. Illud ſanè argumēto eſſe poteſt quàm ille parum verſuum horum rationem tenuerit,quòd cum inuenire non poſſet, cur eſſet illud Vnam additum à poëta,nō conſiderarit, num à verſu quoq; reſpueretur,quod non admitti à ſententia videret.

Vbi, Perculſit illico animum,at at hoc illud eſt.

Nos atatat. Idem erat flagitium in illo Eunuchi, Sed quis hic eſt,huc qui pergit,&c.

Idem in illo Hecyræ Trimetro,Oportet,atat eccū Phidippum & patrem:in quo tertiò fuerat interiectio repetenda.

Vbi, Pro vxore habere hanc peregrinam: ego illud ſedulò

Negare factum. Vt Senarius conſtet,corripi in illud, literæ detractione priorem vult Eraſmus. Nos legendum putamus,Pro vxore habere hanc peregrinam,illi ego ſedulò Negare factum eſt. Atque ita ſcripſiſſe Terentium, etſi verſus ratio non diceret,ex eo certè quod ſequitur, Ille inſtat factum,iudicare tu quidem poſſes.

Vbi, Satis vehemens cauſa ad obiurgandum. SO. quî cedo? Sat vehemens legendum putabamus,ne vehemens fieret diſſyllabum:quod cum tamen fieri poſſe videremus,egere locus notatione,non caſtigatione viſus eſt.

Vbi, Ea primùm ab illo eſt animaduertenda iniuria.

Nos ita verſu poſtulante,neq; minore tamen venuſtate, Ea primùm ab illo animaduertenda iniuria eſt. In iis vides omnibus admonitos nos à verſu, ſecutos venuſtatem, non turbaſſe ſententiam:quorum per ſe quodq; tantùm apud eruditos valere debet, vt cōtra omnium exemplarium teſtimonia poſſit ad emendandum locum ſufficere. Venuſtas fecit,vt de illo Scenæ ſecundæ dubitarem. D.Hoc quid ſit? S.omnes qui amant,grauiter ſibi dari vxorem ferunt: ſciebam enim Quid hoc magis eſſe Terentianum,quàm, Quid hoc ſit? taceo quòd ita concurrentes non hiant, vt antea vocales. Cum ergo propter venuſtatem mihi iam eſſet locus ſuſpectus, & ſcriptum poſtea in aliis exemplaribus aduerterim,Miror quid hoc ſit,iudicaui interpretis verba pro Terentianis in contextum irrepſiſſe. Fecit ſententia vt illud

*Scenę quartæ Audiui Archillis, iamdudum Leſbiam adduci iubes, ita legeremus: Audiui Archillis, iamdudum quòd Lesbiam adduci iubes. Quo in loco, quia ſcilicet corruptè legebatur, incertam eſſe diſtinctionem notauit Donatus. taceo id verſum quoque poſtulare, qui Octonarius eſt Iambicus, vt, is qui ſequitur, Sanè pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria.*

*Fecit ſententia vt illud Chæreæ in Eunucho, Occidi. Neque virgo eſt vſquam, nec ego qui è cõſpectu illam amiſi meo. Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem perconter? quam inſiſtam viam? Incertus ſum. vna hæc ſpes eſt, vbi vbi eſt, diu celari non poteſt: ita legeremus, Occidi, Neque virgo eſt vſquam, neque ego, qui è cõſpectu illã amiſi meo. Vbi quęram, vbi inueſtigem, quem percõter, quam inſiſtam viam? Certus ſum. vna hæc ſpes eſt, vbi vbi eſt, diu celari non poteſt. Angitur nimirum animo Chærea & ſe virginem è conſpectu perdidiſſe, neq; ſcire tamen qua ad eam ratione rurſus perueniret. Ei certè, quod penè prætereram, ſtare iambicus octonarius ſi legas, incertus ſum, nõ poteſt. Operæ pretium eſt Donati audire in eum locum argutias. In Phormione verba ſunt Getæ ſerui flagra timentis, & ea ſe vitare poſſe deſperantis. –Ad precatorem abeam credo, qui mihi ſic oret, Nunc amitte quæſo hunc, cæterum Poſthac ſi quicquam, nil precor, tantum modo Non addas, vbi ego hinc abiero, vel occidito. Vbi nos legendum putamus, Non cædas, niſi Addere pro Cædere veteres vſurpabant: id poſtulat omnino ſententia, indicat quod intulit, Vel occidito. In Andriæ Act. I. ſce. II. ita legebatur, Ne temere facias, neque tu haud dicas, tibi non prædictum, caue. In eum verſum ita interpretum vnus, Duæ negationes vnam faciunt affirmationem, tres negationes pro affirmatione vna ſumũtur, vt hic, neq;, haud, non. Alter tertiam negationem vult redundare. Vterq; teſtis eſt, alios pro Haud, legiſſe Hoc: quã ego lectionem veriorem puto, & Terentio digniorem. Paulò antè ita Simo, Quid hoc? intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? Quod cum & poſtulet ſententia, neque deſit etiam codicis teſtimonium, qui Haud malunt tamen, facere mihi videntur, vt Terentij verbis vtar, næ intelligendo vt nihil intelligant: qui, Néue tu id dicas: pro, Neque tu haud dicas repoſuit, quid ferre Octonarius poſſet Iambicus vidit parum. At neq; hoc tantum loco pro Hoc, Haud ſcriptum flagitioſe animaduerti. In Hecyrę Act. III. Sce. I. Ita Parmeno, Haud hercle quidem parum eſt: vbi legendum, Hoc hercle quidem parum eſt. Nam cum ſingulari aliqua iniuria inter vxorem & matrem, iram crederet Pamphilus excitatam, quæ tam durarat diu, animoq; miſerè ob eam cauſam torqueretur, velletq; hero Parmeno conſolationem aliquam adhibere, monet nihil id eſſe, quod tã graue ille exiſtimaret: ſubiicitq;, pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxiis iras gerunt? Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt: itidẽ mulieres ſunt fermè, vt pueri leui ſententia. Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas hanc iram conciuerit. Incredibile eſt, quàm multa generis huius, quoquò me verto, occurrant. Non diſcedam ab eo loco: totumq; adeò referam, quo facilius res teneri poßit:*

*Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt veniſſe Parmeno,*
*Vnde ira inter eas interceßit, quæ tam permanſit diu.*
*Par. Hoc hercle quidẽ parum eſt. ſi vis verò veram rationem exequi,*
*Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias*
*Faciunt. Nam ſæpe eſt quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt,*
*Cum de eadẽ cauſa eſt iracundus factus inimicißimus.*
*Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxiis iras gerunt?*
*Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.*
*Itidem mulieres ſunt fermè vt pueri, leui ſententia.*
*Fortaſſe vnũ aliquod verbũ inter eas hãc irã cõciuerit:*

*Quo in loco legendum puto,*

*Non maximæ, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniuriæ*
*Faciunt.*

*Nam cum ex iræ diuturnitate iniuriæ magnitudinem Pãphilus colligeret, Leui, inquit Parmeno, duceris Here argumento: rationemq; ſi quæris, maximæ interdum iræ à non maximis iniuriis enaſcuntur. Vides iracundis hominibus id accidere, vt inimicißimi fiant iis de cauſis, quæ alios homines ne leuiter quidem poſſent commouere. Quia in Hecyram me conieci, nolo videri temere veniſſe: ita poſt paulo eũ locum, in quo eram, ſcriptum reperiebam,*

*Non vſus facto eſt mihi nunc hunc intrò ſequi:*
*Nam inuiſos omnes nos eſſe illis ſentio.*
*Here nemo voluit Soſtratam intrò admittere,*
*Si fortè morbus amplior factus ſiet,*
*Quod ſanè nollem, maximè Heri cauſa mei,*
*Seruom illico introiiſſe dicent Soſtratæ,*
*Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali*
*Capiti atque ætati illorum, morbus qui auctu' ſit.*

*Verba ſunt Parmenonis. Ego Capiti atque ſaluti illorum ſcripſiſſe Terentiũ puto, cũ inter eas voces non leuis affinitas ſit, & alterã ſentẽtia requirat, & à Cicerone locis ſint infinitis hęc duo cõiuncta. Vnũ pręterea locũ ſi tibi indicaro, ab Hecyra diſcedã. In Act. II. Sce. prima, ita legebatur;*

*An quia ruri eſſe crebro ſoleo, neſcire arbitramini*
*Quo quiſque pacto hic vitam veſtrorum exigat?*
*Multo meliu' hic quę fiũt, quã illic vbi ſum aßiduè, ſcio.*
*Ideo, quia vti vos mihi domi eritis, perinde ego ero fama foris.*

*Verba ſunt Lachetis ſenis: quo in loco Fama redũdare mihi videtur. Cauſam enim adfert Laches, quare tã bene ſciret, quæ domi in vrbe gererentur, cum eſſet ipſe ruri: in eo, inquit, facio, quia vt vos res meas domi adminiſtrabitis, vt mihi laborabitis, vt mihi obſequemini, ita ego vobis ero ruri: hoc eſt, vobis deſieri nihil patiar, benigneq; omnia præbebo, ſi mecum vos beneuolentia officiisq; certetis: quod ſi cõtrà à vobis fieri ſenſero, ſinam & egere, & algere, & eſurire, nihilq; rure ad vos deferri patiar. Vnde huc tamen ea dictio irrepſerit. non dißimulabo. Sequitur,*

*Iam pridem equidẽ audiui cepiſſe odiũ tui Philumenã.*

*Vbi cum notatum eſſet, à fama argumentari Lachetem, Fama in proximum ſuperiorem verſum irrepſit. Hæc hactenus fuiße excuſſa, explicata, omnium qui literas tractant, iudicio approbata.*

*Quid ego nunc dicã, eaſdẽ dictiones corruptas in hoc authore ferè fuiſſe, atq; deprauatas? quot locis pro Suſpectio: Suſpicio: pro In gratiis, Ingratus, pro Gratiis, Gratis: pro Ecce re, Et certe, ſcriptũ erat? Quid ego querar, verba flagitioſè adeò tranſpoſita interim fuiſſe, vt totam orationem miſerè perturbarent? Quid omiſſos librariorum incuria totos verſus, ſine quibus neque ſtare ſententia poterat, neque verſuum ſuperiorum mẽſura? Nihil mentior, ſcriptum ſic erat*

*in Prologo Heautont.*

*Ne cui ſit veſtrûm mirum, cur partes ſeni*
*Poëta dederit, quæ ſunt adoleſcentium,*
*Id primùm dicam, deinde quòd veni eloquar.*

*Vbi erat legendũ, Id deinde dicã, primũ quod veni eloquar Notatus à nobis hic locus eſt, & explicatus ſuo tempore. Scriptum ſic erat in Phormionis Act.* IIII. *Scena.* IIII.

*Vt te quidem omnes dij, deæq́, ſuperi, inferi*
*Malis exemplis perdant. hem ſi quid velis,*
*Huic mandes quod quidem rectè curatum velis.*

*Qui verſus poſtremus cũ menſurã excederet, neque tamen poſſe detrahi quidquam viderem, neque abſoluta etiã planè eſſe videretur, perfectaq́ ſententia, incido in codicem, nõ illum quidẽ, qui ſua authoritate fidem facere debuerit, ſed qui monere tamẽ dubitantẽ potuerit. In eo ſic ſcriptũ erat,*

*Vt te quidem omnes dij deæq́, ſuperi, inferi*
*Malis exemplis perdant. hem ſi quid velis*
*Huic mandes, quod rectè curatum quidem*
*Velis, ad ſcopulum qui te è tranquillo inferat.*

*Quem verſum Terentianum eſſe negare nemo poſſit. Idẽ eiuſdem fabulæ Act. V. Scena* VI. *flagitium deprehendimus, vbi hæc deerant Trochaico.*

*Curialis vernula eſt qui me vocat.*

*Quæ verba ſuo loco & Terentij eſſe oſtẽdimus, & quid haberent ſententiæ declarauimus.*

*Si quę generis ſunt huius vellem omnia recenſere, volumen à me haberes, non epiſtolam. Iam de verſuum genere & diſtinctione puderet dicere quàm aliter ſentimus nos, quàm ij, qui ante nos fuerunt, niſi ad te ſcriberem, qui iis de rebus iudicare omnium optimè potes. Initium eſt Scenæ quintæ Actus primi.*

*P. Hócne eſt humanum factum aut incœptum? hoccine officium patris?*
*M. Quid illud eſt? P. Prô Deûm atque hominum fidem, quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt?*
*Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie: nónne oportuit*
*Præſciſſe me ante? nónne prius communicatũ oportuit?*
*M. Miſeram me, quod verbum audio?*
*P. Quid Chremes, qui denegarat ſe commiſſurum mihi*
*Gnatã ſuã vxorẽ? id mutauit, quia me immutatũ videt.*
*Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat?*
*Quod ſi fit, pereo funditus.*
*Adeón' hominem eſſe inuenuſtum, aut infelicem quenquam, vt ego ſum?*
*Prô Deûm atque hominum fidem, nullóne ego*
*Chremetis pacto adfinitatẽ effugere potero? quot modis*
*Contemptus, ſpretus? facta, tranſacta omnia. hem*
*Repudiatus repetor. quãobrem? niſi ſi id eſt quod ſuſpicor,*
*Aliquid mõſtri alunt. ea quoniã nemini obtrudi poteſt,*
*Itur ad me. M. oratio hæc me miſerã exanimauit metu.*
*P. Nam quid ego dicam de patre? ah,*
*Tantámne rem tã negligenter agere? præteriens modò*

*Verſum primum eſſe voluit Eraſmus Iambicum Octonarium iuſtæ menſuræ, id enim dicere ſolemus Acatalecticum. Secundum Octonarium quoque, cui tamen accinatur & adnectatur Monometer, hoc eſt vna, vt Græci vocant,* διποδία: *ea autem erit, Tũ mẽ ll'a ẽſt. At non accinitur Iambico Octonario, ſed Scazonti, octauus enim pes Spondeus eſt: valde mihi præterea argutum videtur in eadem dictione & Octonarij finem, & Monometri quærere initium. Tertium Iambicum octonarium eſſe voluit, quod fieri minimè poteſt, cum Hodie, extremam producat: quartũ generis eiuſdem, Dimetrum quintum, ſextum Trochaicum Octonarium Catalecticum, cum & priores omnes Iambici ſint, neq; niſi Iambici ſequãtur. Octauum octonarium fecit Iambicum, nonum Dimetrum Iambicum. Decimum Octonarium Iambicum, ſiquidem in inuenuſtum, V, primum elidas, quod quidem ſi verba modicè tranſponas, minimè eſt opus: vndecimum, Dimetrum redundante pede, nouum ſanè, vt dicam leuiſſimè, genus carminis: hunc qui ſequitur Octonarium rurſus Iambicum, poſt quem Trimetrum, ſequi voluit Trochaicos tres Tetrametros, catalecticos eos quidem, quibus ſubiunxit Dimetrum Iambicum acatalecticum, cum Dimetri eiuſdem eſſe generis ſoleant cum iis, quibus fuerint adiecti. Hæc ſi, quemadmodum Eraſmus vult, ſcripſit Terentius, mihi certè non eſt poëta: at neque ita ſcripſit, neque id nos putare eſt æquũ. Quem locum antequam in eos verſus redigo, quibus eſſe à Terentio ſcriptum ſit veriſimile, notabo quanta ſit in exemplaribus varietas, atque incertitudo. In verſu primo vtrobique Hoccine, in aliis exemplaribus reperio, reperio & Factu, & Inceptu, quod à Donato quoq; videmus annotatum. In ſecundo vetuſtum exemplar non habet Fidem, quo modo interim locutus eſt poëta: in alio, Atque hominum nõ reperio, atque ita quoque ſcripſiſſe aliquando Terẽtium animaduerto: in tertio Dare, in aliquibus codicibus non legitur: neque carmen poſtulat, & iratus ſupprimere multa ſolet quæ cum adſcribere ſoleant interpretes, in verſum fit ſæpe vt admittantur. Se, præterea video geminatum, & pro Denegarat, Denegauerat ſcriptum reperio. Iam in octauo pro Quia, quoniã. Vbi poſtea Chremetis, Chremis: vbi Itur, itum. Accipe nunc vt verſus hos putarim & ſcriptos fuiſſe & eſſe diſtinguendos.*

*P. Hoccine factum eſt humanum aut inceptum? hoccine officium patris?*
*MY. Quid illud eſt?*
*P. Prô deûm atque hominum fidem, quid eſt, ſi hoc nõ eſt contumelia?*
*Vxorem decrerat dare ſeſe mi hodie: nónne oportuit*
*Præſciſſe me ante? nónne prius cõmunicatum oportuit?*
*MY. Miſeram me, quod verbum audio? P. Quid Chremes, qui denegauerat*
*Se commiſſurum mihi gnatam ſuam vxorẽ, mutauit id*
*Quoniam me immutatũ videt. itáne obſtinatè dat operam, vt*
*Me à Glycerio miſerum abſtrahat? quod ſi fit, pereo funditus.*
*Adeón' hominem inuenuſtum eſſe, aut infelicem quenquam, vt ego ſum?*
*Prô Deûm atque hominũ fidẽ, nullo ego pacto Chremis*
*Adfinitatem effugere potero? quot modis*
*Contemptus, ſpretus, facta tranſacta omnia, hem*
*Repudiatus repetor: quamobrem? niſi, ſi id eſt*
*Quod ſuſpicor, monſtri aliquid alunt. ea quoniam*
*Obtrudi nemini poteſt, ad me itur. M. hęc*
*Oratio me miſeram exanimauit metu.*

*Omnes Iãbici ſunt, Octonarij partim, partim Senarij, Monometer vnus, non is quidem quem eſſe Eraſmus putabat*

*eum efficit Myſis:quæ dum à Pamphilo exaudiri nõ vult, pauca loquitur.Monometrũ in re ſimili in Phormione obſeruauimus, vbi taciti Antipho & Phædria Getam audiunt: ac cum à Geta Antipho nominaretur, ibi tum Phædria;*

*Te nominat. A. neſcio quod magnum hoc nuncio exſpecto malum.*
*P. A, Sán' ne es?*
*G. Domum ire pergam, vbi plurimum eſt. P. reuocemus hominem. A. Sta ilico. G. hem.*

*Quo etiam loco nos valde ab Eraſmo diſſentimus: qui cum vbi Monometrum faceret nõ inueniret, & Octonariũ fecit Catalecticum, qui, vt ſuperiores omnes, eſſe debebat Acatalecticus, & Monometrum Hypercatalecticum, qui ſi erat Monometer faciundus, Acatalecticus certè faciundus erat. Ad locum ſuperiorem vt redeamus, in quo pro Hócne, nos Hoccine: quod ideo Eraſmus immutauit, vt Trochæum poſſet euitare: verùm cum legi Hoccine ſecundo loco ſit neceſſe, priore ſcripſiſſe aliter Terẽtium perſuaderi non poteſt: quare nemo non videt fuiſſe verborum ſeriem perturbatam. Deũm, eſt vtrobiq; Monoſyllabum: Niſi poſteriore dici interim productè, & à Grammaticis video notatum, & nos in hoc Poëta nõ ſemel obſeruauimus. Atq; vt ab ea Scena non diſcedam, ſequitur paulo pòſt,*

*Quòd ſi ego reſciſſem id prius, quid facerem ſi quis nunc me roget.*

*In eo verſu quem iambicum eſſe vult, vt reuera eſſe debet, Prius ſyllabam eſſe vnam vult Eraſmus, cum ſi id fiat, Iãbicus eſſe Octonarius non poſſit. Nos legendum putamus; Quòd ſi ego prius id reſciſſem &c. Sequitur,*

*Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. Sed nũc quid primùm exequar?*
*Tot me impediũt curæ, quæ meũ animũ diuerſè trahũt:*
*Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitudo.*

*Hos tum faciat Eraſmus Trochaicos, rogarem eum libenter, an Amor, non eſſet Iambus, quem Trochaici non recipiunt. Mihi certè iambici octonarij videntur, quales & qui præcedunt, & qui ſequuntur, atque ita legendi.*

*Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. ſed quid primùm nunc exequar?*
*Impediunt me tot curæ, quę meũ animũ diuerſe trahũt.*
*Amor, huius miſericordia, nuptiarum ſolicitatio.*

*Verſus porrò ille,*

*Sed nunc peropus eſt aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſus hunc loqui.*

*Cum ſit Octonarius, legendus ſic eſt,*

*Sed nunc propu' eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui.*

*Vbi paulo pòſt,*

*Bene & pudicè eius doctum atq; eductum, ſi nam*
*Coactum egeſtate ingenium immutarier?*

*Eius, redũdat, verſui enim officit, & venuſtati. Vbi, Et ad pudicitiam, & ad tutandam rem ſient, Ad ſecundum eiſdem de cauſis tolli voluimus: quas ſecuti etiam ſumus in emẽdando verſu illo, quem penè præterieram ex Octonariis, Abi domum. Id mihi viſus eſt dicere, abi citò & ſuſpẽde te. Quanto elegantius, Abi citò, ſuſpende te, vbi res poſtulat celeritatem? Taceo quòd ſtare verſus aliter non poteſt. Vbi, Hanc mihi in manum dat, mors continuò ipſam occupat. M Y. legendum erat. Vbi P. Sed cur tu abis ab illa? M. Obſtetricem acceſſo. P. Propera. Abis, Senarius non patitur, Comica non magnopere deſiderat elegantia. Locũ hunc vt claudam, equidem vbi diligenter rem perpendo, nuſquam inter iambicos video Trochaicos à Terentio temere interiectos, quæ vetus doctorum fuit opinio, neq; inter hos, illos: quibus tantùm generibus vſum eſſe Terentium animaduerto. Atq; vt apertè videas, quanta hac in parte libros corruptio peruaſerat, eſt Act. III. ſce. II.*

*Adhuc Archillis quæ aſſolent, quæq; oportet*
*Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.*
*Nunc primum fac iſthæc vt lauet, poſt deinde*
*Quod iuſsi ei dare bibere, & quantum imperaui*
*Date: mox ego huc reuertar.*
*Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.*

*Primos tres verſus Iambicos Dimetros eſſe voluit Eraſmus, quibus tamen eſſent annexi duo Trochæi: duo ſunt Trochæi, Quæq; oportet: duo, Eſse video: quoniam pro Trochæo poni Tribrachys poteſt, in quem ſcilicet diſſoluitur, vt pote temporibus parem. Poſt deinde, duo Trochæi. At hic verſus, Nunc primum fac iſthęc vt lauet: eſtne Dimeter Iambicus? Eraſmo an fuerit neſcio, mihi certè nunquam erit. Iam quartum verſum, cuius Eraſmus genus non notauit: quem eſſe dicemus? Quintum etiam quòd Dimetrum faciat catalecticum, vidit, meo iudicio parum. Mihi ſcenę huius verſus generis ſunt eiuſdem: Iambici enim ſunt omnes, menſuræ tamẽ diſparis. Quatuor primi, quibus cum iis, qui domi ſunt, loquitur Leſbia, ea ratione ſunt, vt primi & tertij extremæ ſyllabæ initia ſint ſecundi & quarti: ita omnes Acatalectici erunt. Octonarij omnes, præter quartum, is enim Dimeter eſt, qui Octonarius quoque fuiſſet, niſi ad ſpectatores & ſe & orationem Leſbia conuertiſſet. Sic illius in Eunucho: Ita fac vt iuſsi, deducantur iſti, &c. Et illius quoque in eadem Scena, Memini, tametſi nullus moneas, &c. extremæ ſyllabæ initiis ſequentiũ verſuum ſunt accommodandæ: quod & aliis locis non paucis & animaduertimus, & indicauimus. Scripti mihi ſic videntur à Terentio,*

*Adhuc Archillis quę adſolẽt, quęq; eſse oportet ad ſalutẽ*
*Signa, omnia huic eſſe video. Nunc primum iſtæc vt lauet*
*Facite: poſt deinde, quod iuſsi, ei date bibere, & quantum imperaui*
*Date: mox ego reuertar huc.*

*Facite, vt pro Fac, reponerem non fecit verſus ratio, ſed quòd, Date dixit poſtea, non, Da. Date, porrò eſse legendum, non Dare, & codices nonnulli teſtantur, & ratio indicat loquendi: dictum tamen id Interpres putat conſuetudine magis, quàm ratione: quòd ſi conſuetudinis id eſt, non ſcripturæ vitium, oſtendere debuit, aut alibi Terentium ſic ſcripſiſſe, aut Comicorum omnino quenquam ita locutum, quorum de medio ſumpta eſt omnis oratio. Quintum verſiculum Iambicum eſſe puto octonariũ: à quo quæ detracta ſunt, ſequẽti adiecta ſunt verſui. Ita ergo legimus.*

*Per ecaſtor ſcitu' puer natu' eſt Pamphilo: quæſo Deos,*
*Superſtes vt ſiet, quando quidem ipſe eſt ingenio bono.*

*Magis res erat deſperata Actus quarti initio,*

*Hoccine credibile eſt, aut memorabile,*
*Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet,*
*Vt malis gaudeant, atque ex incommodis*
*Alterius ſua vti comparent commoda? ha*
*Id'ne verum eſt? imo id genus hominum eſt peſſimum, in*
*Denegando modo queis pudor eſt paululum:*
*Poſt vbi eſt tempus promiſſa iam perfici,*
*Tum neceſſario ſeſe aperiunt, & timent,*

*Et tamen res cogit denegare. Ibi*
*Tum impudentiſsima eorum oratio eſt.*
*Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus*
*Proximus ſum egomet mihi. Attamen, vbi fides*
*Si roges, nihil pudet. hîc, vbi opus eſt,*
*Non verentur: illic, vbi nihil opus eſt, ibi verentur.*

*Pētametros iambicos nō agnoſcit in Terentio Goueanus.*

*Primum Pētametrum Iambicum fecit Eraſmus, quos nullos ſcripſit Terentius: ſequētes duos Dimetros Creticos: quod (taceo eorum verſuum eſſe authorem Eraſmum) fieri minimè poteſt: cum, Atque ex in, Moloſſum non Creticum efficiant: quatuor ſequentes qui eſſent non notauit: Creticos certè Dimetros dicere non poteſt. In nono verſu deeſſe aliquid putauit, quòd pro Cretico quarto Iambus poneretur. At Res cogit, erátne Creticus ſecundus, vt pro quarto poſitum diceret Iambum? In decimo Creticos tres notauit, qui vbi eſſent, vellem profectò indicaſſet, ne nos in quærendo fruſtra laboraſſemus. In vndecimo vt in nono, pro Cretico quarto Iambum poni notauit. Primum, ſi in nono pro Cretico eſſe Iambum putabat, quòd verſui deeſſe aliquid videretur, quid hîc commiſſum eſt flagitij, vt qui Creticus eſſe debuerat, factus ſit Iambus? Tum verò, Quis tu es, Creticum quis eſſe dixerit, ac non potius Spondeum? Iam in verſu ſequēti vbi quatuor Cretici? vbi in illo, Si roges, &c. tres? éſtne, Nihil pudet, Creticus? equidem non arbitror. Extremum eſſe voluit Trochaicum Scazontem, addere debuit Catalecticum, quos nullos ſcripſit Terentius. Ego omnes eſſe arbitror Iambicos Tetrametros, hoc eſt Octonarios ſiue Quadratos, quales ſunt qui ſequuntur omnes vſque ad Trimetros, quibus penè clauditur ſcena. Legendos autem ita cenſeo.*

*Hoccine credibile, aut memorabile, tanta vt cuiquam vecordia*
*Innata ſiet, vt gaudeat malis, atque ex incommodis*
*Alterius, ſua vti commoda comparet? ha, verúmne id eſt? genus*
*Immo hominum id peſſimum eſt, in denegando queis pudor modo*
*Paululum adeſt, poſt vbi iam tēpus eſt promiſſa perfici,*
*Tum ſe neceſſariò aperiunt, timent, & cogit res eos*
*Tum denegare. Ibi tum impudētiſſima eorū eſt oratio,*
*Quis tu es? quis es mihi? cur meā tibi? heus proximu' ſum egomet mihi.*
*Attamen vbi fides, ſi roges, nihil pudet: hîc, vbi eſt opus,*
*Nihil verentur: illic, vbi verentur, ibi non eſt opus.*

*Si qua vides immutata, quæ pauca vides, cogitare primùm debes, quanta in exemplaribus ſit varietas, tum quàm facile fuerit Eſt addere, E geminare, Et, in contextum venire, pro Tum ſcribi Tum, Nihil & Non ſuis ſe mutuo ſedibus expuliſſe. Eos, quod additum à nobis eo loco quo Eraſmus deeſſe nōnihil imprudēs diuinauit, addidimus certè codicis teſtimonio. Eiuſdē ſunt qui ſequūtur & generis & mēſuræ,*

*Sed quid agam? adeámne ad eum, & iniuriam hanc expoſtulem cum eo,*
*Mala ingeram multa? Atqui aliquis dicat, nihil promoueris.*
*Multum moleſtus certè ei fuero, atque animo morē geſſero.*

*Ita enim ſunt legendi. Plura Guil. Bellai capere epiſtolæ breuitas non poteſt, & omnia perſequi, negotij eſſet & otij maioris: vnum ſi addidero, quia in eo ſum loco, ſcribendi finem faciam. Legitur paulo poſt,*

*P. Cur me enecas? hoc audi. Nunquam deſtitit*
*Inſtare, vt dicerem eſſe ducturum patri,*
*Suadere, orare vſque adeò donec perpulit.*
*C. Quis homo iſtuc? P. Dauos? C. Dauos? P. Interturbat. C. quamobrem? P. neſcio.*
*Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim.*

*Qui duo poſteriores verſus Octonarij ſunt Iambici, vt nūc quidem ſunt: iudicio tamen noſtro Trimetri eſſe debēt tres ac ſic legi,*

*C. Quis homo iſtuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos omnia.*
*C Quamobrem? P. neſcio. niſi mihi deos ſatis*
*Scio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim.*

*Quanta orationi acceſſerit venuſtas intelligis. quæ certè cum locus ſuſpectus non eſſet vehemēter, ad immutandum momenti nunquam ſatis habuiſſet, niſi in vetere ſatis exēplari ita ſcriptum reperiſſem, Quis homo iſtuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos interturbat omnia: ego Interturbat eſſe interpretis affirmare auſim. Eius generis quàm ſint multa neque credi, neque dici facilè poteſt. In Phormione ita legebatur, Itáne tādem quæſo ciuem item vt meretricem, vbi abuſus ſis: cuius verſiculi duo illa verba. Vt meretricē, eſſe quoque interpretis indicat apertè Senarius. In And. Act. IIII. ſce. III. ſcriptum ſic erat,*

*M. Ne me attingas ſceleſte, ſi pol Glycerio nō omnia hęc*
*D. Eho inepta, neſcis quid ſit, actum. M. quid ſciam?*

*Ego vtrunque Trimetrum eſſe puto. Illudq́, Quid ſit actū, interpretis eſſe, non authoris, proinde ita legendum,*

*Ne me attingas ſceleſte, ſi pol Glycerio.*
*Non omnia hæc. D. eho inepta, neſcis. M. quid ſciam?*

*Neque recuſem quin quantum de iudicio hoc meo, tantum de exiſtimatione detrahatur.*

*Habes Guil. Bellai coniicere vnde poſſis, aut quid ego effecerim, aut quid efficere voluerim: neque verò dubito, quin vt poſt alios multa nos ſatis deprehendimus, poſt nos alij quoque multa ſint animaduerſuri. Optamus autem gratus tibi ſit conatus iſte noſter, & vtilis ſtudioſis, vt fauore tuo cum publica vtilitate coniuncto, in qua vigiliarum omnium mearum præmium ſemper putaui reponendum, in vtriuſque linguæ authoribus caſtigandis noſtra indies accendatur induſtria. Vale.*

*Lugduni ad Cal. Apriles.*

## ANTONIVS GOVEANVS DE VERSIBVS TERENTIANIS.

*Iambici verſus. Trochaici.*

*Terentiani verſus aut Iambici ſunt, aut Trochaici. Iambici pedes duos recipiunt, Iambum & Spondeum, & in quos ij diſſoluuntur, nullos præterea. Trochaici item duos, Trocheum & Spondeum, & in quos ij diſſoluuntur, nullos præterea. Iambici aut Monometri ſunt, aut Dimetri, aut Trimetri, aut Tetrametri. Monometri vnam habēt menſurā, hoc eſt, pedes duos, duas Dimetri, tres Trimetri hoc eſt pedes ſex, vnde à Latinis Senarij dicti ſunt. Tetrametri quatuor, hoc eſt, pedes octo: qui & Octonarij à Latinis, & quadrati, & Longiſsimi dicuntur. Monometri & Trimetri iuſtæ ſemper ſunt menſuræ, & veri ſemper Iambici, hoc eſt pedem vltimum ſemper habent Iambum. Dimetrorum & Tetrametrorum iuſtæ quidem ſunt menſuræ, qui Acatalectici vocātur, iiq́, veri ſemper apud*

*Monometri. Dimetri. Trimetri. Tetrametri.*

hunc authorem ſunt Iambici. Iniuſtæ quidam menſuræ ſunt, & ij non ſemper veri ſunt Iambici, ſed vt plurimum Spõdeum, aut Dactylum vltima ſede recipiunt, dicuntúrque Scazontes. Iniuſtæ autem eſſe verſus menſuræ modis duobus accidit. aut enim iuſto ſyllaba minores ſunt, aut maiores: illi Catalectici, hi, Hypercatalectici ſunt nominati. Dimetri vt multi ſint Catalectici, ita nulli Hypercatalectici reperiuntur. Nunc, Trochaici aut Dimetri ſunt, aut Tetrametri, Catalectici omnes, vel Hypercatalectici, & ij Octonarij: nulli ſiquidem Dimetri Hypercatalectici ſunt. Nimis fuere ingenioſi qui Denarios verſus in Terentio ſunt commenti, qui Pentametros Iambicos, qui Dimetros redundante pede, qui Dimetros Creticos, qui Creticos Monometros redundante pede, qui è Cretico vno verſum breuiſſimum, qui Creticos in quibus pro Cretico poneretur Moloſſus, poneretur & Iambus, qui Senarios Iambicos Hypercatalecticos, qui monſtra illa verſuum è Trochaicis & Iambis conflata. Porrò nec ab Iambicis ad Trochaicos, nec ab iis ad illos tranſit Poeta, niſi (quæ vetus doctorum fuit opinio, longo à me interuallo renouata) res id aut poſtulet, aut certè ferat. Quomodo autẽ id res aut poſtulet, aut ferat, ſuis locis in iis Commentariis docebimus, quos in Terentium paramus. Quæ Poetarum more licere ſibi voluit Terentius, quæ quidẽ pauca ſunt, hæc animaduerti: in vnam contrahit ſyllabam Meus, Tuus, Suus, deus, deum, deos, deæ, prior, puer, rei, Eho, Fuit, ea: in duas Eadẽ, Eodem, Duarũ. diſſoluit Iam in ſyllabas duas, in tres Vero, in quatuor Virginem, in quinque Eiuſmodi. Redducere Redductus Relliquus geminata effert conſonante. Literam, quæ in Optimus extrema eſt, tollit frequentiſſimè: extrema prioris verſus vocali eſt cum ad incohandũ ſequentem vtatur: eſt cum, ſi fortè vocalis ſit, à vocali quæ ſequẽtem inchoat verſum elidi velit, quemadmodum quæ ſequẽtem inchoat ab ea interim abſumitur vocali quæ præcedentem cludit. Hæc iudicio noſtro ſunt, quæ de verſibus Terentianis & præcipi debuerunt neceſſariò, & verè potuerunt.

Scazontes.

Denarios & pentametros verſus negat eſſe in Terẽtio Goueanus.

Cõtractiones ſiue ſynereſes Terentianæ.

Diſſolutiones ſiue diæreſes.

## DE LVDIS MEGALENSIBVS.

Megalẽſes ludi.

DE Ludis Megalenſibus quia certi nihil apud authores reperiebam, non abs re putaui, quæ colligere ipſe potui, in medium afferre. μεγαλεσίοις Magnos dici à Græcis Deos author eſt Donatus. σίοις enim Aeoles Deos vocant: vnde Sibylas dici vult Ariſto. quod Deorum mentes conſiliaq; perſpiciãt. Magnos verò Deos intelligo, quos Maiorum gentium Cicero vocat, qui à terris in cœlum nõ peruenere: tales habebãtur Iupiter, Neptunus, Minerua, Iuno. At neque magnis omnibus Diis, ſed tantùm cœleſtibus erant hi ludi conſecrati. Hos eſſe quos Romanos interim videmus appellatos ex eo colligo, quod Aſconius ſcribit, Romanos ludos Magnos quoq; appellari, quòd magnis Diis erant inſtituti: quos eoſdem Circenſes dictos putat. Vnde illud Virgilij, Magnis Circenſibus actis. Non eſſe eoſdem ludos Megalenſes, & eos quos Megaleſia dicimus, ex Ciceronis Oratione de Aruſpicum reſponſis apertè colligimus, vbi Megaleſia Megalenſibus celebrari dicit: verba ſic habent, Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio noſtri maiores ante templũ in ipſo Matris magnæ conſpectu Megalenſibus fieri celebrariq; voluerunt? qui ſunt more inſtitutiſq; maximè caſti, ſolennes, religioſi. quibus ludis primũ ante populi conſeſſum Senatui P. Africanus iterum Conſul ille Maior dedit, vt eos ludos hæc lues impura pollueret: quo ſi quis liber aut ſpectãdi aut etiam religionis cauſa acceſſerat, manus adferebãtur: quò matrona nulla adiit propter vim conſeſſumq; ſeruorum. Ita ludos eos quorum religio tanta eſt, vt ex vltimis terris accerſita in hac vrbe cõſederit, qui & vni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, vt vocabulo ipſo & appetita religio externa, & Matris magnæ nomine ſuſcepta declaretur, hos ludos ſerui fecerunt, ſerui ſpectauerunt, tota deniq; hoc Aedili ſeruorum Megaleſia fuerunt. Extrema hæc verba declarant illos ludos quos Megalenſibus in Palatio in ipſo Matris Magnæ conſpectu fieri dicebat initio, eſſe Megaleſia. nam & Liuius ſcribit M. Iunium Brutum ædem Magnæ Matri deûm in Palatio dedicaſſe, & ludos ob eã dedicationem factos Megaleſia appellaſſe. Megalẽſes porrò ludi ſiue Romani, ſiue Magni, ſiue Circenſes ſub regibus fuere inſtituti: fiebantq; ſub initium menſis Septembris: durabant autem non amplius dies nouem. Cicero in actione prima in Verrem, Nonę ſunt hodie Sextiles, hora nona cõuenire cœpiſtis: hunc diẽ iam ne numerant quidem: decem dies ſunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus eſt: ij ludi dies quindecim auferent: deinde Romani continuò conſequentur: ita propè X L. diebus interpoſitis, tum denique ſe ad ea, quæ à nobis dicta erunt, reſponſuros eſſe arbitrantur. Quorum dierum ſi quis rationem ſubducat, & ſub initium Septembris cadere Ludos Romanos, & non amplius nouem dies duraſſe deprehendet. De iis ludis Romanis ita Cicero libro quinto, in Verrem: Nunc ſum deſignatus Aedilis, habeo rationem quid à populo Romano acceperim, mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum ceremonia Cereri, Liberæ, Liberoq; faciẽdos, mihi Floram matrẽ Populo plebiq; Romanæ, ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt appellati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæq; eſſe faciundos, mihi ſacrarum ædium procurationem, &c. Quo loco Megalenſes ludos non omiſiſſet, quos Aediles ſumma religione & dignitate faciebant. niſi iidem & Megalenſes ludi fuiſſent & Romani. Hæc tamen tota de re aſſeueranter dictum nihil velim.

Dij magni

Ludi Romani, qui & Circẽſes.

Megaleſia.

## DE TIBIIS PARIBVS ET IMPARIBVS.

CHoros ad diſtinguendos actus adhibebant Græci poetæ, Latini tibias adhibuere, in graui comœdia dextras in leui ſiniſtras: quare grauem ſonum dextræ, acutum ſiniſtræ emittebant, vt ſono comœdiæ, vel leuitati vel grauitati reſponderent. Quod vt fieret commodius impares fiebant dextræ, hoc eſt vnico foramine, ſiniſtrę pares & geminæ, vt cùm duobus foraminibus exiret ſonus, diſtractus, & diſſectus acutior ad aures perueniret. Adhiberi vtraque ſolebant, cum mixta è genere vtroque erat comœdia.

Tibiæ pares & impares, dextræ & ſiniſtræ.

## ANTONIVS GOVEANVS EX INSCRIPTIONE ANDRIAE.

Mihi ſic inſcriptio hæc videtur legenda.

ANdria Terentij. Acta ludis Megalenſibus M. Fuluio, M. Glabrione Aedilibus Curulibus. Egere L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Præneſtinus. Modos fecit Clau. Flaccus, Clau. Filius tibiis paribus & imparibus, hoc eſt,

ſiniſtris

*ſiniſtris & dextris. Tota græca eſt. Menandrou. edita M. Marcello, Cn. Sulpitio Coſſ.*

Imo.
Immo.

*Ex act. I. ſce. I Imo, apud hunc authorem priore & producta & breui reperio. Vnde venio in opinionem ſcribi deberegemino M, alteriúſq; detractione corripi poſſe priorem. Et ſce. II. Circuitione pentaſyllabum. Et ſce.* V. *Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.} Verſus hic finitur ſcenæ ſequentis initio. Ex act.* II. *ſce. I. Quid ais Byrrhia?} Finis præcedentis verſus. Et ſce.* II. *Notatu dignum id putaui, quòd in illo, Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni, Conueni pro inueni & occurri ſumitur. Eodem modo ſumitur in illo Eunuchi actus* II, *ſcenæ* II. *Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc atque ordinis: quod non viſus eſt Donatus intelligere. Cicero in Catone maiore, Equidem efferor ſtudio patres veſtros quos colui & dilexi videndi: neque eos verò ſolùm conuenire aueo quos ipſe cognoui, ſed illos etiam de quibus audiui & legi & ipſe conſcripſi. Quo in loco conuenire Theodorus interpretatur* εὑρεῖν: *quod certè eſt inuenire: vbi nos erraſſe Theodorum putauimus aliquando. Terentij illud in Hecyra apertè id demonſtrat.*

Conueni, pro Inueni

*Pam. In arcem tranſcurſo eſt opus. Par. cui homini? Pam. tibi.*

*Par. In arcem! quid eo? Pam. Callidemidem hoſpitem Myconium, qui mecum vnà aduectus eſt, conueni.*

*Quid ceſſas? Par. quid vis dicam? an conueniã modò?*

Niſi, pro Sed.

*Ex act.* IIII. *ſcen. I. Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos.} Niſi poſteriore producta, ſumitur autem hoc loco vt multis aliis in hoc eodem authore pro Sed. vide Eunuch. act.* III. *ſce. 4. verſum vltimum. Et ſce.* V. *Ah, ah, ah.} Hiſtrionis tertia interiectio eſſe videtur, proindéque extra verſum eſt. Vide Eunuch. act.* III. *ſce. I. & Heautontim. act.* V. *ſce. I. Et ſce.* VI. *Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias.} Egere locus hic notatione viſus eſt propter nouitatem, malam fauoris conciliatricem. Sunt qui parere non parare ſcripſiſſe poëtam velint: at id facere, eſt non ſanare vulnus: neque enim parare in cauſa erat cur ſuis numeris non conſtaret ſenarius, neque parere vt conſtaret.*

Ditiæ pro diuitiæ.

*Ego Ditias non Diuitias ſcripſiſſe Terentiũ. puto. Idem in Heautonti. Act. I. ſce.* II. *Parentes, patriam incolumem, amicos, genu', diuitias, vbi quoque ditias poſtulat Octo. Iambicus. Rurſus act.* III. *ſce.* II. *Vicinum hunc noſtin'? at quaſi is non diuitiis, vbi & Ditiis verſus efflagitat ſenarius. Dis certè pro Diues idem dixit in Adelph. Dis quidem eſſe Demea. Cum igitur diuitiæ nuſquam reperiam apud hunc authorẽ, niſi his locis quos citaui, & his ipſis omnibus Ditiæ carmen poſtulet, & quemadmodum Dis pro diues, ita Ditiæ pro diuitiæ dici potuerint, rem dignam putaui quam & indicarem ego, & in quam alij diligentiùs inquirerent. Optumè hoſpes pol Crito antiquum obtines.}*

Dis, pro Diues.

*Opportunè pro optimè, qui legendum putant vt verſui conſulant, potiùs quàm Morem addant, vident meo iudicio parum: nam & opportunè ſententia non poſtulat, & in Hecyra ita Terent.*

*At tu ecaſtor morem antiquum atque ingenium obtines. Non eſt quòd nos moueat interpretis authoritas in illud Gnatonis in Eunucho,* Non *cognoſco veſtrum tam ſuperbum, vbi ille ſuperbum dici vult abſolutè, vt hoc Andriæ, Antiquum obtines: nõ eſt inquam quod nos moueat: ſcriptum ſiquidem inuenio eo loco,* Non *noſco genu' veſtrum tam ſuperbum. Eſt quod Galli dicunt,* vous ne ſerez pas ſi mauuais, voſtre pere eſtoit ſi bon. *Ex actus quinti ſcena* IIII. *Andrium ego Critonem video? & certè is eſt, ſaluos ſis Crito.*

*Verſus hic cum Trochaicus eſſe debeat catalecticus, corruptè legitur: quem vt emendaret Eraſmus. Is, detraxit. verſui quidẽ certè conſuluit, elegantiæ non habuit rationem, quæ Is ſibi detrahi non patitur. Ego poſt eam interrogationem, Andrium ego Critonem video? Et certè, ſubiici non puto commodè. Ecere, non Et certè puto ſcripſiſſe Terentium. Ecere autem aduerbium eſt iurandi, ac ſi diceres, Per ædem Cereris, vt AEcaſtor, per ædem Caſtoris: AEdepol, per ædem Pollucis. Eo vſus eſt Plautus, eo Terentius non ſemel. Ita & elegantia & verſus Terentium ſcripſiſſe clamant. Idem erat flagitiũ in Eunuchi Act.* V. *Scena* II. *Idem in Adelph. Act. I. Scena prima, idem multis aliis locis. Itáne verò obturbat.} Locus ſi, vt interpretes volunt, accipiatur, vt verò aduerbium ſit, ſintq; hæc inter ſe diſtincta, Itáne verò? obturbat, corruptum eſſe locum aſſeueratione omni confirmo. Quòd ſi vero nomen ſit caſu dandi, referatúrque ad verbum* Obturbat, *obturbare vero, erit veritati obſtrepere. Miratur ergo Crito tam eſſe veritati aduerſum Simonem, vt ei obſtrepat, & vera dicentes amet interpellare.*

Ecere, ſeu AEcere.

Obturbare vero.

### EX INSCRIPTIONE EVNVCHI.

*Mihi inſcriptio hæc ſic legenda videtur.*

*PVbl. Terent. Afric. Eunuchus. Acta ludis Megalenſ. L. Poſthumio Albino L. Cornelio Merula ædilibus curulibus. Egere L. Ambiuius Turpio, L. Attilius præneſtinus. Modos fecit Claudius Flaccus Claudij filius, tibiis duabus dextra & ſiniſtra. Acta ſecundò eſt. Græca eſt Menandru. Edita M. Valerio Meſſala, C. Fannio Strabone Coſſ.*

*Ex prologo. Poſtquã ædiles emerunt.} Antequã fabulæ ante populum agerentur, agebantur priuatim apud ædiles.*

*Quàm plurimis, & minimè multos lædere.} Quàm plurimis duæ ſunt dictiones. Loci ſententia, cuius nos Aemylius Ferretus admonuit, hæc eſt, Si quiſquam eſt qui bonis placere velit potiùs quàm malis (nam per plurimos eoſdem hîc intelligimus, quos Græci per* πολλούς) *neque tamen malos lædere, in iis eſſe ſe Poëta profitetur. Aduerbium Potiùs ſubintelligi non eſt nouum: ſic Vlpianus, ſic Cicero lib.* III. *In Verrem eſt locutus. Sic Homerus* ὀδύσ. ρ.

Αὐτὸν ἔχοντά σε βέλομ᾽ ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶν δε.

*Ex Act. I. Sc. I. Perficies.} Alibi pertendes. in quam ſignificationem dicitur à Terentio Heautontimor. Act.* V. *Sce.* V. *Video non licere vt cœperam hoc pertendere. Ex Act.* II. *Sce.* II. *Ad cœnam vt veniat.} Cœna hîc pro prandio: nam quam nunc cœnam dicimus veteres veſpernam dixiſſe teſtis eſt* No. *Marcellus. vide Act.* III. *Sc.* II. *verſ. 26. Ego illum. Et ſce.* III. *Calidum.} Malè interpres putat Callidum ſcribendum: nam & Græci* θερμὸν *dicunt, & verſus aliter non conſtat. Ex act.* III. *ſcena* I.

Pertendo.

Cœna, pro prandio.

Calidus.

Ha, ha, he.

*Ha, ha, he.} Poſteriores duæ interiectiones hiſtrionis ſunt, & extra verſum. vide Andr. Act.* IIII. *Sce.* IIII. *& Heautonti. Act.* V. *Sc.* I. *Et ſcen.* II. *Vel ſobrius.} Hinc colliges inuitatã fuiſſe Thaidem à Milite non ad veſpernã,*

vt veteres loquebãtur, cum adhuc eſſet ſobrius, vide quod ſuprà notauimus Act. II. ſcena ſecunda. vide Act. IIII. ſcena ſeptima., verſu penultimo.

Parata omnia. GN. fiat. THA. diligenter Pythias.} Aut præſto omnia, ſcribendum eſt, aut fiat ſyllaba vna facienda: quod magis placet, parta omnia maluiſſem ſi proprietas ſermonis paſſa fuiſſet, non enim parere cœnam dicimus, ſed parare. Et ſcena. IIII. Niſi quicquid eſt.} Niſi pro ſed, vide Adelph. Act. I. ſcena ſecunda, verſum vltimum. Ex Actus quarti ſcena quinta.

Verũ hercle hoc verbum eſt, ſine Cerere & Libero friget Venus. Verſum hunc ſcriptum etiam hoc modo reperio.

Verum hercle verbum hoc eſt, ſine Cerere & Baccho friget Venus. Atque ita ſi legatur, Iambicus erit Octona. Acatalect. quales & ſuperiores & inferiores omnes. Niſi velis Libero eſſe Dactylum. Vide quæ in verſiculum illũ Adelphorum actus II. Scenæ primæ eſt à nobis adnotatum. Et ſcena ſexta. Abi tu.} Abi poſteriore correpta. Et ſcen. VII. Domique, focique, fac viciſſim vt memineris.} Hinc colligas non fuiſſe ad veſpernam, vt antea dicebamus Act. III. ſcena ſecunda inuitatam Thaidem, cũ eodem die Sanga coquus à Gnathone ſui officij commonefiat. Præterea, quod multo maximum eſt argumentũ, tot res poſt cœnam geri, eodem die non potuerunt, ſi cœnam pro veſperna ſumimus. Ex Actus quinti, ſcena quinta.

Abi, poſteriore correpta.

Cœna, pro prandio.

Quod mœchis ſolet.} Athenieſes mœchis pudenda & ſedes expilabãt: quod ſupplicij genus παρατιλμὸς dicebatur.

Mœchorũ ſupplicium

EX INSCRIPTIONE HEAVTONTIMO.

Inſcriptio hæc mihi ſic videtur legenda.

PVb. Terentij Afri. Heautontimorumenos. Græca eſt Menãdrou. Acta ludis Megalenſibus L. Cornelio Lentulo, L. Valerio Flacco ædilibus curulibus. Egit L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Clau. Flaccus, Clau. Filius tibiis paribus. Acta deinde duabus dextris. Acta etiam tertiò. Edita T. Sempronio Graccho, M. Iuuentio Helua Coſs.

Ex Prologo.

Id primùm dicam, deinde quod veni eloquar.

Locum hunc, quo in hoc authore obſcurior nullus, notare malui, quàm emendare: vt in re tam difficili, atque perplexa, ſuum cuique iudicium relinqueretur. Primum non eo ordine, quo res propoſita eſt, narratur: neque enim hæc quæ ſequuntur,

Ex integra Græca integram Comœdiam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon:
Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.

Hæc inquam non demonſtrant, cur partes ſeni poëta dederit, quæ erant adoleſcentium: quod tamen dicturũ ſe primum, pollicetur. Iam vbi pòſt paulo dicit, Oratorem eſſe ſe, non Prologum, non docet, cur venerit: venerat enim Hiſtrio non vt Prologum recitaret, ſed vt ageret Fabulam: id tamen fuerat quod ſecundo loco erat dicturus. Deinde quis ille ſenex, cui adoleſcentium erant datæ partes? quæ illæ ipſæ adoleſcentiũ partes? Ego vt quod ſentio paucis dicam, verborum ordinem perturbatum tantas loco tenebras puto attuliſſe: quod ſi ita legamus, Id deinde dicam, primùm quòd veni eloquar, erunt omnia clariora. Nam cum prologi ab adoleſcentibus ſolerent recitari, eſſétque L. Ambiuius ſenex, qui prologum recitaret, cur adoleſcentiũ partes ſeni eſſent demandatæ, mirari populus iurè potuiſſet: cuius facti cauſam dicturum ſe pollicetur, vbi quare venerat explicaſſet. Veni, inquit, vt ex integra Græca, integram comœdiam agam, quæ ex ſimplici argumento duplex facta eſt. Dicerem & cuia eſſet Græca, & Latinam quis fecit, niſi partem veſtrûm maximam ſcire arbitrarer. Habetis cur venerim, dicam iam nunc cur partes has prologi, quæ erant adoleſcentium, ſenex didicerim. Non Prologum voluit me eſſe poëta, hoc eſt fabulæ argumentum narrare, ſed Oratorem fecit, qui pro ſe apud vos cauſam dicerem, aduerſus eos rumores, quos de ſe maleuoli diſtulerunt. Contaminaſſe ſcilicet Græcas multas, dum facit paucas Latinas. Orator ergo ad vos venio ornatu Prologi. Ex actus quarti ſcena tertia. Voſtrum ſenem. Sy. imo vt.} Imo priore breui.

Prologi comœdiarum ab adoleſcẽtibus recitabantur.

EX INSCRIPTIONE ADELPHORVM.

Mihi ſic inſcriptio hæc videtur legenda.

ADelphi Terentij. Acta ludis Funebribus L. Aemyl. Paul. Q. Fab. Maxim. P. Cornelio Africano ædilibus Curulibus. Egere L. Attilius Præneſtinus. L. Numidius Poſthumus. Modos fecit Clau. Flaccus, Clau. Filius, tibiis dextris. Facta Latina eſt è Græca Menandru, L. Anitio Gallo, M. Cornelio Cethego Coſſ.

Ex Actus primi, ſcena ſecunda. Niſi quicquid eſt.} Niſi pro ſed. Ex Actus ſecundi, ſcena prima.

Niſi, pro Sed.

Dõmõ mẽ eripuit, verberauit, me inuito abduxit meam. Domo me e, anapæſtus eſſe videtur: alioquin non conſtabit Trochaicus. Ablatiuos eſſe, primo, vero, cito, ſedulo, mutuo, crebro, ſero, vltimíſque correptis dici interim, nemo neſcit. Actus quinti, ſcena octaua: animo extremam corripere adnotauimus. Et Actus quarti, ſcena prima. Quaſi puero,} Puero diſſyllabum. Et ſcena ſecunda. Niſi me credo.} Niſi pro ſed. Quonam? SY. illic vbi, &c.

Domo, ſecũda breui.

Animo, poſtrema breui.

Niſi, pro Sed.

Verſum hunc Denarium Catalecticum Trochaicum faciunt, quos nullos ſcripſit Terentius. Alibi Quídnam? SY. Illuc, &c. Ego legendum putarim. vbínam? SY. vbi etiam, &c. vt ſit. Trochai. Octona. Hyperca. Quónam, nõ videtur ſententia poſtulare: illic Donatus non legit. Et ſce. V. Domi virginem.} Domi poſteriore correpta, niſi virginem quadriſyllabum facis. Abi domum.} Abi poſter. correpta. Ex Act. V. ſce. VIII. Corpore & animo, M. Gaudeo.} nĩmõ gau, anapæſtus. hoc idem etiam Actus ſecundi, ſcen. I. adnotauimus, in Domo me eripuit, &c.

Abi, poſteriore correpta.

Animo vltima breui

EX INSCRIPTIONE HECYRAE.

Hæc inſcriptio iudicio noſtro ita legenda eſt.

TErentij Hecyra. Tota Græca eſt Apollodoron. edita Cn. Octauio, T. Manlio Torquato Coſs. Acta primo ludis Romanis Sex. Iul. Cæſare. Cn. Corn. Dolabella Aedilibus Curulibus, ſine Prologo. nõ eſt placita. Relata eſt iterum Ludis Funebribus L. Aemilij Pauli, non eſt placita tota. Relata eſt tertiò. Q. Ful. L. Martio ædilibus Curulibus. Egit L. Ambiuius Turpio. modos fecit Claudius Flaccus. Claud. Filius tibiis paribus. Placuit.

Ex Actus tertij, ſcena quarta. Imò quòd.} Anapæſtus, vide verſum vltimũ ſcenę quartæ, Actus quarti. vide Hecy. ſc. vlti. Ex Actus quarti, ſcena quarta. Imò ve.} anapæſtus. vide actus tertij ſcena quarta.

Imo, vtrãq; ſyllaba breui.

EX

EX INSCRIPTIONE PHORMIONIS.

*Hæc inſcriptio iudicio noſtro ita legenda eſt.*

*PVb. Terentij Afri. Phormio. Acta ludis Romanis L. Poſthumio Albino L. Cornelio Merula Aedilib. curul. Egere L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Prœneſtinus. Modos fecit Clau. Flaccus Clau. Filius tibiis paribus. Tota Græca eſt Apollodorou, ἐπιδικαζομένων. Acta quartò eſt. Edita C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala Coſſ.*

*Ex Actus primi, ſcena quarta. Nam abſque eo eſſet. Rectè mihi vidiſſem.* } *Scriptum in alio exemplari reperio, Nam abſque eo rectè ego mihi vidiſſem. Quòd ſi Eſſet legamus, aut notandum nouum erit locutionis genus: aut ita oratio diſtinguenda, Nam abſque eo, eſſet rectè, ego mihi vidiſſem. Ex Actus ſecũdi, ſcena prima. Nil ſuaue meritum eſt.* } *In hæc verba ita interpres, Ordo & ſenſus hic eſt, Nihil mihi mercedis ſuaue eſt, vt ego illam cum illo nuptam feram. Suaue enim meritum, ſuauem mercedem ſignificat. Ego ſcriptum fuiſſe puto, Nil ſuaue meritũ eſt: vt ad Antiphonem ea verba ſic referantur, Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? non faciam, non enim meritus à me eſt, ei vt eſſe dulce aut ſuaue aliquid patiar. Poteſt & ſic id intelligi, Nihil mihi fecit Antipho ſuaue, vt ei aliquid eſſe ſuaue permittam. Mereri, pro facere non hoc tantum loco vſurpauit. Ita in Hecyra Actus tertij, ſcena quinta.* **Mereor, pro facio.**

*Quæ nunquam quidquam erga me commerita eſt pater*
*Quod nollem, & ſæpe quod vellem meritam ſcio.*

*Nempe Phormionem.* } *Alia exemplaria habent, Num Phormionem? atque ita conſtat Senarius. Vide an malis literarum tranſpoſitione, in Phormionem primam breuiter dici: cum & Apollodorus, cuius hæc fabula eſt, eius dictionis ſyllabam primam corripuerit. Quod qua ratione fecerit non video, niſi pro Phormio Phromio ſcripſerit. De his literarum tranſpoſitionibus, vide Theodorum Grammaticæ libro quarto. Et ſcena III. Eho tu ſobrinum tuũ.* } *Apud Ciceronem in oratore ad Brutum legimus, Eho tu cognatum. Id quod lex iubet.* } *Vide num legendum, Ei quod &c. vt paulò pòſt, cum Senis verba repetit Phormio, Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? Non agam i,* } *Dactylus. Ex Actus tertij, ſcena ſecunda.*

*Dorio audi obſecro. D. non audio. P. parumper. D. quin omitte me.* } *In hunc verſum ita interpres, Sunt qui ſic legant, vt Dorio Prædria dicat: Leno, audi: iterum Phædria obſecro. Certè qui ita orationem diſtinguebant, id viderunt, nõ petere Phædriam à Lenone vt audiret, ſed vt parumper Leno pecuniam expectaret. Neque enim reſpondiſſet Leno, non audio, ſi audientiam tantùm adoleſcens poſtularet: id ſi quidem reſpondere ſolemus, cum quod petitur non conceſſuros nos ſignificamus. Ego diſtinguendam ita orationem non puto: cum illud Audi Lenoni tam obſtinato ad denegandum minus conuenire videatur. Verſum eſſe Trochaicũ conſtat, ſi Audi non detrahimus, Hypercatalecticum, cum Dorio primam habeat longam: à muneribus enim, non ab haſta nomen habet, & in hac ipſa Scena bis prima producta reperitur: ſin detrahimus, & ſentẽtiæ conſulitur, & verſus Trochaicus fiet catalecticus, quales qui ſequuntur omnes, qui quidem Trochaici ſunt. Parũper illud Phædriæ ad expectationem pecuniæ, non ad audientiam referri debere omnino cõfirmo: ſequitur enim, Nequeo exorare vt maneas triduum hoc? Locus hoc habere ſententiæ videtur, Dorio inquit Phædria, expecta obſecro dum pecuniam conficio. Surdo, inquit Dorio, fabulam narras. Miſſum me fac, moleſtus es. Hic Prædria, Audi quod dicam Dorio, non me capis. quod parumper peto vt expectes, eſt vt triduum tantùm expectes, ne quod parumper vt expectes peto, putes petere me hominum aliorum more vt in multos dies, aut menſes expectes.* **Dorio.**

*A. Miſeritum eſt. P. hei veris vincor. G. quàm eſt vterque ſimli ſui?* } *In hac ſcena verſus nõ eſt alius difficilior intellectu. Miſeritum eſt, dicere per Ironiam Antiphonem vult interpres: quod ego illi aſſentior. At quid ſit Veris vincor: quid, Quàm eſt vterque ſimilis ſui, neque ille dicit, neque ego aſſequor. Scriptum fuiſſe credo, Hei verbis vincor. Vincebat enim Lenonis in negando pertinacia & loquacitas, adoleſcentis ingenui atque liberalis pudorem. Quamobrẽ ſecum Geta, quàm Leno is, inquit mores Lenonis habet, & Phædria pudentis atq; liberalis adoleſcentis, qui verbis à Lenone verbis vinci ſe fateatur. Et ſcena tertia. Dum igitur diem licet.* } *Diem vna ſyllaba hunc verſum citat Priſcianus, ſine Diem. Ego malo propter elegantiam ſyllabam facere vnam quàm tollere, cum ea dictione ſublata verſus etiam aliquid deſideret. Ex Actus quarti, ſcena quarta. Aruſpex.* } *Aruſpex quia ab Haruga deriuatur, primam vocalem habere debet aſpiratam.* **Aruſpex. Haruſpex.**

*Ex Actus quinti, ſcena ſecunda. Vorſurã ſoluis.* } *Vorſura potius legendum potius ſeptimo caſu, quàm vorſurã: etſi Budæo aliter videtur. Et ſcena tertia. Capiebat ſtatim.* } *Statim priore longa, pro perpetuò & æqualiter. Et ſcena ſexta.* **Statim.**

*G. Vapulabis. A. id tibi quidem iam fiet, niſi reſiſtis verbero.*

*G. Familiariorẽ oportet eſſe hunc qui minitatur malũ. Scenam hanc Trochaicis conſtare catalecticis verſus metientibus clarum eſt. Quare cum prior ille verſus neque Trochaicus eſſet eius menſuræ, quam Terentiani verſus nunquam excedunt, hoc eſt, cum neque Octon. eſſet Catalecticus, neque Hypercatalecticus, incidit animo ſuſpicio, loco aliquid eſſe additum, vel certè detractum: quid id eſſe poſſet, cum reperire non poſſem cogitando, in codicem incidi, vix dignum, qui mihi fidem facere deberet, niſi iudicij ratio acceſſiſſet. In eo ita ſcriptum reperi,*

*G. Vapulabis. Curialis vernula eſt qui me vocat.*
*A. Id tibi quidem iam fiet, niſi reſiſtis verbero.*
*G. Familiariorẽ oportet eſſe hunc qui minitat malum.*

*Quæ lectio propter multas res mihi probatur: verſui enim conſulitur, & id quod ſubiecit, Familiariorem eſſe oportet, qui minitat malum, explicatur magis: vocare enim potuit quiuis, vernula etiã, minitare malũ (vt loci huius verbo vtar, quo vſos antiquos notatum video à Priſciano) nõ niſi qui in eum ius habeat & imperium: vnde in ſuſpicionem venit Geta, herum eſſe, à quo vocaretur, non vernulã, quemadmodùm initio putabat, cui verbera etiam minitauerat. Id vnũ relinquebatur dubium, quid Curialem vernulam dixiſſet Poëta, cum Curiales hi dicantur, qui curiæ ſint eiuſdem, curiámque ſerui non haberent, neque apud Romanos, neque apud Græcos. Ea de re duæ animo ſubibant opiniones, aut legendum, Familiaris vernula eſt, nam & ſubiecit, Familiariorẽ, & verſus vtrunque patitur Trochaicus: aut ſeruos curiales dici poſſe, qui dominis ſeruiunt* **Curialis.**

Popularis. eiuſdem curiæ. Populares enim dicuntur etiam ſerui, qui dominis populi eiuſdem ſeruiunt. ita enim ſumendum illud puto Actus primi ſcenæ primæ, *Amicus ſummus meus & popularis Geta.* Palliatam enim eſſe fabulam meminiſſe debemus, ciuitatémque Athenienſem in δήμους hoc eſt populos diuiſam fuiſſe, quemadmodum hodie eſt Florentina. Nam putare ideo à Dauo popularem Getam appellatum, quòd eſſent nationis eiuſdem, quod interpreti video placuiſſe, ignorare eſt populos fuiſſe diuerſos Getas & Dauos, & ſeruis nomina dari ſolita ab eo populo vnde eſſet quiſque. Diuerſos autem fuiſſe populos Strabo libro ſeptimo his verbis teſtatur. Fuit & alia regionis diuiſio ex antiquis permanens temporibus, alios enim Dacos alios Getas appellant. Getas quidem qui ad Pontum in orientem vergunt, Dacos autem qui in oppoſitum verſus Germaniam & ad Iſtri fontes, quos olim Dauos vocatos eſſe reor. Ex quo apud Athenienſes Dauorum & Getarum nomina ſeruilia plurimum abundabant. Hoc ſanè credibilius eſt, quàm à Scytharum gente deriuari, quos Daas vocant: longè enim illi ad Hyrcaniam poſiti ſunt, nec ex eo loco Athenas mancipia deportata putandum eſt. Hæc Strabo. Regio ergo eadem erat & Dauorum, & Getarum, & lingua eadem, queadmodum poſt paulo ſcribit idem Strabo, proinde gens eadem, ſed in populos varios diuiſa: neque protinus eiuſdem populi dici debent, qui eiuſdem gentis ſunt, & nationis. Et ſcena ſeptima.

Angiportus. Imò, priore breui. In angiportum hoc.} Priſcianus legit hunc, vt probet etiam genere maſculino Angiportum reperiri. Et ſcena nona. D. Vt voles faciet. N. imò vt iam ſcias.} & imò vt, anapæſtus.

# IVLII CAESARIS SCALIGERI LIBER,

## DE COMICIS DIMENSIONIBVS.

*Ad Siluium Cæſarem filium.*

QVIBVS artibus poëtarum ingenia excolerentur, cùm eſſet à nobis duobus libris explicatum: non prius abſolutum fuiſſe opus illud videbatur, quàm addita de verſibus comicis commentatione inſtitutũ teneremus. Nam cùm de origine, generibus, partibus fabularum, quæ in ſcenã afferrentur, & ab aliis olim, & à nobis ipſis ſuo loco ſit diſputatum: in animo habebamus, totum hoc negotium legare iis, qui de pedum quantitate, déque verſuum ratione conſcripſerant. Verùm cùm & maximus vir Eraſmus, & poſt eum plerique alij ita hãc conficere prouinciam aggreſſi ſint, vt & ille his non pauca reliquiſſe, & hi eadem illa aut neſciſſe, aut præteriſſe viſi ſint: coactus ſum Syluiole fili, hac quoque opera oſtendere animum erga te noſtrum: vt quem in locum Naturæ ope teipſum euehere mirabamur, noſtris auſpiciis promoueri, ac prouenire eò poſſis. Nam cùm perneceſſaria per ſe cognitio eſt ipſa, tum etiã ſi non eſſet, videntur tamen viri illi talem effeciſſe, ſiue ad eorũ magnitudinẽ intueare, quam ad huiuſmodi lucubrationẽ demiſiſſent: ſiue negligentiam ſpectes, qua mutilam deprauatámq; relinquerent.

Ac primùm quidem quam Eraſmus affert, vereor vt accipienda ſit dubitatio: Sit, nécne certis pedibus aſtricta comœdia. Nam quanquam Quintilianus hoc dixiſſe videtur, non tamen pedum leges potius, quàm trimetrorũ præſcriptionem deſiderauit: neque in omnibus, ſed in Terentianis tantùm: quarum gratiam, quam elegantia orationis atque puritate conſequutæ eſſent, diminutam putabat licentia verſuum longiorum: cùm tamen Plautus nihilo ſit in trimetris frequentior. Hoc autẽ amplius eadem in quæſtione peccat Priſcianus: quoſdam eſſe, qui in Terentij fabulis extare metra negent, atq; eoſdem tamen ait, illa quaſi arcana quædam, ſibique ſolis cognita profiteri. Quid enim eſt hoc? negare numeros in verſu quopiam, eoſdémque numeros in eodem verſu ſe ſolos dimetiri poſſe? Hanc ſententiam more ſuo de illo mutuatus Eraſmus, commodiorem fecit: diuidit enim eam, eiúſque partes ad diuerſa refert iudicia. Alios inquit negare, alios quaſi inutilem eam inueſtigationem exiſtimare. Quorum vtrunque cùm ipſe reieciſſet: quod erat priore loco, meritò quaſi iudicatum omiſit. Alterius autem rationem hanc reddere inſtituit, Non operam perdere nos indagandis verſuum generibus. hac enim diligentia effici, vt quæ librariorum incuria tranſpoſitæ voces ſint, ſuis eæ ſedibus reſtituantur. Ego verò neque hoc eſſe neceſſarium video, & plus conferre ad ſolutæ orationis libertatem. Nam neque vbiuis tranſpoſitæ voces, verſus tollent connexionẽ: & frequentiſſimè deprehendimus, ob numeri neceſſitatem ita tranſpoſitas, vt ſi eandem ſententiã in epiſtolam ſis allaturus, cogaris aliis ſedibus digerere: veluti cùm Terentianus Simo ait:

Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari, quo fiant minus.

Nam priore verſu multa inuertas ſine diſpendio numerorum: in altero autem & quotidiano ſermone, & forenſibus contentionibus aliter loquare. Itaque ſi librarij ita ſcripſiſſent:

Fallaciæ conari, quo minùs fiant: ex eorum temeritate hoc fructus capiamus, vt minore negotio imitemur. Hoc igitur non negamus nos, verſuum legibus duci nos ad verborum ſedes inueſtigandas: ſed in eo vllam eſſe vtilitatem, hoc negamus: imò verò conducere interdum magis, ſi tranſpoſita ſint, quo ordine orationem noſtram inſtituamus. Sed profectò hac opera plus fuit laboris ſumptum, quàm captum vtilitatis: vt nõ ſine cauſa miraremur, ſummos viros tantum ſtudij in dimetiendis illis verſibus poſuiſſe, Priſcianum, Donatum, Aſperum, Iubam, Scaurum, Probum, Sulpitium, Varronem ipſum. Quorum frequentiæ cùm mihi in mentẽ venit, apparet illico aut obſcura diligentia, qui infecto negotio eguerint ſucceſſore: aut res ipſa perdita, quæ vel ab vno alteróve tantorum virorum nequiuerit confici. Quare ea quoque cauſa, ſed potiſſimũ ea, inquam, eſſe potuit, vt ad hanc contemplationem ſtudium noſtrum adhiberemus. Neque enim ſola res petenda iam eſt nobis, ſed ipſa contentione de clariſſimis autoribus victoria reportãda. Atque vt eorum iudicia hac quoque in parte emendemus, ſimul ad hanc operam incitemus ingenia literatorum: vt non minimam pronuntiandi rationem ex hac commentatione conſequi ſeſe poſſe putent: quemadmodum cùm intellexerint neque aſpirationem, ne-

*que ſibilum, neque mutam inter ſe conſpirare potuiſſe, vt prima ſyllaba in voce hac,* iſthic, *produceretur. Qua in voce eadem qui putant ſibilum extrudi in pronuntiando, neque morem ſeruarunt, neque etymologiam obſeruarunt. Nam Aeoles, quos Latini maximè ſunt imitati, quod alij* ἐσθλὸν, *dicerent, ipſi,* ἐσλὸν, *pronuntiabant. ita in verbo,* iſthic, *ſatius fuit mutam abiicere. & fuit ratio: nam, is, pronomen integrum manet: cauda autem illa, quam vocāt ſyllabicam adiectionem, nullo diſpendio expuncta etiam leniori relinquit locum coniunctioni. Præterea multis in locis animaduertas, poſituram conſonantium non producere vocalem: ſed ſuaptè natura niti breuitate: vt,* in, ſed, ad, quod, aliud, ſimul: *in quibus qui putarunt oportere poſtremum elidi elementum, vehementer errarunt. Sed longè faciliùs in diſiunctis vocibus correptam vocalem tenuere, quàm in coniunctis. At in coniunctis ita pronuntiabant, vt poſitura nihil afferret moræ breuitati. Sic* inſidias, & inferos, *primam producere dixerunt:* indicationem *autem &* incautum, *corripere. Quare ſi hoc in vno tractu ac tenore faciebant, multò commodius interpoſito eo interuallo, quod ſeparatis vocibus debetur, efficere debuere. Nam ſi dicas,* in ſedibus, *atque ibi præpoſitio breuis ſit, quæ in ea compoſitione longa fuiſſet: quanto aptius breuis erit, ſi dicas,* in diem: *quæ ſi compones, breuis quoque erit? Præterea animaduertemus, quàm celeriter multas vocales pronuntiando expedīuerint, vt etiam cum ſequentibus obſcurarint. Sic enim in illis,* ſcias, ſuæ, tuæ, fuit, dies, deos, prius: *quæ efficiebant monoſyllaba: ita ex duobus comparatiuis,* potius, melius, *duos conſtituebant pyrrhichios. Nam quemadmodum menſuremus verſum illum ex Andria?*

Dabit nemo. inueniet inopem potiùs, quàm te corrumpi ſinat.

*Neceſſe enim eſt ex duabus vocibus his,* potiùs quàm, *vnum pedem fieri: quod vt efficiat, multa prius, ac mirabili eget interpolatione. Ergo vulgò ita quoque locutos puto, non laturos ſcenarum barbariem, quæ de medio ſumeret ſermonem. In hac tamen re & diſceptarunt multi, & non pauci errarunt: ſicut & illi, qui reddere voluerunt rationem verſuum: cùm alij eſſent curtiſſimi, alij adeò longi, vt mihi libeat cum Plautino trapezita iocari, Dum vnum ſcribo expleuit mihi totas ceras quatuor: quantus ille eſt ex Eunucho:*

Et magnifica verba: verba dum ſint. verùm ſi ad rem conferentur, vapulabit.

*Quanquam, hîc quoque ab illis diſſentio, aióque duos verſus eſſe: priorem trochaicum dimetrum brachycatalecticum, alterum octonarium. Nam ſic pronuntiauit, vt cùm dixiſſet,*

Et magnifica verba: *ſubſtitit, affixitq; ibi propoſitum in verbis: poſtea ſimul cum re mutauit ſententiam, vt pro factis facta redderet, & verbera minitaretur. Priſcianus diſtinctionis cauſa breuiores inſertos verſus dicit. Verùm neque ille diſtinctio hæc quid eſſet, declarauit: neq; nos, quid ſibi velit, ſanè ſcimus. Nam quæ diſtinctio eſſe debet, non ſolùm eadem in ſcena, ſed etiam perſona? quæue in prima ſcena grauiſſimæ comœdiæ Amphitruonis? Ipſo enim ingreſſu ſtatim nuſquam ſibi conſtat. Aut qualem in ea ſcena, in qua Pamphilus de patris duritia queritur? qui in eodem argumento propoſitóque perſtaret conqueſtionis, & tetrametris illud inſeruit dimetrum:*

Quod ſi fit, pereo funditùs.

*Alij, vt ſibi videbantur, acutiores, è rebus ipſis duci, non ſolùm pedum ſtatum, aut curſum, ſed etiam verſuum tractus prodidere: in re perturbata mutari verſus, pedéſque ipſos confundi: in celeritate trochaicos trudi: grauibus perſonis ſtatarios ſermones conſieri ex ſpondeis. Afferunt huc non tam pro teſte, quàm pro iudice Virgilianam prudentiam, diuinam illam ſanè mihi: qui rem, verborum nitore ac numerorum concinnitate oculis ſubiiciat. Ego verò vt horum diligentiam veneratus ſum, quam equidem tanto ſtudio in meis poëmatis exprimere conatus fuerim: ita in comœdiis falſam ſimul atque ſuperuacaneam animaduerti. Nam ſi in perſonarum ſtatibus diuerſis, ſi in contrariis negotiis, ſi in fabularum partibus maximè inter ſe diſſimilibus, idem pes, idem pedum ordo, idem carminum genus oſtendatur: iam nulla cauſa eſt, quin horum ſententia, tanquam vana explodatur. Ergo in diuina fabula, ac verè theſauro, quam leui nimis de cauſa Trinummum inſcripſit Plautus, Protaſis trimetro iambico tota conſtat: item Epitaſis tum Cataſtrophe. Stichus è contrario, tota trochaicis longis. In Moſtellaria adoleſcenti Philolacheti homini perdito luxu, atque otio corrupto, quíque vnam modò rem ageret, vt inſeruiret ventri, dati verſus ſunt omni pedum penè genere pleni. Tranioni autem ſeruo trepido, in re deſperata, verſus compoſiti, atque ſibiipſis conſtantes. Seni Teuropidæ viro graui, parco, læto, aucta re, amoto maritimorum metu periculorum, ſenarij iambici. Quid grauius Amphitruone? quid magis ſtatarium, quàm finis fabulæ conuerſæ? concluditur tamen fabula trochaicis. In Sticho autem tam iambis potant, quàm trochæis. Gurgulio currens in re noua, nouo nuntio vehitur trochæi rotis. At Acanthio in Mercatore haud abſimili in re quadratis vtitur iambicis, At iiſdem in Terentiana Phormione Geta pari in negotio. Ergaſilus verò paraſitus in Captiuis, tam trochaicis, quàm aliis: cùm tamen ſimilem ageret curſurā. Quemadmodum & Dinacium puer in Sticho nuntij autor noui, vtriſque miſtim vſus eſt. Præterea trochaicis Harpax Cacula militaris in Pſeudulo dum Lenonem quærit. Trochaicis Erotium meretrix in Menæchmis, vt obſonium comparandum curet. At è contrariò trochaicis Lyſiteles adoleſcens & grauis, & frugi in Trinūmo: & Chremes ſenex, vir bonus, ac prudens in Andria, ſeria in primis de re paterno animo, conſtanti conqueſtione. Quòd ſi ad Dauum reſpiciant, qui ſequenti ſcena iam otium atque tranquillitatem imperādo ſibi, belliſſimos fundit trochaicos, iam ipſi illa de celeritate aliquid conſultius remittant. Poëtas profectò iſtos comicos noſtrates, vt in mentem venerant res arripuiſſe, eiſque numeros accommodaſſe reor. Iſti verò legumlatores noui, plerique hoc ſuis obtinent ingeniis peculiare: ſemel alicubi ſi quid deprehendēre, illico pro lege habent. Atqui longo multóque opus eſt ſtudio, eſt opus conſilio prudenti, acri iudicio opus eſt: quanquam equidem non negarim, fabularum initiis vbi animos, auréſque ſpectatorum trimetris verſibus imbuiſſent: ipſi ſibi ſuo quaſi iure agerent, deinceps interſperſis alicubi eiuſdem generis ſenariis, idque neque ſemper, neque coactos, neq; conſultò factitaſſe exiſtimamus. Fuit tamen hoc illis in more poſitum, vt narrationibus trimetros maiore ex parte adaptarent: neq; ſolùm in Argumentis, aut Prologo, aut Pro-*

taſi, ſed etiam apud perſonas eas, quæ etiam aliud agerent. Quemadmodum cùm Dauus in Andria, de aliis rebus loquens, alia vtitur verſuum dimenſione: vbi ad narrationem deuentum eſt, de naui fracta apud Andrum, ad trimetros diuertitur.

Ad hæc mala, hoc mihi accedit etiã: hæc Andria.

Eadem diligentia in epiſtolis, In Pſeudulo ab longis in ſenarios deflectitur. In Aſinaria quoque quod pactum conſcriptum eſt inter adoleſcentem, & lenam, ſenariis expletur: quoniam ſit narratio quædam: quanquam ne hic quidẽ ſemper. Nam longis verſibus narrat in Rudente Grippus, euentis fortunæ ſeſe bene acceptum. At in eadem ſenex ſomnium trimetris. Ex vtriſque verò, atq; etiam aliis miſtis Soſia Amphitruonis: quanquam vbi ad manus ventum eſt, iamborum vim atque alacritatem minutiore gyro flectit, ac vibrat. Cùm igitur tam inconſtantem legem videamus, vt illis poëtis neque curæ fuerit, vti facerent, neque ſaluo puri ſermonis nitore efficere potuere, vti numeris eſſent aſtrictioribus: nos ſic inuenta, aut quemadmodum exiſtunt, permittamus, aut ſi quid ſiniſtri ſeſe offerat, ne odioſe extorqueamus: præſertim cùm licentiæ vitium cum Græcis, vnde ſumpſiſſent, ſibi commune, licentia, vti ſolet, auxere.

Illud verò, quod aliqui dubitando, quidam etiam aſſeuerando negabant, fabulas Terentianas trimetris circunſcriptas, falſum eſſe deprehendimus. Nam & apud eum poëtam plus eſſe huius carminis inuenies: & contrà, apud Plautum quadratos, aliáque longiorum genera. Andria penè ex æquo diuiſa in vtrũque genus eſt. Haud enim ita multò ab longis ſenariorum numerus ſuperatur. In Eunucho, & Heautontimorumeno, item. At in Adelphis penè ex quadrante longi ab ſenariis exceduntur. Phormionem potior ſenariorum numerus cõficit. Hecyra laxior fabula, ac pedeſtrior eſt: itaque omnium Terentianarum, ad ſermonem quotidianum quàm proximè accedit. eſt tamen in ea ſenariorum plus tertia parte. At contrà, Plautina Amphitruo, & Rudens, vix totus quadrans expletur ſenariis. Aſinaria, Epidicus, quam tantopere ipſe autor laudat, Moſtellaria, Menæchmi, Miles, Mercator, Pſeudulus, Aulularia, Caſina, Gurgulio, Bacchides, aut ex vtriſque æquè conſtant, aut etiam minus habent ſenariorum. Captiui verò, & Perſa, & Pœnulus plus dimidio textæ ſunt longis. Trinummus legebatur hactenus tota quadratis, aut non multò breuioribus. Eam nos ita reſtituimus priſtinæ ſinceritati, vt ad quingentos ſenarios excuſſerimus. Quorum tamen numero præſtant longi verſus duplo. Quam operam etiam cùm Truculento impendiſſemus: paulò minus ducentis reformatis, tantam longiorum inuenimus multitudinem, vix vt illorum hi eſſent pars quinta. Atque is labor non temere ſuſceptus eſt: cùm tam facilè mendacium, Quintiliani autoritate tegeretur. Nam iſti magni viri, dum nihil inexcuſſum volunt, & faſtidiunt leuiora, plus profectò nominis vſurpant, quàm ponant operæ. Quemadmodũ Priſcianus quoque, cui de anapæſto ſententia excidit ſatis abſurda, cùm dixit: Erit autem probabilis iambicus verſus, & tragœdiis aptus, ſi ſecundum, & quartum pedem, non alios feceris, quàm iambos, aut eum, qui tribrachus eſt, aut anapæſtus: quoniam ſunt pares. Qua enim audacia fretus anapæſtum tribracho parem dixit? Nam quod ait paribus ſedibus anapæſtum recipi: verum eſt. Sic enim extat in Pluto Ariſtophanis:

Ὁς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.

Et bis in eodem verſu:

Οἱ δ' ἐξετρέποντο, κ' οὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι.

Verùm hoc eſt illi adeò freques̃, vt nullus pudor Latinis ſit iam futurus, quibus linguæ ratio perſuaſit, ne hoc attẽtius curarent: præſertim cùm tragœdia quoque hoc admiſerit, grauius ſanè ac longè caſtius poëma. Obſeruantior Sophocles: Euripides minus obnoxius: nam minus pepercit illis ſedibus.

Γλῶτταν δ' ἀπορρηκτὴ σιγὰν ἰδία τῆς φρενός.

Et in Hecuba:

Κεἰ σμικρὸν ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχῃ.

Neque ſolùm anapæſtum paribus ſedibus poſuit illis, ſed etiam in vltima, vt in Oreſte:

Αὐτουργός. οἵπερ καὶ μόνοι σώζουσι πόλιν.

Quem ſi tribrachyn voces, ſyllabam nunc reſpicias, non legem illam, qua vltima habetur indifferens.

Eraſmus autem rectè ſedibus imparibus dicebat, pro iambo receptum ſpondeum, dactylum, tribrachyn, anapæſtum: proceleuſmaticum autem omiſit, quoniam excidiſſet memoria: & creticum, quem ſanè putaret non admitti. Nã ſi in eam ſedem poſſe recipi ſperaſſet, non multa carmina ſuburtiſſet. Proceleuſmaticus autem proximè ad naturam dactyli accedit, differens ſyllabarum numero, temporum tractibus par. Tribus autem modis excipitur pes ille. Aut enim mollis eſt, atque adminiculis quibuſdam ſimilior factus dactylo: vt, Genua labant: ariete: parietibus. Duabus enim vocalibus conſtitutis, prior conſonãtis vim quandam videtur obtinere. Aut eſt apertior, vt in verſu Enniano: *Proceleuſmaticus.*

Capitibus nutantis pinus, rectóſque cupreſſos.

Aut eſt coactus, ademptis conſonantibus quibus ſyllabatum breuitas impeditur. cuiuſmodi eſt in Andria:

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Itaque ad eum verſum cùm deueniſſet Eraſmus, neque agnoſcere vellet proceleuſmaticum, quem in ſuis legibus non conſtituiſſet, & putaret duriuſculè fieri, ſi Aeolicum digãma auferretur, vt exiret proceleuſmaticus: ſuſtulit tamen, vt exciperetur tribrachus in duabus primoribus ſyllabis huius nominis, inuidia, & ex duabus poſtremis vocalibus vna ſyllaba concreta eſſet. Verùm vt in natura, ita in arte illius imitatrice faciendum nobis eſt, nihil aut otioſè, aut ſuperfluò agere. Ergo vt conſtet ratio dimẽſionis, ſi recipias proceleuſmaticum, vnum tantùm moliris, cùm tollis digãma. Si malis tribrachum, & hoc tibi idem curandum eſt, vt tollas: & præterea duabus conſertis ſyllabis obſcurãda oratio. Nam ſi nihil refert pronunciéſne inuidia, an inuida, quid intelligamus? quod ſi (ac verius quidẽ eſt) ita pronunciemus, vt quaſi ſonum conſonantis prior vocalis obtineat, iam non ſit tribrachus amplius, ſed anapæſtus. Nam ita pronunciari in quibuſdam proceleuſmaticis iam diximus, & apparet ex illo verſu Poëtæ:

Stellio, & lucifugis congeſta cubilia blattis.

Et apud Horatium:

Vt Naſidieni iuuit te cœna beati. *Naſidienus*

Nam idem nomen aliter:

Naſidienus ad hæc.

Quare in priore verſu, omnes erunt ſpondei præter quintũ. Sic enim etiam Catullus, pituitæ, primam cum produxit: *Pituita.*

Muccúſq;

Muccúſque & mala pituita naſi.

*Non corripuit Horatius:*

Niſi cum pituita moleſta eſt.

*Sed triſyllabum poſuit: ita vt media litera Aeolicum ſit digamma: quod & elicitur ex iudicio Aelij Stolonis, qui à petendo vitam duci ratus eſt. Verùm quod in,* inuidia, *fecit, vt vnã ex duabus efficeret ſyllabam, commodius confeciſſet in,* iniuria, *illo verſu:*

Quo iure, quáque iniuria præcipitem me in piſtrinum dabit.

*Sicut in,* perfidia, *prologo Amphitruonis:*

Non ambitione, neque perfidia, qui minus.

*V conſonãs ſiue Digamma Aeolicũ nonnũquam eliditur.*

*Id quod ſi animaduertiſſet, non ſuſtuliſſet pronomen,* me, *quod magna cum emphaſi, ac geſtu ad timorem perſonæ poſitum eſt: & omnibus in exemplaribus legitur. Tolli autem Aeolicum elementum in ea voce, palàm eſt etiam verſu illo Phormionis:*

Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti.

*Video. Viuo.*

*Neque enim mirum eſt aduentitiam literam de medio tolli quaſi peregrinam. Eſt enim* video, ϝἰδω: *ſicut in verbo* viuo: *fuit enim* βιῶ: *eo verſu:*

Liberius viuendi fuit poteſtas. nam antea.

*Puto enim non admodum vegetam, cõtentámque fuiſſe literæ illius pronuntiationem: ſicuti neque in* ouo, *neque in* oue, *cùm libitum eſſet. quæ vt aſperrima eſt apud Germanos, ita penè vocalis apud Vaſcones, non conſonans: nedum vt duplex vſpiam ſit. Sed nequaquam par ratio fuit aut neceſſitas, vt elideretur idem digamma, in verbo hoc,* inueniet: *eo verſu ex Andria:*

Dabit nemo. inueniet inopem potiùs, quàm te corrumpi ſinat.

*Nihilo enim mutatur verſus dimenſio, ſiue tollatur, ſiue relinquatur: quare, contrà quã ſenſere, nullo pacto debeat tolli. In coniunctione quoque hac,* enimuero, *durius ſit, ſi eximatur. Quid enim eſſet,* enimero? *Sed vnam ſyllabam fuiſſe,* enim, *cùm vellent arbitror. ſiquidem Græcum fuit* ἦν, *&* ἠνὶ. *At quaſi pro conſonante accepere, vt oſtendimus, in* Stellio, inuidia, iniuria. *Quod ſi cui paulò aſperior videatur pronuntiatio: is non meminit, ea ratione,* cui, *eſſe monoſyllabũ: &* Pompei, *biſyllabum: &,* Cai, *monoſyllabum, &,* hui: *& quod omnium duriſſimum eſt,* huic. *Proceleuſmaticos autem aliis duobus verſibus animaduertere quidam, vtroque ex Andria:*

*Enim. Proceleuſmaticus.*

Mala mens, malus animus: quem quidem ego ſi ſenſero.

Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum.

*Ac de priore quidem non eſt diſceptandum. In poſteriore autem mollior eſt: propterea quòd antiqui pronomina,* mi, *&* ti, *monoſyllaba pronuntiabant ab Aeolenſibus accepta,* μοὶ, τοὶ: tu, τύ: τί, te. *Sic enim in Gurgulione accipiendum eſt:*

*Mi. Ti.*

Curato. ego tibi quod amas, iam huc adducam.

Tibi, *proceleuſmaticum hic quoque facient, neque errabunt. Hoc tantùm agebamus, vt intelligeres ſecundiorem fluxum earum ſyllabarum ad proceleuſmaticum, quarum duæ in vnam redigi atque coaleſcere poſſint. De cretico autem, quem iſti omni conatu ſubterfugere, pluribus rationibus, atq; exemplis eſt diſputandum. Nam ſi in heroicum admittitur, ſi in tragœdia, quod eſt poëma clarum, nobile, elatum, caſtum, locum inuenit: quare in medium ac vulgatum ſermonem non recipiatur? Eſt igitur apud Poëtam:*

*Cretico vtũtur poëtæ, quẽ plus nimio vitauit Eraſmus.*

Et naufragum ſcyllacæum.

*Dicent non fuiſſe emendatum librum. At Vari & Tuccæ iudicio emendatum fuit hoc. At eſt in emendatiſſimo libro Georgicôn, quod ſuprà adduximus:*

Stellio, & lucifugis.

*At eſt Euripidæ cum alibi, tum in Hecuba:*

Δυοῖν δὲ παίδοιν δύω νεκρὼ κατόψεται.

*Cùm tamen dicere potuiſſet:*

Παίδοιν δυοῖν.

*Itaque nos quoque in Nemeſi, ſtuduimus grauitati, & auribus:*

Heu genus nefandum.

*Nam abiecta interiectione, exanguis oratio eſt: item ſi dicas,*

Heu gens nefanda.

*Et alio loco poſuimus,* ſiniſtra: *potuiſſet dici,* ſcæua. *Sed paucis aures poëticæ datæ ſunt. Præterea ſi dactylus & anapæſtus in iambi loca ſuffecti ſunt, quorum vterius vna illum & ſyllaba & tempore ſuperaret, quare eam licentiam ſermonis eadem puritas non coëgerit recipere quaſdam voces, in quibus eſſet creticus? præſertim cùm è puris creticis aliquot verſus conſtent. Præterea, ea nomina, verbáque,* deus, dies, fuit, mea, ſua, tua, *eò pertinent, vt cum collectionem in vnam ſyllabam patiantur, doceant nos in cretico idem quoque fieri poſſe, vt emolliantur pronuntiatione, Ad hæc, ſi omnium moroſiſſimus pes, ac penè ferus,* ἀντιβακχεῖος, *in heroicum receptus eſt apud Homerum: cùm* αἰγύπτιον, *&* αὐδήεσσα, *facit vt dactylum primoribus ſyllabis amplectantur: nulla cauſa eſt, quin rationes etiam autoritatibus fulciantur. quas Eraſmus ſi diligentius recenſuiſſet, non tranſtuliſſet præpoſitionem,* ex, *in Andriæ prologo: ſic,*

Qui bene vertendo, & eas deſcribendo malè, ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

*Quod equidem vt non improbo, ita conſilium non laudo: quo adductus eſt, vt id faceret, ob amphimacrum vitandum. At ſi his rationibus non acquieſcat, exemplis ſaltem credere cogatur: quæ quanquam habebam penè infinita, tamen & multa omiſi, in quibus poſſent tergiuerſari: & alia firma penè innumera, ne tædium parerent. paucis igitur contenti ſimus. Ex Hecyra igitur cum illud poſſemus adducere:*

Eam calamitatem veſtra intelligentia:

*Superſedimus duabus de cauſis: quoniam & ipſi liquidam non geminant in poſtrema dictione: & nos, pronomen, quod primo loco poſitum eſt, monoſyllabum agnoſcimus. quare audiamus ex Aſinaria:*

Forte ſi tuſſire occœpſit, ne ſic tuſſiat.

*Puto autem ſic legẽdum præcipient:* Fors ſi tuſſire. *Nam ij magis erunt ferendi, quàm qui putabunt coniunctionem,* ſi, *corripi: vt in,* niſi, *& in,* ſiquidem. *Quare alia quæramus ex Gurgulione:*

Sitit hæc anus, quantillum ſitit. modica eſt. capit.

*Item in his duobus, binos:*

Peruelim ſepultam. ſed quom adhuc naſo odos meo.

Sedatum te. quàm longè à me abeſt. lumen hoc vide.

*Videamus alios multos, in eadem:*

Sed grandiorẽ gradum ergo fac ad me obſecro.

*Vbi,* fac, *longum eſt, contra recentiores.*

Salue anus. egon' ſalua ſim, quæ ſicca ſum ſiti?

Iámne ego huic dico? quid dices? me periiſſe, age.

*Item ex Andria:*

Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt.

*Quo è verſu vt creticum tolleret, non veritus eſt vniuerſæ orationis detrahere ornamentum: pronomen illud ſcilicet, quod in ſecundo loco ſtatim legitur. Videamus ergo etiam ex Eunucho:*

Quæ cum amatore ſuo cùm cœnant liguriunt.

*Nam hîc non poſſumus effugere, quin aut prima in ſede creticus ſit, aut in quinta. Nam ſi ſecundam vocem non collidas, ſed integram relinquas in dimenſione: ſicut frequẽter fit, & Plautus voluit ſibi licere in Pſeudulo:*

Si de damnoſis natis, aut de amatoribus.

*Creticus ſit ineuitabilis in quinta. Nam prima ſyllaba naturâ, non poſitione longa eſt.* Cœnare, *enim mediam naturâ producit. Sin collidas, iam in prima ſede hoc eueniat, eadem validiſsimus ratione: qualis etiam ex Heautontimorumeno:*

Itáne comparatã eſſe hominũ naturam omnium.

*Quem verſum qui trochaicum putent, nugas agant. hæc enim fuga neq; neceſſaria eſt, & eſt fruſtra. Nam in prologo Adelphorum, quæ pars eſſe debet politiſsima:*

Indicio de ſeipſe erit: vos eritis iudices.

*In eadem fabula.*

Quam aut hîc nunc manere tandiu. aut nunc perſequi.

*Ineptè diuertunt ad trochaicos. Quid enim in illo dicent?*

Ille futilis, ſomnium. ſineres verò illum tuum?

*Etenim trochæos extorquere nequeant ex eo. Et in Eunucho:*

Sed neminem curioſum interuenire nunc mihi.

*Quem Eraſmus verſum pro ſenario imprudenter ſeſe metitum eſſe putat. Et in Hecyra:*

A Myrrhina hæc ſunt mea vxore exorta omnia.

*Et in Pœnulo:*

Pérq; meos amores, pérq; Adelphaſium meam.

*Et in Amphitruone:*

Inimicos oſſa ſum ſemper obtuerier.

*Item in Aſinaria:*

Deam ſibi inuocet, quam lubebit, propitiam.

*Et in Aulularia:*

Nempe ſicut dicis. quid hic? non poterat de ſuo?

*Ex Caſina:*

Aut quaſi lumbricus terram quidem te poſtules.

*Sicut ex Captiuis:*

Inde me continuò recipiam rurſum domum.

*Ex Caſina alterum:*

Quid facies? concludere in feneſtram firmiter.

*Quòd ſi dicant elidi ſibilum, quemadmodum in Rudente:*

Illuſtriores fecit: feneſtráſque indidit:

*Obiicies illud ex Aulularia:*

Aedepol mortalem parcè parcum prædicas.

*Quo loco ſi iurandi aduerbium pronuntiatum autument ab antiquis per mediæ ſyllabæ exemptionem: alium opponas è Pſeudulo:*

Nunc tuo cum filio liber accubat. omnia.

*Vbi ſi dicant,* ad, *præpoſitionem in compoſitione etiam correptã enuntiari conſueuiſſe: quæramus nos, quare in aliis carminum generibus nullis licuerit hoc. Quòd ſi reſpondeant in cauſa eſſe pedeſtrem ac vulgarem orationem: hinc inſtemus nos, non valde meritam eſſe illius vilitatem, vt tam accuratis aſtricta numeris creticum aſpernaretur. Itaque verbum ſubſtantiuum aliquando miris torſere modis: vt in Milite Plautus:*

Cenſen' verò adeò eſſe parcũ, & miſerè viuere?

Dicas vxorem tibi eſſe neceſſum ducere.

*Apertius verò in Gurgulione, ſimplici ſibilo pronuntiatur:*

Huic anui non ſatis eſt ſoli. canẽ eſſe hanc quidem.

*Cæterùm quis eximet à cretico verſum illũ ex Trinummo?*

Sit taciturnitati clàm fidei ac fiduciæ.

*Niſi qui ad trochaicã aram illam miſerè confugerit? Quare illo obruãtur ex Gurgulione, quem iambicus, vt ſeſe in omnia vertant, quin ſit, efficere nequeant:*

Liberi lepos, vt veteris vetuſti cupida ſum.

*Atque initio quidem arbitror vocalium tenuiorum mollitie factum, vt ſubirent pedes alieni: ſic dicimus,*

Χρεώ, πηληϊάδεω, πόλεως, πλέων:

*Vt bacchium etiam receperimus illo verſu:*

Et læueis ocreas lento ducunt argento.

*At hunc verſum ſpondaicum putat Diomedes vir doctus: non malè: vt mollior vocalis ſubeat fortiorem. Sic creticum interpoſuit, vt ſpondeum faceret, in verbo,* aureo. *Quòd ſi in tragœdia cretici ſunt, in heroicis bacchius & antibacchius, vt taceam anapæſtum, tum Homeri,* βορέης ζέφυρός τε: *tum Virgilij,* Fluuiorum rex Eridanus: *non videntur fuiſſe tot monſtra neceſſaria, quot iſti eximendis elementis crearunt, in* quidem, *in* ſicut, *in* ſimul, *atque aliis: neque excludendas integras fuiſſe voces, aut alias ſpurias ingenuis ſupponendas, quod feciſſe Eraſmum & ſuprà oſtendimus, & ex his patet. Nam in Eunucho,* deſpectam, *poſuit:* deſpicatam, *ſuſtulit:* *Anapeſtus in verſu heroico.*

Habeat deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis.

*Auxit etiam errorem alia culpa, cùm ex eadem fabula verſum fingit ex puris creticis:*

Siccine agis? quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt?

*Quem tamen iambicum quadratum agnoſcas. Pari infelicitate & illum ex Andria creticis concluſit, qui eſſet ſenarius integer:*

In denegando modò quis pudor eſt paululum,

*Reſtituta nanque per initium præpoſitione, quam ille nimis confidenter ſuſtulerat in prioris finem, tolles illius & errorem, & audaciam: ſimul deprehendes craſſam culpam: qui creticum ex tribus vocibus confectum iri ſperauit illis,* quis pudor eſt. *Verùm ille vir curioſior paulò fuit emendandis autoribus. Nam & apud Senecam:*

Arcum intenſio frangit, animum remiſsio:

*Eum ibi dixit eſſe inuerſum ſenarium, atq; ipſe ſic inuertit:*

Remiſsio animum frangit, arcum intenſio.

*Dixiſſet commodius, quod ad pedes attinet, ſic legi poſſe: nunc cùm neceſsitatem affert, cauſam ſuam facit deteriorem. Nam & ſic ſenarius eſt: & in aliis apud eundem autorem ſenarius non obſeruatas magis leges intelligas, quàm in comœdiis aut aliis fabulis, vnde ille ſumeret. Quod ſi*

*acrius*

acrius contemplere, longè concinnior ſententia eſt: quam deformat ille inuerſione ſua. Nam ſententia tametſi æqualiter de arcu, & de animo, pronuntiat per contraria, tamen vult arcum referre ad animum, quoniam de animo quærit ſtatuere. Itaque non ab eo incipere, ſed in eo ſententiam terminare oportuit: præſertim cùm præter expectationem de animo ſentiat. Nihil enim mirum, intenſione arcum, at mirum remiſſione animum frangi. Quare & creſcit oratio, & talis eſt, vt quauis pedum diſpoſitione potior ſit. Ita curioſa hæc ingenia ſæpenumero iudicio carent.

De comicorum verſuum materia, partiúmq; quantitate, ſatis diſputatum eſt. de ipſarum partium numero deinceps videamus. Principio, quod antea in libris De arte poëtica ſtatuimus, hic repetendum eſt, Verſus per initia curtos fuiſſe, duobus adſummum contentos pedibus. Id quod & ratione comprehenditur: ſiquidem partes toto corpore priores ſunt. & exemplis: ſic enim ortum eſſe primum ſenarium in Apollinis pugna, quam cum Pythone conſeruit, ex illa ſimplici acclamatione:

Senarij verſus origo.

Ἰὴ παιάν.

Quam cùm & iterarent, & frequentarent, natum aiunt ſenarium: quo tantopere in ſuis oraculis poſtea ille celebrarit.

Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν.

Verſus curti.

Qua de cauſa apud autores fabularum, inuenias vnica voce contentum verſum: vt in Eunucho:

Occidi.

Sed & monoſyllabum interdum: vt in Hecuba:

Φεῦ.

Et eadem geminata voce, diſtinctæ voces, vt in Pluto, vt in Oreſte:

ἆ, ἆ.

Et coniuncta: vt in Philoctete Sophoclis:

Ἀτταταπά.

Repetitis deinde tractibus productiores facti: vt in Nubibus:

Ἰού, ἰού.

Hoc quoque ita in Trinummo duplicatum fuit, vt dimeter fieret:

O Callicles, ô Callicles.

Pedes motorij & ſtatarij.

Ergo cùm duo pedum eſſent genera, alterum motorium, alterum ſtatarium: qui verſus ex motoriis conſtarent, in iis binos pedes ſingulis collectos tractibus feriebant: qui autem è ſtatariis conflabantur, ſatis habebant ſuum cuique ſedi pedem referre. In priori claſſe fuit pyrrhichius: cuius verſus Enopolios dictus eſt: quo vſi ſumus nos toto poëmatio, quod dicaueramus Sileni natalibus.

Enoplios.

Modò citus ego pede celere magis ago numeros:
Abeóque Venere duce loca ſuper alia volans.

Et Euripides in Oreſte:

Χρέος ἐμόλετέ πετε:
Ανὰ κόλαδος ἀπὸ λέχεος.

Eiuſdem generis eſt, iambus, trochæus, tribrachus. In ſecundo cenſu ſpondeus habetur, dactylus, anapæſtus, proceleuſmaticus, creticus, amphimacrus, bacchius, palimbacchius. Neque verò ſine ratione fuit hoc. In his nanque vocibus, accentionum natura quatuor, aut quinque temporibus frequens eſt. Ergo, ſtatarij verſus ex pedum numero nomen obtinuere: ita vt heroici, quoniam ſex ſpondeis conſtarent, Senarij dicerentur: motorij autem non item: qui ob celeritatem ſatis habuerunt, ex dimidio tantùm nomen ſibi retinere: propterea quòd bini prodirent ſimul: atque ita factum eſt, vt quibus eſſent pedes bini, ij Monometri vocarentur: quibus quatuor, Dimetri: quibus ſex, Trimetri: quibus octo, Tetrametri. Hæc apud Græcos. Latini autem his nominibus etiam alia addidere: non ab dimẽſionibus, quæ binos caperent pedes, ſed à pedum numero, Quaternarios, Senarios, Octonarios: tanto commodius, cum vnica voce etiam imparibus conſtitutos pedibus nominabant. Quinarios, Septenarios. Nã hos Græci brachycatalectici adiectione agnoſcunt, quanti ſint. Octonarios autem etiam quadratos appellauimus: quemadmodum in cubica figura anguli octoni ſunt: ita cum eandem quadrantalem dicerent, eodem nomine hoſce verſus inſignitos voluere. Nam conſtituta quadrata ſuperficies, ſi fluat atque poſtea ſiſtatur, quadrãtal creat. quare corpus hoc Latini Græca voce teſſeram vocitarunt: non à laterum numero, vt quidam putauere, ſunt enim ſex: ſed ab radice conſtitutionis: ſic enim appellãt mathematici. Præterea cùm ſenarij plus in vſu fuiſſent, primúſq; Boiſtus produxerit octonarios, ab illo tractu lõgos nominauere. Ergo neq; Gellius Ennianos verſus quadratos rectè appellauit trochaicos illos:

Statarij verſus.

Motorij verſus.

Monomet. Dimetri. Trimetri. Tetrametri

Quadrati verſus.

Teſſera.

Longi verſus.

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum.
Ne quid expectes amicos, tute quod poſsis agere.

Neque Varro in ſeptimo De lingua Latina, illos ex Eunucho:

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Pyræo.

Siquidem Ruffinus autor eſt, eundem Varronem ita ſenſiſſe, verſum ſeptenarium fieri, cùm ad ſenarium pes triſyllabus adderetur: additque exemplum iiſdem numeris, ex Hecyra:

Nam ſi remittant quippiam Philumenæ dolores.

Non ſolùm igitur à ſe diſſentit ipſe, verùm etiam errat definiendo. Nam & maior eſt ſeptenario, & triſyllabus pes bacchius præſertim, iambo non ſolùm eſt aduentitius, ſed etiam alterius tractus diuerſi, neque dignus qui in iambici definitionem admittatur. Et ridiculum eſt, nõ potius ſeptenarium ex ſeptenis fieri, ſicut ex ſenis ſenarium, quàm è ſenario & vno pede, tanto minus triſyllabo. Sed profectò magnos viros autoritas ſæpe texit, etiam malè ſentientes: ſicut Ciceronem quoq; fugit ratio, cùm in prima quæſtione Thuſculana ſeptenarios vocat illos:

Heu reliquias ſemiaſsi Regis denudatis oſsibus,
Per terram ſanie delibutas fœdè diu vexarier.

Eraſmus Varronem ſecutus, tetrametrum nihilo felicius explicauit illis verbis, Iambicum tetrametrum interdum in fine fraudari vna ſyllaba producta penultima, quoties iambico dimetro accinitur dimeter catalecticus. Nam quid attinebat dicere penultimam productam? neque enim neceſſarium hoc eſt: quo loco & tribrachus eſſe poteſt & dactylus: quorum ſyllabæ poſtremæ breues ſunt. Aut quæ eſt illa explicatio? quaſi cùm dicas, Homini interdum pes deeſt, quoties integro ſemihomine, alteri ſemihomini pes deeſt. At verò quis neſcit tetrametros, non è duobus dimetris, ſed ex quatuor dimenſionibus cõſtare? ſi quis vel partium conſideret rationem, quarum ſingulis æquale ius ſit in verſu: vel originem ipſam intueatur. Neque enim Boiſtus ille, aliúſve quiſpiam, dimetro dimetrum aptauit:

*ſed trimetrū, quem tum longiſsimū inuenerat, monometrū addidit. Præterea quis hoc audiens, nō putet eſſe nefas cæſurā facere in quinto pede? ſiquidē ex duobus dimetris tetrametrū eſt conſarcinandum. Quid quod idem abuſus eſt dimetri trimetriq; appellatione? Nam imprudenter verſum illum ex Andria iambicum pentametrum dixit eſſe:*

Hoccine credibile eſt aut memorabile:

*Qui eſſet trimeter brachycatalecticus.* Neque enim idem *eſſe* μέτρον, *& pedem, ſuprà diximus: ſed* μέτρον *capere*

Metrum. *motorios pedes duos: quare ſi pentametrum iambicum exigas & à Græco poëta, & à Latino, tanto altero maiorem oſtendat. quem errorem etiam in illo continuauit:*

Noui rem omnem. ſed eſt Simo intus? eſt?

*Ergo nihil mirum ſit, qui motoriis pedibus auferat ſua iura, ad ſtatarios immeritò transferre. Illum enim verſum ex Andria:*

Vt malis gaudeant, atque ex incommodis:

*Auſus eſt creticum dimetrū nominare. qui tamen pes cùm nō ſolùm ſyllabarum numero, ſed etiam temporum quantitate prolixior, quàm ſpondeus ſit: quare ſolus vnam dimenſionem non expleat, ſi ſpondeus implet? Eum tamen ſecutus Riuius, parem erroris admiſit proportionem. Siquidem trochaicis anapæſtum interſeri nonnunquam ſcripſit cauſa celeritatis. quod dictum cum illo ſuperiore maximè conuenit. idem nanque ſentiunt: cùm ille creticum ad iambum, hic anapæſtum referat ad trochæum. At qui pes ita eſſet quatuor præditus temporibus, vt duo ſimul vnam ſyllabam efficerent plenam ponderis & grauitatis, non potuit inter curſores illos annumerari: præſertim cum iambō ſimilior eſſet anapæſtus quàm trochæo. vterque enim à breuibus incipit, in longam deſinit. Quantò enim grauior eſt iambus trochæo, tantò eſt anapæſtus dactylo. Quare non leui de cauſa factum eſt, vt grauiſsimi poëmatis grauiſsima pars chorus ad grauiſsimi pedis maieſtatem ſeſe conferret, ſcilicet anapæſtum. Quid quòd ille nullam poſuit rationem, propter quam trochæus eſſet iambo volubilior? At verò & nomen Græcum excitabat nos, & ſuberat ratio. Nam qui & ſyllabarum numero, & temporum ratione par eſſet iambo, non potuit eo eſſe celerior, niſi ſanè temporum, temporúque deferentum ſyllabarum ſitu, qua vna re illi fieret diſsimilis. Trahit enim trochæus*

Trochæus. *ſyllaba priore vocem ita, vt in poſteriore emolleſcat, ac*

Iambus. *quaſi euaneſcat. Iambus è contrario celeritatem profeſſus, grauitatem præſtat. Itaque ſanguinarius pes, & promptus ad vulnerandum, indicat & impetum primò, & ſtatariam pugnā mox. Id quod Hipponax cùm acerrimo ingenio vir animaduerteret, quam rationem impetus in pede agnouiſſet, eam in peculiarē pedi verſum transtulit: vt ſicut iambus in ſyllaba longa pertinax pugnaret, ſic iambicus verſus in longum pedem incumberet. Leuiorem enim ratus iambum, quàm vt ad impreſsionem faciendam ſatis eſſet, in quintam prælato ſedem, ſuccedere ei ſpondeum fecit. Quare id quoque iudicio conſecuti ſumus nos, propius ad naturam partium acceſſurum fuiſſe totum verſum, ſi iambus imparibus, trochæus paribus ſedibus cōſtituti fuiſſent. Cuius rei exemplum, quoniam res eſt minus vſitata, è noſtris poëmatiis ſubiiciemus vnum ex iambicis:*

Malis fortuna Cornucopiæ fundit.

*Alterum ex trochaicis:*

Si plaudit malis fortuna, quid iuſtis fit?

*Qui flexus numerorum ſi cui abſurdus videtur, is meminerit aurium conſuetudinem violentam eſſe: nouáque atq; inuſitata non tam ſemper admirari, quàm ſæpe reſpuere. Verùm magnoperè noſtra intereſt, qui quoad licet Ariſtotelis exemplo rerum cauſas veſtigamus, venari rationem, propter quam cùm iambo ſedem aſsignarent priſci, maluerint pares retinere. Nam ſi in dactylico ſenario vna tantùm ſatis fuit, quinta ſcilicet: ſiue ille fuit ſpondaicus, vna item fuit ſatis, quippe ſexta: quare trochæo impares, alias iambo conſtituere? nam hoc ſanè præter naturam factum videtur. Etenim per initia ſi ſolis aut iambis aut trochæis verſus conſtabāt, videtur ſanè primā quámque ſedem illos arripere debuiſſe. Quibus verbis vt reſpondeam, ſanè primum ſic agam, Non eſſe rerum naturam ſecutos veteres poëtas: multa illis pro libidine facta fuiſſe, multa fortuito excidiſſe, quæ poſtea pro legibus probarentur. Vnum illud ſatis conſtat, cùm trochæo ſedem primam retinerent, non inconſultò diuerſam ab ea, & aliis imparibus aduerſo pedi iambo aſsignaſſe. Quare autem hanc huic, illam illi reddiderint, ſanè haud facile eſt intellectu. Atque hîc quidem ita ſentit Priſcianus: Quoniam, inquit, in ſecundo pede cum dimetiendo feriretur verſus, minor ei loco mora debita eſt. Nam mihi contrà videtur, maiorem moram deberi in pronuntiando, vbi tempore ipſo immoramur. Et falſum eſſet ibi poſitū pedem, quoniam feriretur: ſed contrà, verum eſſet, ibi feriri, quoniam pes poneretur. At hoc quærimus nunc nos, quam ob cauſam ibi poſitus ſit. Præterea ſi ea ratio eſt, quomodo conſtabit in trochaicis, qui ibidē feriuntur? Vt igitur quæſtionis rationem apud nos putemus, intelligamus ſecundū verborum inuentionē eſſe, vt à longis incipiamus, & in breues deducamur. Nam quanquā breuis ſyllaba natura ſua prior eſt, quàm lōga, quippe ſimplicior eſt: tamen per initia inuentionū cunctabantur primū. quæ ratio eſt, vt vocū fines in pronuntiatione obſcurentur. Ita enim meditantis, & cōſulti animi ſuſpendere vocē, nō præcipitare. Quamobrē tam in verſibus, quàm in proſa oratione, poſtremarū ſyllabarū habita ratio eſt nulla. Trochæum igitur antiquiorē fuiſſe iambo, & dactylum anapæſto par eſt. Ergo trochaicum verſum iambico priorem. Quare cùm primæ quæq; ſedes trochæo fuerint peculiares, alteræ illi relictæ ſunt. Præterea cùm trochæus eſſet pes volubilis, ſtatim ſeſe ingeſsit in verſum. Iambus autem graſſator ille idem fecit, quod ciuilibus in rebus plurimis cōſueuimus. In oratione ipſa, vt principiis grauis ac ſedata ſit, pugnam quoq; cautius aggredimur: tum illa incitatu efferueſcit: ſic ad ſaltum vbi comparamus nos, fortiùs pedem figimus, vt ſtatariæ moræ maiorē impetum ſubiiciamus. Sic Ariſtoteles omnium bonarū artium dominus, motum omnem ſub finem eſſe probauit cōcitatiorem. Ita propoſitò ſpondeo, & iambo, ſatius fuit ab hoc illū excipi. Præterea recentiſsima quæq; memoria ferè metimur ipſas res. quare aſsignata prima ſede trochaico, vltima quoque neceſſariò trochæo finitur. Quæ ſedes, primam dico, ſi iambi fuiſſet, in vltima iambum nullum haberemus: nunc vt in ea ille ſit, pares ſedes illi attribuendæ fuere: vt recentiſsimo ſono, quippe nouiſsimo, aures ſpectatorum caperentur.*

*Quæ de vniuerſa re dicenda erant, ferè habes Sylui: quare deinceps ad ea, quæ particulatim animaduerſa ſunt, deſcendamus. Atque equidem, vt ſeſe offerent, ita ea deſcribam. Sit ergo quod affert ab Adelphis eo verſu:*

Quid is fecit? quid ille fecerit? quem neq; pudet.

*Cùm enim agnoſceret ſenarium, neq; rationem inire poſſet dimenſionum, abſtulit alteram ex liquidis in pronomine,* ille: *id quod vt ego quoque fateor, & poſſe, & ſolere fieri: ita hîc duo dico. Primùm, ab eo creticum quarta in ſede eſſe conſtitutum: quem tamen pedem adeò euitarit, vt euerterit multa. Deinde verſus aut ipſum diſiecisſe, aut aliorũ incuria ſolutos prætеriſſe. Sic enim legendi ſunt:*

Quid triſtis es? rogitas me, vbi nobis Aeſchinus
Siet, quid triſtis ego ſim? dixíne hoc fore? quid is
Fecit? quid ille fecerit? quem neque pudet.

*Vbi verbum,* ſiet, *vnica ſyllaba concretum ſit. Sic etiam ex Andria illo ſibilum abſtulit, non vnde debuit:*

Quis igitur eſt relictus obiurgandi locus?

*Sibilum inquit, in pronomine, quis, eliditur. At verò cum neceſſariò iambicus ſit, nullo pacto ad eum modum ſecare poſſis, ſed ex participio tollendus eſt. Sed & illum malè dimetitus eſt:*

Perij obſecro: tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem.

*Quem dicit eſſe trochaicum catalecticum: cùm ſit integer quadratus iambicus, neque ad trochaicum torqueri poſſit. Sicut & præcedentem illum:*

Fortè ad nos redierit. viſe amabô num ſit iam. faxo ſcias

*Nam vt euaderet amphimacrum, non eſt veritus trahere ſui trochaici caudam etiam vltrà octo pedes: niſi argutet,* ſcias, *eſſe monoſyllabum. Sed cùm omnes illi ſint quadrati, etiam hunc iambicum malim, nulla facta in prima voce colliſione.*

Quò ille abire ignauos poſſit longius, niſi ſi domum.

*In prologo autem Andriæ, eo verſu:*

*Prollogus.* Nam in prologis ſcribundis operam abutitur:

*Cùm diceret vocis huius,* prologis, *primam ſyllabam eſſe à Terentio productam, addidit ſanè rationem friuolam: Latina, inquit, conſuetudine: quibus mos eſt eam præpoſitionem productam habere. Nam in Latinis verbis producant, in Græcis autem abſtineant, niſi alia vis ſubſit: ſicut in hac voce, vbi liquida illa geminatur, ſicut in Heautontimorumeno:*

Oratorem voluit eſſe me, non prollogum.

*Et ex prologo Truculenti:*

*Relliquus.* Sed relliquam dat operam, ne ſit reliquom.

*Et illo:*

Vt pernoſcatis ecquid ſpei ſit reliquum.

*Nam niſi hoc ſoliti eſſent facere, mille aliæ viæ erant ad eadem penè verba verſu concludenda, vt rem nouam euitaret. Verùm noua nequaquam erat: ſed ab Homero vſq;. Nam in hymnis* μέλος, *in Iliade* ζώεια, *atq; alia produxit. Etiámq; nunc multæ nationes adeò craßè eam literã pronuntient, vt intus eſſe aſpiratio videatur, Gabali, Aruerni, Græci, Germani, Ligures, Taurini. Cæterùm etiam alia ratio eſt, vt & verſus ille prologi conſtet, neque liquida geminetur. Sanè ſi eam vocem quæ in eo verſu prima eſt, non collidas: quod ſæpe alibi & in ea, & in aliis factitatum eſt. ſicut in Eunucho:*

Vnà ire cum amica imperatorem in via.

*In ſecunda enim ſede dactylus eſt, neq; præpoſitio colliditur. Ita in illo ſi coniunctionem,* nam, *non collidas, nihil innouabis: præſertim cùm in promptu habuit, vt pro,* nam, *ſubiiceret, nanque. Verùm vt diximus etiam in alio prologo idem factum eſt, vt geminaretur, & rectè. minus verò rectè à Donato in Hecyræ prologo.*

Propè iam remmotum iniuriâ aduerſarium.

*Nam tametſi geminari conſueuiſſe fatemur, tamen nõ eum fuiſſe locum, eam affectandi nouationem, qui ſibi iambum, quandocunque poſſet, aſciſceret. Sicuti non minus infeliciter Priſcianus: qui cùm redducit geminare mutam diceret, idque exemplo probare vellet, attulit dimetrum Horatianum ex Epodo:* *Redduco.*

Redducet in ſedem vice.

*Nam quid aiat, ſi negem? neque enim neceſſitate pedis perſuadebitur nobis. Quid ſi contendam non eſſe factum ab Horatio, qui quoad poteſt, iambos etiam aucupatur? Quare igitur abiecerit genuinum pedem, quare admiſerit ſpuriam literam, ut illum excluderet? Melius feciſſet, ſi ex Hecyra illud:*

Remiſſam opus ſit vobis, an redductam domum.

*Neque mirum, quæ in,* reddo, *geminetur. In ſcena quoque primi actus quinta, cùm Pamphili orationi interueniſſet Myſis, atque ſuis vterque ſeorſum affectibus vteretur, verſus interſeruit diuerſos quoque poëta, quos Eraſmus confudit: ſic igitur legendi ſunt:*

Hócne eſt humanum factum, aut inceptũ? hoccine officium patris?
Quid illud eſt?
Proh Deûm atque hominum fidem, quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt?

*Sic enim etiam alio genere Myſis vtitur iterum:*

Miſeram me, quod verbum audio?

*Cui reſpondet illud Pamphili:*

Quod ſi ſit, pereo funditus.

*In eadem autem ſcena verſum illum:*

Proh Deûm atq; hominum fidem, nullóne ego?

*Appellat dimetrũ pede redundante, laxè ſanè nimis. Nam quamobrem non quinarium? quare non trimetrũ brachycatalecticum? quis vnquã audiuit verſum vllum pede eſſe redundante? nónne ipſe ille verſus talis eſt hoc ipſo pede, quem dicis redundare? Illud quoque malè dignoſcere viſi ſunt: cùm actus ſecundi putarunt initium, caudam eſſe poſtremi verſus, quo clauditur actus primus: ſic,*

Ne ad morbum hoc etiã, teneo. quid ais Byrrhia?

*Nam vt hoc primùm dicam, multo ſatius eſt, vt initia actuum integra ſint, quàm fines. Deindè apparet properatio in Myſide abeunte, vt Glycerium conſolaretur. Itaque abrupit ſermonem, atque abiit. Præterea inter actus vetus comœdia interſerebat* προσφήματα, *choros, deuerbia, apoſtrophas, atque alia eiuſmodi.* Noua *comœdia raró grégem, niſi in fine. Aliquando etiam Choragum legimus apud Plautum. Omnino autem tibicen canebat: quod è Pſeudulo licet perſpicere.*

Dum concenturio in corde ſycophantias,
Tibicen vos interea hic delectauerit.

*Tanto igitur interuallo, quomodo Charinus Myſidis expleſſet verſum, quem non audiret? In eadem verò ſcena, ita peruerſe legit, vt alterum nouenarium faciat, alterum, ſenarium relinquat: ſic,*

Quæſo ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis non poteſt, velis

Quod poſsit. nihil aliud niſi Philumenam volo.

*Cùm tamen duo priores optimi ſint octonarij: ſic,*

Quæſo ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non poteſt,
Velis quod poſsit. nihil aliud niſi Philumenam volo.

*Etiam priore conſilio monometrum vocat illum:*

Ah quanto ſatius eſt.

*Abi.*

*I in fine.*

*Dimeter enim eſt brachycatalecticus. Sed & nulla neceſſitate mutat,* abi, *in,* abin', *ſiue,* abeas, *cùm fruſtra putat alioqui conſtare non poſſe verſum. Nam & trochaicus eſt ſi collidas: & iambicus, ſi nō collidas. Nam & maxima eſt vis eius vocalis quæ eſt vltima in verbo,* abi. *Sic Virgilius, eo pulcherrimo verſu, quo Theocritum æmulatus eſt:*

Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.

*Et aſpiratio prohibet colliſionem. ſicut illi:*

Hecyra eſt huic nomē fabulæ. hæc cùm data eſt.

*Sic imprudenter nimis elidit ſibilum ex pronomine illius verſus:*

Sed iſtud quídnam eſt? hodie vxorē ducis? aiunt. Pamphile.

*Suſpitio, ſecunda producta.*

*Qui tamen rotundiſſimus ſit octonarius, neque vſquam coactus. Nam quod monet, in nomine,* ſuſpitio, *tertiam à fine produci, verum eſt: Sed neque noua res, neque ſine ratione. Nam & Plautus ita ſcripſit:*

Et ne in ſuſpitione ponatur ſtupri,
Et clandeſtina vt celetur ſuſpitio.

*Et ſatis liquet coaluiſſe duas vocales in vnam. Nanque ab eo quod eſſet ſuſpicitum, ſuſpicitio fuit: itaque cùm erit breuis, tunc intelligetur ſyncope, cùm longa, ſynæreſis: ex eo quoque verſu in Andria:*

An non dixi hoc eſſe futurum? dixti, quid meritus es? crucem.

*Priſciani autoritate dicit tolli verbum ſubſtantiuū. Quo in loco mihi oblatam ſentiam occaſionē duos ſimul emēdandi magnos viros: illum qui errarit, hunc qui non correxerit. Eſt enim integer octonarius. Illud verò eius propriū eſt, cuius culpam in aliū transferre nequeas. Nam verbū ſubſtantiuum,* adfuerunt, *triſyllabū profeſſus eſt eo verſu:*

Cùm in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.

*Qui tamen verſus ſenarius iambum habet in quarta: ferendus tamen erat quaſi lapſus, niſi altero errore culpā cumulaſſet, cùm primam auferri iubet ſyllabam ex eo verſu,*

Aufugiſtin'? hera, factum. ſatin' id tibi placet?

*Integer enim ſenarius eſt, etiā citra ablationem, ſpondeis duobus, anapæſto, duobus dactylis, & poſtremo iambo. Ibi temere transfert ſyllabam inferioris in ſuperiorem: contrà debuit transferre in Hecyra, neque tranſtulit:*

Quæ dico paruipendent. porrò hoc iurgium ad
Vxorem, hæc cuius fiunt conſilio omnia.

*Sicut interiectionem quoque debuit aſcribere priori verſui in Adelphis, vt ſic legeretur:*

Syre præceptorum plenus iſtorum ille. phy,
Domi habuit vnde diſceret. ſit ſedulò.

*Reſtituiſſet etiam in Hecyræ verſu verbum, vt ſit ſeptenarius, ac par priori: ſic*

Tecum ferantur. dixi. ita vt iubes faciam pater.

*Non debet errati cenſeri loco, illud in Andria eo verſu:*

Tu rem impeditam, & perditam reſtituas? hem quo fretus ſim.

*In quo dicit,* hem, *extra verſum ab alio additum potius, quàm poſitum à poëta: cùm tamen mutila ſit ſine eo ſententia: & ſibilum elidi videmus etiam in multis locis. Sic audacter nimis aufert verbum,* cupio, *ex illo Eunuchi:*

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

*Cùm tamen commodius eximeret vocem ſequentem, ſine vllo carminis detrimento, etiam ſententia rotundiore. Sed aut ſit proceleuſmaticus primus pes, & alter amphimacrus: aut pronomen poſſeſſiuum: quod poſtremo in loco eſt, demittatur in verſum alterum ſubſequentem, qui nihilominus ſit ſenarius: ſic:*

Meo. id amabo adiuta me, quò id fiat faciliùs.

*Nam,* faciliùs, *eodem modo triſyllabum eſt, quo,* potiùs, *biſyllabum. Eligat autem lector, quod magis erit ex animi ſententia: quādoquidem etiam apud Lucretium,* aliud, *ita biſyllabum accipitur, vt cauda dactyli ſit. Iniquior fuit illi verſu ex Hecyra, ex quo,* dum, *particulam expletiuam exemit: qui tamen cum ſequentibus, cùmque præcedentibus octonarius ſit:*

Mane dum ſodes. timeo, ne aliud credam, atque aliud nunties.

*Hoc ibi cùm adimit, ita alibi æquè importunè addit de ſuo: vt ad eum verſum ex Eunucho:*

Par pari referto, quod eam mordeat.

*Modò addit* nunc, *modò* mox, *modò* ſic, *modò neſcio quid. Ego verò nihil immutandum cenſeo de conſilio poëtæ: qui integrum prouerbium, ſicut circunferebatur, ita interſeruit trochaico tractu. quare audacius etiā,* remordeat, *ſuppoſitum eſt. Nam ſi quid addas, verſus non conſtet: ſi nihil addas, ad concinnandum trochaicum nihil eſt opus. Et non ſolùm hoc exemplo in omnibus legitur exemplaribus, ſed etiam eadem fide recitatum à Cicerone in epiſtola ad Lentulum. Verùm appoſuit pari audacia aduerbium,* nunc, *ei verſui:*

Alio pacto honeſtè quo modo hinc abeam, neſcio.

*Neque enim vocalis eliditur, ſed perſtat longa ante aſpirationem aduerbij,* hinc: *& trochaicus decurrit octonarius catalecticus. Sicut in verbo monoſyllabo nulla item colliſio ſit, neque in aduerbio, eo verſu:*

Ora me. obſecro te verò Phædria, i intrò. hoi, hei.

*Corrupit etiam ſyllabarum quantitates: vt in illo eiuſdem fabulæ:*

Sic eſt, inueniam hodie parem vbi pol referam gratiam.

*Auſus eſt dicere aduerbium,* hodie, *primam producere: quoniam, inquit, idem ſit, ac ſi dicas, hoc die. At quod nuſquam eſt, narrat. Nam cùm eſt, hoc die, propter poſitionem producitur. Nam ſuapte natura breue pronomen eſt: ſicut eius compar,* hic. *Græcum enim eſt,* ὅ. *Quare illud Virgilianum:* *Hodie.*

Hoc erat alma parens. *Hoc.*

*Non ſolùm propter interrogationem, ſed etiam ob ſyllabæ ſeruitutem, legunt,* hocce, *ij qui exiſtimati ſunt doctiores. Breue enim fuiſſe vel inde deprehenditur, vbi conſonante amiſſa in aduerbio,* hodie, *correptum eſt: quod etiam exemplo inuenias ex verſu Hecyræ:* *Hocce.*

Viſum eſt. certóne? certè Deus ſum, ſi hoc ita eſt verum reperies.

*Eſt enim*

*Eſt enim pronomen,* hoc, *ſecunda ſyllaba dactyli, qui in quinta ſede eſt: quamobrem verſus,* de quo nunc controuer*ſia eſt, ſeptenarius eſt iambicus. In conuiuio autem poëtico, illum ex Eunuchi prologo:*

Condonor. Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur:

*Ait mendoſum eſſe: neque enim ſcazõtes in ea genera carminum admitti: itaque vt metrum corrigeret, linguam Latinam deprauauit, cùm ſuppoſuit,* condonabitur. *Nam quis dicat,* Tu condonaberis à me commentarios? *An verò etiam* ἀπροσώπως *auſus eſt, & rectum apponere tamen caſum? At ego puto veteres excitandi ſpectatores gratia, næuos hoſce aſperſiſſe: neque in ea re falſus ſum. Nam quî decuit minus, ſpondeo claudere iambicum, quàm dactylicũ ſiſtere? At quãtũ decoris addit affectui, cùm diximus in inferiis filiolę noſtrę, ſororis tuę lectiſsimæ Sylui:*

(Margin: Latinitatē cur interdū non ſeruēt Comici.)

Heu heu quonam animam, quo carmine compellabo?

*Sed de his numeris in tertio libro Poëtices tibi ſatis eſt diſputatum. Ita grauitatem, & lenitatem, & conſtantiam animi oſtendens Terentius, remiſit de iambi acerbitate: néue ſine exemplo feciſſe eum arbitrere, habebis ex Prologo Amphitruonis vnum:*

Quòd ego huc proceſsi ſic cum ſeruili ſchema.

*Eſt enim,* σχῆμα. *quanquàm non ſum neſcius viros doctos ſublata aliunde ſyllaba, ſchemate, legere ſolitos: quare aliud habeas ex Aſinaria:*

Agè nunc reſide iam caue modò ne graxis.

*Neque enim ſequentur analogiã, qui graxeris, legerint. nihilo ſanè melius, quàm ſi* faxeris & occeperis, *pro faxis, & occepſis, malint. ſicut in Captiuis:*

Nunquàm iſthuc dixis, neque animum induxis tuum.

*Accipies etiam vnum ex eadem fabula:*

Auis me ferè conſimilem faciam, vt prædixti.

*Adducerem & ex Caſinæ prologo, niſi ſuſpicarer verba eſſe tranſpoſita:*

Clerumenæ hæc vocatur comœdia Græcè.

*Sicut ex eodem alterum:*

Ratione vtuntur, ludis neminem poſcunt.

*Sed profectò & alibi multis locis, & in Pœnulo:*

Gerræ germanæ, atque ędepol λῆροι λήρων.

*Ac ne in illis quidem ſeruauit Latinitatem:*

Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet, ſcio.

*Subſtituit enim pro* ſæuis dictis, *ſæuidicis. at ſæuidicum, mobile nomen eſt, cui igitur hærebit? an ille inuenit vſquã in naturæ legibus, accidens ſine ſubſtantia? In eadem autem ſcena etiam pedum numerus eum fugit. nanque iambicum ſenarium hypercatalecticum dixit illum:*

Non poſſum adeſſe, ah quid agis? quò abis Antipho? mane.

*Habet enim duos dactylos alterum alteri ſubeuntem ante poſtremum iambum. Aequè autem incommodè ex Heautontimorumeno brachycatalecticum nominauit illum, in quo periculum potius imminet, ne quid redundet:*

Et illam ſimul cum nûcio tibi hîc ego affuturam hodie ſcio.

*Eſt enim quadratus iambicus. Sicut illum quoque minus bene octonarium hypercatalecticum:*

Probè. huic filium ſcis eſſe? audiui, in Aſia. non eſt pater.

*Nam ſi iambum in prima ſede ſtatuas, & creticum in ſecunda ob poſitionem, aut dactylum ex natura ſyllabæ, ſeptenarius eſt. Sed,* audij, *pronunciandum eſt, vt,* Aſia, *ſit anapæſtus. Sin malis trochaicum, non collidas aduerbium,* probè, *& erit anapæſtus prima in ſede, eritque octonarius, trochaicus, catalecticus, &* Aſia, *biſyllabum. In Phormione fruſtra laborat tranſponendo verba, vt numeris cõſulat, eo verſu:*

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.

*Mauult ita legi:*

Ad pauca vt redeam.

*At verò verbum,* redeam, *biſyllabum eſſe, vel ſexcentis locis, vbi opus eſt, conſtat. Eximit etiam vocalem huius prępoſitionis,* per, *eo verſu Adelphorum.* — Redeam biſyllabū.

Per oppreſsionem vt hanc mihi eripere poſtulet.

*At verò, quid fuerit dicere,* propppreſsionem? *nempe frigidum admodum eſt, ne dicam abſurdum, nouum fugæ genus, quò euitet creticum fatalem illum: cùm tamen adeò molliter pronunciari poſsit, vt vix diuertat à natura ſpondei. Sed iam vereor ne quis eorum, quos ille multis locis premit fabulis atque irridet, reponat ei gratiam: cùm in verbo,* poſtulo, *ſciant ab ipſo exemptum mediam vocalem. Magno enim in periculo eſt, ne ab illis barbarus appelletur: propterea quòd Germani, præſertim noſtrates Vindelici, Carini, Norici, item Sueui, Saxones ita illud verbum pronunciant, vix vt eam vocalem exaudias. Verùm equidem, neq; irridebo maternos auos meos, neque hominis conſiliũ, quippe qui memor ſim eius verſus ex Caſina: Nunc ne tu reſpondere poſtules me tibi. Non igitur iudicium reprehendo, ſed iudicij locum. Ei enim verſui optimo atque pulcherrimo quadrato, ex Andria, hanc iniuriam faciebat:* — Poſtlo.

Cùm is nihil promereat: poſtulare, id gratiæ apponi ſibi.

*Verùm & hîc nihil neceſſe habeas concidere, & primã natura cùm corripiat, non potuit ſibilus impedimento eſſe in illo Caſinæ verſu, quin vnico tantùm tempore proferretur. factum enim eſt ex poſſe, & tolere.* Neque enim literas geminabant, quod etiam durat in præterito, tetuli: & teram *ſimplici elemento ſcriptã in libris augurũ, ait Varro. & hoc monet nos plurimis locis Verrius, eiuſq; interpres atq; imitator Feſtus. Cæterum Eraſmus vtinam eam curam alium in verſum tranſtuliſſet, ad nomen hoc,* periculo, *potius quàm tolleret omnem ſermonis elegantiã, atque adeò Atticiſmum: quippe pronomen,* hoc, *eſt autem ex Andria is:* — Tera.

Sine omni periculo. nam hocce haud dubium eſt, quin Chremes.

*Præſertim cùm anapæſtus eſſe potuerit in primo pede.* Nam, omnis, *primam corripit naturâ. ductum enim eſt* παρὰ τὸ ὁμῶς. *Vniuerſitas enim fit ex rerum coniunctione. Eſt enim vniuerſum, extra quod nihil eſt. Neque illas mutam ac liquidam potuiſſe cogere ſyllabam ad producendũ, & pueri ſciunt, & Priſcianus docet ex Callimachi verſu. Maior verò difficultas obiicitur in nomine hoc,* voluptas: *ex quo ille vocalem mediam auferendam cenſet, eo verſu Andriæ:* — Omnis, priorem corripit natura.

Quòd voluptates eorum propriæ ſunt. nam mihi immortalitas. — Voluptas.

*Nonnihil verò eſt, ſi ſit ita pronunciandum,* volptas. *nihil enim ad Theutonicum ſonum accedere poteſt propius: atque hoc vt effugeremus, aut cõſtitueremus creticum in prima, aut*

*ma, aut etiam anapæſtum. Correpta enim coniunctio eſt alibi, vel iudicio illius: quare hîc quoque eſſet. At fruſtra viderer laborare: quoniam duo verſus in Caſina ſunt, nihilo nobis ſecundiores.*

Sine tuos ocellos deoſculer voluptas mea.
Quid deoſculer te? quæ res? quæ voluptas mea?

*Nam niſi,* volup, *legas, aut facias anapæſtum, ſanè aſpera eſt pronũciatio. Sed* voluptas, *fuit volupetas, à volo & peto. quæ omnia cùm ſint breuia, non immutarunt naturam. Nam ſic quoq; corripias in verſu ex Heautontimorumeno, ſi ita legas ex Bembi codice:*

*Bembi codex Terẽtianus.*

Nec mihi fas eſſe vlla me voluptate his frui.

*Quamquam codex ille, de quo vir doctiſſimus atque ſanctiſſimus metitur noſtros, plus habuit tum apud nos venerationis, ob vetuſtatem, tum apud illum opinionis ob nouitatem, quàm quantùm re ipſa præſtare valuerit. Omitto enim quæ ad priuatarũ vocum pertinent rationem. nam ea in Originum libris tibi ſatis explicatas puto. At quod ad verſuum ipſorum tractus ſpectat, operæpretium eſt animaduertere multos, qui non conſtent: veluti è Phormione hunc:*

Quæ ſi aſtu non prouidentur, me aut herum peſſundabunt.

*Ita dico apud hoſce qui creticum recipiunt nullum: in noſtratibus autem mollius legitur ſic:*

Quæ ſi non aſtu prouidentur.

*Vbi octonarius eſt. Item ex Heautõtimorumeno ſic legit:*

Pergin' mulier odioſa eſſe? nullámne ego rem in vita mea.

*At in noſtris ſic legitur:*

Venire in mentem. mi vir. oh pergin' mulier eſſe? vllámne ego.

*Vbi vides, ſi addas omnia illa verba, quæ præcedunt exprobrationem ſenis, verſus fiat ſtadio longior. at illi octonarij ſunt. Verùm lepor quoque in verbis eſt illis,* Oh pergin' mulier eſſe. *plus enim eſt eſſe mulierem, quàm odioſam. In altero autem ſequente:*

Rem vnquam volui, quin tu in ea mihi aduorſatrix fueris Soſtrata?

*Videtur ſyllaba redundare. ſed* mi, *pronunties, non* mihi. *Bembus autem ita legit, vt vna deſiat: ſic:*

Volui: quin tu in ea mihi fueris aduorſatrix Soſtrata?

*Locutionem quoque non leuiter pertranſeas. Ille enim dicit, nullámne rem volui? ſanè tolerabilis ſermo, cum verbo hoc,* volo. *Nam negatio quæ eſt in nomine, in verbum tranſit, & fit, vllam rem nolui. Non poſſis verò dicere cum verbo ſubſtantiuo, nullãne res eſt? quonam modo nanque eſſet, ſi nõ eſt? neque melius procedit ille ex eadem quem nos ſic:*

Suſtuliſti. ſic eſt factum. domina, ergo herus dãno auctus eſt. *Ille ſic:*
Suſtuliſti. ſic eſt factum. domin', ergo herus dãno auctus eſt.

*At duo ſunt, quæ diſſuadet eſſe recipiendum. Primum verſus, qui trochaicus ſit: quare in quinto pede iambum ſtatuit: nos anapæſtum. Et minus ſimile veri fuit, domi educatam, atq; herum latuiſſe. erat enim modica domus, quæ vel cœna Bacchidis premeretur. quare inepta fuiſſet interrogatio. Neque fuiſſet auctus damno, quoniã domi educaſſet: ſed quoniam filiam, cui dos paranda eſſet. Itaque non foris educandam dedit, ſed exponendam. Præterea plus impendij eſt, ſi foris educantur liberi, quàm ſi domi. Sed & ille in Eunucho, toto verbo longior eſt, temere repetito.*

Idq; adeò viſam. viſam ſi domi'ſt. quis nam hinc à Thaide exit?

*Sed vbiq; videtur nõ minimi iudicij quſpiam neglectis numeris leporem quæſiſſe orationis. ſicut in eadem fabula:*

Nihil præter promiſſum.

*At nos legebamus:*

Nihil prætermiſſum.

*Verùm hîc argutia etiam dimenſionibus ſuum reliquit locum, ſi* nihil, *fit monoſyllabum, quod frequentiſſimum eſt. Vult dicere, Phædriam nihil præſtaturum eorum, quæ militi pollicebantur, neque quicquam illum præter promiſſum laturum: Sed in eadem lepor quoque nitidiſſimus eſt, iis verſibus:*

Illum liquet mihi deierare menſibus
Sex, ſeptem prorſus non vidiſſe proximis.

*Noſtri vulgatè nimis legebant, ſex vel ſeptem. Cæterum & à numero excluditur cõiunctio, & à ſermonis puritate: ſicuti cùm, dicimus, quinquaginta plus minus annos natus ſum. Illud quoque lepidius videtur in Heautontimorumeno:*

Confitere tu? au obſecro, iſthuc inimicis ſiet:

*Quàm quod legitur ab Eraſmo & aliis:*

Confitere tuum nõ eſſe? ah obſecro te, iſthuc inimicis ſiet.

*Splendidior eſt oratio repetita negatione ſenſu non verbis: & neceſſe eſt ita legi, quoniam præcedentes verſus hic cõcinnat: quos verſus tam Bembus, quàm Eraſmus malè diſponit. Bembus ſic:*

Subditum ſe ſuſpicatur. ſubditum? ain'tu certè. ſic erit mi vir.

*Eraſmus ſic:*

Subditum ſe ſuſpicatur. ſubditum? ain'tu? certè inquam mi vir.

*Verùm vterq; lõgior eſt, Eraſmianus vna ſyllaba: alter autem etiam pluribus. quare ita legendi ſunt, vt ſint trochaici octonarij catalectici:*

Subditum ſe ſuſpicatur. ſubditum? ain' tu? certè inquam
Mi vir. cõfitere tu? au obſecro, iſthuc inimicis ſiet.

*Sic etiam ex Adelphis, illis duobus verſibus, neuter eſt audiendus. Bembi codex ſic:*

Obſecro mea nutrix, quid nunc fiet? quid fiet rogas?
Rectè ædepol ſpero. modò dolores mea tu occipiunt primulum.

*Eraſmus ſic:*

Obſecro mea tu nutrix, quid nunc fiet? quid fiet rogas? rectè.

*Ergo Eraſmus malè collocat aduerbium,* rectè: *Bembus malè omittit pronomen, tu: vt ſint iambici quadrati. Hæc quidem manifeſta lectio, at illa ambigua, vtra probior ſit? In Heautontimorumeno vetus exemplar ſic habet:*

Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere? &
Quòd illum inſimulat durum, id non eſt. nam parentum iniuriæ
Vniuſmodi ſunt fermè: paulò qui eſt homo tolerabilis.

*Scortari*

Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier.

*Bēbus & aliquot eximit verba, & alia ſerie digerit numeros*

Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere?

Et quod illum inſimulant durum, id non eſt.

Nam parentum iniuriæ, vniuſmodi ſunt fermè.

Scortari crebrò volunt, volunt conuiuarier.

*Sed numeros obterit Bembus, quarto verſu: in quo & trochæum inuenias tertia ſede, & iambum ſexta: quare errorem ſubeſſe neceſſe eſt. & confundit verſuum tum genera, tum quantitates. Noſtra autem lectio horum nihil: ſed aſperior viſa eſt in ſententia: cùm tamen non ſit. nam ita dicit: patres duros nihil remittere de imperio, quod exerceant in liberos: omnia animi laxamenta prohibere. at qui paulò eſt tolerabilior, aliqua ſanè patiatur: ſed non crebrò ea fieri. Mutauit autem numerum verborum Terētius, cum in ſingulari dixit,* paulò qui eſt tolerabilis: *debuerat ſubdere,* non vult crebrò ſcortari liberos ſuos, non vult crebrò conuiuari. *Sed retulit numerum ad vniuerſitatē patrum. At in ſingulari tolerabilem poſuerat, quoniam rariores ſunt. Ita mutat numerum in Eunucho:*

Eunuchum porrò dixti velle te,

Quia ſolæ vtuntur his reginæ.

*Quam mutationem aliquis minus commodam cùm putaret, ſublatis illis verbis,* paulò qui eſt homo tolerabilis: *quæ vitia prohiberēt patres in noſtra lectione, ea fecit patrare flagitia filiis in ſua.*

*Hæc ſunt Syluiole fili, quæ laborioſiſſima opera excuſſi tibi: maioréne tædio tot ineptiarum, an metu, ne pari inſcitia caperere, neſcio. Omiſi verò multa carmina controuerſa, aut ambigua, alia vaſta: quæ etiam ſi ad ſanitatem redigantur, at cura iſta noſtra vel ſic longè minora ſint. Verùm enimuero neq; tibi puerilia videri debent, qui iſta ætate literariæ laudis aditum omnem explorare iuberis ab indole tua, quę magna ac multa promittit nobis: neque mihi plebeia adeò, in quibus, omiſſis ſtudiis grauioribus, tantos illos viros elaborare aliquid non pœnituit. Qui ſi quibus in locis lapſi ſunt, vel hoc ipſum eis debeatur, quod nos excitarint ad veritatem. Cuius ſplendorem, fili mi, quouis nomine chariorem habere debes. Magnum fuit Eraſmi nomen, præſertim in Germania literis renaſcentibus: maius futurum, ſi ille minor eſſe voluiſſet. Nunc fretus ingenii ſui magnitudine, multa tractare aggreſſus eſt, paulò minus accuratè: ita à nominis claritate profecta confidentia præcipitem illum egit, non ſine diſpēdio multorum ſtudioſorum: qui omnes cùm docti eſſe vehementer exoptarent, pauci autem laborarent, omiſſis ærumnis, quæ ipſis in antiquorum lectione multa exequendæ erant, compendium nacti eorū quæ Eraſmus in vnum coëgiſſet, ei de omnibus fidem ita habuere, vt etiam extātibus priſcorum monumentis, vnde, ille vel aliquando non bona fide accepiſſet, Eraſmi nomen non pro teſte, ſed pro iudice, citent, atq; alieni laboris non quaſi beneficiarium faciant autorem. Quare vobis omnibus eius nominis ſtudioſis, inter quos me quoque ſanè eſſe non nolim, commodè oſtēdimus, atque opportunè quid cuiuſq; iudicii ſequeremini. Quòd ſi quis, vt eſt ingeniū quibuſdam barbarum ac ferum, pertinacius negligat foueatq; ignauiam ſuam: te ſaltem habeamus ab erroribus eiuſmodi ſegregatum.*

Eraſmi nomē magnū.

FINIS.

# Henrichi Loriti Glareani Heluetii, De metris Comicis iudicium.

## EXIMIO VIRO D. GERARDO GIZANO BVRGVNDIONI Sequano, optimarum diſciplinarum, ac Iuriſprudentiæ callentiſſimo.

H. GLAREANVS S. D. P.

*TImon Pyrrhonius, vt Athenæus appellat, genere Phliaſius, vt Laërtius Diogenes: Sillorum ille petulantiſſimus ſcriptor, vt eſt apud Gellium, interrogatus ab Arato, Achæorum duce, quo pacto quis tutò, ac ſine menda, Homeri opera adipiſcatur poſſideátve, Si quis, inquit, vetera exemplaria nactus fuerit, non ea, quæ nuper emendata ſunt. Subiiciam verò ipſius Laërtii de hoc Timone verba Græca:* φασὶ δὲ καὶ Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ, πῶς τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀσφαλῶς κτήσαιτο, τὸν δ᾽ εἰπεῖν, Εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διορθωμένοις. *Id hercle Gerarde ſuauiſſime mihi hac tēpeſtate vſu venire videtur in eminentiſſimo illo Latinę Comœdię authore, quem maximi ſemper Cicero ac veterum pleriq; fecere, Terentio inquam vnico purè loquentium ſcopo. In quē tot extant hodie iampridem edita commenta, tot annotationes, tot aſſuta emblemata, vt ſingularis impudentiæ videri poſſit in eundem plura conſcribere. Atqui, ſi quis, vel mediocris iudicii homo, cuncta ea perpenderit, iuſtaq; lance examinauerit, comperiet ſanè pauca alicuius momenti, multa inepta, multa perperam prodita. Vt quid enim dicā de Guidone quodam Iuuenale, homine profectò ad hoc negotii inepto? Quid de Commentariis illis, quæ Seruio falſò adſcripta, nō ante multos annos Venetiis excuſa ſunt, quibus tota vita nihil vidi inſulſius? Quid de aliis innumeris quotidie emergentibus? Donati, vt titulus præ ſe fert, Commentarii, ipſi oppidò elegantes & arguti. Verùm neq; vnius hominis, ſed ſæpe in vnam ſcenam quatuor (quod cum iudicio legens quiuis facilè perſpexerit) neq; integri, ſed mutili, ſed corrupti: deniq; perperàm noſtra ætate à multis tractati. Ante annos aliquot Politianus, ex neſcio quo vetuſto codice, conatus eſt carmina in certā redigere ſeriem. Poſt eum Eraſmus præceptor noſter Venetiis apud Aldum. Nec infeliciter ea res ceſſit. Verùm, vt ſunt res mortalium, ablatis erroribus, & pulchrè omnibus in ordinem redactis, non ita multo pòſt rurſus cūcta turbata ſunt, & intra triginta annos, author ita à priore emendatione exorbitauit, vt Eraſmus iam extrema ætate, alteram adhibuerit manū, ſed quatuor duntaxat dierum opera, vt ipſemet in earum annotationum præfatione fatetur, vſus ibi codice meo, in quo pleraq; annotata erant, vt ipſe ſcenis præfixit titulos. Quam rem non admodum æquo animo tuli. Nam ego mihi ea, non aliis notaueram, nec in hoc certè vt ederentur. Itaque ea res occaſionem dedit mihi, vt ad has nugas denuo relapſus, totum authorem reuiſere voluerim, & de omniū,*

Timonis dictum.

Lib. 3. cap. 17.

quæ

quæ apud hunc authorem ſunt, carminum ratione meum Lectori iudicium aperire. Verùm hîc mihi pro ſe quiſque animū intendat velim, ac mecum etiam atq; etiam cogitet, quidnam cauſæ fuiſſe exiſtimemus, quòd veteres Grammatici, quoties de metris carminibúſq; ſcribunt, adeò pauca, ac propémodum nulla huius Poëtæ attingāt, vt miraculo mihi fuerit, vnde tantum ſilentium. Quod ita eſſe, quis non videt in iis, quibus de paulò antè diximus, commentarius Donato adſcriptis? qui vix centeſimo quoq; verſu, vel ſemel de metri ratione quicquam memorię prodant. Priſcianus tandem, vt Grammaticorum veterum tempore, ita eorum omnium eloquentia poſtremus, eam rem aggreſſus eſt, ſed mutilum lacerúmq; ad nos eius opuſculum peruenit. In eo tamen, cùm totum perleges, hoc inuenias, Latinos Græcis longè maiore licētia vſos, & inter Latinos maximè Terentium, quod Eraſmus ipſe quoq; fatetur. Hem optime lector, iſthuc volueram. Id mihi ſatis fore arbitror ad oſtendendum, quod paulò poſt aperiam. Verùm, quæ ex Hephæſtione Grammatico de carminibus Iambicis prodita ſunt memoriæ, ſubiicere placuit, vt Lector videat quàm paulatim magis magiſq; deficere cœperit huius carminis ratio à prima authorum inſtitutione, deinde ire cœperit præceps, donec ad hoc licentiæ peruentum eſt. Iambicum, inquit, Carmen in regione impari Iambum recipit, & per reſolutionem longæ ſyllabæ Iambi in duas breueis, ibidem Tribrachyn. Admittit etiam Spondeum, ad tardandam Iambi celeritatem: per reſolutionem verò primæ Spondei, recipit ibidem Anapæſtum, & per reſolutionem ſecundæ, Dactylum, & per reſolutionem vtriuſque, Proceleuſmaticum. In pari autem Iambum, ac Tribrachyn: In fine tamē dūtaxat Iambum, & quòd vltima indifferens ſyllaba, etiam Pyrrhichiū. Hæc ex illo. Quibus perſpicitur ſex pedes carmini Iambico locis imparibus cōgruere, Iambum, Tribrachyn, Spōdeum, Dactylum, Anapæſtum, & Proceleuſmaticum. Septimum etiam Pyrrhichium, ſed vltimo duntaxat loco, vt pote aduentitium propter vltimam indifferentem. Paribus autem locis duos tātùm, Iambum & Tribrachyn. Quòd ſi hoc licentiæ accidit, cum apud Græcos, tum apud Latinos iuſtæ legi carminis, quæ vnum Iambum, vnde & nomē habet, agnoſcebat, quid putamus accidiſſe poſtea eidem, quando propè nihil penſi fuit quibuſdam, quibus locis, paribus imparibus, quos ponerent pedes? quod de Terētio adeò verum eſt, excepto vltimo loco, vt negari prorſus non queat. Itaque (dicam enim quod ſentio) vt ad tardādam Iambi celeritatem prior ſyllaba longa ſuſcepta eſt, ac Spondeus factus, deinde reſolutione vtriuſque ſyllabæ adſumpti ſunt Tribrachys, Anapæſtus, Dactylus ac Proceleuſmaticus: cui dubium videri poterit, conſimili licentia, vel ad Anapæſti, vel Dactyli tardationem admiſſum eſſe Creticum? quem & Amphimacrum vocant, quod Eraſmus & ex Priſciano ait, & contrarium eius Amphibrachyn? quod ipſum multis apud hunc authorem locis clarum euadit. Denique vnius ſyllabæ commutatione Bacchium? rarius etiā Pæanas? vt in hoc opere curſim indicabimus. De Creticis non eſt dubium. De Bacchio autē, Amphibrachy & Pęanibus fortè quibuſdam dubium videri queat: Sed adductis locis, lector, quando in aliis videat tantùm licentiæ admiſſum, ipſe ſecum diſpiciat, quid indicatu optimum videbitur. Nam ea de re cum nemine certauero. Certè per hoſcè pedes Creticum, Bacchium, Amphibrachyn, ac Pæanas, nō minus huius Poëtæ verſus excuſationem habebunt, atque per priores: imò meo quidē iudicio, non paulò melius conſultū videbitur ſic carmini, quàm tot Συνιζήσεις, συναλοιφᾶς, συναιρέσεις identidē inculcare, ac carmen tortū ac inſuaue reddere. Ego ab Actore prolatos verſus integerrimè puto, & eum, non niſi conſuetas eliſiſſe ſyllabas, quod vt fieri potuerit, hi pedes dictionis maieſtatē adiuuāt. Vix enim mihi perſuaſero Actorem pronuntiaſſe Mum gnatum, Mus carnifex, Tuſt: pro: Meum gnatum, Meus carnifex, & Tuū eſt. Atqui Bacchius pro Spondeo hoc vulnus ſanat. Cæterū quæ hîc de Iambico ſcribo carmine, prorſus etiam de Trochaico intelligi volo. Nam quamuis Iambicum Trochæum, & contrà Iambum Trochaicum reſpuant, tamen ita ſunt vicina inter ſe, vt vnius ſyllabæ abſorptione, alterum ex altero fieri queat: quod Terentianus elegantiſſimus Grammaticus, non minus eleganter quàm copioſè deſcripſit. Nimis longa præfatio fuerit, ſi horum omnium exempla ſubiecero, cùm in ipſo opere toto id paſſim indicauerimus. Et cū pertinacibus neutiquam profuerit magnopere certare, res ipſa ſatis clara eſt. Suo quiſque vtatur iudicio. quod mihi ad carminis integritatem conducere viſum eſt, id ego ingenuè & abſque fuco tradere non ſum veritus. Clamabunt quidam, ſed fruſtra. Ad huiuſmodi latratus meæ aures iāpridem obſurduerunt. Volo, ratione conuincar, non latratu. Verùm de hiſce ſatis. Hoc etiam Lectorem admonitum velim, me ſæpe & colliſionem indicaſſe, & pedem, vt quod libuerit, quiſque arripiat, per me ſanè licebit. Denique nōnunquam alterum indicaſſe, alterum omiſiſſe. Etenim perquàm tædioſum mihi videbatur idētidem repetere, plus tamen inculcauimus, quàm putem neceſſe fuiſſe. Sed malo in hanc, quàm in alteram peccare partē. Nec opus habeo, opinor, admonere, quædam ita frequēter poni à Poëta, vbi malis s literam abiicere, quàm exterum adſumere pedem: qualia ſunt, ſatis, magis, opus. Ita d in quid, quod, ſed, & ſimilibus. Quædam indifferenter eſſe vel monoſyllaba vel diſſyllaba, vt Mi: mihi: Ni, niſi: Nil, nihil. Et ſi quæ ſunt alia. Quædam vltimam in i vel corripere, vel producere, vt mihi, tibi, ſibi. Et haud ſcio, ſint'ne eiuſdem ordinis, Quaſi, Niſi: Certè Vti aduerbiū, eſt anceps poſteriore ſyllaba, vt priora. Quæ omnia multum negocij vbique faceſſunt nobis. Sed nolo diutius te obtundere humaniſſime D. Gerarde. Tute ſcis quanto labore hoc opus mihi conſtiterit, vnà cum tuis duobus eruditiſſimis ſodalibus, Burgundis, ac eiuſdem Iuriſprudentiæ, tum aliarum diſciplinarum ſtudio deditiſſimis, D. Petro Petremando, ac D. Gulielmo Barotio, qui aliquandiu noſtræ adſuiſtis menſæ: & hoc anno omnibus adeſtis omnium doctorum virorum prælectionibus, cùm priuatis tum publicis, vt non mihi modò, ſed & omnibus huius vrbis hominibus, doctis pariter ac indoctis, miraculo ſitis diligentia ac ſedulitate. Deus Opt. Max. bene fortunet, quod tam feliciter cœpiſtis, tā ſedulò proſequimini, tā perſeueranter ad finem gloriæ eius deducere contenditis. Certè domui meæ tanta honeſtas ex optimis moribus veſtris quotidie, meis quotquot adſunt, iuuenibus accreſcit, tanta ſtudiorum alacritas ex hac diligentia omnibus naſcitur: denique veſtra authoritas locum hunc nobis tāto quàm antea, auguſtiorem effecit, vt meritò gratuler non mihi modò, ſed Vniuerſitati ipſi, & toti oppido. Tu mi humaniſſime Gerarde importunitatem meam boni conſule, ac nos ama. Bene vale, vnà cum omnibus commilitonibus tuis Sequanis.

Friburgi Briſgoiæ ad Herciniam ſyluam, à CHRISTI Natali, M. D. XXXIX. Cal. Martijs.

Hephæſtionis grāmatici verba de carminibus iambicis.

Creticus pes qui & Amphimacrus.

## EIVSDEM GLAREANI, XXVIII. COMMVNIVM PEdum Typus.

HIc adiicere volui, cãdide Gerarde, Typum in quo omnes, quibus Terentius vtitur, pedes comprehenduntur, diſyllabi, triſyllabi, ac tetraſyllabi. Haud ignarus Græcos & pẽtaſyllaborum & hexaſyllaborum pedum nomina memoriæ prodidiſſe, vt numerus in extimis fuerit LXIIII. pedum. In vniuerſum verò CXXIIII. Id nobis cum ſanè portentoſum viſum eſſet, neglectui haud abs re fuit, nec magis neceſſe viſum, quàm heptaſyllaborum, octoſyllaborum, ac deinceps aliorum noua cõfingere nomina. Lector opellam hanc boni cõſulat.

*Pedes in vſu frequentiori ſunt* XXVIII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| IIII. *diſyllabi* | | *Pyrrhichius* | *Vt Deus: puer* v v |
| | | *Spondeus* | *Audax* – – |
| | | *Iambus* | *Dies* v – |
| | | *Trochæus* | *Mater* – v |
| *Octo triſyllabi* | | *Dactylus* | *Vt Tityre* – v v |
| | | *Anapæſtus* | *Species* v v – |
| | | *Tribrachys* | *Dominus* v v v |
| | | *Moloſſus* | *AEneas* – – – |
| | | *Amphibrachys* | *Libellus* v – v |
| | | *Amphimac. Cret.* | *Caſtitas* – v – |
| | | *Bacchius* | *Egeſtas* v – – |
| | | *Antibacchius* | *Celare* – – v |
| XVI. *tetraſyllabi* | | *Proceleuſmaticus* | *Vt Philoſophus* v v v v |
| | | *Diſpondeus* | *Oratores* – – – – |
| | | *Diiambus* | *Amœnitas* v – v – |
| | | *Ditrochæus* | *Cantilena* – v – v |
| | | *Antiſpaſtus* | *Alexãder* v – – v |
| | | *Choriambus* | *Põtifices* – v v – |
| | | *Ionicus à minore* | *Diomedes* v v – – |
| | | *Ionicus à maiore* | *Demetrius* – – v v |
| | *Pæan* | *Primus* | *Lætitia* – v v v |
| | | *Secũdus* | *Potentia* v – v v |
| | | *Tertius* | *Alienus* v v – v |
| | | *Quartus* | *Celeritas* v v v – |
| | *Epitritus* | *Primus* | *Sacerdotes* v – – – |
| | | *Secũdus* | *Cõditores* – v – – |
| | | *Tertius* | *Cõcordiæ* – – v – |
| | | *Quartus* | *Cõſtãtinus* – – – v |

## DE CARMINVM *ATTRIBVTIS.*

*QVando verò per totum hoc opus Catalecticorum Acatalecticorúmq; metrorum mentio facta eſt, nec ratio eorum omnibus nota eſt, pauca pro rudibus adnotare placuit. Sciendum igitur, tum verè carmen integrũ & Acatalecticum dici, cum ad parem venit pedum numerum. nempe ab binos, quaternos, ſenos, octonos pedes. Sin ad imparem numerum deuenerit, imperfectum dici, ídq; bifariam accidere. Vel abundantia (quod vna duntaxat ſyllaba euenire ſolet) ac id Hypercatalecticum dici, Vel defectu ídq; rurſus bifariam, aut vnius duntaxat ſyllabæ defectu, id Catalecticum vocari: aut duarum ſyllabarum, ſiue quod idem eſt, vnius pedis, ac id Brachycatalecticum eſſe. Vnde breuiter definitiones eorundem ita colligunt. Catalecticum (inquiunt) eſt, cui vna deeſt ſyllaba: Brachycatalecticum, cui duæ ſyllabæ aut plenus pes deeſt. Hypercatalecticum, cui ſyllaba abũdat. Acatalecticum, cui ſupereſt, aut deeſt nihil. Item notãdum (ne fortè hoc ſcrupulum cuipiam iniiciat) Trochaica, quia Trochæus in breuem finitur, frequentius eſſe Catalectica quàm Acatalectica, Iambica contrà. Sed hoc quoq; in primis notatu dignum, In Trochaicis Iãbicíſq; binos pedes in ſingula venire metra ſiue ſingulas menſuras. Vnde dimetra quaternûm, Trimetra ſenûm eſſe pedum. Inde contig[illegible] vt iidem Trimetri, qui Senarij dicantur verſus, Tetrametra eſſe octonûm pedũ. Eadem quadrata à quatuor mẽſuris, & Octonaria ab octonis pedibus dicta Romanis. Porrò de Iambico carmine Hephæſtionis ſententiam in Præfatione diximus. Cæterum cùm tam varia, ac portentoſa propémodum à noſtris Grammaticis de vtroq; genere prodantur, operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi id negotij ſuccincto quodam compendio, ac vno aſpectu lectoris oculis ſubiicerem, vbi tum Trochaicorum, tum Iambicorum carminum contrarias rationes videret à Monometris ad vſq; Tetrametra. Idq; quadruplici formula, Brachycatalectica, Catalectica, Hypercatalectica ac Acatalectica, vt nullum omnino carmen apud Terentium ſit, quantumuis tortum, quod non in aliquam iſtarum formularum cadat. Vbi tamen admonitum lectorem velim, non ex æquo omnibus his Terentium, alióſve authores vſos. Quædam enim in omneis Comœdias adhibent, quibuſdam rarius vtuntur, quibuſdam nunquam. Iambicis Trimetris Acatalecticis: Tetrametris cum Acatalecticis, tum Catalecticis Terentius frequentiſſimè vtitur: Dimetris rariſſimè, inſperſis alicubi ac obiter inſertis. Idem de Monometris omnibus dico. Trochaicis Tetrametris Catalecticis vtitur frequentiſſimè: Acatalecticis ferè nunquam. Nam in omnibus hiſce Comœdiis vltra quatuor eiuſmodi verſus non reperias, & eos non admodum certos, vt in opere ipſo oſtendimus, vbi fors obtulit. Trimetris Trochaicis ſemel vſus eſt in Andria Actus quarti Scena prima per tredecim, vt diximus, verſus: alibi nuſquam vltra binos aut ternos eius generis reperias.*

*Catalecticus verſus. Brachycatalecticus. Hypercatalecticus. Acatalecticus.*

# Iambicorum à Monometris ad vſque Tetrametra generalis formula, de qua quinque fermè apud Terentium Species, hîc aſteriſcis notatæ, reperiuntur.

| | | |
|---|---|---|
| | *Muſæ Deæ.* | *Monom.acat.* |
| | *Muſæ Deæ ſunt.* | *Mono.hypca.* |
| | *Muſæ Deæ bonæ.* | *Dime.brachy.* |
| | *Muſæ Deæ ſorores.* | *Dimetr. catal.* |
| * | *Muſæ Iouis ſunt filiæ.* | *Dimet.acatal.* |
| | *Muſæ ſorores ſunt Mineruæ.* | *Dimet.hypca.* |
| | *Muſæ bonæ ſunt filiæ Iouis.* | *Tri. brachyc.* |
| * | *Muſæ bonæ, Muſæ Deæ ſorores.* | *Trimet.catal.* |
| * | *Muſæ Deæ ſunt filiæ ſummi Iouis.* | *Trime.acata.* |
| | *Muſæ Iouis gnatæ, ſorores et Mineruæ.* | *Trimet.hypc.* |
| | *Muſæ, bonæ Deæ, ſorores, filiæ Iouis.* | *Tetr. brachy.* |
| * | *Muſæ bonæ ſunt, filiæ ſummi Iouis, ſorores.* | *Tetra. catal.* |
| * | *Muſæ bonæ Deæ, ſorores, filiæ ſummi Iouis.* | *Tetr.acatale.* |

# Trochaicorum eadem ratione formula, tribus apud Terentium fermè ſpeciebus, aſteriſcis pernotatis.

| | | |
|---|---|---|
| | *occidi* | *Monom.cata.* |
| | *Muſa dulcis* | *Monom.acat.* |
| | *Muſa dulcis eſt* | *Mono. hypc.* |
| | *Muſa dulcis eſto* | *Dime.brachy.* |
| * | *Muſa dulcis eſt cibus* | *Dimetr.catal.* |
| | *Muſa dulcis eſt Maronis* | *Dimet.acatal.* |
| | *Muſa dulcis eſt Horatii* | *Dimetr.hypc.* |
| | *Muſa dulcis eſt Horatiana* | *Trime.brach.* |
| * | *Muſa dulcis eſt in omnibus locis* | *Trimet.catal.* |
| | *Muſa dulcis eſt in omnibus Poetis* | *Trimetr.acat.* |
| | *Muſa dulcis eſt in omnibus ſodalibus* | *Trimet.hypc.* |
| | *Muſa dulcis eſt in hac noſtra ſodalitate* | *Tetra. brach.* |
| * | *Muſa dulcis eſt in omnibus ſodalitatibus* | *Tetra.catale.* |
| | *Fac ita vt iuſsi, deducantur iſti, faciam at diligenter* | *Tetr.acat.* |

*Sed vt ad Præfationis noſtræ redeamus initium, placuit nobis optime Gerarde hic velut Parergon, triplicem carminis Iambici Trimetri rationem adiungere, ex qua deinde aliorum quoque ratio facilè elicietur. Fuit itaq; initio carmen Iambicum ex meris Iambis, ad hanc formam.*

Prima & ſimpliciſsima Iambici carminis formula.

| I. | II. | III. | IIII. | V. | VI. |
|---|---|---|---|---|---|
| *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* |
| *Suis et i* | *pſa Ro* | *ma vi* | *ri bus* | *ru it.* | |
| *Nouis q; re* | *bus in* | *ſi de* | *lis Al* | *lo brox.* | |

*Deinde acceptus eſt Tribrachys (excepto vltimo loco) & paulatim locis dũtaxat imparibus Spõdeus, Anapæſtus & Dactilus & ratim Proceleuſmaticus, ad hanc formam.*

Communis Græcorum ac Latinorum Iambici carminis formula,

| I. | II. | III. | IIII. | V. | VI. |
|---|---|---|---|---|---|
| *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* |
| *Tribrachys* | *Tribrach.* | *Tribrach.* | *Tribrach.* | *Tribrach.* | *Pyrrhich.* |
| *Spondeus* | | *Spondeus* | | *Spondeus* | |
| *Dactylus* | | *Dactylus* | | *Dactylus* | |
| *Anapæſtus* | | *Anapæſtus* | | *Anapæſtus* | |
| *Proceleuſm.* | | *Proceleuſ.* | | *Proceleuſ.* | |
| *ibis* | *Li bur* | *nis in* | *ter al* | *ta na* | *ui um.* |
| *Pecus* | *ne Cala* | *bris an* | *te ſy* | *dus fer* | *ui dum.* |

*De vltima in omni carmine indifferente, ac propterea Pyrrhichium in hoc carmine vltimo adſcitum loco, nõ erat opus admonere, niſi hoc tam anxiè alij Grammatici inculcaſſent. Idem aio de Tribrachy, quem loco carminis vltimo pro Iambo poſitum in ipſo opere non ſemel oſtẽdimus. Sed quid opus pluribus? Non fecerit melius Lector, quàm vt ipſe Latinorum authorum carmina in manus accipiat, periculúmq; faciat. Ibi verò videbit quanta huiuſce rei ſit difficultas, haud fruſtra toties nobis culpata. Sed ſit hæc vltima huius carminis licentioſiſsimo modo formula.*

Licentioſiſsima Carminis Iambici formula,

| I. | II. | III. | IIII. | V. | VI. |
|---|---|---|---|---|---|
| *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* | *Iambus* |
| *Tribrachys* | *Tribrachys* | *Tribrach.* | *Tribrach.* | *Tribrac.* | *Tribrach.* |
| *Spondeus* | *Spondeus* | *Spondeus* | *Spondeus* | *Spondeus* | *Pyrrhich.* |
| *Anapæſtus* | *Anapeſt.* | *Anapeſt.* | *Anapæſt.* | *Anapæ.* | |
| *Dactylus* | *Dactylus* | *Dactylus* | *Dactylus* | *Dactylus* | |
| *Proceleuſ.* | *Proceleuſ.* | *Proceleuſ.* | *Proceleuſ.* | *Proceleu.* | |
| *Creticus* | *Creticus* | *Creticus* | *Creticus* | *Creticus* | |
| *Amphibra.* | *Amphibr.* | *Amphibr.* | *Amphibr.* | *Amphib.* | |
| *Pæan* | *Pæan* | *Pæan* | *Pæan* | *Pæan* | |
| *Bacchius* | *Bacchius* | *Bacchius* | *Bacchius* | *Bacchius* | |

*Sed ſatis experientiæ in hoc authore, Deus Optimus Maximus det vt in pluribus præterea experiamur, ſiquidem hoc ad gloriam eius pertinet. Alioqui non optarim quidem. Sit Domini nomen in ſecula benedictum.*

# TERENTII VITA, ET DE TRAGOEDIA AC COMOEDIA NON PAUCA, EX AELIO DONATO.

*PVblius Terentius Afer, Carthagine natus, ſeruiuit Romæ Terentio Lucano Senatori: à quo ob ingenium & formam, non inſtitutus modò liberaliter, ſed & maturè manumiſſus eſt. Quidam captum eſſe exiſtimant. quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet: cùm in fine ſecundi belli Punici, & ante initiũ tertij natus ſit, & mortuus: nec ſi à Numidis, aut Getulis captus ſit, ad ducem Romanum peruenire potuiſſet, nullo commercio inter Italicos & Afros, niſi poſt deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit: ſed maximè cum Scipione Africano, & cum Lælio: quibus etiã corporis gratia conciliatus exiſtimatur. quod & ipſum Feneſtella arguit, contendens vtroque maiorem natu fuiſſe. quamuis & Cornelius Nepos æquales omnes fuiſſe tradat, & Porcius ſuſpicionem de conſuetudine*

ſuetudine per hæc faciat,

Trochaici tetrametri catalect.

Dum laſciuiam nobilium & fucoſas laudes petit:
Dum Africani voce diuina inhiat auidis auribus:
Dum ad Furium ſe cœnitare, & Lælium, pulchrum putat:
Dum ſe amari ab hiſce credit, crebrò in Albanum rapi;
Ob florem ætatis ſuæ: ipſus ſublatis rebus ad ſummam
Inopiam redactus eſt.
Itaque è conſpectu omnium abiit in Greciam, in terram vltimam.
Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiæ oppido. nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè.
Eorum ille opera, ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt eſſet, quò referret obitum domini ſeruulus.

Hæc carmina vitiata ſunt & mutila.

Scripſit comœdias ſex. ex quibus primam Andriam cum ædilibus daret, iuſſus antè *Cerio recitare, ad cœnātem cum veniſſet, dictus eſt, initium quidem fabulæ, quòd erat contemptiore veſtitu, ſubſellio iuxta lectulum reſidens legiſſe: poſt paucos verò verſus inuitatus vt accumberet, cœnaſſe vnà, deinde cetera percurriſſe non ſine magna Cerij admiratione. Et hanc autem, & quinq; reliquas æqualiter populo probauit. Quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita ſcribit,

*Cæcilio legit Hieronymus in Chronicis Euſebij, & ita legendum cēſet Lilius

Sumetur Hecyra ſexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta eſt: meruítq; pretium quantum nulla antea cuiuſquā comœdia, id eſt octo milia nūmûm. propterea ſumma quoque titulo aſcribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obſcura fama eſt, adiutum Terentium in ſcriptis à Lælio & Scipione, quibus cū familiariter vixit. Eandem ipſe auxit: nunquam enim niſi leuiter ſe tutari conatur, vt in prologo Adelphorum

Hoc eſt, ducentos aureos coronatos.

Cic. ad Atticum lib. 7 ep. 3. Terentij fabellæ propter elegātiam ſermonis putabātur à C. Lælio ſcribi

Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, aſſiduéq; vnà ſcribere:
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cùm illis placet,
Qui vobis vniuerſis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore vſus eſt ſine ſuperbia.

Videtur autem ſe leuius defendiſſe, quia ſciebat Lælio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem, quæ tamen magis & vſque ad poſteriora tempora valuit.

Q. Memmius in oratione pro ſe ait: P. Africanus, qui à Terentio perſonam mutuatus, quæ domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit. Nepos authore certo comperiſſe ſe ait, C. Lælium quondam in Puteolano Calen. Martiis admonitum ab vxore, temporius vt diſcumberet, petiiſſe ab ea ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe, non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum vt ſcripta illa proferret, pronunciaſſe verſus qui ſunt in Heautontimorumeno:

Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt.

Santra Terentium exiſtimat, ſi modò in ſcribēdo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio vti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere: quàm Sulpitio Gallo homine docto, & qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, cōſulari vtroque, ac Poëta. Ideo ipſum nō iuuenes deſignaſſe, qui ſe adiuuiſſe dicerentur: ſed viros, quorum operam, & in bello, & in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt editas comœdias nondum quintum atque trigeſimum egreſſus annum, cauſa euitādæ opinionis quia videbatur aliena pro ſuis edere: ſeu percipien di Græcorum inſtituta moréſq;, quos perinde exprimeret in ſcriptis, egreſſus vrbem eſt, neque amplius rediit.

Terentij mors.

De morte eius Volcatius tradit,
Sed vt Afer ſex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Aſiam fecit: nauim cum ſemel
Conſcendit, viſus nunquam eſt. ſic vita vacat.

Quintus Conſetius, redeuntem è Græcia periiſſe in mari dicit, cum centum & octo Fabulis, conuerſis à Menandro.

Cæteri mortuum eſſe in Arcadiæ Stymphalo, ſiue Leucadia tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio nobiliore. COSS. morbo implicitum acri dolore ac tedio amiſſarum ſatyrarum, quas in naui præmiſerat, ac ſimul fabularum quas nouas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. Reliquit filiam, quæ equiti Romano nupſit. Item hortulos XX. iugerum, via Appia ad Martis villam: quo magis miror Portium ſcribere,

— nihil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillimè.
Eorum ille opera, ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt eſſet, quò referret obitum domini ſeruulus.

Agitabant facillimè, hoc eſt diuites erant ac potentes.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis præfert, ſcribens in Compitalibus, Terentio non ſimilem dices quēpiam.

Volcatius autem non ſolum Næuio, & Plauto, & Cæcilio: ſed Licinio quoque poſtponit. Cicero in Limone hactenus laudat,

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone Terenti
Conuerſum, expreſſúmq; Latina voce Menandrum
In medio populi ſedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. CAESAR,

Tu quoque tu in ſummis, ô dimidiate Menander,
Poneris & meritò, puri ſermonis amator,
Lenibus atque vtinam ſcriptis adiuncta foret vis
Comica, vt æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac deſpectus parte iaceres:
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios Poëtas fuiſſe ſcribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terētius Libo, alter Libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidiſſe Terentiū Valgius in Actæone ait,

Terentij poëtæ duo.

Hæ quæ vocantur fabulæ, cuius ſunt?
Non has qui iura populis recenſentibus dabat,
Honore ſummo affectus fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro tranſlatæ eſſe dicūtur comico, Phormio, & Hecyra: quatuor reliquæ à Menandro. ex quibus magno ſucceſſu, & pretio ſtetit Eunuchus fabula: Hecyra ſæpe excluſa, vix acta eſt.

## DE TRAGOEDIA ET COMOEDIA.

*Hoc putatur eſſe aut Cornuti aut Aſperi.*

INitium Tragœdiæ & Comœdiæ à rebus diuinis eſt inchoatum: quibus pro fructibus vota ſoluentes operabantur antiqui. Nam incenſis iam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis quod ſacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur, vel ἀπὸ τ̃ τράγου, hoc eſt ab hirco hoſte vinearum, & à cantilena.

*Tragœdia vnde dicta*

Eius ipſius rei apud Virgilium plena fit mentio. vel quòd hirco donabatur eius carminis Poëta: vel quòd vter eius muſti plenus ſolenne præmium cantoribus fuerat: vel quòd ora ſua fecibus perlinebant ſcenici ante vſum perſonarum ab Aeſchilo repertum. Feces enim dicũtur Græcè τρύγες. Et his quidem cauſis Tragœdiæ nomen eſt inuentum. At verò nõdum coactis in vrbem Athenienſibus, cum Apollini Nomio, id eſt paſtorum vicinorúmq; præſidi deo, conſtructis aris in honorem diuinæ rei circum Atticæ vicos, villas, pagos, & compita feſtum carmen ſolenniter cantarent: orta eſt Comœdia, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν, quod eſt comeſſatum ire cantantes.

*Apollo Nomius.*

*Comœdiæ nomẽ vnde*

quod à Poëtis ſolenni die, vel amatoriè laſciuientibus choris comicis non abſurdum eſt. Itaque vt rerum, ita etiam temporum ipſorum cœpto ordine Tragœdia primo prolata eſſe cognoſcitur. Nam vt ab incultis, & feris moribus paulatim peruentum eſt ad manſuetudinem, vrbéſq; ſunt conditæ, & vita mitior atque otioſior proceſſit: ita res tragicæ longè ante comicas inuentæ. Quamuis autem retro priſca voluentibus reperiatur Theſpis Tragœdię primus inuentor: & Comœdiæ veteris pater Eupolis cum Cratino, Ariſtophanéque eſſe dicatur: Homerus tamen, qui ferè omnis Poëticę largiſſimus fons eſt, etiam his carminibus exempla prębuit, & velut quadam ſuorum operum lege præſcripſit: qui Iliadem inſtar Tragœdiæ, Odyſſeam ad imaginem Comœdiæ feciſſe monſtratur.

*Tragœdiæ & Comœdiæ veteris inuentores.*

*Ilias: Odyſſea.*

Nam poſt illius tale, tantúmq; documentum, ab ingenioſiſſimis imitatoribus & digeſta ſunt in ordinem, & diuiſa ea, quæ etiam tum temere ſcribebantur adhuc impolita, atque in ipſis rudimentis haud quaquam vt poſtea facta ſunt, decora atque læuia. At nos ea quæ propriè de Tragœdia dicenda ſunt, titulo propoſiti operis inſtantes, in alia tempora differamus: & de his fabulis iam loquamur quas Terẽtius imitatus eſt. Poſtquã demonſtrandę originis cauſa de vtriſque generis initio diximus: quod neceſſe eſt iã dicemus.

*Comœdia vetus.*

Comœdia ferè vetus, vt ipſa quoque olim Tragœdia, ſimplex carmen (quemadmodum iam diximus) fuit: quod chorus circa aras fumantes nunc ſpatiatus, nunc reuoluens gyros, cum tibicine cõcinebat. Sed primò vna perſona ſubſtituta eſt cantoribus, quæ reſpondens alternis choro, locupletauit variauítq; rem muſicam. tum altera, tum tertia, & ad poſtremum creſcente numero, per actores diuerſos, perſonæ, pallæ, cothurni, ſocci, & cæteri ornatus atque inſignia ſcenicorum reperta: & ad hoc vnicuiq; ſuus habitus. & ad vltimum qui primarum partium, qui ſecundarum, & tertiarum, qui quartarum, atque quintarum actores eſſent, diſtributa & diuiſa quinquepartitò tota eſt fabula. quæ tamen in ipſis ortus ſui velut quibuſdam incunabulis, & vix dũ incipiens, κωμῳδία ἐπώνυμος καὶ ἀρχαία dicta eſt: ἀρχαία idcirco, quia eſt de nobis parum cognitis vitiis: ἐπώνυμος autem, quia ineſt in ea velut hiſtorica fides veræ narrationis, & denominatio omnium, de quibus liberè deſcribebatur. Etenim per priſcos Poëtas, non vt nũc, penitus ficta argumenta: ſed res geſtæ à ciuibus palàm cũ eorum ſæpe qui geſſerant nomine decantabantur. ideo ipſa ſuo tempore moribus multum profuit ciuitatis: cum vnuſquiſque caueret, culpa ne ſpectaculo cæteris eſſet, & domeſtico probro. Sed cum poëtæ abuti licentius ſtylo, & paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos: ne quiſquam in alterum carmẽ infame proponeret, lege lata, ſiluere. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id eſt ſatyra ſumpſit exordium.

*Satyra origo.*

quæ à ſatyris, quos illotos ſemper ac petulantes deos ſcimus eſſe, vocitata eſt. etſi aliunde nomen traxiſſe prauè putant alij. Hæc, quæ Satyra dicitur, eiuſmodi fuit, vt in ea quãuis duro & veluti agreſti modo, de vitiis ciuium tamen ſine vllo proprij nominis titulo carmen eſſet. Quod item genus Comœdiæ multis obfuit Poëtis, cum in ſuſpicionem potentibus ciuibus veniſſent illorum facta deſcripſiſſe in peius, ac deformaſſe genus ſtylo carminis quod primò Lucius nouo conſcripſit modo vt Poëſim inde faceret, id eſt vnius carminis plures libros.

*Comœdia noua.*

*Lucilius.*

Hoc igitur, quo ſupra diximus modo coacti omittere ſatyrã, aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc eſt nouam comœdiã reperere poëtæ quæ argumẽto communi magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret: & minus amaritudinis ſpectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret: concinna argumento, conſuetudine congrua, vtilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro. Vt igitur ſuperiores illæ ſuis quęque celebrantur authoribus: ita hęc νέα κωμῳδία cum multorum antea, tum præcipuè Menandri, Terentiiq; eſt. De qua cum multa dicenda ſint, ſat erit tamen velut admonendi lectoris cauſa, quod de arte comica veterum chartis continetur, exponere. Comœdia vetus vt ab initio chorus fuit, paulatímq; perſonarum numero in quinque actus proceſſit: ita paulatim velut attrito atque extenuato choro ad nouam comœdiam ſic peruenit, vt in ea non modò non inducatur chorus, ſed ne locus quidem vllus iam relinquatur choro.

*Chorus.*

Nam poſtquam otioſo tempore faſtidioſior ſpectator effectus, tunc cum ad cantores ab actoribus fabula tranſibat, cõſurgere & abire cœpiſſet, admonuit poëtas primò quidem choros prætermittere, locum eis relinquẽtes: vt Menander fecit, hac de cauſa, non vt alij exiſtimant, alia. Poſtremò ne locum quidem reliquerunt: quod Latini fecerunt Comici. Vnde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile eſt. Tum etiam Gręci prologos non habent more noſtrorum, quos Latini habent. Deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id eſt deos argumentis narrandis machinatos cęteri Latini inſtar Gręcorum habent: Terentius non habet. Ad hoc προτατικὰ πρόσωπα, id eſt perſonas extra argumẽtum accerſitas non facilè cæteri habent: quibus Terentius ſæpe vtitur, vt per harum inductiones facilè pateat argumentum. Veteres, etſi ipſi quoque in metris negligẽtius egerunt iambici verſus, duntaxat in ſecundo & quarto loco: tamen à Terentio vincuntur reſolutione huius metri, quantum poteſt, comminuti ad imaginem proſę orationis.

*Terentij cõmendatio.*

Tum perſonarum leges circa habitum, ętatem, officium, partes agendi nemo diligentius Terentio cuſtodiuit. Quin etiam ſolus auſus eſt cum in fictis argumentis fidem veritatis aſſequeretur, etiam contra præſcripta comica, meretrices interdum non malas introducere: quibus tamen, cur bonæ ſint, & voluptas per ipſum & cauſa non deſit. Hæc cum artificioſiſſima Terentius fecerit: tum illud eſt admirandum, quòd & morem retinuit vt Comœdiam ſcriberet: & temperauit affectum, ne in Tragœdiam tranſiliret. quod

cum

cum alijs rebus minimè obtentum & à Plauto, & ab Afranio, & Actio, & multis ferè magnis Comicis inuenimus. Illud quoque inter Terẽtianas virtutes mirabile, quòd eius fabulæ eo ſunt temperamento, vt neque extumeſcant ad tragicam celſitudinem, neque abiiciantur ad hiſtrionicam. Adde quòd nihil abſtruſum ab eo ponitur, aut quod ab hi-

*Plautus.*

ſtoricis requirẽdum ſit. Quod ſæpius Plautus facit, & eò eſt obſcurior in pluribus locis. Adde quòd argumenti ac ſtyli ita attentè memor eſt, vt nuſquã nõ cauerit, aut curauerit ea, quæ obeſſe potuerunt: tum quòd media primis atque poſtremis ita nexuit, vt nihil additum alteri, ſed aptum, ex ſe totum, & vno corpore videatur eſſe compoſitum. Illud quoque mirabile in eo, primò, quòd non ita miſcet perſonas quatuor, vt obſcura ſit earum diſtinctio. Et item quòd nihil ad populum facit actore velut ex Tragœdia loqui. quod

*Plauti vitium.*

vitium Plauti frequentiſſimum eſt. Illud etiam inter cætera eius laude dignum videtur, quòd locupletiora argumẽta ex duplicibus negotiis delegerit ad ſcribendum. nam ex-

*Fabularũ genera. Togatę. Pretextatę. Attellanę. Rhyntonicę. Tabernarię. Mimi.*

cepta Hecyra, in qua ſcribit Pamphili amorem, cæteræ quinque binos adoleſcentulos habent. Illud verò tenendum eſt, poſt νέαν κωμῳδίαν Latinos multa fabularum genera protuliſſe: vt Togatas, à ſcenicis atque argumentis Latinis: Prætextatas ab dignitate perſonarum, & Latina hiſtoria: Attellanas à ciuitate Cãpaniæ vbi actitatæ ſunt plurimę: Rhyntonicas, ab actoris nomine: Tabernarias, ab humilitate argumenti & ſtyli: Mimos, ab diuturna imitatione vilium rerum, & leuium perſonarum. Inter Tragœdiam autem & Comœdiam cum multa, tum in primis hoc diſtat:

*Comœdię & Tragœdię differẽtia.*

quòd in Comœdia mediocres fortunæ hominum, parui impetus, periculáque, læti, ſunt exitus actionum: At in Tragœdia, omnia contraria, ingentes perſonæ, magni timores, exitus funeſti habentur. Et illic turbulenta prima, tranquilla vltima: In Tragœdia contrario ordine res aguntur. Tum quòd in Tragœdia fugienda vita, in Comœdia, capeſſenda exprimitur. Poſtremò, quòd omnis Comœdia de fictis eſt argumentis: Tragœdia ſæpe ab hiſtorica fide petitur.

*Liuius Andronicus. Motorię. Statarię. Comœdię partes. Prologus,*

Latinæ fabulæ primò à Liuio Andronico ſcriptæ ſunt ad cunctas res, cum etiam tum recentius idem & Poëta & actor fabularum ſuarum fuiſſet. Comœdiæ autem, motoriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut miſtæ, Motoriæ, turbulentæ, ſtatariæ, quietiores: miſtæ, ex vtroque actu conſiſtentes. Comœdia per quatuor partes diuiditur, Prologum, Protaſin, Epitaſin, Cataſtrophen. Prologus, eſt velut præfatio quædam fabulæ, in quo ſolo licet præter argumentum, aliquid ad populum, vel ex Poëta, vel ex ipſius fabulæ, vel ex actoris com-

*Protaſis. Epitaſis. Cataſtrophe. Comœdia quid.*

modo, loqui. Protaſis, primus eſt actus, initiúmq; dramatis. Epitaſis, incrementum, proceſſúſq; turbarum, ac totius, vt ita dixerim, motus erroris. Cataſtrophe, conuerſio rerum eſt ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione geſtorum. Comœdia, eſt fabula diuerſa inſtituta continẽs, affectúmq; ciuilium ac priuatarum rerum: qua diſcitur quid ſit in vita vtile, quid contra euitandum. Hanc Græci ſic definiere, κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. Comœdiam eſſe Cicero ait imitationem vitæ, ſpecu-

*Comœdia vnde dicta. Hęc videntur ex alio congeſta.*

lum conſuetudinis, imaginem veritatis. Comœdiæ autem à more antiquo dictæ: quia in vicis huiuſmodi carmina initio agebantur apud Græcos, vt in Italia compitalitijs ludicris, admiſto pronũciationis modulo, quo dum actus commutantur populus detinebatur. Aut ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc eſt ab actu vitæ hominum, qui in vicis habitabant ob mediocritatem fortunarum, non in aulis Regijs, vt ſunt perſonæ Tragicæ. Comœdia verò, quia poëma ſub imitatione vitę atque ſimilitudine compoſitum eſt, in geſtu & pronuntiatione conſiſtit. Comœdiam apud Grecos dubium eſt quis inuenerit primus: apud Latinos certum eſt. Comœdiam, & Tragœdiam Togatam primò Liuius Andronicus reperit:

*Comœdia vitę quotidianę ſpeculum.*

aitq; Comœdiam eſſe quotidianæ vitæ ſpeculum: nec iniuria. nam vt intenti ſpeculo veritatis lineamenta facilè per imagines colligimus: ita lectione comœdiæ imitationem vitæ, conſuetudiniſq; non ægerrimè animaduertimus. Huius

*Comœdiæ origo.*

autem originis ratio ab exteris ciuitatibus, moribúſq; peruẽnit. Athenienſes namque Atticam cuſtodientes elegantiam, cùm vellent malè viuentes notare, in vicos & compita ex omnibus locis læti, alacréſq; veniebant: ibique cum nominibus ſingulorum vitam publicabãt: vnde nomen cõpoſitum vt Comœdia vocaretur. hęc autem carmina in pratis primùm mollibus agebantur, nec deerant pręmia, quibus ad ſcribẽdum doctorum prouocarentur ingenia: ſed & actoribus munera offerebantur, quò libentius iucundo vocis flexu ad dulcedinem commendationis vterentur. Caper nanque pro dono his dabatur, quia vitibus noxium animal

*Tragœdia.*

habebatur: à quo etiam Tragœdiæ nomen exortum eſt. Nonnulli autem ex amurca olei fece, quæ eſt humor aquatilis, Tragœdiam dici, vocaríq; maluerunt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipſi Comœdiarum Tragœdiarúmq; ſcriptores huius dei velut patris, numẽ colere veneraríq; cœperunt. cuius rei probabilis ratio extitit. ita enim carmina inchoata proferebantur, vt per ea laudes eius, & facta glorioſa celebrari, proferríq;

*Theſpis. AEſchylus*

conſtaret. tum paulatim fama huius artis increbuit. Theſpis autem primus, hæc ſcripta in omnium notitiam protulit. Poſtea Aeſchylus ſecutus exemplũ, publicauit. de quibus ita Horatius in arte Poëtica loquitur,

Ignotum Tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis,
Quæ canerent ageréntq; peruncti fecibus ora.
Poſt hunc perſonæ, pallǽq; repertor honeſtæ
Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis,
Et docuit magnúmq; loqui, nitíque cothurno.
Succeſsit vetus his Comœdia non ſine multa
Laude: ſed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi, lex eſt accepta, chorúſque
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquere Poëtę,
Nec minimum meruere decus, veſtigia Gręca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta,
Vel qui prętextas, vel qui docuere togatas.

*Fabulę partes. Comœdiæ ſpecies. Plampedia*

Fabula generale nomẽ eſt. eius duę primę partes ſunt, Tragœdia, & Comœdia. Si Latina argumentatio ſit, prętextata dicitur. Comœdia autem multas ſpecies habet. Aut enim palliata eſt, aut togata, aut tabernaria, aut attellana aut mimus, aut rhyntonica, aut planipedia. Planipedia autẽ dicta ob humilitatẽ argumẽti eius, ac vilitatẽ actorũ, qui nõ cothurno aut ſocco vtũtur in ſcena, aut pulpito, ſed plano pede: vel ideò quòd nõ ea negotia cõtinet, quę perſonarũ in turribus, aut in cœnaculis habitantiũ ſunt, ſed in plano & humili loco. Perſonati primi egiſſe dicuntur Comœdiã Cincius & Faliſcus: Tragœdiã Minutius & Prothonius. Omnium autem Comœdiarũ ſcripta ex quatuor rebus omnino ſumuntur, nomine, loco, facto, euentu. Nomine, vt Phor-

mio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus. Loco, vt Andria, Leucadia, Brunduſina. Facto, vt Eunuchus, Aſinaria, Captiui. Euentu, Commorientes, Adelphi, Heautontimorumenos.

Comœdiarum formę. Palliatę. Tabernarię. Togatę. Attellanę.

Comœdiarum formæ ſunt tres, Palliatæ, Græcum habitum ferentes, quas nonnulli Tabernarias vocant. Togatæ, iuxta formam perſonarum, habitum togarum deſiderantes. Attellanæ, ſalibus & iocis compoſitæ, quę in ſe non habent niſi vetuſtam elegantiam. Comœdia autem diuiditur in quatuor partes, Prologũ, Protaſin, Epitaſin, Cataſtrophen.

Prologus, & eius ſpecies.

Prologus eſt prima dictio, à Græcis dicta πρόλογος, id eſt antecedens veram fabulæ compoſitionem elocutio. Eius ſpecies quatuor ſunt, συστατικος, commendatitius: quo fabula vel Poëta commẽdatur. ἀν[illegible]ρεικὸς, relatiuus: quo aut aduerſario maledicta, aut gratiæ populo referuntur. ὑποθετικὸς, argumentatiuus: fabulæ argumentum exponens. μικτὸς, miſtus: omnia hæc in ſe continens.

Prologium. Protaſis. Epitaſis. Cataſtrophe.

Inter Prologum, & Prologium quidam hoc intereſſe voluerunt: quia Prologus eſt vbi Poëta excuſatur, aut fabula commẽdatur: Prologium autem eſt, cum tantum de argumẽto dicitur. Protaſis eſt primus actus fabulæ, quo pars argumẽti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam. Epitaſis inuolutio argumenti, cuius elegantia connectitur. Cataſtrophe, explicatio fabulæ, per quam euentus eius approbatur. In pleriſq; fabulis ipſarũ nomina priora ponebantur, quàm Poëtarum: in nonnullis poëtarum, quàm fabularum. cuius moris diuerſitatẽ antiquitas probat. Nam cum primùm aliqui fabulas ederẽt, ipſarum nomina pronunciabantur antè, quàm Poëtæ pronunciarentur, ne aliqua inuidia à ſcribendo deterreri poſſent. Cum autem per editionem multarum Poëtæ iam eſſet authoritas acquiſita, rurſus priora Poëtarum nomina proferebantur: vt per ipſorum vocabula fabulis attentio acquireretur.

Megalenſes ludi. Funebres. Plebeij. Apollinares.

Actas diuerſis ludis manifeſtum eſt inſcribi. Nam ludorum quatuor ſunt ſpecies, quos Curules Aediles munere publico curant. Megalenſes, magnis diis conſecrati, quos Græci μεγαλεσίοις appellant. Funebres, ad retinendum populum inſtituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricij viri plenè inſtruitur. Plebeij, qui pro ſalute plebis eduntur Apollinares. Apollini conſecrati. In ſcena duæ aræ poni ſolebãt, dextra Liberi, ſiniſtra eius dei cui ludi fiebant: vnde Terentius in Andria ait,

Arę duę.

Ex ara hac ſume verbenas.

Vlyſſes alliatus.

Hinc Vlyſſem palliatum ſemper inducunt: ſiue quòd aliquando inſaniam ſimulauit: quo tempore tectum ſe eſſe voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire. ſeu ob ſingularem ſapiẽtiam, qua tectus munitúſq; plurimum ſociis profuit. Huius enim virtutis erat, animi ſemper decipientis ingenium. Nõnulli Ithacæ incolas, ſicut Locros, palliatos fuiſſe commemorant. Achillis, & Neoptolemi perſonæ diademata habent: quamuis regalia ſceptra nunquam tenuerint: cuius argumenti probatio talis inducitur, quòd nunquam cum reliqua Graciæ iuuentute ad gerẽda cũ Troianis bella, ſacramenta cõiurationis inierunt, nec vnquam ſub Agamemnonis imperio fuerunt.

Scenicarũ perſonarũ veſtitus.

Comicis ſenibus candidus veſtitus inducitur, quòd is antiquiſſimus fuiſſe memoratur. Adoleſcentibus diſcolor attribuitur. Serui comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agant. Paraſiti cum intortis palliis veniunt. Læto, veſtitus candidus: ærumnoſo, obſoletus: purpureus, diuiti: pauperi, phœniceus datur: militi, chlamys purpurea: puellæ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varij coloris vtitur. Meretrici ob auaritiam luteum datur.

Syrmata. Siparium. Diuerbia. Cantica.

Syrmata dicta ſunt ab eo quòd trahuntur: quæ res ab ſcenica luxuria inſtituta eſt. Eadem in luctuoſis perſonis incuriam ſui per negligentiam ſignificãt. Aulæa quoque in ſcena in terra ſternuntur, quòd pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vſque perlatus: pro quibus Siparia ætas poſterior accepit. Eſt autem minutum velum, quod populo obſiſtit, dum fabularum actus commutantur. Diuerbia hiſtriones pronunciabant. Cantica verò temperabantur modis non à Poëta, ſed à perito artis muſicæ factis. Neque enim omnia iiſdem modis in vno cantico agebantur, ſed ſæpe mutatis. vt ſignificant qui tres numeros in Comœdiis ponunt, qui tres continent mutatos modos cantici illius. Qui huiuſmodi modos faciebant, nomen in principio fabulæ, & ſcriptoris & Actoris ſuperponebant, Huiuſmodi adeò carmina ad tibias fiebant, vt his auditis, multi ex populo antè diſcerent, quam fabulam acturi ſcenici eſſent, quàm omnino ſpectatoribus ipſis antecedens titulus pronuntiaretur.

Tibię dextrę & ſiniſtrę.

Agebantur autẽ tibiis paribus, aut imparibus, & dextris aut ſiniſtris. Dextræ autem tibiæ ſua grauitate ſeriam Comœdiæ dictionem pronuntiabant. Siniſtra & ſerranæ, acuminis leuitate iocum in Comœdia oſtendebant. Vbi autem dextra, & ſiniſtra acta fabula inſcribebatur, miſtim ioci & grauitates denuntiabantur.

## L. VICTORIS FAVSTI, de Comœdia Libellus.

EDiturus libellum de triplici Comœdiarum ſectione, Triuiſanorum decus Andræa, tibi, quanquam prætextato, munus dicare decreui. Non equidem admiratione bonorum corporis aut fortunę, qua merito Venetiis & in adeò excellenti familia veneraremur: ſed quoniam ingenio te ſingulari adoleſcentem, multis iampridem indiciis ipſe cognoueram. Etenim verè, quod de ſe iactabat Hermogenes, ætatem virtutibus, haud indole præueniſti. Quocirca nemini videatur alienum, ſi quod ab ingenio proficiſcitur, ingenio præſtanti adoleſcentulo nuncupatur. Cæterùm arbitror me meis, quotquot poterunt intendi, viribus conſecuturum, ne amplius quid nouum aut vetus, quídue medium, & cur in Comœdia dicatur, vllus ignoret. quod hactenus vel omiſſum à Latinis, vel abolitum vetuſtate ſecula noſtra deſyderarunt. Multa quidem egregiè Donatus, multa Diomedes, & adeò bonis auſpiciis protulerunt, vt ea grammatici paſſim in ſua tranſcribant: ſed tamen huc illa parum videntur, immò nihil pertinere. Quædam igitur à Græcis authoribus & Latinis haudquaquam nominatim pertractata, verùm obiter diſſerta collegimus: quædã ipſi collatis inter ſe multis eliciendа, ac breuiter curauimus annotãda, quę tibi pauca paruus ego deuoui, perinde atque ſuam Virgilianus ille Micon Dianæ venationẽ. Fatemur enim & eorũ quę nos minimè præterierint, ſubticuiſſe cõplura. Iam itaq; noſtram hactenus obligatam fidẽ abſoluamus.

Comœdię nomen vnde deductũ.

Comœdiæ nomẽ à dæmone Come, religioſe admodũ arbitramur eſſe deductũ, quoniã & comeſſari eodẽ de nomine dictũ Philoſtratus affirmat: cuius ſcilicet numi-

nis dexteritate, quælibet hominibus fauſta comeſſatio dare-
tur. Quid autem ſit comeſſari, Philoſtratus imagine Comi *Comus deus*
facilius tibi, quàm ego poſſim, demonſtrabit, vbi fingit eum
ferueſcente mero ſupinũ dormitare, faciéque præ nimio po-
tu ſcintillante, rhoncos ab imo pectore ſtertere deducentem.
Vtriuſque verò ſexus homines, id quod ipſe deſyderat, gre-
gatim veſtibus permutatis, plauſúque concinno, quàm ma-
ximè poſſunt genio indulgere. quod ipſum in hac vrbe ſæ-
pius vidiſti, quum mimariæ (vt aiunt) ſaltationes hybernis
noctibus debacchantur, quæ teſte Polluce, κόρδακες appel-
lari conſuerunt. Noli igitur eos audire, qui comeſſari dictũ *Comeſſari*
putant ab eſu, quoniam ſ ſimplici neceſſariò ſcriberetur, *vnde dictũ*
nec ſecus eruditi veterum codices haberent. Nam Græcum
illud κωμάζω, quemadmodum Z literæ natura deſyderat,
duplici ſſ Latinè quidem annotatur, ſicuti φιλιππίζω, phi-
lippiſſo eſt. ita κωμῳδία quaſi κωμαζῳδία, videlicet comeſ-
ſantium hominum cantilena. Quæ Græcorum & Donati
ſententia maximè placet: quũ præſertim doctiſſimus quiſ-
que fateatur in Dionyſiacis comeſſationibus, id genus poë-
matis à veteribus fuiſſe celebratum. Ii verò mihi nullo pa-
cto blandiri poſſunt, qui nomen hoc ἀπὸ τῶν κωμῶν deri-
uare contendunt, quoniam Athenienſes (apud quos natam
ferè, & auctam eſſe Comœdiam nemo ambigit) δήμοις vo-
carunt, quæ ab aliis κῶμαι fuiſſent appellatæ. Enimuero il-
lud vnum mihi negotium facit, ne ſcilicet Comum ἀπὸ τῶν
κωμῶν Græcia dixerit: quemadmodum Romani Fornaca-
liam, ſeruatis ab incendio coluere fornacibus: & Robigum, *Comœdiæ*
ſiue Rubiginem, atq; alios complures, à quibus præeſſent re- *definitio.*
bus appellauere. Vtcunque tamen ſeſe res habeat, περὶ τὸ
κωμάζειν appellari Comœdiam affirmo: quoniã etſi περὶ τὰς
κώμας dicatur ὁ κῶμος, tamen ab eo τὸ κωμάζειν, vnde
κωμῳδία quaſi κωμαζόντων ᾠδὴ nominatur. Verùm ex ip-
ſo iam nomine patuit, quęnam definitio poſſit Comœdię cõ-
uenire, poëma ſcilicet demulcendis hominum mentibus, ex-
cutiendíſq; potiſſimùm cachinnis accommodatum. Hoc in-
nuit Virgilius, & illi Græcorum, qui Θάλειαν Muſam comi-
cis præſidere cecinerunt. quæ ſcilicet feſtiuis pullulans iocis,
ad riſum vſque delectet. Hoc etiam Ariſtoteles comproba-
uit, inquiens, quod in turpitudine ridiculum eſt, Comœdiã
imitari. Quãdoquidem illud imprimis poëtæ rebus & ver-
bis efficere conabantur: ipſa quidem re bifariam, videlicet
vel opinione ſua, vel alterius perſuaſione deceptas fingen-
do perſonas: deinde magna nomina, vel deos mortalium
poſtremis componẽdo, ſicuti Plautus in Amphitryone Mer-
curium ſimulat agere Soſiam: vel contrà, quemadmodum
in Ranis Ariſtophanis fabula, Xanthias vile mancipium
Herculem agit. Verborum autem modis ſeptem Comici ri-
ſus excitabant: vel ſcilicet plura ſignificans verbum vſur-
pantes, quod grammatici dicunt ὁμωνυμίαν: vel plura ſigni
ficationis eiuſdem, quod vocant συνωνυμίαν: vel proprium
aliquod ludẽtes nomen ea quidem ratione, qua nos inter-
dũ oratorẽ dicimus aratorẽ, quod illi nuncupãt παρωνυμίαν:
vel eadem ſæpius non inuenuſtè repetendo, quod appellant
ἀδολεσχίαν: cuiuſmodi eſt illud Ennianum ab Aulo Gellio
citatum, vbi verbum hoc fruſtra & fruſtrari, decies eodem
loco inculcatur: vel aſpernandi ſtudio diminutiua formãn-
tes: vel aliquam haud abſurdè literam mutantes. Denique
per non tritas dicendi figuras elegantiam alicuius, aut ru-
de ingenium exprimẽtes, theatrum omne riſu diffundebãt.
Verùm hæc vniuerſa nihili nonnunquam erant, niſi vocem
hiſtriones ſingulis adhibuiſſent accõmodatam: quandoqui-
dem omnis oblectatio Comœdiæ, propemodum in actione cõ
ſiſtit. Hactenus autem quę diximus, bono omine procedant:
ne (licet huic libello de perplexis adeò quæſtionibus, propo-
ſitum non ſit diſputare) nimis multa eſſe videantur.

Si funditus Latinæ Comœdiæ quæras perſpicere condi-
tionem, in primis eius originem par eſſe arbitror non igno-
rare, quippe quum ad nos è Græco fonte deriuata per La-
tinos quaſi traduces emanarit. In veterum itaque fabulis
quinque perhibent eſſe differentias, temporum ſcilicet, ſty-
li, materiæ, numerorum, & apparatus. Nobis igitur tempo-
ra conſyderantibus, tria Comœdiarum genera ſeſe offerunt *Comœdia-*
diſtinguenda. Primũ enim eſt, quod vnà cum Peloponneſio *rum tria ge*
rum imperio, Suſarione, vel Sãnirione floruit inuẽtore. Al- *nera.*
terum, quod ab impoſitis per Lacedæmonios Athenienſium
ceruicibus, triginta quaſi iugo tyrannis, ad ætatem vſque
Philippi Macedonis eſt propagatũ, videlicet per annos cir-
citer ſexaginta. Tertium, quod ab Alexandri temporibus,
adeò fauſtum ſumpſit initium, vt etiam à Latinis in præſen
tia celebretur. Veruntamen ego Comœdiam Græcum eſſe *Comœdię*
inuentum minimè arbitror: neque (vt Thomas magiſter, & *initium.*
eum ſecuti, videntur æſtimare) ab agricolis ciuium iniurias
conquerentibus eſſe deriuatam. Hoc nẽpe cauſam aſperita-
tis, & iurgiorum in veteri Comœdia reddit: quam mox ipſi
longè aliam eſſe docebimus: neque videtur quicquam, vt
reor, ad Comœdiæ primordia pertinere: quoniam Orpheus,
quem conſtat per centum amplius annos ante Troiani bel-
li tẽpora vixiſſe, ſub Laomedonte ſcilicet, ac Athenis Ae-
geo imperante, Bacchi myſteria ab Aegyptiis tralata ſuis
Thracenſibus indicauit. Atqui Comœdiæ, quemadmodum
idem aſſerit Thomas, veris tempore in Bacchanalibus age-
bantur. Vnde etiam apud Romanos ara Libero patri ſacra *Bacchi ara*
in dextro latere ſcenæ, quemadmodum ait Donatus, vel or- *in ſcena.*
cheſtræ, vt Pollux, ſemper erigebatur: quod maximũ eſt ar-
gumentum à Bacchi myſteriis, omne fabularum genus eſſe
depromptum. Id Horatius innuit, quum ſpectatorem & ſa-
cris functum, & potũ appellat. Par eſt igitur arbitrari, pri-
ma Comœdiæ ſemina per Orpheum ab Aegypto in Græciã
fuiſſe delata: vnde complura non Orpheus modò, verùm &
alij tranſtulerunt. Celebres enim erant & Phœniciæ literę,
nondum Græcis ſexdecim à Palamede Nauplij filio confi-
guratis: ac plurimi ſtudia poëtices habebantur, proindéque
ſapientes illi numeris omnia componebant, quæ vnà cum
cæteris apud tũ Aegyptios floruiſſe nemo benè doctus du-
bitarit. Non defuerunt etiam, qui fabularum initia Sicu-
lis adiudicarẽt, quemadmodum Ariſtoteles in poëticis ait,
quoniam Epicharmus Comicorũ antiquiſſimus poëta illinc
eſſe oriũdus. Syracuſanus enim reuera fuit, duplicéſq; Gre-
corum literas ζ ξ ψ primus omniũ excogitauit, ſicut in Ilia-
dos α Grammaticus Iohannes, ſolertiſ vir ingenio, mecum
ſentit: vbi longas η & ω per Simonidem poëtam in inſula
Chio natum, ſcribit eſſe formatas, aſpiratarúmq; characte-
res θ ψ χ Cadmo illi Mileſio teſtatur effictos. Licet hęc Pli-
nius quinquageſimo ſexto libri ſeptimi capite, longè aliter
tradat: niſi ſit error in codicibus, aut Gręci ipſi non ſatis ſi-
bi conſtent, quos ille potiſſimùm fuerit ſecutus. Satius tamẽ
arbitror hęc elementa ſingula ſingulis inuẽtoribus addixiſ-
ſe. Ea igitur ęgrotantium ſomnia prętermittas: vnum hoc
ſciens ab Aeſchylo, & qui eum ſecutus eſt, Cratino, fabulas
in ſuam formam eſſe tandem redactas. Siquidem ante de-

victos Perſas ad Salamina, cuius victoriæ fabulam quæ nũc extat, AEſchylus dedit, nullus in iis ordo poterat reperiri. Comœdiarum itaque prima ſemina ad AEgyptios referamus, formulam earum & ordinem Cratini temporibus adſcribentes.

Comœdiarum ſtylus.

Styli cum cæteris ſcripturis eadẽ eſſe differentia videtur. Antiqua enim Comœdia grauis, & elata ſemper incedit, ac nonnunquam obſolætiora quædam verba ſectatur: at contrà recentior perſpicuum ſermonem affe ctat, vt pote quæ nouis ac politioribus vtatur Atticiſmis.

Comœdiæ materia.

Materiæ quum tres eſſe nemo ambigat ſectiones, quædam altius videntur nobis eſſe repetenda.

Comœdia vetus.

Per Atticæ vrbis incrementa potiſſimum vigente republica, quum ſcilicet omnia populi arbitrio regerentur, poëtæ qui fabulis operam dabant, ab inſectatione aliena ſtylum minimè poterant continere: ſeu quoniam Attici ſuapte natura naſutiores eſſe dicũtur: ſiue potius quòd plebei ſemper innato odio patritios proſequuntur. Etenim præpotenti morem populo gerentes, & iudices & prætores maledictis inſectari minimè dubitabant: ac nihilo ſecius priuatos, ſi quis vel auarus, vel impurus eſſe videretur: maximæ que dabatur laudi, ſi poëta quiſpiam è ſcena grauioribus, ac plenè cenſoriis verbis id genus homines, veluti iaculis cõfeciſſet. Hoc nanque multi domeſtico probro quaſi flagello quodam vexati, cum mores præteritos mutare, tum vel eſſe frugi, vel ſaltem apparere cogebantur: ne denuo ſeſe malè gerentes, malè identidem audirent:

Cratinus.

cuius rei numeros omnes Cratinus dicitur impleuiſſe: quippe cæteris auſteritate præſtans, acerbiſſima iurgia procaciter expuebat. Hac etiam in parte bonus ille

Ariſtophanes.

Ariſtophanes non dormitauit. Eius enim veſpæ fabula, quotquot erãt Sycophantæ, quos quidẽ ipſe vocat ἠπιάλοις fecit ab incœpto deſiſtere, quo inter cætera facinore tantum placuit, vt oleagina, quæ par eſt aureæ coronæ, donaretur. Deinde labefactatis populi viribus, quum ſcilicet imperiũ ad paucos omnino recidiſſet, nulla poëtis amplius liberè loquendi facultas concedebatur, ſed pœnas dare potentioribus neceſſe erat, ſi quis vel minimum eſſet obloquutus. Idẽ enim Ariſtophanes, quemadmodum in Acharnẽſibus fabula de ſe ipſe meminit, quinque talẽtorum mulctam perpeſſus eſt, propterea quòd Cleonis cuiuſdam ex Athenienſium optimatibus impotentiam & peculatum, per Equites fabulam detegere conaretur. Etenim illi adeò fuit infenſus, vt quoniam ab opifice perſonam Cleoni ſimilem habere nõ poſſet, ſibi milto cæteriſue id genus fucis concinnarit: hiſtrionibúſque præ nimio metu è ſcena prodire non audentibus, Cleonis perſonam ſolus agere nõ dubitarit.

Eupolis.

Eupolis verò præceps in mare datus eſt, eo quòd potentiores aliquot in Baptis fabula momordiſſet. Quum igitur hæc animaduerterent poëtæ, decreuerunt ſibi fore prorſus à maledictis illis temperandum. Itaque ſtyli naſum ob imminens vitæ diſcrimen aliò conuerterunt, poëmata ſcilicet Homeri, vel alterius in ludibrium ſępe quidem iniurioſè vertentes: quorum maximè Cratinus ſcenæ populóque (vt aiunt) ſeruire contendit. Nouerat enim (arbitror) id quod in oratione de corona Demoſthenes aſſerit, eſſe naturâ cõparatum, vt homines libenti animo calumnias aliorum audire videantur. Vlyſſes itaque plurali numero fabulam dedit, quæ totius Odyſſeæ calumniaretur hiſtoriam. Ariſtophanes quoque poſtquam ſuo malo contra ſtimulum calces nihil valere didiciſſet, in alteram ſe formã quaſi Protheus cõuertit, Aeolum ſcilicet fabulam à tragicis olim celebratam, in comicam αἰολοσικῶνα deridendo permutauit. Ille idem Ariſtophanes (mirum dictu) nouæ etiam initium Comœdiæ dedit,

Comœdia noua.

quod velim eius egregia laude dictum arbitreris. Quippe quum vnus ipſe queat triplicis argumenti poëta reperiri, ſiquidem & aliam, cui nomen eſt Cocalo, fabulam commentus eſſe dicitur, in qua virginum compreſſiones, agnitæ que agitarentur affinitates. Demum Athenis Macedonum petulantia ſubiugatis, eas continuò fabellas edere ſtuduerunt poëtæ, quibus illorum impuritati ſatiſfactum eſſe videretur. Quandoquidem vel ex Athenæi monumentis facilè poſſumus cõiectare, quòd gulæ, ventríſque ſeruitio Macedones fuerint mancipati.

Menander.

Menander itaque ſuæ tempeſtati morem geſturus, Comœdiam ab Ariſtophanis Cocalo fœliciter admodum eſt auſpicatus: cui ſic Ouidius alludit Amorum ſecundo, nobis obiter quænam fuerint eius argumenta demonſtrans: Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena Vixerit, & meretrix blanda, Menandros erit. quod nos cum Græco carmine ludentes in egregiam Terentij laudem vertiſſemus, tibi pulcherrimos condendi Iambos dediſſe anſam videmur. Cæterum fuit octo tantùm annis iunior Alexandro, ſanguine nobilis & morum integritate præclarus. Alexidéque (vt arbitror) præceptore iam primum adoleſcens dare fabulas cœpit, quæ centum & octo numero, coram doctiſſimis quibúſque ſteterunt, vel quinque ſupra centum, vt ceciniſſe Apollodorum Gellius ſcribit. Tandem Athenis in patria duos & quinquaginta natus annos obiit mortẽ, decimo ſcilicet ante bellum Macedonicum anno, quod Pyrrhus cum populo Romano geſſit acerrimum. Nec ſolæ quidem hæ Menandri fabulæ Macedonum lumbos (vt his vtar Perſii verbis) intrauere, ſed & aliæ Diphili Sinopei centum, Philemoniſque Syracuſani Menandrum æmulantis ferè totidem acceſſerunt. Prætereo quas Apollodorus, Poſidippus & Philippides addiderunt, ac cæteri, quos noua Comœdia celebrauit. Profectò mira fuit Ariſtophanis fœlicitas: cuius vna Cocalus è quinquaginta quatuor (tot enim vidiſſe ſe Thomas magiſter ait) adeò multas diuerſorum poëtarum fabulas procrearit, quæ cum parente ſuo, reliquíſque veterum penè omnibus ab vſu noſtro ſuffurante tempore exciderunt. Vtinam extarent vel dimidiatæ, non adeò forſan in præſentia fabulas perſpiciendo cæcutiremus: nec eſſet cur ego vos ſemicæcus ducere conarer: ſed acta ne agamus, vitium hoc & prę teritam calamitatem his quaſi frugibus, quotquot extant, Ariſtophanis fabellis compenſantes.

Verſuum Comicorum differentię.

Duplex eſſe numerorum differentia videtur: quandoquidem veteres illi Comœdiam variis diſtinguere verſibus ſtuduerunt, eo quòd laudi maximę daretur, ſi qui nouum carminis genus adinueniſſent. vnde Phrynicus in Ionico minori catalecticũ tetrametrum excogitauit, Pherecratéſque ſibi verſum è ſpondeo, dactylo, & trochæo pulcherrimum cõcinnauit: nec ſecus Eupolis tetrametrum ex trochæis conglutinauit. Verùm Ariſtophanes, vt in omnibus eſt ποιητικώτατος in hoc etiam vlli cedere noluit. Iambicum enim hypercatalecticum monometrum, & brachycatalecticum trimetrũ, eſt mira ſuauitate modulatus. Inſuper ex anapæſtis trimetrum acatalecticum, ex choriambis verò monometrũ primus omnium temperauit, atque alia complura per Seruium, & illius interpretes fabulatum annotata, quæ mortalibus adeò placuerũt, vt barbaros etiam Perſarum animos potuerint demulcere. Etenim apud eos Ariſtophanem accepimus præ-

ſertim à rege celebratū. Contrà verò noua Comœdia Iambos, vt plurimum ſolet, vſurpat: quemadmodum à Stobæo, Plutarcho, Gellio citata Menandri carmina demonſtrant.

Binas apparatu differentias extitiſſe grammatici tradiderunt, cum ſcilicet in perſonis, tum in ipſa ſerie, comœdiarúmque contextu. Platonius enim author eſt veteris Comœdiæ poëtas, è ſcena ſolitos eſſe eos educere perſonatos, qui ſtatim ex ipſa facie quos eſſent toto opere carpturi, ſpectatoribus indicarent: vt ſi fortè quis non audire carmina cogeretur, de perſona tamen, quiſnam eſſet deridendus, agnoſceret. Sed Comici recentiores ad excutiendos potiſſimum riſus, hiſtrionum facies configurarunt. De induſtria quidem monſtroſos hominum vultus effingere conabantur, ne cuipiam forte fortuna Macedoni tunc præfecto ſimiles eſſe viderentur: proindéque miſer ille poëta non ſecus ac ſi barbarum principē data opera ſubſannaret, publicè multaretur: adeò nobilis illa Græcorū maieſtas impuris obtemperabat. quippe diſtorta corpora Menander (ſi Platonio credimus) planéque communem hominum excedentia naturam perſonis imitabatur, profectò ſapienter, Quoniam, inquit, ille, non ſolùm malum, ſed & mali vitanda eſt ſuſpitio. Quod autem ad fabulæ pertinet contextum, chorus in cauſa eſt cur inter ſe veteres nouíque non quadrent: quandoquidem illi varia quædam modulamina temperabant, quæ chorus ſingulis actibus intercinendo, plebem ſine tædio, quoúſque noui egrederentur hiſtriones, detineret. Populus enim Athenienſis, quatenus rerum dominus habebatur, quotannis ædiles creabat, qui ſumptus alendis puerorum choris ſubminiſtrarent. Cæterùm chorus quatuor & viginti viris, puerísve, aut fœminis inſtruebatur, ſicut Ariſtophanes in Auibus fabula numerat. Si verò promiſcuè viri fœminæq; ad explendum chori numerum adhiberentur (quod feciſſe dicitur primus omnium Tyrtæus) mares dimidium excedebant. Si pueri, tum fœminis illorum maior numerus erat. Sin autem viri tantùm, iuuenes ſcilicet ac ſenes, identidem poëtæ maiores tredecim, minoribus vndecim admiſcebant, vtpote quorum de nomine chorus appellaretur. Quilibet autem ex his chorus in quatuor (vt aiunt) ζυγὰ diuidebatur, quorum ſingula ſex continerent ſaltatores. Comicus inquam hoc pacto chorus apparabatur. Nam ſicut Aeſchylus canit, quinque tantùm & decem in Tragœdia conſtabat. Interdúmque dimidiato numero (ſicuti Pollux ait) ſemichorum induci facilè admodum eſt videre. Idem attamen ſcribit in veteri Tragœdia chorum ſaltatores habuiſſe quinquaginta: verùm quoniam Aeſchylus totidem Eumenidas induxiſſet, quæ totum præ multitudine theatrum conſternaſſent, cohibente lege ad pauciores eſſe deuentum. Arbitror etiam in Comœdia cum Donato, longè plures ab initio fuiſſe cantores, quoniam (vt Ariſtoteles in naturali quadam ſentit quæſtione) multi facilius ſeruare numeros poſſunt. Quum igitur poſt fabulæ prologum eſſet orcheſtram ingreſſurus, ſi ruſticis conſtaret, à dextro latere ſolebat emitti: ſin autem vrbanis, à ſiniſtra parte prodibat, quadratáque forma conſiſtens recedentes hiſtriones obſeruabat. Deinde conuerſus ad ſpectatores, quorſumcunque ſepties theatrum intuebatur, totidémque cantilenas moderato geſtu pronuntiabat: quod omne παράβασις ab Ariſtophane pluribus in locis nuncupatur. Prima igitur cantilena ſtatim ab hiſtrionum diſceſſu prolata, κορωνὶς communi nomine dicitur. nā quicquid perſona quapiam recedente cantatur, grāmatici Comicos exponētes κορωνίδα ſolent appellare. κομμάτιον verò propriè dicitur, quatenus de choro amputata reciſáq; particula videtur: id à quibuſdam εἴδεσις χοροῦ nominatur. Secunda, παράβασις, non ſecus ac tota ſaltatio dicitur: quoniam illinc, vbi conſtiterat chorus, populum verſus incedit: ſiue ἀνάπαιστος, eo quòd frequenter huiuſcemodi cantus anapæſtos vſurparet. Tertia πνῖγος, aut μακρὸν, cantilena ſcilicet (vt Pollux ait) vna ſpiritus contentione prolata. quæ tria ſeiunguntur ab inuicem, cum alterum alteri nullam habeat rationem. Quæ verò ſequuntur, inter ſe quadam ſunt ratione coniuncta, videlicet στροφὴ vel ᾠδὴ, ſiue μέλος, ἐπίρρημα, ἀντίστροφος, vel ἀντῳδὴ, & ἀντεπίρρημα, quod loco ſeptimo cantabatur. στροφὴ enim ſiue ἀντίστροφος membris & carminū genere quadrat. rurſus ἐπίρρημα vndecunque ſibi conueniens ἀντεπίρρημα ſolet habere. quoniam vtrobique ferè ſemper chorus ex Iambis tetrametra ſexdecim modularetur, totum hoc ſimul χορικὸν appellatur, quando Comœdiæ partem volumus aſſignare, quatuor enim ſunt, videlicet πρόλογος, qui ad egreſſum vſque chori prorogatur: deinde χορικόν: & quod interponitur choris, ἐπεισόδιον: poſtremo ἔξοδος, quæ ſcilicet à choro in calce Comœdiæ pronuntiatur, vt Pollux in quarto ſcriptū reliquit.

Chorus comicus.

Coronis.

Ea igitur παράβασις, authore demetrio Triclinio, quæ nullas harum parteis omittit, perfecta ſolet appellari: qualem Ariſtophanes in Equitibus fabula cōcinnauit. Verùm complures imperfectè pro arbitrio poëtarum inſeruntur. id quod idem in Nebulis fabula fecit: vbi ſolum ἐπίρρημα, quod eſſet vitiis carpendis accommodatum, induxit, ac in Ranis quatuor illa tantum coniuncta repoſuit. Sed illud eſt animaduerſione dignum, quòd ἐπίρρημα & στροφὴ ſiue μέλος, quando nullam ἀντεπιρρήματος, aut ἀντιστρόφου reditionem expectant, in fine ſemper habent παράγραφον, vt non eſſe κατὰ σχέσιν, id eſt obnoxiè poſita videantur: quandoquidem hæc linea tranſuerſa παράγραφος ſcilicet, tria illa, quæ diximus inter ſe diſcreta continuò claudit. Verùm ſi futuram expectant reditionem, στροφὴ tum hæc linea, cùm non ſecus ac ἐπίρρημα, duabus aliis terminatur, quarum coēuntiū angulus vergat introrſum: contrà verò ἀντίστροφος lineis clauditur binis, quarum extrorſum vtrique anguli vergant, hinc inde finale membrum, carmen ſcilicet vltimum amplectentes, verùm ex iis duntaxat vno ſolet ἀντεπίρρημα concludi. quæ planè ſigna prout anguli ſeſe habent, vel futuram, vel præteritam reditionem oſtendunt. Hoc Demetrius ille Triclinius ſcribens in Ariſtophanem, excogitauit. Veruntamen inter cantus, poëtæ nonnunquam perſonas educere ſolent, quarū diſſertatio σύστημα κατὰ περικοπὴν appellatur: interdum verſibus alternis contendentes aliquot proferunt hiſtriones, vel chorum etiam reſpondentem: quod Hephæſtion videtur ἀλλοιόστροφον appellare. Verùm has & alias conſultò prætermittendas eſſe arbitror quæſtiones, quæ mira poëtarum licentia gignuntur: conſtat enim illis nihil vnquam non audendum. Quocirca nobis de choro certiora cōſectatis, pro materia ſatis abundéque dictum eſſe videatur, quomodo præſertim in noua Comœdia chorus nullum habeat vel habere potuerit locū. Siquidem Athenis, quum omnia potentiores ad arbitrium ſuum reuocare cœpiſſent, nulli amplius creabantur ædiles: per indéque ſumptibus ad alendos iuuenū choros inſtitutis populus abuti prohibebatur: quod particulatim à Plato-

nio legimus diſputatum. Id itaque animaduertentes poëtæ, quemadmodum lata lege de non carpendo nominatim, materia mutabatur, ita etiam cantilenis abſtinere pœnitus decreuerunt: quódque ſapientes, quum tempori cedendum eſt, efficere ſolent, quæ erat neceſſitas, in virtutẽ egregiam tranſtulêre. Nam actus fabulæ ſic agebant colligatos, vt per interualla, quæ quidem erant minima, ſaltem vnus hiſtrio relinqueretur, aut frequẽtius complures alternis inter ſe verſiculis differentes. denique nihil vetuſti chori proprium obſeruabãt: quemadmodum in Ariſtophanis Pluto fabula tute iampridem vidiſti. Id Horatius ita cecinit,

-lex eſt accepta, chorúſque

Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi. Miror autẽ quaſi monſtrum conſpicatus, illum cuius ſcripta ſub Acronis nomine circunferuntur, vel ſi eſt ipſe Acro, dixiſſe id lege cautum ſub Auguſto. poterat mediusfidius perſpexiſſe (modò Plautum aut Terentium legerit) an ante Auguſtum actæ fabulæ quempiam momordiſſent. O quàm egregiè vetuſta nouis, Latináque Græcis, non hic modò, verùm & alij fortuna ſimiles confuderunt. quippe hoc Athenis decretum patricij promulgauêre, vix anno vrbis Romæ quadrageſimoſeptimo ſupra tercentum, videlicet quum Tribuni militares imperio conſulari crearentur.

*Acro carpitur.*

Comœdiam itaque tempus & materia, ſicut diximus, in tria genera diuidunt, antiquum ſcilicet, & nouum, & medium. Stylus verò, numeri, & apparatus, duplici tantùm ſectione partiuntur: diuerſa tamen ratione: quoniam ſtylus & numeri vetuſtiora duo ſimul cõponunt, quæ ad Alexandrum vſque peruenêre: ſed apparatus mediũ illud annectit recentiori. Nam in vtroque (ſi Grammaticis credendum eſt) nulla chori modulamenta reperiuntur.

Non autem eſſe arbitror alienum in præſentia quædam particulariter conſiderare, quæ profectò multa non erunt: quoniam facilè videtur ex hactenus dictis, ferè omnes tum Græcas, tum Latinas metiri Comœdias, ſi temporum præſertim vllam habere volueris rationem, quando ſcilicet in ſcena floruerit vnuſquiſque fabularum poëta. Primam igitur Romæ fabulam dare Lucius Liuius occœpit, decimo ſupra quingenteſimum vrbis anno: qui quidem, Gellio teſte, quinquageſimus ſecundus ab obitu Menandri numerabatur: vigeſimo ferè poſtea quàm Romani primum Carthaginenſibus bellum indixiſſent: tunc enim pace compoſita, quę populo tanto opere expetebatur, id genus oblectamenti relaxandi animi gratia receptum eſt. Deinde ſpatio nouem annorum interiecto, C. Næuius data fabula ſpectandi copiam fecit. Poſt eum Plautus, anno ferè decimoquinto: ſubinde ſeriatim Q. Ennius, Cæcilius, & Terentius floruere: poſtea non multò Pacuuius, qui iam ſenex Accio ceſſit. poſtremò Lucilius fuit, qui medium illud argumentum, lacerandi ſcilicet aliorum poëmata, ſectabatur. hunc enim Gellius in Accium, & Pacuuium magna laude ſtylum exercuiſſe teſtatur. Fabulas igitur iſti de Græco petitas argumento, Latinis ſalibus condire ſtatuerunt: quemadmodum in Terentij, vel Plauti, quæ circunferuntur, fabulis eſt videre: nouámque penitus Comœdiam ſunt imitati, nullam chori modulantes cantilenam: ſed actus (vt ait Porphyrio) tibiarum concentu dirimentes. Vbi operæpretium eſt animaduertere tibias chori proprietatem æmulari. nam (vt author eſt Donatus) quæ fabulæ graues haberentur & ſeueræ, tibiis dextris agi conſueuerunt: quæ verò iocis & vrbanè dictis vndique ſcaterent, continuò ſiniſtris.

*Liuius Andronicus.*

*Næuius. Plautus. Ennius.*

*Tibiæ Comicæ.*

Pollux enim author eſt quinque olim in ſcena ianuas extitiſſe: quarum media illius omnino domicilium eſſet, qui primas in fabula partes haberet: altera, dextra ſcilicet, huic proxima, illius eſſe conſueuit, cui partes darentur ſecundæ: tertia, ſiniſtra, vel maximè tenuis, aut nullius erat perſonæ, vel deſolatum aliquod ſimulabat ſacellum. At reliquarum dextra eos emittere ſolebat, qui non ab vrbe, ſed aliũde proficiſcerentur: ſiniſtra verò contrà, quotquot venirent, vrbanos producebat. Ab hac (vt arbitror) eius fabulæ chorus prodire conſueuit, quæ ſalibus, iociſque referta eſſe videretur. Quippe, quod facetè dicitur, ſolemus vrbanum appellare. verùm ab altera, ſi ruſticos fabula contineret, quadam ſeuera, grauiq; ſimplicitate chorus emittebatur. Etenim eos potiſſimùm ruſticos vocamus, qui ſemper obducto ſupercilio facetias auerſantur. Vnde Palamedes apud Philoſtratũ ab Achille dicitur ἀγροικώτερος, quoniam vt erat vndiq; ſeuerus, in delitiis etiam nihil haberet.

*Ianuæ in ſcena quinque.*

Cæterùm, licet multa ſint genera tibiarum, tamen duo ſcenam potiſſimum frequẽtabant, videlicet Phrygiæ: quarum nonnullæ modò dextræ, modò ſiniſtræ ponebantur. Dextræ, quæ foramen vnicum haberent. ſiniſtræ, quæ duobus eſſent foraminibus diſtinctæ. Quippe Seruius, Varronem ſecutus, duas impares cauernas huiuſcemodi tibiis fuiſſe teſtatur, ac foramina totidem. Vnde Virgilius earũ biforem cantum appellat, propterea quòd graues & acutas emitterent pro tibicinis arbitrio voculationes. Alteræ ſunt Serranæ, ſic (arbitror) appellatæ, quoniam iis ſaltatores & proferre & referre pedem continuò iuberentur, nõ ſecus atque ſectores, qui ſerra adacta partiri ligna conantur. Siquidem Pompeius ait ſerram id prælium dici, quo frequenter acies & accedere & recedere ſoleret. Hæ ſemper erant ſiniſtræ, paréſque, id eſt æquales cauernis, proindéq; parem concentũ, acutum ſcilicet emittebant, quemadmodum Seruius haud perplexè ſcriptũ reliquit. Veruntamen Diomedes tibias pares & impares videtur numero definire: quod equidem nõ video cur poſſit admitti: nã par & impar qualitate ferè ſemper accipitur à Latinis. Exemplo ſit hoc Ouidianum, Par erat inferior verſus. Et illud Virgilianũ, Formoſum paribus nodis. Ac illud, Impar congreſſus Achilli. Sed quò tandem ſum incurioſè digreſſus? Egóne vt magna nomina ſugillarem? Minimè, ſi meũ mihi vitæ inſtitutum permanebit. Quocirca ne nobis aliquid Eupolidis infortunio ſimile contingat, perfecto iam operi paragraphum ſtylus obducat.

*Tibię dextræ & ſiniſtræ.*

*Serranæ tibiæ.*

*Tibiæ pares & impares.*

# IOANNIS THEODORICI
## BELLOVACI SPICILEGIVM.

Comœdiam plurimi dictam tradunt ἀπὸ τ̃ κώμου, id eſt à comeſſatione, & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, id eſt à carmine: vt ſit cõuiuale carmen. Nam in conuiuiis primùm iocoſo quodam carmine, ciuium vitia iuuentus liberius taxabat. Poſtea ars acceſſit, & theatrorũ conſuetudo. Nec deſunt qui dictam putent à Co inſula, in qua Comediæ inuentor exulauit Epicharmus. Sunt tamen qui de mon-

*Comediæ aliud etymon.*

qui de nominis etymo ſic cenſuerunt. Quũ apud Athemẽſes iam bella ſedata eſſent, & ad otiũ ciues ſe contuliſſent, cœperunt agreſtibus iniurias inferre. qua de cauſa, agreſtes ipſi in vrbem quidem ſe recipere ſolebant, interdiúque de acceptis iniuriis apud ciues conqueri. At quum nullus eis opem auxiliúmque ferret, tum illi noctu, mortalibus omnibus ſomno & quieti indulgentibus, vrbis vicos obeuntes, nominatim ciues compellabant, à quibus eſſent iniuriis affecti, eorúmque in ſe malefacta atque facinora in publicum proferebant. Et hæc quidem noctu quum ſæpe vicini audirent, poſtridie audita inter ſe referre ſolebant: eiq; ciui dabatur vitio, cuius noctu fuiſſent audita conuicia. Quum verò ea res pleriſque prodeſſe videretur, nec in ruſticos adeò ſæuirent diuites, cognitum fuit id ciuitati vtile eſſe, quòd ea exprobratio eſſet veluti quoddam malorum remedium. Hac igitur de cauſa principes vrbis ea iuſſerunt in theatrum deferri, quæ in malos ciues noctu iactabãtur, quòd videlicet ea res ciuitati ſimul & placeret & prodeſſet: ſanxerúntque, vt qui ingenio præſtarent, de huiuſmodi rebus carmina facerent, eáque publicè in theatro recitarẽt, idq; libere & impune: quin & præmia addita. Propterea autem quòd id noctu agi cœptum eſſet, ἀπὸ τοῦ κώματος, hoc eſt à ſomno, Comœdiam dictam voluere. Primi verò qui huiuſmodi carmina fecerunt, fuiſſe dicũtur Suſarion, Rhullus, & Magnes. Apud Latinos primus Comœdiã ſcripſit Liuius Andronicus: dixítque Comœdiam eſſe quotidianæ vitæ ſpeculum. Quem imitatus Cicero, ſic ait in oratione pro Roſcio Amerino: Et certè ad rem nihil interſit, vtrum hunc ego Comicum adoleſcentem, an aliquem ex agro Veiente nominem. Etenim hæc conficta arbitror à poẽtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſámque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. Hactenus Cicero: Quoniam autem de Comœdia & fuſiſsimè ſcripſit, & doctiſsimè Diomedes Grammaticus, viſum eſt eius verba hîc attexere.

*Comœdia, vitę quotidianæ ſpeculum.*

Comedia, inquit Diomedes libro tertio, eſt priuatæ ciuiliſque fortunæ, ſine periculo vitæ, cõprehenſio: apud Græcos ita definita, Κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή.

*Comœdiæ definitio.*

Comœdia dicta ἀπὸ τῶν κωμῶν. Κῶμαι enim appellantur pagi, id eſt conuenticula ruſticorum. Nam iuuentus (vt ait Varro) Attica, circum vicos ire ſolita fuit, & quæſtus ſui cauſa hoc genus carminis pronuntiabat. Aut certè à vicis: Nam poſteaquam ex agris Athenas commigratum eſt, & hi ludi conſtituti ſunt, ſicut Romæ Compitalitij, ad canendum prodibant, & ab vrbana come & oda Comœdia dicta eſt ἀπὸ τῶν κωμῶν, id eſt viculis, quòd ea humilium domuum fortunæ comprehendantur, non (vt in Tragœdia) publicarum regiarúmque. Vel ἀπὸ τοῦ κώμου, id eſt comeſſatione, quòd olim in huiuſmodi fabulis amantium iuuenum κῶμοι agebantur.

*Pagus.*

Comœdia à Tragœdia differt, quòd in Tragœdia introducuntur duces, heroës, reges: in Comœdia humiles atque priuatæ perſonæ. In illa luctus, exilia, cædes: in hac amores, virginum raptus. Deinde quòd in illa frequenter & penè ſemper lætis rebus exitus triſtes, & liberorum fortunarúmque priorum in peius agnitio: in hac triſtibus lætiora ſuccedunt. Quare varia definitione diſcretæ ſunt. Altera enim δεινῶν περιοχή, altera τύχης περίστασις dictæ ſunt. Triſtitia nanque Tragœdiæ proprium. Ideóque Euripides petente Archelao rege, vt de ſe Tragœdiam ſcriberet, abnuit, ac precatus eſt ne accideret Archelao aliquid Tragœdiæ proprium: oſtendens nihil aliud eſſe Tragœdiã, quam miſeriarum comprehenſionem.

*Comœdia quid differat à Tragœdia.*

Poëtæ primi Comici fuerunt, Suſarion, Rullus, & Magnes. Hi veteris diſciplinæ iocularia quædam minus ſcitè & venuſtè pronuntiabant: in quibus hi verſus fuerunt.

*Comici poëtæ primi.*

Ακούετε λέξιν, Σουσαρίων λέγει τάδε.
Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ᾽ ὅμως ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

Secunda ætate fuerunt, Ariſtophanes, Eupolis, & Cratinus: qui & principum vitia inſectati, acerbiſsimas comœdias compoſuerunt. Tertia ætas fuit Menandri & Philemonis, qui omnem acerbitatem Comœdiæ mitigauerunt, atque multiplicia argumẽta Græcis authoribus ſecuti ſunt. Ab his Romani fabulas tranſtulerunt: & conſtat apud illos primùm Latino ſermone Comœdiam Liuium Andronicum ſcripſiſſe.

*Liuius Andronicus.*

Sunt qui velint Epicharmum in inſula Co exulantem, primum hoc carmen frequentaſſe, & ſic à Co Comœdiam dici.

*Comœdia à Co inſula.*

Antea itaque galeris, nõ perſonis vtebantur, vt qualitas coloris, indicium faceret ætatis, quum eſſent aut albi, aut nigri, aut rufi. Perſonis verò vti primus cœpit Roſcius Gallus, præcipuus hiſtrio, qui oculis obuerſis erat, nec ſatis decorus in perſonis, niſi paraſitos pronuntiabat.

*Roſci⁹ Gallus perſonis vti primus cœpit.*

Initio Togatæ Comœdiæ dicebantur, quòd omnia in publico honore confuſa cernebantur: quæ Togatæ poſtea in Prætextatas & Tabernarias diuidebantur. Togatæ fabulæ dicuntur, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus & habitus hominum togatorum, id eſt Romanorum (toga nanq; Romana eſt) ſicut Græcas fabulas ab habitu æquè Palliatas Varro ait nominari.

*Togatæ.*

*Palliatæ.*

Togatas autem, quum ſit generale nomen, ſpecialiter tamen pro Tabernariis, non modò communis error vſurpat, quia Fannius Togatas appellat, ſed & Poëtæ, vt Horatius, qui ait, Vel qui Prætextas, vel qui docuere Togatas. Togatarum fabularum ſpecies tot ferè ſunt, quot & Palliatarum. Nam prima ſpecies eſt Togatarum, quæ Prætextatæ dicuntur, in quibus Imperatorum negotia agebantur & publica, & reges Romani vel duces inducuntur, perſonarum dignitate & argumentorũ ſublimitate Tragœdiis ſimiles. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum vel magiſtratuum, qui prætexta vtuntur, in huiuſmodi fabulis acta comprehenduntur.

*Prętextatę*

Secunda ſpecies Togatarum, quæ Tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine, Comœdiis pares, in quibus non magiſtratus regéſque, ſed humiles homines & priuatæ domus inducuntur: quæ quòd olim tabulis tegerentur, communiter Tabernariæ vocabantur.

*Tabernariæ.*

Tertia ſpecies eſt fabularum Latinarum, quæ à ciuitate Oſcorum Attella, in qua primùm cœptæ, Attellanæ dictæ ſunt, argumentis dictíſque iocularibus, ſimiles ſatyris fabulis Græcis.

*Atellanæ.*

Quarta ſpecies eſt Planipedis, Græcè dicitur μῖμος. Ideo autem Latinè Planipes, quòd actores planis pedibus, id eſt nudis, proſcenium introirent, non vt tragici actores cum cothurnis, neque vt comici cum ſoccis olim, nõ in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano orcheſtræ poſitis inſtrumentis mimicis agitabant.

*Planipes. Mimus.*

Cuius Planipedis, Accius Togatarum ſcriptor ita in Aedilitia fabula meminit: Datum eſt aurum, exultat planipes. Si quas tamen ex ſoccis fabulas fecerãt, palliati pronuntiabãt. Togata prętextata, à Tragœdia differt. In Tragœdia heroës introducuntur. Pacuuius Tragœdias nominibus heroicis ſcripſit Oreſten, Chryſen, & his ſimilia. Item Accius. In prętextata autem ſcribitur

*Brutus, vel Decius, vel Marcellus. Togata tabernaria, à*
*Comœdia differt, quòd in Comœdia Græci ritus inducun-*
*tur, perſonæq́; Grecæ, Laches, Soſtrata: in illa verò Latinæ.*
*Togatas tabernarias in ſcenã ductauerunt præcipuè duo,*
*Afranius & Quintus Ennius. Nam Terentius & Cæci-*
*lius Comœdias ſcripſerunt. Latina Attellana, à Græca Sa*
*tyrica differt, quòd in Satyrica ferè Satyrorum perſonæ*
*inducuntur, aut ſi quæ ſunt ridiculæ ſimiles Satyris, Au-*
*tolycus, Burris: in Attellana, obſcœnę perſonæ, vt Marcus.*
*Dramata.* *Dramata autem dicũtur tragica aut comica* παρὰ τὸ δρᾷν,
*id eſt agere. Latinæ fabulæ appellantur, ſiue factubulæ. In*
*Fabula vnde dicta.* *Latinis enim fabulis plura ſunt cantica quę canuntur. Vel*
*à faciendo. nam & agi fabula, non referri ab actoribus di-*
*citur. Itaquę Horatius vtraque ſignificatione interpreta-*
*tur, quum ita de fabula dicit: Aut agitur res in ſcenis, aut*
*acta refertur. Dramaticæ verò tres perſonæ ſolæ agunt.*
*Ideóque Horatius ait: Nec quarta loqui perſona laboret.*
*quia quarta ſemper muta. At Latini ſcriptores, complu-*
*res perſonas in fabulas introduxere, vt ſpecioſiores fre-*
*Satyrica fabula.* *quentia facerent. Satyrica eſt apud Græcos fabula, in qua*
*item tragici poëtæ, non reges aut heroës, ſed Satyros indu-*
*xerunt, ludendi cauſa iocandíque: ſimul vt ſpectator inter*
*res tragicas ſeriáſque, Satyrorum quoque iocis & luſibus*
*delectaretur, vt & Horatius ſentit his verſibus: Carmine*
*qui tragico vilem certauit ob hircum, Mox etiam agreſteis*
*Satyros nudauit, & aſper Incolumi grauitate iocum ten-*
*tauit, eo quòd Illecebris erat: & grata nouitate morandus*
*Mimus quid.* *Spectator. Mimus eſt ſermonis cuiuſlibet motus ſine reue*
*rentia, vel factorum cum laſciuia imitatio. Mimus dictus,*
*quaſi ſolus imitetur. & quum alia poëmata idem faciant,*
*ſolus tamen quaſi priuilegio quodam, quod fuit commune,*
*Poëta.* *poſſedit. Similiter atque is qui verſum facit, dictus* ποιητὴς,
*quum tamẽ artifices, qui æquè quid faciunt, non dican-*
*tur poëtæ. Membra Comœdiarũ tria ſunt, diuerbium, can-*
*ticum, chorus. Membra Comœdiæ diuerſa ſunt: definito ta-*
*men numero continetur, à quinque vſque ad decem. Di-*
*Diuerbiũ.* *uerbia ſunt partes Comœdiarum, in quibus diuerſorũ per-*
*ſonæ verſantur. Perſonæ autem diuerbiorum, aut duæ aut*
*tres, rarò autem quatuor eſſe debent, vltrà augere nume-*
*Canticum.* *rũ non licet. In Canticis autem vna tantùm debet eſſe per-*
*ſona: aut ſi duæ fuerint, ita debent eſſe, vt ex occulto vna*
*audiat nec loquatur, ſed ſecũ (ſi opus fuerit) verba faciat.*
*Chorus.* *In choris verò numerus perſonarum definitus nõ eſt: quip-*
*pe iunctim omnes loqui debent, quaſi voce confuſa, & con*
*centum in vnam perſonam reformantes. Latinæ verò Co-*
*mœdiæ chorum non habent, ſed duobus tantùm membris*
*conſtant, diuerbio & cantico. Primis autem temporibus*
*(vt aſſerit Tranquillus) omnia quæ in ſcena verſantur, in*
*Comœdia agebantur. Nam & Pantomimus & Choraules*
*in Comœdia canebant. Verùm actores comœdiarum, pro fa*
*cultate & arte potiores, principatum ſibi artificio vendica*
*bant. Sic factum eſt vt nolentibus cedere mimis cum arti-*
*ficio ſuo cæteris, ſeparatio fieret reliquorum. Nam dum po*
*tiores inferioribus, qui in omni magiſterio erãt, ſeruire de-*
*dignabãtur, ſeipſos à comœdiis ſeparauerunt, ac ſic factum*
*eſt, vt exemplo ſemel ſumpto, vnuſquiſque artis ſuæ rem*
*exequi cœperit, neque in Comœdiam venire. Cuius rei in-*
*dicia produnt nobis antiquæ Comœdiæ, in quibus inueni-*
*mus, Acta tibiis paribus, aut imparibus, aut ſerranis.*
*Quando enim chorus canebat, choricis tibiis, id eſt, chorau-*
*licis, artifex concinebat. In canticis autem pyraulicis re-*
*Tibiæ pares, & impares.* *ſponſabat. Sed quod paribus tibiis vel imparibus inueni-*
*mus ſcriptum, hoc ſignificat, quòd ſiquando monodio age-*
*bat, vnam tibiam inflabat: ſiquando ſynodio, vtranque.*
*Hæc ad verbum Diomedes.*

*Monodium* *Monodium eſt, quum vnus aliquis è ſcena cantum pro-*
*fert, nec chorus ſimul.*

*Seruius in illud Virgilij libro nono Aeneidos.*

*O veræ Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta*
*Dindyma, vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum.*

*Biforem, inquit, biſonum, imparem. Et ſeruauit eis tibia-*
*Tibiæ Serranæ, & Phrygiæ.* *rum ſuarum naturam. Tibiæ autem Serranæ dicuntur,*
*quę ſunt pares, & ęquales habent cauernas: aut Phrygię,*
*quæ & impares ſunt, & inęquales habent cauernas. Ergo*
*biforem, diſsimilem, diſſonum. Non enim ſunt pari modu-*
*latione compoſitę. Vt enim ait Varro, tibia Phrygia dex-*
*tra vnum foramen habet, ſiniſtra duo: quorum vnum, a-*
*cutum ſonum habet, alterum grauem. Hactenus Seruius.*

*Varro libro primo De re Ruſtica cap. ſecundo:*
*Certè, inquit Fundanius, aliud paſtio, & aliud agricultu-*
*ra, ſed affinis. Et vt dextera tibia alia, quàm ſiniſtra, ita*
*vt tamen ſit quodammodo coniuncta: quòd eſt altera eiuſ-*
*Tibiæ dextræ & ſiniſtræ.* *dem carminis modorum incentiua, altera ſuccentiua. Et*
*quidem licet adiicias, inquam, paſtorum vitam eſſe incen-*
*tiuam, agricolarum ſuccentiuam, authore doctiſsimo homi-*
*ne Dicæarcho, qui Grecię vita qualis fuerit ab initio, no-*
*bis ita oſtendit, vt ſuperioribus temporibus fuiſſe doceat,*
*quum homines paſtoritiam vitam agerent, neque ſcirent*
*etiam arare terram, aut ſerere arbores, aut putare, ab his*
*inferiore gradu ętatis ſuſceptam agriculturam. Quocirca*
*& ſuccinit paſtorali, quòd eſt inferior, vt tibia ſiniſtra à*
*dextrę foraminibus.*

*Scena.* *Scena, ſiue* σκηνή, *verti Latinè poteſt Vmbraculum,*
*vel tentorium. Erat autem antiquis Scena, vmbraculum*
*ex arborum frondibus, vmbrę cauſa à ruſticis excitatum:*
*vbi feſtis diebus conueniẽtes, diuerſa ludorum & iocorum*
*genera exercebant. Id quod hodiéq; in pagis videmus plu-*
*rimis in locis obſeruari. Nam (vt olim ante vſum Theatro-*
*rum) ſcenę ſuper plauſtra ductilia extruuntur, ac per com*
*pita ductę, populo prębent fabularum oblectationem.*

*Theatrum.* *Theatra erant ędificia in populi gratiam extructa, ad*
*hemicycli ſiue ſemicicirculi ſpeciem, dicata ludis ſpectãdis.*
*Latinè Spectacula poſsis dicere. ſic enim à cõmodè proſpi-*
*ciendo ac videndo ſunt appellata.* θεατὴς, *ſpectator* θεά-
τρια, *ſpectatrix:* θεατρεῖον, καὶ θέατρον, *ſpectaculum, thea-*
*trũ. Porrò, vt ſcribit Caſsiodorus, theatri frons, ſiue ea thea-*
*Scena.* *tri portio quę inter duo cornua protẽditur, Scena vocatur.*
*Ita autem componebatur theatrum, vt eò conueniens, &*
*ibi commodè ſedens turba, è longinquo facilè ſpectare poſ-*
*ſet, concauo æqualiq; parietum circumiectu, vt vel leni ſo-*
*no dicta verba, ad alterum theatri caput facilius perferren*
*tur. Ita enim erat conformatum, vt æquè geſtus proſpice-*
*rent, ac voces audirent ij, qui ad latera & in ſummis ſe-*
*derent gradibus, atque ij qui in imis iuxta ſcenam. Poſtea*
*verò excogitatum eſt theatrum in rotundam formam ex-*
*tructum, alio longè excellentius atque capacius: quod quia*
*velut ex duobus conſtaret theatris, nec amplius hemicy-*
*clum, ſed rotundam formam referret, ob id Amphiteatrum*
*Amphiteatrum.* *dictum eſt. Amphiteatrum tamen ſcribit Dion ex hoc dici,*
*quòd per ambitum ſedilia diſponerentur abſque ſcena.*

Proſcenium

*Proſcenium locus erat,ſeu velum,aut etiam pulpitum, ante ſcenã. Ex proſcenio in ſcenam euocabantur Mimi ſiue Hiſtriones ad fabulas agendas: viciſsimque è ſcena illuc reuertebantur. Vnde Actuum in Latinis Comœdiis internoſcitur diſtinctio: ſicut in Græcis choro in Orcheſtram demigrante.*

*Scena.* *Scenam etiam vocant Comici, quicquid duæ pluréſve perſonæ ſermonis integri & abſoluti colloquuntur. illícque finitur ſcena, vbi aut aliqua perſona introgreditur, aut alia ad forum, aut aliò quolibet ad viciniam currit.*

*Actus.* *Actus vnus plures ſcenas comprehendit. Eſtq; in Comœdia Actus, pars quodãmodo abſoluta & integra, nondum tamen rem omnem finiens, ſed ita dimidiatam relinquens, vt reſpirent ſpectatores, & facilius commutetur quicquid in reliquis Comœdiæ partibus ſupereſt. Id autẽ, actus commutare dicebant. Interea Mimi dicteria & diuerbia referebant: recitabantúrque neſcio quæ iocularia, quæ populum noua oblectatione afficerent. Comœdiarum recitatio in ſcena, Actio dicebatur, vnde etiam qui agebant, & fabulas pronuntiabant, Actores dicti: qui & Comœdi, Hiſtriones, Ludiones, Ludij, & Hypocritæ, id eſt alienæ perſonæ ſimulatores.* *Actio.* *Actores.*

## NOMINVM COMICORVM RATIO, PER EVNdem *Theodoricum.*

*Nomina aut hęc aut illa cur ſint perſonis Comicis indita.* NON *eſt de nihilo, quòd poëtæ Comici aut hæc aut illa nomina indiderunt ſuarum perſonis fabularum. Huius rei ampliſsima tibi damus teſtimonia. Donatus in Adelphos: Nomina, inquit, perſonarum in Comœdiis habere debẽt rationem & etymologiam. Etenim abſurdum eſt, Comicum apertè argumenta confingere, vel nomen perſonæ incongruum dare, vel officium quod ſit à nomine diuerſum. Hinc ſeruus fidelis, Parmeno: infidelis, vel Syrus, vel Geta: miles Thraſo, vel Polemon: iuuenis Pamphilus: matrona Myrrhina: & puer, & ab odore Storax: & à ludo, & à geſticulatione Circus: & item ſimilia, in quibus ſummum poëtæ vitium eſt, ſi quid è contrario repugnans contrarium diuerſúmque protulerit: niſi per Antiphraſin nomen impoſuerit ioculariter: vt Miſargyrides in Plauto dicitur trapezita. Et ferè hoc modo apud alios à poëtis nomina cõponuntur deſcribẽda per Antiphraſin, quod deſignat Storax.*

*Idem in Andriam: Semper, inquit, nomina Comicorum ſeruorum, aut à nationibus ſunt indita: vt Myſis, Syrus: aut ex accidentibus, vt Leſbia, velut ebrioſa, à Leſbo inſula, quæ eſt ferax ſuauiſsimi candidiſsimíque vini: aut à vernilitate, vt Pſeudulus: aut ex negotio, vt Chryſalus: aut ex qualitate corporis, vt Chylacus: aut ex ſpecie formæ, vt Pinacium.* *Leſbia.*

*Strabo libro ſeptimo. Fuit & alia regionis diuiſio, ex antiquis permanens temporibus. Alios enim Dacos, alios Getas appellant. Getas quidem, qui ad Pontum in orientem vergunt: Dacos autem, qui in oppoſitũ verſus Germaniam, & ad Iſtri fontes, quos olim Dauos vocatos eſſe reor. Ex quo apud Atheniẽſes Dauorum & Getarũ nomina ſeruilia plurimũ abũdabãt. Hoc ſanè credibilius eſt, quàm à Scytharum gente deriuari, quos Daas vocãt. Longè enim illi ad Hyrcaniam poſiti ſunt, nec ex eo loco Athenas mancipia deportata putandum eſt. Seruos enim aut è populorũ nominibus vocabant, à quibus vectabantur, vt Lydum & Syrum: aut iis maximè quæ illis in locis magis ac magis vſurpata erant, vt Manem & Midam, ex Phrygia: Tibiúmque, è Paphlagonia.* *Dauus.*

*Seruius in primam Eclogam Virg. Etiam hoc ſciendum, & perſonas huius operis ex maiori parte nomina de rebus ruſticis habere confiſta: vt Melibœus,* ὅτι μέλει αὐτῷ τῶν βοῶν, *quòd curam gerit boum. Et Tityrus. nam Laconum lingua Tityrus dicitur aries maior qui gregem anteire conſueuerit. ſicut etiã in Comœdiis inuenimus. Nam Pamphilus, eſt totus amans: Glycerium, quaſi dulcis mulier: Philumena, amabilis.* *Pãphilus.* *Glyceriũ.* *Philumena*

*Qui de nominum propriorum etymo & interpretatione plura ſcire volet, huic adeundus eſt Cratylus Platonis.*

*Eraſmus in Commentario De rerum copia. Comici præcipuè varietatem in eiuſdem quoque generis perſonis affectaſſe videntur. Quid enim diſsimilius, quàm Demea ac Mitio apud Terentium? Quorum hic quum etiam grauiſsimè filium obiurgat, blandus eſt: ille quum maximè blanditur, amarulentus: & tamen vterque ſenex, atque adeò fratres. Quid diuerſius, quàm Chremes ſemper placidus ac ciuilis, & Simo vehemens ac ſuſpicioſus? Item quàm Pamphilus cordatus, & Charinus inops animi conſiliíque? Quid tam diſsimile, quàm Prædria cum morbo pugnans, & Chærea nihil habens penſi? Multum item intereſt inter Dauum pertinaciſsimum ſperandi authorem, & Byrrhiam nihil præter deſperationem afferentem. Plurimum inter paraſitum Gnathonem, & Phormionem: & ab vtroque longè diſsident paraſiti Plautini, quemadmodum & huius meretrices à Terentianis plurimũ diſcrepant. Terentius meretrices propemodum bonas fingit, veluti Philotin & Bacchidem in Hecyra: Plautus ſenes amantes, ac feſtiuos, & vxoribus veteratoriè imponentes: quanquam aliàs Euclionem prodigioſe tenacem ac ſuſpicioſum facit. Hactenus Eraſmus.*

*Andros inſula eſt, vna ex Cycladibus, in mari Aegæo, ab Andro Anij filio qui in ea regnauit, nomen ſortita. Porrò Aegæum mare hodie nautis, vulgò dicitur Archipel, nonnullis Archipelago. Andros nunc iiſdem vocatur Andro, pleriſq; Andria. Hinc adiectiuum Andrius, vnde & huic fabulæ nomen. Aeneas ait Lactantius, cum patre Anchiſe & filio Aſcanio profugus Delum venit. Hic ab Anio ſacerdote Apollinis recipitur hoſpitio, qui illis indicat, quinque ſe filia um parentem, orbem relictum. Andrum enim, à quo Andros inſula, reliquiſſe patriam, &c. Ouidius libro decimotertio Metamor. de Aenea loquens,* *Andros.* *Andria.* *Anius rex Deli inſulę*

*Hunc Anius, quo Rege homines, antiſtite Phœbus*
*Rite colebatur, temploq; domóque recepit.*

*Virgil. quoque libro tertio Aeneid. de inſula Delo verba faciens,*

*—egreſsi veneramur Apollinis vrbem.*
*Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique ſacerdos,*
*Vittis & ſacra redimitus tempora lauro*
*Occurrit: veterem Anchiſen agnoſcit amicum.*
*Iungimus hoſpitio dextras, & tecta ſubimus.*

*Paſibûla, verti poteſt, Omnibus conſulens.* πᾶς, *omnis,* *Paſibula.*

vniuerſus: βουλὴ, conſilium. Eius quippe agnitio nemini nõ conſuluit, omnium animos alioqui turbatiſsimos feliciter tranquillans. Id quod luculentiſsimè docet huius comœdiæ cataſtrophe.

*Philumena.* Philúmena, In amore perſeuerans ac perſiſtens. Manẽs in amicitia. φίλος, amicus: μένω, maneo. Scribendum autem eſſet Philomena, ſecunda & tertia breuibus. at cauſa productionis aſſumit υ poſt ο, vt ſit diphthongus ου, quam nos in u longum vertimus, dicentes Philúmena. Sic dicunt Græci νοῦσος, οὔνομα, pro νόσος, ὄνομα. Sic dixit Virg. Vpilio, pro Opilio. Niſi fortè quis malit ducere à verbo φιλοῦμαι, id eſt concilior: vt ſit participium fœmininum, quaſi conciliata, vel amata.

*Chryſis.* Chryſis, Aurea. χρυσός, aurum. Chryſides, aureæ crepidæ, vel phialæ. Aureos mores apud Horatiũ libro quarto Carm. ode ſecunda, enarratores intelligunt bonos & ſanctos, pulcherrimos, elegantes & amabiles, vt apud Virgil. libro octauo Aeneid. Aurea ſecula. Et rurſus apud eundem lib. x. Aurea Venus. Erit igitur Chryſis, aurea, elegans, amabilis.

*Simo.* Simo, Pamphili pater, ſenex naſo ſimo & preſſo, à ſpecie nomen habet, quòd ſimi ſunt iracundi & billioſi.

*Pamphilus* Pamphilus, adoleſcens, à fideli amore, Totus amans, vel Omnibus amicus. πᾶν, totus, omnis. φίλος, amicus.

*Dauus.* Dauus, ſeruus, à patria. vt paulo antè ex Strabone.

*Dromo.* Dromo, ſeruus, à curſu. δρόμος, curſus. δρομαῖος, velox. Seruorum eſt, velociter currere, quò iuſſerint domini.

*Soſia.* Soſia, libertus, Quòd ſit in bello ſeruatus. Vnde & ſeruis nomen inditum. σώζω, ſeruo.

*Charinus.* Charinus, adoleſcens, Ab animi beneuolẽtia. χαρίζομαι, facio grata, obſequor, & beneficium gratiámque confero.

*Byrrhia.* Byrrhia, ſeruus, A patria, inquit Donatus. Sũt qui Phrygiam his Donati verbis putent innui. Didymus certè exiſtimauit Aphroditẽ nuncupari παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, hoc eſt à mollitie vitæ. B enim cognata videtur literæ φ: nã Philippũ, aliqui βίλιππον appellant: ſicut Phrygas, Brygas. Author Cælius lib. XXIX. cap. XVIII. Idem quoq; tradit Lilius lib. XIII. A Phrygia igitur ſeu Brygia nomen eſſet Byrrhiæ: idq; per literarum metatheſin. Porrò Phryges ingenio fuiſſe ſeruili, vulgatum teſtatur adagiũ, Phryx plagis emendatur. Plinius lib. V. cap. XXIX. Pyrrham vrbem facit Cariæ. Quintilianus lib. I. docet B literam fuiſſe interdum pro P vſurpatam: vt Byrrhus, pro Pyrrhus. Itaq; fieri poteſt, vt à Pyrrha vrbe nomen ductum ſit Byrrhia, idem prorſus valens quod Car. Herodotus in Euterpe oſtẽdit

*Cares.* Cares barbaro ſeruilíq; fuiſſe ingenio, & ad quiduis malorũ ferendum paratos, mercede propoſita: Vnde & natũ prouerbiũ, In Care periculũ, ſubaudi, facito. hoc eſt, in homine aut re viliore fac periculoſam experientiã, in qua ſi parum feliciter ceſſerit, non multum diſpendij capiendum.

*Crito.* Crito, Quòd controuerſiam dirimat. κριτής, iudex, arbitrator. κρίνω, iudico, interrogo, examino, quæſtionem de aliquo habeo. Sanè Crito Andrius Athenas veniens, totam huius comœdiæ litem & controuerſiam diremit, indicans quæ eſſet Paſibula.

*Chremes.* Chremes, Paſibulæ & Philumenæ pater, ſenex, A ſcreando, quod ſenes tuſsi expurgent pectus. χρέμπτομαι, ſcreo.

*Glycerium* Glycerium, meretrix, A voluptate, vel dulcedine. γλυκερός, dulcis. Hinc Glycyrrhiſa, dulcis radix. vulgus Liquiritiam vocat. Glycere huius glyceres, nomen mulieris proprium, verti etiam poteſt Dulcis: eius diminutiuũ Glycerium, Dulcicula.

*Myſis.* Myſis, ancilla, A Myſia patria. Strabo refert Myſorum populum vſqueadeo contẽptum fuiſſe, vt prouerbio locum fecerit. Id vſurpat M. Tullius in oratione pro Flacco: Quid, inquit, porrò in Græco ſermone tam tritum atq; celebratum eſt, quàm ſi quis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur?

*Lesbia.* Leſbia, obſtetrix, A Leſbo inſula. Rationem habes paulo antè.

# TERENTII ANDRIA.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

| | |
|---|---|
| Simo ſenex. | Byrrhia ſeruus. |
| Pamphilus adoleſcens | Crito hoſpes. |
| Dauus ſeruus. | Chremes ſenex. |
| Dromo lorarius. | Glycerium meretrix. |
| Soſia libertus | Myſis ancilla. |
| Charinus adoleſcens. | Leſbia obſtetrix. |

## IDIOMATA PERSONARVM PRAECIPVARVM, EX ERASMO ROTERODAMO.

SIMO pius in filium, ſed natura vehementior. Pamphilus pius in patrem, ſed fideliter amans, & cordatus vt adoleſcens. Dauus vafer, ac ſpei pertinacis. Charinus ſimplex, ac nullius conſilij. Byrrhia, Dauo diſsimilimus, deſperandi author. Crito pauper, ſed ob probitatem impatiens contumeliæ. Chremes pius in filiam, alioqui Simonis diſsimilimus, ingenio ſedato & placido componens omnia. Myſis callida & heræ amans.

## RATIO NOMINVM.

SIMO dictus eſt à ſpecie. Simi enim ferè ſunt iracundi. Chremes, παρὰ τὸ χρέμπτειν, quòd ſenes tuſsi expurgent pectus. Pamphilus à fideli amore. Charinus à beneuolẽtia animi. Soſia, quòd ſeruatus ſit in bello. Dauus à patria. Opinor & Byrrhia, ſicut & Myſis: Nam Myſi quemadmodum Phryges ſeruile genus erant. Glycerium à voluptate. Lesbia, à patria. Crito, quòd controuerſiam dirimat. Dromo à curſu.

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN TERENTII ANDRIAM.

*Trimetri iambici.*

SORORHEM falſo creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus.
Grauidáque facta, dat fidem vxorem ſibi
Fore hanc, nam aliam pater ei deſponderat
Gnatam Chremetis: atque vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens ſuus
Quid haberet animi filius, cognoſcere.
Daui ſuaſu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes recuſat, nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium inſperatò agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

# AELII DONATI
## PRAEFATIO IN ANDRIAM TERENTII.

COMOEDIA *Andria,cum palliata ſit,de loco nomen accepit,& à Menandro prius, & nunc ab ipſo Terentio:qui cùm de Chryſide loqueretur, ſic ait,* Hei vereor ne quid Andria apportet mali. *Et hoc commune vocabulum eſt, & in Greca,& in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria eſt, continétque actus amatorum adoleſcentium, & patrum piorum. Sunt ibi callidi ſerui, aſtutæ ancillæ, ſeueri ſenes, adoleſcentulæ liberales. In hac prima partes ſenis Simonis ſunt, ſecundæ Daui, tertiæ Chremetis,& deinceps reliquorum. Prologus in hac acer inducitur, & in aduerſarios non mediocriter exaſperatur: ſed tamen id ſubtiliter, vt omnia laceſſitus facere videatur, ac dicere. Hic protaſis ſubtilis, epitaſis tumultuoſa, cataſtrophe penè tragica: & tamen repentè ex his turbis in tranquillum peruenit.*

*Hæc prima acta eſt ludis Megalenſibus M. Fuluio ædile,& M. Glabrione, Q. Minutio Valerio Curulibus. Egerunt L. Attilius, Latinus Præneſtinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibiis paribus, dextris & ſiniſtris. & eſt tota Græca, edita M. Marcello, & Sulpitio* COSS. *pronuntiatáque eſt Andria Terentij, ob incognitum adhuc nomen Poëtæ, & minoris apud populum autoritatis ac meriti. Diuerbiis authenticis lepidè diſtincta eſt: & ſucceſſu ſpectata proſpero, hortamento Poëtæ fuit ad alias conſcribendas. Initium autem* προτατικὸν πρόσωπον, *id eſt aduentitiam perſonam recepit Soſia, propter euoluendam argumenti obſcuritatem. Perſona au-*
*Perſona protatica.* *tem protatica ea intelligitur, quæ ſemel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Adnotandum ſanè puellarum liberalium nullam orationem in proſcenio induci in Comœdia Palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ: quæ & ipſa quoque poſt ſcenam fieri ſolet.*

## ARGVMENTVM EIVSDEM IN EANDEM.

CHREMES *Atticus, pater Paſibulæ & Philumenæ, cùm ex his duabus ſe Paſibulam perdidiſſe falſo crederet, relictam Athenis, nec viſam poſtea multo tempore: tanquam vnicam ſibi putabat Philumenam: quam Charinus adoleſcẽs Athenienſis adamabat vnicè,& ſibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro deſponderat: qui Pamphilus contrà ſororem Chryſidis, ac peregrinam tum creditam, Paſibulam ſupradictã alteram Chremetis filiam, ſub nomine Glycerij latenter ſic amauit, vt ex ea filium ſuſcepiſſet inſcio patre: qua re intellecta commotus Simo pater Pamphili, dum per falſas nuptias tentat animum filij, multis dolis à Dauo ipſe deluditur ſeruo: periculóque Charini & Pamphili motus error in fabula, vſq; ad eum finem ductus eſt, dum Athenas veniens Andrius quidam Crito rem aperiat,& nodum fabulæ ſoluat: per quem agnita Paſibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena verò Charino deſpondetur,& traditur exoptanti.*

*Perſpecto argumento, ſcire debemus hanc eſſe virtutem Poëticam, vt à nouiſſimis argumenti rebus incipiens initium fabulæ, & originem narratiuè reddat ſpectatoribus: authorémque præſentem ſibi exhibeat, vbi finis eſt fabulæ. hunc enim ordinem & circulum Poëticæ artis, vel virtutis, non modò ſecuti ſunt Tragici, Comicique authores, ſed Homerus etiam & Virgilius tenuerunt. Diuiſionem actuum in Latinis fabulis internoſcere difficile eſt. cauſam iamdudum demonſtrauimus. Vnde autem, aut quo modo, quanuis ægrè, tamen intelligi diſtinguíque poſſint, eſt operæpretium dicere. Principiò dicendum eſt, nullam perſonam egreſſam quinquies, vltra exire poſſe. Sed illa re plerunque decipimur, quòd perſonam cum tacuerit, egreſſam falſo putamus: quæ nihilominus in proſcenio tacens loquendi tempus expectat. Eſt igitur attentè animaduertendum, vbi, & quando ſcena vacua ſit ob omnibus perſonis: vt in ea chorus, vel tibicen audiri poſſit. quod cum viderimus, ibi actum eſſe finitum debemus agnoſcere. Confundit ſæpe lectorem id, quod perſona in ſuperiori ſcena deſinens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingreſſa: quod ipſum experientes ſtatim diiudicant de rerum ac temporum quantitate. poteſt enim fieri vt & ſit ingreſſa ac egreſſa, quam prauè credimus de proſcenio non receſſiſſe. Poſſe autem quintò egredi perſonam, nõ & neceſſe eſſe dicimus: vt appareat vltra exire non poſſe. In Tragœdia & parcius exire & ſolere pariter & licere. Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Soſiam continet argumenti: quod populus hac occaſione perdiſcit. mox querelã apud ſe Daui de domino,& eiuſdem cum domino verba:& rurſus eiuſdem ſerui deliberationẽ quid rerum gerat. Secundi actus hæc ſunt, Charini verba primò cum Byrrhia ſeruo,& pòſt cum ipſo Pamphilo de nuptiis: Pamphili ſermo cum patre dolo conſentientis in nuptias. Byrrhiæ verba: Daui callida oratio aduerſum ſenem. Tertiò actui hæc attribuntur, Myſidis cum obſtetrice colloquium, Dauo, ac Simone audientibus: partus Glycerij ſuſpectus ſeni:& Daui apud eum fraudulẽta ſermocinatio: Simonis verba cum Chremete de nuptiis: Daui perturbatio ac Pamphili.*

*Quartum actum per hæc intelligimus, primò Charini verba ſunt indignantis, velut fidem ſibi non ſeruatam à Pamphilo: tũ Myſidis verba apud Pamphilum, eiuſdémq; queſtus: Daui adminiſtratio doli aduerſus Chremetem.*

*In quinto actu Simonis & Chremetis propè iurgium diſputatio, tum detectio fallaciarum Daui, tum indignatio patris aduerſus filium, tum Critonis interuentus: & per eũ cognitis rebus in tranquillum res acta, ducentibus vxores quas concupiuerant Pamphilo & Charino. Illud non commouere nos debet, quòd in horum actuum diſtinctione videntur de proſcenio non diſceſſiſſe perſonæ quædam: ſed tenere debemus ideo Terentium vicinitatis mentionem feciſſe in principio, vt modico receptu & adeſſe & abeſſe perſonam intelligamus. nihil ergo ſecus factum eſt ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiſerunt.*

# CASTIGATIONES IN

## IN ALIQVOT LOCA TERENTII, *ex dialogo quodam P. Pembi hominis doctiß. & eloquentiß.*

*HAS AVTEM CASTIGATIONES ipſe Bembus acceptas refert, ſuo illi codici Terentiano peruetuſto, maioribus ſcripto literis, iis, quas verè antiquas dicimus: cuius quidem codicis fidem & integritatem magnis etiam nobilitat præconiis.*

Sulpitius Apollinaris.

SORОREM *falſo. Argumenta ſingularum fabularum ſunt illa quidem Caij Sulpitij Apollinaris, eius quem ſæpe citat Gellius, docti & eruditi viri, quique Pertinacem Imperatorem, Latinas literas docuit.*

*Actus.2.ſcena. 2.*

CHAR. *Daue perij.* DA. *quin tu hoc audi.* CH. *interij.* D. *quid timeas, ſcio.*

PAM. *Mea quidem hercle certè in dubio eſt vita.* D. *& tu quid, ſcio.*

P. *Nuptiæ mihi.* DA. *& id ſcio.* P. *hodie.* D. *obtundis, tametſi intelligo.*

*Bembi codex aliter, nempe ſic:*

CHA. *Daue perij.* DA. *quin tu hoc audi.* PAM. *interij.* D. *quid timeas, ſcio.*

CHA. *Mea quidem hercle certè in dubio vita'ſt.* DA. *& quid tu, ſcio.*

PAM. *Nuptiæ mihi.* DA. *& ſi, ſcio.* P. *hodie.* D. *obtundis: tametſi intelligo.*

*Actus 2.ſcena 4.*

*Myſis. M. Quid eſt? hem Pamphile, optumè mihi te offers. P. Quid eſt?*

*Hunc verſum omni lepore denudatum, ſic elegantia veſtiendum exiſtimat Bembus:*

*Myſis. M. Quid eſt? hem Pamphile, opportunè te mihi offers. P. Quid eſt?*

*Actus 5.ſcena 4.*

*Ego iſtæc moueo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres?*

*Bembus ſic:*

*Ego iſtuc moueo aut curo? num tu tuum malum æquo animo feras?*

*Paulo pòſt:*

Ac.2.ſc.4 Næ *iſtam multis tuam inueniri gaudeo.*

*Accuratius Bembus hunc locum expendit, ſic enim legendum, citans teſtes Grammaticorum obſeruationes, cenſet.*

Multimodis. Næ *iſtam tuam multimodis inueniri gaudeo.*

*Venuſta nimirum & antiqua compoſitione, per detractationem s, literæ.*

## EX EVNVCHO.

In prologo. *Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis.*

*Hunc verſum paulo aliter adducit Bembus,*

*Si quiſquam eſt, qui placere ſtudeat bonis*
*Quamplurimis,*

Non *enim ſe ad carmen multum pertinere arbitratus eſt, & alioquin ab imitatore quopiam adſcriptum videri poteſt. Quòd Saluſtius hiſtoriam ſic exorſus eſt: Omnes homines qui ſe præſtare ſtudent.*

*Exiſtimat eſſe ſic exiſtimet, ſciat,* Ibidem.
*Reſponſum non dictum eſſe, quale ſit prius*

*Et hos aliter legendos monet Bembus*

*Exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet,*
*Reſponſum non dictum. quia læſit prior.*
*Opus faciam, vt defatiger vſque, ingratus vt dormiam.*

*Actus 1.ſcena 2.*

*Hoc ita Bembus,*

*P. Opus faciã, vt defatiger vſq, ingratis vt dormiam.* Ingratis.

*Lepidius enim multo eſt, ſi per aduerbium elocutio fiat. Et videtur hoc quoque Donatum non latuiſſe, cum ingratis non vltro ſignificare docet. Frequens hoc aduerbium apud Plautum, pro non ex animi ſententia.*

*Actus 2.ſcena 2.*

*Viden' otium & cibus quid faciat alienus?*

*Ille in hunc modum,*

*Viden' oſſum & cibus quid faciat alienus?*

Nam *oſſum pro os poſitum adſerit. Quid enim quiſpiam aliter adſequi poſſet, præſertim ex hoc hominũ genere, qui lingua tantum aluntur?* Oſſum.

*Actus 3.ſcena 2.*

P. *Ita faciam.* T. *quicquid aliud volui dicere.*
*Hem curate iſtam diligenter virginem.*

*Ad hunc modum Bembus,*

P. *Ita faciam.* T. *Quid, Quid aliud volui dicere?*
*Ehem: Curate iſtam diligenter virginem.*

*Hic Thais ancillas ſuas propere alloquitur, mandans ea quæ curari velit, ſic: Quid, Quid aliud volui dicere? Ehem curate, &c. Quaſi poëta ſuſpenſam Thaidem oſtenderet ſecum ipſam quærere, quidnam illud eſſet, quod mandare ancillis in animo habuerat ſuo, neque reminiſcebatur. Itaque, ait: Quid, quid aliud? Quo item ſenſu Cicero ſæpius.*

*Actus 3.ſcena 9.*

*Omnem oſtendere, cui tam ſubitò tot congruerint commoda. Bembus mutata litera ſic legit:*

*Omnem oſtendere, qui tam ſubitò tot congruerint commoda.*

*Vbi qui vetuſto more à quis nominãdi caſu, dandus caſus.* Qui, pro Cui.

## EX HEAVTONTIMORVMENO.

*Menedemi ſenis cum fratre verba ſic vulgò leguntur:*

*Putauit me & ætate, & beneuolentia* Act.1.ſc.1.
*Plus ſcire & prouidere, quàm ſeipſum ſibi.*

*Bembi codex ille peruetuſtus ſic habet:*

*Putauit me ætate & ſapientia*
*Plus ſcire & prouidere, quàm ſeipſum ſibi.*

*Paulo pòſt ſcena eadem:*

*Ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico*
*Faciundo facilè ſumptum exerceant ſuum,*
*Omnes produxi ac vendidi: inſcripſi ilico*
*Aedeis mercede: quaſi talenta ad quindecim*
*Coegi.*

*Bembus ſic:*

*Ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico*
*Faciundo facilè victum exercerent ſuum,*

*Omncis produxi, ac vendidi:inſcripſi ilico*
*Aedeis:mercedem quaſi talenta ad quindecim*
*Coēgi.* *Hoc eſt,inquit,in victu exercerentur ſuo.*
*Quale eſt illud Virgil.Ferrum exercebāt: pro, In ferri fabrica exercebantur.*

*Et infra:*

*Nec fas eſſe vlla me voluptate hîc frui.*

*Bembus:*

*Nec mihi fas eſſe vlla me voluptate his frui.*

*Actus 1.ſcen.2. Sic habent codices, qui manibus omnium vulgò teruntur:*

*Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere? &*
*Quod illū inſimulat durū, id non eſt:nam parentū iniuriæ*
*Vniuſmodi ſunt fermè:paulò qui eſt homo tolerabilis,*
*Scortari crebrò nolunt,nolunt crebrò conuiuarier.*

*Bembi codex ſic:*

*Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere?*
*Et quod illum inſimulant durum,id non eſt.*
*Nam parentum iniuriæ vniuſmodi ſunt fermè:*
*Scortari crebrò volunt,volunt crebrò conuiuarier.*

*Actus 4.ſcena 1.*

—C. *Scio quid feceris.*
*Suſtuliſti.* SO. *ſic eſt factum.* SY. *domina, ergo herus damno auctus eſt.*

*Bembus:*

—C. *Scio quid feceris.*
*Suſtuliſti.* SOS. *ſic eſt factum.* CHR. *domin'?* SYR. *ergo herus damno auctus eſt.*

*Eodem Act. ſce. 3.*

*Quid? malum,me tandem cenſes velle id adſimularier?*

*At Bembus:*

*Quid malum?me ætatem cenſes velle id adſimularier?*

*Rurſum eodem Act. Scen. 6.*

CLI. *Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,*
*Vbi me excarnifices.* SYR. *i tu hinc quò dignus es.*

*Bembus:*

CLIT. *Huius mihi res ſemper comminiſcere,*
*Vbi me excarnifices.* SYR. *is hinc,quò dignus es.*

*Indicatiuꝰ pro Imperatiuo.* *Quo in loco videre eſt veteres homines Indicandi verborum pro imperandi vſos modo. Is hinc,pro Ì hinc:vt etiam alibi non ſemel. Animo bono es, pro Eſto. qua dicendi figura vtitur ſæpe Cicero.*

*Actus 4. Sce. 4.*

—*quò mittis iſtanc quæſo?*
*Iube maneat.* BAC. *abi.* SYR. *quin eſt paratū argentū.*

*Bembus:*

—*quò mittis iſtam quæſo?*
*Iube maneat.* BAC. *ij.* SYR. *quin eſt paratū argentū.*

*Ii imperatiuus.* *Vt videre liceat antiquorū in ſcribendo morem: qui ij,pro i dixerūt,eo quo nos vtimur. Tale eſt illud Act. 4.ſc.7.*
*Cape hoc argentum, ac defer.* SYR. *ij. quid ſtas lapis, quin accipis?* *Qui locus vulgò ſic legitur:*
CR. *Cape hoc argentū,ac defer.* SYR. *hei,quid ſtas lapis? Quin accipis?*

*Act. 5.ſcen. 3. ſic legi ſolet:*

—CHR. *oh,pergin' mulier eſſe? vllámne ego*
*Rem vnquam volui,quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata?*

*Bembus verò ſic:*

*Pergin' mulier odioſa eſſe?nullámne ego rem vnquam in vita mea*
*Volui,quin tu in ea mihi fueris aduorſatrix Soſtrata?*

*Paulo pòſt:*

*Subditum ſe ſuſpicatur.* CHR. *ſubditum, ain' tu!* SO. *certè inquam mi vir.*
CHR. *Confitere tuum non eſſe.* SO. *ah, obſecro te, iſtud inimicis ſiet.*

*Bembus:*

*Subditum ſe ſuſpicatur.* CHR. *ſubditum? ain' tu?* SOS. *certè ſic erit mi vir.*
CHR. *Confitere tu?* SOS. *au obſecro:iſtuc inimicis ſiet.*

## EX ADELPHIS.

*De. Tún' conſulis quicquam?* M. *Ah, ſi pergis, abiero.* *Ac.1.ſc.2.*
*Sed quanto rectius & elegantius Bembus:*
*Tún' conſiliis quicquam? &c. Hæc enim efficax repetitio maiorem vim addit orationi.*
*Sa. Egón' debacchatus ſum in te,an tu in me?* *Ac.2.ſc.1.*
*Aeſ. omitte iſta,atque ad rem redi.*
*At ſic ille:*
*Sa. Egón' debacchatus autem? an tu in me? Aeſ. mitte iſthæc,atque ad rem redi.*
*Fratrem,homini neminem eſſe primarum artium magis principem*
*Bembus mutato caſu longè rectius:*
*Fratrem homini nemini eſſe primarum artium magis principem.*
*Obſecro mea nutrix,quid nūc fiet? quid fiet rogas?rectè.* *Act.3.ſc.1*
*Bembus rectius putarit,ſi ad ſecundum verſum rectè pertineret, hoc modo:*
*Obſecro mea nutrix quid nunc fiet? Ca. quid fiet rogas? Rectè ædepol ſpero,&c.*
*Niſi me in illo crediſti eſſe hominum numero, qui ita putant.* *Ac.4.ſc.3*
*Sibi fieri iniuriam, vltrò ſi quam fecere ipſi expoſtulāt.*
*Ea ſic ad priſtinā integritatē Bembus reſtituenda putauit.*
*Niſi ſi me in illo crediſti eſſe hominū numero, qui ita putant*
*Sibi fieri iniuriam,vltro ſi quam fecere ipſi, expoſtules:*
*Et vltro accuſant.*

## EX HECYRA.

*Plus potis ſe illa abſtinere vt potuerit.* *Act.1.ſc.2.*
*Sed Deum immortalem, quantò rectius & melius Bembus.*
*Plus potus(deinde diſtinguit)tum ſeſe illa abſtinere vt potuerit. Hæc enim circunſtantia mirum in modum admirationem puellæ iuuat.*
*Horum ad hos redibat lege hæreditas.* *Ibidem.*
*Verùm Bembus paulo aliter, qui videbat vna mutilatum eſſe verſum ſyllaba.*
*Horunc ea ad nos redibat lege hæreditas.* *Horunc, pro*
*Horunc pro eo quod eſt horum antiquè, c, interiecta ne fieret colliſio.* *Horum.*
*Sibi verò hanc laudem reliquit,vixit dum vixit,bene.* *Ac.3.ſc.3.*
*Noſter autem in pluralem numerū commutando ſic habet:*
*Sibi verò hanc laudem relinquūt,vixit,dum vixit,bene*
*Fors fiat pol.) Bembus habet fuat,ab eo deductum verbo perantiquo quod eſt Fuo, valétque idem quod ſum,quo* *Ac.4.ſc.3*

*etiam eſt Virgilius vſus,*

*Tros Rutulúſve ſuat. pro ſit.*

*Actus 4.* *Remiſſam opus ſit vobis an reductam domum.*

*ſcena 4.* *Vxor quid faciat in manu non eſt mea.*

*Neutra in re vobis difficultas à me erit.*

*Sed quid faciemus puero?*

*Ex his primo verſuum inuerſo ordine ſic legit,*

*Remiſſam opus ſit vobis, reductã an domũ. In poſtremũ,*

*Quid faciemus puero? ſic ſcribit, Quid faciemus puero. Quo in loco animaduerti hunc dicendi, ſiue morem, ſiue figuram,*

*(Quid faciemus puero?*

*Qua etiam in aliis fabulis ſæpe vſus eſt,*

*Quid hic faciet ſua?*

*Quid te futurum cenſes?) vſurpaſſe Ciceronẽ percupidè.*

*Quid me fiet?*

*Quid pecunia fiet?*

*Quid hoc nomine facias?*

*Quid factum eſt Stratone & Nicoſtrato?*

EX PHORMIONE.

*Ac.2.ſc.3.* *Eho tu ſobrinum tuum non noras.* D. *enecas,*

*Dic nomen.* P. *nomen? maxumè.* D. *quid nunc taces?*

*Aliter & magis vetuſtè Bembus,*

*Eho tu conſobrinum tuum non noras.* D. *enicas,*

*Dic nomen.* P. *nomen? maxumè.* DE. *quid nunc tacis?*

*Vbi enicas pro enecas, tacis pro taces poſitum, vetuſto more.*

*Sic in eadem comœdia,*

*Ea quæ præbit, poſitum eſt in tertia coniugatione, pro præbet.*

*Ne me iſthoc nomine appella ſis.* *Ac.5.ſc.1.*

*Bembus in hunc modum,*

*Ne me iſthoc nomine appellaſsis.*

*Quem ſemper te eſſe dictitaſti?* CH. *eſt.* SO. *quid?* *Ibidem.*

*Idem cautius animaduertendo ſententiam,*

*Quem ſemper te eſſe dictitaſti?* CH. *ſt.* S. *quid, &c*

*St. Silentij eſt illa quidem nota, ſt, vt eo quaſi nutu & ſigno potiùs, quàm voce oſtendamus velle nos ſileri ab iis, quibuſcum ſumus: quemadmodum volebat Chremes ſilere Sophronam, ne ab vxore ipſius exaudiretur. Quam notam quum non perciperent, ij qui legebant, e, literam addiderunt, éſtque fecerunt. quo ſanè verbo mirificum poëtæ ſenſum perturbauerunt.* *St.*

## IN P. TERENTII LAVDEM,

### IOANNIS DV FLOS ATTREBATIS,

### Hendecaſyllabum.

Muſas quiſquis amat politiores,
Et quem lingua capit Latina, quémque
Delectant lepidi ioci, ſaléſque,
Quem ſermone iuuat loqui erudito,
Et docto ſimul & ſimul faceto,
Voluat perpetua manu Terenti
Verſus, quo melior nullus Poeta.
Nullus tam vario lepôre plenus,
Nullus quo melius putet Iuuentus,
Linguam reddere poſſe ſe diſertam.
Iurem vel Genium tibi Mineruæ,
Et iurem Veneris comas niténteis,
Hoc nullum melius, magíſque rectè,
Sermonem proprium docere poſſe:
Eſt ſi danda fides viris, labore
Quorum, & iudicio, ſimul diſertis
Scriptis, parte alia volumen auctum.
Vt iam nil penitus queat videri,
Authore hoc melius, magíſque rectum.
Adſis nunc properans Iuuentus ergo,
Muſæ quam capiunt politiores.

# ANDRIA
## ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI FILIVS TIBIIS PARIB. DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA, EDITA M. MARCELLO, CN. SVLPITIO COSS.

DONAT. POETA *cùm primùm animum ad ſcribendum appulit.} Principium factum eſt à commendatione perſonæ, quòd prudens, quòd honeſtus Terentius: & honore maiore poëtam potiùs quàm Terentium dixit: vt illum, hoc ipſo, de quo laborat, nomine ornaret. ¶Poëta cùm primùm.} Omnis huius prologi intentio hoc agit, vt nouo poëtæ veniam paret, & veteri odium: & vt quàm maximè modeſtum, miniméq; errantem Terentium probet. ¶Poëta cùm primùm animum,&c.} Iam meritum poëtæ dedit, Poëtam eundem dicendo, & ab animo eius, quem defendit. ¶Poëta cùm primùm animum ad ſcribendum appulit.} Senſus hic eſt, Propoſuerat quidem poëta noſter vt in prologis argumenta narraret: ſed hoc imputat L. Lauinio aduerſario, qui eum facere non permiſit quod propoſuerat, maledictis ſuis ad reſpondendum eundem prouocans. ¶Appulit.}* Appellere. *Appellere propriè dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad littus acceſſerit. Virgil. Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. ¶Appulit.} In ſecunda lectione attulit fuit: ſed appulit magis: vt Terentius poſtea ſic, Animum ad vxorem appulit.* Negotium. *¶Negotij.} Modò pro moleſtia & cura, non labore. ¶Populo vt placerent.}* Vt. *Vt, ne non, ſignificat: nec eſt modò cõiunctio. ¶Fabulas.} Ad Feciſſet, retulit fabulas, non ad placerent. & eſt figura Syllepſis.* Syllepſis. *¶Feciſſet.} Bene feciſſet, non ſcripſiſſet.* Facio. *Vnde & poëtæ ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, id eſt à faciendo dicti ſunt. Sic Virgilius: Pollio & ipſe facit noua carmina. ¶Verùm aliter.} Sic Virgilius, Maior rerum mihi naſcitur ordo. &, Maius opus moueo. Non enim hoc ſe elegiſſe dicit, ſed quaſi ex ordine ipſo natum ſibi eſſe. ¶Intelligit.} Quod credimus, plerunque falſum: quod intelligimus, certum eſt.* Credo. Intelligo. *Aliter autẽ contra ſignificat. Virgilius, Diis aliter viſum.* Aliter. *¶Verùm aliter euenire multo intelligit.} Adeò nec præparauerat, nec intenderat quenquã lædere, vt ipſe falſus, laceſſitúſque hoc faciat. ¶Operã abutitur.} Vtimur fructibus rei, quæ ab amantibus ſaluo vſu nobis ſubminiſtratur.* Vti. Abuti. *Abutimur, quando deperdimus & rẽ & fructum. Nam vſui eſt ager, domus: abuſui vinũ, oleum, & cętera huiuſmodi. Cicero, Nõ debet, inquit, ea mulier, cui vir bonorũ ſuorũ vſumfructũ legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. vſus enim nõ abuſus legatus eſt. ea inter ſe ſunt cõtraria. Hæc in Topicis. ¶Argumẽtum narret.} Quod verè prologi eſt officiũ.* Prologi officium. *¶Qui.} Pro vt. ergo nõ eſt modò pronomẽ.* Qui, pro Vt. *¶Sed qui maleuoli veteris, poëtę.} Primùm à natura, maleuoli: deinde à tẽpore, vel ab inuidia, veteris, à ſigno æmulationis, poëtæ. Vetus plerunq; refertur ad laudẽ: interdum ad vituperationẽ, vt hîc & alibi.* Vetus. *Vetus, veternoſus, ſenex. ¶Veteris.} Pro carioſi et quaſi rãcidi, poſuit. atq; ideo maleuoli: nõ criminibus, ſed maledictis. Quid autẽ inter maledictũ & crimẽ interſit, docet Cicero in Tuſc. ¶Veteris.} Ratio inuidię. ¶Poëtæ} Cauſa inſectationis. ¶Maledictis.} Criminatio aduerſarij. ¶Veteris poëtæ.} Quia ſenex Lucius edebat fabulas, adoleſcẽtulo tunc Terentio. Et elegãter, maleuoli veteris maledictis: cõmendatio poëtæ à perſona aduerſarij.*



### ARG. PAVLI MALLEOLI.

Huius Prologi ratio eò tendit, vt nouo Poëtæ veniã paret, quòd non vt reliqui Poëtæ, argumentum ſuo loco narret: tum deinde, vt veterem in odium ducat: Poſtremò, vt Terentium modeſtiſsimum, miniméque errantem comprobet.

### PROLOGVS.

*Trimetri.*

*POëta cùm primũ animũ ad ſcribẽdum appulit,*
*Id ſibi negotij credidit ſolum dari,*
*Populo vt placerẽt, quas feciſſet fabulas.*
*Verùm aliter euenire multo intelligit:*
*Nam in prologis ſcribũdis operam abutitur,*
*Non qui argumentũ narret, ſed qui maleuoli*
*Veteris poëtæ maledictis reſpondeat.*
*Nunc quam rem vitio dent, quæſo animum aduortite.*
*Menander fecit Andriam, & Perinthiã.*
*Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit.*

Non ita diſsimili ſunt argumento, ſed tamen
Diſsimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo.
Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur tranſtuliſſe, atque vſum pro ſuis.
Id iſti vituperãt factũ, atque in eo diſputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant.
Qui cùm hũc accuſãt: Næuiũ, Plautũ, Enniũ
Accuſant: quos hic noſter authores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potiùs, quàm iſtorum obſcuram diligentiam.
Dehinc vt quieſcant porrò moneo, & deſinãt
Maledicere, malefacta ne noſcant ſua.
Fauete, adeſte æquo animo, & rẽ cognoſcite,
Vt pernoſcatis, * & quid ſpei ſit * reliquum,
Poſthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ ſint vobis prius.

*Quis, pro Qualis. — Vitio dare. — Vituperare — Aduertere animum. — *quid *ecquid — Scribere. Facere.*

*¶ Reſpondeat. } Excuſatio reſpondentis, quòd non obſiſtat, ſed reſpondeat. ¶ Nunc quam rem. } Quam, qualẽ. ¶ Vitio dent. } Vituperent, culpent. Vituperare, eſt mala vitio dare, & etiam bona. ¶ Nunc quam rem vitio dent. } Vtrũ, Nunc animaduertite: an, Nunc vitio dent? & oratoriè quaſi multos facit, cum vnũ ſuprà dixerit: vt Virgilius, Deſiſte manum committere Teucris. ¶ Nunc quam rem vitio. } Propoſitio eſt. ¶ Aduertite. } Legitur & attendite: vnde manifeſtũ eſt & aduertite & attendite non eſſe plenum, niſi addideris Animũ. ¶ Menander fecit Andriã } Narratio eſt et propriè fecit. Scribit enim Terentius, qui verba adhibet tãtùm: facit Menander, qui etiam argumentum componit. ſed ſæpe ad laudem Terentij, Fecit, pro eo quod eſt tranſtulit. ¶ Vtramuis. } Prima ſcena Perinthiæ, penè iiſdem verbis quibus Andria ſcripta eſt: cætera diſsimilia ſunt: exceptis duobus locis, altero ad verſus x I, altero ad verſus x x, qui in vtraque fabula poſiti ſunt. ¶ Qui norit vnam, ambas nouerit. } Omnem rem vno verſu nouerit. ¶ Vtramuis. } Deeſt Harum. ¶ Non ita diſsimili. } Ordo Ita non ſunt. Ergo Ita ſubdiſtinguendum. ¶ Sed tamen. } Diſcretio eſt à ſuperioribus & eſt ἀνακόλουθον. non enim ſuprà poſuit Quidẽ. ¶ Non ita diſsimili ſunt oratione, } Ita, pro valde, & cautè: potuit enim dici, Quomodo ergo ſunt duæ diſsimili oratione? ¶ Ita. } ne Menandrum culpare videatur, Ita adiunxit, quod laudis eſt. ¶ Oratione ac ſtylo, } Oratio in ſenſu eſt: ſtylus in verbis: Oratio ad res refertur, ſtylus, ad verba: Stylus non eſt in tempore, ſed prolata oratione. oratio autem, eſt & in cogitatione, & in prolatu. Orationem in ſententiis dicunt eſſe, Stylum in verbis, argumentum in rebus. Ergo in poëmate oratio eſt. ¶ Quæ conuenere in Andriam. } Apparet non de induſtria, ſed caſu eſſe tranſlata ea quæ ex Perinthia in Andriam eodem ſenſu, iiſdémque verbis perſcripta fuerunt. ¶ Quæ conuenere in Andriam. } Vnam ergo, non duas tranſtulit. ¶ Quæ conuenere in Andriam. } Quæ apta & commoda fuerunt, in Andriam Latinam, non Græcam, fatetur tranſtuliſſe. Sed quare ſe onerat Terentius, cum poſsit videri de vna tranſtuliſſe? Sic ſoluitur, Quia conſcius ſibi eſt primam ſcenam de Perinthia eſſe tranſlatam, vbi ſenex ita cum vxore loquitur, vt apud Terentium cum liberto. at in Andria Menandri, ſolus ſenex eſt. ¶ Id iſti vituperant factum. } Iſti, ad reprehenſionem ſumitur perſonæ: interdum rei reprehenſionem ſignificat: vt Virgilius, Quid petis iſtis? ¶ Vituperant. } vitiũ rei parant. ¶ Diſputant. } Immorantur, calumniantur, argumentantur. ¶ Contaminari. } Propriè contaminare eſt manibus luto plenis aliquid attingere. & contaminare, attingere eſt, & polluere. Virgilius, Linquere pollutum hoſpitium, id eſt contaminatum. ¶ Contaminari. } Tangi & relinqui polluta manu: ac per hoc voluit fœdari aut maculari: vt ipſe ait, Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua. ¶ Contaminari non decere. } Id eſt, ex multis vnam non decere facere. ¶ Faciũt næ. } Næ quidam corripiunt: & cum interrogatione pronũtiãt: quidam producunt. quorum alij, ne pro nec accipiunt, id eſt nõ: alij næ pro valde, vt, Næ ego ſum infelix: & Cicero, Næ illi vehemẽter errant. Et hoc melius: nam ſtatim infert. ¶ Qui cùm hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium accuſant. } In ſingulis magna Emphaſis authoritatis: ſed ordo non eſt ſeruatus. Ennius ante Plautum fuit: ſed, quod eſt ſummæ authoritatis, Ennium vltimum dixit. ¶ Næ. } Nimis, multum, plurimum. ¶ Qui cum hunc. } Terentium, inquit, ſpecialiter accuſantes, neſciunt ſe bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur. & argumentum eſt ab exemplo & authoritate. ¶ Dehinc vt quieſcant. } Rectè. nam quieſcere ille dicitur, qui eſt inſolens & inquietus. ¶ Porrò. } Porrò in futurum dixit. ¶ Moneo. } terribiliter dixit. Cicero, Moneo, prædico, antè denuntio. Liberatus culpa etiam terret, alibi etiã criminaturus aduerſarios. ¶ Noſcant. } Melius quàm ſi dixiſſet audiant.*

*Anacoluthon. — Ita. — Oratio. Stylus. — Argumentum. — Conuenire. — Iſte. — Vituperare. — Diſputare. — Contaminare. — Næ. — *reliquũ — Ennius cur poſt Plautũ nominetur. — Næ. — Quieſcere. — Porrò. — Moneo.*

*¶ Fauete. } Iam ad auditores conuertitur, à quibus fauorem captat. Fauete dixit, quaſi dicat, Hoc aduerſarij faciunt: vos autem, quod in vobis eſt, fauete. Vos ergo fauorem facite. Et Adeſte non vt abſentibus dicit, quippe qui corporibus præſto erant: ſed, intenti eſtote, fauete, ſilete. ſic & Pontifices dicunt, fauete linguis, fauete verbis. Vnde Virgilius, Ore fauete omnes. ¶ Adeſte. } Animis ſcilicet, auxilium præbete: vt aduocatus reo dicitur adeſſe. ¶ Aequo animo. } Ab honeſto. ¶ Et rem cognoſcite. } A iuſto. ¶ Cognoſcite. } Pernoſcite: Sic dixit, Cognoſcite vt pernoſcatis, quemadmodum in Hecyra: Orator ad vos venio ornatu prologi: Sinite exorator ſim. ¶ Vt pernoſcatis. } Ab vtili. ¶ Reliquum. } Sunt qui pro reliquorum accipiant, vt ſit ſenſus, De hac fabula ſumite ſpecimen, vt ſciatis an cæteræ vobis ſpectandæ ſint. Nam poſtmodum dictũ alio prologo, Alias cognoſtis eius: quæſo hanc noſcite. ¶ Reliquum } Quaſi diceret, Poſtremum. ergo aduerbium eſt id eſt τὸ λοιπόν. Sed ſiue hoc reliquum dicit, ſiue reliquûm pro reliquorum: geminato u ſcribitur. ¶ Deintegro. } Vtrum denuo, an ex integris Græcis? ¶ Quas faciet comœdias. } Syllepſis, vt ſupra, ad verbum enim Faciet declinauit, non ad ſpectandæ ſint. ¶ Spectandæ } Propriè, vt fabulæ, id eſt probandæ. ¶ Exigendæ. } Excludendæ.*

*Fauete. — Adeſſe. — Reliquũ. — V geminatur poſt Q. — Deintegro. — Syllepſis. — Spectãdus. — Exigẽdus.*

*¶ Acta ludis Megalẽ. } Megalenſes ludi magnis diis conſecrati,*

*Ludi Megalenſes.* ſecrati, quos Greci μεγαλεσίους appellant Liuius lib.36. Per idem ferè tempus ædes matris magnæ deæ dedicata eſt, quã deam P. Cornelius aduectam ex Aſia, P. Cornelio Scipione, cui poſtea Africano fuit cognomen, P. Licinio Coſſ. in palatium à mari detulerat, locauerant ædem faciendam M. Liuius, C. Claudius Cenſores, M. Cornelio, T. Sẽpronio Coſſ. tertiodecimo anno poſtquam locata erat, dedicauit eam M. Iunius Brutus: ludiq; ob dedicationem eius facti: quos primos ſcenicos fuiſſe Antias Valerius eſt author, Megaleſia appellatos. [Modos fecit Flaccus.] Adrianus Cardinalis inter elegantes dicendi modos qui à faciendi verbo deriuã-

*Modos facere.* tur, numerans etiam hunc, facere modos, In argumento, inquit, Andriæ Terentij, Flaccus Claudij filius modos fecit. Cicero de oratore. Neque id actores prius viderũt quàm ipſi poëtæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos. [Tibiis paribus.] Diomedes libro 3. Quod paribus tibiis vel imparibus inuenimus ſcriptum, hoc ſignificat, quòd ſi quando monodio agebat, vnam tibiam inflabat, ſi quando ſynodio, vtramq;. [Poëta cum primum animum ad ſcribendum appul.] Terentius conſtituerat in prologo fabulæ argumentum narrare, quod autem hoc non faciat, dicit in cauſa eſſe L. Lauinium aduerſarium ſuum, cuius maledictis & crimina-

*Appellere.* tioni reſpondere cogatur. [Appulit.] Propriè appellit, qui ex pelago ad littus accedit. hic metaphora vſus dixit pro applicuit, adiunxit, accommodauit. [Vt placerent.] Vt ciuitati iucundæ atque vtiles eſſent comœdiæ, quas vertiſſet.

*Nam.* [Nam in prologis.] Sunt qui hoc loco, Nam, pro itaque accipiendum putant. [Operam abutitur.] Diomedes Cap. de Idiomatis per verba & nomina cum caſu ablatiuo, Hanc rem vtor, veteres inquit dixerunt, & citat hunc Terentij locum. [Operam abutitur.] Non enim argumẽtum hic narrat, quod prologi officiũ eſt, ſed criminationibus inuidi hominis Lauinij reſpondet. [Non qui argumentum narret.] Laurentius ſic exponendum cenſet, Operam abutitur non is qui argumentum narret, ſed is qui maleuoli veteris poëtæ maledictis reſpondeat. [Veteris poëtæ.] Confectus enim ſenio Lauinius fabulas edebat, adoleſcente adhuc Terentio. [Veteris.] carioſi & quaſi rancidi, vt Donatus interpretatur. [Nunc quam rem vitio dent quæſo.] Lauinius videtur non ſolùm maledixiſſe Terẽtio in priuatis colloquiis, ſed etiã in vulgus ſparſiſſe ab eo contaminari fabulas. Vnde hoc loco non dicit, quæſo audite, ſed animum aduertite, quaſi dicat, audiuiſtis eius maledicta, ſed qualia ſint nũc quæſo cõſiderate. [Qui vtramuis rectè norit.] Qui vnam norit, ambas norit. autore Donato, prima ſcena Perinthiæ iiſdem penè verbis quibus Andria, ſcripta eſt, cætera diſſimilia ſunt, qui vnam igitur norit, ambas norit. [Id iſti vituperant.] An iſti dicens inuidioſe mutauit numerum, cum de vno lo-

*Contaminare.* queretur? [Contaminari nõ decere.] Pro commiſceri poſuit. Terentius enim quæ apta commodáque fuerunt, in Andriã ex Perinthia mutuo ſumpſit: id calũniatores mordicus arripientes, turpe eſſe ducebant commiſceri fabulas. [Faciunt

*Intelligere.* næ intelligẽdo.] Intelligendo. i. dum ſapere videri volunt.

*Næ.* [Næ.] id eſt profectò, cum ita ſentiunt, nihil ſentiunt, planéq; ſtupidi ſunt: haud enim vident ſe veteres poëtas accuſare, cum hunc accuſant. [Næuium, Plautum, Ennium, accuſant.] Donatus dicit in ſingulis verbis magnam eſſe emphaſim, ſed ordo non eſt ſeruatus, nam Ennius ante Plautũ

*Ennij ſcripta.* fuit, ſed propter ſummam Ennij authoritatem vltimo eum loco poſuiſſe videtur. Ennius præter celeberrimos Annaliũ libros, Satyras etiam, Comœdiáſq; & Tragœdias ſcripſit. Vigintiquinque à veteribus connumerãtur Plautio Comœ-

diæ, extant hodie. xx. Næuius poëta Campanus eo tempore *Næuius poëta.* in ſcena præſtitit fabulis ad populũ editis, quo Spurius Carbilius Romæ primus de amicorum ſententia cum vxore diuortium fecit, quòd ſterilis eſſet. [Hic noſter authores ha-

bet.] Dicuntur authores, quorum exemplo aliquid fit. Vnde *Author.* Terẽtius dicit ſe habere bonorum exemplum, quo ſibi id facere liceat quod illi fecere priores. [Obſcuram diligentiã.] Metalepſis eſt, in qua gradatim itur ad id quod oſtẽdimus. Per obſcuram enim, tenebras habentem intelligimus, & per hoc profundam. i. ſubtilem diligentiam & curioſita-

tem. [Obſcuram diligentiam.] Adnotatu dignum eſt quod *Obſcura diligentia.* Eraſmus in libello de pronuntiatione ad probum adoleſcẽtem Maximilianum principis Veriẽſis filium habet iis verbis ſcilicet. Quintilianus, eum qui bene ſcribere nititur, curioſum non eſſe, ſed fuiſſe oportet. Quemadmodum & Seneca: Quædam didiciſſe oportet, nõ diſcere. Tum demũ in arte locum habet negligentia, ſi ſucceſſit immodicæ diligentiæ, ita vt remiſſam ſentias, non omiſſam. Hæc nimirum eſt illa

docta negligentia, quam Terentius mauult æmulari, quàm *Negligentia docta.* aliorum obſcuram diligentiam. [Dehinc vt quieſcant porrò moneo.] Liberatus culpa Terentius, terret etiam aduer-

ſarios. [Porrò moneo.] Nonius hic, porrò, accipit pro vehe- *Porrò.* menter & valde, vt iungatur verbo moneo. [Deſinãt maledicere.] Alluſiſſe videtur ad celebrem illam parœmiam, Si dixeris quæ vis, quæ non vis audies. [Fauete.] Pro tacete poſuit. [Adeſte æquo ani.] Bene hoc addidit. Poteſt enim quiſpiam tacere, & non aduertere. Et rectè æquo a-

nimo. i. non grauatè, ſed libẽter. multi enim, qualis erat La- *Fauere.* uinius, arrigunt aures, magis reprehẽdendi occaſionem au-

cupantes quã voluptatem. Aequo animo, pro non grauatè, *Aequo animo.* vtitur & Cicero in Catone maiore, cum dicit, Quid quod ſapientiſſimus quiſque animo æquiſſimo moritur, ſtultiſſimus iniquiſſimo. [Et rem cognoſcite.] Quidã exponunt pro

audite, quemadmodum & Iuſtinus, hiſtoriæ conditor libro *Cognoſcere.* I. vſurpaſſe videtur, cuius hæc ſunt verba. Cognito quod illatum Crœſo bellum eſſet, velut ad commune extinguendũ

incendium confluebant. [Spectandæ an exigendæ.] Spectã- *Spectare.* dæ ſignificat probandæ, Nonio autore: exigendæ. i. eliminã- *Exigere.* dæ. nam exigere excludere eſt. Plautus in Aulularia, Itaque omnes exegit foras. [Spectandæ an exigendę.] Rogat vt populus Romanus ſpectet prius, quàm è theatro explodat.

**LATOMVS.**

Argumentum prologi.] In prologo argumentum narrari ſolet, ſed hic actor dilato eo, vt in cęteris etiam fabulis, defendit Poëtã contra criminationes aduerſarij, & interim perſtringit illum admixtis vituperationibus, & poſtremò deterret, in fine attentionem cum ſilentio poſtulat à ſpectatoribus. [Poëta cum primum] Exordio captat beneuolentiã ab officio, factum ſuum excuſans, & inuidia onerans aduerſarium. [Veteris Poëtę.] Vetus Poëta Lucius Lauinius Terentij ęmulus. [Menander fecit] Narratio. [In Andriã ex.] Andriam ſubaudi Latinam, nam ante Gręcam nominauit. [Atque in eo diſputant.] Status controuerſię. [Faciunt nę.] Rẹfutatio, quam firmat exemplis. [Dehinc vt quieſcant.] Comminatio. [Maledicere.] Prouerbiale. [Fauete.] Poſtulatio attentionis ab augenda induſtria Poëtę.

**PETRVS MARS.**

Poëta cum primum &c.] Calliopius beneuolentiam & nominis claritatem Terentij, verbis venatur ſuis, illum

Poëtæ nomine honeſtans, quod aduerſarij negabant, & aduerſarium publicas oblectationes maligno animo ac liuido impedientem, in odium populi adducit. Et vtitur ſtatu abſoluto. Fatetur enim id feciſſe Terentium, quod aliorſum Poëtis conceditur. Et aduerſarium ignorantię accuſans, à iuſto, honeſto, & vtili efflagitat, vt Comœdia æquo animo ſpectetur, cæteris Comœdiis de integro edendis facturæ præiudicium.

*Negotium.* ¶Negotium pro labore ponitur. Cice. in Oratione pro Roſcio. Cum pater iſtius nullo negotio ſit occiſus.

*Maleuolentia.* ¶Maleuolẽtia eſt voluptas ex malo alterius, ſine emolumẽto ſuo.

*Prologus.* ¶Prologus debet continere argumentum, & capita rerum, quæ poſtea per argumentationẽ explicãdę ſunt, vt in Plautinis Comœdiis intueri licet. Ideo Terent. abutitur Prologo, quoniam non explicat argumentũ, quo docilitas cõparatur & attentio, ſed reſpondet maleuolis, quibus facit inuidiam.

*Maledictio* ¶Maledictio, inquit Cicero in Oratione pro Cælio, nihil habet propoſiti præter contumeliam: quæ ſi petulãtius tractatur, cõuitium: ſi facetius, vrbanitas nominatur.

*Perinthus.* ¶Perinthus dicitur Heraclea, inſula Propontidis, à qua Perinthiam fabulam appellauit Menãder, vt ab Andro Andriam.

*Argumentum.* ¶Nõ ita diſſimili ſunt argumẽto &c.} Fabius lib. 5. ſic ait: Argumentum quoque plura ſignificat: nam & fabulę ad actũ ſcenarum compoſitæ argumenta dicuntur. Et Cic. ad Brutũ ait, Quod argumentũ ſimile non erat. Quo apparet, inquit Fabius, omnem adſcribendum deſtinatã materiam ita appellari. Vulgóq; paulo numeroſius opus, argumentoſum dicitur. Cicero in Oratione de Aruſpicum reſponſis ait: Argumentũ ſententiámq; audite.

*Styli dicendi duo. Satur. lib. 5. cap. 1.* ¶Ac ſtylo &c.} Id eſt, qualitate. nam modi orationis duo ſunt, vt rectè ſentit Macrobius, diſpari moralitati diuerſi. Vnus eſt maturus & grauis, qui conuenit Comœdiis ſtatariis .i. quietioribus. Alter ardẽs & erectus, qui motoriis .i. turbulentis conuenit. Cice. in lib. Oratoriis. quod Fabius in x. repetiit, optimum eſſe effectorẽ ac magiſtrum dicendi ſtylum dixit. Stylus inſtrumentũ eſt, quo in pugillaribus olim aliquid adnotabatur. Quapropter ſtylus pro ipſa ſcriptione ponitur. Et eſt propriè ſtylus, loquẽdi modus atque ſcribendi, quem variant ſententiæ, colores atque materia. ¶Oratione &c.} Oratio eſt generale vocabulum, cuius duæ ſpecies: metrica & ſoluta.

*Porrò.* ¶Porrò moneo &c.} Porrò ſignificat olim, certè, valde. Hîc ponitur pro olim: id eſt, deinceps, & in futurum.

**RIVII Caſtigatio.**

CVM prodiiſſet anno ab hinc ferè ſeptimo Terẽtius, doctiſſimi viri Philippi Melanchthonis opera diligẽtiáq; reſtitutus, vnà cum argumentis eiuſdem & adnotatiunculis: non me hercle dici poteſt, quantum hoc nomine ſtatim gratulandum ſtudioſis omnibus exiſtimarim: idq; iure adeò ac meritò. Videbam enim fore breui, vt optimus latinitatis author, qui innumeris antè mẽdis ſcatebat, nunc paulo caſtigatior maiori cum voluptate, atq; adeò maiore cum fructu, quàm antea, à ludimagiſtris pueritiæ prælegeretur. Quæ adeò non fefellit coniectura, vt diſtractis magno bibliopolarum cõmodo exẽplaribus, rurſus excudi cœptus ſit. Vuitembergæ: Mox à Ioan. Secerio Haganoæ: Poſt etiã Norimbergæ: Præterea apud Coloniam Agrippinam, ab Euchario primùm Ceruicorno: iterũ à Ioã. Sotere: Tertiò deniq; à Ioan. Gymnico viro optimo, & mihi vetere neceſſitudine coniunctiſſimo. Ad hæc Moguntiæ aliquoties & Argentorati: vt de cæteris taceam. Interim cum ipſe quoque eũ authorem ſtudioſis quibuſdam enarrandum ſuſcepiſſem, ſenſi tandem, id quod erat, Melanchthonẽ grauioribus rebus occupatum, vtq; ipſe pro ſua modeſtia ingenuè fatetur, veteribus exemplis haud ſatis inſtructum, non ab omnibus omnino mẽdis (abſit inuidia dicto) Comici noſtri fabulas vindicare potuiſſe. Et iam per totam propè Germaniã nulla facilè præter Philippi exemplaria probabantur, aut manibus ſtudioſæ iuuentutis terebantur. Id eximia viri authoritas effecerit, an ipſa res atq; vtilitas extorſerit, nihil habeo dicere. Quæ nos quidem res primũ mouit, vt perquiſitis antiquis exemplaribus & manu ſcriptis & impreſſis, locos plurimos deprauatos, quos ille inemendatos reliquerat, corrigere conaremur. Quid noſtra diligẽtia conſequuti ſimus, aliorum eſto iudiciũ. Hoc certè iure adfirmare poſſe videor, ex impreſſis nullum vſpiã extare hodie exemplar, quo in exẽplari plures loci correcti ſint, quàm in eo, quod nos aliquãdo in publicum daturi ſumus. Id ita eſſe cũ res, vt puto, teſtabitur, tum editio olim noſtra, ſi cum aliis conferatur. Etenim vi ſumma iampridem atque omni ope, & plus demum quàm pro virili parte, vti omniũ ante nos recognitionẽ vinceremus, adnitendũ mihi exiſtimaui. Interim locos plurimos à nobis, quanta licuit, cum fide & religione, tum diligẽtia, ſtudio, labore caſtigatos, priſtinóq;, vt opinor, nitori integritatíq; redditos publicauimus, & quidẽ nullo maiore verborum apparatu: quãdo quidẽ, vt ille canit: Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

*Manilius lib. 3. cap. 1*

Quod ſi laude merita, qui vnũ alterúmve in authore quopiam illuſtrant aut reſtituunt locum, non fraudantur, cur non ipſe quoque ſperẽ nonnullam me à ſtudioſis gratiã initurum? qui tot in Terentio locos, fortaſſe non ineptè prorſus, diligẽter quidẽ, & magna cura certè, ab omnibus mẽdis vitiiſq; repurgarim. Tametſi haud ſanè diſſimulauero, hærere ipſum me pleríſq; in locis, & quædã, de quibus parum adhuc liqueat, ampliare, & quid in his potiſſimùm ſequar, haudd ũ exploratum ſatis habere, in tanta præſertim exẽplariũ antiquorum cũ diſſentione & diſcrepantia, tum monſtroſa alicubi etiam deprauatione: vt ſuis locis oſtẽdemus. Quod cur tandẽ me fateri ingenuè pudeat? Par eſt autem, quod publicę à nobis ſtudioſorũ vtilitati datur, id quale etiã cunque boni conſulere. Præſtet alius quiuis, quantum nos nec dubitẽ omni aſſeueratione cõfirmare, parum adeò fore, quod in Terentio quis deſiderare habeat. Variam interdũ ex veterũ authorum citationibus, & antiquorum inter ſe codicum repugnantia, lectionẽ indicaui: ita demum, quid mihi videatur, coniecturis ſubditis oſtendens, liberum vt tamen lectori iudicium ſemper relinquã.

*Donati cõmendatio.*

Qua in re mihi nihil fuit potius, quàm vt Donati, vbicunque liceret, fidem ſequerer, interpretis vndecũque doctiſſimi: ab eóq; ne tranſuerſum quidem, vt aiunt, digitum diſcederem: ſed citra ſuperſtitionem tamẽ, & cũ iudicio ſemper Cæterum cum pleroſque fore ſuſpicemur, qui, quòd carminis rationem ignorent, vix aptè ſatis his de rebus iudicare queant: viſum eſt ſubiicere nonnulla hîc, quæ velut ianuã patefaciant, & viã, vt dicitur, præmuniãt imperitioribus: quò certius de recognitione noſtra iudiciũ facere, & ſententiã ferre poſſint.

*Metra quibus Comici vtuntur.*

Igitur Comici Plautus & Terentius metro ferè vtuntur vel Iãbico, vel Trochaito, vel vtroque ſimul cõfuſo. Iambicum vel Monometrũ eſt, quod duobus pedibus ſimplicibus conſtat: vel Dimetrum, quod quatuor: vel Trimetrũ, quod ſex, qui & ſenarij dicũtur M. Tullio & Fab. Quintiliano: vel Tetrametrum, quod octo: qui & Quadrati appellantur, & Octonarij. Ex hiſce Trimetro Comici & Tetrametro maximè vtuntur: aliis rarò, & in medio ferè

ſicuti

(ſicuti Priſcianus adnotauit) diſtinctionis cauſa. Quod ad pedes attinet Iambici, magna libertate Comici indifferenter vbiuis ponũt, iambum, tribrachyn, anapæſtum, dactylum, ſpondeum: In fine plerumque, aut iambum, aut pyrrichium, nunquam niſi in Scazonte ſpondeum. Vtitur Terẽtius ſæpe in iambico pede quatuor ſyllabarum breuiũ proceleuſmatico, idq; per reſolutionem ſpondei: vt in Andria.

*Iambici carminis pedes.*

*Proceleuſmaticus.*

Mala mens, malus animus, quem quidem ego ſi ſenſero:
Hic ſecundo loco eſt proceleuſmaticus. In eadem:
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum:
Hic prima regione idem pes. Eſt autem duplex iambici genus: alterum rectum perfectúmq; vocatur, alterũ σκάζον καὶ χωλίαμβον: cuius penultimam in fine longam eſſe oportet. Vtriuſque meminit Ouidius, cum canit:

*Iambici duplex genus.*

*Lib. I. de re med. ſub finem.*

Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur Iambus,
Seu celer, extremum ſeu trahat ille pedem.

Vtitur identidem Poëta Iambico Tetrametro Catalectico. id eſt cui ſyllaba in fine deſit: quo in Catalectico, ſibi inter alia hoc quoq; permittit, vt pro penultima longa, haud rarò duas breues ponat, quod facilè, qui verſus in ſuos pedes digerere volet, ſic habere comperiet. In Trochaicis Comici indiſcretè interdum dactylos, vel ſpondeos, vel trochæos ponunt, nimirum quo penè diſſoluta & pedeſtri ſimilima eſſe videatur perſonarum ſermocinatio: cuius ipſe Priſcianus meminit, apud quem Victorinus non minus liberè, quàm verè ait Comicos, dum quotidianum ſermonem imitari nituntur, metra vitiare ſtudio, non imperitia: quod & Terẽtianus teſtatur hiſce verſibus,

*Trochaici pedes.*

Fidémq; fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inſcitia.

Tanta autem affinitas eſt in Trochaicos & Iambicos Tetrametros, vix vt diſcernere interdum poſſis: vnde nimirũ fit aliquoties, vt quos fortè aliquis Iãbicos eſſe crediderit, iidem Trochaici verius cenſeri queant. Cuius rei cum alia multa exempla ſunt, tum cõmodiſſimum fuerit ex Andria Scena prima actus quinti: vbi duos primos verſus, vel per Iambos aliquis, vel per Trochæos metiri poſſit, niſi quòd in ſequentes verſus per Trochæos eſſe metiendos indicant. Inde error eorum, qui Iambicos Quadratos eſſe adnotarant, cum quiuis non rudiſſimus planè harum rerum, Trochaicos eſſe videat. Hîc illud obiter, quãuis leue, admonendum puto: Mirè interdum Poëta de induſtria ſententiam genere ipſo metri iuuare videtur, velut ibi:

*Trochaicorum & Iãbicorum affinitas.*

*Poëta interdum ſententiam genere metri iuuat.*

Dij boni, boni quid porto? ſed vbi inueniam Pamphilum?
Vt metum in quo nunc eſt adimam, atque expleam animũ gaudio &c. Vbi Trochaici carminis curſu & volubilitate feſtinationem repræſentat ſeruuli inſolenter exultantis, & alacritate nimia geſtientis. Quo circa paſſim Trochæos, tribrachos, anapæſtos admiſcuit: pedes ſcilicet, quibus celeritas plerumque à cæteris item poëtis exprimi ſolet. Similiter in Eunucho ſubitum egreſſum puellæ perturbatæ celeritate ipſa pedum expreſſit. vbi Phædria:
Sed quid hoc eſt, inquit, quòd timida ſubitò egreditur Pythias? Hoc dedita opera Poëtam ita feciſſe, vel illud indicio fuerit, quòd cum cæteri huius ſcenæ verſus iãbici ſint, vnus hic trimeter trochaicus eſſe videatur. Et alioqui ſolet interdum Poëta mutare metri genus, cum ventum eſt ad παρασκευὴν ſcenæ ſequentis. velut in And. act. I. Scena. IIII & rurſus act. III. Sce. IIII. Iterum Act. IIII. Sce. I. In Hecyra act. III. Sce. III. Præterea in Phorm. act. II. Sce. II. Sic alias ſæpe. Tale illud quoq; ex Adelphis: Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem & proſternerem.
Cui eſt aliquod aurium iudiciũ, is facilè ſentiet, cur ſit Poëta trochaico vſus hoc loco: nimirum vt ſenſum quodam velut curſu pedum citorum iuuaret: quod & principem poëtarum Virgilium ſepe factitaſſe conſtat. Nam vt tarditatẽ rei difficultatémq; exprimere cum vult, crebris ſpondeis: ita cum celeritatem & velut impetum & feſtinationem, dactylis frequentibus vtitur. Prioris exemplum illud eſt ex tertio Aeneidos.

Annixi torquent ſpumas & cærula verrunt.

Poſterioris illud ex quarto:
Idem omnes ſimul ardor habet, rapiúntq; ruúntq;.
Littora deſeruere, &c.

Sed nimis multa, de re preſertim leui. Obſeruabit hęc aliáq; id genus per ſe ipſe lector ſtudioſus. Illud non ignorandum, Comicos, s, literam cõſonantem haud ſecus elidere ſolitos, ac ſi vocalis eſſet, idq; frequẽtiſſimè: quod & Ennium in Heroicis, & vetuſtiſſimos quoſque facere conſueuiſſe, vt & Virgilium interim, docti adnotarunt. velut In Andria.

*S, frequenter eliditur.*

Herus me relictis rebus iuſſit Pamphilum:
Hîc prima regione anapæſtus eſt, s eliſo.

In Eunucho:

Iugularas hominem quid ille? TH. Mutus ilicò.
Hîc in verbo iugularas, s, eliditur: vt ſit ſecundo loco anapæſtus, tertio iambus. Niſi quis dicere auſit pronomen ille, velut ablato altero l, corripi, more imitationéque Græcorũ, quod (vt ego ſentio) paulò fuerit coactius. Quamuis apud hoſce fateor alteram nonnunquam de geminatis conſonantibus in verſu tolli κατ' παρέλλειψιν, quo ſyllaba poſitu longa corripi queat. Et ſolent Latini in multis (vt diligenter adnotauit Priſcianus) initium aliquod accipiẽtes à Græcis, ab anguſto in effuſum licentiæ ſpatiũ hoc dilatare. Sed hoc ſuæ cuiuſque coniecturæ relinquo. Illud quidẽ non eſt vt inficiari queam, videri interdum l, elidi apud Comicũ noſtrum, quoties adeſt pronomen ille. vt in Eunucho:

*Parellipſis.*

*L, interdũ eliditur.*

Manendum eſt ſoli ſine illa, quid tum poſtea?

In Heauton.

Nec tibi ille eſt credere auſus, quæ eſt æquom patri. *Ille.*

In Adelphis.

Quid is fecit? DE. quid ille fecerit? quem neque pudet.

In Hecyra.

Non tibi illud factum minus placet quàm mihi Lache.

In Phormione:

Ille qui illam amabat fidicinam, tantummodo &c. *Ile, pro Ille*

Sunt id genus ſexcenta apud Terẽtium. Fuiſſe autem cum non geminaretur l, in hoc pronomine, videor ex Sex. Pompei deprehendiſſe libro I. παρελλείψει contraria figura eſt διπλασιασμός, qua ipſa frequenter Poëta vtitur ad producendam ſyllabam alioqui breuem. vt in Adelphis relliquũ pro reliquum, & alibi rettuli, repperi, atque id genus alia. Sed pergamus.

*Diplaſiaſmus.*

V, quoque conſonantem Comici perinde ac vocalem in media dictione elidunt, quod apud Terentium in dictionibus inuidia, & enimuero, fieri videmus, apud quem ipſum cuius, huius, eius, ſimiléſq; particulæ monoſyllabæ ferè ſunt: quod ita demum frequens eſt, vt non putẽ de eo ſubiicienda exempla. Illud prætereà ſæpenumero vſu venit, vt prima verſus ſequentis, qui à vocali incipiat, ab vltima ſuperioris abſorbeatur: velut in illo,

*V, cõſonãs in media dictione eliditur.*

*Ex Græcis bonis latinas fecit non bonas,*

*Vbi ex, abſorbetur ab aduerbio malè, quo verſus præcedẽs clauditur. Et in Prologo Hecyræ,*

*Ego interea meum non potui tutari locum.*

*Prior ſyllaba in pronomine ego pertinet adverſũ ſuperiorẽ. Contrà apud Virgilium, vltima præcedentis initio quandoque inſequentis abſorbetur: quale eſt:*

*Ecce furens animis aderat Tyrinthius, omnémq;*
*Acceſſum luſtrans.*

*Hypermetri verſus.* *Cuiuſmodi verſus* ὑπέρμετροι *dicuntur, ſicuti præter alios Diomedes oſtendit. Qualis ille etiã, apud Terent. in Andr.*

*Tuus pater modò me prehendit, ait tibi vxorem dare ſeſe*
*Hodie. item alia multa &c.*

*Sic enim ex obſeruatione ãtiquorũ codicũ legimus, nec ſecus Donatus, vt quidẽ & Romana habet, & Veneta editio, cõſentientibus & aliis quibuſdam. Hîc igitur illud ſe in fine prioris, abſorberi neceſſe eſt initio ſequentis, quod & aliàs fit apud eundem. Sunt autem verſus Trochaici, & qui volet metiri, ſic planè habere cõperiet. Talis eſt ille ex Hecyra,*

*Diſiunxit illum ab illa, poſtquam & ipſe ſeſe,*
*Et illam, & hanc quæ domi erat cognouit ſatis.*

*Tales etiam apud Plautum ſæpe occurrunt, velut in Aulularia,*

*Cenſen' talẽtum magnũ exorari poteſſe Ab iſtoc ſene &c.*

*Quid autem mirum, ſi in Trochaicis, Iambicíſq; reperias* ὑπερμέτρους, *cum in Sapphicis etiã inuenias apud Horatiũ?*

*Diæreſis.* *Vtuntur Comici & diæreſi identidem, quomodo in Adelphis iam ſemel atque iterum diſyllabum legitur, vt& apud Plautum nonnunquam. Ita apud Catullũ, ſoluit. apud Horatium, ſyluæ: apud Statium, Suaſit. Et cõtraria huic figura Synæreſi, quæ &* ἐπισυναλοιφὴ, *dicitur, qua duas in*
*Synæreſis.* *vnam ſyllabam contrahunt: vt, ſeruibas, pro, ſeruiebas, ſcibas, pro, ſciebas, ſicuti apud Virgil. Ferreíq; Eumenidum thalami, & ſæpe aliàs.*

*Synalœpha* *Frequens etiam eſt apud Terentium in verſuum menſione* συναλοιφὴ, *quæ fit cum in diuerſis dictionibus, vocalium*
*Ecthlipſis.* *interſe coëuntiũ altera velut obliteratur, &* ἔκθλιψις, *quo-*
*M, nõ ſemper eliditur* *ties m, cum vocali præcedente excluditur. Quanquam nõ ſemper idem elidi ſolitum apud veteres teſtatur Priſcia. lib. I. velut apud Terentium in Eunucho act. III. Scena. III.*

*Vna ire cum amica imperatorem in via.*

*Eſt enim ſecundo loco tribrachys.*

*Quòd ſi, m, elidatur, erit ibidem*

*Pyrrhichius, cui nullus in Iambico locus. Sic alibi:*

*Primum iſtam quam habes, vnde habes veſtem? taces.*

*Eodem modo apud Iuuenalem:*

*—Cum propter plurima, tum his*
*Præcipuè cauſis,* Satyra IX.

*De figuris cæteris nihil hîc dicendum puto. Sed vt aliquod velut ſpecimen harum rerũ præbeamus, è prologo Andriæ, & ex Scena prima eiuſdem quædam carptim ſumamus, quibus hæc vel comprobemus, vel planiora faciamus.* ¶*Nã*
*Prologus, prima lõga* *in prologis ſcribundis operam abutitur.} Hîc cur primam Comicus in prologis produxerit, multas adferri poſſe rationes ſcio. Nos id factum putamus more Latinorũ, apud quos præpoſitio pro, longa ferè eſt: qua ratione Martialis quoque primam in propino produxit, cum ſit alioqui breuis. nam Græcis* προπίνω *eſt. Fecit idem Terentius in Eunucho: Con-*
*Pro, more Græcorum* *trà, ſunt apud nos, in quibus eadem præpoſitio more Græcorum corripiatur: vt profundo, procuro, prophanus, profectus, atque id genus alia. Quanuis enim hæc adſitment nõnunquã quidam, quòd vel cum prope, vel cum procul aduerbiis corripitur, componantur, ob id corripi: tamen magis veterum placet ſententia, qui ad imitationem Græcorum, apud quos præpoſitio* πρὸ *corripitur, noſtros quoque in quorundam compoſitione hoc feciſſe dicunt: vt teſtatur lib. 14. Priſcia. Erit hîc igitur primo loco ſpondeus: niſi quis cenſeat non elidendum eſſe, m, in prima dictione verſus. Sed alterum magis placet, cum preſertim aliàs quoq; producat, velut in Heau.*

*Oratorem voluit eſſe me non prologum. Et in hec. Orator ad vos venio ornatu prologi.* ¶*Vt pernoſcatis, & quid ſpei ſit reliquum.} Aut in pernoſcatis eliditur s, aut ſpei per ſynereſim in vnam coaleſcit ſyllabam. Reliquũ in prima pro-* *Relliquum*
*ducitur. addendum eſt enim* κατ' ἐπένθεσιν *alterum l. quod & aliàs apud Terẽtium inuenias, vt in Scena prima Phormionis: quomodo & religio & reliquiæ metri cauſa apud Virgilium producuntur.*

## *EIVSDEM ANNOTATIO-* NES POSTE.

POETA *cum primum animum ad ſcribendum appulit.} Hic prologus poëtæ ſpectatorum beneuolentiã cõciliat, aduerſariúmq; in inuidiam adducit, & cauſam ſtatim initio, quamobrem in prologis ſcribundis operam poëta abutatur, non narrando, quod alioqui factum oportuit, fabulæ argumentum, reddit. Laceſſitũ enim ſe, prouocatúmq; cogi ait ad reſpondendum conuitiis, maledictíſq; aduerſarii, qui id vnum, quòd confunderet, contaminarétq; Terentius fabulas, vitio dabat. Vtitur hîc ſtatu abſoluto: & authoritate, exemplóq; veterum doctiſſimorũ poëtarum Næuii, Plauti, Ennii, qui idem quod ipſe fecit, factitarunt, ſe purgat, atque defendit. Poſtremò, vt faueant, Comœdiámq; hanc equo animo ſpectent, petit.* ¶*Deſinãt Maledicere, maleſacta ne noſcant ſua.} Qui bene audire vult, bene dicat oportet: ſiquidem qui quæ vult, dicit: is viciſſim, quæ non vult, audiet. Noli igitur alios conuitiis inceſſere, ni idem ab illis voles expectare, iuxta illud: Ab alio expectes, alteri quod feceris. Qui enim primus iniuriam facit, is talionem equo animo ferat, neceſſe eſt. Ita in prologo Phormionis: Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene: Quod ab ipſo allatum eſt ſibi relatum putet.*

*ANIMVM adſcribendum appulit.} Appellere* DOLETI *Appellere*
*propriè dicitur, qui ex pelago, aut freto ad littus accedit: verbum igitur nauticum eſt. Sed ſæpe extra propriam ſignificationem egreditur, vt hîc videre eſt. Vſum verò iſtiuſmodi habet, vt vel ſolùm loci accuſatiuum habeat: vel trãſitiuè, quod Grammatici dicunt, ponatur. Vnde hæc eſt Terentii locutio, pro animum conferre, vel operam dare, vel ſe conferre ad. Dicimus ergo animum appellere ad aliquid. Pro qua locutione vſitatè etiam dicunt Latini mentem appellere. Cicero de Orat.* II. *Tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti.*

¶*Id ſibi negotii credidit ſolùm dari.} Negotium dare idem* *Negotium dare.*
*eſt quod negotium deferre, mandare imponere: aut negotio aliquem præficere, vel præponere. Quæ locutiones ſua exempla ex Cicerone habent in primo Tomo noſtrorum Commentariorum linguæ Latinæ, in dictione Negotium.*

¶*Quas feciſſet fabulas.} Facere fabulas, vel Comœdias, nihil aliud ſignificat, quàm fabulas componere, vel conſcribere. Quas locutiones & in hoc, & in reliquis*

claſsicis linguę Latinę authoribus paſsim quidem reperias. Eſt autem in penultimo huius prologi verſu. Poſthac quas faciet de integro comœdias. ¶ Aliter euenire.} *Euenire.* Euenire eſt obtingere, cadere, vel euadere, vel accidere. Et præcipuã tũ elegantiam habet, cũ aduerbia admittit, vel in bonã, vel in malam partẽ ſonantia. In bonam autẽ partẽ ſunt iſtiuſmodi, euenire aliquid bene, feliciter, proſperè, fauſtè, melius, ex voto, ex animi ſententia. In malã verò partẽ ſonantia ſunt, euenire aliquid aliter, ſecus, contrà ac ſperabamus, præter opinionem, incommodè. ¶ Operã abutitur.} *Abutor.* Vtimur, inquit Donatus, cum honore: abutimur cũ iniuria. Vel: vtimur iis rebus, quæ nobis vtentibus permanent. Abutimur iis, quæ nobis vtentibus pereunt. Tu aliter hoc verbum diſtinguito. Nimirum vt pro vti ponatur: vel in ſua ſignificatione maneat. Cũ tamẽ pro vti ponitur, ſignificat vel magnopere vti: vel alieno tempore vti, & perperã: vel alior ſum, quàm natura comparatũ ſit, etiam ſi non perperam. Apud antiquos accuſatiuũ habuit, vt apud Comicos Poëtas: vix tamen Latinæ puritatis, & ſplendidioris ſermonis amans, modò cum accuſatiuo iũxerit, ſed potius cũ ablatiuo: vt, abuti ſtudiis, libertate, facilitate alicuius, cõſuetudine, & aliis multis rebus. Cicero Famil. XII. Immoderatè quidẽ, & ingratè noſtra facilitate abutuntur. Idẽ pro Mil. Quãquam in hac cauſa, Iudices, T. Annij Tribunatu, rebus omnibus pro ſalute Reipublicæ geſtis, ad huius criminis defenſionẽ non abutemur, niſi oculis videritis inſidias Miloni à Clodio factas. Hîc abuti, vel alieno tẽpore vti ſignificat, vel magnopere vti. Ac ſi diceret, non magnopere huius cauſæ fiduciã in rebus geſtis Milonis ponã. Parũ hoc valeat in hac cauſa, niſi innocentia etiam tutus ſit. ¶ Quã rem vitio dent.} *Vitio dare.* Vitio dare, idem eſt quod reprehendere, accuſare, inſimulare, increpare: cui cõtrarium eſt laudi dare. Cicero Offi. I. Non modò laudi, verumetiam vitio dandũ puto. Pro vitio dare dicunt etiã eleganter Latini vitio vertere, *Vitio vertere.* in vitio ponere, vel crimini dare. Cicero Famil. VII. Ne ſibi vitio verterẽt, quòd abeſſet à patria. Idẽ in Verr. Act. VII. Quòd ſciret ſibi crimini datũ iri, pecuniam accepiſſe, neque de vero archipirata ſupplicitũ ſumpſiſſe. ¶ Animũ aduertite.} *Animum aduertere.* Animũ aduertere eſt attẽdere, animaduertere, notare, diligenter percipere: vel attento animo, ſummáq; cũ benignitate audire. Dolabella Cice. Famil. IX. In quam rem quid aut ille ſperare poſsit, aut tu, animũ aduerte pro tua prudentia. ¶ Pro ſuis vſum.} Id eſt, tanquã ſuis, & nõ alienis, vel non aliunde ſumptis. Quàm verò varias ſignificationes, & vſum habeat hæc particula, pro, diſcito ex Secundo Tomo noſtrorum Cõmentariorũ linguæ Latinæ. ¶ Id iſti vituperant factum.} Scilicet vitio vertunt, culpant, reprehendunt. *Vituperare* Eſt autem vituperare idẽ quod crimini, vel culpæ dare: vel de dignitate, & authoritate alicuius detrahere, vel deformare. Cicero Famil. XII. Dolabella valde vituperatur ab hominibus non inſulſis, quòd tibi tam citò ſucceſſerit. ¶ Contaminari non decere fabulas.} *Contaminare.* Id eſt, non licere mutuari ex aliis, quæ in rem noſtrã faciãt: vel ex multis vnam non decere facere. Propriè verò contaminare eſt manibus luto plenis aliquid attingere, & polluere. ¶ Qui cum hunc accuſant.} *Accuſare.* Accuſare non ſemper eſt reum facere, aut in iudicium capitis accerſere: ſed etiam eſt extra iudicium, & forum oſtendere aliquem peccaſſe. Cum pro iudicio perſequi, & litem intendere accipitur, dicimus accuſare criminis alicuius: accuſare crimine aliquo: & accuſare de re aliqua. Cum verò vitium, culpam, crimen, tarditatem, inertiam alicuius accuſare dicimus, ſignificamur eũ de ea re vituperare, ſiue reprehendere. Cicero in Famil. Bis ad te ſcripſi me purgans diligẽter, te accuſans leuiter in eo, quòd de me tã citò credidiſſes. ¶ Quos authores habet.} Id eſt, quos imitatur, vel quorum exemplũ ſequitur in transferendis alienis, vel in vſurpando aliena pro ſuis. *Author.* Authoris verò eæ ſignificationes ſunt, vt modò pro ſuaſore, impulſore, hortatore, monitore, conſiliarióq; ponatur. In qua ſignificatione vel abſolutè, vel cũ genitiuo, vel cũ datiuo in orationem venit. Interdũ ponitur pro machinatore, architecto, inuentore, duce, adiutore, principe, effectore: & tunc vſu eodem eſt, quo ſuperior ſignificatio. Interdum pro præceptore, vel ſcriptore eſt. Interdum pro eo, cuius authoritatẽ, & fidem ſequimur. Et in ea ſignificatione hîc à Terentio ſumitur. ¶ Fauete, adeſte æquo animo.} Fauete linguis, ſupple: id eſt, audite ſine admurmuratione, aut acclamatione. Et adeſte æquo animo: ſcilicet, beneuolos vos erga poëtam præbete. *Fauere linguis.* Fauere autẽ linguis pro tacere, antiqua eſt locutio. Pro qua etiam dicunt Latini fauere faucibus, vel ore. Cicero de Diuinat. I. Rebus diuinis, quę publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabatur: inq; feriis imperandis, vt litibus, & iurgiis abſtinerent. Idẽ de Diuinat. II. Qui quidẽ ſilentio noctis, vt ait Ennius, fauent faucibus: ruſum cantu, plauſúq; premunt alas. *Fauere faucibus, vel ore.* De Gallis loquitur. Vergil. Aenei. 5. Ore fauete omnes. Vbi Seruius: Fauet ore quis per taciturnitatem. ¶ Quas faciet de integro Comœdias.} *De integro.* De integro genus eſt loquendi, quo vtimur interdum, cum nobis nõ ſatis ex animo in re aliqua ſatisfacimus: ſcilicet cum, velut res adhuc nobis eſſet integra, & non cœpta, in eam ſtudioſius incumbimus, vt vel nobis, vel aliis abundè ſatisfactum ſit. Quod tamen loquendi genus ſimpliciter aliquãdo pro iterũ ponitur: & tam in malam, quàm in bonam partem capi poteſt. Poſſumus enim aliquẽ à nobis vexatũ, de integro vexare: vt à nobis ſuſtentatũ de integro ſuſtentare. Cice. ad Atti. XIII. De Attica nunc demum mihi eſt exploratum. Itaque ei de integro gratulare. Idẽ pro Cluent. Habetur de integro quæſtio: nulla vis tormentorum prætermittitur. ¶ An exigendæ ſint.} *Stat comœdia.* Agi dicitur fabula, cum recitatur: ſtat, cũ placet: exigitur, cum diſplicet, parũmq; populo audienti grata eſt. *Exigitur comœdia.* Itaque exigendæ: id eſt, explodendæ. Vt in prologo Hecyræ: Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.

### HENRICHI LORITI GLAREANI, Patritij Claronenſis apud Heluetios, in P. Terentij carmina per omnes eius Comœdias Iudiciũ.

QVoniam hoc in libello rudibus prodeſſe volumus, rudia quædam admonere placet: verùm id non perpetuò, ſed ſemel atque iterum. Sunt enim quidam quibus non ſatis eſt, ſemel tãtùm admonuiſſe. Lector id boni cõſulat, etiam atque etiam oro. ¶ Id ſibi negotij credidit ſolum dari.} Negotium ſecundã ſyllabam producit. Horatius libro 2. ſermonum: Cum tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus. Ideóq; duo ij in vnam ſyllabam hoc loco contrahuntur per Synæreſin, niſi Bacchium tertio loco conſtituamus. ¶ Nam in prologis ſcribundis operam abutitur.} Aut non eliditur m, in Nam, aut prωlogis dixit, vt Græci pωlypus, & nos opilio. Hæc præceptor noſter D. Eraſmus. At Ioan. *Prologus, prima producta.* Riuius Atthendorienſis, qui in hunc authorem & diligenter & oppidò eleganter ſcripſit, existimat hoc factum Latinorum more, apud quos præpoſitio pro, longa ferè eſt. Niſi

quis,inquit,cenſeat non elidendum eſſe,m,in prima dictione verſus. Sed alterum magis placet, cum præſertim alias quoque producat, velut in Heauton. Oratorem voluit eſſe me,non prologum.Et in Hecy. Orator ad vos venio ornatu prologi.Hæc ille.Verùm cum in Phormionis prologo primã ſyllabam de prologo corripiat, Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus.Videtur hîc etiã prulogus legi poſſe adiectione u ad o, vt Græci πουλυδάμας καὶ κούρη pro πολυδάμας & κόρη,quoties eam ſyllabã longã habere volumus,alioqui manere illam breuem. Riuij tamen opinio placet.¶ Non ita diſsimili ſunt argumento.§ Niſi elidas in argumento ſyllabam,non conſtat trimeter:aut niſi legas,diſsimili argumẽto ſunt.Ita Eraſmus. Poteſt etiã legi,vt puto, cõmœdius,Nõ ita ſunt diſsimili argumento,ſed tamẽ. ¶ Id iſti vituperant factum.§ Eliditur,s,in iſti.D.Eraſmus.Quidam vituperant triſyllabon legunt,duabus primis breuibus, non eliſo,s.Sed meo iudicio d,potius elidendum eſt in id.quod huic authori valde familiare.Niſi Bacchius ſit primo loco.¶ Vt pernoſcatis,& quid ſpei ſit reliquum.§ Aut in pernoſcatis eliditur s,aut ſpei per Synæreſin in vnam coaleſcat ſyllabam.Reliquũ in prima producitur. addendũ eſt enim κατὰ ἐπένθεσιν alterum l.Hæc Riuius. Poſſet autem & carmẽ ita legi,Vt pernoſcatis & quid reliquũ ſit ſpei . & euitabimus tres has difficultates.Sanè longe maiores verſuum mutationes quotidie fieri videmus in hoc authore à criticis.

Prulogus, pro prologus.

D,interdũ eliditur.

Relliquũ.

DONA. VOS iſtæc intrò auferte.§ In hac ſcena hæc virtus eſt,vt argumenti narratione actio ſcenica videatur,vt ſine faſtidio longus ſermo ſit, ac ſenilis oratio.¶ Vos iſtæc.§ Hæc ſcena pro argumenti narratione proponitur,in qua fundamenta fabulæ iaciuntur:vt virtute poëtæ,ſine officio prologi,vel θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, & periocham comœdiæ populus teneat, & res agi magis quàm narrari videatur. ¶ Vos iſtæc intrò auferte:abite.§ Molliter retenturus, & experturus Soſiam,imperat vt remaneat. addit etiã cauſã aliis abeũdi,dicẽdo,Iſtæc intrò auferte,ne ſuſpicionẽ iniciat Soſiã cõmunicãdi ſecreti cauſa remanſiſſe. Et bene auferte, auferimus enim ea quę cũ faſtidio cernimus. Ferimus ea quæ cum honore tractamus. Deinde quaſi reſpiciẽtes increpat,dicẽdo,¶ Abite.§ Abite,cõcitatius legendum:eſt quia & reſpectantes properanter diſcernit à Soſia.Soſiæ perſona protatica eſt:non enim vſque ad finẽ perſeuerat:vt eſt Daui in Phormione, in Hecyra Philotidis & Syræ.¶ Adesdũ.§ Ades,imperatiuũ eſt.dũ παρέλκον: eſt enim productio, & adiectio ſyllabæ:vt Ehodum ad me. ¶ Paucis te volo.§ Deeſt colloqui,& verbis:& eſt figura eclipſis.¶ Dictum puta.§ Ad hoc reſpondet,vt agi res videatur,quẽadmodum ſuprà diximus.¶ Vt curentur rectè hæc.§ Diligenter coquantur. Curatio,propriè medicorum eſt:cura, reliquorum.ſed coquina,medicinę famulatrix eſt.¶ Hæc δεικτικῶς ¶ Nempe vt cũretur.§ Deeſt vis: vt ſit,nẽpe vis.¶ Imò aliud.§ Bene ἀντὶ τοῦ Imò, & deeſt volo.¶ Mea ars.§ Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta eſt per ſyncopã. ἀρετὴ autem,virtus eſt.Virtutis verò quatuor generales ſunt partes,Prudentia,Iuſtitia,Fortitudo, & Temperantia. ſed prudentia,in multis rebus deſcendit.¶ Efficere.§ Facere, eſt in opere eſſe:ſed efficere,perfectionem deſignat.¶ Nihil iſtac opus eſt arte.§ Mirè ait,arte opus non eſt,ſed opus eſt artibus.¶ Sed his quas ſemper in te intellexi ſitas.§ Ipſe hic ſignatiſsimè oſtẽdit,multas, variáſque arteis eſſe, id eſt ἀρετὰς quæ virtutes intelliguntur. ¶ Sed his.§ Zeugma à ſuperiore, quòd ſubauditur artibus.¶ Sitas.§ cõſtitutas,poſitas.¶ Fide & taciturnitate,§ Fides,eſt cõmendatorum fida executio,vel obſeruãtia.Taciturnitas verò obſeruãtię genus in ſilentio conſtituta,& in celando ſecreta. Quærit autem taciturnitatem,ne prodat Pamphilo ſecretum quod ei cõmendaturus eſt.Fidẽ, ad cõplenda:taciturnitatem ,ad celãda mãdata.¶ Expecto.§ Expecto,deſidero:vt Virgilius, Expectate venis.¶ Quid velis.§ Deeſt,ſcire.nã ſi dixiſſet,quod velis,nihil deſideraſſet.¶ Ego poſt quã.§ Commẽdatio pſonæ potius quàm ſerui: ne contra filiũ leui ſermo aliquid cõmitti indecorè videatur.¶ Te emi à paruulo.§ Tale eſt, Paruulum ego te Iugurtha,apud Salluſtiũ. ¶ A paruulo.§ Non enim a paruo,ſed à paruulo.¶ Scis.§ Hoc eſt à paruulo ſcis.¶ Sẽper.§ Cõtinuationem ſignificat ſemper. ¶ Iuſta & clemens.§ Ita dixit iuſta:vt alibi, Non neceſſe habeo omnia

Auſero. Fero.

Adeſdum. Parelcon.

Paucis te volo.

Curatio. Cura. Coquina. Famulatrix.

Ars vnde dicta.

Facere. Efficere.

Zeugma. Situs. Fides. Taciturnitas.

Expecto.

A paruulo

Semper.

Iuſtus.

## ACTVS I. SCENA I.



ARGVMENTVM ADR. BARL.

SImo narrat liberto primùm honeſtã filij vitam.Dein de amatoriam.Ad poſtremum etiam aperit quo cõſilio ſe daturum illi vxorem ſimulare ſtatuerit.

ARG. PAVL. MALL.

HÆC ſcena pro argumẽti narratione proponitur,& totius fabulæ iaciuntur fundamenta, ita vt virtute Poëtę ſine officio prologi, & materiã Comœdiæ populus teneat,& res agi magis quàm narrari videatur:Simo enim hîc argumentum narrat,quòd prologus in maledictis refellendis occupatus omiſerat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN præſenti narratione mores Pãphili narrantur,mors Chryſidis commemoratur:vultus,forma,& lamentatio ſororis oſtenditur,conſilium Simonis explicatur.

SIMO *ſenex*, SOSIA *ſeruus*.
*Trimetri.*

VOS *iſtæc intrò auferte: abite,*
*Soſia Ades dum: paucis te volo.*
SO.*dictum puta:*
*Nempe vt curentur rectè hæc.*
SI.*imò aliud.* SO.*quid eſt,*

*nia pro meo iure agere. Quid enim non iuſtum domino in ſeruum? ⸢Iuſta.⸣ In qua nihil iniquum iubetur:* Clemens. *clemens, in qua etiam de iuſto, multum remittitur. ⸢Apud me iuſta.⸣ Id eſt moderata, æqualis. cui contrarium ait Virgilius,* Iniquus. *Et iniquo pondere raſtri.* Iniuſtus. *Et, Iniuſto ſub faſce viam dum carpit. Nam qui Iuſtam, debitã, nunc dici putant, nihil afferunt ad iuuandam ſententiam. ⸢Iuſta & clemens fuerit* Seruitus. *Seruitus.⸣ Libertatem imputaturus, clementem intulit ſeruitutem. ⸢Seruitus.⸣ Mirè ſeruitutem pro dominatu poſuit. Sic Saluſtius, Dein ſeruili imperio P.C. ⸢Feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi.⸣ Dulcem libertatem fecit operatione & tractatione verborum, dicendo ex ſeruo libertum. non enim tantam haberet gratiam, ſi dixiſſet, feci libertus vt eſſes, quàm ſi dicat, feci è ſeruo vt eſſes libertus, ac ſi quis dicat. feci vt eſſes ſanus, non tantam haberet gratiam, quàm ſi dicat, feci vt ex ægro ſanus eſſes. Et Mihi emphaſim habet: quòd mihi libertus factus ſis, non filio. Aut ideo mihi additum eſt: quia libertus ad aliquem dicitur. Et bene mihi, ne pertimeſceret filium, cui nec liberti munus debeat. ⸢E ſeruo⸣ Mirè addit è ſeruo: vt vim beneficij exprimeret. ⸢Scis,* Aeneid. 12 *Feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi.⸣ Hinc Virgilius, Nympha decus fluuiorum animo gratiſſima noſtro, Scis, vt te cunctis vnam, quæcunque Latinæ Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile, Prætulerim cælíq; libens in parte locarim.* Liberaliter *⸢Liberaliter.⸣ Bene: quia omne bonum libero aptum eſt, malum ſeruo. Idem alibi, Factum à vobis duriter, immiſericorditérque, atque etiam ſi eſt*

Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
SI. Nihil iſtac opus eſt arte ad hãc rẽ quã paro,
Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide, & taciturnitate. SO. expecto, quid velis.
SI. Ego poſtquã te emi à paruulo, vt ſemper tibi
Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus,
Scis. feci, è ſeruo vt eſſes libertus mihi,
Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi.
SO. In memoria habeo. SI. haud muto factum.
SO. gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo, &
Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc moleſtũ eſt: nã iſtæc cõmemoratio,
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.
Quin tu vno verbo dic quid eſt, quod me velis.
SI. Ita faciã. hoc primùm in hac re prædicò tibi,
Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.
SO. Cur ſimulas igitur? SI. rem omnem à principio audies,
Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere* in hac re te velim.
Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis, Soſia,
Liberius viuendi fuit poteſtas. nam antea
Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere,
Dum ætas, metus, magiſter prohibebant?
SO. ita eſt.
SI. Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
Vt animũ ad aliquod ſtudiũ adiũgãt, aut equos
Alere, aut canes ad venãdũ, aut ad philoſophos,
Horum ille nihil egregiè, præter cætera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. SO. non iniuria: nam id arbitror
Apprimè in vita eſſe vtile, vt NE QVID NIMIS.
SI. Sic vita erat: facilè omneis perferre, ac pati,
Cum quibus erat, cúmque vnà his ſeſe dédere,
Eorum obſequi ſtudiis, aduerſus nemini,
Nunquam præponens ſe illis: ita, vt facillimè
Sine* inuidia laudem inuenias, & amicos pares.
SO. Sapienter vitã inſtituit. nanque hoc tẽpore,
OBSEQVIVM AMICOS, Veritas odium parit.
SI. Interea mulier quædam abhinc triennium

*pater, dicendum magis apertè, illiberaliter. Et bene admonuit, cur dederit beneficium, eadem & nũc officia quæſiturus. Nunc enim dicit artificioſe, quia ſuprà ait, Nihil iſtac opus eſt arte. ⸢Seruiebas.⸣ Bene imperfecto tempore, non perfecto, vſus eſt: vt oſtendat eum potuiſſe ſibi etiam, atque etiam ſeruire.* Tempus imperfectũ. *quale eſt illud Virgilij,* Aeneid. 6. *Atque omnes pelagíque minas, cælíque ferebat Inualidus. Vt oſtendat eum quãuis inualidus eſſet, tamen adhuc potuiſſe laborem exercitiúmque ferre. ⸢Summum pretium.⸣ Libertatem dicit. ⸢Perſolui tibi.⸣ Quia pretium dixerat, perſolui dixit propriè. ⸢Perſolui tibi.⸣ Modeſtè prætium redditum dixit, non beneficium erogatum. ⸢In memoria habeo.⸣ Hoc eſt non ſum ingratus.* In memoria habere. *⸢In memoria habeo.⸣ Plus dixit in memoria habeo: quàm ſi dixiſſet, ſcio. Nam* *Te in hac re. *quæ ſcimus, poſſumus obliuiſci: quæ verò memoriæ commendamus, nunquam amittimus. ⸢Haud muto factum.⸣ Vetuſtè, non me* Muto factũ *pœnitet. nam ſi quid pœniteret, infectum velle dicebãt.* Infectum velle. *Legitur muto: an ſecundum ius quod aduerſus libertos ingratos eſt, vt in ſeruitutem reuocentur? ſed hoc non conuenit ſenem dicere. Legitur &* Multo factum. *multo: hoc eſt damno, reprehẽdo, quod ſi eſt, ſic intelligetur, non nollem factum. Non enim poteſt factum, infectũ reddere. Sed admirabiliter dixit, vt dicimus, nollem factum, nollẽ huc exitũ. Ergo, haud muto factũ, nõ pœnitet me facti. ⸢Si tibi quid feci, aut facio.⸣ Et feciſſe ſe, & adhuc facere oſtẽdit, quãuis eũ manumiſiſſet. ⸢Gaudeo, ſi tibi quid feci, aut facio quod placet.⸣ Felicitatis eſt, vt ea quæ facta, & facienda*

Ex Andro commigrauit *huc viciniæ,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma atque ætate integra.
SO. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.
SI. Primùm hæc, pudicè vitã, parcè, ac duriter
Agebat, lana, ac tela victum quæritans.
Sed poſtquam amans acceſsit pretium pollicẽs,
Vnus, & itẽ alter (IT A vt ingeniũ eſt omniũ
Hominum, à labore procliue ad libidinem)
Accepit conditionem, dein quæſtum occipit.
Qui tum illam amabant, fortè, ita vt fit, filiũ
Perduxere illuc ſecum, vt vnà eſſet, meum.
Egomet continuò mecum, Certé captus eſt,
Habet. obſeruabam mane illorum ſeruulos
Venienteis, aut abeũteis. rogitabã, Heus puer,
Dic ſodes: quis heri Chryſidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. SO. Teneo. SI. Phædrum, aut Cliniam,
Dicebant, aut Niceratum. nã hi tres tum ſimul
Amabant. * Eho quid Pãphilus? quid? ſymbolũ
Dedit, cœnauit. gaudebam. Item alio die
Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilũ
Quidquam attinere. enimuero ſpectatum ſatis
Putabam, & magnum exemplum cõtinentiæ.
Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modũ.
Cum id mihi placebat, tũ vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus eſt? hac fama impulſus Chremes,
Vltro ad me venit, vnicam gnatam ſuam
Cum dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit, deſpondi. hic nuptiis dictus eſt dies.
SO. Quid * obſtat, cur non veræ fiant? SI. audies.
Fere in diebus paucis, quibus hæc acta ſunt,
Chryſis vicina hæc moritur. SO. ò factũ bene,
Beaſti. metui à Chryſide. SI. ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chryſidem, vnà aderat frequens,
Curabat vnà funus. triſtis interim,

*Huic.

ſunt, grata ſint. ⟦Quid.⟧ Pro aliquid. ⟦Aduorſum te.⟧ Apud te, & penes te. ⟦Aduerſum.⟧ Sine dubio præpoſitio eſt. Aduerſus participiũ poteſt eſſe, ab eo quod eſt aduerto, ſed alibi. Ergo aduerſum te, dixit pro apud te. ⟦Exprobratio.⟧ Exprobratio, eſt cõmemoratio beneficij cum enumeratione factorũ ⟦Quaſi exprobratio.⟧ Rectè oſtẽdit ſe in memoria habere. Sunt qui ad beneficium referũt immemor: vt, Memomorẽ Iunonis ob irã. vt ſit ſenſus, Iſthæc commemoratio, quaſi eſt exprobratio immemoris beneficij. id eſt cuius nemo meminerit. ⟦Quin tu vno verbo.⟧ Vno verbo, ἀξιώματι vna ſententia. Nam ἀξίωμα ſententia eſt, vel enuntiatio, vno verbo nexam continens & perfectam intelligentiam. ἀξίωμα enim conſtat ex nomine & verbo. Sed dic, quod eſt ἀξίωμα? hoc eſt, Has bene vt adſimules nuptias. ergo omnis virtus, adſimulatio eſt. ⟦Quin tu vno verbo.⟧ Vna ſententia: vt in Adelphis, Nõ meũ illud verbum verũ facio quod tu Mitio bene ac ſapienter dixti dudum: vitium commune omnium eſt, Quòd nimium ad rem in ſenecta attẽti ſumus. Nã malè intelligit qui putat adſimules, verbum ſignificare. ⟦Ita faciam.⟧ Hoc eſt vno verbo dicam, & quod verbum promittit, ibi dicit, Nunc tuũ officium eſt, has bene vt adſimules nuptias. ⟦Quas credis eſſe has⟧ Syllepſis. ⟦Cur ſimulas igitur?⟧ Virgilius, Et quæ tanta fuit, Romam tibi cauſa videndi? ⟦Eo pacto⟧ modo. quoniam antecedit pactum modus ſequitur. Ergo ab eo quod præcedit, id quod ſequitur dicit. Et gnati vitã, & conſilium meum cognoſces: & quid facere in hac re te velim.⟧ Nam iſtę diuiſiones ſunt. Gnati vitam: quoniam dicturus eſt, Nam is

Aduerſum
Aduerſus.
Exprobratio.
Immemor paſsiuè.
Verbum.
Axioma.
*Ego.
Verbum, pro ſententia.
Syllepſis.
Pactum.

poſtquam exceſsit ex Ephebis Soſia. Conſilium meum quia dicturus eſt, Et nunc id operã do. Et quid facere in hac re te velim: quia dicturus eſt, Nũc tuum eſt officium. ⟦Et Gnati vitam, & conſilium meum cognoſces, & quid facere in hac re te velim.⟧ Tripartita diſtributio. ⟦Et Gnati vitã.⟧ Vitã filij in duas partes diuidit in narratione: in ante actam bonam, & præſentẽ malam. & incipit mala ibi, Interea mulier quadã. Et bene actæ vitæ narratio ad eam rem valet, vt oſtendat quàm iuſtus dolor patri ſit ſpe decepto. ⟦Nam is.⟧ Neceſſariò Is poſitum pronomẽ, ἀναφορᾷ ad illud, Gnati vitam. nam ſi nõ poſuiſſet hoc pronomen: Soſia erat intelligendus. ⟦Nam is.⟧ Pamphilus. ⟦Poſt quam exceſsit ex Ephebis.⟧ Argumenta per coniecturas. ⟦Ex ephebis.⟧ Ephebia prima pars adoleſcẽtiæ, & extrema pueritiæ. ⟦Exceſsit ex.⟧ Cum ſufficeret vnum. ⟦Liberius.⟧ Liberius, non eſt comparatiuus gradus: non enim potuit liberè viuere, dum ætas, metus magiſter prohibebant. Ergo deeſt aliquanto: vt ſit, aliquanto liberius. ⟦Liberius viuendi.⟧ deeſt ei. ⟦Quî ſcire.⟧ Scimus, quod certum eſt, Noſcimusquę adhuc incerta deſideramus. Idem alibi, Forma in tenebris noſci non quita eſt. ⟦Metus, magiſter.⟧ Magiſter, pædagogus. ⟦Ita eſt.⟧ Intercidit poëta, ne ſolus Simo loqueretur. cæterum non erat reſpondendi locus. ⟦Quod plerique omnes.⟧ Hæc adiectio dicitur, in primo poſita loco. adiectiones verò, aut in prima parte orationis, aut in vltima adiiciũtur. hîc ergo Plerique, ex abundãtia poſitum eſt: Omnes verò neceſſariò additũ eſt. Et alibi Caleſces plus ſatis. In vltimo ſicut, Interea loci, interibi.

Attendenda

Ephebia.
Exceſsit ex
Liberius.
Scio.
Noſco.
Magiſter.
Plerique omnes.
* Quid igitur obſtat.
Plus ſatis.
Interea loci
Interibi.

Nõnunquã cõlacrumabat. placuit tũ id mihi.
Sic cogitabam, Hic paruæ conſuetudinis
Cauſa, mortem huius tam fert familiariter:
Quid ſi ipſe amaſſet? qd mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabã eſſe omnia humani*ingenij
Mãſuetiq; animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque, eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans etiam mali. SO. hem, quid
eſt? SI. ſcies.
Effertur. imus. Interea inter mulieres
Quæ ibi aderãt, fortè vnã aſpicio adoleſcẽtulã
Forma. SO. bona fortaſſe. SI. & vultu Soſia
Adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprà.
Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Viſa eſt, & quia erat forma præter cæteras
Honeſta, & liberali, accedo ad pediſequas.
Quæ ſit, rogo. ſororem eſſe aiunt Chryſidis.
*Perculſit ilico animũ, At at, hoc illud eſt,
Hinc illæ lacrumæ: hæc illa eſt miſericordia.
SO. Quàm timeo, quorſum euadas. SI. funus
interim
Procedit. ſequimur. ad ſepulchrum venimus.
In ignem*poſita eſt. fletur. Interea hæc ſoror,
Quam dixi, ad flãmã acceſſit imprudentius
Satis cũ periclo. ibi tũ exanimatus Pãphilus
Bene diſſimulatũ amorem & celatũ indicat.
Adcurrit, mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is
perditum?
Tum illa, vt conſuetũ facilè amorẽ cerneres,
Reiecit ſe in eum flens quàm familiariter?
SO. Quid ais? SI. Redeo inde iratus, atq;
ægrè ferens.
Nec ſatis ad obiurgandum cauſæ. diceret,
Quid feci? quid cõmerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe voluit in ignem iniicere, prohibui,
Seruaui. honeſta oratio eſt. SO. rectè putas.
Nam ſi illũ obiurges, vitæ qui auxiliũ tulit,
Quid facias illi, qui dederit dãnũ, aut malũ?
SI. Venit Chremes poſtridie ad me, clamitãs,
Indignum facinus, comperiſſe Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud ſeduló
Negare factum. ille inſtat factum. denique

Attendenda eſt ſanè locutio. ¶ Quod pleriq; omnes. § Aut enim Quod in quę vertendum eſt, vt ſit, Quæ plærique omnes: Aut Quod ad ſingula eorum ſtudiorũ adiungendum erit. Equos alere, canes ad venãdum. Aut certè erit figurata locutio, vt eſt illud, Si quiſquam eſt qui ſtudeat placere bonis quamplurimus; & minimè multos lædere: in his poëta hic nomẽ profitetur ſuum. Et alibi, Aperite actutum oſtium. ¶ Pleriq; omnes faciũt. § ἀρχαϊσμὸς eſt. Nam errant qui Plerique παρέλκον intelligunt: aut qui ſubdiſtinguunt Plerique, & ſic inſerũt omnes. hoc enim pro vna parte orationis dixêre veteres, eodem modo Græci πάμπολλα & Latini pluſſatis. Næuius in bello Punico, Plerique omnes ſubiungunt ſub ſuum iudicium. Figuratè Terentius, * quod plerique omnes faciunt, pro, quæ faciunt plerique adoleſcentuli. ¶ Horum ille nihil egregiè. § Eſt ergo figuratiuum: quod eſſet rectum, Quæ plerique omnes faciunt adoleſcentuli, horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. ¶ Adoleſcẽtuli. § Bene diminutiuè, vt propter ætatem facilè ignoſcatur.

Archaiſmos.
Plerique omnes.
Pluſſatis.

¶ Adiungant. § Alligent, aptent, aut accommodent. ¶ Aut equos alere, aut canes ad venandum. § Si & equos ad venandum alunt, quomodo & canes? quod multi docti improbant: & dicunt ſeparata eſſe, & ad venandum extra rationẽ, pro ad venatum. vt, Venatũ Æneas, vnáq; miſerrima Dido ¶ Ad philoſophos. § Eclipſis pulchra & familiaris Terẽtio. Nam poſſumus ſubaudire audiendos, ſiue ſectãdos. ¶ Ad philoſophos. § Vitium eſt: quia dixit, ad aliquod ſtudium, aut ſi ad philoſophos, ſeparanda locutio eſt, ſic, vt animum adiungant ad philoſophos. ¶ Egregiè. §

Adiungo.
Æneid. 4
Eclipſis.

Egregium dicitur quod ex grege eligitur. ſed hic egregiè, valde, nimis. non eſt ergo ad laudem poſitum. Hæc, inquit, vt cætera ſimiliter ſtudebat. ¶ Præter cętera. § Mediocriter. ergo non extenuauit rem, ſed ad laudem retulit. ¶ Gaudebam. § Non dixit laudabam, ſed gaudebam. Laudat enim etiam alienus: Gaudet qui pater eſt. ¶ Non iniuria. § Intempeſtiuè Soſia reſpondet, ſed prudentia tantæ ſententiæ, compenſauit importunitatem. ¶ Apprimè. § Adiectio eſt confirmationis. ¶ Vt § admirabiliter dixit. ¶ Vt ne quid nimis. § Sententia non incongrua ſeruo, quia eſt peruulgata. & nõ refertur ad perſonam domini dicentis, & de quo dicitur. An magis quia Soſię conuenit eiuſmodi character in verbis? ¶ Ne quid nimis. § Deeſt agas: vt ſit, ne quid nimis agas. ¶ Facilè omnes perferre. § Latens argumentatio eſt, qua filium ad meretricem commeaſſe errans pater, nõ ad corruptelam, ſed ad obſequium amicorum crediderit. ¶ Perferre, ac pati. § Ferre, eſt cum certo tempore: Perferre, finem expectat effectus. Ferũtur onera. & Suſtinentur ſupplicia. ¶ Perferre. § Mediocriter ſtultos, odioſóſque. ¶ Cum quibus erat cunque. § Figura τμῆσις ¶ Dédere. § Plus eſt dédere, quàm conſentire: quemadmodum in hoſtium poteſtatem hoſtes ſe dedunt. Dédere ergo, pertinacibus. ¶ Eorũ obſequi ſtudiis § commodiorum ſcilicet. ¶ Eorũ obſequi ſtudiis. § Talem eſſe Pamphilum adiuuat argumentũ fabulæ, ſimul & Charinum. ¶ His ſeſe dédere. § Dédere ſe & obſequi, ſuperioribus: non aduerſari, paribus: non ſe præponere, inferioribus. ¶ Ita. § Deeſt faciens, volens, agens. ¶ Vt facilimè ſine inuidia. § Salluſtius, Et cum omnes gloria anteiret,

Egregium.
Præter cætera.
*ingeni.
Laudare.
Gaudere.
Apprimè.
*Donat. percuſſit
Ne quid nimis.
*impoſita.
Fero.
Perfero.
Tmeſis.
Dedo.
Dédere.
Obſequi.
Aduerſari
Preponere.

Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam
Neget daturum. SO. non tu ibi gnatum? SI. ne hæc quidem
Satis vehemens cauſa ad obiurgandum. SO. qui cedo?
SI. Tute ipſe his rebus finẽ præſcripſti pater:
Propè adeſt, cũ alieno more viuẽdũ eſt mihi.
Sine nunc meo me viuere interea modo.
SO. Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
SI. Si propter amorem vxorẽ *nolit ducere,
Ea primũ ab illo animaduertẽda iniuria eſt.
Et nunc id operam do, vt per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſa ſit, ſi deneget:
Simul ſceleratus Dauus, ſi quid *conſilij
Habet, vt cõſumat nunc, cũ nihil obſint doli:
Quẽ ego credo manibus pedibúſq; obnixè omnia
Facturũ, magis id adeò, mihi vt incõmodet,
Quàm vt obſequatur gnato. SO. quapropter? SI. rogas?
Mala mens, malus animus. quem quidem ego ſi ſenſero.
Sed qd op⁹ eſt verbis? Sin eueniat, quod volo,
In Pãphilo vt nihil ſit moræ, reſtat Chremes,
Qui mihi exorandus eſt. & ſpero confore.
Nunc tuum eſt officium, has bene vt adſimules nuptias?
Perterrefacias Dauum, obſerues filium,
Quid agat, quid cum illo conſilij captet.
SO. ſat eſt.
Curabo. eamus iã nũc intrò. S.I. præ, ſequar.

*nolet.
*Conſili

omnibus tamen charus eſſe: ⸿Inuenias.⸾ Secunda perſona pro tertia, vt: Migrantis cernas.⸾ Sapienter vitam inſtituit. Nam hoc tempore,
Obſequiũ. Veritas. Obſequium amicos, veritas odium parit.⸾ Improbatur à ſapientibus hęc ſentẽtia. Nã obſequium, aſſẽtator debet, veritatẽ amicus: ſed in theatro dicitur, non in ſchola. ⸿Obſequiũ amicos⸾ Hic verſus per improperium eſt, Veritas odiũ parit. Falſum eſt
Cicero reprehenſus. autẽ quod Cicero dixit, obſequium primũ dixiſſe Terentium: cum & Plautus & Næuius, antè dixerint. Et eſt ſententia παράδοξος, & magis theatro apta, quàm officio de qua Tullius multa dixit. Obſequium amicos ſententia, probabilis magis, quã neceſſaria & honeſta. ⸿Interea.⸾ Interea, eſt cum
Interea. habet inſtantiam ſuperiorum actorum. ⸿Mulier quędam.⸾ Sic dixit quaſi ignoraret nomen eius, paulo pòſt Chryſidem nominaturus: ſed ideo vt gratam expectationem faciat,
Quidam. ſimúlque lectorem auidum nominis reddat. Vt Virgilius paulo pòſt nominaturus, ait, Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. ⸿Interea mulier.⸾ Hic digreſſio eſt. nam propoſuit Gnati vitam dicere. ⸿Ab hinc trienniũ.⸾ Artificioſe dixit triennium cũ poſſet plus minúſve temporis ponere: vt ſit veriſimile, vnum annum fuiſſe pudicæ, parcæq; vitę: ſequentẽ, conditionis acceptæ: tertium, mortis. Primo ergo anno ignorata eſt domus Chryſidis Pamphilo, ſecundo, Glycerio cognitus: tertio, nupſit Glycerium Pamphilo, & pariter in-
Huc vicinia. uenit parentes. ⸿Huc viciniæ.⸾ Viciniæ παρέλκον huc loci, vel huc locorum. legitur & huic viciniæ. ⸿Inopia, & cognatorum negligentia.⸾ Laudatis Pamphili moribus, qui mox ducet vxorem, ſupereſt vt futuræ quoque matronæ, id eſt Glycerio, probitatem debitam pro perſona reddat. quę quia honeſta nunquam eſſe poterit, ſi ſic eam conſtet ante nuptias impudicam ductam eſſe: partim defendẽda, partim laudanda eſt Chryſis, cum qua commorata eſt: quam quoniam neceſſe eſt meretricem fateri, in cõditione turpiſſimi nomi-
Egregius. nis multum ſumitur excuſatio voluntatis. Et cognatorũ.
Integra. Hic nos iam parat ad Critonis aduentum. ⸿Egregia.⸾ Id eſt
ætas. eminenti, præſtantiq;. ⸿Atque ætate integra.⸾ Integra eſt ætas quę in flore cõſiſtit, cui neque addẽdum iam ſit neq; quicquã adhuc ſit imminutũ. vt Virgil. Integer ęui Aſcanius. Et contulit duo ad quæſtũ meretriciũ congrua. ⸿Hei vereor ne quid Andria apportet mali.⸾ And. mirè. audiuit enim exceſſiſſe ex Ephebis Pãphilũ, illatámq; mentionẽ mulieris peregrinæ adoleſcentulæ pulchræ. ⸿Ne quid Andria.⸾ Elegãter, ex Andro. And.
Andria. Porto. nomẽ oſtẽdit & mulieris & fabulæ. Et bene, Apportet: quia portare ignotis eſt. ⸿Primum hęc.⸾ Defendit, vt diximus, vitam Chryſidis, vt potuerit apud eam rectè morata eſſe Glycerium, quæ ex argumento matrona erit. ⸿Primum hæc pudicè.⸾ Bene
Duriter. Durè. Hæc quidem, id eſt illa quæ coacta eſt. ⸿Duriter.⸾ Cõtra rationẽ regulæ: debuit enim dicere durè, ab eo quod eſt durus. Et tamen eſt differentia. eſt enim duriter, ſine ſenſu laboris: durè autẽ, crudeliter. illud, ad laborem: hoc, ad ſæuitiam relatum eſt. ſed durè in alterum: duriter in nos aliquid facimus. ⸿Lana ac tela.⸾ Subdiſtingue tela. Finis enim eſt laboris Victũ quæritans. vt Virgilius, Aeneid. 8.

— cum fœmina primum,
Cui tolerare colo vitam, tenuíque Minerua, Impoſitũ cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes.

Deinde finem laboris intulit, non cibum ſed victum.
Cibus. Victus. Cibus enim eſt qui etiam delicatis præbetur. Victus, in paruis aridíſq; alimoniis eſt conſtitutus. vnde Virgilius, Victum infelicem, baccas, lapidoſáq; corna, Dant rami. Et poſt tantum laborem, victum, non cibum dixit. vt Virgilius, At patiens operum, paruóq; aſſueta iuuentus.
Quæro. Quærito. Et non quærens, ſed quæritans dixit. Quærit enim, qui ad plenum & perpetuum reponit: Quæritat, qui vix quotidie inquirendo victum inuenit. ⸿Lana ac tela victum.⸾ Artificioſe, vt videatur pudicè apud eam futura materfamiliàs
Amator. Amans. educari poſſe, quã meretricẽ neceſſitas fecit. ⸿Sed poſtquã amans.⸾ Amator fingere poteſt: Amans verè amat. ⸿Vnus & itẽ alter.⸾ Poſt vnum duo, ex quibus alter, vt ſint tres.
Alter. Procliue. inquit enim pòſt, Nã hi tres tum ſimul amabant: vt, Alter ab vndecimo. Ergo alter, non eſt ſecũdus, ſed tertius. ⸿Procliue.⸾ Procliue eſt porrò inclinatũ, vel pronũ, inclinatũq;.
Quæſtus. ⸿Accepit conditionem.⸾ Cum vno, quæſtus non eſt: cum

altero,non eſt:cum multis ſic.¶Vt ingenium eſt omnium hominum.} Alia defenſio Chryſidis:vt quę antè fecerat,ipſius ſint:quæ poſtea peccauerit, naturæ hominum adſcribantur.¶Conditionē.} Conditio eſt pactio certā legē in ſe continēs.¶Poſtquam acceſsit vnus & item alter.} Id eſt plures: queſtus iam meretricius factus eſt.¶Perduxere.} Inuitū iſſe Pamphilum his verbis ſignificat. Perducuntur enim neceſsitate coacti.Hoc etiam verbum iudices pronuntiare ſolent.Et hoc eſt quod ſuprà ait,His ſeſe dédere, eorum obſequi ſtudiis.¶Vt vnà eſſet, meum.}Et productè legitur Eſſet, vt cibum capiat.& correptè,vt alibi.¶Vnà} Simul,id eſt vnà cibum caperet.¶Perduxerunt illuc ſecum.}Secum duxere,vt ſecum eſſet.¶Egomet continuò mecū.}Bene mecum: vt appareat nihil temerè conſtitutum, vel prolatum foras.hoc ipſum ſatis quæſitum eſſe, quod ſtatuit de falſis nuptiis, & infenſus eſſet filio. ¶Egomet continuò mecum.} deeſt voluebam,cogitabam,verſabam.¶Captus eſt.}Tenetur & irretitur,ex tranſlatione ferarum, atque venatus. ¶Habet.}Id eſt vulneratus eſt. Habet enim qui percuſſus eſt, & propriè de gladiatoribus dicitur:quia prius alij vident, quàm ipſi ſentiant ſe percuſſos. ¶Captus eſt.} Saluſtius. Sin captus prauis cupidinibus. ¶Certè.} Sine dubio, pro certo captus eſt. ¶Habet.} Sic dicitur de eo qui letaliter vulneratus eſt. Virgilius. Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis. Ergo quid ſequitur captum, niſi occidi?¶Obſeruabam Mane.}Mane aduerbialiter. ¶Obſeruabam.} Deeſt tamen.hoc eſt, quamuis captus erat,& hæc tamen obſeruabam. ¶Rogitabam.} Non rogabam,ſed rogitabam:quia ſedulò faciebat.¶Dic, ſodes.}Dic imperatiuum eſt: ideo temperauit iniuriam blandimento, ſodes. eſt autem, ſi audes, & ſi ſcias: nam delirat qui * interpretatur ſodes.¶Dic ſodes.}Exhortantis eſt vox, vt Amabo, Rogo. ¶Quis heri Chryſidem habuit? nam Andriæ illi id erat nomen.} Opportunè nomen intulit Chryſidis. Et bene Illi, quaſi dicat, quam tu Andriam nominaſti.

Conditio. Perduco. Mecum. Captus eſt. Habet. Mane. Rogitare. Dic. Sodes.

¶Nam Andriæ illi,id erat nomen.}Attico more, peregrinæ mulieri à patria nomen impoſuit. Et ſimul celebrat nomen Comœdiæ,dicendo, Ex Andro commigrauit. Et nunc Nam Andriæ illi id erat nomē. ¶Quid? Symbolū dedit.} Sed ſubdiſtingue Quid, vt ſit vox quærentis quid dicat de Pamphilo¶Eho,quid Pamphilus?} Primò ſic egit, vt de Pamphilo quærere videretur. ad vltimum adiecit nomen: ne quid reliqui faceret. ¶Cœnauit.} Cætera in geſtu ſunt quærentis quid dicat de Pamphilo, nec inuenientis.

¶Symbolum dedit.}Mirè, nulla pro Pamphilo negatio facti eſt poſita: ſed per puerilem ſimplicitatem omnia geſta narrata ſunt. & quidem tacitum eſt,non celatum: ſed vt non factum eſſe ita videatur.¶Item alio die.} Item, ſimiliter.& vide,diligentiæ tempus adiectum,quaſi non ſufficeret vnus dies. ¶Comperiebam.} Vide, ſi non verba patris ſunt, & de rebus venereis circa filij mentionem agentis. ¶Nihil ad Pamphilum quicquam.} παρέλκον. nam abundat Quicquam.nam nemo quiſquam, non dicitur. ¶Spectatum,}Ad Pamphilum, non ad exemplum, refertur:& ſpectatum,probatum.¶Et magnum exemplum continentiæ.} ἀπὸ κοινοῦ laudis, Pamphilus exemplum continentiæ.¶Nam qui cum.} Qui,animus ſcilicet,aut certè homo ſubaudiendum.¶Animus. deeſt, Eius. ¶Cum ingeniis.} Ingenia pro hominibus poſuit.¶Conflictatur.} Id eſt atteritur.Conflictatio eſt tactus corporum inuicem, & colliſio.

Item. Nihil quicquam. Nemo quiſquam. Spectatus. Ingenia. Conflictatio.

¶Neque commouetur.} Vtrum animus,an homo,vt ſubaudiamus eius? ¶Neque animus commouetur.} Vtrum deeſt eius?an ordo eſt,qui animus,cum ingeniis cōflictatur eiuſmodi, neque commouetur in ea re tamen. ἀνακόλουθον: eo quòd non præmiſſo Licet vel, Quanquam,ſubiecit,Tamen. Saluſtius. Atque edita vndique, tribus tamen cum muris & magnis turribus. ¶Suæ vitæ Modum.} Moderationem, regimen.¶Cum id mihi.}Cum,id eſt præter quàm quòd. ¶Tum vno ore omnes.}Omnes: ne pater amore falli videretur.& ideo mox ait,Bene diſsimulatum amorem, & celatum indicat. ¶Laudare fortunas meas.} σύναγηγορώτερον fortunas, quàm fortunam. & de more.vt, Qui te tanti talem genuere parentes.Et, Vade ait ô fœlix nati pietate. Et Plautus,Fortunatus qui illum eduxit ſibi. ¶Hac fama.} An verè laudatus ſit, ſingula hæc pro argumentis ſunt:& excuſatio eſt non eſſe ſtultitia falſum,ſed impulſum. ¶Impulſus.} Bene impulſus: vltro enim venire impulſus eſt, qui daret contra officium ſoceri. ¶Vnicam gnatam ſuam.} Abundat quidem Suam: ſed tamen aſſeuerantius eſt. ¶Vnicam gnatam.} Quid ſi tædio multorum filiorum? at vnicam. ¶Cum dote ſumma.} Quid ſi pauper eſt? at cum dote ſumma. ¶Placuit.} Cum pronuntiatione,placuit. ¶Hic dictus eſt dies.} Vtrum conſtitutus?an dicatus? vt Iunoni infernæ dictus ſacer. ¶Deſpondi,} Ex veteri more, quo ſpondebat etiam petitoris pater: vnde ſponſus & ſponſa dicitur.¶Placuit.} συντομία adeò bona conditio fuit, vt quamuis vltro obiiceretur, tamen ſtatim placeret. ¶Deſpondi.}Propriè.nam de ſponſo dicitur. quia ſpondet puellæ pater:deſpondet,adoleſcentis. ¶Chryſis vicina.} Commemorat nunc quæ eſſet Chryſis.¶Vicina hęc.}Suprà enim ait,Ex Andro commigrauit huc viciniæ. ¶Vicina hæc.} ἀνάμνησις ¶O factum bene.}Animaduerte,vbique à Poëta ſic induci comicas mortes: vt cum ad neceſsitatem argumenti referantur, non ſint tamen tragicæ. Nam aut meretrix ſumitur,aut ſenex:aut de duabus ſimul vxoribus vna vxor.Itaque huiuſmodi obitus, aut mediocri triſtitia excipitur,aut etiam gaudio. ¶O Factum bene.} Quaſi qui dixerit, Vereor ne quid Andria apportet mali. ¶Beaſti.} Artificioſe quidem gaudium ſubiecit, ne mores in comœdia, luctus in tragœdia perſonaret. ¶Metui à Chryſide } Metuo illum dico, qui mihi ipſi aliquid facturus eſt. Timeo ab illo,cuius cauſa poſſum aliquid mali pati, etiam ſi ipſe nihil in me mali conſulat. ¶Metui à Chryſide.} ἀρχαϊσμός. ¶Vnà aderat frequens.}Vt ſuprà, Cum quibus erat cunque vnà;his ſeſe dédere. ¶Aderat frequēs.}Poſſumus enim adeſſe,& frequētes non eſſe, ſi præſentes non adhæremus his quibus adſumus. & frequens, vt miles apud ſigna. ¶Curabat vnà funus.} Funus, eſt pompa exequiarum:dictum à funalibus.etenim noctu efferebātur, propter ſacrorum celebrationē diurnam. ¶Curabat vnà funus.} Vt non potuerit in exequiis videre patrem.¶Interim.}Deſcriptio eſt huius rei quæ ad narrationem pertinet ſuperiorem. ¶Nonnunquā conlacrumabat.}Illis enim magis cauſa flendi fuerat,qui,quam amabant,amiſerāt.hic,amore, propter ſuam Glycerium cōlachrymabat,qui alienis lachrymis ſuas commodabat.¶Sic cogitabam.} Ac ſi diceret,hoc cogitabā, ſenſum tantùm cogitationis dicere debuit:ſed quia Sic cogitabam dixit:ipſum geſtum cógitantis exponit,& dicitur, μίμησις. ¶Hic parua conſuet.} Hoc eſt,cōuiuij tantum:& quia dixerat puer hoc ſolū egiſſe Pāphilū,nihil aliud,Sym-

Tamen. Modus. Cum. Dictus. Reſpondere. Sponſus. Sponſa. Spondere. Metuo. Timeo. Adeſſe. Frequens. Funus. Conlachrymare.

Familiari- bolum dedit, cœnauit. ¶Tam fert familiariter. } Id eſt, gra-
ter. uiter. nam quę nobis ſunt familiaria, grauia ſunt animo no-
ſtro. Familiariter, quaſi familiaris: an potius familiariter?
¶Quid hic mihi faciet patri? } Mihi, circa me. Et poſtquam
Mihi. mihi dixit, pōdus intulit nominis, dicendo Patri. ¶Quid hic
mihi. } Vide quàm venuſtè repetierit Hic. ¶Hæc ego puta-
bam. } Putare eſt eius qui ſimplicitate pectoris aberrauit.
Putare. Cicero. Non putauit, lapſus eſt. ¶Hæc ego putabam. } Cum
adhuc nihil peccationis oſtēderit, tamē dolor in futura pro-
rumpit: vt, Et gener auxiliū Priamo, Phrygibúſq; ferebat.
¶Humani ingenij. } circa Chryſidem. ¶Manſueti. } Circa a-
micos. ¶Egomet quoque. } Vt & ipſe Pamphilus. aut etiam
ego, quem minus crederes. ¶Eius cauſa. } Eiuſdem manſue-
tudinis & humanitatis, & eius Pamphili. ¶In funus pro-
Funus. deo. } In funus, in ipſum officium, aut in pompam exequia-
rum: quod à funalibus dictum eſt, & vncis vel cuneis can-
delabrorum: quibus delibuti funes, & cerei fomites infigun-
tur. ¶Nihil ſuſpicans etiam mali. } Bene ſuſpendit audito-
Etiam. rem. ¶Etiam. } Alia eſt ſuſpenſio audientis, & excuſatio a-
lia. ¶Etiam. } Adhuc. ¶Effertur. } ἐκφέρεται, Græcum eſt.
quod vitans Virgilius, ne diceret effertur, inquit,
—Tum corpora luce carentū Exportāt tectis, & triſtia fu
Efferri. nera ducūt. Efferri propriè dicūtur cadauera mortuorū: &
Ire propriè ad exequias. Virg. Ite, ait, egregias animas,
Eo is. quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere. ¶Vnam a-
Vnus. ſpicio. } Ex conſuetudine dicit vnam, vt dicimus, vnus eſt
adoleſcens. tolle Vnā, & ita fiet, vt ſenſui nihil deſit: ſed cō-
Idiotiſmus ſuetudo mirantis non erit expreſſa. Vnā ergo τῷ ἰδιωτισμῷ
dixit, vel vnam, pro quandam. ¶Adoleſcentulam forma &
vultu. } Et hîc duo ſunt, & ætas & forma. quibus additur
pudor: quia meretrix non eſt. ¶Forma & vultu. } Forma,
Forma. immobilis eſt & naturalis: vultus mouetur, & fingitur.
Vultus. ¶Et vultu Soſia, adeò modeſto. } Quia formæ laudatio cum
meretrice commiſſa eſt, progreditur artifex Poëta ad lau-
danda ea, quæ honeſtiora ſunt, quàm forma. ¶Et vultu So-
ſia. } Quid hîc deeſt, vt eam nurum dignetūr Simo, niſi ſo-
la cognitio? & formam probat in puella Pamphili pater,
& matronalem modeſtiam miratur in vultu, & venuſta-
tem ſtupet. Nonne ergo iam cernimus hoc præſtruxiſſe Te-
rentium, vt cum Chremetis filiam eſſe cognouerit Simo, hāc
potius eligat, quàm Philumenam, nurum? quanquam ex ſo-
roria pulchritudine, & amore Charini, & Daui laudatione
idipſum quoque probè monſtrauerit nobis. ¶Vultu. } Hæc
laus adiuuat poſt cognitionem futuram nurum. ¶Adeò mo-
deſto, adeò venuſto. } Modeſtus, ad probitatem vultus, &
Modeſtus. morum pertinet: Venuſtus, ad naturam corporis. atque a-
Venuſtus. deò ſibi vultum fingere, multi poſſunt: formam nemo. ¶Vt
Vultum ſi- nihil ſupra. } ἔκλειψις Terentiana. nam non neceſſe eſt ſub-
bi fingere. iungere duos verſus. ¶Quia tum mihi. } Excuſatio neceſſa-
Eclipſis. ria. ¶Præter cæteras. } Id eſt, plus quàm cæteræ. ¶Honeſta
Præter. ac liberali. } Honeſta, ad formam: Liberali, ad vltimum re-
Honeſtus. tulit. ¶Perculſit. } Hoc eſt ſuſpicio, vel aliquid tale. ¶At
Liberalis. at. } Interiectio admirantis. ¶Hoc illud. } δεικτικόν eius rei
Atat. eſt quam in animo conceperamus. Virgilius, Hoc illud ger-
Hoc illud. mana fuit. ¶Hinc illæ lachrymæ. } Hinc, ex hac cauſa.
Hinc. ¶Quàm timeo. } Non videtur adhuc Soſiæ plenum amoris
Euadere. argumentum: adeò pendet ad ea quæ dicturus eſt Simo.
¶Euadas. } Id eſt exeas, vel peruenias. ¶Funus procedit. }
Funus. Funus à funalibus dictū eſt, vt ſuprà notauimus. & eſt fu-
Exequiæ. nus, pompa exequiarum. Et Bene, funus procedit, nos ſequi-
mur, dixit: quaſi poſt ipſam morituri: vnde exequiæ dicun- Aſyndetō.
tur. ¶Funus interim procedit. } ἀσύνδετον. ¶Ad ſepul- Sepulchrū.
chrum venimus. } Sepulchrum κατ' ἀντίφρασιν vt dixi-
mus, quòd ſine re pulchra ſit. An quòd ibi ſine pulſu
ſint, id eſt mortui? an quòd illic animæ à viuis ſepeliantur,
id eſt ſeparentur? Et ſepulchrum dixit futurum, non quod
iam eſſet. Sepulchrum enim à ſepeliendo dictum. Virgilius
propriè; At pius Aeneas ingenti mole ſepulchrum Impo-
ſuit. ¶In Ignem poſita eſt. } ἔκλειψις, non enim eſt Quæ. Et
mirè, cum funus ſupra dixerit. ¶Fletur. } Hîc bene imper- Eclipſis.
ſonaliter, fletur ab omnibus. extrema enim quæque mortuo- Fletur.
rum omnes commouent ad lachrymas. ¶Hæc ſoror. } Id eſt
quam dixi eſſe ſororem Chryſidis. ¶Ad flammam. } Innuit
affectum ſororis, vnde omnes vinceret: cæteri enim flent:
hæc flammæ ſe ingerit. Virgilius, Extinctū nymphæ cru-
deli funere Daphnim, Atque deos, atque aſtra vocat cru-
delia mater. ¶Ibi tum exanimatus. } A voluntate, à facul- Pathos.
tate, à ſummo ad imū, vbi ſunt dicta & facta, ibi eſt πάθος. Bene.
& mirè Ibi. ¶Bene diſſimulatum. } Bene, multum: an quaſi
dolens, quòd etiam negaturus ſit Chremeti, dixit Bene?
¶Indicat. } Omnia ſignificanter, non oſtendit inquit, ſed in-
dicat: non accedit, ſed accurrit: non veſtem, aut manus, ſed
mediam mulierem: non tenet, ſed complectitur. & quia his
tribus rebus inducitur in alicuius rei geſtionem perſona:
affectu, facto, dicto. Affectus eſt quod ait, Ibi tum exani-
matus Pamphilus. Factum quod ait, Accurrit, mediam
mulierem complectitur. Dictum quod ait. Mea Glycerium
inquit, quid agis? cur te is perditum? ¶Indicat. } Indicium Indicium
propriè eſt oris, & linguæ. factis ergo indicat. non enim di-
xit, amo. ¶Accurrit. } Virgilius. Interiora domus irrumpit
limina, & altos Conſcendit furibunda rogos. ¶Mea Gly-
cerium. } Mea, quaſi amator. ¶Glycerium. } Quaſi familia-
ris dixit. ¶Quid agis? } Quaſi perturbatus. ¶Cur te is perdi-
tum? } Quaſi conſolaturus. ¶Vt conſuetum facilè amorem
cerneres. } Mirè, non ſuſpicaretur, dixit: ſed cerneres. & eſt
ordo, vt facilè cerneres. ſed cerneres, ſicut ſuprà, Laudem
inuenias & amicos pares. ¶Reiecit ſe in eum. } Obijcitur ei
quod à Glycerio factum eſt: vt, Quis enim vnquam tam pa- Cic. in Diui
làm de honore, tam vehemēter de ſalute ſua cōtendit, quàm uinatione
ille atque illius amici, vt ne hæc mihi delatio detur? ¶Quid in Verrem.
ais? } Non interrogantis, ſed mirantis eſt. ¶Iratus atque ægrè
ferens. } Iratus, culpa. ægrè ferens: quia præter ſpem. ¶Nec
ſatis. } Mirè expreſſit indulgentiam patris erga filium. erat,
inquit, cauſa: ſed pro amaritudine obiurgationis non erat
ſatis, hoc eſt non idonea videbatur. ¶Nec ſatis ad obiurgā-
dum. } deeſt Habui vel Erat. Virgil.— Nec ſat rationis in
armis. Et hîc, Erat vel Habui, deeſt ad ſententiam. ¶Dice-
ret. } deeſt Enim. ¶Quid feci. } Mirè fiduciam prætulit ar-
gumento quod eſt in ſequenti verſu. ¶Quid feci, quid com-
merui aut peccaui? } αὔξησις à maioribus ad minora. Et feci, Auxeſis.
quaſi facinus dixit. Facere enim quis & homicidiū dicitur. Facere ho-
Commerui, minoris culpę eſt. Peccaui, multo minoris, vel le- micidium.
uioris. ¶Quæ ſeſe. } Illic, mea Glycerium: hîc pronomē dixit. Commereor
mira diſſimulatio, tanquam illam præter periculum neſciat Peccare.
¶Nam ſi illum. } Argumentum per rationem à contrario. vt
ſi dicas, Viro forti præmium debetur, ſi deſertori pœna con-
ſtituta eſt, ¶Tulit. } Pro attulit. ſed multa ſignificat: & a-
liàs pertulit. Virgil. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Fero.
Chorebus. Aliàs ſuſtulit, vt Idem, Omnia fert ætas animū
quoque. pro aufert. ¶Illi. } Pro illo. ¶Dederit damnum aut
malum

Damnum. malum.} Damnum, rei eſt: malum, ipſius hominis. ¶ Venit
Malum. Chremes.} Argumentum ex coniectura, ideſt à teſtibus. Et
mirè ſuprà. Vltrò venit ad me. Ergo hic cauſa iuſti doloris
oſtenditur, quia dolet etiam Chremes: nõ potuit, non datu-
rus filiam, non venire. ¶ Poſtridie ad me.} vt ſine dila-
Clamitans. tione ſciri poſſet. & Clamitans. indignantis eſt: vt, Clamãt
omnes. ¶ Indignum facinus.} diſtinguendum, vt per ſe in-
telligatur indignũ facinus, & ipſe doleat Pamphilum cor-
Comperio. rumpi. ¶ Comperiſſe.} Ergo ab aliis: vt appareat verũ quod
ait, Tum vno ore omnes: &, Hac fama impulſus Chremes.
¶ Indignum facinus comperiſſe.} Deeſt ſe: incertáque diſtin
Emphaſis. ctio. ¶ Pamphilum.} Cum emphaſi dixit: id eſt prudentem
& bene moratum. Et nec amicam, ſed ¶ Pro vxore.} Mirè
ergo, quaſi non hoc doleat quòd amet, ſed quòd pro vxo-
re habeat. Et ſimul excuſatur filiam denegaturus ſocer.
Hæc. ¶ Hanc peregrinam.} Hanc, cum contemptu dictum eſt.
Peregrina. & peregrinam, vt alibi, Adeóne eſt demens ex peregrina?
nam hoc nomine etiam meretrices nominabantur. ¶ Ego il-
lud ſedulò.} Quanto affectu pater factum quod viderat,
negabat. ¶ Sedulò.} Quomodo ſedulò, ſi negabat? an ſedu-
Sedulò. lò, vt Soſiæ? Id eſt ſimpliciter. ¶ Factum.} Imperſonaliter.
Factum. ¶ Sedulò.} Quia nõ ſemel negauit, vel ille inſtitit. ¶ Negare
factum.} Officium patris, & ſimul per hoc expreſsio proba-
Inſtat fa- tionis. ¶ Ille inſtat factum.} Plautus, Inſtare factum, ſimi-
ctum. le eſt. ἀρχαϊσμός. ¶ Inſtare factum.} Vetuſtè, id eſt inſtat di
Archaiſ- cere factum eſſe. ¶ Denique.} Quid denique? ad ſummam
mos. properat, & ad finem dictorum. ¶ Denique.} Id eſt poſtre-
Denique. mò. ¶ Diſcedo.} Propriè: non enim abeo. vnde diſceſsio. ¶ Vt
qui ſe neget.} Probauit quod non volebat ſenex Soſiæ: ad-
huc ſupereſt vt oſtendat quòd non ſit iraſcendum, quin iu
ſtè iraſcatur. ¶ Non tu ibi gnatum?} ἀποσιώπησις, vel ecli-
Apoſiope- pſis. deeſt inuaſiſti, obiurgaſti, adortus es. ¶ Ad obiurgan-
ſis. dum.} incuſandum, inclamandum. ¶ Tu te his rebus.} Mo
Eclipſis. dò non addidit Diceret. ¶ Propè adeſt.} Propè adſunt nu-
Obiurgare ptiæ: in proximo ſunt metæ libertatis: & ideo auidius volu
ptaria ſub finem carpenda ſunt. ¶ Cum alieno.} Cum pro
Cum. quo. hoc enim ſignificat cum. ¶ Meo me viuere interea mo-
Modus. do.} Meo modo, mea voluntate, meo arbitrio. ¶ Relictus eſt
obiurgandi locus?} Mirè, obiurgandi: tanquam incenſus pa
ter in filium videretur. nam ſuprà commotus plus per ἀπο-
σιώπησιν ſignificauerat. ¶ Si propter.} Hoc erat ſecundum
in diuiſione, Et conſilium meum cognoſces. ¶ Si propter a-
morem.} Initium conſilij ſui demonſtrandi. ¶ Nolit.} Legi-
tur & nollet. ¶ Ab illo animaduertẽda iniuria.} Nota par-
ticipium à paſſiuo. Animaduertenda, caſtiganda, vindi-
Animad- canda eſt. ¶ Ab illo iniuria.} quam facit, non quam pati-
uertenda. tur. ¶ Ea primùm animaduertenda iniuria.} Vt iam hoc
Ab illo in- ſit peccatum quòd recuſat nuptias, non quòd peccat ado-
iuria. leſcens. Ideo ergo primùm dixit, animaduertenda iniu-
ria eſt, vindicanda, exequenda eſt. Et bene, Ea ab illo di-
xit, iniuria. certiſsimam enim notat perſonam, quæ de-
beat pro iniuriis pœnas ſoluere. Quòd ſi dixiſſet, iniuria
Eius, ἀμφιβολίαν feciſſet, vtrum quam paſſus eſt ab alio,
an quam ipſe aliis intulit. ¶ Et nunc id.} Hic reddit quod
Id. dixerat, Conſilium meum cognoſces. Id, id eſt propter id.
Antithetõ. ¶ Vera.} ἀντίθετον, quia Falſa dixit, intulit Vera. ¶ Mani-
Manibus bus, pedibúſq.} Prouerbiale. id eſt omnibus mẽbris. ¶ Obni
pedibúſq. xè.} Cum conatu, inſtanter contra conantẽ. ¶ Magis id.} Id,
Obnixè. propter id. ¶ Incommodet.} noceat, incommodum afferat.
Incommo- ¶ Magis id adeò mihi vt incommodet.} Non enim, inquit,
dare.

prodeſt filio amare meretricem. ¶ Quapropter.} Mirè Soſia
interrogat, quaſi vlla cauſa ſit fallendi dominum. ¶ Mala
mens.} Voluntas, eſt mens, etiam ratio. ¶ Mala mens} Ar-
gumentũ à natura, & an aliquis ſine cauſa malus, an ab Mens.
impulſione. ¶ Mala mẽs.} Quia dixit, Magis vt lædat, quàm
vt proſit. ¶ Quem quidem ego ſi ſenſero.} ἀποσιώπησις eſt
grauiſsimam pœnam oſtendentis. ¶ Exorandus.} Legitur Apoſiope-
& expurgandus. ſi expurgandus, lege cui, non qui: quia cui ſis.
per Q, veteres ſcripſere. ¶ Confore.} Ab eo quod eſt con- Qui, Cui.
fit, id eſt perficitur, futurum tempus infinitiui modi confore
facit, id eſt perfectum iri. Sic in Adelphis, Verùm, quid ego Confore.
dicam? hoc confit quod volo. Confieri, id eſt perfici. vnde con Confieri.
fectum negotium dicitur, vel confecta res quæ ad plenum Confectum
perficitur. Virgil. Nunc qua ratione quod inſtat, Con- negotium.
fieri poſsit, paucis, aduerte, docebo. ¶ Nunc tuum eſt officiũ.} Confecta
Hoc ad illud tertium reſpicit, quod dixit, Et quid facere in res.
hac re te velim. Has bene vt adſimules nuptias: perterrefa
cias Dauum. hoc erat tertium de his, quæ dicturum ſe pro-
miſerat. ¶ Adſimules.} Hoc eſt vnũ verbum Adſimules:
quod dixit, quin tu vno verbo dic, quid eſt quod me ve-
lis ¶ Perterrefacias.} Venuſtè & poëticè. ¶ Obſerues filiũ.}
Obſeruatio in duabus rebus eſt, in obſequio, & ſpeculan- Obſeruare.
do. ¶ Curabo.} Vt coquus. & ſuprà ſic, Nempe vt curen- Curare.
tur rectè hæc. ¶ I præ.} Figura ἀναστροφή, quod nos præi, Anaſtro-
dicimus. phe.

VOS iſtæc intrò auferte, abite.} Priſciano authore, ADR. BAR.
pronominis additio diſcretionem aliquam deſiderat
perſonæ alterius, vt ego lego, tu ſcribis, & hoc in loco, ¶ Vos
iſtæc intrò auf.} Auferte, tollite hinc & intrò ferte. Nec
mihi probatur quod Donatus ſcripſit, Auferimus quæ cum Donat. im-
faſtidio cernimus, ferimus quæ cum honore tractamus. Si- probatur.
quidem & fures & prædones ea auferunt, quæ iucun-
diſsima ſunt. ¶ Abite.} Quaſi hærenti, morantíque di-
cimus abi. ¶ Adeſdum.} comperto filij amore ſenex in fo-
rum abiit cum ſeruis & coquis aliquot, ſimulans futuras
nuptias. Vnde rediens comparato obſonio, cum prò ædium
ſuarum foribus ſtaret, ad ſeruos cõuerſus, Vos, inquit, iſtæc
intrò auferte, cauſa etiam addita aliis abeũdi, ne ſuſpicio-
nem præbeat, Soſiam, cõmunicandi ſecreti gratia, foris iuſ-
ſum manere. Poſtea cum reſpicerent quos ingredi iuſſerat, Abite, in-
dicendo concitatius abite, increpat eos, quibus introgreſsis, crepãtis eſt.
Soſia, inquit, adeſdum. Quod non ſignificat, Veni huc: ſed Adeſdum.
perinde eſt ac ſi diceres, hîc eſto, hoc age. Quos enim atten
tos eſſe iubemus, ſic alloqui conſueuimus. Hîc eſtote, hoc
agite, & adeſte animis, Adeſdum. Errant qui dum hoc lo-
co parelcon eſſe negant, putantes pro huc aduerbio poſitũ. Dũ, parel-
Vt loci aduerbia non rarò pro illis ponuntur quæ ſunt tem con eſt.
poris, ita hæc pro illis nunquã vſurpantur. Sunt qui dicant
hîc dum ſignificare idem quod adhuc: vt ſit adeſdum, id
eſt adſis adhuc, nec cum aliis ingrediaris. nam eſt quod te
velim. ¶ Adeſdum.} Es & ades indicatiuum eſt & impe-
ratiuum. Sed imperandi modo frequentius es, quàm ſis an-
tiquitas dixit. ¶ Paucis te volo.} Colloqui & paucis verbis
tecũ agere volo. Sed cur dicit, paucis te volo, cum ſatis pro-
lixè cum eo locuturus ſit? Dic ſimulare eum paucis cõmen-
taturum ſeſe cum liberto, vt ſpe breuitatis audiatur atten-
tius. ¶ Nempe vt cu. rect. hæc.} Quid, inquit, velis intelligo.
Vis vt coquam diligenter quæ modò apud forum emiſti.
¶ Nempe vt curentur rectè hæc.} Quidam nẽpe pro hoc eſt Nempe.
accipiunt. Alij interrogatiuè legunt, vt ſit nẽpe pro nónne

vis? authore enim Seruio, & nónne pro nempe, & nempe pro nónne in vſu eſt. Rurſus alij pro quippe, vel nanque poſitum exiſtimant. ¶ Mea ars efficere hoc poſ.am.} Quid eſt maius quàm hoc quod mea ars tibi efficere poſſit? ¶ Nihil iſtac opus eſt.} Vide eodem eum ſermone vti in rebus diuerſis, aliter enim culinariam artem appellamus, aliter fidem & taciturnitatem. Diomedi ars dicta quòd arcto præcepto ſingula definiat, & velut vias quaſdam condat. vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. vnde veteres artem pro virtute acceperunt.

Ars vnde dicta.

¶ Nihil iſtac op.} Nihil indigeo coquendi ratione, ſed his ſupple artibus, hoc eſt virtutibus, fide & taciturnitate. Inter bonas artes hoc eſt virtutes & animi ornamenta, fidem quoq; Saluſtius collocat. ¶ Quas ſemper in te int. ſi.} Hoc niſi adderetur, in ſene viro prudentia deſiderari poſſet, vt qui celanda homini ſeruo committat, hoc eſt vni ex eorum numero, qui facilius ore prunam, quàm arcana cõtineant. ¶ Fide & taciturn.} Fide, vt mandata compleas: taciturnitate, ne filio prodas amanti, quæ tibi ſecreta committam.

Serui quæ prima virtus.

¶ Fide.} In hoc hominũ genere virtus prima fidelitas, qua remota, aut nulla ipſi vtentur in dominos obedientia, aut ſimulata, aut ficta. ¶ Expecto quid velis.} Expectare Nonio authore, manere & obſeruare eſt hoc loco. Sipontinus Antiſtes, Expecto inquit ab expicio eſt, & obſeruo, quaſi q; diligenter aſpicio ſignificat apud Terentium, cum ait, expecto, quid velis.

Expecto.

¶ Ego poſtquã te emi.} Beneficia in Soſiam collata commemorat, ſed ſine arrogantia commemorat. & ita captat à ſua perſona beneuolentiã. ¶ Clemens.} Lenis, non odioſa ſeruitus. Talem me ſemper habuiſti, vt queri non potueris, nec dicere, nimis te imperioſum habere dominum. ¶ Feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi.} E ſeruo, hæc additio magnitudinem beneficij oſtendit. Quemadmodum ſi dicat medicus illi quẽ curarit, feci ex ægroto, ſanus vt eſſes ac validus. Et mihi pronomen hîc ita ſignificat, vt Soſia oſtendatur libertatis beneficium hero ſuo, nõ herili filio debere. Quaſi dicat, quia ego te libertate donaui, non filius: hunc nihil eſt quòd pertimeſcas, ſi quid tibi aduerſus illum iniungam.

Romanorũ in ſeruos humanitas

Veteres quoque Romanos ſumma vſos aduerſum ſeruos facilitate, humanitate, iuſtitia, Seneca eſt author. Inſtituerunt inquit diem feſtum, non ſolum quo cum dominis famuli veſcerentur, ſed quo vtique honores illis in domo ſua gerere, ius dicere permiſerunt, & domum puſillam rempublicã eſſe iudicauerunt. Seruos etiam ad liberales diſciplinas inſtituerũt. Seruiuit Romæ Terentius hic noſter. Seruiuit & Publius nobilis attellanarum author. Cicero quoque non dici poteſt quantum indulſerit Laureæ ac Tironi eruditiſſimis viris. ¶ Vt eſſes libertus mihi.} Laurentius Valla, cui viro omnes ſcholæ plurimum debent, ſe melius quàm ſui temporis iuriſconſultos nouiſſe putat inter libertus & libertinus differentiam: libertinus inquit adiectiua, libertus ſubſtantiua vox eſt.

Libertus. Libertin⁹.

Libertinus conditionẽ hominis ſignificat. Libertinus homo, non libertus homo dicitur. Nam libertus priuatum quẽdam ſignificat reſpectum ad patronum, id eſt ad eum qui dominus antea huius fuerit, vt libertus Cæſaris, libertus Meſſalinæ. duo hæc igitur elegantiæ gratia, non ſignificatu differunt. Qui patronum amiſit, libertus eſſe deſinit, manet tamẽ libertinus. ¶ Quod ſeruiebas liberaliter.} A perſona Soſiæ beneuolẽtia captatur. laudat enim facta illius. Auguſtino liberaliter ſeruit, qui domini ſui voluntatem libenter facit: nihil ſomniculoſe exequitur: nihil remiſſè agit. ¶ Seruiebas libe.} Non ſolum non detractabas vnquam herile imperium: ſed mandatis etiam rebus præuertebas frequenter. ¶ Seruiebas liberaliter.} Seruorum vulgus metu imperiis obedire & mandatis rebus operam dare ſolet, non vt liberi reuerentia & amore. Quòd ſi quis non metu, ſed reuerentia & amore hero ſuo ſeruiat ex ſententia, iam liberaliter, hoc eſt ritu liberorum, puta libenter ſeruit.

Liberaliter ſeruire.

¶ Quod habui ſummum pretium perſolui tibi.} Hîc pretium pro premio poſitum Nonius dicit. Summũ pretium libertatem vocat. Prima mortales ducunt libertatem & diuitias.

Pretium. Libertas.

In Græcia olim, poſtea & Romæ qui de legitimo fuiſſet hoſte captus, ſeruiebat. Dicti autem initio ſerui quod in prælio ſeruati eſſent. Qui enim in pugna non cecidiſſet, is iure belli erat victoris effectus. Huic tali per omnia heri ſeruiendum arbitratu erat, non ſuo: opus ſi exigebatur, laboribus atterendæ manus erant: hinc res dulciſſima facta libertas. Vnde hoc loco ſenex, Quod habui, inquit, ſummum pretium perſolui tibi.

Serui vnde dicti.

¶ In memoria habeo.} Ingratus non ſum. Libertus ingratus olim in ſeruitutem reuocabatur. Suetonius in Claudio: Ingratos inquit, & de quibus patroni quererentur, in ſeruitutem reuocauit.

Ingratus.

¶ Haud muto factum.} Non me pœnitet collati in te beneficij, Donatæ tibi libertatis. ¶ Aduerſum te.} Nonius Marcellus hunc locum citans dicit aduerſum ſignificare idem quod apud, aliis erga, Perotto apud vel erga ſignificat, ſic & Ciceroni in Officiis. Adhibenda eſt igitur quædam reuerentia aduerſus homines.

Aduerſum

¶ Iſtæc comme. qua. expro. eſt.} Odioſum ſanè genus hominum inquit Cice. officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is in quem collata ſunt, non cõmemorare qui contulit. ¶ Exprobratio.} Sipontino exprobrare eſt ignominioſum aliquid obiicere, à quo exprobratio ipſa probri obiectio dicitur.

Exprobrare.

¶ Immemoris beneficij.} Immemoris, cuius accepti immemor ego ſum. ¶ Quin tu vno verbo dic.} Sed tu paucis aperi mihi quam ob rem hîc me ſolum manere iuſſeris. ¶ Quin tu vno verbo dic, quid eſt quod me velis.} Videtur potius dicendũ, quid ſit, quàm quid eſt. diuide igitur hoc modo. Quin tu vno verbo dic. Hyperbole eſt, & quod ſequitur lege interrogatiuè. quid eſt quod me velis? ¶ Quas credis eſſe has nõ ſunt veræ nuptiæ.} Priſcianus quo loco de antiptoſi in ſuis inſtitutionibus loquitur, citat hanc Terentij locutionem. ¶ Eo pacto & gnati vitam.} Diuiſio eſt per enumerationẽ. Enumerat tria de quibus dicturus ſit, Vitam gnati, conſilium ſuum, & quid facere velit Soſiam. Sequitur deinde narratio, ibi. ¶ Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia.} Vbi quanquam multis verbis agit, tamen breuiter narrat. Nam & vnde neceſſe eſt incipit, & quouſque opus eſt proſequitur, nec deerrat ab eo quod cœpit exponere, & quæ prætereunda ſunt præterit, neque ſæpius idem dicit. ¶ Eo pacto & gnati vitam.} Libro primo de Inuentione M. Tullius hoc vtitur exemplo Terentij. Partitur, inquit apud Terentium breuiter & commodè ſenex in Andria, quæ cognoſcere libertum velit. Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum cognoſces, & quid facere in hac re te velim. Itaque quemadmodum in partitione expoſuit, ita narrat. Primùm gnati vitam hoc modo. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia, liberius viuendi fuit poteſtas. Deinde ſuum conſilium, & nunc id operam do. Deinde quid Soſiam velit facere. id quod extremum poſuit in partitione, poſtremũ dicit. Nunc tuum eſt officium. ¶ Conſilium meum cognoſces.} Nonius putat hoc loco cognoſcere accipi pro audire. Perottus pro

Cognoſco.

tus pro intelligo exponit. ¶Conſilium meum.} Cauſam cur nuptias ſimulem. ¶Nam is poſt. exceſſit ex ephebis.} Ephebiam vocamus extremam pueritiam, primam pubertatem; primam in adoleſcentia ætatẽ. Sequens adoleſcentiæ pars, plena pubertas dicitur. Quos ephebos vocamus, antiqui parectatos dicebant. Nonius. Parectati hi qui de pueritia ad pubertatem veniunt. Poëta noſter cum ex ephebia quoque dicere potuiſſet, ex ephebis maluit, eò fortaſſe ſpectãs, quòd iuuenes cum iuuenibus conueniunt, ſenes cum ſenibus congregantur, pueri pueros quærunt, ephebi congrediuntur cũ ephebis, atque in vniuerſum æqualis ſe adiungit æquali.

*Ephebia.* *Parectati.*

¶Poſtquam exceſ. ex ephe. Ita & Plautus in prologo Mercatoris: Extemplo ex ephebis poſtquam exceſſerit. Cicero in oratione pro Archia eodem vſus eſt loquẽdi modo, cum ait. Nam vt primum ex pueris exceſſit Archias. ¶Liberius viuen.} Quid ſi liberius pro ſolutius accipiamus? ¶Metus, magiſter.} Quidam legunt magiſtri, vt ſit, metus magiſtri, nam dabatur pueris pædagogus quem vererentur. Si magiſter legas, referetur ad patrem metus. ¶Aetas, metus, magiſter.} Aſyndeton eſt, ſine coniunctionibus oratio dicitur.

*Exephebis.* *Ex pueris.* *Aſyndetõ.*

¶Quod plerį. om.} Plerique omnes pro vna parte orationis veteres vſi ſunt vt plus ſatis. Gellius in primo Noctium Atticarum. Verſus ex Georgicis plerique omnes ſic legunt. & alibi. Pleraque omnia veterum literarum quæſita. & Macrobius. Vultis ne diem ſequentẽ, quem plerique omnes abaco & latrunculis conterunt? ¶Aut equos alere.} Horatius in arte, Imberbis iuuenis tandẽ cuſtode remoto, Gaudet equis, canibúſq; ¶Alere.} Quid ſi alere pro alendi poſitum dicas, vt ſit græca locutio? ¶Aut ad Philo.} Eclipſis eſt, poteſt enim intelligi, animum applicare. ¶Nihil egre. pre. cæ. ſtu.} Hîc ſtudeo ſignificat vehementer cupere, aut velle, aut affectare. Sic in Hecyra, Vt omnes mulieres æquè eadem ſtudeant, velint omnia. ¶Om. hæc me.} Hunc Terẽtij locum citans Perottus, dicit mediocriter idem ſignificare quod modeſtè. ¶Vt ne quid nimis.} Eraſmus & Budæus putãt, vt ne, pro ne poſitum eſſe. Quidã Vt pro ſi exponunt. vt ſit, Id arbitror apprimè in vita eſſe vtile, ſi ne quid nimis agas. Nam ſic vt particula & alibi apud Terentium accipi videri poſſit: vt in, III. ſce. II. act. huius fabulæ, Modò vt poſſim. Et in alia comœdia, Scies modò, vt tacere poſſis.

*Plerique omnes.* *Studeo.* *Mediocriter.* *Vt, pro Si.*

¶Vt ne quid nimis.} Seruius enarrans in decimo Aeneidos, verſiculum illum. Rhæbe diu res ſi qua diu mortalibus vlla eſt. Hoc, inquit, loco Maronem nõnulli reprehendunt, quòd homini ſacrilego prudentem dederit ſententiam: quæ res naturali ratione excuſatur. Quæ enim per naturam mouent animos, in quamuis perſonã cadunt. Illa verò tantùm prudentibus conueniunt, quæ non niſi conſilio & ratione deprehenduntur. Vnde comicus noſter ſeruis dat plerunq; ſentẽtias prudentiſſimas quidem, ſed quæ ſe per naturam offerunt cunctis. vt ne quid nimis. Eraſmus in Chiliadibus hanc ſententiam, inquit, tanquã vulgo celebratam Terentius in Andria etiam Soſiæ libertini perſonæ tribuit. Ariſtoteles Rhetoricorum libro tertio, dicit à Biante profectam tractãs de iuuenum immoderatis affectibus, quos ait vbique nimia vehementia peccare. Plinio authore perniciosiſſimum eſt & in omni vita quod nimium. Hoc ne quid nimiũ nimis placet mi, Alpheus dixit. ¶Ne quid nimis.} Aſconius Pædianus Ciceronis hæc verba citans: Nimium diligentem, in oratione contra Piſonem, Hæc eſt inquit, artificioſa laudatio iudicis ſine ſuſpicione aſſentationis & tamen efficax à beneuolentia. Qui autem diligentem vituperare nõ poterat, pro crimine, addidit nimium. Terentius; Ne quid nimis, id eſt ne quid pecces. Diuus Hieronymus in epiſtola ad Heliodorum, de miſeria & breuitate huius vitæ, eadem vtens parœmia: Sed obſecro inquit, vt modum adhibeas in dolore, memor illius ſententiæ, Ne quid nimis. ¶Cúmq; vnà his ſeſe dédere.} Dédere vnà ſeſe cum his, cum quibus erat. Senſus eſt. Dedebat ſe omnibus cũ quibus erat, ſiue inferiores, ſiue ſuperiores eſſent. ¶Sine inuidia laudem inuenias & amicos pares.} Naturâ enim propenſi ſumus ad eos amandos, qui nobis ſuperiores eſſe nolunt, tametſi poſſunt. Apud Eraſmum in conuiuio poëtico, ita in ſuos pedes hic verſus digeritur. Sin' inidi, hic u conſonans eliditur vt vocalis, & proceleuſmaticus eſt. a lau, & ſpondeus eſt, dinueni dactylus as & a, dactylus. micos, ſpõdeus. pares, iambus. ¶Hoc tempore obſequium amicos.} Prouerbiũ hoc non admonet quid oporteat fieri, ſed quid vulgò fiat oſtendit. vulgaris enim amicitia conſtat obſequiis. Nam inuicem conniuere ad familiarium vitia, hæc res & iungit, iunctos & ſeruat amcos. At inter veros amicos nihil eſt veritate iucundius, modò abſit aſperitas agreſtis, & inconcinna, grauiſque. Porrò qui vulgò ſtudet plurimis amicus eſſe, moribus alienis obſecundet, cauéatque iuxta Perſium, Auriculas teneras mordaci radere vero. Non probari verò ſententiã hanc Terẽtio ſatis indicat, cùm ait, Nanq; hoc tempore, id eſt his corruptis moribus. Hæc ſunt Eraſmi in Chiliadibus. ¶Veritas odium parit.} Ex veritate naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ. Sed multò moleſtius eſt obſequium, quod peccatis indulgens præcipitem amicũ ferri ſinit. ¶Obſequium amicos.} Cur Cicero in literas miſit quod obſequium primus dixerit poëta Terentius, cum & Plautus, & Næuius antea ſint vſi hoc vocabulo: Quidã putant Ciceronẽ id propterea dixiſſe, quòd Terentius eam dictionem iam deſitam renouauerit. Alij Ciceronem & ipſi defendere volentes, dicunt in vſu fuiſſe quidem hanc vocẽ ante Terentij ætatem, ſed veteres illos in diuerſo ſignificatu, nempe pro ſeruitute vſurpaſſe. Terentius verò omnium primus obſequium dixit pro officio. ¶Obſequium amicos.} Pontanus in libris de ſermone, hoc Terentij dictum interpretatus eſt. Verba eius quoniam elegantia ſunt, non pigebit adſcribere: His accedit maximè vanũ genus, inquit, hominum, quorũ ſtudium tantùm eſt loquendi in aliorum gratiam, atque ad illorum ipſorum vultum, atque opinionem, orationem ſuam, ſéque ipſos componere, iiſdémque in omnibus morem gerere, ſeq; ſuáq; ſermonéſq; ad hæc ipſa tantum inſtituere. quorũ quidem conſilium Terentianũ quoq; eſt illud & meta quaſi quædam, ad quam ſeipſos inſtruũt, obſequium amicos, veritas odium parit. Quod dictũ quanquam latius fortaſſe patet, tamen maximè ad eos referendum, qui voluptatem ſolam ſuis edictis quæritant, quã ad adipiſcendam ſeſe omni arte inſtituunt, ac dicendi ſtudio, ſolúmque eorum eſt propoſitum, dominantibus vt placeãt, & quibus cum obuerſantur, eos delectent, iis blandiantur, & illorum, arte vt omni aures demulceant, voluptatis gratia: denum omnia. Hicque illorum eſt finis, ac propoſitum. ¶Obſequium amicos, veritas odium parit.} Sententiarum variæ ſunt formæ. Aliæ ſunt catholicæ, vt Inuidentia ipſa ſuum eſt ſupplicium. Aliæ ad rẽ referuntur, vt: Nihil tam populare quàm bonitas eſt. Aliæ, ad perſonam, vt Princeps qui vult omnia ſcire, neceſſe habet mul-

*Ne quid nimis.* *Obſequiũ amicos, veritas odiũ parit.* *Obſequiũ an primus dixerit Terentius.* *Sententiarum variæ formæ.*

ta ignoſcere. Rurſus alia ſimplex, vt omnia vincit amor. Quædam duplices ſunt ex partibus contrariis, nulla tamen addita ratione, vt Obſequium amicos, veritas odium parit. [Interea mulier.] Omnino ſic eſt apud poëtas, interea,

*Interea.* ſicut apud Saluſtium, eodem tempore. [Abhinc trienniū.]
*Abhinc.* Abhinc vna pars eſt, & ſignificat ante. ſic dicimus abhinc
*Huic viciniæ.* decē annos, pro ante decē annos. [Ex Andro commi. huic viciniæ.] In hanc viciniam. datiuus pro accuſatiuo, vt Nonius & Priſcianus annotauerūt. [Interea mulier quædā.] Huius loci artificium Rodulphus Agricola vſque ad miraculum doctus, nec minus etiam facundus homo, in ſuis libris de inuentione dialectica oſtendit, cuius verba non grauabor in hoc commentarium adſcribere. Illud, inquit, videtur ferè obſeruatum, vt vndecūque petitum ſemper ponant fauorabilem primum narrationis ingreſſum, & ab aliquo, quod cauſam ſuam commendet, auſpicentur. Terentianus ille Simo continentiam filij ſui laudaturus, cum tutò etiam verſatum eum inter modeſta parum ingenia vellet oſtendere, viderètque meretricis perſonam præſenti laudum commemorationi indecētius inſeri, & poſſet videri obſtare exiſtimationi filij, quòd talis perſonæ cōſuetudinem expeteret, videmus vt altius petito principio mollierit omnia & rem ipſam & perſonā pro ſuſpecta & aſpera, fauorabilem reddiderit. Incipit ergo, Interea mulier quædam abhinc triennium ex Andro commigrauit huic viciniæ. Vt iam neque ganeonis, neq; omnes vrbis angulos peruagantis videri poſſit, ſi conſuetudinem tertium iam annum vicinæ ſibi Pamphilus habeat. Reliqua quæ ſequuntur ad commendationem pertinent mulieris. [Inopia & cognatorum negligen. coacta, egregia.] Videmus hîc quanta huic delinquēdi excuſatio deſertæ à cognatis, & inopi, quanta facultas iuueni & formoſæ. Hæc tamen inter iſta, primū pudicè, nec id ſolum, ſed parcè ac duriter agebat, lana ac tela victum quæritans, vt obſtinatio tuēdi pudoris perſpici poſſit. Hinc iam paulatim velut gradibus incipit labaſcere. Sed poſtquam amans acceſſit ad iuuenem, pretium pollicens ad inopem, non primo tamen congreſſu victa eſt, ſed vnus & itē alter. Quod iam conſequens erat vt diceret proieciſſe eam pudorem, quanta id cura molliit, vt culpam eam cum omnibus communicaret, dicerétque, Ita vt ingenium eſt omnium hominum à labore procliue ad libidinem. Quod tamen cunctantis ſignum eſt, primùm accipit conditionē, tum iam demum quæſtum occipit. [Andria apportet mali.] Antonomaſia eſt. [Duriter agebat.] Donatus, durè ac du-

*Durè.* riter, aduerbia dicit ita ſeparari, vt duriter ſit ſine ſenſu
*Duriter.* laboris, durè verò crudeliter: Durè in alterum, Duriter in nos ipſos aliquid faciamus. Nonius de indiſcretis aduerbiis agens, ſcribit hoc loco duriter pro durè poſitum. [Lana ac tela.] Hæc lana & hoc lanificium dicimus, ſicut fuga & effugium. [Victum quæritans.] Nendo texendóque manus exercens. Perottus in dictione filo dicit filare, filum ducere, & nere, eiuſdem ſignificati eſſe. [Vnus & item alter.]

*Secundus.* Hoc mihi diſcriminis inter ſecundum & alterum eſſe vi-
*Alter.* detur, quòd ſecundus, ſemper alterum ſignificat, adeò vt quiſquis eſt ſecundus, continuò ſit etiam alter. Alter verò non ſemper ſecundum ſignificat. Non enim protinus eſt ſecundus, quiſquis eſt alter. quādo & primus eſt alter, nullo autem pacto ſecundus. Atque hæc differentia non ex alio quàm ex ampliore ſignificationis ambitu nominis Alter prouenit, quæ quidem amplitudo ex eo originem ſumit, quòd Alter quaſi diuerſus differentiam duntaxat, Secundus verò præter differentiā etiam ordinem ſignificat. Hinc fit vt rectè dicamus primus & ſecundus, & rectius, primus & alter. Item rectè vnus & alter, non autem vnus & ſecundus. [Et item alter.] Adrianus Cardinalis annotauit *Item, pro*
item ſignificare interdum id quod ſimiliter: & citat hunc *ſimiliter.*
locum. [Accepit cōditionem.] Laurentius Valla, Dicimus, inquit, offero conditionem, vel fero, vel pono, nunquam ferè per aliud verbum. Quæ conditio dum placuit, etiam ferè ſemper dicimus, accipio conditionem, vt apud Terentium *Conditionē*
amatores Chryſidis tulerunt mulieri conditionem, ſi vellet *accipere.*
eis morem gerere, ſe daturos illi pretium, liberalémque mercedem. Ipſa verò accepit conditionem, hoc eſt pactioni promiſſioníque aſſenſit. [Quæſtum occi.] Meretricium facere cœpit, merere cœpit. [Certè cap. eſt.] Laurentius tertio
capite libro ſexto. Habet, inquit, Terentius, captus eſt, ſub- *Captus eſt.*
intellige amore, ſiue pulchritudine fœminæ, id eſt delecta-
tione [Habet.] Seruius in duodecimum Aeneidos, Hoc *Habet.*
habet inquit: id eſt letali percuſſus eſt vulnere. Terentius. Certè captus eſt, habet. [Mane.] Matutino, ſic Plinius ſæ-
pe loquitur. [Heus puer.] Appellatione puerorum, vt Pau *Puer.*
lus iureconſultus docet, veniūt & ſerui, & filij & qui ſunt
ætate puerili. [Dic ſodes.] Antiqui breuitatis cauſa dixe- *Sodes.*
runt pro ſi audes, vt in plauti Aulularia. Dic mihi ſodes,
quis ea es, quam vis vxorem ducere. [Symbolum dedit.] *Symbolum*
Cum dicit ſymbolum à filio datum, ſignificat collatiuam illam fuiſſe cœnam, quæ ex collatione facta ſit. Dicitur enim ſymbolum, quod confertur ad conuiuium. Symbolum ergo dedit, id eſt, contulit aliquid ad cœnam. Deductum eſt autem Symbolum à συμβάλλω quod eſt cōfero, vnde quidam
collationem interpretati ſunt, ita vt cœna illa dicatur col- *Collatio.*
latio, ad quam comparandam plures aliquid contulerunt. Diuus Hieronymus in parabolis. Noli, inquit, eſſe in conuiuiis potorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendū conferunt: quia vacātes potibus & dantes ſym-
bola conſumentur. [Specta. ſatis puta. & mag. exem. con.] *Exemplum*
Libro ſexto, Vallenſis eſſe dicit exemplum id quod imita-
mur, aut deuitamus in aliquo, vt in Catone, quòd mortem *Exemplar.*
ſibi conſciuit, Cato autem exemplar eſt, illud cōtentum, hoc
continens. [Qui cum inge. con. eiuſmo.] Perottus, Ingeniū *Ingenium.*
propriè ſignificat naturam cuique ingenitam. Cum ingeniis ergo huiuſmodi, id eſt cum hominibus eius naturæ. [Neque com. ani. in ea re.] id eſt & ſeruet ſe tamen incontaminatum, ac purum ab inquinamentis libidinum. quod in Pam-
philo quis nō miretur? Pauci enim malorum contagio non *Modū vitæ*
inficiuntur. [Scias poſ. habe. iam ipſum ſuæ vitæ mod.] *ſuę habere.*
Scias eū ſine cortice poſſe nare, hoc eſt ſine alieno admini-
culo ſe regere. [Vno ore.] Vno ore, pro ſummo cōſenſu, paſ- *Vno ore.*
ſim apud authores obuium eſt. Cicero in Dialogo de amicitia. Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cuius vti-
litate omnes vno ore conſentiunt. [Fortunas meas.] Feli- *Fortunæ.*
citatem meam Parentum enim felicitas eſt, ſi bonos ac fru-
gi ſuſceperint liberos. [Hac fama.] Fama laudem inter- *Fama, pro*
dū ſignificat. Quid ſi & hic pro laude accipias? Tota enim *laude.*
vrbe, de filio Simonis ſermo erat honorificus ob continentiam. [Impulſus.] Bene impulſus. nam ſi antè Chremes obtuliſſet filiam ſuam quàm Pamphilus vulgò laudabatur, dici potuiſſet, aliquid monſtri alunt. Quando nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Neque malè feciſſe Chremes cenſendus, quòd vltro venit. Sic vita erat, ij mores Pamphili

erant,

*etant, vt digniſsimus videretur, quẽ rogaret Chremes. Hic locus citatur Seruio in ſeptimum Aeneidos, aduerſus quorundam calumniam Vergilium defendenti. Arguebatur enim Poëta quòd Latinum regem induxiſſet, vltrò filiam pollicentem. ij nec oraculum, quod Italo dari non poterat, nec meritum Aeneæ conſiderabant, qui modis omnibus ro gandus erat. [Placuit, deſpondi, hic nup. dic. eſt dies.] Vide quam hîc ſeruarit in exponendo breuitatẽ, quando non ſingulas rerum particulas dicendo proſequitur, ſed habet ſatis rerum ſummas, & velut faſtigia perſtringere. [De-*

Deſpondeo. *ſpondi hic nupt.] Deſpondet qui promittit, quod ad nuptias propriè pertinet, & ad eum præcipuè, qui elocat mulierem viro, aut virum mulieri. De locata muliere dixit in Andriæ Periocha Sulpitius Apollinaris. Nam aliam pater ei deſponderat gnatam Chremetis. Cicero ad Atticum. in epi-*

Diem dicere nuptiis. *ſtola, deſpondimus pro deſtinauimus dixit. [Hic nup. dic. eſt dies.] Ita locutus eſt & Cæſar in commenta. Dies colloquio dictus ex eo die quintus. [Chryſis vicina hæc mor.]*

Metuere ab aliquo. *Hic audis vicinæ nomen, quod ſuprà tacuit. [Metui à Chryſide.] Metui ne quid mali Pamphilo contigiſſet ex Chryſidis conſuetudine. [Tam Fert familiariter.] id eſt*

Familiariter. *grauiter, authore Donato. Amiſsio enim familiarium, grauis eſſe ſolet animo noſtro. [Huius mortem tam fert familiar. quid mihi hic faciet patri.] A minori locus eſt, vt illic. Furem cædere licet, ergo & latronem.*

Egomet. *[Egomet quoq;.] Emphaſim habet. Egomet cuius nihil intererat, ego vir ſenio confectus, & ægrè ingrediens. [Egomet quoque.] Pronomina componuntur cum ſyllabicis adiectionibus, quæ ſunt quinque. met, tim, te, ce, pte.*

Syllabica adiectio. *Syllabica adiectio, eſt ſyllaba extra compoſitionẽ nihil ſignificans, in compoſitione ſignificatio eius deprehenditur, nam aliter ſignificat egomet quàm ego. Sunt autem aduerbia, quæ ſic pronominibus adiiciuntur. [Eius cauſa.] Ob filij manſuetudinem & humanitatem. Non eſt humanum pectus, ſed ferreum, quod res humanæ non tangunt. [In funus.] in pompam illam, & exequias. [Effertur.] Effero plerunque extra fero ſignificat. Plautus, Ne pedem domo efferrẽ. Hinc tractum nonnulli putant vt efferri cadauer dicamus, dum ad ſepulchrũ*

Efferre funus. *portatur: quibus non aſſentior. Efferri enim funus dicitur, quaſi prouehi & extolli. Solebat enim pompa ferri humeris clarorũ virorum pheretro ſuppoſitis, quod noſtris quoq; temporibus fieri videmus. Hinc veteres illi mortuos non ſo-*

Superbus. *lùm elatos, ſed etiam ſuperbos vocabant. Plautus. Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi hinc abis. [Effertur funus.]*

Funus. *Hîc funus pro cadauere accipitur. [Forma.] Facie, ſpecie.*

Forma bona. *[Bona.] pulchra, bella. ſic malum pro deformi vſurpamus. [Præter cæteras.] Præter hîc ſupra ſignificat. [Accedo*

Præter, pro ſupra. *ad pediſs.] Latini frequenter vtuntur hac præpoſitionis abundantia. [Atat.] At geminatum, admirationẽ oſtendit & metum. Sic & Plautus in Mercatore. Atat meus*

Hinc illæ lachrymæ. *hic quidem pater eſt. [Hinc illæ la.] Paræmiographus. Dicetur, inquit, de rei cauſa aliquandiu diſsimulata, quæ verè tandem deprehenditur: veluti ſi quis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne ſcilicet illi parũ docti videantur, commodè ſubnectet, Hinc illæ lachrymæ. hoc eſt quod eos malè habet. Summuntur autem frequenter id genus alluſiones à clariſsimis authoribus, & in prouerbij vicẽ trãſ-*

Funus procedit. *feruntur, etiam ſi nulla prouerbialis figura adſit. [Funus interim.] Ioannes Pierius tractans locum ex ſecundo Aeneidos, Comitum proceſſerat ordo, Ro. codex & oblongus, inquit, & omnes denique antiquiores præceſſerat legunt, vt in antiquarũ aliquot impreſsionum codicibus habebatur. Qui enim funus ducunt, præcedere ſolent, ſubſequi verò qui lugent. Sed procedere in ſimilibus admodum vſitatum eſt. Terentius. Funus interim procedit. [Sequimur.] Quaſi poſt ipſam morituri, Hinc exequiæ appellatæ.* Exequiæ vnde dictę. *[Ibi tum exanimatus Pamphilus.] Amor Pamphili erga Glycerium proditur. Exanimatus, timidus, peſsimè timens. Eraſmus in commentario de copia annotauit, per amplificationem, eum dici exanimatum, qui dolore ſit affectus.* Exanimatus. *[Bene.] Multum, magno ſtudio, & cura, ne quà ad patrem hoc dimanaret.* Bene. *[Mea Glyce.] Pathos eſt, vbi ſunt dicta & facta: Mea vt amator, Glycerium vt familiaris dixit authore Donato. [Reiecit ſe in eum flens quàmfami.] Quàm pro quantum hîc accipies, non pro valde, & ſi dicas reiecit ſe quàm familiariter, ſignificat modo ac geſtu familiari. Si verò ſic legas, vt quàm familiariter ad flens referatur, ſignificabit idem quod grauiter.* Quàm. *[Nec ſatis ad obiurgandũ cauſæ.] Mirè exprimitur indulgentia patris erga filium. [Quid commerui.] Seruio commerui ſignificat malè egi. Sipontino commereor idem eſt quod mereor, ſed promereor ferè in bonam partem accipitur, illud in malam.* Cõmereor. Promereor. *Apuleius, Ingentem ob id laudem apud ſuos promeritus. Plauto tamẽ promeritus in malam partem vſurpatum eſt. Quid mali ſum tanta ex re promeritus? [Quid peccaui.] Pro in quo peccaui, dicimus. [Qui dederit damnum.] Martianus Capella ſub Rhetoricæ perſona de argumentis agens. A contrario, inquit, vt vita & mors. ex quibus ſic Terentius. Nam ſi illum obiurges vitæ qui auxilium tulit & cætera. [Dederit damnum.] Dare damnum pro inferre, antiquitas dixit.* Damnum dare. *[Aut malum.] Vt apud Græcos κακὸν, ſic apud Latinos malum, anceps eſt ad afflictionem & improbitatẽ.* Malum. *[Venit Chremes poſtridie.] Quare non eodem die? vel quia non tam citò id audierit, vel quia Chryſis de more & conſuetudine noctu elata, & in ignem poſita eſt, neq; tum adeundi Simonem, ſed cubandi & quieſcẽdi magis tempus erat. [Poſtridie ad me.] Vallenſis de pridie, & poſtridie, Habent, inquit, ſimillimam ſignificationem ei, cuius ſunt heri & cras.* Pridie. Poſtridie. *Eſt enim pridie quaſi heri, non tamẽ præſentis diei, ſed cuiuſdam alterius aut præteriti, aut futuri. Præteriti ſic, Pridie quàm intrarem mare, lux ſerena fulſit. Futuri ſic, Pridie quàm intres patriam, ſacrificium facito, id eſt, die præcedenti quo aut mare intraui, aut patriam intrabis. Item Poſtridie quàm pater mortem obiit, epulum feci. & poſtridie quàm vxorem duxero nauigandum mihi eſt. Vel cum genitiuo ſic, Pridie & poſtridie illius diei quo aut hæc feci aut faciam. vel ſine quàm, & ſine diei ſic, Venit ad me Chremes poſtridie, ſupple illius diei, quo geſta ſunt. [Pamphilũ pro vxore habere.] Emphaſis eſt in voce Pamphilum, vt ſit, illum prudentem & bene moratũ iuuenem. [Hanc peregrinã.] Hoc nomine olim meretrices vocabant.* Peregrina. *[Ego illud ſedu. neg.] Miro affectu negabat pater factum quod viderat. [Inſtat factũ.] Pro aſſeuerat interpretãtur Grammatici.* Inſto, pro aſſeuero. *[Ita tum diſcedo ab illo.] Priſciano authore hæc relatiua ſæpius inueniuntur per eclipſim aliorum caſualium, & citat hunc Terentij locum. Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiã neget daturum. Deeſt enim vt ab eo qui neget.* Obiurgare. *[Ad obiurgãd.] Obiurgatio eſt caſtigatio poſt turpe factum, pertinétq; ad amicos & affinitate, & propinquitate coniunctos. [Finem præſcripſti.] Præſcribere hîc ſta-* Præſcribo.

tuere eſt. Ita & Cicero in epiſtola ad Torquatum, Simus
igitur ea mente, quam ratio & veritas præſcribit. [Alie-
Locus, pro occaſione. no more viuendum.] Matrimonij ſeruitus. [Obiurgandi lo
cus.] Id eſt occaſio. M. Tullius, ad Quintum fratrem, Illud
quod ſæpe tibi curæ eſſe intellexeram, ne cui iniquo relin-
querem vituperandi locum. [Ea primum ab illo.] Id eſt
Animaduertendus. illius. [Animaduertenda.] Id eſt caſtiganda, vindicandá-
que iniuria eſt, non quam patitur, ſed quam facit. Habi-
turus igitur eſt loco inuidiæ, ſi filius vxorem recuſauerit.
[Vera obiurgandi cauſa ſit ſi deneget.] Iuxta illud quod
aliàs à Dauo dictum eſt, ſed ſi tu negaris ducere, ibi culpā
Manibus pedibúſq; in te transferet omnem. [Manibus pedibúſq;.] Summum
conatum ſignificantes dicimus manibus pedibúſq;. [Obni-
Obnixè. xè.] Id eſt cōtrà. [Magis id adeò.] Quidam hîc legendum
Adeò. putant, magis id ideo. Alij ſubaudiūt, propter, & adeò pro
certè accipiunt, vt ſit, magis propter id certè. [Mala mens
malus animus.] Argumentum à natura, frequenter fidem
adferunt & detrahunt auaritia, ira, crudelitas, ſeueritas.
[Quem quidem ego ſi ſenſero.] Turbatæ mentis apoſiope-
ſis, & grauem pœnam minatur. [Sin eueniat, quod volo]
Reſtitutionē loci huius Eraſmo debemus, cuius verba ſub-
ſcribam ex conuiuio poëtico. Cum ſin ſit minitātis, nihil hîc
ſequitur quod facit ad minas, proinde ſuſpicor à poëta ſcri-
ptum fuiſſe, Sin eueniat quod volo, vt ſin reſpondeat ad ſi,
quod præceſſit, Si propter amorē nolit vxorem ducere. Pro
ponit enim ſenex duas partes inter ſe diuerſas, ſi Pamphilus
ob amorem Glycerij recuſat nuptias, erit quod cum illo ex-
poſtulem, ſin ille non recuſarit, tum mihi exorandus reſtat
Chremes. Porrò hyperbaton lōgius fecit interpellatio Soſiæ,
& ſtomachus Simonis in Dauum. [Spero confore.] Lauren
Obſeruo. tius dicit confore & profore comicis eſſe familiaria. [Obſer
ues filium.] Seruius in. 4. Georgicon. Obſeruare eſt callidè
I præ. aduertere. [I præ.] Præ hîc ante ſignificat. Priſcia. Proſam
inquit orationem ſcribentes, rarius præpoſterè proferunt
præpoſitiones. I præ, Anaſtrophe eſt.
LATOMVS [Argumentum.] Soſiæ, extraneæ perſonæ per occaſionem
argumentum narratur. [Vos iſthæc in.] Præparatio ad in-
greſſum narrationis, quod ferè in omnibus ſcenis eſt obſer-
uandum. [Ego poſtquam.] Initium à meritis, ad beneuolen
tiam conciliandam. [In memoria habeo.] Interpellatio So
ſiæ partim amplificat orationem & ſpectatorem admonet,
partim adiuuat ordinem narrandi. [Hoc primum.] Pro-
poſitio conſilij, & mox partitio narrationis ad docilitatem.
[Quî ſcires.] Argumenta ab ætate & diſciplina. Et eſt
occupatio. [Aut ad Philoſophos.] Ad Philoſophos. ſubau-
Eclipſis. di, ibat. Nam eclipſis eſt figura frequens Terentio. [Sic vi-
ta erat.] Facilitas & modeſtia Pamphili. [Interea mu-
lier.] Tranſit à laude filij ad mulierculam, de quo ordi-
ne narrandi Rodolphus Agricola libro ſecundo de expoſi-
Symbolum tione. [Certè captus.] Senilis proſopopœia de filio. [Sym-
bolum dedit.] Symbolum pignus collatitium in cœnam,
vt anulus, Alij tamen pignus, tum partem coniectam in-
telligunt. [Nam qui cum.] Argumentū à maiori. [Quid
verbis.] Præteritio apta ad tranſitum & connectendum
Beaſti. ordinem. [Beaſti.] Vox gaudentis. [Hic paruæ] Proſo-
Hem. popœia, & eſt argumentum à maiori. [Hem.] Perculſi
& metuentis. [Et voltu.] Pulchra & morata continua-
tio verborum Soſiæ. [At at hoc.] Proſopopœia deprehen-
dentis. [Hinc illæ lachrymæ.] Prouerbiale. [Nec ſatis
ad obiurgandum.] Proſopopœia excuſantis Pamphili.

[Niſi illum.] Ratio à minori. [Ego illud.] Mirè expreſſa
ſenilis concertatio. [Propè adeſt.] Verba Pamphili, & eſt
defenſio à tempore. [Animaduertenda iniuria eſt.] Ani- Animaduertendus.
maduertenda, id eſt, captanda & obſeruanda. Et eſt
hic locus, quo exponitur conſilium ſenis, ad quod tota
antegreſſa narratio confertur. [Nunc tuum eſt officium,
has bene vt adſimiles nup.] Soſiæ officium, & eſt tertia
pars quam partitione propoſuit.

Vos iſthæc intrò, &c.] Id quod in prologo agendum fuiſ- PETRVS MARS.
ſet, Poëta neceſſitate coactus, hac ſcena præcedenti exe-
quitur: Senis de filiorum vita ſoliciti ac natura loquacis,
decorum ſeruans, mediocritatem illam, in qua virtus hu-
mana conſiſtit, & laus celebratur: in primis oſtendens re-
ctam educationem eſſe adhibendam, cum ſumantur à
conuerſationibus mores: & vitandum, ne proximū quem-
que transfigant, & contactu noceant, quod Pamphili prius
bonæ indolis pueri, deprauatio teſtatur atque declarat.
[Nam iſthæc commemoratio &c.] Lacerat animū & pre-
mit, inquit Seneca, frequens meritorum commemoratio.
Exceſſit ex Ephebis &c.] Ephebi, dicuntur pueri, quorum Ephebi.
lucida facies iā pubeſcens, prima lanugine obducitur, Phe- Phebi.
bi enim dicuntur lucidi, quaſi extra phebitatem, vt ita
dixerim. Incipit autem pubertas poſt annū decimumquar-
tum. [Nam antea qui, &c.] Humani animi difficilis eſt
coniectura, inquit, Plato, qui in ſeptimo de Legibus, loquēs
de puerorum educatione, ſic ait: Pueri ſine pædagogis non
ſint. Eſt autem puer omni beſtia intractabilior. Nam cum
prudentiæ fontem nondum perfectè habeat, inſidioſiſſi-
mus eſt, acerrimúſque, & petulantiſſimus omnium beſtia-
rum. Ideo multis quaſi frenis vinciendus eſt. Et in decimo
de Legibus ait: Iuuenum mores ſæpe in dies variéque mu-
tantur. [Vt ne quid nimis.] Plato in eo dialogo, qui Hip- Ne quid nimis.
parchus inſcribitur, ſic ait: Hipparchus inſtituta ſapientiæ,
elegis carminibus incluſit, adeò vt ciues non admirarentur
egregia illa Epigrammata Delphica, Cognoſce te ipſum, Ni-
hil nimis. Idem in Protagora ſic ait. Sapientes ex commu-
ni conſenſu, has Delphici Apollinis templo primitias dedi-
carunt, quæ templo inſcriptæ ab omnibus celebrantur: Co-
gnoſce te ipſum, Nihil nimis. Sponſioni non deeſt iactura. Veritas odium parit
&c. Huius præcepti meminit etiam in Charmide. [Veritas
dium parit.] Sen tentia digna theatris & auribus confu-
ſæ multitudinis, indigna verò bonorum virorū cœtu con-
ſeſſúque honeſto. Seneca ſcribens de clementia ad Neronē,
ſic ait: Malo verbis offendere, quàm placere adulando. Et
alibi: Si meritò aliquis te obiurgabit, ſcito quia profuit: ſi
immeritò, ſcito quia prodeſſe voluit. Et alibi: Malis diſpli-
cere, laudari eſt. Epicurus dicebat: Qui peccare ſe neſcit,
corrigi non vult. Et Seneca libro quarto Epiſtolarū ſic ait:
Malis artibus popularis fauor acquiritur, & conciliari niſi
turpi ratione amor turpium non poteſt. [Accepit condi-
tionem.] Id eſt, modum viuendi cum libidine ac facilitate
quæſtuoſum. [Dic ſodes, &c.] Sodes, inquit, Sex. Pompeius: Sodes.
id eſt, ſi audes, vti ſis, pro ſi vis, & ilico, pro in loco. Teren- Sis.
tius in Andria: Dic ſodes. Symbolū dicitur à συμβάλλω Ilico.
verbo Græco, quod Latinè ſignificat confero, & ſimul tra- Symbolum
do. Gellius libro ſexto, ſic ait: Cùm domum ſuam nos vo-
caret Taurus philoſophus, ne omnino, vt dicitur, immu-
nes & aſymboli veniremus, coniectabamus ad cœnulam,
non cupedias ciborum, ſed argutias quæſtionum. Plato ſic
ait in Cratilo: Non ſecus & nos elementa rebus accommo-

dabimus,

dabimus, & vnum vni, quocunque egere maximè videatur, ſymboláque, id eſt, coniecta conficiemus, quas ſyllabas vocant. Plinius lib. 33. loquens de anulis, dicit: Apud nos Priſci anulum appellabant vngulum, poſtea & Græci & noſtri ſymbolum.

*Cōdicere.* [Nuptiis dictus &c.] Condicere denuntiare ſignificat, & conſtituere, vt cōdicta eſt cœna.

*Familiariter.* [Mortem fert &c.] Id eſt, ita commouetur ac dolet, ac ſi fuiſſet cum illa coniunctus ſumma familiaritate & amoris vinculo. [In funus &c.] Celebrare funus, eſt officium homini ab homine ſtudioſe præſtitum. Non eſt humanum pectus, ſed ferreum potius, quod res humanæ non tangunt. Et hominem qui ex homine tollit, id eſt humanitatem, fera verius quàm homo appellatur. Seneca loquens de amicitia, ſic ait: Alienis delectari malis, voluptas inhumana: & alienis bonis torqueri, æterna miſeria eſt. Animus ergo humanus bene à natura inſtitutus, aliena dolet infelicitate, felicitatéque lætatur, quoniam homo ab homine non eſt alienus. Vnde Antonius Pius de Marco plorāte ſuum educatorem iam vita functum, dixit: Permitte illi vt homo ſit. Nō enim vel Philoſophia, vel imperium tollit affectus. Funus eſt exequiarum pompa.

*Flere. Plorare. Gemere. Eiulare. Lamētari.* [Lamentari præter cæteras &c.] Flere eſt emittere lachrymas & vocem. Plorare lachrymas tantum. Gemere in pectore. Eiulare eſt ſublata voce flere, quod ad mulieres pertinet. Lamentari eſt voce querula & triſti oratione, calamitatem teſtari ſuam.

*Miſericordia. Crudelitas.* [Hæc eſt illa miſericordia &c.] Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius, iniuria laborantis. Lamētatio, inquit Cicero in quarto Tuſculanarū eſt ægritudo cum eiulatu. Crudelitas minimè humanum malum eſt, indignúmque tam miti animo. Ferina iſta rabies eſt, ſanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in ſyluestre animal tranſire.

*Exanimatus.* [Ibi tum exanimatus &c.] Exanimatus vehementer commotus eſt præ timore, quaſi extra ſe poſitus, & ſemimortuus. Hi affectus collocantur ſub metu, terror, rubor, pallor, timor, pauor, qui eſt timor mentem è loco mouens: & exanimatio, quæ eſt comes pauoris: & conturbatio, quæ eſt metus excogitata excutiens. [Diſsimulatum amorem &c.] Affectum exprimit amantis Pamphili, qui cogente neceſsitate, ac periculo vrgente, præſente etiam patre, amorem ſuum indicauit. Ideo dicit Martialis: Quid non cogit amor? [Nam ſi illum obiurges, &c.] Obiurgatio eſt caſtigatio poſt turpe factum, & pertinet ad amicos, & affinitate, & propinquitate coniunctos.

*Luxuria.* [Vt per falſas nuptias &c.] Apuleius libro ſexto, ſic ait: Luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda eſt, & primi impetus iuuentutis, freno quodam coërcendi ſunt. Flamma ſæui amoris parua quidem primo vapore delectat, ſed fomento conſuetudinis exæſtuans, totos comburit homines. Et Plautus in Ciſtellaria dicit, amorem melle ac felle fecundiſsimum eſſe.

*RIVII Caſtigatio. Seruibam. Nutribam. Audibam.* Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.] In metiendo contrahes vnam in ſyllabam duas haſce vocales ie. Diomedes teſtatur libro primo, veteres huiuſmodi verba ſine e, litera pronuntiaſſe, velut apud Virgiliū ſeptimo Aeneidos. Nutribant Tyrrhúſque pater: pro nutriebant. & quarto Lenibant curas &c. Priſcianus quoq; ait licere maximè quidem poëtis, in quarta coniugatione dicere audibam, munibam, & ſimilia. Teren. in Eunuc. Neque ſcibat, neque per ætatē etiam potuerat. [Id gratum fuiſſe.] Secundo loco ſpondeus eſt. contrahitur enim κατὰ συναίρεσιν fuiſſe in duas ſyllabas.

*Mî.* [Sed mihi hoc moleſtum'ſt.] Mihi contrahe mî: quomodo apud Vrgilium ſexto. Et mî genus ab Ioue ſummo. [Ita faciam. hoc primùm in hac re prædico tibi.] Primo loco ponitur proceleuſmaticus: niſi malis tribrachyn, contractis duabus ſyllabis, in verbo faciā. [Eo pacto & gnati vitam.] Eo monoſyllabum fit in menſione carminis [Liberius viuendi fuit poteſtas.] Liberius ſi s, obliteres, poſtremis vocalibus coaleſcentibus, erit dactylus primo loco. Verbum fuit, in vnam contrahitur ſyllabam: quod fit in hiſce quoque vocibus, ſcias & ſuæ, hoc verſu: Scias poſſe habere iā ipſum ſuę vitę modū. In illo proximè pręcedenti: Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi: tur eius, ianbum efficit, nam eius contrahitur. Sed hæc mihi ſemel dicta ſufficiant. nam paſsim obuia ſunt. [Nunquam præponens ſe illis, ita vt facillimè.] In pronomine illis, s, eliditur, vt ſit quarto loco iambus. In pleriſque, velut Lugdunenſi, Veneto, Argentoratenſi, & cæteris paulo vetuſtioribus legitur: Nunquā præponens ſe aliis, quomodo in manuſcripto fuiſſe ex raſura ſuſpicari poſsis. Nihil tamen adhuc mutare auſim: licet eodem modo habeat exemplar manu ſcriptum, cuius nobis copia facta, ex bibliotheca illa nobili Dominorum ab Haſſenſtein. [Sine inuidia laudem inuenias.] Primo loco proceleuſmaticus eſt. eliditur enim u, conſonans, vt ſuprà meminimus. Erit & tribrachys prima regione, ſi per ſynæreſim dia contrahatur. [Enimuero ſpectatum ſatis.] In enimuero tollitur u, vt ſint tres ſyllabæ. Ita ſemper apud Terentium. [Quid obſtat, cur non veræ fiant?] Manu ſcripta exemplaria, quæ ipſe viderim, habent: Quid igitur obſtat, cur non verè fiant? St. audies. Eodem modo ex impreſsis Lugdunenſe, Venetum, alia pleraque. Proinde qui illud igitur, ſuſtulit, ignorauit, vt opinor, quo pacto verſus in ſuos eſſet digerēdus pedes. Eſt autem primo loco proceleuſmaticus: & verbum fiant vnam in ſyllabam cōtrahitur in metiendo. Ita probè conſtat trimeter, nec eſt cur aliquid inde tollas.

*Percuſsit animum. Perculſi præteritum an vſquam reperiatur.* [Perculſit ilico animum.] Sic conſtanter in exemplaribus, quæ circunferuntur, habetur, ſicq; legendum è doctis quidam contendunt. Nos verò ab hinc triennium fermè percuſsit legendum admonebamus, éſtque ea, vt opinor, vera ſynceráque lectio, præſertim quando neque veterum Grammaticorum, neque recentiorum quiſquam alterius verbi mentionem vſquam facit. Nam à percello perculi exiſtit. nec quicquam ad rem facit, quòd perculſus legitur participium à paſsiuo percellor, cùm nō ſemper neceſſe ſit, præteritum & ſupinum cognationem interſe omnimodam ſyllabarum habere, quæ tamen adfinitas errori videtur anſam præbuiſſe. Facit nobiſcum Donatus, vt quidem omnes editiones habent. Cicero quoque ad Atticum quarto, Percuſsit animum, inquit, nimirum vſurpans hoc Terentianū, vt ſolet. Eius verba cuncta quæ huc faciunt, ſubiiciam, ne quis ſcrupulus relinquatur. Audiui ex Gauio hoc Firmano, Romæ eſſe hominem & fuiſſe aſsiduum: Percuſsit animum. Dices, tantuláne cauſa? Permulta ad me detulerat non dùbia de Firmanis fratribus. Quid ſit, quod ſe à me remouit, ſi modo remouit, ignorò. Hæc ille. Non dubitem perſanctè deierare, & conſtanter atque omni ratione confirmare, cum hæc ſcriberet Cicero, in mentem illi veniſſe huius Terentiani, Percuſsit ilico animum. Subinde enim cùm alibi, tum in illis maximè ad Atticum epiſtolis, ad Comici noſtri dicta ſententiáſque reſpicere, iiſdémq; libentiſsimè vti conſueuit. Conſentiūt omnes ad vnum codices vetuſtiores, & manuſcriptū quod pe-

nes nos eſt, cuiuſque plerunque fidem ſequimur. Præterea & illud, cuius antè memini, ex bibliotheca inſtructiſsima dominorum ab Haſſenſtein: vt iam cætera, quæ nobiſcum faciunt, omittamus. Nam apud Horatiũ lib. I. Oda VII. perperam perculſit legitur in omnibus fermè editionibus, cum Acron percuſsit legat, qui idem interpretatur, Nimia delectatione animum feriit. Apud Lucanũ item II. Pharſaliæ haud dubium, quin percuſsit legendum ſit, hoc verſu,

*Horatij locus.*

*Lucani locus.*

At nõ magnanimi percuſsit pectora Bruti Terror, &c.

vt in quibuſdam antiquis habetur. Marcellinus libro decimoſeptimo. Subitò cunctos aggreſſus tanquam fulminis turbo perculſit. Legendũ hoc loco perculit. Quòd autẽ percuſsi ad animum referri non poſſe aiunt, ſed ad corpus ſolum, freti, ſi diis placet, Agretij cuiuſdam authoritate, id ſecus habere ſexcentis exemplis planum facere poſſem. Vnum atq; alterum ſubiiciam è Cicerone. Is pro Milone, Quonam, inquit, modo ille vos viuus adfecerat, qui mortuus inani cogitatione percuſsit? Idem tertio ad Atticũ, Percuſsiſti autẽ me etiam de oratione prolata, cui vulneri, vt ſcribis, mederé ſi quid potes. Quanquam μεταφορικῶς loquitur, à corpore tralatione ſumpta ad animum. Contrà percello apud Statium tertio Theb. Orantem in mediis legatum cœtibus enſe Perculerit. Idem ſexto. Alio puer improbus ictu Perculit.

*Marcellini locus.*

*Percello.*

[In ignem poſita eſt.} Ex manu ſcriptis codicibus Bunanus & Haſſenſtenianus habent, impoſita eſt, ſed reclamãtibus editionibus Donati. Libenter autem antiquitas præpoſitionis abundantia vti ſolet, id quod præter alios lib. XVII. oſtendit Priſcia. Nos tamen vulgatam lectionem relinquendam putauimus, quamuis hæc altera magis antiquitatem redolet. [Satis cum periculo.} Supprimitur in ſcandẽdo s: Sati' cũ periclo: nam ſic omnino legendũ nõ periculo, vt ſit συγκοπὴ. [Honeſta oratio eſt.} Eſt hæc quidẽ vera haud dubiè integráq; lectio. Cæterùm ſunt codices, qui habeãt, Honeſta ratio eſt, velut Lugdunenſis quidam, & alter Argentoratenſis, ad hæc manu ſcripti duo. Sed verſus, vt nihil dicam aliud, quo minus ſic legi poſsit, repugnat, ſicut & illud calamo deſcriptum, cuius nos fidem plerunque ſequi diximus, exemplar. Vocum, credo, ſimilitudo anſam dedit errori. Cicero hoc Terentij imitatus in ſecundo Officiorum ſic inquit: Itaque vulgò loquũtur, ſeſe in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam ſequi, honeſta oratio eſt. Sed quis eſt tandem, qui inopis & optimi viri cauſæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? [Pro vxore habere hanc peregrinam: ego illud ſedulò.} Hic, niſi quis Creticũ admittere auſit, quarto loco dactylus eſt, eliſo l, in pronomine illud: cuius quidem eliſionis ſuperius meminimus: quo modo Homerus λ elidit in ἀχιλεὺς, velut primo ſtatim verſu iliados, πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Quanquam ſunt qui vnico λ ſcribendum probent. [Satis vehemens cauſa ad obiurgandum.} Primo loco proceleuſmaticus eſt: & s, in particula ſatis eliditur. [Quis igitur relictus.} Eliditur s, in prima dictione, vt ſit anapæſtus. Quanquam manu ſcriptum exemplar, quod penes nos eſt, habet: Qui igitur: haud ſcio an rectè. licet Plautus interdum ſic ea particula vtatur. Addamus quędam ex proximè ſequenti ſcena. [Vt conſumat, cum nihil obſint doli.} Nos ex vetuſtis particulam nũc addendã cenſemus ad verbum conſumat, idem expoſcente ratione metri. [Sine vt eueniat quod volo in Pamphilo.} Nos de eruditorum ſententia, Sin eueniat, legimus, licet refragantibus magno conſenſu, & impreſsis & manu ſcriptis exemplaribus. Porrò Grocinum hunc locum reſtituiſſe primùm teſtatur Thomas Linacer.

*Honeſta oratio.*

Nonnihil de eodem in Conuiuio Poëtico Deſ. Eraſmus.

*EIVSDEM Annotatio*

Hęc ſcena primùm anteactam Pamphili vitam ſumma cum amplificatione probitatis, continentiæq; eius commemorat. Deinde amores, & qua denique occaſione in Glycerium deperire cœperit, quo pacto pater id deprehenderit: præterea huius conſilium, quo natum ab amica ſtatuit auellere, exponit: docens, quàm ſolicitos ſemper anxióſque pro liberorum ſalute deceat eſſe parentes: dandam ſumma cura operam, nullúmque non mouendum eſſe lapidem, quo eos à recta aberrantes via, ad bonam aliquando frugem, tandem reducant. Hæc ferè ſumma. Iam ad ſingula deſcendamus. [Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas, Fide, & taciturnitate.} Prudentia ſenis hinc perſpicitur, qui rem nonnullius momenti ei demũ credere voluerit, cuius ſemper & fidem, & taciturnitatem ſpectatam exploratámque habuerit. Nam qui futili, ac non taciturno rem arcanam communicat, is ſtultitiæ ſæpenumero pœnas meritò dare cogitur. proinde vidẽdum quid cui credas. Rectè admonuit ille, Conſilium arcanum tacito committe ſodali: tacito inquit hoc eſt, ei qui arcanum ſibi commiſsum celet, neque cuiquam effutiat, non futili, & qui parum fideliter creditum ſibi myſterium cõtineat: propterea Eraſ. Vt vas, inquit, experiamur, aquam non vinũ infundimus: ita friuolum quiddam aliquando committendum amicis, quo ſilentij fidem experiamur, vt ſi effutiant, nihil ſit periculi. Idem, Diligentes, inquit agricolæ terram prius notis quibuſdam deprehendunt & explorant, quàm illi credant ſemẽtem: ita explorandus amicus antè, quam committas arcanum.

*Taciturnitas commẽdatur.*

—[Feci, è ſeruo vt eſſes libertus mihi. Propterea quòd ſeruiebas liberaliter.} Decet dominos gratiam referre aliquam, beneficiíque nonnihil reddere ſeruis, ſuo probè officio fungentibus: hoc eſt, ſeruis bonæ frugi, atque liberaliter ſeruientibus, cuiuſmodi Soſiam hunc fuiſſe, atque ob id demum à ſe manumiſſum teſtatur Simo. Quis autem vſq; adeò ab omni humanitate remotus fuerit, quin æquũ cenſeat, quorum non inutilis hero fuit opera, quíque cumulatę & fide & beneuolentia ſatisfecerunt, eos aliquem tandem è ſeruitio miniſterióque fideli, fructum atque operæ pretium referre? [In memoria habeo.} Grati erga bene meritos eſſe debemus, neque obliuiſci vnquam acceptorum beneficiorum. Vt enim ingratitudo vitia in ſe omnia complectitur (ob quod rectiſsimè, veriſsiméque ille, Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris) ita gratitudo virtus eſt, ſicuti pro Cn. Plancio ait Cicero, nõ ſolùm maxima, ſed etiam mater virtutum omnium reliquarum, id quod ſpeciatim illis, per primam locupletandæ ſententiæ rationem, copioſiſsimè declarat: atque adeò autem cur non totum illum de gratitudine locum hîc ſubiiciã, tam præclarum videlicet, támq; vtilem, ſempérque memoria tenendum? Sic igitur ille ad verbum: Etenim iudices cũ omnibus virtutibus me affectũ eſſe cupiam, tamen nihil eſt, quod malim, quàm me gratum eſſe, & videri. Hæc eſt enim vna virtus non ſolùm maxima, ſed etiã mater virtutum omniũ reliquarum. Quid eſt pietas, niſi volũtas grata in parẽtes? qui ſunt boni ciues? qui belli, qui domi de patria bene merentes, niſi qui patriæ beneficia meminerunt? Qui ſancti? qui religionũ colentes? niſi qui meritam diis immortalibus

*Gratitudinis cõmendatio.*

*Ingratitudinis deteſtatio.*

*talibus gratiam iuſtis honoribus, & memori mente perſoluunt. quæ poteſt eſſe iucunditas vitæ, ſublatis amicitiis? quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos? Quis eſt noſtrûm liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magiſtri ſui atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipſe altus aut doctus eſt, cum grata recordatione in mente verſetur? Cuius opes tantæ eſſe poſſunt, aut vnquam fuerunt, quæ ſine multorum amicorum officiis ſtare poſſint? quę certè, ſublata memoria & gratia, nulla extare poſſunt. Equidem nil tam proprium hominis exiſtimo, quàm non modò beneficio, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari: nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, vt beneficio, non dicam indignus, ſed victus eſſe videare. Hæc ille.*

*Beneficij accepti cõmemoratio*

*—¶Nam iſthæc cõmemoratio, Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.§ Fugienda eſt immodica beneficij dati cõmemoratio: quòd hæc quaſi exprobratio quædam videatur immemoris beneficij. Meminiſſe enim beneficiorum debet, in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit: iuxta illud,* χάριν λαβὼν μέμνησο καὶ δοὺς ἐπιλάθου: *Beneficij accepti memor eſto, dati immemor. Quanquam ferenda interim eſt modeſta meritorũ ſignificatio potiùs, quàm commemoratio: vbi quid ab eo, quẽ beneficio nobis obſtrinximus, petere impetrareq́ue cupimus. Commendat hîc igitur ciuilitatẽ, vrbanitatémq́ue Terentius: quæ in quo deſiderata fuerit, eum quiduis potius, quàm hominem appelles. Cato,*

*Officium alterius multis narrare memento:*
*Atque aliis cum tu benefeceris ipſe, ſileto.*

*Pueri rectè ſunt inſtituendi et metu in officio cõtinendi.*

*¶Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia. Liberius viuendi fuit poteſtas.§ Si liberius viuendi poteſtas eſt adultis, quique iam ex ephebis exceſſerint, danda nimirum ſedulò opera eſt parentibus, vt in rudibus adhuc annis, & à teneris, vt aiunt, vnguiculis rectè Chriſtianeq́ue inſtituant filios. Nam quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem Teſta diu, quemadmodum canit Horatius. Solomon, Si inſtitueris, inquit, adoleſcẽtem in via ſua, in eadem & ſenex perſeuerabit.*

*—¶Nam antea Qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere, Dum ætas, metus, magiſter prohibebant?§ Veriſſima ſententia: ſiquidem & verecundia quædam ea in ætate, deinde & formido pœnæ, ad hæc magiſtri metus obſtat, quo minus ſeſe ſtatim exerat, proferátque puerorum indoles. Hinc & noſtris etiamnum temporibus dicitur vulgò, In abſentia magiſtri ſpectatur probitas diſcipuli. Propterea adhibendi ſunt pueris ſuis pædagogi: & (vt verè grauitérque cecinit Baptiſta Mantuanus.)*

*Pædagogi pueris adhibendi.*

*Eſt opus ardentem frenis arcere iuuentam,*
*Nec ſinere in mores luxuriare malos.*

*Philolaches adoleſcẽs, apud Plautum in Moſtellaria. Nam ego, inquit, ad id frugi vſque & probus fui, in fabrorũ poteſtate dum fui: Poſtea quàm immigraui in ingenium meum, perdidi operam fabrorum. Apud eundem in Bacchid. Piſtoclerus adultiore iam ætate ad pædagogum Magiſtrum ſuum Lydum, ab amore turpi dehortantem, Iam, inquit, exceſſit mihi ætas ex magiſtratu tuo. ¶Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos.§ Horat. in Arte poëtica in eandem hanc ſententiam:*

*Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,*
*Gaudet equis, canibúſque, & aprici gramine campi,*
*Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,*
*Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris.*

*Adoleſcẽtia quomodo inſtituẽda.*

*Ex vſu reipub. Chriſtianæ fuerit, ita adoleſcentes, ſimulátque ex ephebis exceſſerint, conſuefacere, vt nucibus, quod aiunt, relictis (hoc eſt, poſthabitis nugis illis puerilibus, omiſſiſque & canibus, cæteriſque id genus, quibus ea gaudet ætas, ineptiis) philoſophiæ grauioribúſq́ue diſciplinis iã vacent, animúmque ad honeſtiora ſemper ſtudia adiungant, neque aut domi totos dies otioſi deſideant, aut cum æqualibus tempus, rebus impertiẽdum melioribus, alea, luſibus, comeſſationibus, aliíſque præterea id genus ſtudiis inhoneſtis (cuiuſmodi profectò minimè hominem decent Chriſtianum) ſine fruge inutiliterq́ue tranſigant. Nam vt ſanè apud Ethnicos olim liberior fuerit adoleſcentia, eíque ſemper ætati aliquid ſit datum, non idem tamen licuerit hominibus è religione Chriſtianis, quorum eſt id ſeduló, próque virili parte dare operam, vt adoleſcentia, optima ætatis pars, qua nec accommodatior vlla ad diſcendam pietatẽ, nec ad amplectenda literarum ſtudia idonea magis, quàm optimè, ac maximo omnino cum fructu tranſigatur.*

*Modus eſt omnibus in rebus ſeruandus.*

*—¶Ne quid nimis.§ Modum omnibus in rebus ſeruandũ eſſe, docet Græ.* μηδὲν ἄγαν. *Hinc & Horatius:*

*Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,*
*Quos vltra citráque nequit conſiſtere rectum.*

*Et Phocylides,* πάντων μέτρον ἄριστον. *Et Plautus, Modus omnibus in rebus optimus eſt. Lege Eraſmi prouerbium, Ne quid nimis. ¶Sic vita erat: facilè omnes perferre ac pati, Cum quibus erat.§ Moroſitatem fugiendam eſſe docet, & inciuilitatem: neque præfractos eſſe nimium, & difficiles, ſuíque, vt ita ita dicam, capitis: ſed aliis ſemper concedere, aliorúmque mores ſua tolerare modeſtia adoleſcentes debere. Neque enim eſt quicquam, quod perinde hominem commendet, ac morum facilitas, & poſſe quadam ingenij dexteritate cum quibuſuis congruere, atque alienis ſemper moribus obſecundare. ¶Eorum obſequi ſtudiis.§ Diſce à Pamphilo te alienis attemperare moribus, & ſeriis pariter ac iocis eſſe accommodatus, ne communi ſenſu carere dicare, vtq́ue iure omnium horarum homo appellari merearis: breuiter, vt Polypus ſe quibuſuis locis, ita tu te, quatenus ſinit honeſtas, quorumlibet moribus, ingeniíſque accommodato.*

*Moroſitas fugienda.*

*Moribus alienis obſequẽdum.*

*Arrogãtia vitanda.*

*—Aduerſus nemini, Nunquam præponens ſe illis: ita vt facillimè Sine &c.§ Arrogantiam, faſtúmque ſiue animi elationem vitandam eſſe docet: nihil enim deteſtabilius, nihil inuiſum magis diis iuxtà atque hominibus, quàm ſuperbia, ac cæcus ſui amor, quæ* φιλαυτία *dicitur. Paulus quoque in epiſtola ad Epheſios, vult nos non elatos, tumidóſque eſſe, aut feroces: ſed modeſtos, ac manſuetos: ne per faſtum alius alium deſpiciat: néve grauentur ſibi Chriſtiani viciſſim cedere. Et Iſocrates Demonicum ſuum monet, vt ſe comem præbeat iis, quibus cum conuerſatur, & non inſolentem: quòd ſuperborum faſtum vix ſerui quoque perferant: morũ verò comitatem cunctis benigniter acceptent,* γίγνου, *inquit,* πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικὸς, ἀλλὰ μὴ σεμνός. τῶν μὲν γὰρ τὸν ὑπερόπτικον ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν, τὸν δὲ τὸν ὁμιλητικὸν τρόπον οἱ πάντες ἡδέως ὑποφέρουσιν. *¶Obſequiũ amicos, veritas odiũ parit.§ Senarius hic non admonet, quid oporteat fieri, ſed quid vulgò fiat, oſtendit. Vulgaris enim amicitia cõſtat obſequiis: nã inuicẽ conniuere ad familiariũ vitia, hæc res*

*Comitas morũ omnibus grata.*

*Veritas odiũ parit.*

*& iũgit,iunctos & ſeruat amicos. At inter veros amicos, nihil eſt veritate iucundius, modò abſit aſperitas agreſtis, & inconcinna,grauíſque,vt ait Horatius.* Non probari verò *ſententiam hanc poëta,ſatis indicat,cùm ait:* Nanq; hoc *tempore:id eſt,his corruptis moribus. Hæc Eraſmus in Chiliadibus. Cicero de Amicitia: Monendi,inquit, amici ſæpe ſunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, cum beneuolè fiunt. Sed neſcio quo modo verum eſt, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, Obſequium amicos, veritas odium parit. Moleſta veritas eſt, ſiquidem ex ea naſcitur odium,quod eſt venenum amicitiæ:ſed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit. Maxima autem culpa in eo eſt, qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio, & diligentia eſt: primùm, vt monitio acerbitate,deinde vt obiurgatio contumelia careat. In obſequio autem (quoniam Terentiano verbo libenter vtimur) comitas adſit: aſſentatio vitiorũ adiutrix, procul amoueatur, quæ non modò amico, ſed ne libero quidem digna eſt. Hæc ille.* Cato,

*Vincere cum poſsis,interdum cede ſodali:*
*Obſequio quoniam dulces retinentur amici.*

*Aetatis teneræ magna eſt habẽda cura.*

¶ *Inopia & cognatorum negligentia Coacta.* ⸿ *Maxima igitur habenda eſt ratio teneræ ætatis vel à parentibus, vel à cognatis, ne inopia, atque egeſtate cogatur mali aliquid facinoris perpetrare, furari, proſtituere pudicitiam,&c. Inde enim Chryſidi occaſio, excuſatióque delinquendi, quòd & inops eſſet, & deſerta à cognatis: facultas verò, quòd & iuuenis, & formoſa: quæ tamen inter iſta primùm pudicè vitam, nec id ſolum, ſed & parcè, & duriter agebat, lana ac tela victum quæritans, vt obſtinatio tuendi pudoris perſpici poſsit.* ¶ *Hei vereor, ne quid Andria adportet mali.* ⸿ *Rectè Soſia veretur, ne quid Chryſis apportet mali, puella videlicet tum eximia forma, tum ætate integra: & cum hæc in viciniam commigraſſet, erat modis omnibus obſeruandus Pamphilus, ne, quod fieri ſolet, peregrinæ caperetur amore: qua in re non ſatis prudens prouidúſque fuiſſe videtur Simo.* ¶ *Sed poſtquam amans acceſsit pretium pollicens.* ⸿ *Proba erat Chryſis, vitámque pudicè, parcè, ac duriter agebat, nimirum lana, & tela victum quæritans: ſed quo illa probior erat, hoc maior adhibenda fuerat cura, ne adoleſcentum ad ipſam cõmeantium commercio corrumperetur. Notum enim, quid bonis moribus officiant conſortia improborum, quantúmque calamitatis piis mentibus adferant: præſertim cum, ſicut idem mox ſubdit, ingenium omnium hominum, à labore procliue ſit ad libidinem.* ¶ *Accepit conditionem.* ⸿ *Nemo repentè fit turpiſſimus, iuxta Satyrographi ſentẽtiam: ſed ſenſim, ac velut per gradus quoſdam: ita Chryſis paulatim velut gradibus incipit labaſcere, poſtquam amans acceſsit ad iuuenem, pretiũ pollicens ad inopem: non primo tamen congreſſu victa eſt, ſed vnus, & item alter: Quod iam conſequens erat, vt diceret Simo proieciſſe eam pudorem, quanta id cura molliit, vt culpam eam cum omnibus communicaret, diceretque, Ita vt ingenium eſt omnium hominum, à labore procliue ad libidinem. quod tamen cunctantis eſt ſignum, primùm accepit conditionem, tum iam demum quæſtum occipit. Hæc ferè in ſecundo de Inuentione dialectica Rodolph. cap. 16. vbi totum hunc locum pulcherrimè tractat.* ¶ *Qui tum illam amabant, fortè, ita vt fit, filium. Perduxere illuc ſecum, vt vnà eſſet, meum.* ⸿ *Solomon, Fili ſi te inuitauerint, inquit, peccatores, ne obſequaris. Idẽ monet, non eſſe accedendũ ad fores ædium ſcorti. Sumus Chriſtiani hac in re vel ipſis Ethnicis negligentiores, minúſq; circunſpecti.* ¶ *Egomet continuò mecũ, certè captus eſt, habet.* ⸿ *Rectè quidem Simo: at interim debuiſſet abſtrahere filiũ à cõmercio, familiaritatéq; amantium, ac illud animo ſecũ cogitare, qui tãgat picem, eum inquinari, quemadmodum ille ait Agapetus, ad Iuſtinianũ Cæſarem:* λίαν συμφέρειν ὑπολαμβάνω τὸ φεύγειν τὰ τῶν κακῶν συνδιαιτήσεις. τὸν γὰρ σύνοντα πάντοτε ἀνθρώποις πονηροῖς, ἢ παθεῖν ἢ μαθεῖν ἀνάγκη τι πονηρόν. ὁ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς συνδιάγων μίμησιν τῶν κακῶν ἐκδιδάσκεται ἢ μείωσιν τῶν κακῶν ἐκπαιδεύεται.

*Cõſuetudo malorũ fugienda.*

*Nos in carmine quodam ita inter cætera, de fugienda improborum conſuetudine:*

*Tacta nigrum fundit metuendo flamine virus*
*Torpedo, æquè imis pigra venena vadis,*
*Sic contacta leui quoque conſuetudine, longè*
*Morum afflat peſtem noxia turba malam,*
*Conuictúque breui, minimóque internecat vſu*
*Ocyus, vt tacta ſæua aconita ſuo.*

—¶ *Enimuero ſpectatum ſatis Putabam, & magnum exemplum cõtinentiæ.* ⸿ *Rectè & hoc Simo, nã vt ait idem, Qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, neque commouetur animus in ea re tamen, ſcias poſſe habere iã ipſum ſuæ vitæ modum. Sed adde non rectè interim agere ipſum, qui patiatur gnatum amantiũ conſuetudine vti: cum talis ferè quiſque fiat, qualum vtitur conſuetudine: ob quod Solomon, Qui cum ſapientibus, inquit, verſatur, ſapiens erit: at ſtultorum ſocius malè habebit. Huc pertinet fabella Aeſopica de Carbonario & Fullone, monens videlicet, vt cum inculpatis ambulemus, & ſceleratorum hominum conſortia, ceu peſtem quandam, deuitemus. Talis enim quiſque euadit quibus cũ conuerſatur: &, malus ferè fit quiſquis malis conuixerit, quemadmodum & Græcus teſtatur Senarius,* Κακοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός. ¶ *Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia Bona dicere, & laudare fortunas meas. Qui gnatum haberẽ tali ingenio præditum.* ⸿ *Laudantur parentes, quibus probi, rectéq; inſtituti ſunt filij. Adde, Deo nihil perinde gratũ eſſe, nihil placere æquè, ac rectam puerorum educationem: nec alia re Heli ſacerdos offendit Deum, quàm ob vitia liberorum. Proinde ſtudeant, ‘déntq; modis omnibus operã Chriſtiani, vt filios iam inde ab ipſis incunabulis ad pietatẽ inſtituant Chriſtianã. & ab omni malorũ contagio arceant. Damnantur enim ob filiorum delicta parentes, ſi peccantes non correxerint.*

—¶ *Hac fama impulſus Chremes, Vltro ad me venit.* ⸿ *Vide, quæſo, quid vitæ faciat integritas: ſiquidem hac vna impulſus Chremes, vltrò etiam ad Simonem venit, eius filio (cuius de eximia probitate ex aliis audierat) vnicam gnatam ſuam idque non ſine dote ſumma, vxorem daturus. Eſt autem prudentis circunſpectíque patris, filiæ ſuæ maritum quàm maxima cura, Chremetis huius exemplo, vnum aliquem è multis optimum, quíque egregiæ, ſpectatæque ſit integritatis, deligere: neque quemuis temerè oblatum, repertúmque generum aſciſcere: qua in re vtinam paulo diligentiores eſſent parentes.* ¶ *Perculſit ilico animũ.* ⸿ *Sed, ſerò, iuxta prouerbium, ſapiunt Phryges. Mirũ ſanè, neminẽ veterum grammaticorum huius mentionem præteriti facere, ac ne recentiorum quidem quenquam.*

*Maritus qualis deligendus.*

*Perculſi.*

Sunt

*Sunt exemplaria, quæ habeant percuſsit: quo modo & Donatus ipſe legiſſe videtur. Apud Lucanum tamen in ſecundo Pharſaliæ, ſi modò nulla illic ſubeſt menda, legitur hoc præteritum, vbi canit:*

*Lucani locus.*

*At non magnanimi perculſit pectora Bruti*
*Terror, & in tanta pauidi formidine motus*
*Pars populi lugentis erat.* Hæc monui, quo aliis quibus plus otij eſt, diligentius inquirendi anſam præberem. ¶ *Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans, Indignum facinus comperiſſe.* } Animaduerte prudentiam Chremetis, qui filiam dare noluerit aliam amãti Pamphilo, & in alio occupato amore, videlicet in ſeditionem, atque incertas nuptias: Obſeruent hoc in locandis filiabus parentes, ne cui eas, qui habeat alibi animum amori deditum, deſpondeant. ¶ *Sine nunc meo me viuere interea modo.* } Vtinam, vtinã non eſſent & inter Chriſtianos, qui perinde vt Simo ſuos educent liberos, qui à peruerſorum eos abſtrahere conſuetudine negligant, qui denique ſinant præcipites in quæuis vitia impune prolabi, & quæ ſuo cunque animo libitum eſt, facere. Rectè ait Solomon, ſtultitiam agnatam eſſe cordi adoleſcẽtis, virgam verò caſtigatricem eximere eam.

*Adoleſcẽtia caſtigãda.*

Quo nimirum innuit Solomon, pueritiam per pædagogiam coërcendam eſſe, neque debere eam ſuo viuere modo. Proinde ita idem monet, Ne ceſſes caſtigare adoleſcentem: ſi percuſſeris eum virga, non morietur: ſi virga verberaueris, ex inferis animam eius eripies. Idem, Caſtiga, inquit, filium tuum, dum ſpes eſt, fore vt corrigatur. Qui abſtinet virgam, odit filium ſuum: qui verò amat eum, quærit, vt erudiatur. Idem, Virga inquit, & obiurgatio adfert ſapiẽtiam: at puer qui nõ coërcetur, pudefacit matrem ſuam. Idem, Si caſtigaueris filium, iucundus erit tibi, & adferet animæ tuæ delitias. Cicero quoq; monet in primo Officiorum, ineuntis ætatis inſcitiam ſenum eſſe prudentia regendam; maximéque hanc ætatem à libidinibus arcendam, exercendámque eſſe in labore, patientiáque & animi, & corporis. ¶ *Mala mens, malus animus.* } Si arbor mala fuerit, quî poſſunt fructus eſſe boni? οὐ γὰρ ἐστὶ δένδρον καλὸν ποιοῦν, καρπὸν σαπρὸν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν ποιοῦν καρπὸν καλόν. quemadmodum in Euangelio ait Chriſtus: vt rectè collegerit Simo, Dauum nihil non perperam, ac ſecus quàm ipſe velit agere, quòd eius mala ſit mens, malus animus, γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

DOLETI *obſeruationes.*

*Poſtquam te emi à paruulo.* } A paruulo, vel à paruulis idem eſt quod à prima, vel ab ineunte adoleſcentia, ab adoleſcentulo, à pueritia, à iuuenta, à puero, ab ineunte ætate, ab initio ætatis, à prima ætate, à primis temporibus ætatis, ab infante, à cunabulis, vel incunabulis, à tenero, à teneris, à teneris vnguiculis. Quas omneis locutiones tanquam bene eleganteis annotauimus, & exemplis claſsicorũ authorum probauimus in ſecundo Tomo noſtrorum Commentariorum linguæ Latinæ, Columna 1158.

*Propterea quòd.*

¶ *Propterea quòd.* } Id eſt, quia, vel quoniam. Quæ locutio rudis quibuſdam videri poteſt: hanc tamen ſæpe vſurpant Latini. Cicero in Famil. Cùm eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quòd diſcipulos obuiam miſeram: &c. Ibidem. Genus hoc conſolationis acerbum eſt, propterea quòd: &c. Idem pro Roſc. Amerino. Mandati iudicium eſt conſtitutum nõ minus turpe, quàm furti, propterea quòd quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in iis operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. ¶ *In memoria habeo.* } In memoria habere elegans eſt, pro recordari, vel memoria tenere, aut retinere. Pro in memoria habeo, vel memoria teneo, poſſumus etiam dicere in memoria mihi eſt. Cicero pro Scylla. Niſi fortè veriſimile eſt, Scyllæ nomen in memoria Caſsio non fuiſſe. ¶ *Haud muto factum.* } Id eſt, non mei me facti pœnitet: vel factum id à me non ægrè fero. ¶ *Id gratũ fuiſſe aduerſum te.* } Nouum eſt, pro gratum tibi fuiſſe, vel accidiſſe. ¶ *Poſtquam exceſsit ex ephebis.* } Ephebus dicitur qui ad pubertatis annos peruênit. Vnde dicimur excedere ex ephebis, cum grandiores facti ſumus. Hanc locutionem vſurpauit Cicero poſt Terentium, in oratione pro Archia Poëta. ¶ *Plerique omnes.* } Locutio eſt idem ſignificãs, quod omnes, vel maxima ex parte. Et ex iis eſt, quæ ab Antiquis geminabantur. vt, plus ſatis, pro ſatis. Id aliquanto fuſius Donatus exponit.

*Muto factum. Aduerſum.*

*Animum adiungere ad aliquod ſtudium.*

¶ *Animum ad aliquod ſtudium adiungant.* } Cum hac locutione conuenit, quod ſuprà annotauimus: ſcilicet animum appellere ad aliquid, pro ſe conferre ad aliquid, aut operam dare, vel ſtudere rei alicui. Nonnihil tamen vehementius, & affectatius ſignificat animum adiungere.

*Studere.*

¶ *Nihil egregiè ſtudebat.* } Studere triplicem habet apud Latinos vſum. Iungitur enim vulgò cum datiuo: ſed ne tunc quidem maxima elegantia vacuũ eſt, cum ad perſonam refertur: vt, nemo niſi perditus, atq; profligatus Catilinæ ſtudebat: Id eſt, Catilinam, vel Catilinæ parteis ſequebatur. Alius eſt huius verbi vſus, cum accuſatiuo iungitur: túncque ſignificat aliquid omni animi impetu cupere, & cũ ſingulari affectus deſiderio proſequi. Iungitur etiam eleganter cum infinitiuo aliûs verbi. Quòd verò vſitatè accuſatiuũ admittat, planum facient exempla ſequẽtia. Cice. Famil. 6. Nemo eſt tam afflictus, qui, ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id, quod agit, non poſsit nauare aliquid, & efficere. Idem poſt reditum in Senatu: Cùm verò literas ſtudere incipit, & Helluo immanis cum Græculis philoſophari, tum eſt Epicureus, non penitus illi diſciplinæ, quæcunque eſt, deditus, ſed captus vno verbo voluptatis. Idem Philip. 6. Vnum omnes ſentitis, vnum omnes ſtudetis. Preter id in hoc Terẽtij loco annotandum eſt, Egregiè poni pro valde, vel nimis.

*Egregiè.*

Sic dicunt Latini egregiè charum: egregiè munitum oppidum: egregiè inſtructam, & armatã claſſem: egregiè ad miſeriam natum: egregiè cordatum, vel fortem virum: egregiè fidelem ſeruum: egregiè ſubtilem ſcriptorem: egregiè fortem, & bonum imperatorẽ. Quæ locutiones partim à Cicerone, partim à Cæſare, partim à Liuio, partim ab ipſo Terentio vſurpantur.

*Iniuria.*

¶ *Non iniuria.* } Iniuria in ablatiuo pro abs re, elegans eſt locutio. Et id fit cum negatione præcedente ferè ſemper: aliquando tamen ſine negatione. Cicero ad Quintum fratrem: Hoc horret Milo, nec iniuria. Idem in Catilin. Orat. 1. Si me meis ciuibus iniuria ſuſpectum tam grauiter, atque inſenſum viderem, carere me aſpectu ciuium, quàm infeſtis oculis omnium conſpici mallem.

*Sic vita eſt.*

¶ *Sic vita erat.* } Illi conſtituta, ſupple, vel comparata: vel ſic vitam ſuam inſtituerat, vt facilè omneis perferret, & pateretur. Hoc loquendi modo vtitur Cicero pro Roſcio Amerino: Sic, inquit, vita hominum eſt, vt nemo ad maleficium ſine cauſa accedat. Id eſt, ſic homines ſunt: vel ſic facti ſunt.

*Vitã inſtituere, & dirigere.*

¶ *Sapienter vitam inſtituit* } Pro vitam dirigit. Cicero pro Murena. Primùm M. Catoni vitã ad certam rationis normam dirigenti, & diligentiſsimè perpendenti momenta officiorũ omnium, de officio meo reſpondebo. ¶ *Veritas odium parit.* } Quæ propria ſit pariendi ſigni-

ficatio, notius eſt, quàm quod exponi debeat. Tranſlatè verò accipitur pro acquirere afferre, gignere. Et ſic parere odium, eſt odium, afferre, vel gignere, ¶ Aetate integra.} Id eſt, vt dicitur, in flore iuuenilis ætatis, vel florente ſua ætate, & forma. ¶ Vitam agebat.} Sic ſæpe loquitur Cicero vt, cùm dicit vitam alicuius honeſtiſſimè, ſanctiſſimè, aut laudatiſſimè actam: vel vitam in ſolitudine agere. Pro re verò elegantia ſunt, quæ hîc, vſurpat Terentius, aduerbia: vitam ſcilicet pudicè, parcè, ac duriter agere. Non autem vitam agere ſemper dicunt Latini, ſed etiam vitam degere, vitam, vel vita viuere, vitam traducere. ¶ Lana, ac tela victum quæritans.} Victus verbo continentur, quæ eſui, potui, cultuíque corporis, quæq́; ad viuendum homini ſunt neceſſaria. Victum verò quærere, aut quæritare reliqua, elegans eſt locutio.

*A labore.* ¶ A labore procliue ad libidinem.} Id eſt, labore poſthabito libidinem ſequitur, vel ſe libidini dedit. Non autẽ hæc locutio Terentij ſine tranſlatione eſt.

*Procliuis.* Nam propriè locus procliuis dicitur, qui inclinatus eſt, & in imum pendet. Sed per tranſlationem pro prono, vel propenſo, aut facili procliue Latini vſurpãt, quòd ſcilicet minori labore, ac citius deſcendamus, quàm aſcendamus. Et ſic per tranſlationem dicunt Latini aliquẽ procliuem ad morbos: procliue ingenium ad libidinem, aliquid procliue dictu, & in procliui eſſe, pro in promptu eſſe, au facilè eſſe. Terentius: Id faciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat. Ponitur item procliuiter pro facilè,

*Procliuitas* & item procliuitas pro facili, & prompta occaſione. Cicero Tuſculanarũ quarto. Atq; hæc aliorum ad alios morbos procliuitas latè patet. ¶ Accepit conditionem.} Scilicet ad oblatam ab amatoribus conditionem acceſſit, vel deſcendit. Etenim pro conditionem accipere, dicit Cicero ad conditionem accedere, vel deſcendere, vel conditionem ſequi, aut conditione vti, vel ad conditionem depaciſci. De quibus loquendi formis exempla tibi ſuggeret Secundus Tomus noſtrorum Commentariorum linguæ Latinæ.

*Quæſtum facere.* ¶ Dein quæſtum occipit.} Supple facere. Quæ locutio venuſta eſt pro lucrari, vel lucrum facere. Cicero in Verrẽ Act. quinta. Cùm ſenſerit iſtũ maximos quæſtus, prædáſque feciſſe, intelliget ſecum actum peſſimè.

*Occipio.* Quod autem ad occipit pertinet, compoſitum eſt ab hoc, & cœpi verbo defectiuo: ponitúrque pro incipere. Non tamen defectiuum eſt: nam in omnibus perſonis, & temporibus eo vti poſſumus. Titus Liuius ab vrbe condita libro primo. Agere porrò occœpit. Idem ab vrbe cõdita lib. IIII. Decembri menſe ſummo patrum ſtudio L. Quintius Cincinnatus pater Cæſonis Conſul creatur, qui magiſtratum ſtatim occiperet.

¶ Egomet continuò mecum: certè captus eſt, habet.} Ineſt in his locutionibus elegans verborum eclipſis Vt, egomet continuò mecum: ſupple, cogitabã, vel ratiocinabar. Captus eſt,

*Habet.* ſupple amore: id eſt amore Chryſidis irretitus eſt. habet, ſupple, Chryſis filium meum amatorem. Vel, Pamphilus animum nimis beneuolum in Chryſidem habet. Vel expone habet, pro ſauciatus eſt amore.

*Obſeruo.* ¶ Obſeruabam mane illorum ſeruulos.} Obſeruo duo ſignificat. Vnum eſt, quod cuſtodio aliquid oculis, animóque, in modũ ſpeculatoris, ne nos ſilentio, tacitóq; prætereat: vt, obſerua tranſeunteis: obſerua filiũ, obſerua Dauum, quid agat, quid loquatur: quaſi cuſtodi, & annota. Et hinc fit obſeruatio, quaſi annotatio, & animaduerſio. Item obſeruo, non ſpeculantis modò, ſed admirantis, venerantíſque: & id tantũ in homines, non in res, quoties quem vel virtute, vel dignitate excellentem ſuſpicimus, & colimus.

*Obſeruãtia* Vnde fit obſeruantia, quæ eſt veneratio quædam & honoris exhibitio. ¶ Quis heri Chryſidem habuit?} Pro quis heri cum Chryſide rẽ habuit? Vel, quis heri cum Chryſide cubuit? ¶ Illi id erat nomen.} Id eſt eo erat nomine: vel ſic vocabatur.

*Teneo.* ¶ Teneo.} Id eſt intelligo, vel ſcio. In qua ſignificatione elegans eſt. Hîc verò ſine caſu expreſſo eſt: ſed tamen pro intelligentiam habere, caſum ferè ſemper admittit. Cicero Famil. 9. Sic video philoſophis placuiſſe iis, qui mihi ſoli videntur vim virtutis tenere.

Quàm multa de hoc verbo ſcribamus, vide in primo, & ſecũdo Tomo noſtrorum Commentariorum linguæ Latinæ.

*Symbolum* ¶ Symbolũ dedit.} Symbolũ aliquando collatio dicitur: hoc eſt, quod plures conferunt in vnum, ita vt cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Dicitur præterea ſymbolum indicium, & ſignũ: vt, anulus. In prima autem ſignificatione hoc loco ſumitur.

*Conflictor.* ¶ Qui cum ingeniis conflictatur.} Conflictari aliquãdo deponens, aliquando paſſiuum eſt. Cum paſſiuum eſt, pro concuti, iactari, vexari, aut atteri ponitur: vt, conflictari moleſtiis apud Cice. in Famil. Et ad Herenniũ. Homines multis, & magnis incommodis conflictantur propter immenſam pecuniæ cupiditatem. Et de legibus: Non eadem ſuperſtitione, qua cæteræ gentes, conflictantur. Cùm deponens eſt, pro contendere, vel confligere ponitur: vel pro pugnare. Cicero de Aruſpicũ reſponſis. Cum conflictari, & pro patriæ ſalute quotidie dimicare, erat omnino moleſtum.

*Modum habere.* ¶ Modum habere.} Habere modum res dicitur, vel perſona. Res, cum certos quoſdam modi, & rationis velut cancellos circunſcriptos habet: quos temere, inconſultéque prætergredi non licet: aut cum modum quendam ſeruari poſtulat. Perſona verò, cum modum in re aliqua tenet. Cicero pro Cluentio. In quo iudicio non modus eſt habitus, non conſuetudo ſeruata. Idem de Senectute: Habet natura vt aliarum rerum omnium, ſic viuendi modum. Idem de Finibus: Ergo & auarus erit, ſed finitè: & adulter, ſed habebit modum. De modi ſignificationibus, & locutionibus permultis, plura vide in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum. ¶ Vno ore omnes.} Non minus diligenter oris ſignificationes, & locutiones tractatas in Primo, & Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum reperies, quàm proximæ dictionis. Quare hîc tantùm dicam, vno ore idem eſſe, quod vna voce, vel vno conſenſu, ſine controuerſia: & id tranſlatè. ¶ Tali ingenio præditum.} A Latinis accipitur præditus pro affecto, ornato, decorato, inſtructo, aucto, amplificato, cumulato. In malam verò partem cum ſumitur, poni ſolet pro perdito, vel contaminato. Hoc autem Terentij loco videtur redundare. Nam ſi detrahatur, nihilominus perfecta erit locutio, & ſenſus. Sed id poſtulauit ratio carminis. Tu, quàm diligẽter, & plenè præditi ſignificationes, & vſum tractauerimus, in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum videto. ¶ Hic nuptiis dictus eſt dies.}

*Diẽ dicere.* Diem dicere non ſemper ad rẽ forenſem pertinet, ſed etiam ſæpe extra forum eſt. Eſt enim diem dicere, idem quod conſtituere. Cicero in Verrem, Actione tertia. Opus in acceptum retulit, quadriennio poſtquam diẽ operi dixerat. Cæſar de bello Gallico primo, Omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: Id eſt, diem conſtituunt, & præfiniunt. Pro diem dicere, apud Ciceronẽ legitur diem

dare

Diem dare.

dare ad Att.I.Tullicla,inquit,tibi diem dat,ſponſorem appellat:Id eſt,ſponſionis præſtandæ, & fidei liberandæ diem tibi dicit,atque conſtituit,tuáque fide nititur,quòd ſpoponderis:ſcilicet,quòd ſpopondiſti,à te ſperat,& expectat.Prę terea obſeruandum eſt , diem dare duplici ſignificato dici. Interdum enim eſt permittentis:interdum conſumẽtis.Permittentis ſic.Cicero de Nat,Deor.III.Sed quoniam adueſperaſcit,dabis diem nobis aliquem,vt contra iſtum dicamus. Conſumentis ſic. Cicero ad Att. Nam Veſtorio dandi ſunt dies:Id eſt,aliquot dies apud Veſtorium nobis cõmorandum eſt.¶Cur non verè fiant.§Facere nuptias,pro celebrare, eadem loquẽdi proprietate dicunt Latini, qua funus,vel rem diuinam facere:& pleraq; alia,quæ in actione poſita ſunt. ¶Curabat vnà funus.§Id eſt, funeri Chryſidis operam dabat.

Funus curare.

Curare autem funus eo modo dicitur,quo curare ludos. Atque quàm vario ſit vſu hoc verbũ curare,vide in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum.Præterea vt credas elegans eſſe funeri operam dare pro funus curare,ſic loquitur Cicero Famil.XV.Ibi Pyliam vidi:venerat enim in funus,cui funeri ego quoque operam dabam. Eadem penè ſignificatione eſt funus facere.

Funeri operam dare.

Funus facere.

Quod loquendi genus poſuerunt antiqui Latini pro mortem inferre,vt apud Plaut.in Aſinaria : Acerbum funus facies filiæ , ſi te carendum eſt. Funus item facere, vt prius diximus, vſurparunt recentiores pro funus celebrare.Cicero pro Cluent. Mater ibi de integro funus iam ſepulto filio fecit Seruius Sulpitius Cic.Famil.IIII. Ibi pro ea copia quæ Athenis erat , funus ei ſatis amplum faciendum curaui.¶In funus prodeo.§Mira loquendi proprietas , & rem ipſam apprimè deſignans . Vbi enim ad funus dicendum cõuenimus in locũ aliquem, deinde funere elato prodimus , vt ipſum comitemur ad rogum, aut ſepulchrum.¶Effertur.§Efferendi varias ſignificationes eſſe conſtat:ſed ea hîc tantum exempla dabuntur, quæ ad funus pertinẽt.Efferre autem hinc tractum quidam exiſtimant,vt efferri cadauer dicatur , cum celebratur funus, vel dum ſepelitur,quaſi extra domum ferri. Efferri etiam dicitur,quaſi prouehi,& extolli: quoniam cum pompa ferri ſolebat,humeris clarorum virorum feretro ſuppoſitis.Cicero Philipp.IX.Placuit,eum quam ampliſsimè ſupremo ſuo die efferri.Idem:Cum efferretur magna frequentia. Tit.Liuius ab Vrb.condit.lib.II. Nihil aliud ad eum nuntium à propoſito auerſus erat , quàm vt cadauer efferri iuberet. ¶Vt nihil ſupra.§ Hæc locutio rei abſolutionem , perfectionémq; deſignat.In qua quidem locutione vel ſubticetur , vel exprimitur verbum rei cõueniens.Cicero in Famil. Piſonis amor in nos tantus eſt,vt nihil ſuprà poſsit eſſe.Idẽ ad Att. VI.Dialogos abſolui,neſcio quàm bene,ſed ita accuratè,vt nihil poſsit ſuprà.¶Forma honeſta,& liberali.§Exaggeratio eſt ad id, quod antè dixit his verbis: Vultu adeò modeſto,adeò venuſto,vt nihil ſuprà.Nunc vocat formam honeſtam, & liberalem. Quod enim modeſtum eſt , pro honeſto habetur. Quod item eſt venuſtum,idẽ & liberale eſt(idq; precipuè in forma,& corporis cultu)ſcilicet nullis ſordibus inquinatum, qualibus deformes eſſe ſolent ſeruitute preſsi.

Efferri.

Vt nihil ſupra.

Liberalis forma.

Quare quam vocat Terentius formam liberalem,ita interpretaberis,vt ſit,qualis liberum corpus decet. Sic vocamus liberales arteis , quæ ingenio coluntur : & propterea dignæ ſunt liberis hominibus.Eas tamẽ Cicero ingenuas appellat, quamuis ſæpe dicat liberalem doctrinam,liberalem eruditionem,& liberale reſponſum,pro ingenuo , & minus diſſimulãter prolato. Item liberales ſumptus:& largum,atque liberale viaticum dicit idem Cicero . In ſumma: liberalem formam interpretare pro eleganti,egregia, lepida,non fucis quæſita,non prauis animi affectibus infuſcata . Sæpe enim hæc dictio liberalis,morum eſt. ¶Perculſit ilico animum.§ Nimia eſt eorum infantia,atque inepta opinio,qui percellere tantùm ad animum pertinere arbitrantur : percutere ad corpus. Quod nihil minus,quàm à Latinis ſeruatur, vt ex exemplis cognoſces , quæ in eam rem congeſsimus in primo Tomo noſtrorum Commentariorum,Colum.218. Quare indifferenter hîc legere potes perculſit, aut percuſsit animũ.

Percello.

¶Funus procedit.§ In propriis funeris locutionibus manet Terentius,Nam primùm cadauer effertur:deinde,qui ferũt, procedunt:denique ad ſepulchrum venitur, & cadauer in ignem conicitur.Id quod moris erat antiqui. Vulgare verò eſt,& omnibus notum,funus hîc poni pro iis,qui cadauer ferunt,vel elatum comitantur. ¶Quam familiariter.§Legi debet hæc locutio cum accentu admirationis, hoc modo. Quàm familiariter ! Id quod in exemplaribus à nobis excuſis reperies.¶Vitę qui auxilium tulit.§Pro opem tulit,vel auxilio fuit. Cicero de Orat.II. Sodali meo auxilium ferre non potuiſſem.¶Qui dederit damnum,aut malum.§Damnum,aut malum dare,elegans eſt,pro damno, vel malo afficere.¶Indignum facinus.§Indignus,indignitas:importunus,importunitas, voces ſunt vitij , & ſceleris plenæ , quæ nunquam ferè ſine quodam ſtomacho,atque execratione efferũtur.Eſt enim indignus,vel importunus, quaſi ob vitia, & ſcelera deteſtandus.Cicero pro Quintio : Quid hoc iniquius,aut indignius dici , aut commemorari poteſt? ¶Pro vxore habere.§ Antea annotauimus, pro ſuis vti,idem eſſe quod loco ſuorum.Similis eſt hic loquendi modus.Nam pro vxore aliquam habere,id eſt,loco vxoris:vel tanquam ductam vxorem. ¶His rebus finem præcripſiſti.§ Præſcribere eſt definire,præfinire, vel præſtituere : aut antè, vel prius ſcribere,aut inſcribere.In cuius verbi ſignificatione vſurpanda multum errant Iuriſconſulti,cum pro certo temporis ſpatio capiunt:quod vbi præteriit, res, de qua controuerſia ſit,vltra agi non poteſt.Id tamen ſignificatum multum apud illos celebre eſt,ſed non ideo Latinum eſſe conſtat. Tu ita vſurpato,vt antea tradidimus.Vnde eſt præſcribere finem,vel modum,iura,mores,authoritatem,mentem:præſcribere,vt,vel ne:& ſimilia.¶Propè adeſt,cum.§Id eſt,propè adeſt tempus,quo:&c. ¶Alieno more.§ Alieno more, vel alieno modo viuere,idem eſt, quod alterius arbitratu , vel ex alterius præſcripto.Suo more, vel ſuo modo viuere, contrarium eſt loquendi genus.Barbari dicunt viuere ad ſuũ, vel alterius placitum. ¶Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?§Id eſt,quę reliqua eſt obiurgationis occaſio?vel quã aliam iuſtam cauſam ſperas filij obiurgandi ? Latè autem patet hæc locutio apud Latinos.Relinquere enim locum interdum eſt admittere,audire,fidem habere,probare,credere:vel eſt occaſionem,aut cauſam præbere , vel argumentũ dare,facultatem concedere.Cicero Famil.I. Planè nec precibus noſtris,nec admonitionibus reliquit locum.Idem Famil.IIII. Tuæ ſcientiæ excellenti , ac ſingulari non multo plus,quàm noſtræ,relictum eſt loci.Idem ad Quin.fratr.Ne cui iniquo relinqueremus vituperãdi locum.Pro locum relinquere,eleganter dicit idem Cicero locum relictum facere: Philippica,XIII.Summos viros miſimus, repudiaſti:nũc in tantam flammam,támque inueteratam mittamus,cum lo-

Funus, pro iis qui cadauer efferunt vel comitantur.

Quàm familiariter.

Indignus.

Pro.

Præſcribo.

Propè adeſt.

Alieno more viuere.

Locum relinquere.

Locum relictum facere.

cum tibi relictum non modò ad pacem ſed ne ad deditionem quidem feceris? Inſuper pro locum relinquere,vel relictum facere dicunt Latini viſitatè,locum dare.

*Locũ dare.*

Cicero Famil. III. De tuo in me animo ſecus exiſtimandi,videris nõnihil loci dediſſe. ¶ Vxorem nolit ducere.} Vxorem ducere, eſt aliquam in matrimonio habere. Cicero ad Atti. Quintus à ducenda vxore ſic abhorret, vt quicquam libero lectulo neget eſſe iucundius. ¶ Ab illo animaduertenda iniuria eſt.}

*Animaduertere.*

Animaduertere pro punire, vel vlciſci, ferè poni ſemper ſolet cum præpoſitione in,& caſu accuſatiuo: Vt,animaduertere in aliquem. Sine præpoſitione tamen elegãs eſt:vt cũ dicimus animaduertere peccata alicuius, pro punire. Cicero in Verr. Ea ſunt animaduertenda peccata,quę difficilimè præcauentur. Sic dicit Terentius animaduertere iniuriam ab aliquo,pro iniuriam inſectari,& vlciſci.& eam quidem nobis ab aliquo illatam.

*Id operam do.*

¶ Nunc id operam do} Nullum hîc locum tenet iſta particula,id,ſed planè redundat. Nam ſi dematur,nihilominus ſenſus erit perfectus. Sic ſæpe particulas inferciunt Latini,quæ nullius ſint momẽti in locutione. ¶ Manibus,pedibúſq́.} Extremum conatum ſignificantes dicimus, Manibus, pedibúſq́,id eſt, omnibus membris,totis viribus. ¶ Mibi vt incommodet.}

*Incommodare.*

Incommodare eſt incommodum dare, vel ferre. Cicero pro Quintio: Qui nihil alteri ſcientes incõmodant, nihil ipſis iurè incõmodi cadere poteſt. ¶ In pamphilo vt nihil ſit moræ.} Id eſt, vt Pamphilus non deneget ſe vxorem ducturum.

*Mora eſt.*

Moram autem eſſe in aliquo,vel per aliquem,elegans eſt loquendi modus. Terentius in Andr. Neq́ iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora. Idem: Nunc per hunc nulla eſt mora.

*Officium.*

¶ Nunc tuum eſt officium.} Tuæ ſcilicet partes, tuum munus,oportet te id facere. Cicero: Bruti erit officium,occurrere ei.

*Aſſimulo.*

¶ Has bene vt aſſimules nuptias.} Aſſimulare dicimur,quod non eſt. Cicero in Verr. Act. IIII. Literæ,lituræq́ omnes aſſimulatæ,expreſſæ,de tabulis in libros transferuntur. Idem pro Cælio: Is multos forteis viros ſpecie quadam aſſimulatæ familiaritatis tenebat.

*Conſilium capere.*

¶ Quid cum illo cõſilij captet.} Captare,vel capere conſilium,eſt conſilij rationem inire. Et dicimus capere conſilium rei alicuius, vel de re aliqua,vel à re aliqua. Cicero ad Att. IIII. Quid conſilij de omni ſtatu noſtro capiamus te abſente, neſcimus. Idẽ in Verr. Act. IIII. Capit conſilium de amicorum, & propinquorum ſentẽtia,non adeſſe ad iudiciũ Idem contra Rull. Neque enim concionandi poteſtas erat cuiquam, nec conſilij capiendi publici.

GLAREANVS.

IN huius actus verſu XI. ſeruiebas triſyllabon eſſe,i & e,in vnam ſyllabam contractis (quanquam & tertio loco Creticus eſſe poterat,vt in XV. verſu,loco ſecũdo,& in XVI. verſu,loco primo idem pes.) in XV. verbum fuiſſe, diſyllabon eſſe,& in XVI. mihi pro mi totum elidi. In XIX. primo loco Proceleuſmaticum poni: denique in XXII. eſſe monoſyllabon Riuius putat. In proximo deinde carmine pro, In hac re te velim, non paulo elegantius legunt alij, te hac in re velim. In tertio deinde carmine, Liberius viuendi fuit poteſtas,Eraſmus v in viuendi,elidendum exiſtimat,alioqui non conſtiturum carmen,tum fuit monoſyllabon eſſe. Riuius s obliterandum putat in liberius, poſtremis vocalibus coaleſcentibus,ita vt primo loco ſit Dactylus. Ego verò quomodo ex i,& v,fiat breuis ſyllaba nõ video,fuit autem monoſyllabon. Idem oſtendit,quòd poſtea in hac inquã ſcena Scias, eius, ſuæ, ſint monoſyllaba in his verſibus, Nam qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi,Neque commouetur animus in ea re tamen, Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum. Quid ſi fuit tollatur? neque enim minus conſtabit ſententia: cum is,quod præcedit, non referatur ad fuit, Et Donatus ſupplet ei, nulla mentione verbi fuit facta. Itaq́,ei data eſt,tam ſuppleri poteſt,abiecto verbo fuit,quam ſolùm datiuus ei. Et carmen optimè ſe habebit. Sed iudicet lector. Cæterum in hoc verſu, Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modum,ego primo loco Bacchium conſtituo,& quarto loco Creticum. ¶ Nunquam præponens ſe illis,ita vt facil.} Varia hîc eſt lectio. nam quidam legũt, illis: quidam, aliis: quidam, vlli. Si vltima lectio eſſet vera, in ſcanſione nihil eſſet difficultatis: in alteris s elidendum putant,vt ſit quarto loco Iambus. Quanquã poterat s,manere,& a in ita,nõ elidi,ac facilimè,per vnum l legi,vt habet natura eius nominis: geminatum enim ll per epentheſin eſt. Poteſt & Creticus eſſe loco quarto, qui tollit omnẽ hanc dubitationem.

*Facillimus*

¶ Sine inuidia laudem inuenias.} Eliditur v conſonans,& niſi ſit proceleuſmaticus,inidia ſit ſynæreſis. Hæc Eraſmus. conſimiliter Riuius. Eliditur & eodem modo v in enimuero, quod ſemper obſeruaſſe Terentium, idem ait Riuius. Ego puto hîc loco primo eſſe Pæana ſecundum,in enimuero autem Bacchium vbicunque hi Anapęſtum ponunt. ¶ Quid igitur obſtat cur nõ ve. ſi.} Si quid igitur obſtat,legas, pro Quid obſtat,tum veræ expungendum eſſe ait Eraſmus,quod mihi non diſplicet, nam de fieri ſimpliciter quærit. Riuius putat Proceleuſmaticum primo loco eſſe,& verbum ſiant,in vnam contrahẽdum ſyllabam, nec quicquam tollendum eſſe. Poteſt & Proceleuſmaticus primo loco eſſe, & Bacchius quinto. Porrò in nono hinc verſu Huius diſyllabum eſt, In X. Mihi diſyllabum. In XIII. Eius diſyllabum, quod frequentius monoſyllabum perhibent.

¶ Quæ ibi aderant fortè vnam aſpi.} In hoc carmine primo loco eſt Tribrachys. In quarto Proceleuſmaticus. ¶ Percuſſit ilico animum. at at,hoc.} At at Iambus eſt. Ergo h in hoc, habet vim conſonantis. Vt in illo I. Aene. Poſthabita coluiſſe Samo,hîc illius arma,Hîc currus fuit. Itẽ in quinto verſu ante hunc Creticus eſt loco quarto.

*H, interdũ vim habet conſonãtis.*

¶ Satis vehemẽs cauſa ad obiurgãdum.} S, eliditur in ſatis,vt ſuperius, Satis cum periclo. Eſt autem & hoc loco in prima ſede Proceleuſmaticus. ¶ Quis igitur relictus eſt obiurgan.} Ita habẽt vetuſtiores codices,verbum eſt poſt participium relictus, vt s elidatur in quis. D. Eraſmus ponit eſt verbum ante participiũ relictus,& in participio elidit s literã de ſyllaba ctus. Tertiũ deinde carmen ita legendum eſt,vt verbũ eſt,ad finẽ verſus veniat, ¶ Ea primùm ab illo animaduertẽda iniuria eſt} Non vt quidã emendarunt temere, Ea primũ ab illo eſt animaduertenda iniuria. Hæc in hanc ſcenam diximus, cum plurima dicenda eſſent. Verùm cum tot videam qui ſcribant,obiter duntaxat loca quædam notamus. Nam hoc carmen ¶ Sed quid opus eſt verbis? Sin eueniat,quod volo.} &c. ab Eraſmo ante XX. annos nobis expoſitum fuit. Riuius ex Linacro hanc laudem primam Crotino tribuit.

*Ioan. Theodoricus.*

¶ Quam familiariter.} Qui hunc locũ cenſuerunt cum admirationis accentu legendum,ij quidem rectè,parum tamẽ candidè, nimirum diſſimulantes vnde id hauſerint. Hoc autem Laurentio Vallæ debemus,cuius verba ex lib. I. cap. XVII. viſum eſt hîc attexere. Idem,inquit,ponderis in compoſitione habent Per & Quàm: ſed alterum poſitiui proprium eſt,alterum ſuperlatiui. vt Perpulchrè,perbellè, per-

diligenter,

diligenter, Quampulcherrimè, quamoptimè, quamdiligentiſſimè: quorum exemplorum referta ſunt omnia. Hoc intelligitur, quoties accipitur Quàm, pro valdè, ſiue vehementer. At contrà Quàm pro quantum, nunquam cum ſuperlatiuo, ſed ſemper cum poſitiuo: vt Cicero, Quàm ſint moroſi, qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt. Vides vt Quàm pro quantum non poteſt adiungi verbo principali, duntaxat in recto modo loquẽdi: hoc eſt, quando non figuratè loquimur, vt exprobrandi, deridendi've cauſa, hoc modo: Quàm citò veniſti, Quàm ſuauis homo es. Paulo pòſt. At in hac differentia poſitiui & ſuperlatiui, aliqui ſe obiicient, afferentes Terentium in Andria, Reiecit ſe in eum flens quamfamiliariter. Et in Eunucho, Tute ſcis, poſtilla quàm intimum habeam te. In quorum exemplorum priore eſt Quàm pro valdè cum poſitiuo, in poſteriore Quàm pro quantum cum ſuperlatiuo. Ego verò accipio illud quàm familiariter, pro quantum familiariter figuratè, quaſi, ô quantum familiariter! Et hoc intimum accipi volo pro poſitiuo, ſicut proximum. Dicimus nanque, Hic eſt mihi magis proximus: ita, Hic eſt mihi magis intimus. Hactenus Valla.

*Quàm familiariter.*

Eſt locus apud Ciceronem in prima Philip. ſic legi ſolitus. Te autem M. Antoni abſentẽ appello: vnum illum diẽ, quo in æde Telluris Senatus fuit, &c. deinde aliquot pòſt verſibus: Quo Senatus die lætior? quo populus Romanus? Proximo, altero, tertio, reliquis conſecutis diebus non intermittebas quaſi donum aliquod quotidie afferre Reipublicæ, maximum autem illud, quòd Dictaturæ nomen ſuſtuliſti. Quem locum expendens Hieronymus Ferrarius, ſic inquit: Tollendus eſt (meo quidem iudicio) librarij interductus is, qui Proximo diſtinguit ab Altero: ſcribendúmque Proximo altero, pro poſtero die. Dixit autem Alterum diẽ proximum, vt Terentius, Proximum vicinum: & Cicero, Pedem ſuperiorem proximum: vt Varro, Proxima ſuperiora loca. Nam ſiquis alterũ eſſe tertium diceret, id quod interpres Terentianus docet, eius interpretatio eſſet indigna reſponſione. ſequitur enim Tertio. Hæc Ferrarius. Quibus verbis videtur ſubinnuere, hanc interpretis Terentiani expoſitionẽ ſibi parum arridere. Mihi quidẽ (vt planè dicam quod ſentio) non placet. Examinemus itaque tum poëtæ, tum enarratoris verba. Sic Terentius: Sed poſtquam amans acceſſit pretium pollicens, Vnus, & item alter &c. Accepit conditionem, dein quæſtum occipit &c. At Donatus ſic: Vnus, & item alter. Poſt vnũ duo, ex quibus alter, vt ſint tres. inquit enim pòſt, Nam hi tres tum ſimul amabant. vt, Alter ab vndecimo. Ergo alter, non eſt ſecundus, ſed tertius. Hæc ille. Videtur Donatus poëtæ verba ſic interpunxiſſe & intellexiſſe, vt amans pretium pollicens, ſit primus amator: vnus, ſecundus: alter, tertius: nimirum Phœdrus, Clinia, Niceratus. nam hi tres tum ſimul amabant. Sed quis non abſurdum cenſuerit, vnum interpretari, ſecundum? At verò tres erant amatores. Quid tum inde? Fuerint vel centum. Illud enim, Vnus, & item alter, nihil (vt ego quidem interpretor) facit ad tres, qui tum ſimul amabant.

*Alter.*

Chryſis primùm pudicè vitam agebat, lana ac tela victum quæritans. Acceſſit amans vnus, pretium pollicens. ea cõditionem accepit, amatorem illum vnum admiſit. Acceſſit & item alter, prætium quoque pollicens: illa iam nonnihil aſſuefacta pudori deponẽdo, & illi alteri, hoc eſt ſecundo, ſe proſtituit. Dein fronte perfricta, vbi planè depudere didicit, quæſtum occipit, meretricio more nemini non ſui copiam faciẽs, qui quidem pretium afferret. Hęc ſunt initia, hi progreſſus. Tandem quum Pamphilus amore Glycerij teneretur, ita res habebat, vt Chryſis à tribus amáretur, & fortè à multo pluribus, ſed qui Simoni eſſent ignoti. Quid hæc ad illum alterum? E'ſtne quod me cenſere cogat, illum alterum eſſe ex his tribus vnum? Adde quòd Virgilianus ille verſus ex Ecloga prima. citatus, Alter ab vndecimo tã me iam ceperat annus, nihil Donatum iuuat. quem locum ſic exponit Seruius: Alter ab vndecimo, id eſt tertiuſdecimus. Alter enim de duobus dicimus. Et vult ſe ſignificare iam tunc vicinum fuiſſe pubertati: vt vnus ab vndecimo; ſit duodecimus: alter, tertiuſdecimus. Nam pubertati vicinum ſe fuiſſe ſignificare vult: quod de duodecimo anno procedere non poteſt. Hæc Seruius. Quòd ſi quis Donati partes obſtinatius tueri velit, non poteſt alià euadere, quàm vt ſic exponat, Vnus, id eſt à primo ſecundus: & item alter, id eſt à ſecundo proximus. Sed hæc quis ferat?

Donatus explicans hæc Simonis verba, Nihil ad Pamphilum quidquam, ſic ait: Abundat Quidquam. nam Nemo quiſquam non dicitur, Hæc Donatus, quàm rectè, ipſe viderit. Certè vſus eſt Terentius in Eunuch. Act. v. Scena IX. in ipſo ſtatim initio,

*Nemo quiſquam.*

O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior?
Nemo hercle quiſquam. Rurſus in Hecyra Act. I. Scen. I.
Nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit,
Quin ita paret ſeſe, abs te vt blanditiis ſuis
Quamminimo pretio ſuam voluptatem expleat.

DONA.

Non dubiū.} Narratione iam habita, perſona Soſiæ non erat neceſſaria. ergo ſubſtitit ſenex, per quē agenda ſunt reliqua. ¶Non dubium.} Ad hoc certus inducitur Simo, vt magis perturbetur inopinata cōſenſione Pamphili ad ducendam vxorem, & præterea nihil agat cum Chremete de tradenda filia, confirmandiſq; nuptiis. ¶Ita modò.} Nō receſſit de loco ſenex: Senſi, ergo antè, quam cum Soſia loqui cœpiſſet. ¶Ita modò Dauum timere ſenſi.} Argumētum quod ſuprà, ab eo quod noſtri faciūt. ¶Modò.} Antè quàm cū Soſia loqui cœpiſſet Simo. & Dauus nō rectè ſcribitur, Dauos ſcribendum, quòd nulla litera vocalis geminata vnam ſyllabam facit. Sed quia ambiguitas vitanda eſt nominatiui ſingularis, & accuſatiui pluralis: neceſſariò pro hac regula, digamma vtimur, & ſcribimus DaFus, ſerFus, corFus. ¶Mirabar hoc.} Hic locus eſt in quo Dauus inſinuatur ſpectatoribus multa geſturus. ¶Si ſic.} Sic, pro leuiter & negligenter, quod Greci ἄυτως dicunt. ſignificat autē ἄυτως ſic: & eſt de his quæ adiuuanda geſtu ſunt: vt Tātillum puerum: &, Huius non faciam. ¶Lenitas.} Clementia, facilitas. cui contraria, aſperitas & difficultas. ¶Et heri ſemper lenitas.} An ſemper lenitas, vt ſit ὑφὲν Lucretius, Semper florentis honoris. ¶Semper lenitas.} Ac per hoc ſimulata vſque nunc lenitas: nam nemo in diuerſis actibus ſemper lenis eſt: niſi fortè fictus aſſimulator, & callidus. ¶Semper lenitas.} Sine differētia eſt importuna lenitas.

¶Quorſum euaderet.} Ad quam partem erumperet. Et euadere, eſt per quancūque difficultatē ad aliquid peruenire. ¶Verbum fecit.} Nō dixit litigium, aut rixam: ſed verbum. iſtæ exiguitates aſſeuerationes dicuntur. & cum pronuntiatione: vt intelligatur, ne verbum quidē

*Dauus.* — *Digamma DaFus.* — *Sic.* — *Lenitas.* — *Aſperitas.* — *Semper lenitas.* — *Hyphen.* — *Euadere.* — *Verbum facere.*

¶Neque id ægrè tulit.} Hoc eſt ſemper lenitas. ¶Faciet.} Subaudiendum Verbum. & eſt Faciet, perſona tertia prò prima. ¶Faciet.} Id eſt iraſcetur, denuntiabit, loquetur. ¶Sine tuo magno malo.} Id eſt comminabitur tibi, & minas contemnes, vt ad pœnas peruenias. ¶Id voluit.} Aut abſolutè accipiendum Id: aut Id, quo modo Sic, demonſtratio eſt, vt magis geſtu quàm ſenſu intelligatur, vt ſuprà diximus. ¶Nec opinātes.} ὑφὲν. ¶Duci.} Ducere eſt expectatione longi tēporis malum prolatare. Vel induci, vt feras in retia. ¶Falſo gaudio.} Velut ex ira, & vitæ ſenis iracundia. ¶Amoto metu.} Iſta ſingula ſunt. & amoto metu, ſic dixit, quaſi metus ſit corpus brutum, quod cum molimine mouetur. ¶Oſcitantes.} Oſcitatio eſt animi otium & ſecuritas, dictum ab ore ciendo, id eſt commouēdo. Oſcitantes, ſecuri, vel nihil prouidētes. ¶Cogitādi ad diſturbādas.} Miranda locutio: vt ſi dicas Cogitat ad dicendum. ¶Aſtutè.} Hoc & geſtu, & vultu ſeruili, & cum agitatione capitis dixit. ¶Carnifex.} Aut excarnificans dominū aut ipſe dignus carnifice vt caro fiat, id eſt lanietur. Lucilius. Carcer vix carcere dignus. ¶Neque preuiderā.} Prævidentia duplex eſt: aut enim animo, aut oculis prævidemus ¶Hem.} Quaſi cōreptio totius corporis. ¶Ebodum.} Nutus eſt, intentionē animaduerſionémq; depoſcens eius cum quo vult loqui. ¶Ebodum.} Dū παρέλκον eſt hoc loco. ¶Quid hic volt?} More ſeruili, & vernali geſtu, ſic enim vocati à dominis, ſecum vultuoſe agunt. ¶Qua de re?} Negantis vim habet hæc interrogatio. plus eſt enim qua de re, quàm nihil. ¶Rogas?} Hoc cū interrogatione indignātis. ¶Meū gnatum rumor eſt amare.} Mirè apud ſeruum diſſimulat, id quod iam probauit. ¶Meum gnatum rumor eſt amare.} Grauiter, conſtantérque ſenex nondum ſe fatetur credere: nec verum ſcire, ne amittat vim vindicaturi

*Perſona tertia pro prima.* — *Id.* — *Ducere.* — *Metu amoto.* — *Oſcitatio.* — *Oſcitantes.* — *Cogitare ad* — *Aſtutè.* — *Carnifex.* — *Præuidentia.* — *Hem.* — *Ebodum.* — *Parelcon.* — *Qua de re.*

## ACTVS I. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

Filii amorem explorat pater, ſimulat futuras nuptias, interminatur Dauo piſtrinum, ſi quid fallaciæ in ipſis conatus fuerit nuptiis.

ARG. PAVL. MALL.

Sequenti ſcena Simo à Dauo filii amorem explorat. Idem falſas nuptias vafrè ſimulat, interminando ipſi Dauo, ne quid in ea re fallaciæ ſtruat. Poſtremò Daui hæſitabundi eſt conſultatio, Pamphilum ne adiuuet, an potius obtemperet hero.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena, ſenex conſilium, quod de cælandis nuptiis cœperat, porrò exequi pergit.

*Partim Senarij, partim Octonarij. Dimeter vnus, quo diſtinctionis cauſa vſus eſt per medium inquit Priſcianus.*

SIMO. DAVVS.

*Non dubiū eſt, quin vxorem nolit filius:*
*Ita Dauum modò timere ſenſi, vbi nuptias*
*Futuras eſſe audiuit. ſed ipſe exit foras.*
*D. Mirabar, hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lenitas*
*Verebar quorſum euaderet.*
*Qui poſtquam audierat, non datum iri filio vxorem ſuo,*
*Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit, neque id ægrè tulit.*
*S. At nunc faciet, neque, vt opinor, ſine tuo magno malo.*

D.Id volui, nos ſic nec opinanteis duci falſo gaudio,
Speranteis iam amato metu, interea oſcitantes opprimi,
Ne eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias.
Aſtutè. S. carnufex quæ loquitur? D. herus eſt, neque præuideram.
S.Daue. D.hem, quid eſt? S.ehodũ ad me. D. quid hic volt? S. quid ais? D. qua de re? S.rogas?
Meum gnatum rumor eſt amare. D.id populus curat ſcilicet.
S.Hoccine agis, an non? D.ego verò iſtuc. S. ſed nunc ea me exquirere,
Iniqui patris eſt. nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui, animum vt expleret ſuum.
Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.
Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt, te oro Daue, vt redeat iam in viam.
D.* Hoc quid ſit. S.omnes qui amant, grauiter ſibi dari vxorem ferunt.
D.Ita aiũt. S. tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum,
Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerúnque applicat.
D.Non hercle intelligo. S. non? hem. D. non: Dauus ſum, non Oedipus.
S.Nempe ergo apertè vis, quæ reſtant, me loqui. D.ſanè quidem.
S.Si ſenſero hodie quicquam in* his te nuptiis
Fallaciæ conari, quo fiant minus,
Aut velle in ea re oſtendere, quàm ſis callidus:
Verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam vſque ad necem,
Ea lege, atque omine, vt ſi te inde exemerim, ego pro te molam.
*Quid hoc? intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? D.imò callidè:
Ita apertè ipſam rem modò locutus, nihil cir-

iuri ſi reſcierit. ¶Id populus curat ſcilicet.} Quia rumigeratio populi eſt, ſed hoc aduerſus ab illo contumaciter
Scilicet.
Sic Virgilius, Scilicet is ſuperis labor eſt. Scilicet, ſemper cum εἰρωνείᾳ ponitur.
¶Hocine agis.} Agis, id eſt
Ago, pro audio.
audis. Alibi ſic, Hoc age amabo. Plautus, vos hoc agite. Spectat pronuntians, ſimul demonſtratiuè, veluti aurem ſuam tangẽs. ¶Iſtuc} Deeſt ago, vel audio. ¶Iniqui patris eſt.} Iniqui eſt, ſi nunc velim quærere actus liberos adoleſcentis. ¶Nam
Antehac.
quæ antehac fecit.} Pro ante hac, conſuetudine magis, quàm ratione dicitur. ¶Nihil ad me.} Id agit vt ſuperius conſiliũ ſe ſeruare oſtendat. ¶Dum tempus ad eam rem tulit.} Deeſt ſe: vt ſit, dũ tempus ſe præbuit: quia ſuprà dixit, Tute his rebus finem præſcripſti pater. ¶Ad eam rem tulit.} Abſolutè, & deeſt ſe. ¶Siui animum vt expleret ſuum.} Mira ratio cur ſiuerit, vt & hoc quod permiſit, ad bonũ permiſerit, nõ ad luxuriam. Si-
Sino.
ui autem diſtingue. eſt autem ſiui modo, permiſi, ceſſaui. ſiui antiquè. Aliter in Adelphis, Non ſiuit egeſtas facere hoc nos. ¶Nunc hic
Affero.
dies aliam vitam adfert.} Hoc eſt, rectè, & ſeuerè, & inexorabiliter denuntiat.
Alius.
Aliam vitam, pro diuerſam & contrariam. ſic & Virg. Diis aliter viſum eſt. ¶Te oro daue.} Grauius illud fecit, nomine appellando. ¶Vt redeat iam in viam.} Iam
Iam.
Redire in viam.
modò tarditatis eſt ſignum. & in viam dixit, quaſi qui
Prodiortho ſis.
deuius ſit, & errarit, à recta via. ¶Siue æquũ eſt.} προδιόρθωσις. ¶Vt redeat iam in viam.} Prouerbiale.
¶Hoc quid ſit?} ἔκλειψις,
Eclipſis.
Aiunt.
deeſt enim quæris. ¶Ita aiunt. Hæc credunt & loquũtur vniuerſi. & eſt trepida confeſſio, & quaſi inuiti reſponſio. vt in Heautont. Ita credo: monente pa-

tre filium. ¶Tum ſi quis magiſtrũ.} μεταφορικῶς ἂν quia
Pædagogus
Magiſter.
& pædagogus eſt magiſter? vt Geta in Phormione, Me filiis relinquunt: quaſi ma-
Ad eam rẽ
giſtrum. ¶Ad eam rem.} Id eſt ſuper eam rem, hoc eſt ſuper amorem. ¶Animum æ-
Aeger.
Aegrotus.
grotum.} Pro ægro. nam animus æger, corpus ægrotum.
¶Hem.} Interiectio eſt iraſcentis. ¶Dauus ſum, non
Hem.
Oedipus.
Oedipus.} Multiplex contumelia. poteſt enim ſenẽ quaſi ſphingẽ dixiſſe, id eſt deformem, monſtriq; ſimilem. poteſt etiam inhumanum & ferum, vt ſphinx. Poteſt per Oedipum ſe vltorẽ promittere futurum, atque oppreſſorem ſapientiæ ſenis. ¶Dauus ſum, nõ Oedipus.} Facetè ſe negauit Oedipum, vt ſenem ſphinga eſſe confirmet, non Oedipum. Imitationum duo ſunt genera. quãdam neceſſitas, quandã introducit voluntas. ¶Non Oedipus.} Si Latinè pronunties, genitiuus Oedipi faciet: ſi Græcè, Oedipodis. ¶Sanè
Sanè.
quidem.} Sanè, validè: quia qui ſanus, & validus eſt.
*Quid hoc.
¶Si ſenſero.} Cõminatio. & fit pronuntiatio, vt in ſingulis verbis ardeant minæ.
¶Hodie.} Non ad tẽpus non plenum, ſed ad comminationem refertur. vt Vir. Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Et dies pro no-
Hodie.
Dies pro nocte.
cte accipitur: vt hoc ipſum, Nũquam omnes hodie moriemur inulti. ¶Quo fiant minus.} Quo minus, hoc eſt quo impeditius. ¶Verberibus cæſũ te in piſtrinũ Da-
Minus.
*Hiſce.
ue.} Vult in pronomine & nomine exagitare comminatione ſeruum, ne quid relinquat iracundiæ. ¶Dedã} Dare, eſt quod repetas: Dédere eſt ad perpetuum. Damus, & amicis: Dedimus, tãtùm hoſtibus ¶Ea lege atque omine.} Lege ad homines: omine, ad rem diuinam refertur. id eſt, firmamentũ per humana & diuina. Omẽ autem eſt quicquid ore dici
Dare.
Dédere.
Lex.
*Quid? hoc intellextin'?
Omen.

cuitione vſus es.

S. Vbi vis facilius paſſus ſim, quam in hac re, me deludier.

D. Bona verba quæſo. S. irrides? nihil me fallis. ſed dico tibi,

Ne temere facias. neque tu* haud dicas tibi non prædictum: Caue.

*hoc

Parelcon. Res. Nihil. Circuitio. Bona verba quæſo. Euphemiſmus. Helleniſmus. Fallere. Nihil. Negatiuæ duæ & tres. Parelcon.

tur. ¶Ea lege atque omine.} Bene lege atq; omine, quia leges auſpiciis ſeruatis ferebantur. Ergo ſic intellige, quaſi dixerit, ea lege & cõditione: & antiqui auſpicatò omnia faciebant, quæ rata eſſe vellent. ¶An nondũ etiam.} Quartũ παρέλκον, quia abũdat etiam. ¶Ipſam rem.} Ipſam rem, id eſt voluntatem ſuam: aut interminationem ſuam: hoc eſt piſtrinũ & pœnas ſeruiles. ¶Nihil circuitione.} Nihil, pro non, Circuitione, periphraſi. ¶Vſus es.} Legitur & vſo res. ¶Vbi vis facilius.} Admonitio. ¶Vbi vis facilius.} Cicero, Non eſt in hac cauſa peccandi locus vllus. ¶Bona verba quæſo.} Hic in εἰρωνείᾳ eſt εὐφημισμός. quaſi dicat, meliora loquere, rogo te. ergo cum admonitione, Bona verba, inquit, rogo. ¶Nihil me fallis.} Non te ignoro, non me decipis. ſic Menander, οὐδέν με λανθάνεις σύ. ¶Nihil me fallis.} Figura eſt ἑλληνισμός. ¶Fallis.} Lates, vt ſit οὐδέν με λανθάνεις. ¶Nihil me fallis.} Nihil, pro etiam nunc. ¶Neque tu haud dicas tibi nõ prædictum.} Duæ negatiuæ faciunt vnam affirmatiuam: tres negatiuæ pro vna negatiua accipiuntur: vt hîc, Neque haud non. Salluſtius, Haud impigrè, neque multus occiditur. Vera ergo lectio eſt, Neque tu haud dicas. quod plurimi non intelligentes, hoc dicas legunt. ¶Neque haud tu dicas tibi non prædictum.} Vera lectio, Neque haud dicas. eſt enim quintum παρέλκον. Plautus in Bacchidibus. Neque haud ſubdititia gloria oppidum arbitror.

ADRIA. BAR.

Adiuncta.

Non dubium eſt. &c. Ita Dauum modò ti. ſenſi.} Ab adiunctis ratiocinatur ſenex. Adiuncta dicuntur, quæ adeò inter ſe finitima ſunt, vt ſi vnum exiſtat, alterum quoque exiſtere neceſſe ſit: vt amor, & pallor. Omnis pallet amans. Ab adiunctis ita licebit argumentari. Amat, igitur ſollicitus eſt. Huius loci meminit & Rodolphus Agricola, capite de contingentibus lib. I. dialecticæ inuentionis. Illa, inquit, contingentia noſtri ſunt negotij, quæ velut indagine veſtigiiſque quibuſdã ad ipſam rem nos poſſunt perducere. Cuiuſmodi ſunt vel vnius efficientis facta, vel ſubiecti vnius adiacentia, vel quæ in eodem ſunt loco vel tempore, vel quomodolibet aliquid commune inter ſe habent, quo de vno poſſit in aliud fieri tranſitio. Apud Quintilianum itaque in mathematico, vir fortis hoc ipſum quod fortiter fecit, in argumentum adfert futuri parricidij, quoniam vtraque ait, opus eſſe impetus, & furoris cuiuſdam: vt ambo vnius animi poſſint videri. Terentius quoque, non dubium eſt, inquit, quin vxorẽ nolit filius, ita Dauum modò timere ſenſi. Nam quid per ſe timor Daui ad nuptias filij, niſi id eſſet quod omnia communi inter ipſos conſilio agerentur, & eadem omnia vellent atque nollent? ¶Quin vxorẽ no.} Quin pro quòd. ¶Ita Dauum modò.} Ita pro adeò hîc poſitũ videtur: vt & illic, Dij te eradicent, ita me miſeram territas. ¶Modò.} Antequam cũ Soſia loqui cœpiſſem. ¶Heri ſemper lenitas.} Cum Dauus recuſatione nuptiarum, videret Simonem nihil omnino commotum, ſuſpicabatur, id quod erat, lenitatem illam non veram, ſed ſimulatam eſſe. ¶Semper lenitas.} Hyphen hoc eſt duarum vocum, in vnam coitionem eſſe Pontanus ait, in opere de aſpiratione, huius nota eſt lineola repanda. ¶Oſcitantes.} Oſcitatio, inquit Do-

Quin, pro quòd. Ita. Semper lenitas. Hyphen.

natus, eſt animi otiũ & ſecuritas: dictum ab ore ciendo, id eſt, commouendo. Oſcitantes, ſecuri vel nihil prouidentes. ¶Carnifex quæ loquitur.} Carnifex Dauus, qui inſtar carnificis cruciat, & lacerat animum Simonis. ¶Ehodum ad me.} Modò vocantis eſt, aliquando intentionem audientis exponit, vt ehodum dic mihi. ¶Quid hic volt.} Seruuli more dictum & vultuoſe. ¶Rogas?} Interrogatio eſt indignantis. ¶Meum gnatum rumor.} Protheſis eſt gnatum pro natum. ¶Id populus curat ſcilicet.} Eraſmus in commẽtario de copia verborum, non iſta curat populus. Id populus curat ſcilicet. Hîc per ironiam, inquit, commutata eſt ſermonis facies. ¶Scilicet.} Valla. II. lib. cap. vlti. Scilicet & videlicet, inquit, videntur idem ſignificare quod certè, ſed vſum habent, & præcipuè per amaritudinem quandam cum riſu permiſtam. Vt apud Virgil. Scilicet is ſuperis labor eſt. & apud Tere. Id populus curat ſcilicet. ¶Hoccine agis.} Id eſt, audis. ¶Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui.} Vide excuſari tempore amorem in adoleſcentibus. ¶Aliam vitam.} Diuerſam, & contrariam. ¶Hîc dies aliam vitam, alios mores poſtulat.} Locus rhetoricus eſt à tẽpore. ¶Te oro Daue.} In VI. Aenei. Seruius, ait, Maior ad impetrandum vis eſt, eum rogare cui poſſis iubere. ¶Hoc quid ſit.} Eclipſis eſt, ſubaudi quæris. ¶Animum ægrotum.} Stoici cupiditates animi morbos appellant, ſecundum quos, iudicio meo, Terẽtius animum ægrotum vocat, amoris morbo laborantem. ¶Dauus ſum, nõ Oedipus.} Parœmiographus ſic annotauit. Oedipi ingenium ſcitè proponendis ſimul & diſſoluendis ænigmatum ſcyrpis, nobilitatum eſt, propter diſſoluta problemata, adeò vt in prouerbium abierit eius nominis appellatio, velut apud Teren. in And. Seruus diſſimulans ſe intelligere quod herus dixerat, Dauus, inquit, ſum non Oedipus. Torqueri poterit in eos qui de induſtria loquuntur obſcurius. ¶In piſtrinum.} Seruius Grammaticus dicit apud priſcos molarum vſum non fuiſſe, fruges enim torrebãt, & deinde in pilis pinſebant. Ex quo more Virgil. in. I. Aenei. ſcriptum reliquit: Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo. Molas poſtea inuentas legimus aſinarias quaſdã, truſatiles alias, quæ hominum opera verſabantur, non ſine ingenti labore ac virium fatigatione. Vnde factum eſt vt piſtrinum pro loco fatigationis pleno, & pro negotio operoſo ac moleſto, viréſque cõficiente ponatur. Aquariarum autem molarũ loca, quibus vtimur hodie Louanij, & in quibuſdam alijs Brabantiæ oppidis moletrinas appellare poſſumus. ¶Daue dedam.} Hic dedam pro in perpetuum dabo Terentius dixit. ¶Te daue.} Iraſcentis eſt, proprio vti nomine, Sic & Virgi. in. I. Aen. Veſtras Eure domos. ¶Ea lege atque omine.} Omen eſt quod ore dicitur, hoc ad rem diuinam referri vult Donatus, & auſpicatò faciebãt omnia quę rata eſſe vellẽt veteres. Apud Valerium caput eſt de ominibus, lib. I. ¶Ego pro te molã.} Pro molere, verſare molam Budeus dixit in annotationibus. ¶Nihil circuitione vſus es.} Græci periphraſim, nos circuitionem dicimus. Euerſor Carthaginis pro Scipione, circuitio eſt, quam non intelligas, niſi vel prius audieris, vel legeris à Scipione deletam Carthaginem

Carnifex. Ehodum. Gnatum. Scilicet. Ago, pro audio. Aegrotus animus. Oedipus. Piſtrinum. Moletrina. Dedo. Nominis proprij expreſſio. Circuitio.

Dico. vem. ¶ Dico tibi. } Nonius pro denuntio accepit. ¶ Bona verba quaſo. } Id eſt bene ominata loquere. Nam ſuprà dictũ eſt. Ea lege atque omine, quo verbo rideri ſe indicat ſenex.

Bona verba quaſo.

¶ Neque tu haud dicas. } Hæc vera lectio, vt ſint tres negatiuæ voculæ. Sunt tam apud Latinos quàm apud Græcos in vſu negationes vacantes. quemadmodum enim Græcis, ita & Latinis frequentiſſimũ tres negationes loco vnius accipere. huius rei exẽplũ eſt apud Liuiũ. Ad ea munera data à diis & ipſe addiderat multa belli decora facũdiámque in foro, vt nemo, non lingua, non manu prõptior in ciuitate haberetur. quod Græcã phraſim ad verbum explicat, nam ita Græcè reddi poteſt, ὥστε μὴ δῆμος τῶν ἀπαίτων μηδεὶς μήτε τῇ γλώττῃ μή τε τῇ δεξιᾷ προχειρότερος νομίζετο.

Negationes tres.

Argumentum. } Terret Dauum ſenex, & animum eius de Pamphilo explorat ¶ Ita Dauum modò. } Signum ex adiunctis. ¶ Mirabar. } Sẽper, pro perpetua. Et eſt ſermocinatio Daui deprehenſo ſenis conſilio. ¶ Speranteis. } Speranteis, id eſt ſecuros, nomen non participium. ¶ Aſtutè. } Subiecta in fine ironia. ¶ Qua de re. } Negantis interrogatio. ¶ Id populus } Ironica reiectio diſſimulantis. ¶ Siue æquum. } Ironica correctio. ¶ Hoc quid ſit. } Perſtat in diſſimulatione Dauus: & ſubaudiendum, non intelligo ¶ Non? hẽ. } Hem indignantis. ¶ Dauus ſum non. } Sumptum ab Oedipi fabula, & in prouerbium abiit. ¶ Si ſenſero. } Comminatio ſenis. ¶ Ea lege atque omine. } Omine. Id eſt, auſpicio & cõditione, quia leges auſpicatò ferebantur. ¶ Me deludier. } Deludier, paragoge. ¶ Bona verba. } Ironia.

LATOMVS. Semper. Sperans. Qua de re. Hem.

Non dubium eſt &c. } Humani ingenij ac prudentiæ cõiecturam in re ciuili non ſufficere ad veritatem diſpiciendã hæc ſcena præcedens declarat. & ſerui non ſtolidi, ſed verſuti calliditas exprimitur, qui rem omnem pro captu ſeruilis ingenij ac rationis conſiderat, & ratiocinatur ne incautus opprimatur: & patris nimia indulgẽtia erga filios, ac negligentia in illorum educatione deſcribitur. Duo hæc illorũ malorum cauſæ ſunt, quæ facilè emendãtur. Et patrem decet in primis ita filium inſtituere, vt ſe ac patria dignus adoleſcat. Plato in eo Dialogo qui Theages de ſapientia inſcribitur, ſic ait: Non enim hactenus cognoui, cui rei maiorẽ diligentiã quiſquis mentẽ habet, adhibere debet, quàm vt filium optimũ reddat. ¶ Nihil ad me attinet &c. } Hæc ſententia nõ quocunque patre digna eſt, ſed illo qui ſuæ indulgentia pariter & negligẽtia filium errare ſinit, & ita labi, vt ſuæ imprudentiæ tandem det pœnas, ac filiorum delictis torqueatur. Plato in ſecundo de legibus loquẽs de vitę puerorum diſciplina, ſic ait, Diſciplinam appello virtutem, quæ primò pueris vel iuuenibus aduenit, ſi voluptas & amor, dolórq; & odium rectè in animos influat, antequam ratione moueantur, & ratione deinde præſente rationi conſentiant, propter ſuperiorũ bonorum morum conſuetudinem. In ſexto ſic ait: Hominem, manſuetũ animal eſſe dicimus. Certè ſi cum natura felici rectam quoq; diſciplinam fuerit aſſecutus, diuinum animal & manſuetum efficietur. Sin verò aut non ſatis, aut non bene fuerit educatus, ferociſſimũ omnium quæ in terris naſcuntur, animal redditur: quamobrẽ non debet legumlator ſummopere neceſſariam pueritiæ educationẽm poſtponere. ſed operam dare in primis, vt optimus vir eligatur, qui pueris educandis præſit. Idem in tertio de Repub. ſic ait: Quapropter ipſis principibus & primò & maximè deus præcepit, vt nullius rei maiorẽ curam cuſtodiámue ſuſcipiãt, quàm filiorũ. ¶ Ea lege atque omine &c. }

PETRVS MARS. Puerorum educatio.

Cic. lib. 1. de diuinatione ſic ait: Neq; ſolum deorũ voces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum, quę vocãt omina, quæ maiores noſtri, quia valere cenſebãt, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonũ felix fortunatúmq; eſſet, precabantur, rebúſq; diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabant. Quod Seneca loquẽs de vita beata, ſic interpretatur: Quoties mentio ſacrarum literarum interuenit, fauete linguis. Hoc verbo non, vt plerique exiſtimant, abſtrahitur, ſed imperatur ſilentium, vt rite poſſit peragi ſacrum nulla mala voce vel ore obſtrepente. ¶ Tum ſi quis magiſtrum cepit &c. } Quoniam nihil quod animos dubios, & in prauitatem inclinatos magis præcipitet, quàm malorũ virorum conuerſatio, & improborum magiſtrorum perſuaſiones: quos Plato in eo Dialogo, qui Sophiſta inſcribitur, nõ præceptores, ſed ſeductores ac præſtigiatores appellat, his verbis: Seductores quaſi præſtigiis quibuſdam vtẽtes, adoleſcentulos procul à veritate rerum adhuc exiſtentes decipiunt. Seneca. Facile eſt teneros adhuc componere animos. Difficulter reciduntur vitia, quę nobiſcum creuerunt.

Omen

Futuras eſſe audiuit. Sed ipſe exit foras. } In hoc verſu metiendo s, in prima dictione eliditur. Ita probè conſtat. ¶ Verebar quorſum euaderet. } Dimeter eſt, quo, vt Priſcianus adnotauit, diſtinctionis cauſa vſus eſt per medium. Poſt hunc iterũ ponuntur Tetr. ¶ Dehinc poſtulo, & ſi ęquũ eſt, te oro. } Nos, ſiue ęquom ſit, quomodo & Donatus, & ex impreſſis quędã, libris quoq; calamo deſcriptis ſuffragantibus. Vtitur etiam Cic. alicubi particula ſiue, pro vel ſi, nẽpe 1. de Legibus, Quinti, inquit, nõ ſententiam de deorũ immortalium ratione, poteſtate, mente, numine, ſiue quod eſt alıud verbum, quo planius ſignificem quod volo. Similiter Terent. in Phormione illa dictiũcula neq;, pro & non, diuiſis vſus eſt, cũ inquit, Neq; eum ęquom ait facere, id eſt, & ait eum non facere ęquum, ſcena II. act. I. Fateor tamẽ alteram illam lectionem in quodã non planè nouo exemplari vidiſſe me, nimirum eo, cuius nobis copiã fecit vir optimus integerrimúſq; Ioan. Muſlerus: Sed hęc poſterior, ni me fallit opinio, verior eſt. ¶ Omnes qui amant. } Hîc non fit colliſio in, qui amant: cuius ad imitationem Virgi.

RIVII castigatio. Siue, pro vel ſi. Neque, pro & non.

Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?

Nam qui, quanquam alioqui longum, corripitur ob vocalem ſequentem, videlicet ad imitationem Gręcorum, apud quos hoc frequentiſſimum. Idem alibi: Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Ne hîc quidem vlla fit συναλοιφὴ & ſyllaba, ri, longa manet: contra quàm in ſuperiori. Subiiciã plura è Terẽtio huius rei exempla, ne hîc caſu accidiſſe putes, quod Poëta certo conſilio fecit: cum alij ante eum (cuius in Oratore meminit Cicero) idem factitarint. Ex And. Abi hinc in malam crucem cum ſuſpicione iſthac ſcelus. Verſus eſt tetrameter: vbi primo loco iambus ponitur, nulla facta vocalis eliſione. Sin Trochaicum eſſe malis, anapeſtus prima regione erit, non eliſa vocali i, eadémque ipſa correpta. Ex Hecyra, Vt ni eximium neminem habeam? Sy. neminem. Tametſi hoc loco exemplaria quędam manu ſcripta habeant: Vt in eximiũ &c. quę mihi ſanè lectio magis probatur. Nam & Donatus: Vtiã pro vt ne ἀποστρόφως inquit. Sed & vt ni probè legi poteſt. Veteres enim ni, pro ne, ponere ſolitos teſtatur apud Virgilium Seruius tertio Aeneidos. Priſcianus decimoquinto. qui Donatum quoque idẽ in Virgilium adnotaſſe ait. Et quidem in Eunuchũ Donatus ſemel atque iterum huius rei meminit. In eadem fabu-

Qui corripitur, ſequente vocali, & nulla facta colliſione. I, non ſemper eliditur ſequente vocali. Ni, pro ne.

la, Bene, ita me dij ament, nuntias, & gaudeo. Niſi hîc malis Dij eſſe diſſyllabum per diæreſim, ſicut apud Ouidium, hoc verſu, Si nemo eſt omnéſque Dij non noſſe fatentur. & ſæpe alias. Ex Phormione: Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris: eſt primo loco dactylus. Ex Heau. Eho, quęſo, laudas qui heros fallunt? Ch. in loco, Ego verò laudo: hîc tertio loco dactylus.

*E, non ſemper eliditur*

E quoque nō ſemper eliditur. vt in Eunu. Dies noctéſque me ames, me deſideres: tertio loco tribrachys eſt. Quòd ſi vocalis elidatur, fuerit Pyrrhichius, cui nullus eſt in Iambico locus. Sic in Adel. Qui te amat plus quàm hoſce oculos, ſed quur non domum? Prima regione dactylus eſt, nulla facta eliſione, nam alioqui trochæus eſſet

*Virg. locus Horatij locus.*

Tale illud Virgilij: Nomen & arma locum ſeruant, te amice nequiui &c. & hoc Horatij: Si me amas, inquit, paulum hîc ades. Hæc atque alia huiuſmodi cum non omnes animaduerterent in Comicis, quid mirum ſi multa addita ſint paſſim, multa inuerſa à ſciolis, ne non conſtaret metri ratio, contra vetuſtorum codicum fidem? Cur autem hac libertate reformidet vti Comicus, qua vſi ſunt in Heroicis Virgilius & cæteri poëtæ? Hoc tamen non diſſimulauero, Comicum hanc ſibi maximè permittere libertatem, quoties adeſt aſpiratio h, in initio dictionis ſequentis, quæ nonnunquam apud eum quaſi conſonās (pace Grammaticorum dixerim) videri poteſt.

*H, interdū vim habet cōſonantis*

Nam hac ſequente, ne alia quidem vlla interdum eliditur vocalis in fine dictionis præcedentis: cuius rei exēpla aliquot ſubiiciemus. Eſt in prologo Hecy. Hecyra eſt huic nomen fabulæ, hæc cum data eſt: Hîc quarto loco nulla excluditur vocalis, cum propter aſpirationem ſequentem, tum, vt antè diximus, imitatione Græcorum. Ex Eunu. Alio pacto honeſto quo modo hinc abeam, neſcio. Hic trochaicus non conſtat, niſi quinta regione nulla fiat colliſio. Quid? quòd Satyrographus hanc ſibi permiſit libertatē, velut Satyra II. Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni. Et alibi: Viuendum eſt rectè cum propter plurima, tū his præcipuè cauſis. An non hîc conſonantis propè vim ſpiritus habere videtur?

*M, non eliſum ſequente h.*

Hac ratione, opinor, defendi poteſt ille in Andria verſus: Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem: vt primo loco ſit ſpondeus, ſecunda ſyllaba producta ob ſequentē aſpirationem. Pòſt ſequatur dactylus, nulla eliſa vocali. Ita probè ſtabit verſus. Sic in Eunu. Voluit facere contrà huic ægre, heus, inquit, puer Pamphilam: Verſus eſt trochaicus, qui niſi vel tertio loco diæreſis, vel quarto nulla ſynalœpha ſit, & puer vnā in ſyllabā contrahatur, ſtare nō poteſt Niſi ſi quis legēdū putet puere caſu vocatiuo, quod apud Plautum multis in locis reperitur, nimirum à nominatiuo puerus,

*Puerus.*

quo antiqui vſi. In Curculione: Cedo puere ſinum, inquit. In Aſinaria. I puere, pulta. Sic in Mercatore, in Perſa, in Truculento, & aliâs ſæpe. Inde fœmininum puera pro puella,

*Puera.*

quo Varro vtitur apud No. Marcellū. Meminit huius etiā lib. VII. Priſcia. Sed modū hiſce in rebus ſeruemus oportet. Ex dictis enim lector ſtudioſus cætera per ſe ipſe intelliget. Intelliget porrò & illud, haud eſſe temerè de reſtitutione noſtra cenſurā faciendam, qui ſagacibus omnia coniecturis peruestigauerimus, tam accuratè ſingula expenderimus, obſeruatis collatíſque vetuſtiſſimis quibuſque exemplaribus, adhibitis Donati commētariis, & quæ ibidem admixta interdū, vt adparet, nobilium Grāmaticorum Scholiis, perpenſis aliorum & citationibus & enarrationibus, nuſquam ingenij diuinationem, ſed antiquiſſimorum voluminum fidem haud ſine iudicio ſecuti. Nec interim non aliis quoque multa debet iuuētus, qui aliquid operæ in Terentij emendatione poſuerunt, vel qui nunc etiam recognitionem eius moliuntur, quos hac noſtra diligentia vel ad editionem, quam hactenus diſtulere, prouocabimus: vel ad maiorem certè induſtriam exacuemus, quo quid tandē pueris conducibilius? Non mihi ſumo tātum neque arrogo, plus vt ipſe in hoc authore recognoſcēdo perſpiciam, quàm alios viſuros mihi perſuaſerim. Sed iam tandem aliquando ad rem accedamus, illud antè præfati, nos hîc ea quę præpoſtero ordine paſſim poſita offenderim, atque alia id genus multa, quę minutiora fermè ſint, quàm vt operæpretium videatur perſequi, præterituros. Quod eo quidem duximus admonēdum, ne, quod iudicio à nobis certáque ratione factum eſt, inſcitiæ aliquis aut negligentiæ adtribuendum putet. Primum igitur occurrit. ¶ Neque tu hoc dicas tibi non prædictum. § Nos, adnotante Donato, & ex obſeruatione vetuſtæ lectionis. Neque tu haud dicas &c.

*Negatio vacans.*

Vacat enim negatio hoc loco, more Græcorū, apud quos videmus παρέλκειν τὰς ἀποφάσεις ſæpenumero. Eodē modo habetur in his peruulgatioribus quibuſdam. Marcellus quoque Varronis exemplo probat, negatiuas duas pro vna interdum accipi, libro. De proprietate Serm.

*Negatiuæ duæ, pro vna.*

*Eiuſdem, Annotatio*

Iam inſtitutum conſilium exequi parat Simo. Exprimitur autem hac in ſcena admiranda Daui aſtutia, verſutiáque, & Simonis ſenis prudentia, atq; ſagacitas, qui poſtquā Dauum timere ſenſit, vbi nuptias futuras eſſe audiuit, ſubodoratus eſt tandem, & probabili, veriſimiliq; coniectura adſecutus, vxorem nolle filium: nō ignarus videlicet, omnia communi inter ipſos cōſilio agi, eadémq; omnia eos & velle, & nolle. ¶ Mirabar, hoc ſi ſic abiret: & heri ſemper lenitas. § Vide ſerui aſtutiam, qua domini conſilium deprehendit: & illud præterea vide, quid faciat conſcientia maleſactorum.

*Lenitas Simonis.*

Neque verò hîc Dauus de nimia patris in Pamphilum lenitate indulgentiáq; loquitur, vt quidam ſentire videtur, qui quidem in margine hęc verba adiecit, Magna lenitas parentum filios corrumpit. Sed illam hîc intelliges lenitatem Simonis, qua poſtquam audierat non datum iri filio ſuo vxorem, nūquam cuiquam ſeruorum verbum fecit, neque id ęgrè ferre viſus eſt. Hęc autem nimia ſenis lenitas, vehementis alioqui, atque iracundi, valde Dauo ſuſpecta eſt, qui non temerè herum præter naturam ſuam tam lenem eſſe, aut lenitatem certè tam diu ſimulare credit: propterea coniecturam ſuam ſubiicit, qua quid ſibi velit illa ſenis inſolita antè, maximéq; eius aliena ingenio, lenitas intelligere atque adſequi videtur: id voluit, inquiens, nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio, ſperantes iam amoto metu, interea oſcitantes opprimi, ne eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias. ¶ Meum gnatum rumor eſt amare. § Aſtutè apud Dauum diſſimulat id, quod antè iam multis indiciis deprehēdit, atque probauit, nempe amare Pamphilum: &, vt adnotauit Donatus, grauiter, conſtantérq; nondum ſe fatetur credere, neq; verū certúmq; ſcire, ne videlicet amittat vim vindicaturi, vbi reſcierit. Hęc ille Solomō, Omnia, inquit, facit callidus cū iudicio: fatuus ſtultitiā prodit. ¶ Nā quod antehac fecit, nihil ad me attinet. § Imò verò ad te maximè id attinet, Simo, quod antehac fecit gnatus. Vtinā autē hoc ipſo in errore non etiam verſaretur multo maxima pars Chriſtianorum. ¶ Dum tēpus ad eam rem tulit, ſiui animum vt expleret ſuū. § Hæc illa eſt, tantopere ab optimis quibuſq; damnata, & conuitiis proſciſſa parentum indulgentia

Indulgentia patrum in liberos nimia.

gentia:hæc mollis illa educatio,quæ corrumpit optimæ quoque,ac generoſiſſimæ indolis pueros.Ergo etiam pretium ob ſtultitiam fert Simo. Sic pleriſque omnibus vſu venit, qui nimia indulgentia liberorum ingenia, alioqui non omnino peſſima,corrumpunt,vt poſtea eos habeant minus morigeros,minúſq; tractabiles,vt haud temere vnquam poſtea ad bonam eos frugẽ reuocare,reducereq́; poſſint. Suapte natura iuuentus ſatis procliuis eſt ad peſſima quæq;, vt nihil opus ſit ſeuerioris in filios diſciplinæ habenas laxare,eorúmq; delicta conniuentibus oculis tranſmittere, ac diſſimulare.

—¶ Vt redeat iam in viam.} At cur antè hoc vnum non curarat Simo,ne de via Pamphilus exorbitaret? quod verendum omnino erat, cum verſaretur inter improbos, quorum conſuetudo aſsidua non poteſt non corrumpere optima quaque ingenia,vſque adeò,vt ipſe etiam antè miratus ſit Simo,filium ſuum non corrumpi, neque ad nequitiam adduci prauorum ſodalium commercio: tametſi ipſum ſua in hoc feſellit opinio,vt fruſtra miratum ſeſe ſummo ſuo cum dolore tandem ſit ſenſurus.Eraſmus,In naſſam, inquit,facilis illapſus eſt,ſed exitus difficilis:ſic decliue iter in vitia, reditus ad meliorem frugem non perinde facilis.

DOLETI obſeruatio.

Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Nota eſt abeundi propria ſignificatio.Tranſlata verò iſtiuſmodi eſt,vt ponatur pro ceſſare,euaneſcere,vel ſedari. Quare hunc Terentij locum poſſumus ita exponere:Mirabar,hoc ſi ſic abiret:id eſt, mirabar hoc ſi ſic euaneſceret.Cicero ad Atti.XV.An ſummã,nõ poſſunt iſtæc ſic abire.Idem de Finib. Hoc fortaſſe non poterit ſic abire.¶ Verebar,quorſum euaderet.}Hoc eſt,quem exitum,& finem haberet.Suprà ſimilis eſt locutio,vbi dicit Soſia:Quàm timeo,quorſum euadas.Non magis autem creber eſt is euadendi vſus apud Terentium:quàm apud Ciceronem, vt amplè docuimus in Primo Tomo noſtrorũ Commentariorum:vbi euadendi ſignificationes perſequimur,& exemplis fulcimus.Exempla tamen hîc etiam dare libet.Cicero ad Att.IX.Vt antea videamus, hoc quorſum euadat. Idem ad Att.XIIII. Nihil antè de profectione conſtituam, quàm iſta quò euaſura ſint,videro. Idem ad Att. XVI. Tu quidem & prudẽter,& amicè ſuades,vt in iis locis ſim potiſſimum, quoad audiamus hæc,quæ cõmota ſunt,quorſum euadant. ¶Nunquam cuiquam noſtrûm verbum fecit.} Verbũ,vel verba facere,tritus eſt loquẽdi modus,pro loqui. Dicimus autẽ,verba facere alicui,vel cum aliquo de re aliqua:id eſt,ſermonem habere. Verba autem facere alicui,nõ ita admodum vſitatum eſt loquendi genus. Cicero ad Att. II.Multa feci verba de toto furore, latrocinióq; P.Clodij.

Abeo. Euado. Verbum facere alicui.

Nec,pro nõ

¶Nec opinanteis.} Notum ſatis eſt doctis, apud Antiquos nec,pro non,crebrò poni ſolitum: quod etiam in quibuſdam dictionibus vſu inualuit. vt apud Ciceronẽ Lib.III. de leg. Senatori,qui nec aderit,aut cauſa,aut culpa eſto: id eſt,qui non aderit. Sed hæc loquendi forma familiaris eſt opinanti, aut opinato, ita vt dicatur nec opinans pro non opinanti: nec opinatum,pro nõ opinato:nec opinato,pro ex inopinato. Cicero:Nec opinantes mors opprimit. Idem Off. II. Admirantur,ſi perſpiciunt nec opinata quidem bona. Idem de Finib. Quòd cum accidiſſet, vt alter alterum nec opinato videremus,ſurrexit ſtatim.¶ Duci falſo gaudio.}Duci idem eſt,quod oblectari,vel teneri:vt, duci gloria,honore, ludis, oratione alicuius.Cicero ad Quintũ fratrem.Ipſe puer magis illo declamatorio genere duci,& delectari videtur.Idẽ: Ludis oblectamur,& ducimur.¶ Amoto metu.}Pro metum amouere,dicit Cicero metum abſtergere, aut depellere, vel deiicere.In Orat.pro Seſt.Qui primus poſt meum diſceſſum metum bonis,timorem huic ordini,ſeruitutem depulit ciuitati.Idem Fa.XI.Si timidus eſſem,tamen iſta epiſtola mihi omnem metum abſterſiſſes.¶Ne eſſet ſpatium cogitandi.}Id eſt,tempus. Spatium enim tẽporis eſt, & loci.Cicero Famil. XI. Mihi ſi ſpatium fuerit in Tuſculanum ante Nonas veniendi,iſtic te videbo.¶ Ad diſturbandas nuptias.} Diſturbare propriè eſt demoliri:vnde diſturbare ſtatuam,parietes, ædificium,domum,porticum. Nõnihil verò interdum tranſlationis habet:& ponitur pro peruertere: vnde dicimus diſturbare nuptias,rem, iudicium,ſocietatem. Cicero Famil. XI. Cum quidam de Collegis noſtris curationem ligurirent, diſturbaui rem, totámque vobis integram reſeruaui. Idem pro Roſc.Amerino: Qui fidem lædit, quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem.¶ Hoccine agis?}Agis nõ hîc ponitur pro audis,vt quidam volunt:ſed pro facis. Quaſi diceret Simo:Túne facis,Daue,vt filius meus amet?¶ Vt redeat in viam.} Duæ ſunt inſigniores loquendi formæ à viæ tranſlatione ductæ:ſcilicet in viam reducere,& in viam redire.Eſt autem in viam reducere, idem quod ab errore reuocare.Et in viam redire,eſt ad ſanitatem redire,reſipiſcere.Pro quo dicit Cicero ad frugem bonam ſe recipere.In Oratione pro Cælio:Equidem,inquit,multos vidi in hac ciuitate,qui totam adoleſcẽtiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando,& ſe ad frugem bonam, vt dicitur,recepiſſe.¶ Si quis Magiſtrum cepit.}Magiſter variè à Latinis ponitur:ſed tamen ſi vno verbo propriam huius vocis ſignificationẽ habere velis,dicitur generaliter magiſter, cuius authoritatem,& exemplũ in re quauis ſequimur: vel cui præcipua rerum cura incumbit.Hinc magiſtros pagorum,ſocietatum,vicorum,& collegiorum appellant, qui pagis, vicis, ſocietatibus,collegiiſque præſunt.Dictos magiſtros vult Feſtus,quòd cæteris magis poſſint:vel quòd magis, quàm cæteri,diligentiam, & ſolicitudinem rebus, quibus præſunt, debent.Ex proxima noſtra interpretatione ſcinditur hoc nomen in multa. Interdum enim ponitur pro præceptore, vel doctore artium.In qua ſignificatione perſæpe tranſlatè ponitur, egreditúrque perſonam: vt, cum dicimus vſum eſſe optimum magiſtrum: ſtylum optimum magiſtrum dicendi: timorem magiſtrum eſſe non diuturni officij: vitam ruſticam magiſtram eſſe parſimoniæ,& iuſtitiæ: hiſtoriam magiſtram vitæ. Vulgaris ea eſt magiſtri ſignificatio. Aliquando verò pro eo ponitur, non qui nos diſciplinam docet,aut arte inſtruit: ſed quem in re aliqua imitamur. Cicero Familiarium vndecimo.Plura ſcribere non debeo præſertim ad te, quo magiſtro breuitatis vti cogito. Id eſt, cuius breuitatem in ſcribendo ſequi volo.Ibidem:Breuitatem ſecutus ſum te magiſtro. Vſu paulo rariore eſt, & venuſtiore hoc nomen, cum pro eo ponitur, qui rei alicui præeſt, vel, cuius præcipua eſt authoritas in re aliqua. Vnde vocamus magiſtrum ſocietatis,vel rei alius,qui illi rei præfectus eſt.Hinc quoque dicuntur magiſtri equitũ,vel magiſtri ſcripturæ. Quos loquendi modos pluribus verbis expoſuimus in Primo Tomo noſtrorum Commẽtariorum. Hîc verò obſerua,elegans eſſe,quod dicit Terent.magiſtrũ capere ad rem aliquã,pro alicuius ductu,& opera vti ad rẽ aliquam. ¶ Animũ ad deteriorem partẽ applicat.}Vide quæ ſuprà tradidimus de ſimili loquẽdi genere:ſcilicet animum ad aliquid appellere.Illic quidẽ reperies, quæ hoc loco dici

Nec opinãs. Nec opinatus. Duci.

Metum depellere, vel abſtergere. Spatium. Diſturbare. Ago,non ponitur pro audio. In viam reducere, & redire. Ad frugem bonam ſe recipere. Magiſter. Magiſtrum capere ad rem aliquã. Animum applicare ad aliquid.

poſſent. Appellere enim, & applicare neque ſignificatione neq; vſu differunt, ſed plane re omni conueniunt. ¶ Ea lege, atque omine. } Quę ſit ominis ſignificatio, quæ locutiones ele

Ea lege, atque omine. gantiores ab eo ducantur, vide in Primo Tomo noſtrorũ Cõmentariorum. Hîc tantùm Terẽtij locũ exponere volumus. Eſt itaq; ea lege, atq; omine, idẽ quod ea cõditione, eo pacto: & eo ſacramento dicto, vel iuſiurãdo dato: vel ea imprecatione facta.

Circuitio. ¶ Nil circuitione vſus es. } Pro, nullis verborum inuolucris vſus es, ſed planè rem enuntiaſti, & expreßiſti.

HENRI. GLAREA. Iambici triplices, omnes Acatalectici, Vnus dimeter, Senarij ſex, reliqui quadrati, vno aut altero Trochaico Tetra. Catalect permixto.

Sin. ¶ Non dubium eſt quin vxorẽ no. f. } Sin & quin apud hunc Poëtam perpetuò producuntur. De ſin præcedente ſcena patet, Sed quid opu'ſt verbis? Sin eueniat, quod volo. cuius priores quinque pedes ſunt vt carminis heroici.

Quin. De quin, hîc patet. Ita Virgilius I. Aenei. quin aſpera Iuno Conſilia in melius referet. Quanquam Act. 3. ſce. 2. verſiculo penultimo videatur breue quin. ſed excuſatur ſi eum monoſyllabum faciemus, vt ſæpe eſt apud hunc Poëtam. Præterea in vltima ſcena huius fabulæ, verſu vndecimo à fine, Si eam monoſyllabum factum totum elidas, fit longũ: alioqui credi poteſt ab hoc Poëta quin, corripi etiã. ¶ Futuras eſſe audiuit, ſed ipſe exit fo. } Eſſe, redundat in metro, ni facias ſynæreſin in audiit, aut niſi elidas e, in ſed, quod aliquoties facere videtur Terẽtius, ſd ipſ: vt ſit interiectio veluti conticeſcentis repẽte. Hęc Eraſmus. Riuius autem putat s in prima dictione elidendũ, Ego malim (ſiquidẽ elidere quid oporteat) d, in ſed, quod frequentiſſimum apud hunc authorẽ eſt, abiicere. Nam natura correptũ eſt ſed, cum ras in futuras, natura productũ, & quod Eraſmus ſcripſit, mihi nimis argutulũ videtur. Sin nihil elidere velimus, Creticus erit loco quarto. & ille eſt tutiſsimus dicendi modus. ¶ Mirabar, hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lentitas. } Primus hic Tetram. Iamb. Acatale. verſus apud hunc authorẽ, cui continuò Dimetrũ ſubiecit diſtinctionis cauſa, inquit Priſc. quod ego non planè capio, ego puto Tetrametrũ & Dimetrũ pro duobus ſenariis poſitos. Verùm res non eſt tanti. ¶ Nunquam cuiquã noſtrûm verbum fecit. } Hic primus Trochaicus Tetr. Catal. eſt, ſi cuiquã, diſyllabũ accipimus, vt eſt in frequẽti apud Poëtas vſu. alioqui ſi triſyllabũ acceperimus, hic verſus Iambicus Tetra. Acatal. erit, vt proximè præcedens. At ſequens abſque dubio eſt Trochaicus Tet. Cata. Et deinde rurſus duo Iambici Tetrame. Acatalectici. Quartus rurſus Trochaicus Tetr. Cata. ni e, literã in Ne, non elidamus. fieret enim ſic Iambicus Tetra. acatal. ſicut deinde omnes numero XIII. Quanquam in tertio, nẽpe illo, Daue. hem quid eſt? Ebodum ad me. ter ponitur quid, ſequẽte vocali. Et neceſſe eſt, vel ſemel d, in eo elidi, vel Creticum alicubi admittere, vt ſit Iambicus Quadra. Aca. Quòd ſi bis d, elidas, fiet Trochaicus Qua. Cat. Sic vides quàm leue momentum faciat vel Iambicũ vel Trochaicum, & vtriuſque generis verſibus permixtim hunc Poëtam vſum, omnes vno ore fatentur. Et ſi vſpiam alibi, certè hac ſcena perſpicuum fecimus, ſed & in ſequentibus ſæpe obiter oſtendemus. Cætera lubens tranſeo quæ alij notarunt, vt Meam eſſe monoſyllabon in Meum gnatum rumor eſt amare. quanquam & Bacchius ibi eſſe poterat, & Qui non elidi in Omnes qui amant. exemplo Virgil. Et illos rurſus eſſe Timetros, tres.

Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari, quo fiant minus,
Aut velle in ea re oſtendere quàm ſis callidus.

Item rurſus deinde tetrametros Iambicos Acatal. ad finẽ vſque ſcenæ. & ſecundo verſu vel Ea monoſyllabon eſſe, vel Bacchium loco primo. Rurſus vel d, in continuò ſequenti verſu initio elidi, vel Bacchium eſſe loco primo: denique nihil, monoſyllabon, & circuitt dactylum eſſe in ſequente verſu. Nam ea leuia ſunt & à mediocriter exercitatis facilè intelligi poſſunt. Id fortaſsis non prætereundum ſilentio, Donatum in Act. 3. ſcena 2. ad illud Simonis, Edixin' tibi Interminatus ſum, ne faceres? in penultimo huius ſcenę carmine legere, Sed edico tibi Ne temere facias. vt reddere intelligamus Simonem quæ antea interminatus fuerat. quod ſi eſt, certe vel d, in Sed elidatur neceſſe eſt, vt conſtet hic verſus: vel Creticus eſt loco ſexto.

DONA. Enimuero Daue. } Hic breuis & comica deliberatio eſt, magnam expectationẽm plurimarum rerum imminẽtium cum motu excitans, Daui conſideratione propoſita. ¶ Enimuero Daue. } Omnis perſona aut ab altero cõmendatur, aut ſeipſam populo commendat, aut ab altero & à ſeipſa, vt hîc Daui, & per Simonem ſuprà deſcripta eſt, vbi dicit, Mala mens, malus animus. & hîc per ſe, dum hoc geſtu ac ſermone agit ac diſputat

Enimuero. ſecum. ¶ Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitię neque } Enimuero, ſignificationem habet nimum permoti atq; irati animi. Cice. Hic cum aliis ex alia parte, Enimuero ferendum hoc nõ eſt: vocetur mulier.

Segnitia. ¶ Segnitiæ. } Ad agendum.

Socordia. ¶ Socordiæ. } Ad conſiderandum.

Quantum. ¶ Quantum modò. } Quantum pro inquantum.

Prouidere. ¶ Prouidentur. } Prouiſio rerum duas ſignificationes habet. Prouidemus enim nobis tam bonum quàm malum. Malum, ſicut quis eminus veniens, telum prouidit, atque ſic cauerit. Ergo hic Prouidentur, cauentur, vitantur. Et nuptias velut vndam nauigio imminentem fecit. quod ſi quis vndam, ex aduerſo venientem prora non exceperit, demerſus vndis in peſſum abit. eſt ergo metaphora. ¶ Me aut herũ. } Herũ hîc, herilem filiũ. ¶ Pãphilúmne adiutem, an auſcultẽ ſeni. } Sẽper deliberatiua verba, habent quendam ſonũ per quem exitus rei demonſtratur: vt hîc oſtẽdit ſe Pamphilũ magis adiuturum, quàm verbis ſenis obtemperaturum. ¶ Si illum relinquo

## ACTVS I. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

IN hac ſcena deliberat Dauus, velit Pamphilo eſſe adiutor, an auſcultare ſeni.

*relinquo.} Partium tractatus quæ ſuprà ſunt, Pamphilúmne adiutem, an auſcultē ſeni. [Vitæ eius timeo.} Vt alibi, Syre, tibi timui malè. [Sin opitulor.} Opem ferre dicitur in malis rebus & iis qui de ſalute dubij ſunt: vt, Fer opem, ſerua me obſecro. Opitulor & opitulatio dicta ab opem tollendo, hoc eſt ferendo. [Huius minas.} Subauditur, timeo. [Cui verba dare.} Verba dare, fallacia eſt: & illud ſpectat, Nihil me fallis. [Difficile eſt.} Non dicit impoßibile eſt, ergo oſtendit partem ſe ſequi quæ pro Pamphilo eſt. [Primùm iam.} Primò, inquit, iam infenſus eſt ſenex. deinde à Pamphilo grauida eſt Glycerium. Primum iam} ὑφὲν. eſt enim ἀναςροφὴ, pro iam primum. [De amore hoc.} Hoc amore, ſic quaſi cum tædio & reprehenſione eius amoris loquatur. [Me infenſus} Scilicet de amore filij. ſenex me ſeruat, & re vera timendus eſt. [Seruat.} φυλάττει. [Ne quam faciam.} Hoc ad illud ſpectat, Tū ſi quis magiſtrum cepit ad eam rē improbum. [Quo iure, quáque iniuria.} Prouerbiale hoc eſt: qualia ſunt, fas & nefas, nolis velis. [Ad hæc.} In ipſa re maior eſt difficultas, quia grauida eſt Glyceriū. [Siue iſta vxor.} Et hoc cū quodam tædio, & indignatione ſtomachi interrumpit. [Operæpretium.} Dicitur de mirificis & laudabilibus nam & ea quæ magna ſunt etiam ſi mala, tamen miramur: quia libenter audiamus. & hoc pretium eſt operæ, id eſt audiendi. [Et audaciam.} Propriè dixit: vt in Eunucho, Audaciam me retricum ſpecta. [Nam inceptio eſt amentium, haud amantium.} Amabant veteres de proximo ſimilia dicere: vt Cicero, Minus charum putauit fore de armario, quàm quòd de ſacrario*

*[Marginalia: Timeo tibi. — Opem ferre — Opitulari. Opitulatio — Verba dare — Primum iā Anaſtrophe. — Quo iure, quáq; iniuria. — Operæ pretium.]*

ARG. PAV. MALLEO.

HIc breuis & comica deliberatio eſt, anxia expectatione rerum plurimarum imminentium commotiua, excitans, perturbánſque Daui conſiderationem propoſitam.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

TErentius mirè copioſus eſt & ſuauis in perſonarum deliberationibus. Deliberationem verò Daui hæc ſcena complectitur. nam Dauus deliberat Pamphilúmne adiutet, an Simoni auſcultet.

*Iambici tum Octonarij, tum ſenarij.*

DAVVS.

*ENimuerò Daue, nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ,*
*Quantum intellexi modò ſenis ſententiā de nuptiis.*
*Quæ ſi non aſtu prouidētur, me aut herum peſſundabunt.*
*Nec quid agam, certum eſt, Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni.*
*Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas,*
*Cui verba dare difficile eſt. primùm iam de amore hoc comperit,*
*Me infenſus ſeruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam.*
*Si ſenſerit, perij: aut ſi libitum fuerit, cauſam ceperit,*
*Quo iure, quáque iniuria præcipitem me in piſtrinum dabit.*
*Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,*
*Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pāphilo eſt.*
*Audiréque eorum eſt operæprecium audaciam.*
*Nam inceptio eſt amentium, haud amantium.*
*Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere.*
*Et fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam,*
*Ciuem Atticam eſſe hanc. fuit olim quidam ſenex*
*Mercator, nauem is fregit apud Andrum inſulam,*

*fuiſſet ablatum. Et quidem ſi in verbis ſunt, παρόμοιον dicitur: in nominibus autē, παρωνομασία. [Quicquid peperiſſet.} Maiorem reprehenſionem ſonat, quicquid peperiſſet, paritur enim aut maſculus, aut fœmina: & ſolet iuſtior eſſe cauſa tollendi, ſi marem vxor peperit. ſed nimij amoris eſt non expectare quid tollas. [Decreuerunt.} Decernere eſt, de magnis rebus certam proferre ſententiam. vnde etiam Senatus decretum. [Et fingunt.} Argumenti partem narrat: & non credit futura eſſe quæ dicit, vt ſuperſit locus errori. Et fallaciam quandam, ne veriſimilis ſit * ipſa fallacia totius contemptionis & vtilitatis. [Fuit olim.} Modò totius ſūmę argumētū populo narratur: ſed vt reſtet aliquid ad errorem abrogatur fides. [Fuit olim quidam ſenex} A δραματικῷ ad μιμητικὸν tranſit. [Is obiit mortem.} Plenè dixit, quod nos obiit tantùm. Virgilius, Morte obita qualis fama eſt volitare figuras. [Recepiſſe orbā, paruam.} Paruam propterea adiecit, vt fiat veriſimile non poſſe eam facilè ſuos agnoſcere. [Fabula.} Redit ad narrationem. [Atq; ipſis.} Atque pro tamen. vt ſit, tamen ipſis commentum placet, quod comminiſcuntur probant. [Sed Myſis.} παρασκευὴ alterius ſcenæ. [Myſis.} Semper autem Seruorum nomina comicorum ſeruorum, aut à nationibus ſunt indita, vt Myſis, Syrus: aut ex accidentibus, vt Leſbia velut ebrioſa, à Leſbo inſula, quæ eſt ferax ſuauiſſimi candidiſſimiq; vini: aut à moribus & vernilitate, vt Pſeudulus: aut ex negotio vt Chryſalus: aut ex qualitate corporis, vt Chylacus: aut ex ſpecie formæ, vt Pinacium. [Ego hinc.} Nihil adhuc Dauus inuenit conſilij, niſi vt quærat Pamphilum, mo-*

*[Marginalia: Paromœon Paronomaſia. — Decernere. — Obire mortem. — Atque, pro tamen. — Seruorum comicorum nomina, qua ratione indita.]*

neátq; ¶ Ego hinc me ad forum. § Vultuoſe hoc pronuntiatur: vt deſit, pergam, aut ducam me.

ADRIA. BAR. ¶ Enimuero. § Authore Priſciano, inuenitur enim etiã pro affirmatiua, & citat hũc Terentij locum.

Enim affirmat. ¶ Si nõ aſtu prouidentur. § Sipontinus,

*Atqui. Prouideo. Prouideo futurum aliquid video priuſquã factum ſit. Plinius: Hoc enim ſapientis eſt, omnia quæ vētura ſunt prouidere. Quoniã verò ea

Is obiit mortem: ibi tum hãc eiectam, Chryſidis
Patrem recepiſſe orbam, paruam: fabulæ.
Mihi quidem hercle non fit veriſimile:
*Atque ipſis commentum placet.
Sed Myſis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum, vt
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

pretium operæ, vt veriſimile & ſimile veri, & per tmeſim, pretiũ enim operæ, qua figura Cicero & Gellius frequenter vtuntur. ¶ Inceptio eſt amentium haud amantium. § Paronomaſia eſt, Ciceroni agnominatio dicitur, Paronomaſia. quoties vtimur nomine ſimili in diuerſa ſignificatione, vt, abire an obire te conuenit? Hoc alij affictionem Agnominatio. vocant. Donatus in Barbariſmo: Paronomaſia eſt, in- Affictio.

quæ prouidemus, ſi mala ſunt, aut vitamus aut emendamus: factũ eſt, vt prouidere modò vitare, ſeu cauere ſit. Terentius, Quæ ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſſundabunt. ¶ Me aut herũ peſſundabunt. § Quidam hîc putant Aut particulam non disiunctiuè, ſed copulatiuè poſitã. Me peſſundabunt, nam deprehenſus ſi fuero, in piſtrinũ dedar. Filium item herilem peſſundabunt. Nuptias enim niſi vitemus, periculũ eſt ne abſtractus à Glycerio ille in morbũ tã grauem incidat, vnde moriatur. Proinde videndũ eſt etiam atq; etiam, vt aſtu nuptię caueãtur. Aſtutia mihi proderit,

Sin. Pãphilo nuptiarũ prouiſio. ¶ Sin opitulor § Sin pro ſi, nunquã in prima parte collocatur, ſed in ſecunda, vbi ferè duorũ eſt oppoſitio, ſic hoc loco, & in Adelphis, Si hoc celetur, in metu, ſin patefit, in probro ſiem. Cornelius Tacitus in libello de moribus Germanorũ, Si diſplicuit ſentẽtia, fremitu aſpernãtur: ſin placuit, frameas concutiunt. ¶ Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. § Semper deliberatiua verba ſonum habent per quem exitus rei demõſtratur, vt hic oſtendit ſe Pamphilo magis adfuturum, quàm verbis ſenis obtemperaturum. Et eſt dilemma. dicitur argumentũ, quod vtrinque aduerſarium capit. ¶ Verba dare. § Parœ-

Verba dare. miographus, Verba dare paſſim obuiũ, inquit, eſt apud omnes authores, pro eo quod eſt fallere. Nonnihil veneris accedet prouerbio, ſi longius à ſimplici detorqueatur oratione, videlicet ad fraudem, quæ vel ſine verborum fuco peragitur. Cuiuſmodi fuerit, ſi dicas mundum hunc ſuis dare verba cultoribus. ¶ Quo iure quáque iniuria. § Pro eo quod eſt,

Quo iure, quáq; iniuria. ſiue aliquo iure, ſiue aliqua iniuria. Sicut dicimus, velis nolis, pro ſiue velis ſiue nolis. Et ſunt qui putẽt hoc loco particulã que abũdare, eſſéq; in hoc adhibitã ſolùm, vt carminis fulciat hiatũ. ¶ Quo iure quáq; iniuria. § Huiuſmodi fermè figuræ omnes, quæ conſtant ex contrariis, prouerbiales exiſtimantur. Quod genus ſunt, fanda atque infanda, facta, atque infecta, digna atque indigna, quo iure, quáque iniuria, iuuenéſque ſenéſque. ¶ Ad hæc mala hoc mihi accedit. §

Accedo. Lau. Valla libro quarto capite ſecundo. Hoc calamitatibus meis pondus acceſſit, vel ad calamitates meas id adiunctũ eſt, & increuit. Ab hoc ſignificatu fluxit nomen Acceſſio pro adiectione & incremento. ¶ Grauida è Pamphilo eſt. § Vterum geſtat à Pamphilo compreſſa. ¶ Audiréq; eorum eſt

Operæpretium. operæpretium audaciam. Operæpretium Latini pro eo vtũtur, quod eſt magni æſtimandum, & magni pendendum. Liuius in præfatione operis, Facturúſne operæpretium ſim, ſi à primordio vrbis res, Po. Ro. perſcripſero, nec ſatis ſcio, nec ſi ſciam dicere auſim. Operæpretiũ dixit pro re in primis cenſenda, & magni facienda. Dicitur autem operæpretium &

quit, veluti quædam denominatio, vel quoties aliud nomen efficitur de alio. & citat hunc Terẽtij locum. ¶ Decreuerũt. § Sipontinus dicit idem ſignificare quod deliberauerunt. Nonius pro conſtituerunt accipit. ¶ Tollere. § Educare, authore Decerno. Vallenſi. ¶ Apud Andrum § Eſt Andrus inſula vna ex Cycladibus, quæ Delum ambiunt. De hac vide quid annota- Andrus. uerim in Enarrationibus meis Virgilianis libro. III. Aeneidos. ¶ Ipſis commentum placet. § Eraſmus Chiliadis II. centuria. V. Vtimur, inquit, vbi rem parum nobis probari, aut Ipſis placet cauſam nihil ad nos pertinere ſignificamus. ¶ Sed Myſis ab ea egreditur. § Paraſceue eſt ſequentis ſcenæ. Comici poëtæ ſeruis nomina indiderunt vel à nationibus, vt Myſis, Syrus: vel ex accidentibus, vt Leſbia velut ebrioſa, à Leſbo inſula, quę ſuauiſſimi vini feracior eſt: vel à moribus & vernilitate, vt Pſeudulus, vel ex ſpecie formæ vt Pinaciũ. Hæc Donatus. ¶ Ego hinc me ad forum. § Vultuoſe pronuntiandũ eſt, & deeſt conferam, aut ducam me hinc ad forum. ¶ Ne hac de re pater imprudentem opprimat. § Imprudentem, nihil tale cogitantem, huius rei ignarum. & rectè hoc Dauus. Nam inſperatò quę accidunt, vehementius ea percellunt animum.

Argumentum. § Conſultaio Daui excitantis ſe aduerſus LATOMVS. minas ſenis. ¶ Si illum relin. § Cõplexio, qua periculum colligit. ¶ Cui verba. § Occupatio, quam firmat à ſagacitate & diligentia ſenis. & verba dare, eſt decipere. ¶ Quo iure. § Quo iure, Prouerbialis figura, & ſignificat, quocunque modo. ¶ Ad quáq; iniuria. hæc. § Aliud periculum. ¶ Fuit olim. § Narrat partem argumenti per occaſionem. ¶ Fabulæ. § Reiectio minimè credentis. ¶ Sed Myſis. § Præparatio ad ſeq. ſcenã, quod alibi quoque in fine obſeruandum eſt.

Enimuero Daue &c. § In aliqua difficultate celeriter PETRVS eſſe deliberandum atque prudenter, & id quod è re noſtra MARS. eſſe videbitur, ſine cunctatione agendum, hæc ſcena præcedens monet: & ingenij celeritatem in rebus aduerſis cognoſci declarat in primis: quoniam Explorant aduerſa viros, vt inquit Sillius, & ingenium in ſubitis caſibus acui teſtatur. Vnde illud Martialis:

O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium.

Tunc enim prudens quis dicitur, cum mala imminentia cũ ratione declinat. Vnde Plato in eo Dialogo, qui Hippias maior inſcribitur, ſic ait: Multi in hoc cõſentiunt, ſapiẽtẽ in primis ſibi ipſi ſapere oportere. Quapropter & Ennius dixit:

Sapiens qui ſibi prodeſſe neſcit, nequicquam ſapit.

¶ Accedit etiam hæc Andria, &c. § Andrus eſt inſula in Mari Myrtoo, vna ex Cycladibus quæ Delon ambiunt.

¶ Nam inceptio eſt amentiũ &c. § Inſania ſignificat mentis Inſania. ægrotationem

ægrotationem, ac morbum, ac vehementem alicuius rei cupiditatem à ratione penitus alienam, quam philoſophi nominauerunt amentiã, dementiámq́; *[Amentia.]* Vnde eſt aliquis amor, qui non multũ differt ab inſania. Amor autem rei honeſtę laudatur in primis, quem miris laudibus celebrat Plato in Phædro. In quo ſic ait. Scias in nobis duas eſſe Ideas, quas ſequimur duces quocunque ducunt, cupiditatẽ ſcilicet voluptatum, & rectam opinionem optimi affectatricem. Cupiditas abſque ratione ſuperans opinionẽ ad recta tendentem, rapiénſque ad voluptatem formæ ἀπὸ τῆς ῥώμης: id eſt, robore & vehementia, ἔρως amor appellatus eſt. ⁋ Operæpretium. ⁋ *[Operæpretium.]* dicitur fructuoſum, & ad rem pertinens.

*[RIVII caſtigatio.]* Ne quam faciam in nuptiis fallaciam. ⁋ Eſt in manu ſcriptis duobus omiſſa præpoſitio in. Sicuti in impreſſis quoq́; Lugdunenſi & Veneto. Ex Donati verò editionibus quædam τὸ in habent, quædam non habent.

*[EIVSDEM annotatio.]* Hic deliberat Dauus, filiúmne adiutet, an auſcultet ſeni. Docet autem hæc Scena, maturè, cautéque conſultandum, & quod in rem noſtram fore videbitur, mox abſque cunctatione agendum eſſe: oporteréque virum, qui rationibus ſuis rectè conſultum, proſpectúmque cupiat, ſedulò omnia conſiderare, examinaréque, & ancipites negotiorũ exitus, quoad fieri poteſt, prouidere: omnéſque deniq́; metuentem expendere caſus, ſicuti canit in duodecimo Virgil. *[Deliberandũ diu, deinde celeriter exequendum.]*

⁋ Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſocordiæ. ⁋ *[Segnitia. Socordia.]* Rectè ſanè duo hæc, ſegnitiem, ſocordiámque coniunxit: ſiquidem in rebus magni momenti, & priuſquam incipias, conſulto opus eſt: & vbi conſulueris, maturè opus eſt facto: vt neque ceſſes, ac ſigniter agas, neque conſilium præcipites: & nec per temeritatem quicquam facias pœnitendum, nec per ſocordiam quicquam prætereas, quod ad rem facere videbatur: breuiter, vt neq́; lentus nimium ſis, neque nimis præceps: hoc eſt, vt & perſpicias, quid opus ſit facto, & celeriter exequaris. Id enim ſibi vult illud, quod crebrò Auguſtus vſurpaſſe fertur, σπεῦδε βραδέως: vt ad rem agendã adhibeatur ſimul & induſtriæ celeritas, & diligentię tarditas. Lege ſuper hac re Eraſmi Prouerb. Feſtina lentè. Fugere igitur in agendis rebus & ſegnitiẽ, & ſocordiam docet Terentius. Iſocrates quoque Demonicum ſuum monet, vt deliberet diu, celeriter verò conſiciat, quod decreuerit. βουλεύου μὲν βραδέως, inquit, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Agapetus ad Iuſtin. Cæſarem: βουλεύου μὲν τὰ πρακτέα βραδέως, ἐκτέλει δὲ τὰ κριθέντα σπουδαίως, ἐπεὶ λίαν ἐστὶ σφαλερὸν τὸ ἐν τοῖς πράγμασιν ἀπερίσκεπτον. εἰ γὰρ τὰ ἐξ ἀβουλίας τις ἐννοήσει κακὰ, τότε γνώσεται καλῶς τῆς εὐβουλίας τὰ χρήσιμα ὡς καὶ τῆς ὑγείας τὴν χάριν μετὰ τὴν πεῖραν τῆς νόσου. Palutus quoque in Aſinaria hæc duo coniunxit. Quin tu, inquiens ſocordiam omnẽ abs te reiice, & ſegnitiem amoue, &c. ⁋ Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſundabunt. ⁋ Vides non eſſe locum ſocordiæ, quòd nuptiæ & ſe, & Pamphilũ ſint peſſundaturæ, niſi aſtu prouideantur. Eſt hic verſus & in Phormione Scena quarta, Actus primi. ⁋ Cui verba dare difficile eſt. ⁋ Senes longa rerum experientia vſúque diuturno edocti, & cautiores facti, non facilè ſibi imponi patiuntur. *[Verba dare.]* Eſt enim Dare verba, idem quod fallere, atque decipere: cui quidem nonnihil acceſſerit veneris, ac gratiæ, ſi, vt Eraſmus ait, longius à ſimplici detorqueatur oratione, videlicet ad fraudem impoſturámve, quæ vel citra verborum fucos peragitur. Quod genus fuerit, ſi quis dicat, mundum hunc dare verba ſuis cultoribus: & Alcumiſticam, quam vocant, artem, dare verba ſuis ſtudioſis: & eum ſibiipſi dare verba, qui ſibi pollicetur haud ſperanda. Hæc ille. ⁋ Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. ⁋ Vides, vt ſecum deliberet Dauus, quo ſe modo è malis, quibus ſua ipſum imprudentia impediuit, expediat: atq́; id eſt, quod paulo antè dixerat, nihil eſſe loci neque ſegnitiæ, neque ſocordiæ: quo vult docere Terentius, prudenter eſſe deliberandum, tum quod ex re tandem noſtra viſum fuerit, ſine mora cunctationéque celeriter agendum.

⁋ Nam inceptio eſt amentium, haud amantium. ⁋ Elegans admodum Paronomaſia, & iucunda vocum colluſio. F. Andrelinus: *[Amens amans.]*

Si ſapis, amentem dicas non Lector amantem,
Nam nihil inſanus mentis amator habet.

Rectè ille, Amare & ſapere vix Deo conceditur.

— ⁋ Atque ipſis commentum placet. ⁋ Alluſit ad prouerbium, Αὐτοῖς ἀρέσκει. quo vtimur, vbi rem parũ nobis probari, aut cauſam nihil ad nos pertinere ſignificamus. Porrò qui impenſè cupiunt, ſicuti ait Eraſmus, ſuis votis vndecũque blandiuntur, & quiduis in omen optati euentus trahunt: rurſum qui miſerè metuunt, quauis ex re ſolatium formidinis aucupantur.

— ⁋ At ego hinc me ad forum, vt Conueniam Pamphilum, ⁋ Viden' vt nunc, poſt deliberationem minimè ſegnis, quanquam nihil adhuc inuenit conſilij, quod quidem placeat, tamen, quod optimum viſum fuit, exequatur, ad forum videlicet properans conuenturus Pamphilum, & rem ei omnem patefacturus, ne pater inprudentem opprimat?

*[DOLETI obſeruatio.]* Nihil loci eſt ſegnitiæ. ⁋ Pro, non hîc ſegnitia vtendum eſt: vel, non nunc me ſegnem, aut ſocordem præbere debeo. *[Locus eſt.]* Sic eleganter dicunt Latini locum eſſe rei, vel perſonæ. De perſona. Cicero in Familiar. Nulli improbo ciui locus ad Rempub. violandam eſſe potuiſſet. De re. Cicero: Quid eſt iam non modò pudori, probitati, virtuti, rectis ſtudiis, bonis artibus, ſed omnino libertati, ac ſaluti loci? ⁋ Me, aut herũ peſſundabunt. ⁋ Calamitate obruent. *[Peſſum.]* Eſt autẽ peſſum aduerbium, idem quod deorſum, quaſi ad pedes, vel ſub pedibus. *[Peſſundare]* Vnde peſſum ire, vel abire: peſſum premere: & peſſundare: quod eſt propriè pedibus calcare. Per tranſlationem vſurpãt Comici pro opprimere. ⁋ An auſcultem ſeni. ⁋ *[Auſculto.]* Auſcultare cum accuſatiuo, vel abſolutè poſitum, vulgaris eſt ſignificationis. Eſt enim aures ad alicuius vocẽ admouere. Cicero ad Atticum decimo. Itaq́; poſthac non ſcribam ad te, quid facturus ſim, ſed quid fecerim. Omnes enim Corycei videntur ſubauſcultare, quæ loquor. Terent. in Adelph. Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt. Ea eſt igitur peruulgata auſcultandi ſignificatio. Cum datiuo verò idem eſt, quod credere, fidem habere, vel obtemperare: vt, apud ipſum Terentium in Heauton. Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? ⁋ Sin opitulor. ⁋ Dixerunt nonnulli opitulari Tullianum eſſe verbum: ſed id falsò. Nam antè Ciceronem hoc verbo vſus eſt Plautus: vſus item eſt Terentius: & Ciceronis ætate Saluſtius, vt exemplis patet in primo Tomo noſtrorum Commentariorum. *[Opitulor.]* Eſt autem opitulari idẽ quod opem ferre, vel auxilium dare. Cicero Famil. 4. Antea aut obſcuris hominibus, aut etiam ſontibus opitulari poteram. ⁋ Cui verba dare difficile eſt. ⁋ Verba dare idem eſt quod decipere. Cicero ad Atticum. Verba mihi dari facile patior, in hócque me libenter præbeo credulum. ⁋ Me infenſus ſer pro obſeruat. ⁋ Simplex pro compoſito eſt: Nam ſeruat pro obſeruat, *[Seruare, pro obſeruare.]*

certum eſt hîc poni. [Ne quam faciam fallaciam.] Fallacia dicitur fraus, dolus, præſtigiæ, vel deceptio. Vnde eſt fallaciam facere, pro decipere. Ex hoc etiam nomine manat elegans alia locutio: ſcilicet, conſtare ex fallaciis. Cicero pro Roſcio Comœdo: Hic ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur. [Audire eorum eſt operæpretium audaciam.]

*Operæpretium.* Operepretium ſignificat idem, quod nõ alienum: vel quod tanti. Vt ſit idem operæpretium quod nõ alienum eſt: vel tanti eſt. Ponitur etiam pro fructuoſo, vtili, glorioſo, iucundo, magni æſtimando, vel magni pendendo. Cicero pro Roſcio Amerino. Si nihil in iſta pugna Roſcij, quod operæpretium eſſet, fecerãt, quã ob cauſam à Chryſogono tantis præmiis donabantur? Ibidem: Operæpretium erat, ſi animaduertiſtis, Iudices, negligentiã eius in accuſando conſiderare. Titus Liuius in præfatione Operis I. Facturúſne operæpretium ſim, ſi à primordio vrbis res Populi Romani perſcripſero, nec ſatis ſcio: nec, ſi ſciam, dicere auſim. Operæpretium dixit pro re in primis cenſenda, & magni facienda. Idem alibi: Ibi dies aliquot fruſtra abſumpti: &, quia vix operæpretium erat, abſceſſere. Id eſt, vix tanti fuiſſet vrbs capta, vt tempus tandiu tereretur. Idem alibi: Fraus fidem in paruis ſibi præſtruit, vt, cum operæpretium ſit, cum mercede magna fallat. Id eſt, vt vulgò dicimus: Cum res hoc valeat: vel, cum bonus ictus fieri poſſit. Quod etiam Latinè dici poteſt: Cum tanti eſſe cœperit. Idem: Quales experiundo cognouerit, perinde eorum operæpretium faciat. Id eſt, tanti eorum operam, atque induſtriam æſtimet. Idem: Tempus eſt, opulenta vos ſtipendia facere. & magna operæpretia mereri. Id eſt, magna præmia militiæ. Hunc autem Terentij locum exponens Donatus ita ſcribit: Operæpretiũ dicitur de mirificis, & laudabilibus. Nam & ea, quæ magna ſunt, etiam ſi mala, tamẽ miramur, quia libẽter audimus: & hoc pretium eſt operæ: id eſt, audiendi.

*Tollere.* [Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere.] Tollere variarum eſt ſignificationum, vt in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum oſtendimus. Elegans verò eſt, cum accipitur pro ſuſcipere, vel nutrire, vt in hoc Terentij loco. Cicero Philippica decimatertia: Quis autem humilitatem deſpicere audet cuiuſquam, qui ex eadem ſuſtulit liberos? Terentius in Heautont. Meminiſtin', me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatũ, ſi puellam parerem, nolle tolli? Idem: Tu illos duos olim pro re tollebas tua. Id eſt, educabas, & nutriebas.

*Nauem frãgere.* [Nauem is fregit.] Noua eſt, & elegãs loquendi forma, pro naufragium facere. Quo poſtremo loquendi genere vtitur Cicero Famil. 16. Qui cupidè, inquit, profecti ſunt, multi naufragia fecerunt. Præterea paulo minus vſitatum eſt, quod hîc dicit Terentius: fregit nauem apud Andrum inſulam, pro, in Andro inſula.

*Obire mortem.* [Is obiit mortem.] Scribit feſtus mortem obiiſſe ea conſuetudine dictum, qua dixerũt Antiqui ob Romam legiones ductas: & ob Troiam duci exercitum, pro ad: ſimiliterq; vadimonium obiiſſe: id eſt, ad vadimonium obiiſſe: & obuiã, pro ad viam. Hactenus Feſtus. Eſt autem mortem obire, idem quod mortem cum vita commutare, mori. Cicero pro Cluentio: Quis eſt, qui dubitet, quin obeunda mors Cluentio, aut ſuſcipienda accuſatio fuerit? [Ne de hac re imprudentẽ opprimat.]

*Opprimo.* Opprimendi quadam eſt aliquando paulo acerbior ſignificatio, & moleſtiã vimque grauiorem habet: vt, cum dicimus aliquem terra oppreſſum. Cicero de Diuinatione ſecundo: Quo modo potuit terra oppreſſus viuere? Interdum verò nullam vim habet. Cicero Famil. 15. Puto te iam ſuppudere, cum hæc tertia iam epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſchedulam, aut literam: ſed nõ vrgeo. Id eſt, cum hæc tertia iam epiſtola ad te antè venerit, vel perlata ſit, quàm tu ad me literam ſcripſeris. Ea huius verbi ſignificatione vtitur hîc Terentius: & in Scena ſuperiore vſus eſt. Is voluit, inquit, nos ſic nec opinanteis duci falſo gaudio, ſperanteis iam amoto metu, interea oſcitanteis opprimi. Pro opprimere dicunt etiam Latini præuenire, vel præuertere. De quibus poſterioribus verbis vide vſum in Secundo Tomo noſtro.

GLAREA. Iambici trimetri atque tetrametri omnes Acatalectici, Vndeni Primi nouem ſunt Quadrati, ſequentes deinde decem Trimetri. Viceſimus rurſus Quadratus. Viceſimuſprimus rurſus Trimeter. vltimus rurſus quadratus.

[Enimuero Daue, nihil loci.] In enimuero eliditur m & u conſonans inquit Eraſmus: Ego ſatis puto, ſi vel u conſonans elidatur, vt ſit Anapæſtus primo loco, vel Bacchium loco primo conſtituamus. In quinto verò verſu Eius & huius monoſyllaba eſſe. In nono Me redundare: In vndecimo iſta abundare idem admonuit. Ego poſtrema duo per Creticos facilè excuſauero, vt nihil tollam. Viceſimum ait eſſe Trochaicum Hypercatalecticum, quem ego puto Iambicum Quadratum acatalecticum eſſe, vt ſunt alij initio huius ſcenæ, abiecto, vel quidem, vel, hercle. Nam quid ambo hîc ad ſenſum magnopere faciant, non ſanè video. Et ſi alterutrum tollatur, optimè habent & ſenſus & carmen. Trochaicum enim hypercatalecticũ ad hunc modum apud hunc poëtam, non temerè inuenias. Si quidem tollatur, Mihi diſſyllabon erit, ſequente eliſa ſyllaba, præterea, Atqui legendum non Atque. *Atqui.* Scio quoſdam ægrè laturos, quòd auſi ſimus alterutrum horum verborum, quidem & hercle, ex hoc carmine expungere, & velut in exilium relegare, quaſi non & hoc per totum hunc authorem alij fecerint, & nominatim in hac ſcena duo verba, me & iſta, Eraſmus ſuſtulerit. Denique quaſi non ſit manifeſtiſſimum plus mille dictiones huic authori in contextum inſertas, de quibus & Riuius & Eraſmus, ac multi alij eximij viri ſæpe ac diligenter ſcriptis admonuerunt.

DONATVS

Oecononus.

AVDIVI *Archillis.} Hæc ſunt inuentionis poëticæ, vt ad οἰκονομίαν facetiæ aliquid addant. nam οἰκονομία eſt vt accerſatur obſtetrix, & conueniatur Pamphilus. facetia ſcribētis in his verbis eſt, quòd Archillis compotricem potiſsimùm adduci iubere fingitur. ¶ Audiui Archillis.} Frequenter hoc modo Terentius compendium facit, vt egrediens loquatur perſona de eo quod eſt geſtura: & ſimul doceat quid ab altera geſtum ſit. ¶ Audiui Archillis: iamdudum Lesbiā adduci iubes.}*

Iamdudū.

*Vtrum iamdudum audiui, an iamdudum iubes, incerta diſtinctio eſt. & ſunt qui iamdudum, iamprimum intelligant: vt, Iamdudum ſumite pœnas. ¶ Sanè pol.} Sanè, multū. aliàs, valde: nanque validus eſt, qui multū rerum neceſſariarum habet ad ſalutem.*

Sanè. Validus.

*¶ Temulenta.} Producit primam ſyllabam Te. ¶ Temulenta.} Vinolēta, hoc eſt ebrioſa. quia temetum, vinū dicitur, vnde abſtemius, ſobrius. Dictum autem temetum ab eo quia tenet mentem. ¶ Temulenta,} vino: Temeraria, natura.*

Temulētus. Temetum. Abſtemi⁹.

*¶ Nec ſatis digna.} Bene in concluſione illa ſpecialiter probauit, dicēdo non idoneā cui cōmittatur primus partus mulieris. Sed mirè ſignatéque dixit, Committas. etenim cōmittimus magna, & quæ ſalutem in dubio habent. ¶ Nec ſatis digna, cui.} Duas res, nec parientem, nec primo partu. Figura δύο δι' ἑνός. vt Virgilius, Non me tibi Troia Externū tulit. &, Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum Accolet. ¶ Tamen adducam. ¶ Redit ad illud, quòd vi coacta.*

Temerari⁹. Cōmittere. δύο δι' ἑνός.

*¶ Importunitatem.} Importunitas neq; loci, neque temporis habet commoditatem. ¶ Aniculæ.} Archillis ſcilicet. ¶ Quia compotrix.} In vultu remanſit oratio. deeſt enim, per figuram ἔκλειψιν: ideo illam vult accerſiri. ¶ In aliis.} Vtrum in aliis mulieribus, an in aliis rebus? ¶ Exanimatum.} Exanimatus, eſt perturbatus. Virgilius: Exanimata ſequens impingeret agmina muris. Exanimus, mortuus. Idem, Corpus vbi exanimum poſitum Pallantis Aceſtes. ¶ Vereor quid ſit.} Quid, ob quid, propter quid ſit exanimatus. Aut aliter: quid ſit, id eſt quid ſit negotij. Sed quidam putant quid pro quare: vt, Quid veniant. Aut deeſt, poteſt: vt ſit, quid eſſe poteſt. ¶ Nunquídnam.} Comicum eſt, & Terentianū Nunquídnam: cum exemptis num & nam, ſufficere ad interrogationem potuiſſet quid.*

Importunitas. Eclipſis. Exanimat⁹. Exanimus. Quid. Nunquídnam.

ADRIA. BARL. Iamdudū.

*Iamdudum.} Sunt qui pro quamprimum accipiāt. ¶ Lesbiam.} De hoc nomine proxima ſcena dictum eſt. Poëta iocoſe fingit hanc obſtetricem merobibam vocari Leſbiam, nimirum alludens ad vinū Leſbium, quod inſigniter bonum naſcitur in Leſbo inſula. ¶ Temulenta.} Pro ebrioſa dixit, & vino dedita. ¶ Temeraria.} Inconſiderata, incircunſpecta. ¶ Cui cōmittas.} Committuntur magna & quæ ſalutem in dubio habent. ¶ Importunitatem ſpectate aniculæ.} Adrianus cardinalis dicit importunus præter manifeſtum ſenſum, id ſignificare quod deteſtādus ſiue execrādus, & hunc Terentij locum citat. Si recipias igitur quod ille dicit, ſenſus erit. Videte quæſo ſpectatores, quàm deteſtandum, & execrandum ſit huius factū aniculæ, quæ non aliam ob cauſam velit Leſbiam accerſiri ad Glycerium, quàm quòd ſit compotrix, & moribus ſimilimis. Alij accipiunt importunitatem pro obliuiſcentia quadam loci, temporis, & perſonarum. ¶ Quia compotrix eius eſt.} Apoſiopeſis. Adduci iubet Leſbiam quia compotrix eius eſt. ¶ Dij date facultatē.} Inuocatio eſt Myſidis, orat vt dij ſuperi facilem dent Glycerio partum. ¶ Hæc turba.} Turbatio, cōmotio. Nam conuenerat eū pater de nuptiis, hinc exanimatus, & turbato eſt vultu.*

Temulēta. Temeraria. Importunus. Apoſiopeſis. Turba.

LATOMVS Oeconomia

*Argumentū.} Hæc ſcena œconomiæ, hoc eſt, rerum diſpenſationi potiùs quàm*

## ACTVS I. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

NArrat Myſis quamobrem à Glycerio exierit, & hic docet Terentius immoderatum Vini vſum fugiendum eſſe iis qui ſeriis præſunt negotiis. Nihil eſt enim quod rectè agi ab ebrio poſsit.

ARG. PAV. MALLEO.

SEquenti ſcena exiens è proſcenio Myſis, de quo geſtura eſt dicit, ſimúlque docet, quidnam ab altera geſtum ſit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

VT Poëta riſum moueret, fingit obſtetricē bibulam & temulentam, ad puerperium accerſiri.

*Trochaici Catalectici, præter duos poſtremos. Solet autem mutare interdum metri genus, cùm ad παράσκευὴν ventum eſt ſcenæ ſequentis.*

MYSIS ANCILLA.

*AVdiui Archillis, iam dudum Lesbiam adduci iubes.*
*Sanè pol illa temulēta eſt mulier & temeraria,*
*Nec ſatis digna, cui cōmittas primo partu mulierem.*
*Tamen eam adducam. Importunitatem ſpectate aniculæ,*
*Quia compotrix eius eſt, Dij date facultatem obſecro*
*Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum*

*Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid ſiet.*
*Opperiar, vt ſciam nunquidnam hæc turba triſtitiæ adferat.*

*argumento ſeruit in fabula. Nam ancilla inducitur, vt ab ea mox conueniatur Pamphilus, & obſtetrix accerſatur ad parturientem Glycerium.* [*Audiui Archillis.*] *Faceta ſermocinatio mulierculæ, ad exhilarandum ſpectatorem quæſita extra argumentum de induſtria Poëtæ.* [*Dij date facultatem.*] *Moralis precatio.*

PETRVS MARS. *Vini vſus immodicus.* *Audiui Archillis &c.*] *A nimio vini vſu ac temulentia, qua nihil eſt turpius, illis maximè fugiendum eſſe monet ſcena hæc, qui alicui negotio præſunt, cum nihil profectò ſit quod agi ab illis rectè poſſit. Plato libro tertio de Republica, ſic ait: Qui Rempublicam gubernant, ebrietatem fugiant. Nihil quippe minus conuenit, quàm cuſtodi ebrio neſcire quo terrarum degat. Ridiculum profectò eſt, cuſtodem cuſtodis indigere. In ſecundo de Legibus, ſic ait: Pueri vſque ad duodeuigeſimum annum vini vſum prorſum ignorent: nempe eos monebimus, non oportere ignem igni addere: furioſum nanque habitum iuuentutis cauere oportet. Deinde vino moderatè vtantur, vſque ad annum ætatis trigeſimum.* *Ebrietas.* *Ab ebrietae verò & vini repletione iuuenes omnino abſtineant. Bacchus, inquit, vinum quaſi remediũ aduerſus duritiem ſenectutis largitus eſt. Anacharſis Scytha dicere ſolebat, authore Laërtio, vitem tres vuas ferre.* *Vitis vuæ tres.* *primam voluptatis, ſecundam ebrietatis, tertiam mœroris. Qui interrogatus, qua ratione quis abſtemius fieri poſſet, reſpondit. Si turpes ebrioſorũ motus ſibi ante oculos ponat.* *Leſbia.* [*Lesbiam adduci &c.*] *Methymna eſt vrbs Lesbi inſulæ, optimi vini feraciſſima. Ideo Poëta iocoſe ſimul & ingenioſe finxit hanc obſtetricẽ temulentam, vocari Lesbiam, ad vinum Lesbium alludens. Plinius libro decimoquarto, loquens de vini vſu, dicit. Non licebat id fœminis Romæ bibere. Cato ideo propinquis oſculum dari iuſſit, vt ſcirẽt, an temetum olerent, hoc temetum nomen vino erat. Vnde & temulentia appellata.*

RIVII *caſtigatio.* *Vt ſciam nunc quidnam hæc turba triſtitiæ adferat.*] Nos, vt ſciam, nunquidnam hæc turba &c. quod ex Donato etiam perſpici poteſt. *Nunquidnam.* Nunquidnam. hoc Comicum eſt, inquit, & Terentianum: cum exceptis num & nam, ſufficere ad interrogationem potuiſſet quid. Sic ille, vt editio habet Romana. Alibi quoque Terent. Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit? inquit. Et Cicero ſecundo de Orat. Quid vos tandem Craſſus, nunquidnam inquit nouit?

EIVSDEM *annotatio.* Nimium vini vſum, temulentiámque fugiendam modis omnibus eſſe hæc docet Scena maximè iis, qui negotio cuipiam præſunt graui, & quod ſummam poſtulet attentionem, ſedulitatem, & diligentiam: ſiquidem à temulentis rectè geri poteſt nihil. Porrò non licuiſſe fœminis Romæ quondam vinum bibere, teſtatur Valerius Maximus libro ſecundo, cap. I. De inſtitutis antiquis: Vini, inquiens, vſus olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſueuit. Aulus Gellius lib. 10. cap. 23. Qui de victu atque cultu Po. Romani ſcripſerunt, inquit, mulieres Romæ, atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe: hoc eſt, vino ſemper (quod *Temetum.* temetum priſca lingua appellabatur) abſtinuiſſe dicit: inſtitutúmq; vt cognatis oſculum ferrent, reprehẽdendi cauſa: vt odor indicium faceret, ſi bibiſſent. Plinij in Hiſtoria naturali ſuper hac re verba ſunt: Non licebat id fœminis Romæ bibere. Inuenimus inter exẽpla Egnatij, Mecennij vxorem, quòd vinum bibiſſet è dolio, interfectam fuſte à marito, eúmque cædis à Romulo abſolutum. Fabius Pictor in Annalibus ſuis ſcripſit, Matronam quòd loculos, in quibus erant claues vinariæ cellæ, reſignauiſſet, à ſuis inedia mori coactã. Cato, Ideo propinquos fœminis oſculum dare, vt ſcirent, an temetum olerent: hoc tum nomen vino erat, vnde & Temulentia appellata. *Temulẽtia.* Cn. Domitius iudex pronuntiauit, mulierem videri plus vini bibiſſe quàm valetudinis cauſa, viro inſciente, ac dote multauit. Hæc ille libro decimoquarto, capite decimotertio. —[Dij date facultatem.] Seruorum eſt, atque ancillarum, à ſuperis optima quæq; precari dominis ſuis, quemadmodum hîc facit Myſis, nũc ferè contrà ſit apud Chriſtianos. Vult & Petrus, Epiſtolæ primæ capite ſecundo, famulos ſubditos eſſe debere dominis, non ſolùm humanis, ſed & prauis, & aſperis. Porrò ſubditus non eſt, qui mala imprecatur, & diris heri caput deuouet.

DOLETI *obſeruatio.* *Facultatẽ dare.* *Dij date facultatem huic pariundi.*] Sic etiam ſæpe loquitur Cicero. In Famil. Qui cùm venerit, cùm primùm nauigandi nobis facultas data erit, ea vtemur. Pro facultatem date dicit idem Cicero facultatem concedere, largiri, ſuppeditare. Vide exempla in ſecundo Tomo noſtrorũ Commentariorum. [Nunquidnam hæc turba triſtitiæ afferat.] *Turba.* Turbam pro turbatione ponit Terentius. [Obſerua præterea, quod dicit triſtitiam afferre: elegans enim eſt, pro triſtitiam gignere, vel triſtitia afficere. *Triſtitiam afferre.* Sic dicitur aliquid moleſtiam, vel dolorem afferre.

GLAREA. Hos verſus omneis Eraſmus Trochaicos Tetrametros Catalecticos ait, excepto penultimo, quem Iambicum Tetrametrum Acatalecticum dicit, niſi ſed, ſit extra verſum additum. Riuius exiſtimat metri genus mutatum, idq; ſæpiuſcule facere hunc Poëtam, cum ventũ eſt, inquit, ad paraſceuem ſcenæ ſequentis. Quòd ſi cui, vt ſunt hominum ingenia, cauillari liberet, is poſſit ſatis cõmodè omnia propemodum carmina huiuſce ſcenæ Iambica facere. In primo ſi in Audiui vltima vocalis ſit breuis, nec elidatur, fiet enim carmen Iambicum quadratum acatalecticum. In ſecundo ſi in verbo Temulenta prima ſit longa, vt in cõmentario admonuit Donatus, abſq; dubio id carmen erit Iambicum quadratum Acatalecticum. Nec poterit eſſe Trochaicum, niſi authoritate Iuuenalis vtranque ſyllabam de *Temetum.* Temeto correptam credamus, cum Horatius longè maior author, vltima Epiſtola ad Florum, vtranque produxerit. Carmen Iuuenalis eſt Satyra decimaquinta. De Corcyrea temetum deduxerat vua. In quo quo quidem carmine ambæ ſyllabæ de Temeto correptæ videntur. Quanquam non ineptè, meo quidem iudicio, exiſtimarunt, qui Duxerat legendum apud eundem contendunt, non deduxerat, cũ initio carminis De præpoſitio ſit poſita, atque ita etiam apud *Iuuenalis locus.* Iuuenalem vtraque ſyllaba de Temeto producta eſſet. Ego ſanè puto, hoc ſecundum huius ſcenæ carmen Iambicum Tetrametrum Acatalecticum, niſi quis dictionum ordinem inuertat, aut tollat quippiam, quod non video qua ratione defendi poſſit. Tertium Trochaicũ fuerit, niſi quis verbum

Cui,

Cui, cõtra conſuetudinem diſſyllabum faciat, & legat, Nec digna ſatis, cui. Quidam codices habent Neq; pro Nec, vt ſit primo loco Tribrachys, Neque ſa, deinde Spondeus, tis di, rurſus Iambus, gna cui. Et erit Iambicum Quadratũ Acatalecticũ. Quæ lectio mihi placet. Quartum item Trochaicum eſt, niſi contra fidem exemplarium legas, Eam tamen adducam. cum contrà codices quidam habeant, Tamen adducam eam. quæ lectio Trochaicum magis oſtenderit. Quintum abſque dubio Trochaicum eſt. Et eius, verbum diſyllabum, & ain quia, correptum. Sextum item Trochaicum, niſi quis contra conſuetudinem Huic diſyllabon fecerit. Septimum eſt vt indicauit Eraſmus, Iambicum Tetrametrum Acatalecticum, vltimum eiuſdem generis. Ergo in vniuerſum quatuor, nempe ſecundus, tertius, penultimus & vltimus huius ſcenæ verſus erunt Iambici Quadrati Acatalectici, reliqui quatuor Trochaici Quadrati Catalectici.

DONATVS. HOCCINE eſt.} Hîc inducitur adoleſcentis animus circa nuptias: vt ex magnitudine eius ingens gaudium comparetur in fine fabulæ, cognita Glycerio. & ſimul id agitur, vt magis magíſque per Myſidem Pamphilus excitetur ad reſiſtendũ patri nuptias inducenti. ⁋Hoccine eſt.} Ab iracundia & dolore cœpit. Iracundia deſcendit ex *Iracundia.* iniuria. Dolor ex miſeria. *Dolor.* ⁋Hoccine eſt humanum factũ.} Quaſi deliberatio eſt: in qua duæ partes ſunt, vna patris, altera amicæ. pro ſuaſore Myſis eſt. Principiũ ab inuectione: in qua vt hominẽ accuſat, deinde vt patrem. ⁋Hoccine eſt.} Hoc eſt dilatare orationem, ne diceret quod fecit. & eſt peruer- *Auxeſis.* ſa αὔξησις, à maioribus deſcendens ad minora per amplificationem accuſationis. ⁋Factum aut incœptum.} In aliis, factu aut incœptu, fuit. ⁋Hoccine eſt officium.} *Officium.* Officium ab efficiendo, ab eo quòd quæritur quid efficere in eo vnumquenq; conueniat pro conditione perſo- *Quid eſt, ſi hoc nõ eſt?* næ. ⁋Quid eſt, ſi non hoc.} Sic dicimus de his quæ neceſſario hoc ſunt quod dicimus. ⁋Si non hoc.} Hoc cum ſtomacho dictum, quaſi aliquo contradicente non eſſe contumeliam. Cicero, Quid eſt quæſo Metelle, iudicium corrumpere, ſi hoc non eſt? *Decernere.* ⁋Vxorem decrerat.} Decernere, eſt de magnis certam proferre ſententiam. ⁋Vxorem decrerat.} Propoſitio iniuriæ. ⁋Nónne oportuit.} Oportuit. Se ad patrem refert. Nam nec ſic conſentirem ad nuptias, ſed fac me velle: Nónne oportuit præſciſſe me antè? Dolet autẽ ſe ſpatium nõ habuiſſe cõſilio. ⁋Nónne prius conſultum oportuit?} Quàm de ſtomacho repetitũ eſt Oportuit? Et de more, Præſciſſe me antè. *Præſciſſe antè.* Præſciſſe propriè ad eum refertur, hoc eſt Pamphilum. ⁋Communicatum.} Quod neque huius proprium eſt, neque illius. Et Ante abundat, aut certè præ, cum ſufficiat ſciſſe. ⁋Communicatum.} Quia nuptiarum non omnis poteſtas in patre eſt. ⁋Quod verbum.} *Verbum.* Verbum pro ἀξίωμα more ſuo poſuit, id eſt vxorẽ dare quòd ait. ⁋Quid Chremes?} Tranſit à patre nunc, & ad ſocerũ redit. Quid, non ad Chremetem dicitur: ſed ad illum tranſeuntis eſſe, & non conſiderãtis quid dicat. ⁋Quid Chremes.} Iraſcitur patri quòd cogat Chremetẽ, quòd non neget vxorẽ. Nouè dolet, non odio haberi, non repudiari. ⁋Qui denegarat ſe commiſſurũ.} Non latuerat Pamphilum repudiaſſe Chremetẽ. vnde & Dauus ait, Qui poſtea quàm audierat non datum iri filio vxorem ſuo. ⁋Id mutauit.} Nouè dixit Id. Id enim ad Denegauerat. ⁋Commiſſurum.} Putauerat nuptias, * & Chremetem mutare ſententiam. Id mutauit quoniã me immutatum. παρόμοιον. Nam *Paromæon.* quoties verba ſunt, παρόμοιον dicitur. quoties nomi- *Paronomaſia.* na, παρωνομασία. ⁋Itáne obſtinatè.} *Obſtinatè facere aliquid.* Obſtinatè facere aliquid, eſt in alterius malũ cũ conatu facere per- ** Hoccine.* ſeueranter, & in alterius perniciem nimis niti. ⁋Abſtrahat?} *Abſtrahere.* Magna vi verbi & proprietate vſus eſt. vnde illud eſt, Iphitus & Pelias mecũ diuellimur inde. ⁋Abſtrahat.} Magna indignatione vſus eſt: tanquam Chremes non tam filiæ conſultum velit, quàm læſum Pamphilum. ⁋Alia

## ACTVS I. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

HAbet hæc ſcena Pamphili dolorem de nuptiis, fidem ſe Glycerio ſeruaturum pollicetur, vel inuito ſi res ita exigat, patre.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſcena inducitur Pamphilus ſtomachabundus, & ira concitus, vehementer dolens de nuptiis tã ſubita celebrandis. Pollicetur præterea Myſidi, fidé omnino ſeruaturũ ſe Glycerio, vel inuito, ſi res ita exigat patre.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Pamphilus & de patre, & de Chremete conqueritur.

*Partim Tetrametri cũ Iambici tum Trochaici, partim Trimetri: ſed & Monometer vnus, & Dimetri aliquot.*

PAMPHILVS *adoleſcens.* MYSIS.

H*Ocine eſt humanum factum, aut incœptum? hoccine officiũ patris?
M. Quid illud eſt? P. proh deûm atque hominũ fidem, quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt?
Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie. nónne oportuit

Præſciſſe me antè? nónne prius communicatum oportuit?
M. Miſeram me, quod verbum audio!
P. Quid Chremes, qui denegarat ſe commiſſurum mihi
Gnatam ſuam vxorem? id mutauit, * quoniam me immutatum videt.
Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat?
Quod ſi fit, pereo funditus.
Adeón' hominem eſſe inuenuſtum, aut infelicem quenquam, vt ego ſum?
Proh deûm, atque hominũ fidẽ,* nullóne ego Chremetis pacto adfinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus, ſpretus? facta, tranſacta omnia. hem
Repudiatus repetor. quamobrem? niſi ſi id eſt quod ſuſpicor,
Aliquid monſtri alunt: ea quoniam nemini obtrudi poteſt,
Itur ad me. M. oratio hæc me miſeram exanimauit metu.
P. Nam quid * ego dicam de patre? ah
Tantámne rem tam negligẽter agere? præteriens modò
Mihi apud forum, Vxor tibi ducenda eſt Pamphile hodie, inquit, para,
Abi domum. Id mihi viſus eſt dicere, Abi citò, & ſuſpende te.
Obſtupui. cenſen' vllum me verbum potuiſſe proloqui,
Aut vllam cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui.
Quòd ſi ego reſciſſem id prius, quid facerem, ſi quis nunc me roget,
Aliquid facerem, vt hoc ne facerẽ. ſed nunc quid primum exequar?
Tot me impediũt curæ, quæ meum animum diuerſè trahunt,
Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſollicitatio,
Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo vſque * adhuc,

*exclamatio eſt aduerſum ſocerum. ⸢Adeón' hominẽ.⸥ Neminem putat eſſe in genere humano ita infelicem vt ſe: quod eſt commune omnium qui in aliquo mœrore conſiſtunt, itaque non ſe, ſed conditionem humanam dolet: & queritur natum eſſe quenquam, qui poſſit eſſe tam miſer vt ipſe eſt: ac per hoc ſe. ⸢Adeón' hominẽ.⸥ Amatoriè, amore nominato exiluit in gemitus. Sic Virgil. Aut ſi lux alma receſſit, Hector vbi eſt? ⸢Inuenuſtũ aut infelicem.⸥ Inuenuſtus eſt ſine venere, id eſt ſine gratia, quẽ omnes reſpuant, repudiéntque pulchre, & quẽ deformes appetant. ⸢Inuenuſtum aut infelicem.⸥ Inuenuſtus, cui diſplicens obiicitur. Infelix, cui placens negatur. ⸢Aut infelicẽ quenquam vt ego ſum.⸥ Adeò ſe miſerũ dicit, quòd ſibi repudiare non licet: vt propter ſe doleat humanum genus, in quo ſit aliquis tã miſer. Virgil. Heu cadit in quenquam tantum ſcelus? ⸢Vt ego ſum.⸥ ἀνακόλουθον eſt Vt: Quàm enim inferre debuit, nõ Vt. ⸢Prò deûm.⸥ Quàm ferueat indignatione, hinc aſpice, quòd frequẽtẽr exclamat. ⸢Effugere.⸥ In totum fugere. ⸢Quot modis contemptus, ſpretus?⸥ Si Chremes ſpretus, intelligemus Pamphilũ dicere, quòd operam dederit, vt ſe repudiaret Chremes, vt ſuprà dixit, Mutauit, quia me immutatũ videt. ⸢Quot modis contemptus.⸥ Chremes, an Pamphilus? ⸢Facta, trãſacta omnia.⸥ Prouerbiale eſt in id negotiũ, de quo nihil ſuperſit ad agendum. Facta autem, à Pamphilo: tranſacta etiam à Chremete. ⸢Repudiatus, repetor.⸥ Quaſi hæc iniuria ſit, repudiare & repetere. Et tale eſt in Eunucho, Excluſit, reuocat. ⸢Niſi ſi id eſt.⸥ Coniecturale argumentum. ⸢Aliquid mõſtri alunt: ea.⸥ Duplex cõtumelia, & monſtri & aliquid. minus enim eſſet, aliquod monſtrum. ſic, Quid hominis vxorem habes? Et mutauit genus, dicendo ea: quoniã fœmina eſt. Sic in Eunucho: Taces monſtrum hominis? non dicturus es? ⸢Aliquid mõſtri.⸥ Dum monſtrũ dixerat, ea ſubiunxit, tanquam nõ verbis, ſed ſententiæ ſeruiens. ⸢Nemini obtrudi.⸥ Mire obtrudi, quaſi inuito. & totum cum iracũdia obtrudi, infringi, impingi. ⸢Itur ad me.⸥ Dotẽ amator non cogitat: & ad vilitatẽ trahit quòd vltro venit, & quòd ſe repetit Chremes. ⸢Itur ad me.⸥ Quaſi ad hoſtem. Plautus in Pſeudulo, Itur ad me. Et Virgil. —ſimul enſe relicto, Ibat in Euryalũ properè. ⸢Oratio hæc.⸥ Etiam pauca verba veteres orationem dicebãt. ⸢Nam quid ego.⸥ Redit ad patrem, in quo nouè hoc accuſat, negligẽter eum agere quod noluit fieri. ⸢Tantámne rem.⸥ Summũ voti ac nuptias. ⸢Prӕteriẽs modò.⸥ Hîc oſtendit ſpecialiter quid peccauerit pater. ⸢Præteriens modò mihi apud forum.⸥ Vndique conflatur excuſatio ex facto, quòd præteriens. ex tempore, quòd modò. ex loco, quia in foro, ex verbis, Vxor tibi ducenda eſt. Mirè ducẽda, ſemper hoc genus declinationis, neceſſitatem oſtendit. vt Virg. Vt pacem Troiano ab rege petendum. Saluſtius Agendum, atque obuiam eundum eſt. ⸢Abi citò, & ſuſpende te.⸥ Ad Hodie, Citò retulit: ad Vxor tibi ducenda eſt., Suſpende te. ⸢Ineptam ſaltem falſam.⸥ Duo comparantur in defenſionem, aut vera, aut ad tẽpus accommodata. Ineptũ eſt, quod à quouis reprehendi poteſt. Falſum, quod etiã prudentem poſſit fallere. ⸢Quòd ſi ego reſciſſem.⸥ Si mecum cõmunicaſſet prius. ⸢Quid facerẽ.⸥ Ipſe ſe reprehendit.

*quia

Inuenuſt⁹.

*nullo ego pacto Chremis Adfinitatẽ.

Infelix.

*ego nũc

Vt. Anacoluthon.

Effugere.

Facta, trãſacta omnia

Aliquid monſtri.

Neutrũ genus fœminino cõiunctum.

Obtrudere

Eo, is.

Oratio.

Dus finita, neceſſitatẽ ſignificant.

Ineptum. Falſum.

*ad hoc

prehendit. ⁋Quid facerẽ?} Hypophora. ὑποφορά. ⁋Vt ne hoc facerem.} Tacerem. & nota Facere. Facerem, pro tacerem. ⁋Sed nunc.} Deliberatio, & partes eius. ⁋Amor misericordia.} Hæc oratoria ſunt, cum vnũ negotium in multas diſtrahimus partes.

Diuerſe. ⁋Diuerſe trahunt.} Pro, in diuerſa trahunt.

⁋Amor.} A neceſſario.

⁋Miſericordia.} ἀπὸ τοῦ αἰσίου. Miſericordia huius. Amphibolia. ἀμφιβολία. ⁋Nuptiarum ſolicitatio.} A perturbatione. Quibus colligit conſulere ſe non poſſe. Solicitudo. Solicitudo eſt, quæ inhæret mentibus. Solicitatio. Solicitatio, quæ ab alio fit. ⁋Tum patris pudor.} ἀμφιβολία. ⁋Qui me tam.} Explanatio, in quo pudendum ſit ſibi apud patrem: Et ad illud ſpectat, Tute his rebus finem præſcripſti pater. Is. ⁋Ei ne ego.} Pronomen hoc, vim qualitatis habet. & eſt, An tali, tam bono? ⁋Qui me tam leni paſſus eſt animo.} Atqui accuſabat eum. Sed amator eſt. ⁋Egóne vt aduerſer?} Videtur inclinaſſe vt ſecundum patris animum conſiſtat. ſed amore ad incerta Quorſum. iterũ deuoluitur. ⁋Quorſum accidat.} Ad quam rẽ, quò verſus. ⁋Sed nunc peropus eſt.} Calliditati fœmineæ, et aſtutiæ ſententia hæc congruit. ⁋Cum ipſa.} Ipſa nũc Aduerſum domina mea. ⁋Aduerſum hunc.} Apud hunc. vt alibi, Et id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. ⁋Dũ in dubio eſt animus.} Trãſlatio hæc eſt à mole alicuius ponderis, quæ antè, quàm in loco ſederit, cum incerta pendet, facillimè cõmouetur. ⁋Quis hîc loquitur?} Hoc ſecũ. deinde conuerſus, vt vidit, Myſis ſalue. Salue. ⁋Salue.} Difficile eſt aliud inuenire} verbũ, quod ſic declinetur, ſalue, & ſaluete. quippe huius verbi per modos eſt rara declinatio. ⁋Quis hîc loquitur.} Prin-

Quæ meo cunque animo libitum eſt, facere.
eíne ego vt aduerſer? hei mihi,
Incertum eſt quid agam. M. miſera timeo,
hoc incertum quorſum accidat.
Sed nunc peropus eſt aut hunc cum ipſa, aut
me aliquid de illa aduerſum hunc loqui.
Dum in dubio eſt animus, paulo momẽto huc
illuc impellitur.
P. Quis hic loquitur? Myſis ſalue. M. ô ſalue
Pamphile. P. quid *agit? M. rogas?
Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt, *diem,
Quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ.
tum autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. P. hem, egóne iſtuc conari
queam?
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam,
Quæ mihi ſuum animum, atque omnem vitã
credidit,
Quam ego animo egregiè charam pro vxóre habuerim?
Bene, & pudicé eius doctum, atque eductũ,
ſinam,
Coactum egeſtate ingenium immutarier?
Non faciam. M. haud vereor, ſi in te ſolo ſit
ſitum,
Sed vim vt queas ferre. P. adeón' me ignauũ
putas?
Adeón' porrò ingratũ, aut inhumanum, aut
ferum,
Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque
pudor
Cõmoueat, neque cõmoneat, vt ſeruẽ fidem?
M. Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, vt
memor eſſes ſui.
P. Memor eſſem? ô Myſis Myſis, etiam nunc
mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis
De Glycerio. iam fermè moriens me vocat:
Acceſſi: vos ſemotæ, nos ſoli. incipit,
Mi Pamphile, huius formam, atque ætatem vides,
Nec clam te eſt, quàm illi vtræque res * inutiles,

cipium Terentianum in iungendis perſonis. ⁋ô ſalue.} O, interiectio optantis aduẽtum, aut repentè perculſi. O. ⁋Quid agitur?} Amatoriè, & familiariter non addidit quæ. Rogas? Virgilius, Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amantẽ. ⁋Rogas?} Lenta quædam, & triſtis eſt Laborat è dolore. reſponſio, & dolore plena. ⁋Laborat è dolore.} Duplicem laborem Glycerij eſſe *agitur. dicit, vnum paritudinis, alterum curæ & ſolicitudinis nuptiarum Pamphili. ⁋Laborat è dolore.} Callidè *die. aggreditur iuuenẽ. nam vtraque propter illum perpetitur, & dolorem, & ſolicitudinẽ. ⁋Atque ex hoc.} Myſis, quæ contra patrem ſuaſura eſt, incertum inueniẽs Pamphilum, facilè ad ſe cõuertit mẽtione dominæ ſuæ: & maximè quòd addidit, cur illam ægram eſſe dicat. quare ſtatim perfectum eſt quod volebat, vt dicat Pãphilus, Egóne iſtuc conari queam? ⁋Conſtituta.} Nec addit à patre: ſed inuidioſe quaſi & à Pamphilo ſint cõſtitutæ. An timet in negotio? ⁋In hũc diem.} Idem eum dies eſt quo placuerant deſtinatæ nuptiæ, quanuis Chremes denuntiauerat. & ſuprà, Hic nuptiis dictus eſt dies. ⁋Tum autem.} Tũ, Tum, pro præterea. præterea. Tertiam ſolicitudinem habere Glyceriũ, ne deſeratur à Pamphilo.

⁋Solicita eſt.} Solicitudo re- Solicitudo. rum incertarum magis eſt.

⁋Quod in hunc diem ſunt conſtitutæ nuptiæ.} Hic certior metus eſt, & grauior.

⁋Egóne iſtuc.} Ideo ſic Pãphilus, quia illa inuidioſe non Deſerere cogaris, dixit: ſed, deſeras. ⁋Egóne iſtud conari.} Non perficere, Conari. ſed conari velle aliquid ad ſcelus, effectio eſt, etiamſi non poteſt fieri. hîc enim voluntas, non factum damnatur. vt Virgilius, Auſi omnes immane nefas, auſoq; *vtiles potiti. ⁋Egóne conari.} Le-

Et ad pudicitiam, & ad tutãdam rem ſient,
Quód ego per hanc te dextram oro, & * genium tuum,
Per tuam fidem, pérque huius * ſolitudinem
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras,
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus:
Te iſti virum do, amicum, tutorem, patrem:
Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
Hanc mihi in manum dat. mors continuò ipſam occupat.
Accepi: acceptam ſeruabo. Myſ. ita ſpero quidem.
P. Sed cur tu abis ab illa? M. obſtetricem acceſſo. P. propera.
Atq; audin'? verbum vnum, caue de nuptiis,
Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.

*ingenium

*ſolicitudinem.

uius eſt conari, quàm facere. ¶ Egóne propter me. } Magna vis eſt in pronominibus. & diuerſa ſunt, & ſingula, & non præcipitantur, nec dicuntur vno ſpiritu: ſicut in Eunucho: Egóne illã, quæ me, quæ illum? Quæ illum, deeſt, amat: quæ me, deeſt, non amat. *Egóne.* ¶ Egóne. } Suadenter. ſubauditur, vt fieri ſinam. ¶ Quæ mihi ſuũ animum. } Ab eius beneficiis. ¶ Suum animum. } Quantũ ad amorem pertinet. ¶ Atque omnẽ vitam. } Hoc eſt, vt maritum ſperaret. ¶ Quæ mihi ſuum animum, atque omnẽ vitam credidit, } Argumenta à conſequenti. Si eam deſerit, hæc ſubiiciuntur. ¶ Quam ego animo egregiè charã. *Egregiè.* Egregiè, præter cęteras, id eſt nimis. ¶ Bene & pudicè. } Hîc illud ſoluitur, Lana & tela victum quæritans: vt hoc præſtruat bene & pudicè Glycerium eſſe educatam. Lana & tela victum quæritans. Et non pertinet ad argumentum, niſi poſt vitam Glycerij intelligas. ¶ Bene & pudicè. } Ab honeſto. ¶ Bene & pudicè eius doctum. } Hanc ſententiam quaſi de exemplo probat. nam bene educata eſt à Chryſide, quæ primò pudicè vitam, parcè, & duriter agebat. ¶ Coactum egeſtate. } *Egeſtas.* Propterea quòd Chryſis, inopia & cognatorũ negligẽtia coacta. ¶ Coactũ egeſtate. } Non paupertate, ſed egeſtate. cui contrarium, Inopia, & cognatorum negligentia. ¶ Haud vereor. } Acuit animum adoleſcentis contra patrem, cuius etiam nomẽ graue eſt. ¶ Sed vim vt queas ferre. } *Vt, pro ne.* Hic, vereor ſubauditur. Vt, pro ne non poſuit: vt ſit, Sed vereor ne non queas vim patris ferre. Et ne non poßis, non damnatio eſt, verùm adoleſcentis prouocatio in contemptum patris. ¶ Adeón' me ignauum putas. } A veriſimili. ¶ Ignauum. } Quod aduerſum neceßitatem proferendum fuit, id primum dixit, adeſſe ſibi virtutem. quæ ſequuntur, ad fidem pertinent. Ita pro tempore contemptum patris pro fortitudine habet. *Ignauus.* ¶ Ignauum. } Ignauus eſt, qui vim non poteſt ferre, qui non eſt perſeuerans. *Porrò.* ¶ Adeón' porrò ingratum. } Porrò, coniunctio eſt expletiua, aliàs aduerbium temporis. ¶ Ignauum & ingratum. } *Auxeſis.* αὔξησις eſt. Inhumanum aut ferum. Poſt ſubiecta dixit, Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum. Mira omnis conuerſio. non enim dixit, Adeón' me obſequentem patri exiſtimas, adeò gratum, adeò pium, adeò manſuetum? *Manſuetus* Ita amatoris per omnia ſeruat conditiones, vt oratoriè hoc cogatur, ſcelus eſſe ſi parêret nunc patri. ¶ Vt neque me conſuetudo. } Non ordinem reddit. ferum enim reddit ad manſuetum, quòd etiam feræ manſueſcunt. ¶ Neque amor. } Ad illud, Inhumanum. Amor nanque vehementior eſt in homines. Virgilius, Quid iuuenis, magnum cui verſat in oßibus ignẽ Durus amor? ¶ Pudor. } Ad ingratum retulit. ¶ Vt neque me conſuetudo, neque amor. } ἀπόδοσις ad ſuperiora. *Apodoſis.* Conſuetudo, aduerſus feritatẽ. *Cõſuetudo.* Amor, aduerſus inhumanitatem. *Amor.* Pudor, aduerſus ingratum animũ. *Pudor.* ¶ Commoueat neq; commoneat. } αὔξησις eſt ad maiora. ¶ Vt ſeruẽ fidem. } Exquiſitè: nõ dixit vt contemnam patrem. ¶ Vnum hoc ſcio. } In eodem hæret, vt excitet iuuenem: neque audire ſe fingit quod dicit. ¶ Vnũ hoc ſcio. } Vide quàm callida ſint, quæ à Myſide ſubiiciuntur ad irritandam promißionem Pamphili. ¶ Vnum hoc ſcio. } Subiicit illa quæ ardentẽ incendant magis. nam dixit ille omnia quibus cogitur ſeruare fidem: ſed de merito eius aut nihil dixit, aut parum. ¶ Vnũ hoc ſcio. } Quaſi hoc dicat, Quid tu facturus ſis equidem neſcio, ſed vnum ſcio. ¶ Vt memor eßes ſui. } Inuidioſe, quaſi oblito: adeò commouetur hoc dicto Pamphilus. ¶ Vt memor eſſes ſui. } Bene præterito: quoniam quæ præterita ſunt, in recordatione magis lachrymabilia ſunt. vt Virgil. —cui paruus Iulus, Cui pater, & coniux quondã tua dicta relinquor? Idem alibi, Per caput hoc iuro, per quod pater antè ſolebat. ¶ ô Myſis, Myſis. } Primum vocandi, alterum increpandi eſt. ¶ Etiam nunc ſcripta. } Id argumentum eſt quàm viua memor ſit, qui etiam mortuæ verborum meminerit Chryſidis de Glycerio. ¶ Iam fermè. } *Fermè.* Fermè aduerbium eſt feſtinantis. ¶ Moriens me vocat. } Ex tẽpore probauit locutam vera eſſe, non ficta & ſimulata. Nam qui ſani ſunt, ſpe longioris vitæ adulantur. Virgi. Et dulces moriens reminiſcitur Argos. ¶ Iam fermè moriẽs. } Affectus à tẽpore, quod poſtrema vox erat. ¶ Acceßit, vos ſemotæ, nos ſoli } Figura propriè Terẽtianę, *Aſyndetõ.* ἀσύνδετον καὶ ἔλλειψις. *Eclipſis.* Vos ſemotæ. deeſt, eſtis. Nos ſoli, deeſt remanſimus. vt illud, Egóne illam, quæ illum, quæ me? ¶ Vos ſemotæ, nos ſoli. } Habuit fidem, quòd ſoli fuimus, quòd nemo teſtis. an timuit, ne hoc pater ante firmatum amorem cognoſceret? ¶ Incipit. } Deeſt dicere. Præparatio, & quaſi veſtibulum orationis eſt. Inceptio dicitur orationis, quæ longa taciturnitate, meditatè, grauitérque profertur vt Virgil. *Inceptio.* Tum pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas Infit. ¶ Mi Pamphile. } μίμησις per προσωποποιίαν & principium à blandimento. *Mimeſis.* ¶ Mi Pamphile. } Imitatus eſt etiam blandimentum Chryſidis. *Proſopopœia.* ¶ Huius formam, atque ætatem. } Amat compendium laßitudo. formam enim dicendo, pulchritudinem ſignificat. ætatem, quòd parua. *Forma.* *Aetas.* ¶ Hius formam atque ætatem. } Duplex cauſa commendationis, forma & ętas, vt ſuprà, Fortè vnã aſpicio adoleſcentulã Forma, &c. ¶ Mi Pamphile. } Vide redditam voci morientis denſis internallis

teruallis interruptam orationem, vtpote laſſo anhelitu interueniente. ¶ Vtraq; res inutiles.} Legitur & vtiles. ¶ Et ad pudicitiam.} Propter formam dixit. ¶ Et ad rem tutandam.} Propter ætatem. ἀπόδοσις. ¶ Quod te per.} Quod, propter quod. vt, Quod te per per ſuperos. Et eſt ordo, propter quod te oro. ¶ Per hanc dextram.} Tenet eum, vt apparet. ¶ Per hanc dextram.} Fidei & fœderis membrum. Ad manum fit conuentio. ¶ Et ingenium.} Legitur &, genium. ¶ Per huius ſolitudinē.} Legitur &, ſolicitudinem. ¶ Obteſtor.} Obteſtatio dicitur quando eum adiuramus, quem rogamus, Oramus per eas res propter quas rogamus. Virgilius:

Apodoſis. Quod. Dextra. Obteſtari. Orare.

—per euerſæ genitor fumantia Troiæ Excidia obteſtor.

¶ Ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.} Ad fidem, ne ſegreges retulit: ad ſolitudinem, ne deſeras: hoc eſt, ne aliam ducas, aut amare deſinas, etiamſi aliam ducas.

¶ Ne abs te hanc ſegreges.} Quaſi ipſam manu tenens. Hanc, propter formam, & ætatem. ¶ Segreges.} Hoc verbum ſimplex fieri non poteſt, neu deſeras, poſtremo te. ¶ Obteſtor.} Sextum παρέλκον. dixit enim iam, Quod ego te per hanc dextram oro. ¶ Si te in Germani.} Sic tunc dicimus, quando præſtitimus aliquid, & tamen nolumus exprobrare, vt Virgilius: Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris dona tulit. Et alibi, Si bene quid de te merui. ¶ In Germani fratris.} Non fratris ſolùm, ſed etiam germani. ¶ Siue hæc, te ſolum.} Si aut te mihi quoque prætulit, aut nullum alium nouerit amatorem in domo meretricis. ¶ Morigera.} Hoc quaſi amanti vtile fuit. Virgilius, Fuit aut tibi quicquam Dulce meum. ¶ Te iſti virum do.} Hæc, vt diximus, & ſingula ſint, & non præcipitantur, nec dicuntur vno ſpiritu. ¶ Amicum.} Poteſt enim & maritus eſſe, ſed non amicus. ſed affectu mariti retulit amicum. ¶ Tutorem.} Quaſi orbæ. ¶ Patrem.} Quaſi paruæ. ¶ Virum.} Ne ſegreges. ¶ Amicum.} Ne deſeras. ¶ Patrem.} Ad illud quod ait, Et ad pudicitiā. ¶ Bona noſtra tibi hæc commendo, & tuæ committo fidei.} Concluſio per mandatum & obteſtationem efficax ſatis. ¶ Te iſti virum do.} Apparet quòd iunctis dextris hæc dicebat: ideo &, Per hanc dextram te oro. ¶ Bona noſtra.} Hæc verba quaſi ſupellectilem ſuam oſtendentis ſunt. ¶ Bona noſtra.} Hoc eſt, Ad rem tutandam. ¶ Hanc mihi in manum dat.} Confirmatæ ſunt legitimè nuptiæ per in manum conuentionem. Et mirè hanc, non, huius manum. ¶ Mors continuò ipſam occupat.} Quo magis memorem eſſe oportet eorum, poſt quæ illa nihil locuta eſt. ¶ Accepi.} Propriè, quaſi vxorem. ¶ Acceptam ſeruabo.} Concluſit partem deliberationis ſuæ per electionem.} ¶ Sed cur tu abis ab illa?} Corripit, quòd abeat ab illa. Cur, non interrogantis, ſed corripientis eſt, & increpantis, quòd Glycerium, deſerat. ¶ Obſtetricem accerſo.} Quæ opem tulerit parienti, obſtetrix dicitur: vnde & parturientes fer opem clamant. ¶ Propera, atque audin'?} Et interrogatio quò eat, & reuocatio, ad argumentum magni amoris accedit. ¶ Verbum vnum caue de nuptiis} Deeſt, dicas: figura ἔκλειψις. ¶ De nuptiis.} Non quòd hodie futuras neſcierit Glycerium, ſed quòd illas hodie indixerit pater filio: cum ſuprà & Pamphilo & Glycerio diſturbatæ viderentur, Quia ſunt conſtitutæ in hunc diem. ¶ Caue.} Annotant quidam caue hîc corripiendum eſſe. ¶ Ne ad morbum hoc etiam.} Iterum ἔκλειψις. deeſt enim, accedat.

Parelcon. Dat in manum. Accipere vxorem. Cur. Obſtetrix. Eclipſis.

Hocine eſt humanum.} Pamphilus ob nuptias perturbatior, ex abrupto incipit propoſitionem iniuriæ, & per vniuerſam facit auxeſim, à maioribus ad minora deſcendens per amplificationem accuſationis. ¶ Prò.} Dolentis ſeu indignantis eſt interiectio. ¶ Deûm atque hominum fidem.} Id eſt auxilium. Deorum fidem implorare ſolent, quibus aliqua fit iniuria, aut vis infertur. ¶ Nónne prius communicatum oportuit.} Participium præteriti temporis pro infinito licet eſſe ſubaudiatur, ponitur eleganter cum oportuit. ¶ Quid eſt, ſi non hoc contumelia eſt,} Quidam interpretantur hîc contumeliam, grauem iniuriam. ¶ Nónne oportuit.} Nónne par fuit & æquum, me hac de re certiorem fieri? ¶ Facta tranſacta omnia.} Iuxta morem Iuris dictum eſt, quoties in contractibus adhibentur omnia, quæ ad legitimam pactionem ſpectant, facta, tranſacta dicuntur omnia. ¶ Hem repudiatus repetor.} Tota hæc Pamphili pathetica eſt oratio. De patheticis nonnihil annotaui in Virgilianis Enarationibus. ¶ Aliquid monſtri alunt.} Parœmiographus Chiliadis ſecundæ, centuria quinta. ſic habet, Monſtrum alitur, vbi quid occulti vitij latêre ſignificamus, haud ſcio an inde metaphora ſumpta, quòd monſtra ob pudorem clanculum aluntur, & occultatur. Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana, quòd prius repudiatus gener rurſum ad affinitatem repeteretur, ſuſpicans aliquid eſſe vitij in puella quod cælaretur, Repudiatus, inquit, repetor. Quamobrem niſi id eſt quod ſuſpicor, aliquid monſtri alunt, ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. ¶ Nam quid ego nunc dicam de patre?} Secundū quoſdam, nam, pro autem hîc poſitum. Nam quid, quidnam. & patris negligentiam carpit. Nam pro deinde, vt ſit particula continuationem ſignificans. Ita Cicero quoque eſt vſus in oratione pro rege Deiotaro. Nam de ſtatua quis queritur? vna præſertim cum tam multas videat? ¶ Id mihi viſus eſt dicere.} Qui amant, de re vxoria ægrè audiunt. ¶ Abi citò, & ſuſpende te.} Cùm diceret mihi de vxore, ita grauiter accep, vt ſi de ſuſpendio locutus fuiſſet. ¶ Obſtupui.} Non in Terentianis tantùm codicibus obſtipui per i, ſecunda ſyllaba reperitur, verumetiam apud Virgilium teſte Ioanne Pierio. Obſtipui, ſtipiti ſimilis ſteti, vt nō plus ſenſus in me eſſet quàm in ſtipite. ¶ Ineptam.} Ineptum quod à quouis reprehendi poteſt. ¶ Falſam.} Falſus eſt, qui fallit. aliquando paſſiuè eum ſignificat, qui fallitur. ¶ Diuerſe trahunt.} In diuerſas partes ſcindunt, diducunt. Aduerbium eſt. ¶ Tam leni paſſus eſt animo.} Meritò parentum arguitur indulgentia, & mollis educatio, quæ animos corrumpere ſolet iuueniles. ¶ Ei ne ego vt aduerſer?} Eclipſis eſſe videtur: & ſubaudiri poteſt, mihi permittam, vt ei aduerſer? ¶ Paulo momento huc illuc impellitur.} Metaphora eſt à mole ponderis in ſtatera pēdentis. ¶ Laborat.} Duplicem eſſe dicit Glycerij laborem, partus vnum, alterum curæ, & ſolicitudinis Pamphili nuptiarum. ¶ Laborat è dolore.} Hoc eſt parturitione. Genus pro ſpecie poſuit. ¶ Olim.} Pro nuper. ¶ Egóne iſtuc conari.} Lentior eſt & plena mœſtitudinis reſponſio. ¶ Ego propter me illam.} Magna vis eſt pronominibus. Præceptores igitur videant ne præcipitanter, ſed interruptè hæc proferant iuuenes. ¶ Vt queas ferre.} Eraſmus in commentario de verborum copia, Metuo, ait, vt ferre poſſis, id eſt, ne non ferre poſſis, quanquam hîc pro quomodo videtur poſitum quibuſdam. ¶ O Myſis Myſis, etiam.} Epimone eſt, perſeuerantia,

ADRIA. BARL. Cōtumelia. Facta, trāſacta omnia. Monſtri aliquid alunt. Nā, pro autē vel deinde. Obſtipui. Ineptus. Falſus. Diuerſe. Olim, pro nuper. Vt, pro ne non.

inſiſtentia, vel aſſiduitas dicitur. Eiuſdem dictionis geminatio ad mouendos affectus pertinet. ¶ Iam fermè moriens. } Cum parum abeſſet quin moreretur. ¶ Nos ſoli. } Sine arbitris, qui ſermonẽ noſtrum exciperent. ¶ Mi Pamphile. } Principium eſt à blandimento. Meus pro mi dicebant veteres, vnde eſt illud, O populе meus quid feci tibi? ¶ Et ad pudicitiam. } Ouidius, Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Vide & Iuuenalis in Satyra, Sed vetat optari faciem Lucretia qualẽ Ipſa habuit, cuperet Rutilæ Virginia gibbũ Accipere atq; ſuam Rutilæ dare. filius autẽ Corporis egregij, miſeros trepidóſq; parẽtes Semper habet, rara eſt adeò concordia formæ, Atque pudicitiæ. ¶ Quod ego per hanc te dextram oro. } Ab obteſtatione mouet πάθος. Cum aliquid timẽtes narramus, ac deinde ne quid tale eueniat oramus, eleganter, quod te oro, dicimus. & id perinde valet, ac ſi diceret, quare te oro. Donatus propter ſubaudit, vt ſit propter quod. fuit autem hic orandi per dextrã & genium modus familiaris & vſitatus antiquis. Horatius in Epiſtola, Quod te per genium dextrámque deóſque penates, Obſecro & obteſtor, me vitæ redde priori. ¶ Ne abs te hanc ſegreges. } Ad fidem. ¶ Neu deſeras. } Ad ſolitudinem. ¶ Si te in germani fratris dilexi loco. } Si mihi germani fratris numero ſemper fuiſti, ſi te fraternè ſemper amaui, id eſt ad ſimilitudinem fratris, vel vt fratrem. Cùm enim dicimus loco patris, loco filij, loco fratris te habeo, nõ ſignificamus quod vbi illi antea erant, ibi tu nũc apud me ſis, ſed quòd in ea dilectione & charitate, qua illi fuerũt aut ſunt, aut eſſent, aut eſſe deberent. Et hîc authore Priſciano, ſi confirmatiuè ponitur. ¶ Germani. } Varro Germanum putauit, qui ex eadem matre natus eſt, aliàs vterinum dicimus. ¶ Siue hæc te ſemper fecit maximi. } A ſtudio Glycerij. ¶ Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus. } Seruius in quarto Aeneidos, putat Terentium his verbis rem tetigiſſe turpiculam. ¶ Amicum, tutorem, patrem. } Articulus eſt. ¶ Tuæ mando fidei. } Tutelæ ac tuitioni. præceſsit enim Nec clam te eſt, quàm illi vtræq; res inutiles, & ad pudicitiam, & ad rem tutandam ſient. Budæus quoque eſt author interdum ita vſurpari. ¶ Accepi, acceptam ſeruabo. } Gradatio eſt & concluſio deliberationis per electionem. ¶ Obſtetricem accerſo. } Laurentius, Accerſo vel arceſſo, vtrunque pro eo ad vocandum, vel voco. ¶ Atque audin'. } Audin' per parentheſim interpoſuit. Eſt enim ordo. Propera ad Glycerium, atque caue vnum verbum de nuptiis. ¶ Verbum vnum caue de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam. } Duplex eſt eclipſis, verbum caue ſupple dicas. Ne ad morbum hoc etiam, deeſt accedat.

*Formoſa rarò pudica.*
*Satyra 10.*
*Quod te oro.*
*Loco patris Loco filij.*
*Si, confirmat.*
*German'. Vterinus.*
*Fides, pro tutela.*
*Eclipſis.*

LATOMVS.

Argumentum. } Querela Pamphili aduerſus patrem & Chremetem, cognito nuptiarum conſilio. Eſt autem pathetica tota oratio, exprimens affectum perturbati amantis, & ab exclamatione incipit. ¶ Hocine eſt humanum factum. } Vrget iniuriam à perſona patris, à re ipſa, à perſona Chremetis, & mox indignitatem exaggerat.. ¶ Itáne obſtinatè operam dat. } Indignitas à ſua perſona, cui Chremetem admiſcet, mox etiam puellam adiungit. ¶ Contemptus, ſpretus? } Vehemens locus, & per ratiocinationem mox figuratus. ¶ Nam quid. } Redit ad patrem, & rem proſopopœia amplificat. ¶ Quod ſi ego reſciſſem. } Cordatus adoleſcens poſt querelam conſultat patrine, an amori obſequatur. Ergo hæc pars deliberatiua eſt, ſuperior accuſatoria fuit. ¶ Amor, miſericordia huius. } Congeries colligens partes deliberationis. ¶ Miſera timeo. } Opportunè Myſis intercedit, ad confirmandum labantem animum, ne à Glycerio deficiat. ¶ Laborat è dolore, atque ex hoc. } Reſponſio idonea ad commouendum animum Pamphili. Et eſt tacita admonitio à perſona, ad hortationem ſpectans. ¶ Quæ mihi ſuum animum. } Honeſtũ à meritis & qualitate perſonæ. ¶ Haud vereor. } Obiectio, quæ ab honeſto refellitur. ¶ O Myſis Myſis. } Repetuntur merita quæ per proſopopœiam commemorantur, & augentur circunſtantiis, qui locus eſt mirè patheticus. ¶ Amicum, tutorem, patrem. } Incrementum. ¶ Hanc mihi in manũ dat. } Pathos à modo rei & tempore. ¶ Ne ad morbum. } Subaudi accedat.

PETRVS MARS.

Hocine eſt humanum factum, &c. } Qualis debeat eſſe Oratio pathetica, hæc ſcena præcedens docet: & amantis iuuenis vehemẽtes æſtus, & animũ ancipitem exprimit, qui curis diſtrahitur, hinc rapiente appetitu, hinc reuocante ratione: cuius imperio incontinẽtes minimè parent voluptate decepti, pro qua corruptè iudicare ſolent. Macrobius libro quarto loquens de affectibus, ſic ait: Oratio pathetica aut ad indignationẽ, aut ad miſericordiam dirigitur: horũ alterum accuſatori neceſſarium eſt, alterum reo. Et neceſſe eſt initium abruptum habeat, quoniam ſatis indignantibus leniter incipere non conuenit. Ideo apud Virgilium Iuno ſic incipit: Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Nec initium ſolum tale debet eſſe, ſed omnis, ſi fieri poteſt, Oratio pathetica & breuibus ſententiis, & crebris figurarum mutationibus, debet velut inter æſtus iracundiæ fluctuare. Ira, inquit, quæ breuis eſt furor, non poteſt continuare vnum ſenſum in loquendo. ¶ Quid eſt, ſi hæc non contumelia eſt, &c. } Seneca in libello de Amicitia, ſic ait: Contumelia à contemptu dicta eſt, quia nemo niſi quem contemnit, afficit tali iniuria. ¶ Tum patris pudor &c. } Ariſtoteles in ſecundo libro Oeconomicῶn, ſic ait: Duplex eſt timoris ſpecies: Vna quidem cum pudore & verecundia, qua vtuntur erga parentes filij ſobrij: & ciues compoſiti ad benignos rectores. Alia verò cum inimicitia & odio, ſicut ſerui ad dominos, ſubditi ad tyrannos iniurioſos & iniquos. Plato in lib. decimo de Legibus, ſic ait: metuimus quoque ſæpenumero, cum formidamus, ne dicendo aut faciendo aliquid minus honeſtũ, mali videamur: quem quidem timorem nos, imò omnes, vt arbitror, pudorem appellamus. ¶ Si ego reſciſſem, &c. } Gellius libro ſecundo: Qui factum aliquod occultius, aut inopinatum, inſperatúmq; cognoſcit, is dicitur propriè reſcire. Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. Solicitatio verò eſt quæ fit ab alio. ¶ Dum in dubio eſt animus &c. } Momento, id eſt, motu. Fabius libro tertio, ſic ait: Laudare teſtem vel contrà, pertinet ad momenta iudiciorum. ¶ Laborare dolorè &c. } Dolor eſt ægritudo crucians.

*Pathetica oratio.*
*Cõtumelia.*
*Timor duplex.*
*Pudor.*
*Reſcire.*
*Momẽtum.*
*Dolor.*

RIVII caſtigatio.

Quid agitur? My. Rogas? Laborat è dolore. } Ex Donato ſuſpicari quis poſsit legendum eſſe, Quid agit? Eius verba ſunt, Quid agit? Amatoriè, inquit, & familiariter. Non enim dixit. quæ. Virgil. Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amantem. Hæc ille, vt quidem editio Romana habet, nam in cæteris deprauatus erat hic locus. Conſentit manuſcriptum exemplar, quo in exemplari tamen quidem veram lectionem contaminarat in ſpatio, quod verſus dirimit. Cohærent quoque hoc modo aptius quæ ſequuntur, laborat è dolore, &cæ. Nec habet aliter Muſleri codex. ¶ Pérque huius ſolitudinem. } Monuit Dona. legi hoc loco & ſolicitudi-

*Solitudo.*

*& ſolicitudinem: quod mea ſententia haud perinde quadrat, atque alterũ illud, quo & Cicero ſimiliter vtitur pro Pub. Seſtio, cum ait: Maximis officiis & illius ærumnam, quoad vixit, & filiæ ſolitudinem ſuſtentauit.*

IIVSDEM annotatio.

*Amãte nihil inſani.*

*Docet hæc Scena, amante nihil eſſe miſerius, nihil inſanius, affectibus, perturbationibúſq; animi obnoxium magis nihil. Ad hæc, fidem nulla vnquam in re temerandam eſſe, ſed quoad fieri honeſtè poteſt, colendam ſemper, ac ſeruandam Pamphili docet exemplo: qui, vt eſt pia mente præditus adoleſcens, ne patri quidem offenſa, iráque deterretur, quin promiſſi fidem præſtare conetur. ¶ Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat? Quod ſi fit, pereo funditus. § Stultus ſanè qui ſe funditus perire, actúmque de ſe eſſe credat, ſi à Glycerio abſtrahatur. Sed nihil inſanus mentis amator habet. Ea eſt amatorum animi cæcitas, vt nullo modo quid ſibi honeſtum ſit, atque vtile, quid melius, peius, quid proſit, obſit, videre queant: cum hoc vnum ſemper ſpectent, qua ratione voti ſui compotes fiant, ac re cupita, atque adamata quomodocunque fruantur. Ita in Phor. Antipho, Si eò, inquit, mea fortuna redeunt, Phanium, abs te vt diſtrahar, nulla eſt mihi vita expetenda. ¶ Adeón' hominem eſſe inuenuſtum, aut infelicẽ quenquã, ego vt ſum? § Ita ferè fit, vt in aduerſis, ſi quando res parum ex animi noſtri ſententia ſucceſſerit, neminem æquè infelicem, ac nos putemus. ¶ Tantámne rem tam negligenter agere? § Quis non, quæſo, iuſtiſſimè hunc in Chriſtianos verſum torſerit? quorum ea ferè ſocordia eſt, & negligentia, vt vix vnquam, cuiuſmodi liberis ſuis dent vxores, circunſpiciant, neque illud etiam atque etiam, ecquid conueniãt mores, atque ingenia: ecquid mutuò ſeſe ament: ecquid hi alibi animum amori deditũ habeant, atque ab re vxoria abhorreant, ſuo cum animo reputent. Præterea ea quoque ſtultitia eſt, & dementia, vt ſpectent dotem magis ac formam, quàm vitæ integritatem, pudicitiam, modeſtiã. Ne multa tam negligẽter, ſocorditérque in re tanti momenti agũt: vt meritò cum Pamphilo exclames, Tantámne rem tam negligenter agere? Scitum eſt illud Lycurgi legumlatoris, qui percunctante quodam, cur ſanxiſſet, nuptum puellas ſine dote dari, Quo, inquit, neque ob egeſtatem ſine viris vllæ dimitterentur, neq; propter opulentiam expeterentur: ſed quiſque potius ſpectato puellæ ingenio ac moribus in accipienda vxore moueretur. Author Plutarchus.*

*Actus primi, ſcena vltima.*

*Mariti faciendus eſt delectus.*

*—¶ Sed nunc quid primùm exequar? § Conſultatio, vt rectè monuit Philippus, querelam ſequitur: ſiquidem cordatum adoleſcentem fugit, quemadmodum & Eraſ. alicubi monuit. ¶ Benè & pudicè eius doctum, atque eductum ſinam Coactum egeſtate ingenium immutarier? § Inopia, atq; egeſtate coguntur vel optima quæq; ingenia eam nonnunquam vitæ rationem amplecti, quæ minimè ſit honeſta: vnde ſuperius quoque dixerat de Chryſide Simo, Inopia, & cognatorum negligentia coacta. ¶ Mi Pamphile, huius formam, atque ætatem vides, Nec clam te eſt, quàm illi vtræque res inutiles Et ad pudicitiam, & ad rem tutandam ſient. § Veriſſimum hoc eſt, nec enim facilè, quæ egregia forma ſunt puellæ, pudicitiam tutari poſſint: maximè ſi non fuerit, quem vereantur. Et iuuenes rerum adhuc omnium rudes, aut luxuria, laſciuiáque diffluentes, res ſuas prodigunt, inutilitérque ferè conſumunt. Proinde iiſdem adhibendi ſunt cuſtodes, qui obſeruent, & moderatores vitæ. Quòd forma ad tutandam pudicitiã inutilis ſit, indicat exemplo Daphnes, In primo Metamorphoſeos Ouidius hiſce verſibus:*

*Egeſtas cogit ad turpia.*

*Formoſa rarò pudica.*

*Illa velut crimen tædas exoſa iugales*
*Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,*
*Inq; patris blandis hærens ceruice lacertis:*
*Da mihi perpetua genitor chariſſime, dixit,*
*Virginitate frui: dedi hoc pater antè Dianæ.*
*Ille quidem obſequitur: ſed te decor iſte quod optas,*
*Eſſe vetat, votóque tuo tua forma repugnat.*

*Iuuenalis Satyra decima:*

*— Rarà eſt adeò concordia formæ*
*Atque pudicitiæ.*

*¶ Quod ego per hanc te dextram oro. § Dextra fidei conſecrata eſt. Titus Liuius, Dextra, inquit, data fidem futuræ amicitiæ ſanxiſſe. Idem primo ab Vrbe condita: Significantes, inquit, fidem tutandam, ſedémque eius etiam in dextris ſacratam eſſe. Ait & Plinius, dextram in fide porrigi libro vndecimo capite quadrageſimoquinto.*

*Dextra eſt fidei conſecrata.*

*—¶ Verbum vnum caue de nuptiis, Ne ad morbum hoc etiam. § Morbum non rarò auget mœror, & animi triſtitia: ſicut frequenter leuat, ac minuit, gaudium atque inopinata lætitia: ob quod Titus Liuius belli Aſiatici ſeptimo: vbi ab Antiocho P. Scipioni ægrotanti filium remiſſum ſcribit, adiecit, id non ſolùm animo patrio gratum munus, ſed corpori quoque ſalubre gaudium fuiſſe.*

DOLETI *obſeruatio.*

*Vxorem alicui cõmittere.*

*Qui denegarat ſe commiſſurum mihi vxorem. § Committere aliquam alicui vxorem, idem eſt quod cõiugem dare. Quam poſteriorem locutionem ſuprà à me annotatam inuenies. ¶ Aduerſum hunc loqui. § Id eſt, cum illo. Vſus eſt antea hac etiam particula eleganter, cùm dixit: Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. ¶ Laborat è dolore. § Laborare interdum ad animum refertur, & accipitur pro ſolicitum eſſe. Aliquando verò eorum eſt, qui morbo, vel corporis doloribus afficiuntur. Et variè tum à Latinis vſurpatur. Dicuntur enim artus noſtri laborare. Vel nos ipſi laborare dicimur, aut morbo, aut ex morbo. Cicero Familiariũ ſeptimo: Cum decimum iam diem grauiter ex inteſtinis laborarem. Idem Familiariũ nono: Dixi te in lecto eſſe, quòd ex pedibus laborares. Idem Tuſculanarũ ſecundo: Cum ex renibus laboraret, ipſo in eiulatu clamitabat, falſa eſſe illa, quæ antea de dolore ſenſiſſet. ¶ Quam ego pro vxore habuerim. § Elegantem particulæ, pro, vſum annotauimus ſuprà, vbi ſic loquitur Terentius: Fatetur transtuliſſe, atque vſum pro ſuis. Hic autem non minus elegans eſt. Et ſic iſta locutio poteſt exponi: Pro vxore, id eſt, loco vxoris, vel tanquam vxorem. ¶ Benè, & publicè eductum ingenium. § Eductum pro inſtituto ponit hîc Terentius: quanquã etiam pro educato poſſit accipi. In qua ſignificatione ſæpe educere ponunt Latini Scriptores, & maximè Comici Poëtæ. Cicero de Orat. Non eſt boni parentis, quem procrearit, & eduxerit, eum non & veſtire, & ornare. Terentius in Adelph. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. ¶ Vereor, vim vt queas ferre. § Poſt verba metus ſubdunt eleganter Latini, hanc particulam, vt, pro ne. Sic igitur hunc locum intellige: Vereor, vt vim queas ferre: id eſt, ne poſſis ferre patris ſuaſum, aut imperiũ ad nuptias cum Philumena contrahendas. ¶ Vt ſeruem fidem. § Seruare fidem, eſt in fide data ſtare, fidem tenere, fidem præſtare. Has autem omneis locutiones exemplis confirmare placet,*

*Aduerſum.*

*Laborare è re aliqua.*

*Pro vxore aliquã habere.*

*Educere, & Educare.*

*Vt, pro ne.*

*Fidem ſeruare, tenere, præſtare*

aliunde,quàm ex Terentio,adductis nimirum ex altero linguæ Latinæ principe. Cicero in Vatin. Tum quæro,ſeruarísne in eo fidem. pro Rabirio. Si fides Saturnino data eſt, non eam C.Rabirius,ſed C.Marius dedit: idémque violauit, ſi in fide nõ ſtetit.Idem Philippica duodecima. Non tenuit omnino fidem.Idem in Topicis: Qui fiduciã accepit, debet fidẽ præſtare.¶ Illa dicta ſcripta ſunt mihi in animo.} Vide,quanta erat,antiquorum ſcriptorum in loquendo facilitas. Quid magis ad vulgarem ſermonem accedit,quàm hæc locutio? Quid verò magis à germana Latinitate abhorret,quàm quorũdam noſtrorũ æqualium ſcriptio tum adagiis,tum aliis quibuſdam verbis ab vſu communi remotioribus infuſcata? Sed vt hunc locum exponamus. Quæ mihi ſcripta ſunt in animo: Id eſt quę mihi in animo hęrẽt tenaciſſimè: Vel,quæ memoria ſtudioſiſſimè complector.¶ Si te in Germani fratris dilexi loco.} Pro:Si te,vt Germanũ fratrem dilexi.Sic enim loquitur Cicero Familiariũ decimotertio. Quem,vt parentem,diligebat.¶ Te iſti virum do.} Vir hoc loco non in ea ſignificatione eſt, qua ad virtutem aliquãdo refertur:nempe vt ſit vir,qui forti, & præſtanti animo eſt præditus. Hîc enim accipitur pro marito. In quo ſignificato vſitatè hanc vocem Latini vſurpant. Cicero in Verrem Actione ſeptima: Erat Nice facie eximia, vt prædicatur, vxor Cleomenis Syracuſani. Hanc Cleomenes vir amabat,veruntamen huius libidini aduerſari nec poterat, nec audebat:& ſimul ab iſto donis,beneficiiſq́; plurimis deuinciebatur.¶ Et tua mãdo fidei.} Non ſine præcipua quadam elegantia dicit hîc Terentius mandare aliquid alicuius fidei: pro quo Latinis crebrum eſt,aliquid alicui committere,vel credere. Sed & venuſtum eſt, in fidẽ tradere, pro fidei mandare. Saluſtius in Iugurt. Mittuntur ad Imperatorem legati, qui Iugurtam imperata facturum dicerent, ac ſine pactione ſeſe, regnúmque in illius fidem tradere.¶ Hanc mihi in manum dat.} Id eſt de manu tradit in manum, & mihi committit. Elegans verò eſt loquendi modus,de manu in manum tradere. Cicero Familiariũ ſeptimo:Totum hominẽ tibi trado de manu,vt aiunt,in manum tuam iſtam & victoria,& fide præſtantẽ.¶ Mors continuò ipſam occupat.} Pro vitam ipſi adimit: vel è viuorũ numero exturbat. Hæc autem locutio non minus elegans eſt,quàm noua.¶ Verbum vnum caue de nuptiis,ne ad morbum hoc etiam.} Venuſta hîc vtitur verborum eclipſi.Sic autem plenæ erunt locutiones. Verbum vnum caue facias Glycerio de nuptiis,quas mihi pater parat cum Philumena filia Chremetis. Et deinde:Ne ad morbum hoc etiam accedat:ne ſcilicet dolorem Glycerij augeat, quo ſatis,ſupérque cruciatur in partu.

*In fide ſtare.* — *Scriptum in animo.* — *Diligere aliquem in fratris loco.* — *Vir,pro marito.* — *Mãdare aliquid fidei alicuius.* — *In manum dare.* — *De manu in manum tradere.* — *Mors occupat aliquẽ.*

GLAREANVS.

Hîc verò ingens carminum confuſio ſe nobis offert,aliter apud alios ſectis ordinatis,ac iudicatis eius ſcenæ verſibus.Iambicorũ vnus,nempe ſecundus,monometer eſt.Sunt tres item dimetri,nempe ſextus, dein decimus,ac decimuſoctauus.Senarij ſunt decimuſquartus, triceſimuſſextus,ac deinceps omnes vno antepenultimo excepto ad finem vſque ſcenæ.Quadrati ſunt primus,tertius,quartus,quintus,octauus, nonus,vndecimus,decimuſtertius,decimuſnonus,cum quinque continuò ſequẽtibus.Item viceſimuſſeptimus cum octo continuò ſequentibus. Item antepenultimus. Atque hi Iambici omnes ſunt acatalectici,præter antepenultimũ huius ſcenæ Catalecticum. Trochaicorũ vnus eſt Trimeter Catalecticus,nempe duodecimus,quem Eraſmus dimetrum vocauit,redundante pede, non adiecto tamen cuiúſnam generis dimetro.Reliqui ſunt Tetrametri etiã Catalectici,vt tertius,ſeptimus,decimuſquintus,cum duobus continuò ſequentibus.Item viceſimuſquintus,& viceſimuſſextus.Sed nunc de ſingulis, vbi videbitur operæpretium, diligentius dicemus.¶ Hócne eſt humanum factum.} Hócne diſyllabon legit Eraſmus, vt ſit ſpondeus primo loco. Sub finem verò verſus Hocine,vt loco ſexto fiat Iambus. Similis verſus eſt in Adelphis Act.II.Scena II. vbi Sannio de Aeſchino,Hócne illo dignum eſt? Hócine incipere Aeſchinũ? At ego puto primo loco eſſe Creticum,ideóq́; Hoccine legi poſſe. Quidam vtrinq́; Hoccine legunt,ſed initio prima ſyllaba breui, ſub finẽ autem prima longa,quod ego non probauerim.¶ Quid illud eſt? P. Prò deûm atq́; ho.} Quid illud eſt? Tetrametro accinitur Monometer,inquit D.Eraſmus:quod ego de præcedenti Tetrametro Iambico Acatalectico intelligo,non de ſequente. In verſu continuò ſequente, Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie nónne oportuit,hîc Dare verbum ante ſeſe legendum,quod neglectũ alibi, & Mihi monoſyllabum totũ ſcandendo eliditur.¶ Gnatam ſuam vxorem? id mutauit quoniam.} Pro illo Quoniam, alibi Quia legitur. Cæterum Eraſmus Trochaicum Tetra.Catal. indicauit, eliſo vt puto Suam monoſyllabo, quod ego diſyllabũ malim,vt loco ſecundo ſit Iambus, ac carmẽ ſit Iambicum quadratum Acatal. vt continuò ſequens. Quòd ſi quoniã pro quia legas,neceſſe eſt carmẽ Iambi.Tetra. Acata.eſſe, etiam Suam monoſyllabo eliſo. Porrò præcedens carmen, Quid Chremes qui denegarat ſe commiſſurum mihi. Trochaicum eſt Tetra.Catal.Et illud,Miſeram me,quod verbũ audio.Dimetrum Iambicum acatal. vt eleganter diſtinxit Eraſmus.¶ Quòd ſi fit,pereo funditus. Adeón' hominem eſſe inuenuſtũ aut infelicẽ quẽquam,vt ego ſum.} Prior,inquit Eraſmus,dimeter eſt Trochaicus,alter eſt dimeter Catalecticus in penultima duas breues habens pro longa. Poteſt tamen totus eſſe Iambicus,ſi legas adeò,aut in Inuenuſtum elidas v conſonãtem.Hæc ille.Quæ verba maximè de ſecundo carmine, ego ſanè non intelligo,ſed puto priorem verſum eſſe Dimetrum, nõ Trochaicũ vt ille dixit,ſed Iãbicum Acata.nec ſecundum Dimetrum,ſed Tetrametrum Iambicum Acatal. & v non elidi in Inuenuſtũ,vt ipſi viſum eſt. Sed verbum Eſſe,ponẽdum poſt inuenuſtum,ac ita legendum carmen:Adeón' hominem inuenuſtũ eſſe,aut infelicem quenquam vt ego ſum.¶ Prò deûm atq́; hominem fi.nullóne ego.} Dimeter redundante pede.ita Eraſmus.Ego puto eſſe Trochaicum Trimetrum Catale.& o in nullo longũ eſſe.Siquidem ablatiui eſt caſus. Verùm de huius generis carmine latius dicemus ſcena I. Act.IIII. huius fabulæ.¶ Nam quid ego nunc dicam de patre? ah.} D. Eraſmus Nunc ſuſtulit poſt Ego,vt eſſet dimeter Iambicus Acatal. poterat meo quidem iudicio,etiã d elidi in quid,quod huic poëtæ frequens admodum eſt:Aut poterat carmen eſſe Dimetrum Iambi.hypercatalecticum.¶ Quòd ſi ego reſciſſem id prius quid facerem.} Prius vnica ſyllaba eſt, inquit D. Eraſmus.Ad dubium eſt Trochaicúmne ſit Tetrametrum, an Iambicum.Si Iambicum eſſe voluerimus,i in Si nõ eliditur,ſed corripitur,vt primo loco ſit Dactylus. Quod ſi e, & prius monoſyllabõ erit.Sin Trochaicum,τό ſi eliditur totum,& tria hæc Quod ſi ego, Dactylus erit,ſimiliter Prius facto monoſyllabo. Lector ſequatur vtrum voluerit.

*Hoccine.*

¶ Amor

¶ Amor, miſericordia huius, nupt. ſollicit. § Quidam ſollicitudo legunt, quemadmodum Eraſmus, vt ſit Iambicus tetrameter Catalecticus penulti. longa. Alij ſollicitatio, vt ſit Iambicus Quadratus Acatale. Ex Donato certum ſciri nõ poteſt, adeò euariant codices quos nos vidimus. Quia verò nullus alius præter antepenulti. huius ſcenæ eſt Catalecticus Iambicus, ego malim, vt alios, acatalecticum accipere. Cæterùm in miſericordia verbo, dia, vna ſyllaba tota eliditur ab Huius diſyllabo, niſi Creticus ſit loco tertio, quod malim: ſicut & ſequentibus verſibus duobus, loco primo, Tum patris: Et, Quæ meo. Et autem in tertio verſu monoſyllabũ eſt: in quinto, ſeptem ſunt ſynalœphæ. In ſeptimo quid agit legendum, vt rectè ex Donato Riuius oſtendit, non, quid agitur. porrò s in Quis eliditur initio carminis, niſi quis Pæana ſecundum loco primo conſtituere audeat. Item deinde in hoc carmine quo incipiunt rurſus Senarij, Ne deſeras ſe. P. Hem egóne iſtuc conari queam? Se hem, ego ne iſt. pro Anapæſto, vt hem totum abſorbeatur cum precedente vocali, in verbo ſe. Cuiuſmodi & alibi poſt ſcenã, v. Act. III. verſus eſt,. Tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem quo fretus ſiem. Hîc hem prorſus extra carmen: vt ait Eraſmus, niſi s elidamus in reſtituas. ¶ Et ad pudicitiam, & ad tutandam rem ſient. § Ego alterum Ad tollerẽ, nec enim ſenſus deſiderat, nec carmen bene pati poteſt. in tertio deinde carmine. Per tuam fidem, tuam monoſyllabon eſt, inquit Eraſmus. Ego creticum puto loco primo. Itẽ in hoc dein' carmine Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Tuæ monoſyllabon eſt, & Fidei diſyllabon. Idem D. Eraſmus annotauit: quanquam & loco quarto Creticus eſſe poteſt. ¶ Sed cur tu abis ab illa? obſt. § Sunt duo dimetri Catalectici. Poſterior habet duas breueis in penultima pro lõga. Hæc Eraſmus. At mea quidem opinione, totum carmen eſt Iambicum Tetra. Catalecticum, & a vocalis longa in verbo Illa non eliditur, ſed fit breuis, & in penultimo pro longa ſyllaba ſunt duę breues, vt ſæpe aliàs ſolet, & ipſe D. Eraſmus oſtendit in præfatione de metris adducto hoc carmine ex Sce. II. Act. IIII. Orare iuſsit, ſi ſe ames hera, iam vt ad ſeſe venias. Quanquam poſtea eo in loco carmen aliter legit, vt ibidem annotabimus, oblitus credo, in tanta precipitantia, quid antea dixerit. Vltimus autem verſus ſenarius idem inquit, perficitur initio proximæ ſcenæ, Quid ais Byrrhia.

DONA. QVid ais Byrrhia? § In hoc colloquio altera pars oſtenditur fabulæ. Siquidem Andria ex duorum adoleſcẽtium pauoribus, gaudijſq; componitur, cum ferè ſolam Hecyram Terentius ex vnius comœdia adoleſcẽtis effecerit. ¶ Quid ais Byrrhia? § Has perſonas Terentius addidit fabulæ. nam non ſunt apud Menandrum, ne δραματικώτερον fieret, Philumenam ſpretam relinquere ſine ſponſo, Pamphilo aliam ducẽte. ¶ Quid ais Byrrhia? § Ex verbis Charini apparet Byrrhiam nũtiaſſe nuptias futuras cum Pamphilo: nec adducitur tamen vt ſtatim credat, & accõmodet animũ. Sæpius ergo repetit interrogãdo. Et bene Illa, velut amatoriè, de certa loqueretur perſona. Sic Virg. Solam nã perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus. Ergo non Aeneas, ſed ille. Et item hæc, nõ Philumena, ſed illa, dixit. ¶ Quid ais Byrrhia? § Miratur magis, quàm interrogat, vel potius indignatur. ¶ Sic eſt. § Hoc cum indignatione ſtomachi dixit. ¶ Quî ſcitis? § Non vult enim verũ eſſe. Quî, quatenus, vnde hoc ſcis? ¶ Apud forum. § De loco. ¶ De tempore modò. § De perſona, De Dauo. ¶ Væ miſero. § Tandem aliquando peruictus eſt vt crederet. Væ interiectio in his rebus quas execramur. ¶ Apud forum modò de Dauo audiui. § Plurima dixit ad confirmandum Byrrhia, quando interrogatus eſt: à loco, à tempore, à perſona. ¶ Vſque antehac. § Id eſt antè, quàm tua verba audirem. & duas præpoſitiones poſuit vt dicitur: ſed vna eſt tantùm, velut aduerbium, non iam præpoſitio. ¶ Attentus fuit. § Vt attentius audire dicitur. ¶ Vſq; antehac attẽtus. § Nulla præpoſitio prepoſitioni adiũgi ſeparatim poteſt. Vſque, eiuſmodi eſt, vt ſine aliqua prepoſitione raro inueniatur. ¶ Laſſus, cura confectus, ſtupet. § Laſſus cura, ex præterita ſpe nunc.

*Ille.* *Qui.* *Væ.* *Vſque antehac.* *Vſque.*

## ACTVS II. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

CHarinus intelligit Pamphilo nupturam Philumenã. Idem rogat Pamphilum ne ducat. Hic Charinus & Byrrhia fabulæ adiiciuntur, ne ſpreta relinquatur Philumena.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſcena colloquium eſt duorum adoleſcentum Charini & Pamphili: in qua altera pars fabulæ oſtenditur. Nam ex duorum iuuenum periculis gaudiiſque, Andria componitur. Pamphilũ Charinus precatur obnixè, Philumenam ne ducat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Charinus ex Byrrhia ſeruo, Pamphilum vxorem ducturum Philumenã reſciſcit.

*Trochaici, & Iambici, quidam, partim Tetrametri, partim Senarij.*

Confectus, id eſt ſic vulneratus, aut percuſſus, vt ſanari non poſsit. ¶ Laſſus, cura confectus, ſtupet. § Laſſus, adempta attentione. Cura confectus, confirmato timore. ¶ Stupet. § abiecta ſpe. ¶ Quæſo ædepol. § Obiurgãtis eſt Quæſo, vel etiam rogantis. ¶ Quoniam non poteſt. § Conſolatio ad id quod fieri non poteſt ſuadens. ¶ Id velis quod poſsit. § Prouerbiale. ¶ Nihil aliud. § Hoc magis gemitu amatorio quàm vt reſponderet Byrrhiæ, dicit: quaſi magis Philumenam velit, quàm vitã & lucem. Idem alibi, In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi. Non enim dixit, Nullam volo aliam quàm Philumenam: ſed Nihil volo aliud: quod infinitum eſt.

*Confectus.* *Laſſus.* *Stupere.* *Quæſo.* *Nihil aliud*

CHARINVS *adoleſcens.* BYRRHIA *ſeruus.* PAMPHILVS.

QVid ais Byrrhia? datúrne illa hodie Pamphilo
Nuptum? B. *ſic eſt.* C. *qui ſcis?* B. *apud forū modò*
De Dauo audiui. C. *væ miſero mihi: vt animus in*
*Spe, atque in timore vſque antehac attentus fuit,*
*Ita, poſtquam adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus, ſtupet.*
B. *Quæſo ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis non poteſt, velis id*
*Quod poſſit.* C. *nihil aliud, niſi* Philumenam, *volo.*
B. *Ah, quanto ſatius eſt, te id dare operam,*
*Qui iſtum amorem ex animo *dimoueas tuo, quàm id loqui,*
*Quo magis libido fruſtra incendatur tua.*
C. *Facilè omnes, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus:*
*Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.* B. *age age, vt lubet.* C. *ſed* Pamphilum
Video. *omnia experiri certum eſt prius quàm pereo.* B. *quid hic * agit?*
C. *Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo, amorē huic narrabo meum.*
*Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptiis *protrahat dies.*
*Interea fiet aliquid ſpero.* B. *id aliquid nihil eſt.* C. *Byrrhia,*
*Quid tibi videtur? adeon' ad eum?* B. *quid *ni? ſi nihil impetres,*
*Vt te arbitretur ſibi paratum mœchum, ſi illam duxerit?*
C. *Abi hinc in malam crucem cum ſuſpicione iſtac, ſcelus.*
P. *Charinū video. ſalue.* C. *ô ſalue* Pamphile,
*Ad te *venio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens.*
P. *Neque pol conſilij locum habeo, neque auxilij copiam.*

*Qui, pro vt* — [*Qui iſtum.*} *Qui, pro vt.* [*Ex animo dimoueas.*} *Legitur ex corde encias.* [*Tu ſi hic ſis.*} *Hoc geſtu ſcenico melius commendatur.* Nam *hæc magis ſpectatoribus, quā lectoribus ſcripta ſunt. Hic ergo, ſeipſum oſtendens, dicit. & eſt* Hic *pronomen.* [*Sed Pamphilum.*} *Sed, inceptiuum pro atque, eccum Pamphilum. vt Saluſtius, Sed Metellus in vulnere.* — *Sed.* — *Hoc nō diſcretiuum: vt ſi dicas, ſapiens, ſed miſer: hîc enim diſcretiuum erit.* [*Age age vt lubet.*} — *Age age vt lubet.* — *Aduerſus hęc nō habuit quid loqueretur. & eſt permiſsio reprobantis ea quæ conſentit.* [*Sed Pāphilū video.*} *Hæc per ἀποστροφὴν finguntur.* — *Apoſtrophe.* — [*Omnia experiri.*} *Idē alibi, Omnia prius experiri, quàm armis, ſapientem decet. Virgilius hanc quoque poſuit ſententiam,* Ne *quid inexpertum fruſtra moritura relinquat.* — *Amoueas. — [*Ipſum hunc.*} *Bene ipſum, quaſi authorem & principē. refertur etiam ad dignitatē.* — *Ipſe.* — [*Orabo: huic ſupplicabo.*} *Oramus, quę bona sūt: Supplicamus in aduerſis magis, vel cum lachrymis.* — *Oro. Supplico.* — [*Amorem.*} *Nō ſtudium, aut voluntatem: ſed amorem.* Nec *petam, ſed* Narrabo *dixit: totum magnificè.* — *Aget. — [*Hunc orabo, huic ſupplicabo.*} *Proœmia ſunt petitionis, quibus oſtendit poëta rationem, qua noua, & improba res, tamē petitur.* — *prodat. — [*Vt aliquot ſaltē.*} *Saltem, deſperatis rebus ſolam petentes ſalutem, hoc verbo vtimur.* — *Saltem.* — *Prodat verò, proferat, prolatet, differat. Lucilius in quinto, An porrò prodenda dies ſit.* — *Niſi nihil. — *Prodere diem.* — [*Interea fiet aliquid.*} *Tale eſt hoc: quale illud, Interea aliquid accidet boni. Sed nihil illum dixiſſe, poëta per ſeruum oſtendit, dicendo, Id aliquid nihil eſt.* [*Fiet aliquid.*} *Vt ſuprà, Impetrabo.* [*Adeón' ad eum?*} *Conſuetudine magis quàm ratione dicitur. vnū enim ad abundat.* — *Adeo ad.* — [*Quid, niſi nihil, impetres?*} *Aut, Quid ni? ſi nihil impetres vt te, &c. In vtroque idem ſenſus eſt: ſed ſuperior per εἰρώνειαν inferior per ſimplicem explanationē ſoluitur. Et ſi quid ni legitur ſubaudiēdum, adeas: vt ſit, Quid ni adeas? vt ſi nihil impetres, te arbitretur paratum mœchum, ſi illam duxerit.* — *Ironia.* — [*Si nihil impetres.*} *Impetres per ὑστερολογίαν dictū videtur, pro petas. quoniam petitionem ſæpe impetratio ſequitur.* — *Hyſterologia. Impetro.* — [*Charinū video.*} *Non imperitè Pamphilum priorē loqui fecit, ſed vt fiduciam det Charino loquēdi: quod & Virgilius elegāter, Heus, inquit, iuuenes mōſtrate, mearum Vidiſtis ſi quam hîc errantem fortè ſororum.* [*Charinum video.*} *Ad hoc prior incipit Pamphilus, vt ad confeſsionem, Charino minus clauſa præ pudore ſit via.* [*Conſilium expetens.*} *Elegāter: quoniā demēs, & improbū eſt quod petit, nouiſsimum poſuit cōſilium: vt ſi nō poſsit concedi, vel conſilium expetat ad ſanandam dementiam. Cicero, Tu da ſalutem, qui ſpē dediſti.* [*Salutem, auxilium conſilium expetens.*} *Vt in petitionibus fieri ſolet, beneficium petens vtitur partibus deliberatiuæ.* [*Neq; pol conſilij locū.*} *Apud amantem neq; conſilij facultas, apud inopē neque copia auxilij. His duobus oſtendit etiam ſeſe amatorem.* [*Neq; pol cōſilij locum habeo, quia amo: neq; auxilij, quia ſum miſer.* [*Sed iſtud quidnam eſt?*} *Hoc ſi non adderet, locus confitēdi amoris Charino nullus fuiſſet.* [*Hodie vxorem ducis?*} *Vide miram interrogationem, ante confeſsionem.* [*Aiunt.*} *De ea re dicimus, quam volumus eſſe falſam.* — *Aiunt.* — *Aduenio. — [*Si id facis*} *Nihil prius, quàm ſe moriturū dixit, pudēda dicturus. Inde datum eſt, vt ille inſtantius quęreret cauſam.* [*Hodie*

*Sed iſtud quidnam eſt? C. hodie vxorem ducis? P. aiunt. C. Pamphile,*
*Si id facis, hodie poſtremùm me vides. P. quid ita? C. hei mihi,*
*Vereor dicere. huic dic quæſo Byrrhia. B. ego dicam. P. quid eſt?*
*B. Sponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud mecum ſentit. ehodum dic mihi,*
*Nunquídnam amplius tibi cũ illa fuit, Charine? C. ah Pamphile*
*Nihil. P. quàm vellem. C. nunc te per amicitiam, & per amorem obſecro,*
*Principio vt ne ducas. P. dabo equidem operam. C. ſed ſi id non potes,*
*Aut tibi ſi nuptiæ hæ ſunt cordi. P. cordi? C. ſaltem aliquot dies*
*Profer, dum proficiſcor aliquò, ne videam. P. audi nunc iam:*
*Ego Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto,*
*Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.*
*Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier.*
*C. Reddidiſti animum. P. nunc ſiquid potes aut tu, aut hic Byrrhia,*
*Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi:*
*Ego id agam, mihi qui ne detur. C. ſat habeo P. Dauum optumè*
*Video, cuius conſilio fretus ſum. C. at tu hercle haud quicquam mihi,*
*Niſi ea, quæ nihil opus sũt ſcire. fugín' hinc? B. ego verò, ac lubens.*

*die poſtremum.} Plus dixit, quàm ſi dixiſſet, Morior hodie. ¶ Hodie poſtremùm} A neceſſario: quia viuere non* Poſtremùm *poteſt. Et poſtremùm, aduerbium eſt. ¶ Sponſam hic tuã amat.} Nulla cunctatione Byrrhia, ſed facetè, παῤῥησίᾳ ſeruili paratiſſimè narrat.* Næ. *¶ Næ iſte haud.} Næ, valde: vt & Cicero, Næ illi vehementer errãt. Senſus hic eſt, Non id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi. hoc eſt, valde iſte, inquit, nõ mecum ſentit: id amat quod ego odi. ¶ Sponſam hic tuam amat.} Callidè & ſponſam, & amat, hoc eſt, neque adhuc vxor tua eſt, neque aliquid admiſit, quia amat tãtùm. ¶ Nę iſte haud mecum ſentit.}* Næ. *Næ, valde: aut, vt quidã volunt, ô quàm. Lucilius in x. Næ in arce bouẽ diſcerpſi magnificè, inquit. ¶ Nihílne amplius tibi cum illa fuit?} Artificioſe perſônam expreſſit Terẽtius nuptias recuſantem: & ſimul τὸ πρέπον virgini ſeruauit. ¶ Quàm vellem.} Vtique vt eſſet cauſa recuſandæ. ¶ Per amicitiam.} Suam & Pamphili. ¶ Et per amorem} Suũ tantùm circa virginem.* Vt ne. *¶ Vt ne ducas.} Sufficeret dixiſſe, ne ducas. ¶ Dabo equidem operam.} Plus illi promiſit, quàm ille popoſcit.* Non poteſt. *¶ Non poteſt.} Deeſt, fieri. & hoc ad patrẽ retulit. ¶ Aut hæ tibi nuptiæ.} Hoc ad Pãphilum pertinet. non enim vnum, & idẽ eſt. nam ſi idẽ eſſet: nuptiæ hę ſunt tibi cordi, ſuperuacuum eſſet additum.* Cor. *¶ Cordi?} Animo. acutè. ¶ Dabo equidem operam: pronunciatione leuandum eſt, plus enim dixit dabo operam, quàm ſi diceret, non ducam. ¶ Saltem aliquot.} Primò quæ maiora ſunt, petit: poſtremò quę ex his videntur minima. & hoc arte. vt, Incute vim vẽtis, ſubmerſáſq; obrue puppes. Et ad poſtremũ, Aut age diuerſas, & diſiice corpora ponto.* Proferre. *¶ Profer.} Prolata, produc, differ. ¶ Aliquò, ne videam.} Aliquò dixit: vt exilium eſſet incertum. ¶ Audi nunc iam.} Correptio impatientis, qui nõ ſuſtineat audire de exilio. ¶ Ego Charine.} Sentẽtiæ quæ ex pronominibus incipiunt, ſera ſemper, ſed vera promittunt. Virgilius, Me natam nulli veterum ſociare procorum Fas erit. ¶ Ego Charine, Neutiquam officium.} Senſus hic eſt, Nõ* Pronomina in ſentẽtiarum initiis quam vim habeant. *puto, inquit, hominẽ liberũ, qui cum nihil præſtet, haberi gratiam ſibi poſcat. ergo cum tibi nihil præſtem, nolo mihi gratias agas. non enim tui cauſa fugio, quod prius quàm me peteres, magis nolebam ducere, quam tu cupis. ¶ Cum nihil promereat.} Mereri, eſt aliquid mercedis pro labore ſumere. cũ dicimus, Nihil meretur, hoc intelligitur, nihil mercedis dignus eſt accipere.* Mereri. *¶ Neutiquam.} Vna pars eſt orationis, pro nequaquã.* Neutiquã. *Aut alio modo dicitur, cũ is nihil promereat, id eſt præſtet. vt Virgilius. Quíq; ſui memores alios fecere merẽdo &. Nũquam regina negabo Promeritam. E' contrario, lædit. Quid commerui, aut peccaui pater?* Promereo. *¶ Cum is nihil promereat.} Laboret, vel mereatur, vel mercedis petere debeat. vt, Quid meret machæra? Plaut. in Pſeudulo. ¶ Id gratiæ apponi ſibi.} Addi in gratiã ſuam, id eſt ſibi gratiam merere.* Gratiæ aliquid apponere. *¶ Nuptias effugere.} Interpoſita diſtinctione, vultuoſe hoc dicitur, hoc eſt cum geſtu.* Vultuoſe. *¶ Reddidiſti animũ.} Plus dici non potuit. ¶ Aut tu, aut, hic Byrrhia.} Hic δεικτικῶς quaſi efficaciorẽ oſtẽdit. ergo ad cõparationẽ alterius refertur.* Hic. *¶ Facite, fingite, inuenite, efficite.} Fit quod verũ eſt.* Facere. *Fingitur quod falſum eſt,* Fingere. *Inuenitur, ne temere ſint.* Inuenire. *Inuenite ergo, agite dicit poſt cogitationem. ¶ Efficite.} Id eſt in effectũ perducite.* Efficere. *Saluſt. Nam & prius quàm incipias cõſulto & vbi conſulueris, maturè facto opus eſt. ¶ Facite, fingite, inuenite.} Mirè expreſſit Pamphili animum nuptias recuſantis, cui quicquid dixerit, parum eſt. ¶ Qui detur.} Qui pro quemadmodum: ¶ Ne mihi.} Veteres frequenter ne pro non dicebant.* Qui, pro quemadmodum. *¶ Ego id agam, mihi qui ne detur.} Non dixit; ego nõ inſtabo vt ducam: ſed, quod eſt amplius. & rectè vtriuſque opera opus. non enim continuò ducet Charinus, ſi non duxerit Pamphilus.* Ne, pro non. *¶ Sat habeo.} Sic antiqui profuſ ficit, ſat habeo dicebant. an vel abundat?* Sat habeo. *¶ At tu hercle.} Deeſt, affers, dicis, nuntias. ¶ Niſi ea quæ.} Hoc eſt, Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? B. Sic eſt. C. Qui ſcis? B. Apud forum modò, de Dauo audiui. Quod memor eſt Charinus ſe*

*Fugin' hinc?* *Lubens.*

non libenter audiſſe.¶Fugin' hinc?}Comminantis eſt,& abigentis à ſe.¶Ego verò, ac lubens.} Nemo lubenter fugit, niſi coactus neceſſitate. Hic, etiam lubens dixit: quod eſt, lubenter.

ADRIA. BAR. *Ille.*

Datur'ne illa Hodie Pam.}Prius ſupinum hîc non malè cum verbo datur,nam latentem ſignificat motum.¶Datur'ne illa.}Illa,qua nihil in vita charius mihi eſt.¶Apud forum.} In foro.¶Quoniam id fieri quod vis non poteſt.} Nihil dici potuit à Terẽtio,nec venuſtius,nec liberalius. Eſt autem ſenſus.Oportet id quod adeſt, boni conſulere. Dicto plurimum decoris accedit ex verborum cõuerſione. Qualis eſt illa.Non viuendum vt edas, ſed edendum vt viuas. Ex Eraſmi Chiliadibus.¶Facilè omnes cum valemus recta cõſilia ægrotis damus.} Parœmiographus Chiliadis primæ cẽturia. VI.In Andria Terentiana, ab adoleſcente non admodum cordato,cordatiſſima ſimul & elegantiſſima ſentẽtia profertur,Facilè omnes cũ valemus &c.cui poëta tranſlationis quoque gratiam admiſcuit. Ducta eſt autem ſententia à cõmunibus hominum moribus. Omnes enim ægrotantibus rectè præcipiunt, quid fugiendum,quid agendum, & obiurgant nonnunquam quod ſalutis cauſa non obtemperent bene monentibus. Ipſis, poſtquam in morbum inciderint,non ſuccurrunt præclara illa monita, ſed aliis item monitoribus & obiurgatoribus eſt opus.¶Sed Pamphilum}

*Sed.* Sed aliquando eſt inceptiua coniunctio.¶Aliquot ſaltem}

*Adeo ad.* Saltem particula vtimur in rebus deſperatis.¶Cum ſuſpicione iſtac.}Charino odioſa eſt Byrrhiæ ſuſpitio.¶Adeón' ad eum.}Noſtri interdum etiam vtuntur hac præpoſitionis abundantia. Plautus in Aſinaria. Ad me adi viciſſim. In Trinummo,Tute ad eum adeas. In Menechmis. Adibo ad hominem.¶Aiunt.}De re dicitur, quam falſam eſſe volumus.¶Næ iſte haud mecum ſentit}Id eſt nõ amat quod ego amo,nec id odio habet quod ego odi.¶Nunquid nam amplius tibi fuit cum illa Charine.}Occultius & tectius interdum dicitur, quod apertè dictum aures offenderet. Cuiuſmodi eſt illud apud Curtium, cum rogare vult Darius rex de vxore ſua an intulerit ei vim Alexander, & puderet eũ tam obſcœnis de ea verbis vti,dixit: Auſus ne eſt aliquid & dominus & iuuenis?ſignificans in iuuene voluntatem libidinis,in domino poteſtatem,quibus duabus rebus voluntate & poteſtate omnia fiunt.Significauit quidem idipſum Terẽtianus Pamphilus,ſed ab omni turpitudine verborum

*Aſtiſmus.* abſtinuit.Aſtiſmos eſt,quando rem obſcœnam non obſcœnis verbis efferimus. Adnotauit & hac de re Rodolphus Agricola.¶Cordi.}Correctio eſt impatientis Pamphili.¶Cũ is nihil promereatur.}Non puto inquit, hominem liberum, qui cum nihil præſtet,deberi ſibi gratiam putat.Budæus in annotationibus. Atqui ingenui animi officium eſt, inquit, cum is nihil promereatur,gratiam quoque inire velle nullã. ¶Gratiæ apponi.}Pro in gratiã.¶Nuptias ego iſtas.} Vul-

*Animum reddere.* *Aquam aſpergere.*

tuoſe pronuntiãdum eſt.¶Reddidiſti animum} Quod Terentius ſimpliciter reddidiſti animum, hoc Plautus dixit Aſperſiſti aquam. Aſperſiſſe aquam dicitur, inquit Eraſmus,qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metũ ademerit.Mutuò ſumptum eſt ab his qui in deliquio aſperſa in faciem aqua,ad ſui ſenſum reuocantur.¶Cuius conſilio fre-

*Fretus.* tus ſum.}Vſus vel confiſus. Quintilianus. Tua fretus humanitate id egeram.¶Haud quicquam.} Eclipſis eſt,quicquam,ſupple dicis.

LATOMVS.

Argumentum.} Solicitudo Charini adoleſcentis ob rumorem nuptiarum Pamphili.Et eſt altera pars protaſeos,& velut nouum negotium extra argumentum Pamphili, quo plus ſit turbæ in fabula.¶Vt animus in.} Aptæ ſolicitudinis & ægritudinis periphraſes.¶Niſi philumenam.} Attẽde minus cordatum Charinum quàm Pamphilum, & Byrrhiam illum admonẽtem.¶Quid hic.} Dehortantis interrogatio,quæ fit acrior per tertiam perſonam.¶Si nihil impetres.}Faceta irriſio.¶Ad te venio.} Principium ad beneuolentiam à ſolicitudine ſua, & imploratione Pamphili. ¶Hodie vxorem.}Per ambages trahit rem,quam eloqui pudet.¶Sponſam hic.}Propoſitio petitionis,ex qua reliqua intentio colligitur.¶Nunc te per amici.} Aperta petitio qua primùm maiora,deinde leuiora poſtulat, vt facilius impetret.¶Cordi.}Repetitio ironica & quaſi ſtomachantis. ¶Promereat.}Vetuſtè,nunc nõ eſt in vſu.¶Facite.}Aſyn- *Promereo.* theton exprimens vehementiam recuſantis.¶Video cuius.} Præparatio ad ſequentem ſcenam.

PETRVS MARS.

Quid ais Byrrhia,&c.}Amore alicuius rei optatæ vltra quàm oporteat irretitos,deſipere ac penè inſanire exprimit & docet hæc ſcena.cum mentis acies voluptatum,corrupta illecebris,decorum ipſum non videat, & ad id tandẽ deueniat,vt ab his moneri cogatur & regi,quos ipſa regere deberet & gubernare. Huius rei cauſa eſt incontinentia, quæ prudentiam deſtruit.Duorum igitur adoleſcẽtium ardores,& vota diſſimilia,necnõ amatoria deſcribitur incõſtantia & ſuſpicio. Socrates apud Platonem in Sympoſio, Alcibiadem formoſiſſimum adoleſcẽtẽ ſic alloquitur: Tunc ſanè mentis oculis acutè incipit cernere,cum primùm corporis oculis defloreſcit: tu verò ab hac ætate es procul. Et in Phædro ſic ait:Quando cupiditas abſque ratione ad voluptatem trahit,nobiſq; imperat,imperium illud libido vocatur.Libido autẽ quomodo multiformis ſit, multarúmq; par- *Libido.* tium,multas itaque appellationes habet.¶Tu ſi hic ſis, aliter ſentias &c.}Plato in Phædro ſic ait: Amantes propter cupiditatis ardorem in iudicãdo falluntur.¶Quid tibi videtur &c.}Hic locus quàm moleſta ſit veritas amãti,quã- *Veritas amanti moleſta, aſſentatio grata.* que iucunda ſit aſſentatio declarat. ¶Officium liberi hominis eſſe puto &c.}Sẽſus eſt.Non puto illum agere vt decet liberum hominem,qui cum nullum beneficium conferat petit gratiam ſibi deberi. Vnde cum ego fugiendis nuptiis mihi potius quàm tibi inſeruiam, nolo mihi debeas.His enim debemus,qui in nos benefici fuerũt.¶Cum is nihil pro- *Promereo.* mereat.}Id eſt,nihil conferat propter quod aliquis affectus beneficio,illi debeat:& antiquè dixit. Virgilius in quarto:

—Ego te quæ plurima fando
Enumerare potes,nunquam regina negabo
Promeritam.

Id eſt,cõtuliſſe in me omnia beneficia,quæ potes verbis explicare tuis,vt mihi nullo modo liceat eſſe ingrato. Ille igitur nihil promeretur, qui nihil agit, ob quod poſſit eſſe de aliquo benemeritus. Non eſt ergo officium animi generoſi, velle aliquem ſibi debere alicuius rei gratia,quam illi non eſt gratificatus,id eſt,non fecit gratia illius.

RIVII caſtigatio.

Apud forum modò de Dauo audiui.} Sunt qui legant,è Dauo audiui.Sed vtrũq; rectè,licet poſterius in manuſcriptis habeatur,& in vetuſtiſſimo quoq; ex impreſſis. Tribus autẽ modis effertur hec locutio:Ex aliquo audire,de aliquo, *Audire ex vel de, vel ab aliquo.* & ab aliquo vno eodémq; ſenſu. Meminit huius Valla lib. III.cap.68. ¶Vt aliquot ſaltem nuptiis protrahat dies.} Nos prodat dies ex ſententia Nonij Marcelli in explicatio-

ne

*Prodere dies aliquot.*

ne verbi prodere: quo modo etiam in omnibus fermè antiquis codicibus habetur: licet in impreſsis, qui circunferuntur, aliter. Eodem modo Donat. legiſſe videtur. Sic enim inquit: Prodat verò, proferat, prolatet, differat. Lucilius in V. An porrò prodenda dies ſit. Quanquam quod ad ſenſum pariter ac rationem metri attinet, poteſt etiam legi protrahat, vt in menſione carminis fiat vocalium contractio per ſynæreſim. ⁋ Ad te venio ſpem, ſalutem. } Manu ſcriptus codex, quem nos ferè ſequimur: Ad te aduenio, ſicut & ex impreſsis quidam. Præterea Priſcia. lib. XVII. ſic legendum indicat, cùm ait Latinos more imitationéque Græcorũ frequenter vti abundantia præpoſitionis. velut eſt, accedo ad pediſequas. &, Nunquam accedo ad te, quin abeam doctior. Sic, Adeõn' ad eum? & hoc loco: Ad te aduenio &c. Vide Priſcianum. nos enim breuitati ſtudemus.

*Aduenio ad te.*

*Euſdem annotatio. Amantiũ cæcitas.*

Amantium ſtultitia, mentis eorum inſania, animi cæcitas, puerilis mollities, conſilij inopia, immoderati appetitus, & indecora quædam ridiculáque in dictis ſimul, & factis omnibus ineptia, hac in Scena exponũtur. ⁋ Quoniã id fieri, quod vis, non poteſt: velis id, Quod poſsit. } Eraſmus in Chilia. Nihil dici poteſt, inquit, nec venuſtius, nec moralius ea ſententia, quę extat apud Terentium in Andria, Quando id fieri, quod vis, nõ poteſt: velis id, quod poſsit. Οὐ δυνάμενος, ὃ θέλεις, θέλῃς, ὃ δύνασαι. Plurimum decoris adiunxit ea verborum conuerſio, qualis eſt in illis, Non viuendum, vt edas: ſed edendum, vt viuas. Eſt autem adagium hoc finitimum illi, δεῖ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. Oportet id, quod adeſt, boni conſulere. Et Martialis inter felicitatis calculos commemorat, vt, quod ſis, eſſe velis. Hæc ille. ⁋ Facilè omnes, cũ valemus, recta conſilia ægrotis damus. Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. } Eraſmus ducta eſt, inquit, ſententia à communibus hominũ moribus. Omnes enim ægrotantibus rectè præcipiunt, quid fugiendum, quid agendum: & obiurgant nõnunquam, quòd ſalutis cauſa non obtemperent bene monẽtibus. Ipſi, poſteaquam in morbum inciderint, non ſuccurrunt illa præclara monita, ſed aliis item monitoribus eſt opus. Porrò cupiditas omnis animi morbus eſt. quo velut excæcatus aut non perſpicit, aut ſi perſpicit, ſequi non poteſt ea, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria. Nam Phædria Terentianus prudens, & ſciens in flammam manũ mittit, & viuus, vidénſque perit. Item Horatius: Fugienda ſequitur, fugiens quæ profore credit. Perſpicit auarus aliquando, quàm prodigioſa res ſit ambitio: contra ambitioſus auari morbum peruidet, & vterq; alteri in alieno malo rectè conſulit, neuter in ſuo ſapit. Hæc Eraſmus. Pertinet huc & ſententia illa prouerbialis:

*Quod ſis, eſſe velis.*

Ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί.
Αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν.

In admonendo ſapimus omnes: verùm vbi
Peccamus ipſi, non videmus propria.

⁋ Omnia experiri certum eſt, priuſquam pereo. } Ita Dido Virgiliana, ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat, nihil non etiam, poſteaquam nihil vſpiam ſpei reliquum videt, tentat, quarto Aenei. ⁋ Interea fiet aliquid. ſpero. } Spes hominem ne in morte quidem relinquit, & rectè ille apud Theocritum.

*Spes.*

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Χ' ὡ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Quos verſus ſic vertit Fran. Philelphus:

Fidere Batte decet. melius cras forſan habebis.
Sperandum eſt viuis, non eſt ſpes vlla ſepultis:
Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.
Hinc & ille,
Rebus in aduerſis animum ſubmittere noli,
Spem retine: ſpes vna hominem nec morte relinquit.

In pixide Pandoræ ſola ſpes in ſummo labro hæſit. Huc pertinet prouerbiũ, Aegroto dum anima eſt, ſpes eſt. Ita Piſtocle. apud Plau. in Bacchidib. Tace, inquit, modò, Deus ſecũdus reſpiciet nos aliquis. Ouid.

Viuere ſpe vidi, qui moriturus erat.

⁋ Ego, Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto, Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. } At quot hodie reperiuntur, qui cum nihil meriti ſunt, tamẽ gratiam ſibi deberi volunt: nimiſque id genus odi ego malè, qui magnificis promiſsis, & captioſis pollicitationum illecebris ſimplices ineſcant: nihil interim præſtantes, atq; adeò promiſſa etiam ſubinde ſua exprobrantes: nam ſunt, apud quos promittere etiam beneficium ſit.

*DOLETI obſeruatio. Nuptũ dari.*

Datúrne illa hodie Pãphilo nuptum? } Dari aliquam alicui nuptum, elegans eſt locutio, pro vxorẽ dari, vel in matrimonium dari. ⁋ Apud forũ modò de dauo audiui. } Quod dicit Terentius apud forum, pro in foro, nõ elegantia caret. Nimirum particula apud ſæpe per inter, vel per in exponitur. Et talis eſt vſus, cùm dicimus: Apud Platonem id legitur, aut ſcriptum eſt, & ſimilia: pro eo quod eſt, in Platone, id eſt in Platonis libris: Talis item eſt vſus, cũ dicimus: Mos fuit apud Romanos, pro eo quod eſt, inter Romanos, vel in ciuitate Romana. Extra hæc. Quod dicit idem Terentius. Audiui de Dauo, elegans eſt, pro è Dauo. Tu verò ſic habeto, ſimilem locutionẽ duplicis eſſe poſſe ſignificati: vt, ſi dicas: Audiui de Petro, id eſt Petrus mihi dixit. Vel, hoc audiui de Petro, id eſt, mihi hoc de Petro dictum eſt. Sic igitur hæc locutio eſt actiuæ, & paſsiuæ ſignificationis. Exempla actiuæ ſignificationis. Cicero ad Att. I. Hęc audies de Philadelpho, id eſt, tibi hęc Philadelphus narrabit. Idem pro Cornel. Balbo: Audiui hoc de parente meo puer. Idem: Audiui iſta de maioribus natu. Exempla paſsiuæ ſignificationis. Cicero Famil. IX. Sic fit, vt, ſi quid præterea de me audiat, non audiendum putet. Id eſt, ſi quid pro meo afferat, quod meum non ſit. illud reiiciat. Ibidem: Illud tamen aſcribam, quod eſt veriſsimũ, me his temporibus adhuc de iſto periculo nihil audiiſſe. Idem ad Att. VII. De malis noſtris tu prius audis, quàm nos: iſtinc enim emanant. ⁋ In ſpe, atq; in timore vſque antehac attentus fuit. } Duæ hæ locutiones, ſcilicet in ſpe, vel in timore eſſe, bifariam à latinis vſurpantur. Atq; de priore prius ſcribere libet. In ſpe ponitur aliquando pro ſperare. Cicero ad Atti. VI. Magna in ſpe ſum, mihi nihil tẽporis prorogatum iri. Idem ad Atticum X. Tum eramus in maxima ſpe: nunc ego quidem in nulla. Aliquando paſsiuę eſt ſignificationis, & ponitur pro ſperari. Cicero Famil. XIIII. Quandiu vos eritis in ſpe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe videantur. Id eſt, dum & de vobis, & de ſtatu veſtro ſpes aliqua erit. Idem ad Att. VIII. Dum in ſpe pax fuit. Quod autem pertinet ad alteram locutionem: nempe eſſe in timore, actiuè etiam, & paſsiuè ſumitur. Actiuè ſic. Cælius Cicer. Famil. VIII. Cuius rei tanto in timore fui, vt omnibus rebus relictis ad illas ire conatus ſim. Paſsiuè ſic. Cice. Famil. II. Sed vt redeam ad Parthos: hæc æſtas habuit exitum ſatis felicem: ea, quæ ſequitur, magno eſt in timore.

*Apud, prò in, vel inter.*

*Audire de aliquo.*

*In ſpe eſſe.*

*In timore eſſe.*

*Spem adimere.*

¶Poſtquam adempta ſpes eſt.} Sic loquitur Cicer. in Philip. Idem, inquit, Cretenſibus, cum ad eum vſque in Pamphiliam legatos, deprecatoréſque miſiſſent, ſpem deditionis non ademit, obſidéſque imperauit. Pro ſpem adimere vſitatum quoq; eſt Ciceroni, ſpem auferre, ſpem eripere, ſpem tollere, ſpe vel ex ſpe deturbare: ſpem pręcidere, concidere: vel incidere: ſpem extenuare, debilitare, infringere, remorari. Quarū locutionum exempla reperies in Primo Tomo noſtr. Commētar. ¶Iſtum amorē ex animo amoueas tuo.} Quod dicit Terentius amorem amouere ex animo, dicit Cicero amorem ex animo abiicere, vel eiicere. Philipp. II. Caput literarū erat, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum, & ſe amorem ex animo abieciſſe. Idem: vt amorem illum penitus inſitū eiiceret ex animo, vt denique patrem eſſe ſeſe obliuiſceretur.

*Amorem amouere, ex animo, vel abiicere, vel eiicere.*

¶Recta conſilia ægrotis damus.} Conſilium alicui dare, vulgaris eſt locutio, & omnibus Latinis Scriptoribus communis. Cicero Famil. II. Alteri qui melius dare conſilium poſſit, quàm tu, nō facilè inueniri poteſt. tibi verò ipſi certè nemo melius dabit. Pro conſilium dare hæ ſunt locutiones etiam Ciceroni crebræ: conſilij authorem eſſe: conſilio iuuare: conſilij copiā facere: adeſſe alicui in conſilio: conſilio inſtruere. Tu exempla videto in Primo Tomo noſtrorum Commēta. ¶Omnia experiri certum eſt prius.} Certum eſſe alicui dicitur id, quod facere inſtituit, & decreuit. Sic igitur certum mihi eſt dicunt Latini, pro deliberaui, & conſtitui. Cicero ad Att. II. Rem in eum locum deduxit, vt diceret ſibi certum eſſe, cum ſuis ſeruis in Pompeium impetum facere.

*Conſilium dare.*

*Certum eſt mihi.*

¶Vt aliquot nuptiis protrahat dies.} Id eſt, nuptias in aliquot dies, vel in aliquod tempus differat. Quod autem dicit Terentius diem protrahere, dicit Cice. diem proferre, vel differre. In Verr. Act. IIII. Iſte omnibus iudiciis diem diſtulit. Idem: Quòd ſi latius volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel vt videbitur: nihil enim intereſt.

*Diem protrahere, proferre, differre.*

¶Si id facis, hodie poſtremū me vides.} Elegans eſt loquendi modus. pro: Si Philumenam vxorem ducas, me poſtremū vides: hoc eſt, non me poſtea vſquam viuum viſurus: è vita enim præ nimia animi ægritudine continuò excedam. ¶Næ iſte haud mecum facit.} Facere pro conſentire, vel eiuſdem eſſe ſententiæ, vſurparunt Antiqui: & his loquendi modis vtebantur, mecum, tecum, ſecum facere. Cicero pro Cecinna: Conſolatus eſt me, & oſtendit in hac ipſa cauſa nihil eſſe, quòd laborarem: nam verba ipſa ſponſionis facerēt mecum, ſi vellem diligenter attendere. Idem pro Sylla. Quid tum? Caßius ſi reſpondiſſet idem ſentire & ſecum facere Syllam, tamen mihi non videretur in hunc id criminoſum eſſe debere. Idem: Rem, & ſentētiam interdicti mecum facere fatebatur: verbo me excludi dicebat. ¶Nūquidnám amplius tibi cum illa fuit?} Eſſe alicui cum aliquo aliquando in bonam partem ſonat: aliquando in malam: id eſt, vel ſine vitio eſt, vel cum vitio. Sine vitio. Cicero Faml. XV. Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi. In iſtiuſmodi vſu ſubintelligi poteſt amor, vel amicitia, vel conſuetudo. Cum vitio. Vt in hoc Terentij loco: quem ſic interpretari licet. Nónne rem cum illa habuiſti? vel: nónne illā vitiaſti? Attamen etiam ſine vitio interpretari poſſumus, vt ſenſus ſit: Nónne Chremes tibi fidem dedit de illa tibi vxore commitenda? ¶Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi.} Cordi eſſe: idem eſt quod placere, vel gratum eſſe. Cicer. ad Atticum V. Dionyſius nobis cordi eſt. Idem pro Quint. Mihi vita horrida cordi eſt. Item in Orat. Flumen aliis verborū cordi eſt.

*Facere cū, pro conſentire.*

*Eſſe aliquid alicui cū aliqua.*

*Cordi eſſe.*

¶Id gratiæ apponi ſibi.} Id eſt deberi ſibi quicquam velle. vel, vt inquit Donatus, ſibi gratiā merere: vel addi in gratiam ſuam poſtulare.

*Gratiæ aliquid apponi.*

¶Reddidiſti animum.} Præter alias ſignificationes, quas animus habet, aliquando ad fortitudinem, vel imbecillitatem refertur: ſícque vel in bonam, vel in malam partem ſonat: & id fit cum adiectiuis, ſubſtantiuis, vel verbis adiunctis: vt, forti, magno, præſtanti, excelſo, virili, conſtanti, amplo, acri, præſenti, alto, robuſto, infracto, patienti incommodorum, ſoluto, tranquillo animo aliquem eſſe. Vel, inaudita animi fortitudine, magnitudine, præſtātia. Contrà: animo fracto, puſillo, ieiuno, inani, demiſſò, humili, imbecillo, afflicto, abiecto, perculſo, prauo, ignauo, eneruato, languenti, infirmo, anguſto eſſe aliquem. Cum verbis in bonam partem ſumptis ſic vſurpatur: animum afferre: animum efferre: animos tollere: animum dare: animum addere: animum augere: animum adhibere: animum accedere alicui: animum habere. Quibus locutionibus cōtrariæ ſunt ſequentes: animum contrahere: animum inflectere: animum demittere: animus cadere: animo deficere, animū alicui deeſſe: animum deſpondere. Iis item loquendi modis contraria ſunt: animum reddere, renouare, confirmare: animum reuocare: animum colligere. Sic igitur exponimus hunc Terentij locum: Animum reddidiſti, id eſt ablatum mihi præ metu animū. Id eſt, inquā: Cum tu ais abhorrere te à nuptiis Philumenæ, vel à ducenda Philumena, totū me recreas, & reficis.

*Animum reddere.*

GLAREANVS.

Poſt fragmentum prioris ſcenæ vltimi verſus, Quid ais Byrrhia, ſequitur Iambicus Dimeter acatal. Datúrne illa hodie Pamphilo. Deinde ſequūtur tres ſenarij Iambici Acata. Deinde duo Tetrametri Iamb. acata. Deinde tres variè diſtincti, vt dicemus. Deinde nouem Tetrametri Iambici, cum decimo Iamb. Trimetro. Poſtremò Trochaici ad finē vſque ſcenæ Tetrametri Catalc. Niſi in XXIII d, non elidamus in ſed & in XXXIII. v, in poſtulare. ¶Quæſo ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis non poteſt.} Hactenus eſt vel Iambicus Tetra. acatal. Et ædepol prima longa, quā tamen rarius producit: vel Trochaicus, ſi edepol prima breuis fuerit. Deinde ſequitur alter eiuſdem generis, Velis id, quod poßit. C. nihil aliud, niſi Philumenā, volo. Verùm hîc omittunt quidam τὸ Id, vt etiam poßit fieri Trochaicus. Et ſanè miror, quomodo Eraſmus hoc non animaduerterit, cum tamen meum tum habuerit codicem, in quo hæc diſtincta erant, ad eum, quem iam diximus, modum. Sequentes verò tres ſenarios ita quidam conſtituunt.

*Aedepol. Edepol.*

Ah quanto ſatius eſt te id dare operam, qui iſtum
Amorem ex animo dimoueas tuo, quàm id loqui
Quo magis libido fruſtra incendatur tua.

*Amorem dimouere ex animo.*

Eraſmus ex his verbis, Ah quanto ſatius eſt, monometrum facit ex reliquo, duos Trochaicos Tetr. Cata. ad hāc formā.

Te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo dimoueas tuo.
Quàm id loqui, quo magis libido fruſtra incēdatur tua.

Monometer ille hypercatalecticus alteros mouit, vt tres Iambicos ſenarios malint. Sed obiiciet aliquis, quare iſtum pro Pyrrhichio legunt. Reſpondent, abiecto s, id poſſe fieri, & ne longè teſtimonium petāt, ipſe Eraſmus ait in carmine 23. huius adeò ſcenæ, in Iſtud idem fieri. Vbi tamen ego malim d, in Sed elidere, vt paulo pòſt dicemus. Caterùm Dimoueas pro Amoueas idem legit, & s, in magis eliditur. Ipſe lector ſequatur quod velit. ¶Abi hinc in malā crucē

cum

cum ſuſpicione, iſtac ſcelus.} Eraſmus pro abi ſuſpicatur legendum, vel Abin' vel abeas, vt conſtet verſus. Atqui In breuê eſt in Abin, ea certè ratione qua invidê, en breue eſt. Id enim facit interrogatio. Et abeas ego non legerim. Ideóq; facilè aſſentior Riuio, qui hoc loco i longum exiſtimat, ſiue Poëtæ hoc conſilio factum, ſiue aſpiratione, quæ ſequitur, tantam vim habente, vt apud Virgilium I. Aeneid. Poſthabita coluiſſe Samo, hîc illius arma. ¶ Ad te venio, ſpem, ſalutem, auxil.} Priſcianus lib. XVII. bis hunc locum allegat adiecta præpoſitione ad, ad verbũ aduenio, vt altera abundet, quemadmodum in quinto antea verſu, adeón' ad eum? Verùm hoc nihil ad carmen. Inſequente mox verſu Troch.

Adte adueniõ.

Neque pol auxilij locum habeo, neque conſilij copiam. Auxilij poſt pol legendum, & conſilij ante copiam, vt rectè legit Eraſmus: quanquam hoc in pleriſque codicibus neglectum. Proximus deinde verſus erit Iambicus Tetra. acatal. niſi d, in ſed elidamus. D. Eraſ. putat ſ, in iſtud elidi, vt ſit Trochaicum, quemadmodum cætera ſunt, ad finem huius ſcenæ, quod mihi durum videtur. ¶ Nunquid nam amplius tibi cum illa fuit, Charine?} Vel amplius diſſyllabum erit, vel fuit monoſyllabon, vel Creticus loco ſecundo, vel Amphibrachys loco quinto. In quinto deinde verſu Iam diſſyllabum eſt ad finem eius. In proximo deinde primus pes Tribrachys, quartus Dactylus, reliqui omnes Trochæi. Rurſus continuò ſequens verſus Iambicus Tetrameter fuerit, niſi elidas v in poſtulare, inquit Eraſ. Id quod Aldi habet codex, & mihi etiam placet, vt ſint omnes conformiter Trochaici. Et vel ex hac ſcena apparet, Ego ſecũda ſyllaba frequentiſſimè corripi apud Latinos, quanquam quidam contrarium feciſſe videntur.

Ego, ſecunda correpta.

DONA. DII boni.} Hæc ſcæna conſilium continet perſonarum, ad quas maximè pertinet argumentum. Et hic eſt locus in quo, vt fieri ſolet, fortuna miſta rebus diſpoſitis, magnas turbas dat. ¶ Dij boni, boni quid porto.} Non mirũ quòd inſolètius Dauus exultat, qui, vt Simo dicebat, timidus fuit, vt ipſe Dauus, etiam deſperauit ex nuptiarum terrore, quas nunc falſas comperit. ¶ Dij boni, boni quid porto.} Ex proximo repetiuit bis: ſed tamen alterum, nominatiuo plurali: alterum, genitiuo ſingulari dictum eſt. ¶ Quid porto.} Non ſolum corpore, ſed etiã animo portamus tam bona, quàm mala. Sic alibi, Ne quid Andria apportet mali. ¶ Vt metum in quo nunc eſt, Adimam, atque expleam animum Gaudio.} Ordine locutus eſt. prius enim metum adimere: ſic demum gaudio perfundere. Hic ordo etiã in laude ſeruatur. ¶ Neſcio quid.} Deeſt Propter: vt ſit, propter neſcio quid. ¶ Quid.} Aduerbiale. ¶ Exanimatum.} Perterritũ, perturbatum. ¶ Sed vbi quæram?} Nũc in omnes ſe partes verſat, quærens quò dirigat curſum. ¶ Habeo.} Videtur quaſi conſtitiſſe: deinde quaſi elegiſſe, quò pergat. Habeo per Hinueni. legitur & abeo: vti meritò illi dicatur, Reſiſte. ¶ Quis homo eſt qui me? ô Pamphile.} Antè videt, quàm compleat orationem. ¶ Euge ô Charine.} Euge, modò pro interiectione poſitum eſt. ¶ Opportunè.} Deeſt, adeſtis: non opportunè vos volo. ¶ Daue, perij.} Proprium eſt dolentibus præfeſtinare quæ dolent. ἀπολούμεθα. Habet nonnullum affectum quod addidit, Daue. ¶ Quin tu.} Quin modò pro imò: aliàs, cur non? ¶ Mea quidem hercle.} Videtur Charinus plus dixiſſe, Perij, quàm Pamphilus, Mea quidem hercle certè in dubio eſt vita. Sed non eſt hoc, plus enim Pamphilus dixit. Nam qui viuit, non poteſt interiiſſe: is autem qui viuit, vitam poteſt in dubio habere. Ideo & iurauit Hercle: & affirmans iuſiurandum, Certè addidit. Bene Certè: quaſi illud Interij, falſum ſit. Ita Pamphilus plus fecit periturũ ſe eſſe dicendo, quàm Charinus interiiſſe. ¶ Et quid tu ſcio.} Mira compendia, quæ contrahit Poëta, longitudine fabulæ: nec tamen perdit affectus perſonarũ. ¶ Et tu quid} Deeſt, timeas. ¶ Et id ſcio.} ἐν ἀποκρίσει. tanquam dicat, nihil eſt. ¶ Et id ſcio.} Legitur, & ſi ſcio. ¶ Hodie.} Tempus addidit, tanquam rem ſciens. ¶ Obtundis.} Sæpe repetendo, idem dicere, obtundere eſt. tranſlatio à fabris, qui ſæpe repetũt tundẽdo aliquid malleo, & idẽ obtundunt, & hebetãt. ¶ Obtũdis, tametſi.} Poteſt eſſe ἀναστροφή: ſed ſyncerius eſt, & melius ſubdiſtinguere. ¶ Id paues.} Deeſt Ob: vt ſit ob id. hoc autẽ Pamphilo dicit. ¶ Tu autem vt ducas.} Pro ne nõ. vt poſuit. Hoc, Charino. ¶ Atque iſtuc ipſum.} ἀποκρίσει. Ille enim hoc idẽ dixerat cum exclamatione:

Quin. Portare. Neſcio quid. Quid. Exanimatus. Euge. Hercle: Certè. Id ſcio. Hodie. Obtundere. Anaſtrophe. Id, pro ob id. Vt, pro ne non. Atq; iſtuc.

## ACTVS II. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

Dauus cum ex variis coniecturis & ſignis compeririſſet, nuptias nõ cohærere, Pamphilum toto quærens oppido exultat inſolentius.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſcena conſilium continetur perſonarũ, ad quas potiſſimum argumentum ſpectat. Et eſt locus, in quo vt fieri ſolet, fortuna mixta rebus diſpoſitis, magnas turbationes dat. in cuius principio Dauus, comperta ex variis coniecturis nuptiarum falſitate, Pamphilum quærẽs, inſolentius exultat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Dauus veriſimile facit, Simonẽ Pamphilo vxorem non daturum.

*Trochaici Tetrametri Catalectici.*

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

DII boni, boni quid porto: ſed vbi inueniam Pamphilum:
Vt metum, in quo nunc eſt adimam, atque expleam animum

*quod quaſi vanum cōtēnit.* ¶ *Me vide.* } *Vtrū, lętus ſum? an, me ſpecta fidei datorem? vt dici ſolet, me habe, me reſpice.* ¶ *Obſecro te.* } *Cum precibus & tempus admiſcuit. Et bene Libera. perfecta enim ſecuritas, liberatio nominatur* ¶ *Hem.* } *Ecce, demonſtratio eſt facti.* ¶ *Vxorē tibi non dat iā Chremes.* } *Oratoriè à ſumma cœpit: cuius partes, multis dicentur.* ¶ *Iam non dat.* } *Bene Iam. quod ſi nō dixiſſet, intelligeret Pāphilus vel poſtea Chremetem filiam eſſe daturum. Sed addito Iam, plena ſecuritas eſt. Iam enim, renuntiatio eſt perpetuitatis.* ¶ *Scio.* } *Pręparatio eſt auditoris ad eam narrationē, quę oſtendit argumenta falſarū nuptiarum.* ¶ *Me prehendit.* } *Pro prendit. Addita aſpiratione geminauit ſyllabam. Et prehēdit dixit, quaſi vitātem ac fugientē.* ¶ *Ait tibi.* } *Ait, propriè: quia contemnenda dicuntur.* ¶ *Ait tibi vxorem dare ſe.* } *Coniecturam facit ex malis, quæ præceſſerunt.* ¶ *Ait tibi vxorem dare ſe.* } *Dicit cur primò crediderit veras, dicturus ſubinde cur falſas.* ¶ *Itē alia multa.* } *Bene diſtulit narrationem, ne ſi audirent Charinus & Byrrhia, deſinant dolos ſtruere aduerſum vigilantiſſimum ſenem.* ¶ *Item alia multa.* } *Commoda narratio à neceſſariis tātum. Minas autem ſenis prætermiſit, ne corrumperet bona quæ nuntiabat.* ¶ *Quæ nunc.* } *Argumētū eſt, quærere potuiſſe eum qui ſit territus. nā timor curam parit* ¶ *Narrandi locus.* } *Modò tēpus, ſpatium.* ¶ *Quę nunc nō eſt narrādi locus.* } *Non vult dicere quàm minaciter ſecū egerit ſenex, quámq; inſtet nuptiis, ne Charinum Byrrhiámq; de ſpe deiiciat, quos vult ſecum admitti ne vxorem Pamphilus ducat.* ¶ *Properans percurro.* } *Vide*

*Me vide.*
*Liberatio.*
*Hem.*
* Abeo.
*Iam.*
* & id
*Prehendere.*
*Ait.*
*Locus.*

gaudio?
C. Lætus eſt neſcio quid. P. nihil eſt: nondum hæc reſciuit mala.
D. Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias,
C. Audin' tu illum? D. toto me oppido exanimatum quærere.
Sed vbi quæram? aut quò nunc primùm intendam? C. ceſſas alloqui?
D. * Habeo. C. Daue ades, reſiſte. D. quis homo eſt, qui me? ô Pamphile,
Te ipſum quæro. euge o Charine. ambo opportunè vos volo.
C. Daue, perij. D. quin tu hoc audi. C. interij. D. quid timeas, ſcio.
P. Mea quidem hercle certè in dubio eſt vita D. & tu quid, ſcio.
P. Nuptiæ mihi. D. * id ſcio. P. hodie. D. obtundis, tametſi intellego.
Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. C. rem tenes.
P. Iſtuc ipſum. D. atque iſtuc ipſum, nihil pericli eſt: me vide.
P. Obſecro te quamprimū hoc me libera miſerum metu. D. hem.
Libero: vxorem tibi iam nō dat Chremes. P. quî ſcis? D. ſcio.
Tuus pater modò me prehendit. ait tibi vxorem dare
Se hodie: item alia multa, quæ nunc non eſt narrandi locus.
Continuò ad te properans percurro ad forum vt dicam tibi hæc:
Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum:
Circunſpicio, nuſquam. fortè ibi huius video Byrrhiam:
Rogo: negat vidiſſe: mihi moleſtum. quid agam, cogito.
Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio: hem,
Paululum obſonij: ipſus triſtis: de improuiſo nuptiæ,

*quantum dixerit, Properās, & percurro, vt continuationem curſus oſtenderet.* ¶ *Vbi te non inuenio.* } *Vbi, modò non eſt aduerbium loci, ſed temporis, pro poſtquā.* ¶ *Vbi te non inuenio, ibi.* } *A' ſummo ad imum diuiſiones, quibus dicta & facta continentur: ſub quorum genere ſunt ſpecies nunc dictorum, nunc factorum, cum conſideratione rerum perſonarúmque.* ¶ *Nuſquam.* } *Deeſt, vidi.* ¶ *Video Byrrhiā.* } *Deeſt ſeruum. & rectè. dixerat enim, Apud forum modò de Dauo audiui.* ¶ *Rogo. negat vidiſſe.* } *Mira breuitas, & imitāda.* ¶ *Paululum obſonij.* } *Hinc eſt quòd ait, Nimium parcè facere ſumptum.* ¶ *Ipſus triſtis de improuiſo nuptiæ.* } *Mirè, & moraliter. ex his enim quę facta non ſunt docet quid feciſſe deberet. & de improuiſo nuptiæ, pronuntiandum.* ¶ *Ego me cōtinuò.* } *Et bene continuò ad Chremem: vt ſi ab vtroq; hoc fieret, eſſet vera ſuſpicio Daui.* ¶ *Ego, me continuò.* } *Deeſt, duco. Conſuetudine dictum eſt, & ἐλλειπτικῶς.* ¶ *Egomet.* } *Vna pars orationis eſt* ¶ *Chremem.* } *Chremem, & Chremetem, vt Darē & Daretem.* ¶ *Solitudo ante oſtiū.* } *Signa ab his quæ ſunt, quæ non eſſe deceret.* ¶ *Iā id gaudeo.* } *Quaſi auerſum, & nō conſentientē Pamphilū, excitat ad gaudiū lętitia ſua.* ¶ *Iam id gaudeo.* } *Sic Virgi. Cum venit aulæis iam ſe regina ſuperbis.* ¶ *Rectè dicis, perge.* } *Vultu enuntiādum. Hoc dicit Pamphilus.* ¶ *Manes* } *Ne, At parum temporis fuiſti.* ¶ *Interea.* } *Temporis longi ſignificatio.* ¶ *Introire neminē.* } *A nō factis.* ¶ *Exire neminem.* } *Quid ſi intus erāt? ideo ait, exire neminē.* ¶ *Nihil ornati.* } ἀρχαϊσμὸς. *Sic Salu. Ergo Senati decreto ſeruiēdumne ſit.* ¶ *Signū.* } *Archaiſ. Propriè pro argumēto.* ¶ *Nō mos. videtur* } *A ſequētibus argumentum*

*Vbi.*
*Ego me.*
*Egomet.*
*Chremem.*
*Interea.*
*Ornati.*
*Signum.*

Non cohærent. P. quorſúmnam iſtuc? D. ego me continuò ad Chremem:
Cum illò aduenio, ſolitudo ante oſtium. iam id gaudeo.
C. Rectè dicis. perge. D. maneo. interea introire neminem
Video, exire neminem: matronam nullam: in ædibus
Nihil ornati, nihil tumulti: *acceſſi. intrò: aſpexi. P. ſcio.
Magnum ſignum. D. num videntur conuenire hæc nuptiis?
P. Non opinor Daue. D. opinor narras? non rectè accipis,
Certa res eſt. etiam puerum inde abiens conueni Chremis:
Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni.
C. Liberatus ſum Daue hodie tua opera. D. *at nullus quidem.
C. Quid ita? nempe huic prorſus illam non dat. D. ridiculum caput,
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illã vxorem ducere:
Niſi vides, niſi ſenis amicos oras, ambis. CH. Bene mones.
Ibo, etſi hercle ſæpe iam me ſpes fruſtrata eſt Vale.

mentum. ¶Non opinor.} Ille opinionem accommodat tantùm, hic multum tribuit cõiecturis. ¶Nõ opinor.} Quoniã argumenta ſunt, & coniecturæ, opinor dixit. Nam cõtra opinionẽ, certa res eſt. quæ autem opinamur, putamus: quæ putamus, incerta ſunt. ¶Opinor narras?} Bene à prima ad ſecundam perſonam. ¶Piſciculos minutos.} Sufficeret diminutiuè piſciculos dixiſſe. Quòd ſic minutos dixit, & pretium, obolo eſſe emptos: quæ eſt vltima nummorum ſignificatio. Sũt enim genera minutorum piſciũ quæ nõ magno veneãt. Hic ergo etiam ex pretio viliſsimos piſces ſignificauit. Et, quid ſi minutos, ſed omnibus? Seni dixit, vt obſonationis oſtenderet cauſam. ¶Olera & piſciculos.} Quod ſuprà generaliter, paululum obſoni: hic ſpecialiter dixit. ¶Chremi.} Sic Chremi, vt Vlyßi, & Achilli. ¶Etiam puerum.} Etiam pro pręterea. ¶In cœnam ſeni.} Mirè Seni, cuius eſt maior cura domi. ¶Nullus.} Pro, non: vt alibi, Nullus dixeris. ¶Quid ita?} Vna pars orationis. ¶Ridiculum caput.} Pro toto homine. nemo enim ore contempto, ex aliis membris hominẽ velit ſignificare. & eſt συνεκδοχὴ τρόπος. ¶Quaſi neceſſe ſit, ſi huic nõ det, te illam vxorem ducere.} Oſtendit ἐνθύμημα, vitioſum hoc eſſe in quo, altero ſublato, non neceſſariò alterum relinquatur. ¶Niſi vides.} Hoc laborat Dauus, quemadmodum Philumenam Charinus propriis laboribus promereatur vxórem. ¶Niſi vides.} Artificioſe Dauus Charinũ excitat, vt ſi fieri poßit, adiuuetur negotium Pamphili, dum ille ſibi prouidet. ¶Niſi vides.} Prouides. ¶Ambis.} Magnarum rerum deſiderium & appetitus, ambitio dicitur. Cõfirmata re à factis & à perſonis, deliberatiua naſcitur.

Opinari. Putare. Piſciculi minuti. Obolus. Chremi. Etiam, pro præterea. Nullus, pro non. Quid ita? Caput. Synecdoche. Enthymema. Videre, pro prouidere. Ambitio.

ADRIA. BARL. Boni quid porto.} Expone quid pro quantũ. ¶Vt metum in quo eſt.} Recto ordine prius metũ adimimus, quàm gaudium infundamus. Primò velluntur hærentia, deinde noua inſerũtur. ¶Ambo opportunè.} Ioãnes Pierius tractãs illud in quartũ georgicωn, Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambo, putat hoc loco, Ambo opportunè vos volo, ambo eſſe accuſandi caſum, & indiferenter veteres dixiſſe, ambo & ambos duo & duos. ¶Perij. interij.} Auxeſis eſt, plus eſt enim interij, quàm perij, ſiquidem qui perit, corpore tantùm, qui verò interit, tã animo quàm corpore extinguitur, quod perſpicuè demonſtrat Plautinus ille verſiculus. Qui per virtutem perit, non interit. Credimus id fieri per vim præpoſitionis inter, quæ ſæpe totum ſignificat, vt docent, interbibere, intercipere, interminari, & id genus alia. ¶Id paues, ne ducas tu illã.} Budæus in annotationibus, huiuſmodi eſt, inquit, locutio, vt vix dicere poßis affirmatiua nécne ſit. Animaduertere igitur debemus, quędam eſſe verba, quæ idem ſine negatione, & cum negatione polleant. vt vereor, timeo, metuo, caueo & ſi qua ſunt ſimilia, vereor ne veniat, vereor vt veniat, timeo ne moriatur, & timeo vt moriatur. caue facias, & caue ne facias. Vt enim ĩterdũ duæ negationes nõ plus quã vna pollẽt, vt ſi dicas, nunquam mihi nec obfuiſti nec profuiſti: ſic interdum vna negatio duarum inſtar eſt, duntaxat adiuuante vi verbi, vt Vereor nè exercitũ firmũ habere poßit. Cic. dixit, pro ne non poßit. id eſt: opinor eum exercitũ firmum nõ habiturũ. quod fortaßis ita reſoluitur, vereor vt ne habere poßit. quo modo loquẽdi Cic. ipſe vti ſolet: & eum video noſtræ, aut proximæ memoriæ clariſsimos ſcriptores ſequi. Hoc etiam per Vt particulã Cic. enuntiare ſolet, vt pro Quintio. Si veretur vt res iudicio facto parata ſit, id eſt, ne non ſit. ¶Iſtuc ipſum.} Apud veteres, c, interdũ tenet vicem, d, literæ. Brutus ad Ciceronem: Si iſtuc videro. ¶Paululum obſonij. Hoc referemus ad obſonium à Simone emptum, id quod ipſe quoq; Donatus ſentit. ¶Exire.} Argumentum à conſequentibus. ¶Chremi.} Probus grãmaticus, in es producta Gręca ſunt tertij inclinamẽti, chis vel tis facientia in caſu gignẽdi. Laches. etis. vel. is. Chremes. etis. vel is, Dares. etis. vel is. Donatus Chremi legendum cenſet ſicut Vlyßi. ¶Holera.} Mira extenuatio eſt. Vilẽ cibum qui minimè nuptiis conueniat. ¶Obolo.} Obolus facit monetæ Flãdrię. XXVIII mitas vt vulgo loquimur. ¶Ambis.} Ambire eſt in re ciuili prenſare omnes, & circumeundo id impetrare quod petitur. Eclipſis hîc eſt, deeſt enim, nihil efficies, vt ſit ordo, niſi vides, niſi ſenis amicos oras, & niſi ambis, nihil efficies, non continget vxor Philumena.

Perire. Interire. Inter, in cõpoſitione. * acceſſi introſpexi. * ac. C, pro D. Chremi. Ambire.

LATOMVS Argumentum. Deprehenſa nuptiarum ſimulationẽ cõfirmat Pamphilum Dauus. Eſtq; hoc loco initium Epitaſeos. Nam per inconſultam fiduciam, & Daui temeritatem, in maius periculum coniicitur Pamphilus. ¶Dij boni.} Vicem exordij habet hæc ſeruilis exultatio, qua habitus futuri

colloquij oſtenditur.⌈Daue perij.} Attẽde facetam & moratam interpellationem. ⌈Nihil pericli. }Propoſitio nuntij. ⌈Tuus pater modò.}Narratio ad coniecturam,& eſt longè venuſtiſsima,primò autẽ narrat errorẽ ſuũ de veris nuptiis, vt augeat expectationẽ,deinde falſarũ argumenta colligit. ⌈Redeunti interea.}Suſpiciones falſarũ nuptiarum ex pręcedentibus & adiunctis.⌈Ornati.}Vetuſtè.⌈Etiam puerũ} Aliud argumẽtum ex adiunctis.Et ferre in cœnã, ſubaudi ſe dicebat,eſt enim eclipſis.⌈Ridiculũ cap.}Reprehẽdit vitioſam argumentationẽ à falſa propoſitione.Nam falſa propoſitio eſt: neceſſe eſt aut Pamphilum ducere Philumenam, aut Charinum.Deinde adſumptio:Sed Pamphilus non ducet:ſequitur falſa complexio:Ergo Charinus ducet.

RIVII caſtigatio.

Et tu quid timeas ſcio.} Nos omiſimus verbum timeas, quod nec habent vetuſta exemplaria, & omittendum eſſe monuit Dona.præterea particulam certè,quę deſiderabatur in eo quod proximè antecedit, adiecimus ex Donato, cuius hæc ſunt verba:Et affirmans,inquit,iuſiurandũ, certè addidit.Bene certè,quaſi illud interij falſum ſit.Idẽ paulo pòſt Et quid tu,ſcio.Mira cõpendia, quę contrahit Poëta longitudine fabulæ,nec tamen perdit affectus perſonarum.Et tu quid,deeſt timeas.Hactenus Dona. cui quis dubitet de Terentianæ lectionis incolumitate maximè omniũ credẽdum? Legẽdum igitur:Mea quidem hercle certè in dubio vita eſt Da.& quid tu,ſcio.Nec autẽ mirabere,ſi hęc tria coniunxit certè,quidẽ hercle,cum in Eunucho idem:Certè tu quidẽ Pol multo hilarior,&c.Et in Phormione,Nã tua quidem hercle certè vita hęc expetẽda optãdáq; eſt.Iunxit hęc tria Plau. quoq; in Menæchmis, atq; item in Sticho.Vt autem Græci particulas quaſdã habẽt ſuperuacuas interdũ, quibus ornatus magis cauſa, quã ſignificationis aut neceſſitatis vtãtur: itidem & Latini,atq; inter hos maximè Comici noſtri Plau. & Ter.⌈Tuus pater modò me adprehẽdit.}Nos ex Donato, prehendit,Sic enim ille legendum admonet, aſtipulantibus antiquis exemplaribus.Prehendit,inquit,pro prendit, addita aſpiratione geminauit ſyllabã.Et prehendit dixit,quaſi vitantem ac fugientẽ.⌈Etiam puerũ inde abiens conueni Chremis}Nos ex Donato Chremi legẽdũ ſuſpicamur,qui adnotauit Chremi ſic dictum vt Vlyſsi,vt Achilli apud Virg. Probus in Catholicis nominum,Inueni,inquit,Chremi genitiuum.Et antiquæ eſt ratio declinationis,datiuo vti pro genitiuo,Infelicis Vlyſsi pro Vlyſsis, Achilli pro Achillis.Ita Probus.Vtrocunq; modo legas, conſtabit & ſenſus & carminis ratio.Exẽplaria partim Chremis habent, partim etiam Chremi,è quibus Venetum,Argentoratenſe,alia pleraque.⌈Ac nullus quidem.}Sic & manu ſcripta exemplaria habent.Cæterum Lugdunenſe & quædam alia:At nullus quidẽ.quod haud ſcio an rectius ſit.Nullus pro minimè accipitur hoc loco,quod & Priſc.adnotauit lib.XV.Eſt autem enallage partis.Sic in Hęcy.Si quęret me,vti tũ dicas.ſi nõ quæret,nullus dixeris,pro non dixeris.Eodem modo Cicero: Philotimus non modò nullus venit,ſed ne per literas quidẽ aut per nuntiũ certiorẽ fecit me,quid egerit.Idem III.Officiorũ:Quærit ex proximo vicino,nũ ferię quędã piſcatorum eſſẽt,quòd eos nullos videret,pro nuſquam vllũ:vbi perperã quidã legũt nullus,cũ ſecus habeãt ſpectatæ fidei codices.

Quidẽ hercle certe.

Particulæ ſuperuacuę

Chremi.

Nullus,pro Non.

Cicer. locus

Eiuſdem. annotatio.

Exponit Hęc Scena coniecturas Daui,quibus aſſecutum ſe ait,ſimulari à patre nuptias,nec vxorem Phamphilo daturum Chremetẽ:itaq; perſuadet,ut polliceatur patri Pamphilus,ſe in eius futurũ poteſtate,periculi eſſe nihil,quandoquidem ſimulentur nuptiæ.Atque hinc Daui aſtutiam calliditatémq; deprehendere licet.Nã & vbiq; idem à Terentio inducitur vafer,& veterator quiſpiam,& cõſiliis abũdans, & ſperãdi author pertinaciſsimus: vt cõtra Byrrhia nullius conſilij,& tantùm deſperationis ſemper author.Porrò videmus hîc planè,ne calidiſsimis quidem conſiliis ſemper reſpondere euentus:pater enim, qui per falſas nuptias veram obiurgandi filij cauſam quęrebat,ac pręterea omnino nihil: poſteaquam pręter ſpem,ac ſecus quàm putarat, filium ſibi obtemperaturũ,ducturúmq; quam vellet,audiuit: non iam ſimulat rẽ,ſed ſeriam fabulã orditur.Chremetem,vti Pamphilo gnatã det,orat:impetrat:maturat nuptias. de quo poſtea latius.⌈Vt metũ.}Niſi enim metus antè adimatur,non poteſt animus expleri gaudio: vt rectè in Prouerbiis dixerit Solomon,Dũ cor angitur,non capitur ſolatiis,quæ extrinſecus adhibentur.Vnde videlicet apparet,tyrannorum vitã, in qua perpetuus eſt metus,longè eſſe infeliciſsimam,& ab angore animi nunquã vacuam: id quod & Dionyſius ipſe oſtendit,gladio ſupra amici caput ſeta equina appenſo.Breuiter,metus vbi eſt,illic verũ,ſyncerúmq; gaudium eſſe nequit.⌈Niſi vides,niſi ſenis amicos oras,ambis.}Docet omnibus in rebus ſummam ſemper adhibendã eſſe diligentiam: vigilandum,neque ceſſandum vnquã:breuiter,ſedulò omnia facienda,ſi voti compos fieri voles.⌈Ibo:etſi hercle ſæpe iã me ſpes hæc fruſtrata eſt.}Non temere eſt deſiſtẽdum incepto,etiã ſi ſæpe nos ſpes fruſtrata fuerit:ſuccedet enim tandem aliquando quod conamur,ſi perſeuerauerimus: Oportet igitur, vt ille ait,rem ſæpius tentare, neque defatigari protinus,ſi quando parum ex animi ſententia ceciderit.

Metus. Gaudium.

DOLETI obſeruatio.

Vt metum adimam.}Metum alicui adimere elegans eſt pro metum abſtergere,depellere,vel metu liberare. De iſtiuſmodi autem modis loquendi ſuprà exempla protulimus. ⌈Expleam animũ gaudio.}Gaudium alicui afferre, gaudio aliquem afficere,perfundere,complere,locutiones ſunt latinis Scriptoribus multũ frequentes.Qui verò id recipit,dicitur gaudio efferri,exilire,exultare,triumphare,deſipere,vel gaudio cumulari . Vide exempla in primo Tomo noſtrorum Cõmenta.⌈Daue ades,reſiſte.}Reſiſtere propriè dicuntur iumenta,aut equi conſternati,vel aliàs pauentes, qui habenis pertrahuntur,identidẽ reſiſtẽtes. Tranſlatione autem varia eſt.Nam modò propius accedit ad propriã ſignificationẽ: vt hîc videre eſt: vbi ponitur pro gradũ ſiſtere, aut ambulare, & progredi deſinere.Interdũ magis tranſlatũ eſt:& accipitur pro ſeſe opponere,& cõtrauenire.Neq; verò ſolùm in bello hoſtibus reſiſtimus,ſed in re omni nobis aduerſantibus. At hęc ſignificatio ſatis quidẽ per ſe patet. Ego exẽpla proferam,quę hîc magis quadrẽt.Cic.pro Murena:Nihil eſt iã, vnde nos reficiamus,aut vbi lapſi reſiſtamus.Idẽ Tuſcu.V Reſiſtet extra fores,liménq; carceris.Cæſar de Bell.Ciuil.II. Illi itinere totius noctis confecto,ſubſequi nõ poterant, atq; alij alio loco reſiſtebant.⌈Mea quidem in dubio.}In dubio eſſe,pro in grauiſsimum periculum, & diſcrimẽ adductum eſſe hîc ponit Terent.Aliter verò poſuit ſuprà cum diceret Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur.Vbi metaphora vtitur,ducta à mole ponderis in ſtatera pẽdentis.Aliæ autem ſunt locutiones ex dubio manãtes, vt,in dubiũ vocare,pro reuocare: dubiũ facere alicuius animum vel rẽ:in dubiũ venire:dubiũ habere aliquid:ſine dubio.De quibus modis loquendi vide exẽpla in Primo Tomo noſtrorũ Commentariorũ.⌈Rem te.}Ad multa quadrat hoc

Reſiſtere.

In dubio eſſe.

Teneo, pro Intelligo.

verbum, vt antea quoq; ſcripſimus, tranſlatè vſurpatū. Elegans verò præcipuè eſt, cū ponitur pro ſcire, & intelligētiam habere. Cic. Famil. IX. Sic video Philoſophis placuiſſe iis, qui mihi ſoli videntur vim virtutis tenere. Idem pro Mure. Ille tenet, & ſcit, vt hoſtiū copiæ, tu, vt aquæ pluuię arceantur. ¶ Hoc me libera miſerum metu. ⁋ Metu liberare, pro metum abſtergere, venuſtū eſt. Cic. Famil. XI. Quod ſcribis, quod pro te ipſo non facias, id pro me facere, vt de me timeas aliquid, omni te, vir optime, mihiq; chariſſime Brute, de me metu libero. ¶ Mihi incidit ſuſpicio. ⁋ Simili locutione frequenter vtitur Teren. in Andria ipſa ſic: Quā iſtęc tibi incidit ſuſpicio? Itē in Adelph. Nam ſuſpicio de me incidit, neq; ea immeritò. Sic vides Latinum eſſe ſuſpicionē alicui incidere: & ſuſpicionē alicui incidere de aliquo, id eſt in ſuſpicionem alicui venire. Pro ſuſpicionē alicui incidere, dicit Cice. eleganter, aliquē ſuſpicione perculſum. Pro Cluent. Hac ſuſpicione ſum perculſus. ¶ De improuiſo. ⁋ Improuiſo, de improuiſo, vel ex improuiſo, id eſt nec opinato, vel ſubitò, & repentè. Cic. ad Att. XV. Etiam illud quid eſt, quod non pertimeſcendū ſit, cum hominē temperantē, ſummū medicū tantus improuiſo morbus oppreſſerit? Idē pro Roſc. Amer. Solēt hoc boni Imperatores facere, cū prælium cōmittunt, vt in eo loco, quo fugam hoſtiū fore arbitrentur, milites collocent: in quos, ſi qui ex acie fugerint, de improuiſo incidunt. Idem in Verr. Act. III. Tu ipſe ex Sicilienſi edicto hoc ſuſtuliſti: voluiſti, ex improuiſo ſi quæ res natæ eſſent, ex vrbano edicto ſo. decernere. ¶ Sæpe iam me ſpes hæc fruſtrata eſt. ⁋ Sic loquitur Caſſius ad Ciceronem ſcribens Familiarium XII. Vt ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet, conſcenderet in naues.

Metu liberare.
Suſpicio incidit mihi.
Suſpicione percelli.
Improuiſò.
De improuiſo.
Ex improuiſo.
Spes me fruſtrata eſt.

GLAREANVS.

Carmina ſunt omnia Trochaica Tetrametra Catalectica. ¶ Nuptiæ mihi. D. & id ſcio. P. hodie. D. obtundis. ⁋ In huius verſus loco ſecundo Creticus eſt, & Mihi monoſyllabon totū eliditur. In loco tertio Tribrachys eſt. ¶ Tuus pater modò me prehendit. ait tibi Vx. ⁋ Tuus monoſyllabū eſt authore Eraſmo, vt primo loco ſit Trochæus. Ego Amphibrachin puto; Tuus pa. poſtea dactylus, ter modò, Tertio rurſus Trochæus me pre. Quarto loco rurſus Dactylus, hendit a. Quinto loco rurſus Trochæus, it tib'. Ad finē ſpondeus cum Trochæo ad ſyllaba, vxo, rē da.re. Riuius ait verſum eſſe Hypermetrū, ac ita ſcandit, vt in penultimo loco dactylum faciat, quod inauditum eſt in hoc genere carminis, rem dare, cum ſyllaba deinde ſe, elidit à ſequēte verſu. Legit enim ſeſe. At D. Eraſmus ſemel Se legit, atque ita habet codex Aldi & plerique alii, idque nos ſequemur. In ſeptimo deinde verſu antepenultima in ſuſpicio, contra naturam producitur. Quod & Eraſmus & Riuius notarunt. Deinde rurſus in quinto verſu introire triſyllabon eſſe idem Eraſmus admonuit. Quanquam loco ſexto poteſt eſſe Amphibrachys.

Suſpicio, ſecunda producta.

DONATVS

QVid igitur ſibi volt pater? ⁋ Hæc ſcena deliberationem continet Daui & Pamphili. Et bene igitur. ſi enim falſę ſunt nuptiæ, quid cogitat? ſtomachoſe etiā hoc dixit Sibi volt. Virg. Quid vult concurſus ad amnē? ¶ Si id. ⁋ Id, ob id, propter id. ¶ Neque id iniuria. ⁋ Id eſt, vſq; adeò iniuſtus ſibi videbitur, vt ſe iniuſtitiæ ipſe cōdemnet. ¶ Perſpexerit. ⁋ Perſpicere, eſt ad plenum, & perfectum videre. ¶ Tum illæ turbæ. ⁋ Illæ, ad terrorem retulit. ¶ Quid vis patiar? ⁋ Hoc eſt, patiárne vxorē ducere? ¶ Pater eſt Pamphile. ⁋ Hoc vultuoſe pronuntiādum eſt. & mirè pater dixit: vt ipſo nomine videatur habere authoritatem: & veluti dormitantem & oblitum poteſtatis paternæ, his rebus excitat. ¶ Quid vis patiar? ⁋ Sūt quicquid vis, pro, quicquid euenerit, intelligant: quia dixerat, Adeòn' me ignauum putas? Alii pronuntiant, vt ſit ſenſus. Quid me vis facere? an vt hoc patiar, vxorem mihi dari? ¶ Pater eſt. ⁋ A' neceſſario argumentum. ¶ Difficile eſt. ⁋ Hoc eſt reſiſtere, contradicere. Pamphilo difficile, pernicioſum Glycerio. ¶ Sola autē. ⁋ Sine defenſoribus propriis. & ſola, & mulier dixit. ¶ Sola ⁋ Sine auxilio, ac per hoc deſerta. ¶ Difficile eſt. ⁋ ἀποσιώπησις cum vultu. Deeſt reſiſtere. ¶ Dictum ac factū. ⁋ Prouerbium celeritatis, id eſt citò. ¶ Inuenerit. ⁋ Pro inueniet. Coniunctiuo modo pro indicatiuo vſus eſt, & eſt honeſta locutio. ¶ Quā obrē eiiciat. ⁋ Callidè ad eius periculum ſe cōuertit, cui plus amator timet, quàm ſibi. ideo vincitur ſtatim. Apparet autē Dauū maleſuadere, qui tum caueat Pāphilo, cū maximè formidat ſenē. ¶ Oppido ⁋ Ex ciuitate. ¶ Eiiciat. ⁋ Miratur & ſtupet. ¶ Citò ⁋ Illo admirāte, hic etiā confirmauit, addidit & tempus celeritatis. ¶ Cedò. ⁋ Singularis tantum numeri eſt: cætera etiam pluralis, vt ſalue ſaluete. ¶ Dic te ducturū. ⁋ Pronuntia, dic: quaſi rem facilē, & nullius præiudicii. ¶ Dic te. ⁋ Hoc eſt quod ab initio nitebatur. ¶ Egóne dicā? ⁋ τὸ Ego, ἔμφασιν habet: hoc eſt, vel quē non oporteat dicere, vel quem nō conueniat fallere, atq; mentiri. ¶ Cur non? ⁋ Non interrogat, ſed facilitatē rei oſtēdit. ¶ Nūquā. ⁋ Plus habet negationis, q̄ nō. ¶ Ex ea re ⁋ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως. ¶ Vt ab illa. ⁋ Mitè hāc cū pnomine ſignificat, dicēs ab illa. Illi nec ſexū ſeruauit, ne vxor eſſe videatur. Et ex ferarū trāſlatione concludar dixit. vt alibi, Cōcluſā hic habeo vxorē ſæuā.

Quid vult.
Id, pro ob id.
Perſpicere.
Solut.
Apoſiopeſis.
Dictum ac factum.
Coniunctiuus pro indicatiuo.
Oppidum.
Citò.
Cedò.
Ego emphaſin habet.
Cur non?
Nunquā.
Ecbaſis.
Concludor.

## ACTVS II. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

SVadet Pamphilo atque etiā perſuadet Dauus, vt patri dicat vxorem ſe ducturum.

*Trochaici Tetrametri Catalectici, & Iambici tum Senarii tum Octonarii.*

PAMPHILVS, DAVVS.

QVid igitur ſibi volt pater? cur ſimulat? D. ego dicam tibi.
Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes,

Ipſus ſibi eſſe iniurius videatur, neque id iniuria,
Prius, quàm tuum animum vt ſeſe habeat ad nuptias, perſpexerit.
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet,
Tum illæ turbæ fient. P. quid? vis patiar? D. pater eſt Pamphile.
Difficile eſt. tum hæc ſola eſt mulier: dictum ac factum, inuenerit
Aliquam cauſam, quamobrem eiiciat oppido. P. eiiciat? D. citò.
P. Cedò igitur, quid faciam Daue? D. dic te ducturum. P. hem. D quid eſt?
P. Egóne dicam? D. cur non? P. nunquam faciam. D. ne nega.
P. Suadere noli. D. ex ea re quid fiat, vide.
P. Vt ab illa excludar, *hac concludar. D. nō ita eſt.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem.
Ducas volo hodie vxorem: tu, Ducam, inquies.
Cedò, quid iurgabit tecū? hîc reddes omnia,
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta vt fient,
Sine omni periculo. nam hocce haud dubium eſt, quin Chremes
Tibi nō det gnatā. nec tu ea cauſa, minueris
Hæc quæ facis, ne is mutet ſuam ſentētiam.
Patri dic velle: vt, cum velit, tibi iure iraſci non queat.
Nam quod tu *ſperes, propulſabo facilè: vxorem his moribus
Dabit nemo. inueniet inopem potius, quàm te corrumpi ſinat.
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligētem feceris.
*Aliam otioſus quæret. interea aliquid acciderit boni.
P. Ita credis? D. haud dubium id quidem eſt.
P. vide quò me inducas. D. quin taces?
P. Dicam. puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe *ab illa, cautio eſt:
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. D. ô fa-

[Vt ab illa excludar.] ἐν ὑποκρίσει Nā aliud infert atque intelligit Dauum dicere. [Nempe hoc ſic eſſe.] Coniectura, atque diuinatio an hoc, an illud venturum ſit. [Nempe hoc ſic eſſe opinor.] Ab imitatione (μίμησις enim dicitur) deducitur.

Mimeſis.

Cedo.

[Nempe hoc.] A poſſibili. [Cedò.] Cedò ſingulariter tantùm: cætera pluraliter.

Hîc, aduerbium temporis.

[Hîc reddes omnia.] Hîc aduerbium loci non eſt, ſed aduerbium temporis. vt Virgilius, Hîc annis grauis atque animi maturus Alethes.

Reddere.

[Reddes.] Facies, reſtitues. [Cedò quid iurgabit?] Ab vtili. [Incerta vt fient.] Hic eſt euentus. [Sine omni periculo.] Hoc eſt, ſine ducenda Philumena. [Nec tu ea cauſa, minueris.] Hoc eſt quod ſuprà, Id mutauit, quoniam me immutatum videt. [Nec tu ea cauſa.] Quia promiſeris te eſſe ducturum. [Ne is] Chremes ſcilicet. [Ne is mutet ſuam ſententiam.] Ad conſilium redit, & coniungit euentum. [Patri dic velle, vt cum velit, tibi iure iraſci nō queat] Scilicet ne ſecurus quòd nō ſit Chremes daturus filiam ſuam, parui faciat iram patris, & neget vxorem ducere, vt pote fretus neminem alium ſibi commiſſurū coniugem. [Nā quod tu ſperes.] Sunt qui pro ſperes, timeas habeant. vt ſit, Nam quòd tu timeas. ſcilicet aliam daturū. [Propulſabo.] Hoc eſt cauſam inanem eſſe monſtrabo. id eſt oſtendam nihilominus te eſſe ducturum aliam vxorem, etiam ſi hanc non duxeris. [Propulſabo.] Eleganter pro eo quod eſt repellā. [His moribus.] Deeſt aliquid vt ſit, his moribus agenti, aut his moribus prædito. [Vxorem his moribus dabit nemo.] Ne, At alterā quæret. [Inueniet inopem.] ὑποφορὰ εὔσοχος. [Negligētem feceris.] Hoc eſt etiam in paratis nuptiis. [Aliam

*Huc

*Timeas.

Propulſare

*Alia:

His moribus.

*ex

otioſus.] Ex otio, hoc eſt ſecurus. [Interea aliquid boni acciderit.] Scilicet ne. At quærendo inueniet. [Interea aliquid.] Mortem patris adoleſcenti in delicto pro bono ſeruus oſtentat. [Acciderit.] Et ad cauſam refertur: & certè quia mortem patris bonum denūtiat. [Acciderit.] Nota acciderit etiā pro bono, & ab hoc, & apud veteres frequentatum. [Haud dubium.] Plus intulit, quàm eſt interrogatus. [Inducas.] In eadem tranſlatione permāſit, quia ſuprà dixit, Huc concludar. Bona οἰκονομία, vt mox iuſtè Dauo ſuccenſeat Pamphilus. [Quin taces?] Cur nō ſecurus es? ſignificat. nā nūc tacere, ſecurum eſſe ſignificat: vt in Adelph. Tace, egomet cōueniam Pamphilum. Et ideo ille, vt conſentire dicenti, Quin taces, videretur: ait, Dicā. vt ſcias illum, non ſilentium, ſed ſecuritatē imperaſſe. [Quin taces?] Correptio eſt ſilentium præcipientis, de eo duntaxat, ne timeat de nuptiis. id eſt, eſto ſecurus. nam tacere, ſecuri eſt. [Puerum autem.] Videtur hoc illi contrarium eſſe, quod dixit, Quicquid periſſet, decreuerunt tollere. Sic ergo ſoluitur, Quod ibi ſeruus cum ſtomacho dixit, hîc tantùm Pamphilum verecundè locutū accipimus. [Puerum autē ne reſciſcat] Aut diuinat: aut puerū pro quolibet ſexu, ſobolē hoc eſt fœtum: vt, Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere, vt Greci pueros παῖδας, Home. Πρίαμος Πριαμοιό τε παῖδες. & Horatius, Dicam & Alciden, puerósq; Ledæ. [Cautio eſt.] Cautione opus eſt, hoc eſt cauēdum eſt. [Nam pollicitus ſum.] Promiſſio, & pollicitatio eandem vim habēt: ſed Pollicitatio, maioris aſſeuerationis eſt. [Hāc fidem.] Ordo eſt, vt hanc fidem ſibi darem, me obſecrauit, qui ſe ſciret nō deſerturum.

Otioſus.

Accidere.

Oeconomia

Tacere.

Quin.

Puer.

Cautio eſt.

Promiſſio.

Pollicitatio

cinus audax. P. hanc fidem
Sibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum, vt darem.
D. Curabitur: ſed pater adeſt, caue te eſſe triſtem ſentiat.

*Curabitur.* rum.¶Curabitur.} Non curabo, ſed imperſonaliter, cū difficultate: quod quaſi arduū eſſet, & graue oſtendit.

ADRIA. BARL.

Ipſus ſibi eſſe iniurius videatur} Refer ſibi ad videatur, & ſubaudi ad vocem iniurius datiuū tibi. ¶Culpam in te transferet.} Cōſilium ſerui, quo Pamphilus inſciens in periculū conücitur.

*Culpam transferre in aliquem.* ¶Culpā in te trāſferet.} Tranſlatio criminis dupliciter ſit. aut enim cauſa, aut factū transfertur. Cauſa transfertur, cum aliena vi & poteſtate factum eſte dicitur. Budæus Valerium citat de cauſa quam Dolabella ad Areopagitas reiecit. Verba Valerij ſunt. Ille trāſferendo quæſtionem, hi differendo, damnandi atque abſoluendi inexplicabilem cunctationem vitabāt. ¶Tum illa turbæ fient.}

*Turba.* Valla ſexto libro, capite 61. Videntur, inquit, Vlpianus & Labeo ſentire turbā ſuapte natura ſignificare multitudinē, ideóq; turbā in altero ſenſu eſſe perturbationē multitudinis. Ego verò potius primū & naturalem puto ſenſum eſſe pro perturbatione, quod docet verbum ex ea ſignificatione ductū, turbo. bas. perturbo. bas. deturbo, diſturbo. Turbæ ergo fient inter Simonem & te, in quē omnis culpa transferetur. ¶Quid vis patiar.} Id eſt, omnia citius patiar quā hoc dicā, ex quo Pāphili dicto ſequitur à neceſſario argumentū, pater eſt pamphile, difficile eſt rei reſiſtere & contradicere, etiam hæc mulier, quam amas, ſola eſt, proprios defenſores nō habet, ſola eſt ſine auxilio, ac per hoc deſerta. ¶Dictum ac factū.} Donatus indicat eſſe prouerbiū celeritatis. ¶Eiiciat.} Callidè hoc Dauus. Nā huic plus timet amator quàm ſibi. ¶Egóne dicam.} Magna eſt emphaſis in hoc pronomine. Quē minimè oporteat dicere, quem non conueniat eam fallere, cui ſemel fidem dederim. ¶Cur nō.} Non interrogat, ſed facilitatē rei oſtendit. ¶Nunquā faciam.} Nunquā plus negat quàm non. ¶Ne nega.} Confutatio eſt.

*Mimeſis.* ¶Ducas volo vxorem hodie.} μίμησις eſt, morū effictio. ¶Hic reddes omnia.} A tuto argumentū eſt. Oſtēdit ſine periculo dicturum patri ſe velle vxorem ducere. ¶Aliquid acciderit boni.} Patris mortē in delicto adoleſcentis, ſeruus tanquā optandam proponit.

*Spero, pro Timeo. Acyron. Tacere.* ¶Quod tu Speras.} Times, ἄκυρον eſt, Latinè improprietas, cum dictio minimè propriæ ſignificationis orationi, ceu nubes inducitur. ¶Quin tace.} Correptio eſt ſilentium præcipientis. Sypontinus, Tacere propriè eſt, inquit, ſilere. interdum tamen ponitur pro eo, quod eſt quieſcere, & ſecurum eſſe. ¶Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe.}

*Natus, pro conceptus.* Nondum eſt natus puer, ſed conceptus tantum in vtero. Natum cenſetur etiam id quod quocunque modo cœpit eſſe. ſic & in Euangelio. Quod enim in ea natū, pro conceptum. ¶Cautio eſt.} Cauendum eſt, vel cautione opus eſt. ¶Curabitur: ſed pater adeſt.} Imperſonaliter tanquam & arduum & graue.

LATOMVS

Argumentum.} Hæc ſcena continuatur ad ſuperiorem ſummota Charini perſona, & eſt conſultatio Daui & Pamphili, qua imprudens in periculum conücitur Pamphilus. ¶Quid igitur ſibi volt pater.} Exponit cauſam ſimulationis, & eadem opera præmollit aditum ad propoſitionem conſilij, terrendo adoleſcentem à difficultate & periculo, qui locus haud dubiè eſt inſinuationis. ¶Dic te ducturum.} Propoſitio. ¶Vt ab illa exclud.} Faceta occupatio, qua propoſitum in diuerſum torquetur, & eſt tranſlatū à feris, quæ caueis includūtur. ¶Nempe hoc ſit.} Confirmatio conſilij à tuto & vtili, quam mox ſequitur occupatio aduerſus metū periculi. ¶Patri dic velle.} Repetitio intentionis. ¶Nam quod ſperas.} Speras pro times abuſiuè, & eſt repetitio occupationis.

*Spero, pro Timeo.* ¶Sed ſi te æquo animo.} Antitheſis ducta ex occupatione, & totum de parte loquitur. ¶Vide quò inducas.} Oeconomica ad augendam futuram perturbationem, ex conſilio Daui.

PETRVS MARS.

Dij boni, boni quid porto &c.} Dexteritatē ſeruilis ingenij, & aliquod veſtigium prudentiæ, quæ futura ſignis quibuſdam prouidet, hæc ſcena deſcribit: & doloſam iactantiam, & animum ad circumueniendos dominos natura propenſum, vt difficile ſit cauere. Idcirco prouerbium erat apud antiquos, totidem nobis eſſe hoſtes, quot ſeruos. Plato libro ſexto de Legibus, ait: Nihil in animo ſeruiente integrum eſſe, nec quicquam ſeruorū generi eſſe credendum. Quod ſapiētiſſimus poëtarum teſtatur nobis, cum de Ioue ſic loquitur: Dimidium mētis Iupiter illis aufert qui ſeruitutis ſorti ſubiecti ſunt. Amantiū inſuper affectus exprimitur, qui libidinis caligine obducti, cōſilio ſerui doloſi reguntur, quod vel maximè dedecet. Prudentis proprium eſt, inquit Seneca, examinare conſilia, & non citò facili credulitate ad falſa prolabi. Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur: præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nā qui nihil de præterito cogitat, perdit vitam: qui nihil de futuro meditatur, in omnia incautus incidit.

*Obſonium. Ambire. Ambitio. Ambitus.* ¶Hem. paululum obſonij &c.} Obſonium eſt, quicquid comeditur, præter panem & vinum. ¶Ambis.} Ambire in re ciuili eſt prenſare aliquos, & circumeundo id impetrare quod petitur. Et ambitionem appellamus cupiditatem honoris. Et lex ambitus eos punit, qui ambitu & prenſatione, largitionibúſque magiſtratus occupant. Plautus in Amphitryone ait: Virtute ambire oportet, non fautoribus. ¶Si te æquo animo &c.} Seneca: Non amare parentes, impietas eſt: non agnoſcere, inſania. Et nunquam beneficio vincitur, cuius beneficio eſt ipſum quod vincit.

RIVII caſtigatio.

Vt ab illa excludar, hac cōcludar.} Interpres legiſſe videtur: huc concludar, cuius verba ſunt: Vt ab illa excludar, huc ab illa. Mirè, inquit, hanc cum pronomine ſignificat, dicens ab illa. Illi nec ſexum ſeruauit, ne vxor eſſe videatur. Et ex ferarum tranſlatione cōcludar dixit, vt alibi: Concluſam hîc habeo vxorē ſæuam. Thomas Linacer, hac concludar legit quarto libro De ſtructura emendata Latini ſermonis. ¶Nam quod tu ſperas propulſabo facilè.} Eſt in quibuſdam ſperes modo ſubiunctiuo, aut verius potentiali, quomodo etiam Donatum legiſſe, coniectura quadam ducor ad ſuſpicandum. Id quod magis hîc præoccupationi, vel, vt Fabius vocat, præſumptioni, qua vtitur Dauos, conuenire videtur.

*Spero, pro Timeo.* Poſuit autem Comicus ſperare per acyrologiam pro timere: quomodo Græci ſuum ἐλπίζειν vſurpāt, cuius Priſcianus etiam meminit libro decimooctauo: Sic Virgilius: Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem, pro timere. ¶Puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa.} Manuſcriptum exemplar habet ex illa: cum quo facit ex impreſſis Venetum & Lugdunenſe, & quod annos ante viginti nouem Argentorati excuſum eſt. Præterea illud ex biblio-

*theca dominorum ab Haſſenſtein.*

EIVSDEM *annotatio.* *Spes nunquam abiicienda.*

*Ex ea re quid fiat, vide.§ Spectandus ſemper eſt finis & rei exitus, nihílque temerè, incõſideratò, negligentérque agendum. ¶Interea aliquid acciderit boni.§ Idem eſt cum ſuperiori illo, Interea fiet aliquid, ſpero. Quo monemur, ne in afflictißimis quidem rebus abiiciendam eſſe ſpem fortunæ melioris. Ouidius:*

*Hæc Dea, cùm fugerent ſceleratas numina terras,*
*In diis inuiſa ſola remanſit humo:*
*Hæc facit, vt videat cum terras vndique nullas*
*Naufragus in mediis brachia iactet aquis:*
*Hæc facit, vt viuat foſſor quoque compede vinctus,*
*Liberáque à ferro crura futura putet.*
*Sæpe aliquem ſolers medicorum cura reliquit,*
*Nec ſpes huic vena deficiente cadit.*
*Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,*
*Atque aliquis pendens in cruce vota facit.*
*Hæc Dea quàm multos laqueo ſua colla ligantes*
*Non eſt propoſita paſſa perire nece!*

*Fides ſeruanda.*

*—¶Hanc fidem Sibi me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum, vt darem.§ Ergo quando fidem dedit Pamphilus, vult quoad fieri poteſt, inuiolatam eam ſeruare: id quod viri eſt probi, atque integri. Docemur hîc itaq; fidem datam non temerè eſſe violandam, quantum in nobis eſt: nam neceßitati, iuxta prouerbium, ne Dij quidem reſiſtunt. Niſi præſtiterit non ſeruare: quod quando, quóve modo fieri debeat, in Officiis, ni fallor, docet Cicero libro primo.*

DOLETI *obſeruatio.* *Quid ſibi vult?* *Id ſuccenſeo.*

*Quid igitur ſibi vult pater?§ Pro quid in me parat? quid molitur? Vel, quid à me expetit? ¶Si id ſuccenſeat nunc.§ Annotauimus ſuprà ſimilem ferè locutionẽ, cum dicit Terentius: Id operam do. Vbi ſuperuacanea eſſe videtur hæc dictio, id. Ea eſt tamen Latinæ linguæ phraſis. Sic etiam hîc redundare videtur: niſi fortè exponas, pro eam ob rem, vel propter id. Veruntamen ſi adimatur, nihilominus erit ſenſus perfectus. ¶Priuſquam tuum animum, vt ſe habeat ad nuptias, perſpexerit.§ Pro, priuſquam perſpexerit, quo modo ſis animatus ad nuptias.*

*Habere ſe ad aliquid, pro animatum eſſe.*

*Habere autem ſe ad aliquid, pro animatum eſſe, non inuenuſtum eſt, licet nouum videri poßit. Peruenuſtũ verò eſt, cum ad corpus refertur: & tunc ſenſum ſumit ab aduerbiorum adiunctione, vt ſit bene, vel bellè habere ſe, idem quod bona valetudine eſſe. Et malè habere, vel grauiter habere ſe, idem quod infirma, & ægra valetudine eſſe. Neque ſolùm corpus humanum bene, vel malè habere ſe dicitur, ſed res etiam aliæ: vt Cælius Familiarium octauo: Quo modo regnum illud ſeſe habeat, quis procuret, diligenter mihi præſcribas. Id eſt, quis ſtatus ſit illius regni.*

*Habere ſe, varium habet vſum.*

*Adde verò, hominem etiam dici bene, vel malè ſe habere, non relato ſignificato ad corporis conſtitutionem, ſed ad rerum conditionem, & ſtatum. Vt ſi dicas: Imperatoris Hiſpani copiæ nunc ſe malè habent, à Gallia tam turpiter repulſæ, & partim fugiendo conciſæ: partim fame, & rerũ omnium inopia attritæ. Primum huius exempli membrum, atque interpunctum, non ad corporis habitũ referes, valetudinem ſcilicet, vel inualetudinẽ: ſed ad bellicarum virium & ſtatus imminutionem. Huius igitur locutionis varietatem tenes. Iam exempla dabo. In bonam partem. Suſpensè hoc loquendi modo vtuntur aliquando Latini: vt apud Ciceronem Familiarium decimoſexto. Tuis literis nihilo ſum factus certior, quo modo te haberes: ſed tamen ſum recreatus. Certiorem ſignificationem habent exempla ſequentia: inclinant enim in ſuam quæq; partem videlicet bene, vel bellè in bonam: Malè verò, vel grauiter habere, in malam. Cicero Familiarium decimoſexto: Is etſi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere, tamen, quòd negauit te potuiſſe ad me ſcribere curam mihi attulit. Idem ad Quintum fratrem: Plura ad te vacuo animo ſcribam, cum, vt ſpero, ſe Cicero meus bellè habebit. Idem ad Atticum ſecundo: Bene habemus nos. Idem ad Atticum duodecimo: Vt in malis, rectè habebam. Idem in Verrem Actione quarta: Omnino præclarè te habes, cum is ordo, atque id genus hominum tibi eſt inimicißimum. In malam partem. Cicero ad Atticum quinto: Cum ego me non bellè haberem. Idem ad Atticum ſexto: Videbatur ſe nõ grauiter habere Plancus. Cicero Familiarium nono: Fratrem meum aßiduis laboribus, concurſationibúſque confectum grauiter ſe habuiſſe antea tibi ſcripſi. Pro habere ſe dicunt ſæpe Latini eſſe alicui, vel apud aliquem rectè, bene, incommodè, malè. Eſtque idem: Patri, vel apud patrem bene eſt: ac ſi dicas: Pater bene ſe habet. vel, Patris res bene ſe habẽt. Etenim vt habere ſe non ſemper ad corporis habitudinẽ pertinet, ſed de rebus aliis etiam dicitur: ita cum dicimus alicui rectè eſſe, vel apud aliquem, intelligimus vel corporis valetudinem, vel ipſum rerum ſtatum. Bene, vel rectè. Cicero Familiarium decimoſexto: Volebã ad te Marionem remittere, quem, cum meliuſculè tibi eſſet, ad me mitteres. Ibidem: Spero ex tuis literis tibi melius eſſe. Idem ad Atticum primo: Apud matrem rectè eſt. Ibidem: Apud te eſt, vt volumus. Idem: De Attica pergratum mihi feciſti, quòd curaſti, vt antè ſcirem ei rectè eſſe, quàm non bellè fuiſſe. Malè, vel incommodè. Cicero ad Atticum ſexto: Ille & tibi, & ſibi viſum, & ita ſe domi ex tuis audiſſe, vt nihil eſſet incõmodè, reſpondit. ¶Culpam in te transferet.§ In hunc quoque modum loquitur Cicero ad Quintum fratrem: Atticæ meæ, inquit, velim ita me excuſes, vt omnem culpam in me transferas.*

*Culpã in aliquẽ trãſferre, cõferre, deriuare, cõiicere.*

*Pro culpam in me transferre dicunt eleganter etiam Latini culpam conferre, deriuare, vel coniicere in aliquem. Cicero ad Atticum octauo: Omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert. Idem in Verrem Actione quarta: Quid eſt, quòd tu alios accuſes? quid eſt, quamobrem putes, te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe? Cæſar de bello Gallico quarto: In petenda pace, eius rei culpã in multitudinem coniecerunt.*

*Turbas facere, efficere, commouere.*

*¶Tum ille turbæ fient.§ Turbas facere, efficere, commouére, vel concitare, pulchræ ſunt locutiones, pro grauẽ contentionem excitare. Cicero in Verrem, Actione ſeptima: Huc Tettia illa perducta per dolum atque inſidias à Rhodio tibicine, maximas in iſtius caſtris effeciſſe turbas dicitur. Cælius Cicer. Familiarium octauo: Ecquando tu hominem ineptiorem, quàm tuum Cn. Pompeium, vidiſti, qui tantas turbas commorit?*

*Iurgare.*

*¶Quid iurgabit tecum?§ Iurgo ex iure, & ago compoſitũ eſt, vt tradunt Grammatici. Eſt igitur iurgare, quaſi de iure agere, & contendere: & præcipuam elegantiam habet, cum admittit inter, vel cum: vt ſit iurgare inter ſe, vel cum aliquo. Terentius in Andria: Cum Dauo egomet vidi iurgantẽ ancillam. Cicero de Republica: Si iurgant beneuolorum contentio, nõ lis inimicorum iurgium dicitur. Ibidem: Iurgare igitur lex putat inter ſe vicinos, non litigare. Hæc ex Nonio Marcello.*

*Sentẽtiam mutare.*

*¶Ne is mutet ſuam ſententiam.§ Sic loquitur Cicero ad Atticum. libro octauo: Totiéſne igitur ſententiam mutas?*

*mutas? Ibidē. Simul & elicere cupio ſententiā tuam: ſi manet, vt firmior ſim: ſin mutata eſt, vt tibi aſſentiar. Pro ſententiā mutare dicit ſæpe Cicero de ſentētia decedere: à ſentētia diſcedere, vel de ſentētia deſiſtere.* ¶ *Si te equo animo ferre accipiet.* ❳ *Ferre variè à Latinis accipitur: vt in variis noſtrorum Commentariorum locis docemus. Sed pro pati, vel tolerare nō elegātia certa caret. In quo verbo tū ineſt ſplendidior quædam venuſtas cum vel ablatiuos, vel aduerbia aſſumit: & id in vtranque partem: cum laude ſcilicet, vel vitio. Cum laude. Vt ferre aliquid toleranter, ſapienter, moderatè, fortiter, leniſſimè, æquo animo, placatè, remiſſè, fortiſſimo & maximo animo, lætè, firmo animo, humaniter, lentè, bellè, fronte & vultu bellis, clementer, nō abiectè, patienter, modicè, modeſtè, mediocriter, humaniter, leuiter, facilè. Cum vitio. Vt ferre aliquid moleſtè, grauiter, iniquo animo, ægrè, immoderatè, acerbè. De quibus omnibus locutionibus, vide Ciceronis exempla in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum.*

*Fero, pro patior.*

GLAREANVS.

*Huius Scenæ decem prima carmina ſunt Trochaica Tetrametra Catalectica, vt præcedentis ſcenæ. Sequentia deinde nouē ſenaria Iambica. Vltima decem quadrata Iambica Acatalectica.* ¶ *Ipſus ſibi eſſe iniurius videatur.* ❳ *In ipſus eliditur s inquit Eraſmus. Itaque primo loco erit Dactylus. In ſequente autē verſu Prius monoſyllabum eſt, & tuum monoſyllabum, quod totum ſcandendo eliditur, niſi ſe, pro ſeſe, legas. Poſſunt & duo Bacchij initio eſſe. In Decimo ab initio ſcenæ verſu, haud dubiè verum eſt id quod Eraſmus admonet, duas deeſſe ſyllabas. Itaque legendum, faciam Daue. quoniam ſequens perſona lectorem decepit, vt putarit idem nomen Daue bis poſitum. Et hoc quidem feliciter eruit.* ¶ *Sine omni periculo, nam hocce haud dubium eſt quin Chremes.* ❳ *At hîc non eadem felicitate indicauit, Omni, inquit, ſupereſt. Mihi quidem non videtur. Nam, ſi Omni tollas, vel carmē defectum erit vna ſyllaba, vel ſecundo loco erit Trochæus, quem pedē Iambicum carmē nullo pacto admittit. Periculum enim, ri, longam habet & cu breuem. Ouidius, Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Quanquam quidam exiſtimant Terentiū ri, nonnunquam in periculum corripuiſſe, licentia qua in quartæ ac ſecundæ coniugationis verbis, ac inde deriuatis vti ſolet, Abi, redi, caue, vide, iube, & v etiam ante l. eliſiſſe, quod in nominibus in lum ei oppidò familiare eſt. At ego exiſtimo Creticum eſſe ſecundo loco, & i longum, ſed cum eliſione u, vocalis breuis: quare carmen ita legendum: Sine omni periculo. nam hocce haud dubiū eſt, quin Chremes. Vt primo loco ſit Iambus, Secundo, vt diximus, Creticus, Tertio ſpondeus. Quarto rurſus Dactylus. Quinto rurſus ſpondeus; & ſexto rurſus Iambus. In proximo deinde verſu, vel Bacchius eſt quarto loco, vel ſpondeus eſt, vt in ea ſit vna ſyllaba. Rurſus in ſequente vel, Facis ne is, abiecta s, litera de facis, pro Anapæſto erit. vel ſuam monoſyllabum accipe, vel creticus erit loco quarto abſque eliſione s, in facis.* ¶ *Dabit nemo, inueniet inopem potius, quàm te cor. ſinat.* ❳ *V, eliditur in verbo inueniet, inquit Eraſmus, & potius diſſyllabum eſt. Mirè hîc lapſus eſt. Neutro enim modo ita pones in numerū, vt ſit iuſtum Quadratū Iambicum, ſemper enim ſyllaba abundabit. Tu tolle quàm, quod nec carmen patitur, nec ſenſus. De Chremete enim loquitur, non illi curæ fore Pamphili ſalutem, ac illum potius filiam inopi daturum, quàm ei, qui in meretricio ſit occupatus amore. Continuò autem de patre ſubnectit, illum ex promiſſione filij negligentem futurum. Hæc pluribus verbis dici neceſſe erat ei, qui pertinacibus perſuadere quid velit. At ego nil moror quenquam. Mentem meam breuibus explicui. lector quod velit ſequatur, per me licebit. Tertio deinde, vide, Pyrrhichium eſſe idem Eraſmus admonuit, Sed & vltimo verſu, Pyrrhichius eſt. Quanquam Bacchius vtroque in loco productionem ſeruare poteſt.*

DONATVS

REVISO. ❳ *Hæc ſcena nodum iniicit erroris fabulæ, & periculum comicum. Facit etiam executionem conſiliorum.* ¶ *Reuiſo quid agāt, aut quid captent conſilij.* ❳ *Quid agant: auribus opus eſt. πρὸς τὸ quid captent conſilij, prudentia, & ſagacitate. & quod ſuprà dixit, non pœnituit idem repetere. Obſerues filiū quid agat, quid cōſilij cum illo captet. Quod enim prudenter dictum fuerit, non piget repetere. Actio tamē ex his tribus conſiſtit, cogitatione, dicendo, gerendo.* ¶ *Reuiſo?* ❳ *Redeo vt videā.* ¶ *Quid agant.* ❳ *Quid reſpondeant, quid dicant.* ¶ *Hic nunc nō dubitat.* ❳ *Non dixit, ſenex, aut pater: ſed Hic, cū odio, quoniam animo aduerſo loquitur.* ¶ *Ex ſolo loco.* ❳ *Solo, deſerto, vbi meditari facilius poſſit. Et orationem dixit, quòd quaſi ad plenum cogitari potuiſſet, quippe meditatus, ex ſolo loco. Menāder:* εὑρετικὴν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες. ¶ *Venit meditatus alicunde.* ❳ *Terror obiurgaturi patris, hortatio eſt ad promittēdum Pamphilo quod iubetur.* ¶ *Qua differat.* ❳ *Diſturbet, & in diuerſum ferat. Virgilius, Atq; arida differt Nubila. Et in Adelphis, Miſeram me, differor doloribus. hoc eſt in diuerſum rapit, diſſipat.* ¶ *Apud te vt ſies.* ❳ *Non, ne timeat, cauet Dauus: ſed ne amore à conſilio ſuo alienetur Pamphilus.* ¶ *Apud te ſies.* ❳ *Præparatus ſis. Cui cōtrarium eſt, Non ſum apud me.* ¶ *Modò vt poſſim.* ❳ *Vt, prò ne non.* ¶ *Modò vt poſſim.* ❳ *A poſſibili, poſſim apud me eſſe.* ¶ *Nunquā hodie.* ❳ *Ab vtili euentu. Nunquam, plus aſſeuerationis habet, quàm non. vt Virgilius, Nunquā omnes hodie moriemur inulti.* ¶ *Commutaturum patrem.* ❳ *Iurgium habiturū. verba.*

*Reuiſo.* *Agere.* *Hic.* *Solus locus* *Oratio.* *Differre.* *Apud ſe eſſe.* *Vt, pro nē non.* *Nunquam.* *Cōmutare.*

## ACTVS II. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

HAec ſcena conſiliorum exequutionem habet. Monet Pamphilum Dauus, apud patrem ne titubet, ſed animo præſenti loquatur.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena cõtinetur erroris fabulæ nodus, & periculum comitum, atq; exequutio conſiliorum.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Dauus adhuc Pamphilum, vt dicat patri ſe ducturum vxorem, hortatur.

*Trimetri, Iambici.*

SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

*Reuiſo quid agãt, aut quid captent * conſilij.*
*D. Hic nunc nõ dubitat, quin te ducturũ neges.*
*Venit meditatus alicunde ex ſolo loco:*
*Orationem ſperat inueniſſe ſe,*
*Qua differat te. proin tu face, apud te vt ſies.*
*P. Modò vt poſſim. D. crede mihi hoc inquam Pamphile,*
*Nunquam hodie tecum commutaturum patrem*
*Vnum eſſe verbum, ſi te dices ducere.*

*hoc eſt enim verba mutare. [Commutaturũ verbum.] Altercaturum. Sic in Phormione, Non commutabis verba inter nos hodie, hoc eſt, dabis atque accipies, id eſt iurgabis. Ego puto commutare verba, hoc eſſe, pro bonis dictis mala ingerere: hoc eſt iracundia in maledicta compelli.*

ADRIA. BARL. *Hic nunc non Dubitat.] Non dicit ſenex aut pater, ſed hic, cum odio. [Quin te ducturũ neges.] Adrianus Cardinalis deducturũ legit, & deducere, inquit, ſignificat interdum comitari, vel domum perducere, ſed multi codices ducturum habẽt, & fieri potuit vt inter ſcribendum ille Terentij Comœdias ad manum non haberet. [Ex ſolo loco.] Id eſt deſerto vbi meditari facilius poſſis, nulla enim libera meditatio habetur in frequentia, cœtúque multorum. Vulgi clamor, vrbani tumultus mentẽ conturbãt, nec vlla in re conquieſcere ipſam pro voto ſinunt. [Differat te.] Differat poſuit pro diſturbet, & in diuerſum rapiat. [Nunquam hodie commutaturum tecum eſſe verbum.] Ab vtili eſt argumentum.*

** conſili*

*Solus locus*

LATOMVS *Argumentum. Exit in proſcœnium tentaturus Pamphilum ſenex, & Pamphilus à Dauo confirmatur. Non ſeruit autem niſi congreſſui perſonarum. [Qua differat te.] Differat id eſt, perturbet & incertum reddat, quaſi dicas, in diuerſum ferat. [Hodie commutaturum.] Commutaturum, id eſt, altercaturum.*

*Differre.*

PETRVS MARS. *Reuiſo quid agant, aut quid captent &c.] [Senis cura de filio, & ſerui calliditas, atque adoleſcentis ingenuitas, ac patris præſentiam verentis titubatio deſcribitur hac ſcena. [Crede mihi hoc inquam Pamphile.] Quaſi rem penitus exploratam haberet, affirmat ſic fore Dauus, hoc ſibi perſuadens ingenito acumine. Seneca tamen ita præcipit: De dubiis non definias, ſed ſuſpenſam tene ſententiã. Nihil inexpertum affirmes.*

RIVII annotatio. *Primum patris de filio cura: deinde ſerui calliditas & animus virilis, ac præſens: poſtremò Pamphili patris præſentiam verentis pudor, metúſq; hac Scena exprimitur. [Reuiſo, quid agant, aut quid captent conſilij.] Vide hîc vigilantiam ſedulitatémque patris obſeruantis filium ac ſeruum. [Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.] Nam ſeceſſus ab hominibus, & ſilentium multa cogitãti ſuggerit: propterea Demoſthenes ſe in locum, ex quo nulla exaudiri vox, nihílq; proſpici poſſet, recõdebat. quemadmodum teſtatur libro decimo Fab. Quintilianus.*

*Solus locus*

DOLETI obſeruatio. *Tu face, apud te vt ſies.] Id eſt, fac, præſenti animo, ac ſine vlla perturbationis ſignificatione, patri tuo reſpondeas. Sic apud ſe eſſe, & extra ſe eſſe, cõtrarij ſunt ſignificati. Nã apud ſe eſſe animi cõſtantiam deſignat. Extra ſe eſſe, perturbatæ mẽtis, & emotæ ſpeciẽ quandam habet. [Nunquam hodie tecum commutaturũ patrem vuum eſſe verbum.] Hîc Donatus Commutaturum verbũ, id eſt, altercaturum. ſicut in Phormione: Vt eſt ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos. Id eſt, dabis atque accipies, & irrogabis. Ego verò puto commutare verba, hîc eſſe pro bonis dictis mala ingerere: id eſt, iracundia in maledicta compelli.*

*Apud ſe eſſe.*

*Extra ſe eſſe.*

GLAREANVS. *Huius Scenæ verſus omnes ſunt trimetri Iambici acatalectici. Ergo in ſexto verſu vocatiuus Daue locum non habet, poſt verbum poſſim, quem aliquis inſeruit, vt ſuperiori ſcena omiſſus eſt. Carmen itaque ſic legendum, Modò vt poſſim. D. crede mihi hoc inquam Pamphile. atque hæc quinque vltima verba peruerſo quidam codices ordine poſuerant.*

DONATVS HERVS me relictis rebus.} Vide quàm mirè, cum omnes consulto consilio sibi agere videantur, tamen omnes rerum exitu inopinato ludificatur & Simo, & Dauus, & Pamphilus, & Charinus, & ipse Byrrhia. ¶ Herus me relictis.} Ad hoc venit Byrrhia, vt in petro, pro extorqueo. Postulo, iustè volo. Petimus enim preca- Peto. riò: Poscimus imperiosè: Postulamus iure, Impetro, pro cum Posco. impetrem. ¶ Vxore excidit.} Cadere ſpe dicuntur, qui leua- Impetro. ti animo, à summo ad inferiora labuntur. Vxore, hoc est ma- Cadere ſpe. trimonio ac nuptiis. ¶ Sum verus?} Id est, veridicus: vt fal- Vxor. sus, pro falsidicus. ¶ Vxore excidit.} Quod Græci dicunt Verus. ἐξέπεσεν, καὶ ἀπέτυχεν. Falsus.

errorē conciliet Charinū: & in hac scena quatuor personæ sine implicatione intellectus loquuntur. ¶ Herus me relictis rebus.} Imponitur manus rebus, cum perficitur id quod cœperit. vt Virgilius, Imponit regina manū. Relinquūtur verò res, cum imperfectæ relinquuntur. Item Virgilius, Atque opere in medio defixa reliquit aratra. ¶ Hodie obseruare.} Obseruatio duplex est, vel captionis, vel obsequij. ¶ Relictis rebus me.} Adeò præposuit hoc negotij rebus omnibus. ¶ Id propterea.} Necesse est aut alterum esse superuacuum, aut propterea pòst accipiendum. ¶ Hoc agam.} In gestu est: nam est figura corporis obseruantis quid agatur. ¶ Vtrunque.} & Dauum, & Pamphilum. ¶ Quasi de improuiso respice.} Interest eius qui repente aspexerit: nam videbitur nihil dolosè locuturus, vt: Magnam respexit ad vrbē. ¶ De improuiso.} Scilicet, ne meditata intelligat eum habuisse cōsilia. ¶ Hodie, &c. Volo.} Nolo & volo nimis imperiosa & superba dictio est. vt alibi, Pisces cæteros purga dromo: Congrum istū maximum in aqua sinito ludere paulisper. vbi ego venero, exossabitur, Prius nolo. ¶ Vsquam erit in me mora.} Recusantis est magis, quàm non volentis, consensio ea segnis, ac tepida, si penitus cōsideres. ¶ Hem.} Perculsus hoc dicto Byrrhia, interiectione magis, quàm verbo exclamauit. ¶ Quid dixit?} Nota hîc Byrrhiæ personam quartam, sed nō admistam. ¶ Cum istuc, quod postulo, impetro.} Nimis obsequenter locutus est pater. Et postulo, pro iubeo: & Im-

Imponere manum rebus. Relinquere res. Obseruare. Id propterea. De improuiso respicere. Nolo. Volo. Hem. Postulo.

## ACTVS II. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

PAmphilum Byrrhia obseruat, idem Pamphilus patri respondet se facturum quæ volet ille omnia. Charino eadem renuntiat Byrrhia.

ARG. PAVL. MALLEO.

HÆc scena habet quemadmodum Pamphilum Byrrhia obseruet, exinde eiusdem Pamphili cōsensum ad nuptias: tandem Byrrhia re intellecta, Charinum mœrore conficit. Hîc quatuor personæ sine intellectus confusione loquuntur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac scena Pamphilus Daui consilio obsequuturus, se vxorem ducturum patri promittit. Ac liberorum esse, parentibus obsecundare, ostenditur.

*Senarij, vt superiores.*

BYRRHIA, SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

*HErus me, relictis rebus,*
*iussit Pamphilum*
*Hodie obseruare, vt, quid*
*ageret de nuptiis,*
*Scirem. id propterea nūc*
*hūc* **venientē sequor.*
*Ipsum adeò præsto video cū Dauo. hoc agā.*
*S. Vtrunque adesse video. D. hem serua.*
*S. Pamphile.*
*D. Quasi de improuiso respice ad eum. P.*
*hem pater.*
*D. Probè. S. hodie vxorē ducas, vt dixi, volo.*
*B. Nunc nostræ parti timeo, quid hic respondeat.*
*P. Neque istic, neque alibi tibi vsquam erit*

¶ Nullàne in re esse homini cuiquam fidem?} Non in nullis terris, sed neq; in terris, neque in persona. vt Virgilius, Nusquam tuta fides. cū in in amore fracta esset ab eo, Quem subiisse humeris confectum ætate parentē. Alibi Terētius: Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, verere ei verba credere: vbi quid mihi lucri esset? ¶ Illud verbum.} Id est prouerbiū pro sententia. & sic veteres verbum pro sententia. ¶ Omnes sibi melius.} Sic alibi, Proximus sum egomet mihi. ¶ Ego illam vidi.} Hîc corrigitur à poëta quod per iracundiam dixit Pamphilus, Aliquid monstri alunt. ¶ Memini videre.} Aut memor sum me vidisse. Aut memini videre, hoc est, intelligo, scio. Aut memini quòd viderim. Memini videre, pro vidisse. Enni. Memini me tum fieri paudum. Alibi sic, Memini videre, nō probare. ¶ Forma bona.} Distinguitur. ¶ Quo æquior.} Hoc est quare æquior Pamphilo, beneuolentior, nō iratus, vel minus iniquus. ¶ Insomnis.} Per noctē ait Virgil. Libra dies, somniq; pares vbi fecerit horas. Plautus: Miris modis ludos faciūt hominibus, mirisq; exemplis omnia in somnis. ¶ Quàm illū.} Dicit nunc quod vulgò dicitur, cum illa manere, cum illa dormire. Alij, insomnis, vigilans: sed melius, per noctem.

Verbū, pro sententia. Memini videre. Quo. Æquus. Insomnis. *huc Insomnis.

*Herus me.*} Hîc quatuor personas educit Terentius, quæ tametsi loquuntur omnes, sic tamen loquuntur, vt procul absit intellectus confusio. Non peccat igitur contra illud Horatij præceptum in arte poëtica: Nec ADRIA. BARL.

in me mora. B. hem.
D. Obmutuit. B. quid dixit? S. facis, vt te decet,
Cum iſtuc, quod poſtulo, impetro cum gratia.
D. Sum verus? B. herus, quantum audio, vxore excidit.
S. I iam nunc intrò, ne in mora, cum opus ſit, ſies.
P. Eo. B. nullàne in re eſſe homini cuiquam fidem?
Verum illud verbũ eſt, volgo quod dici ſolet,
OMNES SIBI melius malle eſſe, quàm alteri.
Ego illam vidi virginem. forma bona
Memini videre. quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis, quàm illum amplecti maluit.
Renuntiabo, vt pro hoc malo, mihi dẽt malũ.

*quarta loqui perſona laboret. Perſona enim Byrrhiæ cum hîc loquitur, aliis non admiſcetur.* ¶ *Herus me relictis.* } *Imponitur, inquit Donatus, manus rebus, cum perficitur id quod cœperit. Vt Virgilius imponit regina manum. Relinquuntur verò res, cũ imperfectæ manent. Item Virgilius: Atq; opere in medio defixa reliquit aratra.* ¶ Nunc hũc venientem ſequor. } *Veniẽs, pro iens.* *Veniẽtẽ pro euntem dixiſſe videtur, non enim ſequimur venientes ſed euntes, vel abeuntes à nobis. Venientibus autem obuiam imus.* ¶ *Hoc agam.* } *Geſtus eſt obſeruantis quid agatur.* ¶ Neque iſtic neque alibi tibi vſquam erit in me mora. } *Vaſrum Pamphili reſponſum.* Donatus dicit re*cuſantis magis, quàm volentis eſſe conſenſionem, eámq; ſegnem ac tepidam.* ¶ *Omnes ſibi melius malle.* } Non *multo pòſt eandem hanc ſententiam ad perſonam Terẽtius detorquet. Heus proximus ſum egomet mihi. Terentij dictum Euripides extulit in Medea* ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ, *id eſt, quòd quiſque ſemet plus amico diligit. Vel ſic, Quòd quiſque ſe plus atque amicum diligit. Rurſus in Græcarum ſententiarum collectaneis* φιλεῖ δὲ ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα. *id eſt, nemo ſeipſo diligit quenquam magis.* ¶ *Omnes ſibi melius malle.* } *Eraſmus primo de copia commentario. Omnes ſibi malunt eſſe rectè quàm aliis: Sibi quiſq; vult eſſe rectè potius quàm aliis. Idẽ pollent,* Nemo *non malit ſibi eſſe rectè quàm aliis. Singuli ſibi malint eſſe bene quàm aliis. Hactenus idem pollent. Vniuerſi ſibi malunt eſſe rectè quàm aliis, ineptè diceretur, propterea quòd vniuerſi peculiarem vim habeat.* ¶ *Memini videre.* } *Sic & Cicero: Hoc me memini dicere. Sic & Gellius, Memini legere me in libro Ariſtonis. Plinius, Ita certè ex Quintiliano præceptore meo audire memini. Latini dicunt, Memini videre, & memini vidiſſe, etiam ſi id negent quidam, quorum parco nominibus, qui putant vitioſe dici, memini me vidiſſe. Sed hos errare doceamus oportet exẽplis.* *Memini videre, & vidiſſe.* *Virgilius quarto Georgicon, Memini me turribus altis, Qua piger humectat flauentia culta Galeſus, Corycium vidiſſe ſenem. Item Perſius,* Nec *in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo Memini. Seruius in ſecundum Aeneidos dicit, hæc verba, odi, noui, cœpi, memini, ad omnia tempora quæ inueniuntur, & ſuo & aliorum fungi officio. Et præteritũ memini hoc loco præſens ſignificat.* ¶ *Quo æquior ſum Pamphilo.* } *Aequior, id eſt minus infenſus & iratus. Sic Horatius Vitijs iniquum dixit, pro iratum & indignantem.* *Aequus. Iniquus.* ¶ *Si illam in ſomnis.* } *id eſt per noctem.*

LATOMVS. *Argumentum. Tentat animum filij Simo, & Byrrhia Charini vice perturbatur.* ¶ *Herus me relictis.* } *Docetur ſpectator quid agat hic Byrrhia, quod in alijs quoque principijs interdum eſt obſeruandum.* ¶ *Hem. D. Obmutuit.* } *Hem.* *Hem, dolentis ſubitò & perculſi.* ¶ *Quid dixit.* } *Interrogatio indignãtis, et ſecum hoc totũ loquitur Byrrhia.* ¶ *Quo æquior.* } *Ironia eſt.*

PETRVS MARS. *Herus me relictis rebus &c.* } *Venerea face ardẽtem iuuenem, quanuis nobilem ac generoſum, & appetitus imperio parũ vel nihil propter conſilij imbecillitatem, ac libidinis æſtus repugnãtem, hæc ſcena notat: qui vrgente voluptate, blãda quidem domina, rem domeſticã negligit, & maximè id curat ad quod ætatis feruor, & cupiditas rationi non obtemperans, eum trahit, ſuis malis non multũ repugnãtem, ſed potius illis gaudentẽ. Amoris quippe facibus nonnulli fruuntur. Hæc omnia prudentiã non adeſſe oſtendũt, qua præſente, ac regnante, id homo videt, agítque, quod ſuæ excellentiæ conſentaneum eſt. Qui prudens eſt, inquit Seneca, non dicit,* Non *putaui quidem hæc fieri: quia non dubitat, ſed ſpectat: nec ſuſpicatur, ſed cauet. Plato loquẽs de voluptate in eo Dialogo, qui Philebus de hominis bono inſcribitur, ſic ait: Voluptas maximè omnium temeraria. Fertur enim de Venereis affectibus, qui maximi putantur, quòd peierãtibus illis dij penitus ignoſcunt, quaſi pueri quidam ſint, nullius intelligentiæ compotes.* ¶ *Facis vt te decet &c.* } *Quoniam filius debet parêre patri, ac ipſum venerari.* *Filius quid patri debeat.* *Plato in quarto de legibus, ſic ait: Putare quiſque debet, omnia quæ poſſidet, eorũ eſſe, qui genuerunt & educarunt, ita vt illis hæc omnia pro viribus miniſtrare debeat: primùm quidem externa bona: deinde etiã corporis: poſtremùm quæ ad animum pertinent in verbis. quoniam etiam per totam vitam parentes venerari maximè decet. Oportet itaque iratis, animúmq; explentibus cedere, ſeu verbis, ſiue rebus id faciant, non ignorantes patrem iure admodum filio valde ſuccenſere, ſi quando ab eo iniuriam ſibi fieri arbitretur.*

RIVII castigatio. *Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. Pam. hem pater.* } *In manu ſcripto erat: Ehem pater, & vtrunque ſanè rectè, niſi quòd priore frequentius vtitur, cum ſimpliciter alicui reſpondentem ſignificare vult.* *Ehem & Hem particularum vſus.* *velut in Phormione. An. Geta. Ge. hem. An. quid egiſti? Ge. emunxi argento ſenes. Poſteriore, cum repentè & de improuiſo reſpicientem, aut vidiſſe aliquid diſſimulantem, aut denique commotum & quaſi perculſum re ſubita & noua. Velut in Eunucho: Ehem túne eras mi Phædria? Hîc ſimulat meretrix nõ præuidiſſe adoleſcentem, Rurſus ibidem: Quis homo eſt? ehem, ſaluum te aduenire here gaudeo: Hîc non vult Parmeno videri præuidiſſe venientem herum, ne quid fallaciæ paraſſe putetur. In Adelphis: Ehem Demea, haud aſpexeram te. Sic bonæ fidei exẽplaria: licet Donati editiones ſecus habeant, haud ſcio an mendoſe. In Hecyra: Ehem Parmeno tún' hîc eras?*

eras? Hic, vt Donatus ait, interiectio eſt eius, quæ commota ſit noua re. In Phormione: Quis homo eſt? ehem, Hîc ſeruus fingit non vidiſſe ſe ſenem, quo ea, quæ dixit, ſedulò atque ex animo dixiſſe credatur. Sic aliàs ferè vtitur Terentius, licet multis in locis iſta confuderint librarij, vix vt reſtituere in integrum poſsis. [Herus quantum audio,

*Excidere vxore.*

ab vxore excidit.] Manuſcriptus codex non habet præpoſitionem illam ab, neque Donat. addit. Videtur ab aliquo locum explicare volente adiecta, atque inde tandem in contextum irrepſiſſe, incuria, vt fit, librariorum.

*EIVSDEM annotatio.*

Hîc cum ſibi videantur omnes conſultiſsimè agere, ſecus tamen omnia, ac putarant, eueniunt: & inopinatus rerum exitus mirè omnes ludificatur.

—[Hoc agam.] Occurrat hæc Byrrhiæ vox famulis, quoties aliud agunt, quàm quod iuſsi ſunt agere. Cogitent ſecum, hoc agam: hoc inquam, vnum agam, quod iuſſus ſum relictis rebus omnibus: ſi mòdò ſuo fungi officio volent. hoc eſt ſi fideles, ac bonæ frugi ſerui eſſe ſtudeant: quod Petrus monuit Epiſtola prima. Miſſus es aliquo? occurit, qui remoretur? cogita, Hoc agam, quod iuſsit herus: nec te patiare diutius remorari: abrumpe omnes remoras, neque aliud, ac iuſſus es, agito. At nunc contrà plerunque fit, vt alia ferè agamus, quàm quæ debemus. Plautus in Pſeudulo de ſeruis improbis, ac nequam, ita, inquit: Vos eſtis perditi, negligentes, ingenio improbo. Officium veſtrum vt vos malo cogatis commonerier: hoc vide ſis, vt alias res agunt: hoc agite, huc animum aduortite: Huc adhibite aures, quæ ego loquar. —[Facis vt te decet, Cum iſthuc, quod poſtulo, impetro cum gratia.] Debet enim filius obedire patri, ídque diuino etiam præcepto, non naturæ tantùm lege. —[Nulláne in re eſſe homini cuiquam fidem?] Nuſquam tuta fides, &: Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur. Proinde ne cuiuis temere fidem habeas: imò verò nulli prorſus niſi cuius tibi explorata ſatis perſpectáque ſit fides, hoc eſt, qui ſpectatæ, ſynceræque fidei ſit homo. [Omnes ſibi melius eſſe malle, quàm alteri.] Veriſsima planè ſententia, qua indicat Terent. quid vulgò fieri ſoleat, nō quid iure fieri debeat: nam Chriſtiana lex id exigit, vt proximo æquè bene velimus, ac nobis ipſis.

## DOLETI OBSERVATIONES.

*Præſto eſſe*

Ipſum adeò præſto video.] Præſto variè à Latinis accipitur. Aliquando præſto eſſe ſignificat opem ferre. Cicero Familiarium ſexto: De me ſic velim iudices, quantum ego poſsim, me tibi, ſaluti tuæ, liberiſque tuis, ſummo cum ſtudio præſto ſemper futurum. Aliquando ſignificat præſentem eſſe, vel adeſſe: & totum ad corpus pertinet: quod ſecus in alio loquendi modo eſt: vt, apud Ciceronem pro Sylla: Si officia mea, ſi operæ, ſi vigiliæ deſeruiunt amicis, & præſto ſunt omnibus, & cæt. Verùm antè dicta non repetam. Tu per te in hac locutione obſerua quandam ineſſe opportunitatis ſignificationem, & celeritatem ſeſe offerendi. Cicero Familiarium tertio: Brunduſium cum veniſſem, Q. Fabius legatus tuus mihi præſto fuit. Idem Cicer. Familiarium decimoquarto: De naui exeuntibus nobis Achaſtus cum literis præſto fuit. Idem: Tu velim ad vrbem mihi præſto ſis. Aliquando ponitur pro parato eſſe. Cicero in Piſonem: Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt. Aliquando idem eſt, quod aduenire. Cicero ad Herennium: Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt.

[Neque iſthic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora.] Moram eſſe in aliquo, quin aliquid fiat: vel aliquem eſſe in mora, idem eſt. De quo nonnihil ſuprà attingimus. Poſtremo autem loquendi genere mox Terentius vtetur, his verbis: I iam nunc intrò, ne in mora, cum opus ſit, ſies.

*Moram eſſe in aliquo.*

Præterea obſerua, eleganter dici moram eſſe alicui, prò tardare. Terētius in Adelphis: Ceſſo ire intrò, ne mora meis nuptiis egomet ſiem. [Herus, quantum audio, vxore excidit.] Id eſt, iam ſpem abiicere debet de ducenda Philumena: quam ſe ducturum Pamphilus Patri aſſentitur. Noua verò eſt, & elegans locutio: & hîc ponitur excidere pro priuari. [Ego illam vidi virginē: forma bona memini videre: quo æquior ſum Pamphilo.] Aequus interdum eſt pro integro, & iuſtitiæ dedito. Interdum verò pro expreſsius fauente, vel ſuffragante. In qua ſignificatione ſolet nonnunquā datiuo iungi: nōnunquam etiam abſolutè poni. Cicero Famil. ſecundo: Quare ſi iniquus es in me iudex, condēnabo eodem ego te crimine: ſin me id facere nolles, te mihi æquum præbere debebis. Hîc vides, quòd huic dictioni ferè à Latinis verbum tribuitur: ſcilicet præbere nimirum vt ſit æquum ſe præbere alicui. Idem Cicero Familiarium quinto: A te peto, vt tu quoque æquum te iudicem dolori meo præbeas. Qui autem aliquem in ſe æquum nanciſcitur, eo æquo dicitur vti. Cicero in Verrem, Actione ſeptima: Vide quàm me ſis vſurus æquo. [Vt pro hoc malo mihi det malum.] Malum alicui dare eo modo dicitur, quo damnum dare. Pro malum autem dare, dicunt etiam Latini malum inurere. Cicero Philipp. ſecunda: Ex plurimis malis, quæ ab illo reipublicæ ſunt inuſta, hoc tantùm boni eſt, quòd didicit iam Populus Romanus, quantum cuique crederet: quibus ſe committeret: & à quibus caueret. Dicit idem Cicero malis onerare, vrgere, opprimere.

*Excidere vxore.*

*Aequus.*

*Aequū ſe alicui præbere.*

*Aequo aliquo vti.*

*Malū dare vel inurere*

## GLAREANVS.

Huius ſcenæ carmina, vt præcedentis ac ſequentis, ſunt trimetra Iambica. In Herus ſtatim ab initio s eliditur, vt ſit primo loco anapæſtus, niſi quis bacchium malit. [Quaſi de improuiſo reſpice ad eū. P. Ehem pater.] Quia in Quaſi frequentior eſt correptio vltimæ quàm productio, puto primo loco eſſe anapæſtum, & Ehem legendum biſyllabum, vt rectè annotauit Riuius. Eſt enim Ehem de improuiſo, hem verò ſimpliciter reſpondentis. Cuius differētiæ multa ex hoc authore exempla idem ſatis appoſitè adducit. [Neq; iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora.] S, eliditur in iſtic, inquit Eraſmus. Quod mihi non videtur. Siquidem carmen rectè legas, vt alibi, præcedat Tibi, & vltima in eo ſit correpta ſyllaba, vt eſt in primitiuo. Atq; ita habet codex Aldi, & alij plerique.

*Quaſi.*

*Ehem. Hem.*

DONATVS

HIC nunc me credit.} Hæc ſcena dolos cõtinet vtriuſque perſonæ, quibus vtraque capit, & capitur miro modo. ⁋Hic nunc me credit aliquã ſibi fallaciam.} Dauus ita videtur loqui, vt nullus ſpectator audiat: ſed hoc ait, vt velit audiri à ſene.

*Gratia, pro cauſa.*

⁋Gratia.} Gratia veteres pro cauſa ponebant. ⁋Quid Dauus narrat.} Videtur illi blandius locutus eſſe. ⁋Aequè quicquã nũc quidem.} Bene, nunc quidẽ ſimiliter nunc nihil, vt paulo antè, cum dixit, Id populus curat ſcilicet.

*Aequè qcquam nũc quidem.*
*Hem.*

⁋Aequè quicquam nunc quidem.} Hoc eſt, nihil. ⁋Nihílne? hem.} Hem interiectio eſt irati aduerſum cum qui neget ſe aliquid locutum eſſe. ſimul quid ſit Aequè quicquam nũc quidem, ſenex explicat, cum ait, Nihil?

*Euphemiſmos.*

Et eſt εὐφημισμὸς antiquorum pro Nihil. ⁋Nihil prorſus.} Id eſt neque prorſus.

*Nihil prorſus.*

Nihil prorſus dicitur, in quo nulla eſt ambiguitas, & eſt confirmatio negantis.

*Expecto.*
*Spero.*
*Præter.*

⁋Atqui expectabam quidem.} Expectamus tam bona, quàm mala: Speramus bona. ⁋Preter ſpem euenit.} Præter, pro contra: vt, Præter ætatem tuam.

*Ironia.*
*Vir.*

⁋Hoc malè habet virum.} εἰρωνικῶς virum dixit defeſſum ſenẽ. modò enim virum ioculariter dixit. ⁋Virum.} Ad vituperationem cum ironia. ad laudem verò ſine ironia.

*Potiſne.*
*Potis.*

⁋Potin' es verum.} Integrum, potiſnè, id eſt potes. Virgilius, nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo. & deeſt illi es. Eſt enim nomen potis: & facit, potis potior potiſſimus.

*Quippiã.*

⁋Num illi moleſtæ quippiam.} Quippiam, ſignificationem minimæ rei habet. ⁋Propter huiuſce hoſpitę conſuetudinẽ.} Hæc omnia pronominibus bene mollita ſunt. etenim atrocia ſunt, ſi cum ſuis nominibus nuda ponantur. Et huiuſce hoſpitæ, non meretricis: & conſuetudinẽ, non amorẽ dixit. ita omnia extenuat, vt Dauus audeat cõfiteri. ⁋Aut ſi adeò, bidui eſt, aut tridui.} Bene, aut ſi adeò: ne ſi omnino negaret, Cui igitur triſtis eſt ille? diceret. ⁋Solicitudo.} Propter turbationem.

*Noſtin'?*
*Reputo.*
*Puto.*
*Via.*

⁋Noſtin'?} In ſignificationem multorum, quæ compẽdio facimus, Noſtin' dicimus. ⁋Recta reputauit via.} Reputauit, retractauit: quia putare, purgare eſt. vnde & arbores, & vites putare dicimus. ⁋Via.} Conſilio, ratione. ⁋Laudo.} Senex inducitur, & credit. ⁋Dum licitũ eſt.} Deeſt, per te: hoc eſt, dum tu permiſiſti. Et mirè hîc vtitur verbis ſenis. ipſe enim ſuprà dixit, Dum tẽpus ad eam rẽ tulit, ſiui animũ vt expleret ſuum.

*Fero.*
*Licitum.*
*Placitum.*
*Puditum.*

⁋Dúmq; ætas tulit.} Dum eſſet ætas immatura nuptiis. Tulit, duo ſignificat: attulit, & abſtulit: paſſus eſt, & pertulit. ⁋Dũ licitũ eſt ei.} Sic veteres & placitũ, & puditum dicebant: quæ nos placuit, puduit. ⁋Tum id clàm.} Bene clàm, quia nunc liquidò apparet Pamphilũ voluntatem, propoſitúmq; mutaſſe. ⁋Cauit ne vnquã infamiæ ſibi eſſet.} Mirè vtitur ſenis verbis. ipſe enim ſuprà dixerat, Dum tẽpus ad eam tulit, ſui, animum vt expleret ſuum. ⁋Nunc vxore opus eſt.} Quaſi denuntiatio eſt quædã neceſſitatis ſeni impoſitę.

*Appello.*

Et bene Appulit, quaſi ab iactatione fluctuũ, & marini æſtus. has enim tẽpeſtates habet amor. Et ſic dixit, Ad vxorẽ animũ appulit, vt ſuprà, Animũ ad ſcribendũ appulit.

*Sub.*
*Subtriſtis.*

⁋Subtriſtis viſus eſt.} Sub temperamentũ eſt plenæ pronũtiationis: vt ſubtriſtis, ſubridet, nõ ad plenũ triſtis aut ridet: vt cõfeſſionem eliceret. ⁋Subtriſtis viſus eſt aliquantulũ mihi.} Mirè ſeruatũ eſt in adoleſcẽte libero, τὸ πρέπον: & in amatore τὸ πιθανόν. Nam & honeſto iuueni non congruebat verſipellis vultus: & in amatore abſurdum fuerat, ingenuum celare triſtitiam. Itaque nec ad plenum triſtis fuit: quia dixit celãda res erat: nec gaudium fuerat, quia ingenium & amoris neceſſitas in triſtitiam retrahebat. ⁋Sed eſt quod ſuccenſeat tibi?} Quod

## ACTVS II. SCENA VI.



ARG. ADR. BARL.

IN hac ſcena Dauus Simonem, & Dauum Simo fallit. quæ res non iniucunda eſt.

ARG. PAVL. MALLEO.

HÆC ſcena dolos continet vtriuſque perſonæ, Dauii, & Simonis, quibus vterque miro modo & fallit, & fallitur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Dauus admodum aſtutè Simonem ludificatur.

*Senarii.*

DAVVS, SIMO.

HIC nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hîc reſtitiſſe gratia.
S. Quid Dauus narrat? D. æquè quidquam nunc quidem.
S. Nihílne? hem. D. nihil prorſus. S. atqui expectabam quidem.
D. Præter ſpem euenit: ſentio: hoc malè habet virum.
S. Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.
S. Num illi moleſtæ quidpiã hæ ſunt nuptiæ,
Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem?
D. Nihil hercle. aut ſi adeò, bidui, aut tridui eſt.

Hæc* ſolicitudo: noſtin'? deinde deſinet.
Etenim eā ſecum rem recta * reputabit via.
S. Laudo. D. dum licitum eſt illi, dúmque ætas tulit,
Amauit: tum id clàm cauit, ne vnquam infamiæ
Ea res ſibi eſſet, vt virum fortem decet.
Nunc vxore opus eſt: animum ad vxorem appulit.
S. Subtriſtis * viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.
S. Nihil propter hanc rem, ſed eſt quod tibi ſuccenſeat.
S. Quidnā eſt? D. puerile eſt. S. quid eſt? D. nihil. S. quin dic quid eſt.
D. Ait nimium parcè facere ſumptū. S. méne? D. te.
Vix inquit drachmis obſonatus eſt decem.
Num filio videtur vxorem dare.
Quem inquit ad cœnam vocabo meorum æqualium.
Potiſſimùm nunc? & quod dicēdum hîc fiet,
Tu quoque perparcè nimium. non laudo. S. tace.
D. Commoui. S. ego, iſtæc rectè vt fiant, videro.
Quidnam hoc rei eſt? quidnam hic volt veterator ſibi?
Nam ſi hîc mali eſt quidquam, hem illic huic rei caput.

* ſolitudo

Quod ille à ſummo ad imū oppoſuit, hic cauſæ deriuationem oppoſuit. ¶ Quod ſuccenſeat tibi. § Succenſere potioris eſt. Succenſere in re graui, & iuſtè iraſci. ¶ Puerile eſt. § Apparet Dauum nunc quærere quid reſpondeat: & ad quam cauſam deriuet auerſa ſuſpitione triſtitiam Pamphili, quam animaduertit ſenex. ¶ Puerile eſt, nihil eſt. § Vtrū magis ideo ſuſpēdit, vt ſenex audire deſideret: an quia necdum cōmentus eſt cauſam contrà rependendā propoſitioni ſenis? ¶ Nihil eſt. § Videtur inuenire non poſſe.

Succēſere.

* viſus eſt

¶ Ait nimium parcè facere ſumptū. § Mirè ipſum dicere veluti fecit & nimium, & parcè. ¶ Nimiū parcè facere ſumptum. § Pepercit, ne diceret ſordidè. ¶ Méne? § Perturbati indicium eſt, quia ſeipſum pronomine oſtendit.

¶ Meorum æqualium potiſſimum? § Aequalium ætate, potiſſimùm dignitate: etenim potis, potior potiſſimus facit. ¶ Et quod dicendū hîc fiet. § Bene hîc, vbi non ſit adoleſcēs. ¶ Tu quoq; perparcè. § Bene quoque, quaſi dicat, cū ille peccet quòd pueriliter ſuccenſeat: tu quoq; peccas, perparcè nimium faciēdo ſumptum. ¶ Tu quoq; perparcè nimum. § Et perparcè, & nimiū, cum ſufficeret vnū. Et nimiū, vituperatio eſt: vt, ne quid nimis. ¶ Non laudo. § Et quia perparcè; & quia nimium. nam parcè agere, laudis: nimium, peccati. Et magna moderatione, nō laudo, dixit potius, quàm vitupero. ¶ Commoui. § Ideo commoui, quia argumenta dixit ſeni, quibus proditur non eſſe veras nuptias. ¶ Commoui. § Suprà Solicitaui dixit, modò commoui. & commoui dixit apud ſe, vt ſpectator audiat, non ſenex. ¶ Quidnam hoc eſt rei? § Verba ſunt ſecum cogitantis ſenis, aut de his quæ nunc locutus eſt Dauus, aut de aduentu mulierum quæ in ſcenā veniant. ¶ Quidnam hoc eſt rei? § Pulſatus eſt ſenex argumento falſarum nuptiarum, paululum obſonij: tanquam ſe illuderet Dauus. ¶ Quidnam hic volt veterator ſibi? § Veterator, eſt vetus in aſtutia, & qui in omni re callidus eſt. Et hi duo verſus oſtendunt pulſatum eſſe ſenem argumento falſarum nuptiarum: illo argumento quòd ait, paululum obſonij: tanquam ſe illuderet Dauus. Sunt ergo verba, vt diximus ſecum cogitantis ſenis, aut de his quæ nunc Dauus locutus eſt, aut de aduentu mulierū quæ in ſcenam veniunt

Aequalis. Potiſſimū. Quoque. Perparcè nimum. Cōmouere. Veterator.

modò. ¶ Nam ſi hic eſt mali quicquam. § Si promiſſa non cōpleuerit Pamphilus. ¶ Illic Eſt huic rei caput. § Caput, eſt origo & ſumma vniuſcuiuſque rei. vt Virgilius, O Latio caput, horū & cauſa malorum.

* reportauit

Caput.

Hic nunc me credit. § Dauus ita loqui videtur vt ſpectator tantum audiat, ſic tamen vt audiri velit à ſene. ¶ Præter ſpem euenit. § Bene hoc, nam inopinata grauiora ſunt mala: leuiora, quæ ex opinione contingunt. Cicero, Non eſt dubium quin omnia quæ mala putentur, ſint improuiſa grauiora. Idem, Videntur omnia improuiſa grauiora. ¶ Hoc male habet virum. § Ad vituperationem dictum eſt cum ironia. ¶ Huiuſce propter hoſpitæ cōſuet. § Dixit hoſpitæ, non meretricis, & conſuetudinem, non amorem: ita omnia extenuans, vt Dauus confiteri audeat. ¶ Hæc ſolicitudo. § Id eſt moleſtia, nam ſenex dixerat, nūm illi moleſtæ. Et Sypontinus ſolicito accipit pro inquieto, moleſtia afficio, & curā ini cio. ¶ Recta reputabit via. § Reputabit, inquit, Donatus, id eſt, retractabit. Nam putare purgare eſt. Videtur ille hūc locum ſic intelligere. Ipſe amorem ſecum recto conſilio & ratione retractabit atq; corriget, & qui prius meretricem amauit, in poſterū vxorem amabit. ¶ Dum ætas tulit. § Donec & quàm diu ætas paſſa eſt, & pertulit. Locus ab ætate. Aliud aliis annis magis cōuenit. Cicero in oratione pro Rabirio. Adfert aliquam deprecationem ætas, quæ tum fuit. ¶ Tum id clàm cauit. § A prouidentia. Docet quid in amore cauēdum ſit. ¶ Nunc vxore opus eſt. § A neceſſitate. ¶ Animum ad vxorem appulit. § Appulit ita dixit, quaſi à iactatione fluctuum maris, nam ſuas habet & amor tempeſtates. ¶ Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi. § Particula ſub temperat ſignificatum vocis cum qua componitur. ¶ Eſt quod tibi ſuccenſeat. § Inuerſio. ¶ Drachmis obſonatus eſt decem. § Drachma tres continet ſcrupulos ſiue ſiliquas octodecim, eiuſdem ponderis cum denario Romano. Decem itaque drachmæ ſi ad noſtram pecuniam redigantur, Carolinum vnum & quindecim ſtuferos conſtituunt. Drachma valet tres ſolidos turoneos & ſemiſſem, quanti ſcilicet denarium Romanum Budæus æſtimauit. Noſtratis pecuniæ tres ſtuferi ſunt cum

ADRIA. BARL. Mala improuiſa, grauiora. Solicitudo. Reputare. Sub. Drachma.

dimidio. Drachmis decem ergo, id eſt trigintaquinque ſtu-
*Per.* feris. [Perparcè nimium.] Authore Priſciano per etiam
confirmatiuum eſt, & vt quidam volunt amplioris ſignifi-
cantiæ cauſa hîc apponitur. [Perparcè nimium.] moleſta
ſenis obiurgatio eſt. [Tace.] Eſt vox pulſati, atque irati ſe-
*Veterator.* nis. [Quid nam hic vult veterator ſibi?] Budæus, Vetera-
tor, inquit, ſeruus quis ſit, nemo ignorare poteſt, qui Comi-
cos legerit. dicitur autem, qui diuturna ac multiplici ſerui-
tute aſtutus, & vafer euaſit. [Si hîc mali eſt quicquam.]
*Caput.* Si promiſſa nõ impleuerit Pamphilus. [Caput.] παροιμια-
κὸς Eraſmus in Chiliadibus Præcipuam, inquit, negotij par
tem aut rei authorem caput vocamus. Sic Plautus in Aſi-
naria, Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.

LATOMVS. Argumentum. Confirmat dubitantem ſenem Dauus,
& ſuſpicionem callidè auertit, ex quo promouetur epitaſis.
*Aequè quidquã.* [Aequè quidquam.] Periphaſis eſt, quaſi dicat nihil.
[Præter ſpem.] Hoc ſecum Dauus. [Etenim eam rem] Con
firmatio à modeſtia & frugalitate Pamphili, quàm breui
expolitione ornat. [Subtriſtis.] Obiectio ſuſpicionis. [Pue-
rile eſt.] Quærit Dauus quid reſpondeat. [Ait nimiũ par.]
Callida ratio ad auertendam ſuſpicionem, quam proſopo-
pœia attollit. [Et quod dicen.] παῤῥησία. [Quidnam hoc.]
Cogitatio ſuſpicioſi ſenis.

PETRVS MARS. Hic nunc me credit, &c.] Seruili calliditate, ac pro
temporis conditione commento heros circumueniri, hæc ſce-
na docet: & quibus rationibus mentem quis alienam faci-
lè poßit mouere præſcribit, cum ſcilicet ea tanguntur, qui-
bus hi laborant, quorum affectus concitare nitimur. Moue
tur enim ſenex cum ſibi audit auaritiam obiici eo tempore,
quod liberalitatẽ efflagitat. Ariſtoteles libro ſecundo Rhe
*Senũ vitia.* toricorũ ad Theodectem, ſic ſcribit: Senes ſunt puſillanimes,
quia humiliati à natura, ea tantùm concupiſcunt, quæ ad
vitam pertinẽt. Sunt etiam auari, ſciunt enim propter expe
rientiam quàm durũ ſit poſſediſſe, ac facilè abiicere. Sunt
etiam formidoloſi, omnia timẽtes, quare inquit: Viam præ-
parauit ſenectus formidini. Non deſiderant voluptates, ſed
*Potis.* lucrum. [Potin' es mihi verum dicere &c.] Priſcianus ſic
*Pote.* ait: Hic & hæc potis & hoc pote. Vnde Perſius: Qui pote
vis dicam? id eſt, quomodo poßibile eſt? Inde cõponitur hic
& hæc potior & hoc potius, & in ſuperlatiuo potiſsimum,
Aduerbia potius & potiſsimè. Diomedes ſic ait: Potis eſt,
pro poteſt. Virgilius:

At non Euandrum potis eſt vis vlla tenere. Ennius,
Qui potis ingenteis cauſas euoluere belli?

Pote pro potes, crebrò dicebatur. Perſius: Qui pote vis dicã?
*Putare.* [Recta reputabit via.] Putum, inquit Sextus Pompeius,
*Putus.* dicebant antiqui pro puro. Vnde putare vites & arbores
quoque, quòd deciſis impedimentis remanerent puræ. Pu-
rum aurum quoque putum dici ſolet, id eſt, expurgatum:
& ratio putata, id eſt, pura facta. Veterator, vt inquit
Sextus Pompeius, callidus à multarum rerum gerenda-
rum vetuſtate.

RIVII *caſtigatio.* Subtriſtis viſu'ſt eſſe aliquantulum mihi] Manu ſcri-
ptum volumen habet aliquantum, ſed librarij vitium eſſe
puto, diſſentientibus cæteris omnibus, in quibus & Haſ-
ſenſteniano. Priſcianus ita hunc locum citat libro decimo-
octauo: Subtriſtis viſu'ſt eſt eſſe aliquid, quod ne vitium
*Priſciani lapſus.* eſſe exemplaris ſuſpicere, Attici, inquit, τὶ ex ſupernacuo
adiiciunt. Mox ſubdit hoc ex Andria exemplum, quo oſten
dat Atticorũ imitatione apud Latinos nonnunquam par-
ticulam aliquid vacare. Sed eſt haud dubiè, vt Cicero
vocat, Μνημονικὸν ἁμάρτημα. Tametſi Budæus quoque
ſic locum citat, adnotaturus τὸ aliquid παρέλκον eſſe καὶ
περιπληρωματικόν. Sed ſcilicet ita ferè fit, vt docti locum
aliquem citaturi, nimis interdum memoriæ fidant, quod eſt *Memoriæ*
humanum erratum & ignoſcendum. [Sed eſt quod ſuccen *interdũ ni-*
ſeat.] In exemplaribus ſpectatæ fidei ita ſcriptum offendi, *mis fidunt*
Sed eſt quod ſuccenſet tibi, quanquam & alterum illud *docti.*
placet. Frequens autem eſt apud Terentium eiuſmodi
enallage modi. Perperam etiam omiſſus erat datiuus tibi, *Modi enal-*
qui in antiquis additur. *lage.*

Seruorum calliditate, verſutiáque non raro falli heros EIVSDEM *annotatio.*
docet hac Scena Terentius. Non omnino falſum videtur,
quod dici ſolet, Quot habemus ſeruos, totidem nos habere
hoſtes: quo quidem monemur, vt in Chiliad. ait Eraſmus,
ne quid fidamus illis, néve ex animo nobis amicos arbi-
tremur, qui nos metu colunt. Illud hîc perquam iucundum
eſt videre, vt vterque tam Simo quàm Dauus & fallat, &
fallatur. Dicas eodem in ludo doctos, & ſimiles habere la-
bra lactucas, & Deum ſimilem duxiſſe ad ſimilem: breui-
ter, qualis dominus ſit, talem eſſe & ſeruum. [Num illi mo-
leſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ?] Nam, vt antè dixit, Om
nes qui amant, grauiter, ſibi vxorem dari ferunt: ob quod
adiicit, Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem. [Dum li-
citum eſt ei, dúmq; ętas tulit, amauit.] Iuuenes ad genuinũ
pſorum, atq; inſitũ feruorem ętatis amoribus ferè ſunt obno-
xij, facibúſq; illis Cupidineis inflãmantur: vt iccirco apud
Etnicos quondam ei ætati aliquid daretur, eſſet liberior
adoleſcentia, non omnia voluptatibus denegarentur: lice-
ret amare, liceret rebus vti venereis, commeare explendæ
cauſa libidinis ad mulierculas, animo ſuo obſequi. Ob
quod Cice. in oratione pro M. Cælio: Si quis eſt, inquit, qui
etiam meretriciis amoribus interdictum iuuentuti putet,
eſt ille quidem valde ſeuerus, negare non poſſum, ſed ab-
horret non modò ab huius ſeculi licentia, verumetiam à
maiorum conſuetudine atque conceßis. Quando enim hoc
non factum eſt? quando reprehenſum? quando non per-
miſſum? Hæc ille: Ergo & hîc ait Dauus, Dum licitum
eſt ei, dúmque ætas tulit. Et idem ſuperius Simo quoque
dixerat. Præterea & apud Plautum in Bachidibus: Phi-
loxenes ita Lydo de filij amoribus querenti reſpondet, Eia,
inquiens, Lyde, leniter qui ſæuiunt, ſapiunt magis. Minus
mirandum eſt, illhæc ætas ſi quid illorum facit, quàm ſi nõ
faciat: feci ego iſthæc itidem in adoleſcentia, &c. Porrò ad
extinguendum illum iuuentæ ardorem, venereæq; libidi-
nis flammam, Deus inſtituit matrimonium, ceu remedium
quoddam efficaciſsimum. Hinc & Paulus ait: Melius eſſe
nubere, quàm viri. & Solomon, Exhilaret te vxor, inquit,
quam adoleſcens ducis, ceu iucunda cerua, & venuſtus
hinnulus: illius te amor perpetuò exaturet, & amore eius
ſemper fruere. Idem, Inueniens vxorem, inuenit bonum, &
hauriet voluptatem à domino.

—[Tum id clàm cauit, ne vnquam infamiæ Ea res ſibi
eſſet.] Primùm eſt, non peccare: proximum, ſi omnino ma-
lè agere decreueris, clàm id vt facias, ne infamiæ tibi ſit.
Plautus: Ita tuum conferto amorem ſemper, ſi ſapis, Ne id,
quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro. Ouid.

Non peccat, quicunque poteſt peccaſſe negare:
Soláque famoſum culpa profeſſa facit.

Hæc malè habet virum.] Scripſimus multa ſuprà de va- DOLETI *obſeruatio.*

*Habet me hoc malè.*

riis habendi ſignificationibus, non hîc tamē pœnitebit annotare, aliquid aliquem malè habere poni pro ſolitudinem afferre, angere, cruciare, moleſtia afficere ¶ Eam ſecum rem recta reputabit via.} Reputare aliquando ſimpliciter pro putare ponitur: ſed tamen attentioris ſæpius neſcio quid conſiderationis, & deliberationis habet: atque tum ad præteritum, tum ad præſens, tum ad futurum pertinet, quanquam falſo Donatus ſcribat, inſtātia putari, reputari præterita. Cicero in Saluſt. Non eſt facile reputare P.C. vtrum inhoneſtioribus corporis partibus rem quæſierit, an amiſerit. Idem de Natura Deorum ſecundo: Hunc horum nihil vnquam reputauiſſe certò ſcio. Idem de Senectute: Tum etiam in ſenecta hoc reputo miſerrimum, ſentire ea ætate eſſe odioſum ſe alteri. Terentius in Eunucho: Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatum interea virgo. ¶ Ait nimiū parcè facere ſumptum.} Sic Cicero Familiariū duodecimo: De ſumptu, quem te in rem militarem facere, & feciſſe dicis, nihil ſanè poſſim tibi opitulari. Idem ad Atticum: Ita viuam, vt maximos ſumptus facio. ¶ Ego iſthæc rectè vt fiant, videro.} Videre tametſi propriè oculorum eſt: transfertur tamen aliquando ad animum: & tum ponitur pro prouidere, vel conſulere, vel attendere, vel curare. Et in ea ſignificatione hîc ponitur. Cicero Familiarium decimo: Tu pro tua prudentia, quid optimum factu ſit, videbis. Idem Familiarium decimoſexto: Vnum illud, mi Tiro, videto, ſi me amas, ne te Marionis aduentus, & hæ literæ moueant. ¶ Si hîc mali eſt quicquam, illhic eſt huic rei caput.} Nota eſt propria capitis ſignificatio. Sed extra propriam ſignificationem, ad multa eleganter refertur. Interdum pro exiſtimatione, ſtatu, vel conditione ponitur. Interdum diſcrimine vitæ, & ſalutis. Aliquando pro eo quod Barbari dicunt principale. Nonnunquam pro eo, quod rem continet, quod Barbari dicunt punctum. Perſæpe pro cauſa, fonte, vel authore. In qua hîc ſignificatione eſt. Cicero pro Flacco: Caput eſt omnium Græcorum concitandorum, qui cum accuſatoribus ſedet, Heraclides ille Tennites, homo ineptus, & loquax. Terentius: Non potuit melius: idem ſenſit, quod ego, te eſſe huic rei caput. Plura de hoc nomine vide in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum.

*Reputare.* — *Sumptum facere.* — *Videre, pro prouidere, vel curare.* — *Caput variè ſignificat.*

GLAREANVS.

Octauum carmen Eraſmus deprauatum exiſtimat inuerſo dictionum ordine. Conſtabit inquit ſi legas, Huiuſce propter conſuetudinem Hoſpitæ. Riuius putat legendum, Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinē, & h habere vim conſonantis, propterea a diphthongum corripi, nō elidi. Lector ſequatur vtrum velit. In quarto deinde carmine, Etenim eam ſecum rem recta reputabit via, Eam monoſyllabum eſt, & ſcandendo totum cum ſyllaba nim eliditur. Etn' am enim Anapæſtus eſt. In ſeptimo deinde carmine d, in Sed elidi, admonuit Eraſmus. ſed eſt quod tibi ſuccenſeat, & proximè deinde ſequente, in medio, idem admonuit quid id eſt, aut quidnam id eſt, legendum. quod placet. Sic enim conſtabit verſus. Idem in ſequente continuò carmine admonuit verbū, Ait monoſyllabum eſſe, & in quarto deinde, Meorum diſſyllabum. ego tamen creticum quarto in loco conſtituerem. In vltimo denique verſu Rei monoſyllabum, cum in penultimo ſit diſſyllabum. Cæterum in vltimo verſu, Hem totum eliditur, perinde atque non adeſſet, quod alibi idem admonuit Eraſmus.

DONATVS

ITA pol quidem res eſt.} In hac ſcena nouo modo ceſſante Dauo fallitur Simo, per nimiam ſagacitatem ſuam. ſimul in hac ſcena id agit poëta, vt ad nuptias faciendas magis accendatur Simo. & quædam induſtria, quædam velut caſu eueniunt: vt nunc ſuſpicio ſenis. in multis enim οἰκονομία comicorum poëtarum ita ſe habet, vt caſu putet ſpectator veniſſe, quod conſilio ſcriptorum factum ſit. ¶ Ita pol quidem res eſt, vt dixti, Leſbia.} Et hoc ſermone, quem habent ingredientes, ſcenæ apparet principium. quod enim auditur, non quod incipitur, initium dicūt. ¶ Ita pol quidem res eſt.} Productio eſt narratiua ad explendū modò potius iuſiurandum. ¶ Vt dixti.} Et dixti, & dixiſti legitur. ¶ Fidelem haud fermè mulieri.} Fidelē maluit, quàm fidum dicere. fidum enim honeſtius dixiſſet. Fermè pro facilè poſuit. & fermè, facilitatem ſignificat, quia ſunt aduerbia extenuationis. ¶ Inuenias.} Secundam pro tertia perſona poſuit, pro inueniat quis, vel inuenire poſſit. vt Virgilius: Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes. ¶ Ab Andria hæc ancilla eſt.} Simpliciter dixit ab Andria eſt, pro Andriæ eſt. Nam & vſu ſic dicere ſolemus. Ergo ab Andria eſt, hoc eſt Andriæ fauet, Andriæ eſt. vt cùm dicimus, ab illo eſt, hoc ſignificamus, illi fauet, illi accōmodat ſuffragiū. ¶ Sed hic.} Sēper Sed, contrariæ ſentētiæ ſignificatio eſt. Et bene hic, vt oſtendat de illo fuiſſe ſermonem. ¶ Hem.} Interiectio eſt accipientis verba, & admiratis. ¶ Vtinam aut hic ſurdus.} Comicè & facetè. aut hic ſurdus, qui audire non poſſit. aut hæc muta facta ſit, ne poſſit dicere. ¶ Aut hic ſurdus, &c.} σύλληψις per genera. ¶ Iuſſit tolli.} Hæc eſt fides: ſuſcipi filios legitimos faciūt parentes. & ſublatio, matris eſt: patris tollere. ¶ Iupiter qd.} Bene rurſū adducitur ad deſperationē ſenex Myſidis verbis. ¶ Actū eſt.} Actum eſt In ſumma rerū deſperatione ponitur, Actū eſt, ilicet, Periiſti. Hæc res, ſecūdū ius ciuile dicitur: in quo cauetur,

*Oeconomia.* — *Fermè.* — *Perſona ſecunda pro tertia.* — *Ab Andria eſt.* — *Ab illo eſt.* — *Sed.* — *Hem.* — *Syllepſis.* — *Suſcipere filium.* — *Tollere.* — *Ilicet.* — *Periiſti.*

## ACTVS III. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

HIc Simo præ nimia ſagacitate mirū in modum fallitur, partum ſimulari credens, qui verus erat.

ARG. PAVL. MALLEO.

Sequēti ſcena nouo quodam modo, Dauo inſcio, ceſſantéq; fallitur Simo præ nimia ſagacitate ſua. Et hoc ita fingit Poëta, vt vehementius ad nuptias agendas, accendatur Simo, & quadam induſtria ſic quædam agit Poëta, tanquam caſu eueniant, vt eſt hæc ſuſpicio ſenis de partu ficto.

ne quis rẽ actam apud iudi ces repetat. Sic ipſe in Phormione, Actum, aiunt, ne agas. ⸿Bonũ ingenium.⸾ Ingenium, naturam. ⸿Quid hoc?⸾ Secum ſenex ἐλλειπτικῶς: deeſt enim, rei eſt. ⸿Adeón' eſt demẽs ex peregrina?⸾ ἔκλειψις per ἀποσιώπησιν apta cogitanti. reliquum autem ſic pronuntiat, quaſi reperto conſilio. Et bene adeò: quia tam demens eſt, quòd amat ex peregrina, id eſt, ex meretrice. Mulieres enim peregrinæ, inhoneſtæ ac meretrices habebantur. Sic ipſe alibi, Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Et ſeruus, Poteſt taceri hoc quidem. hoc eſt, meretricem habuiſſe te matrem veriſimile eſt. ⸿Ex peregrina?⸾ ἀποσιώπησις. deeſt enim, vt filium ſuſcipiat: aut aliquid tale. ⸿Vix tandem ſenſi ſtolidus.⸾ Pulchro colore inducto, poëta oſtendit non minus falli ſuſpicioſum, quàm qui ſtultus eſt. huic enim veritas fallacia videtur, dũ nimis eſt acutus ac perſpicax. & hoc eſt quod ab euẽtu fingit poëta. non enim in Dauo eſt ſic errare nunc ſenem. ⸿Vix tandem ſenſi ſtolidus.⸾ Quinque ſunt ſenſus, quorum duos, viſum & auditũ, magis ſenſibiles habemus, quàm pecora. Vnde Cicero: Non ſolùm videam, ſed etiam audiam, planéque ſentiam. quaſi ad tactũ retulit: quo etiã pecora impelluntur ad ſenſum. duabus ergo rebus ſcimus: aut ratiocinatione, aut ſenſu: quibus maximè præſtamus cæteris animalibus. Ergo ſenex ſe non ſenſu, non ratiocinatione ſenſiſſe, ſed veluti calcaribus & ſtimulis punctũ. ⸿Hæc primùm adfertur iã mihi ab hoc.⸾ Satis ſe ſagacẽ ſenex oſtendit, quando principia ipſa inceptionéſq; comprehendit. ⸿Hæc primùm.⸾ Bene primùm: quaſi ex multis quas parauerat

*Ingeniũ. Quid hoc? Eclipſis. Peregrina. Apoſiopeſis. Sẽſus quinque. Viſus. Auditus.* * Immemores.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Simo Glycerium peperiſſe, vanum eſſe putat: verùm ſenex dum nimium callidus eſſe vult, egregiè fallitur.

*Senarij.*

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA *obſtetrix*, GLYCERIVM *meretrix*.

ITA pol quidem res eſt, vt dixti, Lesbia:
Fidelem haud fermè mulieri inuenias virum.
SIMO. Ab Andria eſt ancilla hæc. quid narras? DAVVS. ita eſt.
M. Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmauit fidem. S. hem.
D. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.
M. Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli. SIMO. O Iuppiter.
Quid ego audio? actum eſt, ſiquidem hæc vera prædicat.
L. Bonum ingenium narras adoleſcentis. M. optumum.
Sed ſequere me intrò, me in mora illi ſis. L. ſequor.
D. Quod remedium nunc huic malo inueniam? S. quid hoc?
Adeón' eſt demens, ex peregrina? iã ſcio: ab
Vix tandem ſenſi ſtolidus. D. quid hic ſenſiſſe ſe ait?
S. Hæc primùm adfertur iam mihi ab hoc fallacia.
Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant.
G. Iuno Lucina fer opem, ſerua me, obſecro.
S. Hui, tã cito? ridiculum. poſtquã ante oſtiũ
Me audiuit ſtare, approperat non ſat cõmodè
Diuiſa ſũt tẽporibꝰ tibi Daue hæc. D. mihin'?
S. Num * immemor es diſcipli? D. ego, quid narres, neſcio.
S. Hiccine me ſi imparatum in veris nuptiis
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit, ego IN PORTV NAVIGO.

Dauus contra Chremetem. ⸿Quo,⸾ Quare. ⸿Iuno Lucina fer opem: ſerua me.⸾ Iuno Lucina, Iunonis filia, Græcè εἰλείθυια dicitur. Latinè Iuno à iuuando dicta. Lucina ab eo quòd in lucẽ producat. Et gemina vota ſunt: vt & partus, & pariens ſeruetur. nam fer opẽ propter partum: Serua me propter parientem dicitur. ⸿Iuno Lucina fer opem ſerua me obſecro.⸾ Nota, hoc verſu totidem verbis vti omnes puerperas in Comœdiis, nec alias induci loqui in proſcenio: nam hæc vox poſt ſcenã tollitur. ⸿Fer opem.⸾ Propter quod Lucina eſt. inde obſtetrix, quòd opem tulerit. ⸿Serua me obſecro.⸾ Hoc, extra etiam hanc poteſtatem Iunoni attribuitur: quanquam illam Menander Dianã appellet, & hoc ſentiat in Bucolicis Virgilius. ⸿Hui, tam citò?⸾ Tam citò, vt fœlicitatẽ partus oſtendat incredibilẽ. Tã citò, ad reprehenſionem. ⸿Ridiculum.⸾ Ad irriſionem. & inſpice, ridiculum aduerbiũ ſit, an nomen, vt ſit, vide hominem ridiculum. ſed aduerbium eſt magis. ⸿Non ſat commodè diuiſa.⸾ Confuſa ſunt tibi omnia, inquit: nec vnumquodque ſuo tempore geritur. qua re proderis. ⸿Non ſat.⸾ Non ſatis. ⸿Diuiſa ſunt.⸾ Digeſta, & compoſita, & diſtributa. Temporibus, id eſt per tempora. ⸿Mihin'?⸾ Adhuc Dauus nõ percipit, & bene, quaſi dicat, cũ ille loquatur, ille agãt. ⸿Nũ immemor es diſcipuli?⸾ Diſcipuli Myſis, Lesbia, & Pãphilus, omnes per quos agitur fallacia. Bene ergo diſcipulos imperitos oſtendit, & magiſtrum Dauum, quia ſuprà dixit, Tũ ſiquis magiſtrum cepit ad eam rẽ improbũ. ⸿Nũ immemor es diſcipuli?⸾ Alij hîc Pamphilũ ſignificari putant diſcipulum: quia Dauus magiſter. Nã nomina ad aliquid ſunt, diſcipulus

*Quo. Iuno Lucina. Obſtetrix. Ridiculum. Diuiſa tẽporibus. Sat. Diſcipulus. Magiſter.*

diſcipulus & magiſter. & tunc diſcipuli, genitiuus eſt ſingularis caſus. Alij nominatiui pluralis putant: vt diſcipulos dixerit, omnes per quos agitur fallacia, ſecũdum illud, Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum. ∇ Ego, quid narres, neſcio. } Quaſi fabulam. ∇ Num immemor es diſcipuli? } Deeſt, nunc. Et bene diſcipuli, quia ipſum magiſtrũ ſuprà fecit. ∇ Ego, quid narres, neſcio. } Sẽper ita reſpondet Dauus ſeni, tanquam non intelligat quid loquatur. ∇ Hiccine me ſi imparatum. } Redit ad illam ſententiam: Simul ſceleratus Dauus, ſi quid conſilij habet, vt conſumat nunc, cum nihil obſint doli. ∇ Adortus eſſet. } Adortus dicitur qui ex

Adortus. inſidiis repentè inuadit. dictum ab eo, quòd corpora aggredientium exurgant ſubitò, atque increſcant. ∇ Adortus. } Aggreſſus. Omnia hæc ex tranſlatione maris dicta ſunt μεταφορικῶς.

ADRIA. BARL. Inuenias virum. } Poſuit ſecundam pro tertia perſona, id quod frequens eſt latinis, & digna eſt hæc muliere ſententia. ∇ Ab Andria eſt. } Pro eo quod diceremus, eſt Andriæ ancilla. ∇ Quid audio. } Non rogantis eſt, ſed ſtupẽtis vel indignantis. ∇ Actum eſt. } Vulgo receptum eſt, vt de negotiis

Actum eſt deſperatis actum eſt, dicamus. Dicimus autem vel abſolutè, actum eſt, vel cũ adiectione quapiam huiuſmodi, actum eſt de repub. actum eſt de tuis omnibus, actũ eſt de rebus humanis, actũ eſt de tua ſalute ni vigilas. ∇ Adeón' eſt demens. } Eclipſis per Apoſiopeſim eſt. deeſt enim vt filium ſuſcipiat.

Peregrina. ∇ Ex peregrina. } Meretricem ſignificat, nam peregrinæ mulieres inhoneſtæ & meretrices habebantur. Sic in Eunucho Thaïs, Samia, inquit, mihi mater fuit. ſubiungit Parmeno. Poteſt taceri hoc, Nam quod meretricem habueris matrem,

Ah. ſimile veri eſt. ∇ Ah. } Quibuſdam interiectio eſt nõ dolentis, ſed ſeipſum reprehendentis, aut aliquid ſubitò deprehendentis. ∇ Vix tandem ſenſi ſtolidus. } Non minus falluntur ſuſpicioſi, quàm qui ſtulti ſunt. his enim veritas fallacia vi-

Iuno Lucina. detur, dũ nimis eſſe acuti, & perſpicaces volunt. ∇ Iuno Lucina. } Lunam Varro ſcribit naſcentium eſſe ducem, hinc à iuuando, & luce, Iunonem Lucinam dicunt Latini, propterea quòd menſibus actis in lucem producat infantes. Diodorus ſcribit Lucinam parientium curam habere, vnde & in partus diſcrimine, ac difficultate hanc mulieres præcipuè inuocant deam. Cicero de natura deorum. Dianam, inquit,

Luna. Diana. & Lunam eſſe eandem putant. Luna à lucendo nominata eſt, eadem eſt enim Lucina. Itaque vt apud Græcos Dianam eámque Luciferam, ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. Horatius de Diana ſic ſcribit, Montium cuſtos nemorũmque virgo, Quæ laborãtes vtero puellas, Ter

Opigena. vocata audis adimíſque leto Diua triformis. Iuno & Opigena dicta eſt quòd in partu laborantibus opem ferre putaretur. Quidam tradunt Dianæ Epheſiæ templum, qua nocte Alexander Macedo eſt natus, ſubito incendio deflagraſſe, propterea quod aberat Diana procul Pellã profecta vt parturienti adeſſet Olympiadi. ∇ Iuno Lucina fer opem. } Quare Terentius Glycerium facit ſemel tantùm Iunonis Lucinę

Lucina ter inuocabatur. opem implorare, cum Lucinam ter à parientibus vocari ſolitam, dicat Horatius? ∇ Fer opem ſerua me. } Per imperatiuum modum etiam implorabant, inuocabant, orabant veteres. Ideoque dictus eſt aliquãdo hic modus imploratiuus,

Imperatiuus modus. inuocatiuus, oratiuus. ∇ Ridiculum. } Dic ridiculum aduerbium magis eſſe quàm nomen. ∇ Non ſat commodè diuiſa. } Confundis omnia Daue, nec vnumquodque ſuo tempore geris, hinc te prodis. ∇ Num immemor es diſcipuli? } Bene diſcipuli, nam aliàs magiſtrum fecit, & relatiua ſunt magiſter & diſcipulus. ∇ Ego quid narres neſcio. } Ita reſpondet ſent Dauus quoties aliquid ſentit aduerſum ſe dici, tanquàm nõ intelligat. ∇ Quos mihi ludos redderet. } Quid ſignificat hîc ludos? perturbationes ne, an negotia? ∇ In portu nauigo. } Ludi.

Hoc diuerbio ſignificamus nos iam à periculo abeſſe, propterea quod qui mediis adhuc in fluctibus nauigãt, hi ventorum & æſtus arbitrio nauigant: contrà, qui iam intra portũ ſunt, nihil habẽt negotij cum vndis & ventis. Eraſmus Chiliadis I. centuria prima. In portu nauigo.

LATOMVS Argumentum. Primùm terretur, deinde nimia ſagacitate decipitur ſenex, & Dauo iraſcitur. ∇ Ab Andria. } Non locum, ſed perſonæ neceſſitudinem ſignificat, vt à me, à te, à nobis, pro meus eſt, tuus eſt, noſter eſt, Andriæ eſt. ∇ Iuſſit tolli. } Id eſt educari. ∇ Vix tandem. } Reprehenſio tardè intelligentis. ∇ Hui tam citò. } Ironia ſecũ loquentis. ∇ Non ſat commodè. } Increpat & terret Dauum, nondum prolata ſuſpicione, qua ipſe ſe fallit. ∇ Ego in portu nauigo. } Prouerbiũ ſecuritatis. Ab aliquo eſſe.

PETRVS MARS. Ita pol quidem res eſt, &c. } Tertius Actus meretricum expoſtulationes ac laqueos, quos iuuenibus ac imprudentibus, ac ob ætatis feruorem naturámque voluptati addictis inſidioſe tendunt, hæc ſcena deſcribit: & illos interdũ ſua interpretatione falſa decipi oſtendit atque ſolertia, qui nimium ſibi tribuentes, rem aliter accipiunt quàm veritas poſtulet: & ſic dum prudentes atque ſagaces videri volunt & credunt, in magnis verſantur erroribus, & callidis ingeniis, vt ſtolidi, turpiter irridentur. Quapropter Cice. I. Offic. loquens de officiis quæ manant à prudentia, ſic inquit: Labi, errare, neſcire, decipi, malum & turpe ducimus. Et Seneca dicit, proprium eſſe prudentis hominis atque ſagacis, omnia bene examinare, ne ſua credulitate ad falſa labatur: hæc enim ſignificant non adeſſe prudentiam. ∇ Fidelẽ haud fermè mul. &c. } Fides, inquit, Seneca, ſanctiſſimum humani pectoris bonum eſt, nulla neceſſitate ad fallẽdum cogitur, nullo corrũpitur præmio. Et alibi: Dignus eſt decipi, qui decipere cogitauit. Et alibi: Non eſt iniuria, pati quod prius feceris. Cornel. lib. I. ſic ait: Fides integra non manet, vbi magnitudo quæſtuum expectatur. ∇ Ah vix tãdem ſenſi ſtolidus. } Stolidus & ſtultus dicitur is, qui eſt craſſioris ingenij & hebetioris, carens ſcilicet prudẽtia, quæ habet delectum bonorum & malorum, & verum videt: eſt enim oculus animæ, quo qui carẽt, ſtolidi appellantur. ∇ Iuno Lucina &c. } Iuno dicta eſt à iuuando, & à luce Lucina, & ideo parturientes eam inuocant. Lucina enim eſt naſcentum dux. Nõ immemor es diſcipli &c. } Seneca ſic ait: Quidã fallere docuerunt, dum timent falli. Fides. Stolidus.

RIVII annotatio. Docet hæc Scena, Simonis exemplo, nimiam interim calliditatem obeſſe, neque raro fieri, vt, qui bellè ſibi olfeciſſe omnia, deprehendiſſéque ſagaciter videntur, in magno verſentur errore, ſuáque opinione multum fallantur. — ∇ Non ſat commodè diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc. } Nihil non ſuo tempore fieri debet, & permultum ad rem agendam facit temporis opportunitas, & occaſio, quæ καιρὸς Græcis dicitur: vſque adeò, vt ſi quid non ſuo tempore fiat, quamlibet alioqui bonum, malum reddatur. Lege Eraſmi prouerbium, γνῶθι καιρόν. Calliditas nimia obeſt. Opportunitas.

DOLETI obſeruatio. Ab Andria eſt ancilla hæc. } Pro ex Andriæ familia, domo. Similis eſt locutio, cum dicit Terentius fores crepare à Glycerio, pro ex domo Glycerij. ∇ Quod remediũ nunc huic Ab, pro ex

Remedium

*malo inueniam?} Propria eſt remedij ſignificatio, cum accipitur pro medicina, vel medicamento: vt, apud Ciceronẽ de Natu. Deo. II. Auditum eſt, Pãtheras, quæ in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere, quo cũ eſſent vſæ, non morerentur. Tranſlatè pro ope, vel auxilio, vel mali alleuatione ponitur. Cic. Philip. XIII. Veneficũ appellas eum, qui tuis veneficiis remedia inuenit. In hoc exemplo propriè ſumitur, ſed à nobis citatum eſt, vt videres Ciceronem eodem loquendi genere vſum, quo Terentius hîc vtitur, ſcilicet remedium inuenire. Tranſlatæ ſignificationis exempla quædam dabo. Cic. ad Att. VII. O magnum malũ, putat aliquis, neque ei remedium eſt vllũ. Idem ad Att. II. Qui omnia remedia Reip. effuderunt. Idẽ in Verr. Act. I. Et profectò hoc remedium eſt ægrotæ, ac propè deſperatæ Reipublicæ.* ⁋ *Quos mihi ludos redderet?* } *Pro quos ludos*

Ludos facere, pro Deridere.

*mihi faceret dixit Terentius. Ludos autem facere, idem eſt quod deridere. Dixerunt etiam antiqui ludos operam facere, pro operã perdere, vt apud Plaut. in Rud. Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiuiſſet domi: iam nunc & operam ludos*

Operam ludos facere.

*facit, & retia. Sed nos de locutione primùm annotata exempla demus. Terentius in Phormio. Vt ludos facit. Plautus in Capt. Quid eſt? vt ſceleſtus nunc is te ludos facit? Idem in Bacch. Hoc demum eſt, quod percrucior, me hoc ætatis ludificari: imo ædepol ſic ludos factum cano capite, atque alba*

In portu nauigare.

*barba.* ⁋ *Ego in portu nauigo.* } *Prouerbiales ſunt quædam locutiones à portu ductæ: ſcilicet, in portu nauigare: in portu eſſe: in portu impingere, in portu nauigare. Hoc prouerbio ſignificamus nos iam à periculo abeſſe. Propterea quòd qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum, & æſtus arbitrio nauigant. Contrà, qui iam intra portum ſunt, nihil habent negotij cũ vndis, ac ventis. Vnde vulgatißima metaphora, hominem, in cuius præſidio conquieſcimus, portum appellamus. Et qui ſeſe ad tranquillam, tutámque aliquam vitæ rationem traducunt, in portum ſe recipere dicuntur. In portu eſſe.* Non *abſimili ſignificato dicitur res eſſe in portu, quæ in tuto eſt. Plaut. in Mercat. In portu res eſt. In portu impingere. In portu impingere per prouerbium dicũtur, qui ſtatim ad principium peccant. Ducta metaphora à nautis, qui vixdum ancboris ſolutis, & naue vẽto commiſſa in ſaxum incidunt, vel naufragium faciunt. Hæc parœmia vtitur Quintil. in libris inſtitutionum Oratoriarum.*

In portu eſſe.

In portu impingere.

GLAREANVS.

*In quarto huius ſcenæ verſu, in Sed, inquit idem, videtur elidi d, litera, aut certè vocalis e. Mihi d, videtur elidi, vt antea etiam alicubi diximus. In octauo s, eliditur in Adoleſcentis vltima ſyllaba, niſi quis malit eſſe creticum loco quinto, quod places. In XII. huius ſcenæ verſu, in Stolidus eliditur s, in fine, inquit Eraſmus. Quod cur dicat, non intelligo. nihilominus enim verſus nõ conſtat, niſi abiicias Se, quod ego quoque reiiciendum exiſtimo, & d, in Quid elidendum, quod in hoc authore frequentiſſimum eſt, vt ita legatur carmen, Vix tandem ſenſi ſtolidus. D. Quid hic ſenſiſſe ait? In dubia enim ſententia nihil hîc facit ſe. Cæterùm niſi memoria fallat, ante aliquot annos contendit mecũ, carmen hoc eſſe Trochaic. Tetra. Catalecti. adiuncta ex priore verſu ſyllaba ab. Quod mihi quidem non videbatur, niſi quis totum verſum ſic legat, Ah, vix tandem ſenſi ſtolidus. D. hic quid ſe ſenſiſſe ait? In editione autẽ hac mutaſſe videtur ſententiam, nihilo plus carmine ſanato quàm antea. In vltimo huius ſcenæ verſu, Huius monoſyllabum, vt annotauit Eraſmus.*

DONA.

*ADbuc Archilis.* } *In hac ſcena ſpecta, quàm ſcitè expreſſa ſit cõſuetudo medici, vel medicæ egredientis ex ægri domo. Nam veniens, de negotiis eius loquitur. abiẽs, de morbo. & hæc ſunt præter* οἰκονομίαν *quæ dicuntur* εὑρήματα. ⁋ *Adbuc Archillis.* } *Sic veteres ſcribebant adbuc, quando incerti futurarum rerum, ex præſentibus firmè nuntiabant: quod eſt genus certiſſimæ promiſſionis, & cautę.* ⁋ *Adbuc Archillis, quę adſolẽt, quæq; oportet.* } *Medicina aut in ratione, aut in cõſuetudine, aut in exẽplis. Adſolent ergo, conſuetudinis eſt. Oportet, rationis.* ⁋ *Signa eſſe ad ſalutem.* } *Deeſt hærẽtia, aut pertinentia. ſic in Heautontimorumeno, Atq; hæc ſunt ad virtutẽ omnia. Ergo abſolutè dixit, vt deſit aliquid tale. vnde & nos dicimus, Quid ad rem? vel, Quid ad me?* ⁋ *Nũc primùm fac iſtæc vt lauet.* } *Imperitiæ notantes Menandrum, aut Terẽtium, ipſi vltro imperiti inueniuntur, nam & ille* λούσατε ἀυτὴν *dicẽs, à cõſuetudine non receßit: cum lauiſſe, aut non lauiſſe dicimus à parte totum ſignificãtes. Et Terentius propius ad ſignificationem acceßit, iſtæc dicẽdo, ne pudenda nominaret. Et ſunt qui, Adbuc Archillis, correptionem eſſe nimium ſolicitæ nutricis putent. quod ego nõ probo.* ⁋ *Fac iſtęc vt lauet.* } *Iſtęc quę ex puerperio ſordebãt. Quidam Iſtæc, ipſam puerperam dicunt. ſic enim & Menander,* λούσατε ἀυτὴν: *ſed imperitiæ accuſantur, quòd non continuò ſolent poſt puerperium lauare, ſed diebus omiſſis.* ⁋ *Quod iußi dare bibere, & quantũ imperaui, date.* } *Conſuetudine magis, quàm ratione dixit, pro, Date ei potionem. Lucilius in ſexto, Date bibere ſummo. Nam duo verba actiua nullam habent ſignificationem ſine nomine, aut pronomine: vt ſi dicas, Dic facere.* ⁋ *Quod iußi dare bibere, & quantum imperaui date.* } *Et qualitatem, & modũ rei dixit.* ⁋ *Mox ego huc* } *Vide, vt authoritatem & iactãtiam medicorum imitetur, dicendo, quod iußi. &*

Adbuc.

Adſolet.

Oportet.

Eſſe ad.

Quid ad me?

Dare bibere.

Dic facere.

Medicorũ iactantia.

non

## ACTVS III. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

LEſbia egrediens narrat, quo in ſtatu ſit Glycerium puerpera, ſimul agit de danda illi potione, imitata medicos, qui præſcribere ſolent ægrotis omnia ad eſum potúmque pertinentia. Deinde Simo & Dauus de puero nato callidè altercantur.

ARG. PAVL. MALL.

SEquenti ſcena quàm ſcitiſſimè exprimitur conſuetudo medici vel medicæ, de domo ægrotantis abeuntis. Nam Lesbia egrediés de negotiis eius & morbo loquitur. Præterea Daui & Simonis de puero edito callida habetur altercatio.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN initio ſcenæ obſtetricum officia Poëta recenſet.

*Initio ſcenæ Poëta Trochaico trimetro, miſto vel confuſo cum Iambico vtitur, cuius & Priſci alicubi meminit. Dein ſequitur dimeter Iambicus catalecticus, finiendi ſermonis cauſa, quem ad Archillida obſtetrix habuit. Poſt quem Iambici tetrametri acatalectici, & Trochaici catalectici. Dein dimeter Trochaicus. In fine Iambici aliquot ſenarij.*

LESBIA, SIMO, DAVVS.

ADhuc Archillis quæ adſolent, quæque oportet
Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video.
Nunc primùm fac iſtæc vt lauet: pòſt deinde
Quod iuſſi ei * dare bibere, & quantum imperaui
Date, mox ego huc reuertar.
Per æcaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.
Deos quæſo, vt ſit ſuperſtes, quandoquidem ipſe eſt ingenio bono:
Cúmque huic veritus eſt optumæ adoleſcenti facere iniuriam.
S. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe * natum? D. quídnam id eſt?
S. Non imperabat coràm, quid opus facto eſſet puerperæ.
Sed poſtquam egreſſa eſt, illis, quæ ſunt intus clamat de via.
O Daue, itáne contemnor abs te? aut itáne tandem idoneus
Tibi videor, quem tam apertè fallere incipias dolis?
Saltem accurate, vt metui videar: certè, ſi reſciuerint.
D. Certè hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego. S. edixín' tibi?
Interminatus ſum, ne faceres? num veritus? quid retulit?

*non ſufficiebat, ſed etiã, imperatiui dixit ſimul, hęc quę ſolent medici promittere frequẽter, Mox ego huc reuertar.* ¶ *Scitus puer.* § *Satis obſtetrici eſt adhuc incertum, qualem dicat, Ita & à matre ſanguinolentum, nõ pulchrum: quod ipſum nimiùm videretur citò dicere: ſed ſcitum pronũtiat. Ideo ſubblãditur, vt operæpretium maius accipiat.*
Ecaſtor.
¶ *Per ecaſtor.* § *Per Caſtorem, & Pollucem,*
Per Pollucem.
*ornatiua ſunt iurandi, apta fœminis.* ¶ *Et natus eſt Pãphilo.* § *Vt Virgilius, Quem Dardanio Anchiſæ Alma Venus Phrygij genuit Simoëtis ad vndam.* ¶ *Scitus.* §
Scitus.
*Elegans, pulcher, quem Græci κόσμιον dicunt. Quod enim quis ſcit, hoc ſcitum, & pulchrum. Et eſt διαίρεσις.*
Diæreſis.
*nam ordo eſt, Perſcitus eca-*
Perſcitus.
*ſtor. vt in Hecyra, Per pol quampaucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores. vt ſit, perquã paucos.* ¶ *Deos quæſo vt ſit ſuperſtes.* § *Superſtes nũc ſal-*
Superſtes.
*uus. aliàs ſuperſtites sũt ſenes & anus: quia ætate multis ſuperſtites, iam delirant.*
Superſtitioſi.
*Vnde & ſuperſtitioſi, qui deos timent nimis, quod ſignum eſt deliramenti.* ¶ *Vt ſit ſuperſtes.* § *Superſtes, nũc ſaluus.* ¶ *Quãdo quidem ipſe eſt.* § *Quando, & cum, in-*
Quando. Cum.
*terdum ſunt coniunctiones cauſales. & quãdo pro quoniam, & pro quia intelligimus.* ¶ *Quãdoquidem.* § *Ipſe trãſit à puero ad ipſum Pãphilũ.* ¶ *Vel hoc quis nõ cre-*
Ironia.
*dat?* § *εἰρωνεία eſt. Vel modo*
Vel, pro Etiam.
*non eſt diſiunctiua coniunctio, ſed pro etiam poſita. vt apud Virgilium, Vel Priamo miſeranda manus. Et, Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunã. Et bene, vel hoc, ſubaudias, exceptis illis quæ reprehendit ſuprà.* ¶ *Abs te eſſe natũ?* § *Et ortum legitur, vt ſit inſtructũ, commẽtum, & compoſitum.* ¶ *Non imperabat coràm.* §
Coràm.
*Coràm, ad certas perſonas*

*refertur: Palàm, ad omnes.*
Palàm.
¶ *Quid opus eſſet facto.* § *Eſſet, imperſonatiuè dicitur,*
Eſſet opus facto.
*Opus facto eſſet* ¶ *Puerperę* § *Datiuus caſus eſt, vt ſit, ipſi puerperæ coràm non imperabat, quid facto opus eſſet. Sic enim dicimus, Quid vis tibi faciam?* ¶ *Puerperæ* § *Omnis quæ peperit, puerpera πρωτοτόκος, quæ primũ.*
Puerpera.
*Et non quòd puerum, ſed quòd filiũ peperit, puerpera dicta eſt. Et apud veteres, puer puellus, puera puella.* ¶ *Illis quæ ſunt intus.* § *Argumẽtũ ex eo quod nõ factũ eſt, cum fieri potuerit: & ex eo quod factum eſt, cum fieri nõ oportuerit.* ¶ *Clamat de via.* § *Mirè clamat, quaſi dicat, maluit clamare, quàm ſine labore intus imperare.*
Ita.
¶ *Itáne contemnor?* § *Hoc eſt*
Contemno.
*vſque adeóne contemnor.*
Temnor.
*Temnor autem Græcum eſt id eſt, cædor & reiicior, τὸ τέμνομαι nam veteres temno dicebant ſine præpoſitione* ¶ *Ita ne tandem?* § *Indignatio eſt ad æſtimationem reuocantis eius dicta vel facta, à quo cõtemnitur quis.*
*date.
¶ *Idoneus.* § *Aptus, & ei rei natus.* ¶ *Apertè fallere.* §
Idoneus.
*δύο δι' ἑνός. & fallere, & apertè.* ¶ *Saltem accuratè.* §
δύο δι' ἑνός.
Saltem.
*Mirè ſaltem: quod ponitur in deſperatione rerum. primò enim fuerat hortatus Dauum, vt nõ conaretur fallere.*
*ortum.
¶ *Saltẽ accuratè.* *ζεῦγμα à ſuperiore, fallere incipias.*
Zeugma. Syllepſis.
*aut certè σύλληψις fallere incipias.* ¶ *Certè ſi reſciuerim.* § *Et vtrum pro cũ reſciuerim. an quia ſtultum me putas?* ¶ *Certè hercle nũc hic ſe.* § *Hoc ita dicitur, vt audiat ſpectator, non vt Simo.* ¶ *Edixín' tibi?* § *Hic illud reddit, Edico tibi, ne temerè*
Interminari.
*facias.* ¶ *Interminatus sũ.* § *Prominatus ſum. Plautus in Aulularia, Præterea tibicinam, quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem, & Pyrenæum poteſt.* ¶ *Num veritus?* § *Veretur liber, metuit*
Vereor. Metuo.

*ſeruus, & deeſt es: apta eclipſis iraſcenti. Alibi, Non ſimultatem meam reuereri?* Retulit. Refert. *¶ Quid retulit?* } *Retulit, pro fuit, vel interfuit, & producit Re ſyllabam. & eſt ſenſus, Sic cõtempſiſti quaſi tibi non cõminatus ſim. ¶ Teneo quid erret.* } *Hoc dixit, nõ vt Simo, ſed vt ſpectator audiat. hoc denique ſenex probat dicens Dauo, Quid taces? ¶ Et quid agã habeo.* } *Et quid reſpondeam ſcio.* Quid. *¶ Quid credas?* } *Propter quid, aut propter quam rem aut quo modo, aut propter quid. ¶ Quid credas?* } *Repetit verbum eius, quod ait, Credón'. quare adiuuandũ pronuntiatione eſt. ¶ Quaſi tibi non Renuntiata.* } Renuntiare. *Nũtiata, compoſitum pro ſimplici. ¶ Mihín' quiſquam?* } *Fauet ſibi ſenex in eo, quòd ſe vult perſpicaciorem videri. ¶ Eho an tute.* } Èho. *Eho modò interiectio eſt admirantis, aliàs ad ſe vocantis, Ehodum ad me. ¶ Nã quî.* } Quî. *Quî, vnde. ¶ Quaſi tu dicas.* } Dicas, pro Credas. *Dicas, pro credas. nõ enim dicimus niſi quòd credimus, ab eo quod ſequitur, id quod præcedit figura* μετάληψις Metalepſis. *à poſterioribus ad priora. Idem alibi. Audacter dicito. Et alibi, Fœneratum iſtud beneficium pulchrè tibi dices, id eſt, credes, ſcies, ſenties. ¶ Etiam qualis.* } Etiam, pro Adhuc. *Etiam pro adhuc. vt Virgilius, Idæúmque etiam currus, etiam arma tenentem. ¶ Egóne te?* } *Duobus iſtis pronominibus oſtẽdit ſe ſenex ſcire omnia. ¶ Sed ſi quid tibi narrare occepi.* } Occepi. *Occepi melius quàm incepi. dicitur ab occipio. eſt enim occepi, quaſi caput rei inſtitui. ¶ Falsò.* } Falsò. *Poteſt &* εἰρωνικῶς *falsò pronuntiari. poteſt & falsò loqueris, dici. vt Saluſtius, Falsò queritur de natura ſua humanum genus. Et vocalitatis cauſa ſic, vt ſedulò, optatò, certò: quaſi ſedulè, optatè, certè.* Sedulò. Optatò. Certò. *¶ Nihil iã mutire* } Mutire. *Ennius, Nec dico, nec facio. Vnde & mu-*

Credóne tibi hoc nunc, peperiſſe hanc è Pãphilo?

D. Teneo quid erret: quid ego agam, habeo.

S. quid taces?

D. Quid credas? quaſi non tibi renuntiata ſint hæc ſic fore.

S. Mihine quiſquam? D. eho, an tute intellexti hoc adſimulari? S. irrideor.

D. Renuntiatum eſt. nam quî iſtæc tibi incidit ſuſpectio?

S. Quî? quia te noram. D. quaſi tu dicas factũ id conſilio meo.

S. Certè enim ſcio. D. non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo.

S. Egóne te? D. ſed ſiquid narrare occepi, cõtinuò dari

Tibi verba cenſes. S. falſo. D. itaque hercle nihil iam mutire audeo.

S. Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hîc. D. intellextin'?

Sed nihilo ſecius mox deferent puerum huc ante oſtium:

Id ego iam nunc tibi renuntio here futurum, vt ſis ſciens:

Ne tu hoc poſterius dicas, Daui factum conſilio, aut dolis.

Prorſus à me opinionem hanc tuam ego eſſe amotam volo.

S. Vnde id ſcis? D. audiui, & credo. S. multa concurrunt ſimul,

Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primùm hæc ſe è Pamphilo

Grauidam dixit eſſe: inuentum eſt falſum. nunc, poſtquam videt

Nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla ilico

Obſtetricem accerſitum ad eam, & puerum vt afferret ſimul.

D. Hoc niſi fit, puerum vt tu videas, * nibil mouentur nuptiæ.

S. Quid ais? cum intellexeras

Id conſilij capere, cur non dixti extemplo Pãphilo?

D. Quis igitur eũ ab illa abſtraxit, niſi ego?

*tos dicimus, quod Græci* φθέγγεσθαι *¶ Neminem peperiſſe hîc.* } Neom. *Neminem dicendo maiorem cõfirmationem fecit, non ſolum Glycerium nõ peperiſſe, ſed etiam neminẽ. & Hîc oſtendit domum. Et eſt neminem, nullum hominẽ. Et nota in fœminino genere etiam neminem poſitũ. ¶ Mox deferent puerum.* } *Quaſi dicat nobis. ¶ Id ego iam tibi renuntio.* } *Fingit ſe prodere, quod ipſe facturus eſt: vt non credat ſenex ab eo fieri, quod prędixerit fore. ¶ Id ego tibi renuntio here futurum.* } Re. *Re ſyllaba, apud veteres interdum abundat: vt modò renuntio pro* Renuntio. *nuntio & Cicer. Renunciatur mihi. ¶ Renuntio.* } *Quaſi ſecretum conſilium. vt ſuprà, Renuntiatum eſt. ¶ Daui factum cõſilio, aut dolis.* } *Commodius, & magis cum inuidia dixit, Daui, quàm ſi meo dixiſſet. vt Virgilius, cũ Turnus incuſaretur, dixit, Nulla mora in Turno. ¶ Prorſus à me.* } Prorſus. *Prorſus quaſi porrò verſus: quod Gręci* μάκραν *dicunt, id eſt vel longum actum. ¶ Prorſus à me.* } *Quidam prorſus pro* μάκραν *poſitum putãt. Ego pro eo quod eſt omnino. Sũt qui coniunctionem velint eſſe. ¶ Opinionem hanc tuã* } Hanc tuã. *Hanc tuam, cum tædio dixit, hoc eſt nimis moleſtam, nimis ſuſpicacem, nimis accuſatricem. Sic dixit hanc tuam, vt ille de apibus, Vere ſuo. Et, Solémque ſuum, ſua ſydera norũt. Et in Adelphis, Iam verò omitte Demea tuam iſtam iracũdiam. ¶ Audiui, & credo* } *Locus communis, an famæ credendum ſit Et bene ſubiunxit, Credo. nõ enim audiſſe, ſtatim credere eſt. ¶ Multa concurrunt.* } *Reſtat enim vt multis concurrẽtibus ſignis, vna coniectura conſletur.* *nil morentur. *¶ Iam primùm hæc ſe è Pãphilo grauidã dixit eſſe. inuentum eſt falſum.* } *Secundum quod credit ſenex. Et à*

*ſummo*

nam omnes nos quidem
Scimus quàm miſerè hanc amarit. nunc ſibi
vxorem expetit.
Poſtremò id mihi da negotij. tu tamen has
nuptias
Perge facere ita, vt facis, & id ſpero* adiutu
ros deos.
S. Imò abi intrò: ibi me opperire, & quod pa-
rato opus eſt, para.
Non impulit me, hæc nunc omnino vt crede-
rem:
Atque haud ſcio, an quæ dixit, ſint vera om-
nia.
Sed paruipendo. illud mihi multo maximum
eſt,
Quod mihi pollicitus eſt ipſus gnatus. nunc
Chremem
Conueniam: orabo gnato vxorem: ſi im-
petro,
Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nu-
ptias?
Nam gnatus quod pollicitus eſt, haud dubiũ
eſt mihi id
Si nolit, quin eum meritò poſsim cogere.
Atque adeò* in ipſo tempore eccum ipſum*
obuiam Chremetem.

*adiutores.
*in tempore
*obuiam

ſummo ad imum, & ex factis, & ex dictis, & ex rebus atque perſonis ſumit argumenta. [Poſtquã videt nuptias domi apparari.] Elegãter omiſit, in cuius domo.

Illico.

[Miſſa eſt ancilla illico.] Quod Græci dicunt αὐτόθεν ἐπέμφθη. Nam loci ſignificatio eſt, etiam breuitatem tẽporis notans.

Moueri.

[Nihil mouentur nuptiæ.] Non perturbãtur nuptiæ. [Morantur.] Differũtur. [Quid ais? cum intellexeras id conſilij capere.] Quaquà ſe verteret Dauus, obuium infeſtúmq; inuenit ſenem: & tamẽ ita verſutè it obuiam, vt etiam cõprehenſus elabatur. [Quis igitur eũ ab illa abſtraxit?] Non frigidè intulit, dixiſſe ſe ſed cum magna aſſeueratione.

Abſtrahere.

& Abſtraxit propriè. vt ſuprà, Me à Glycerio miſerum abſtrahat? &, Diuellimur inde, Iphitus & Pelias mecum. [Quis igitur eum.] Hoc ſic audiẽdum eſt, quaſi dicat, Dixi. [Id mihi da negotij.] De proiectione pueri pro foribus. [Tu tamen idẽ]

Tamen idẽ
Tandem.
Miſere
Expetere.
Tamen idẽ

Idem abundat. Apud veteres, Tamenidem, integrum fuit. vnde apud nos, Tandẽ, & tamen natum eſt. ſic & idẽ * eorúmq; dictũ. [Miſerè hanc.] Miſerè, valdè, nimis. [Nunc ſibi vxorẽ expetit.] Oratoriè, pro eo quod eſt non recuſat, expetit. [Id mihi da negotij.] Vt caueatur ab appoſitione pueri ante oſtium.

Opus eſt parato.
Impellere.

[Tu tamen idem.] Tamen idem, aut pro tamen poſitum eſt aut pro tandem, vt ſit. Tu tandem has nuptias perge facere ita vt facis. [Quod parato opus eſt.] Diſertè, & Latinè dixit, quod parato opus eſt. [Non impulit.] Non impulit, non perſuaſit, non perfecit vt crederem Glycerium peperiſſe. Et cum dicit omnino, oſtẽdit quædam ſe credidiſſe, in quibuſdam iam eſſe circumuentum. Mirè autem cautum capi inducit ſenem, vt crederet quòd Glycerium non peperiſſet. [Quæ dixit, ſint vera omnia.] Quæ poſtea dixit Dauus. Et bene, omnia: vt appareat ſenẽ multa credere vera eſſe, quæ Dauus dixerit.

Multo.

[Multo maximum.] Multo etiam comparatiuis antiqui adiunxerunt. [Quod mihi pollicitus eſt.] Pollicitatio, multarum rerum promiſsio.

Pollicitatio
Aliàs.
Tempus.

[Gnato vxorem.] Subauditur, vt det. [Quid aliàs.] Pro cur aliàs, alio tempore. [In ipſo tempore.] In ipſa opportunitate, in ipſo articulo. [Eccum ipſum obuiam Chremetem.] Continuò mutauit declinationem: vt, Iubeo Chremetem.

ADRIA.
BARL.

Adhuc Archillis.] Medici adhuc futurarum rerum incerti, ex præſentibus indiciis firmam polliceri valetudinem conſueuerunt. [Fac iſtac vt lauet.] Demonſtrat pannos qui ex puerperio ſordebant, qui ex partione ſanguine rubebãt. Sic Horat. in Odis. Tuo cruore rubros obſtetrix pannos lauit. Vt cunque fortis, exilis puerpera.

Epod. ode penult.

[Quod iuſſi ei dare bibere.] Donatus annotauit cõſuetudine magis quàm ratione dictum, pro date ei potionem. Duo enim coniuncta verba nullam habent ſine nomine ſignificationem. [Per ecaſtor.] Per aduerbij quoq; vim obtinet, quando pro valdè accipitur. Et eſt ordo, perſcitus puer, vt ſit Tmeſis, quemadmodum illic, per pol quam paucos reperias meretricibus fideles, vt ſit perquam paucos.

Perſcitus.
Scitus puer.

[Scitus puer.] Elegans, placens: cõtrarium inſcitus, ineptus, minimè placens. [Vt ſit ſuperſtes.] Superſtare ſupereſſe ſignificat. Hinc ſuperſtes, qui mortuis ſuperſtat. Hinc ſuperſtites per metaphorã antiquis dicebantur, qui ſani & incolumes eſſent, quo ſignificatu hîc accipitur.

Superſtes.
Metabaſis.

[Quãdoquidem ipſe eſt ingenio bono.] μετάβασις hoc eſt tranſitus perſonarũ. [Qúmque huic veritus eſt optimæ.] Tranſit ab infantulo ad ipſum patrem.

Vel.

[Vel hoc quis nõ credat.] Vel cum non geminatur, ſignificat etiam. non dubium eſt, inquit, ô Daue, quin tu & huius ſis author commenti. [Non imperabat coràm.] Ab incongruentia rei & temporis locus eſt. Argumentum ex eo quod nõ eſt factum, cum fieri oportuerit, & ex eo quod eſt factum, cum fieri nõ oportuit.

De.

[Clamat de via.] De præpoſitio magnam venuſtatem gratiam, & elegantiam obtinet, variéque vſurpatur. Dicimus enim de via, de nocte, de patre, pro à patre. De Antiocho ſcire poteris M. Tul. dixit pro ex Antiocho. lege Adrianum Cardinalem. [Itáne tandem idoneus.] Rem exaggerat à ſua perſona & à genere doli, cum dicit apertè & accuratè. [Fallere incipias dolis.] Pleonaſmus eſt, Vocamus adiectionem ſuperuacuam ad plenam ſignificationem, ſicut in illo Virgilij. Sic ore locuta eſt.

Pleonaſmus.
Hercle.
Per Herculem non iurabant mulieres.

[Certè nunc hercle.] Soli olim viri per Herculem iurabant, nunquam per Caſtorem. è contrario mulieres per Caſtorem iuràre ſolebant, per Herculem autem deierare eis nõ licebat, quod Herculano etiã ſacrificio abſtinerẽt. Geryonis enim boues cum per agros Italiæ duceret Hercules, ſitienti aliquando & aquam à muliere quapiam petenti reſponſum eſt ſe aquam dare non poſſe, quòd fœminarum deæ ſacer dies eſſet, propter quod facturus Hercules ſacrificium, deteſtatus eſt fœminarum præſentiam & ſacrorum cuſtodibus iniunxit, ne vnquam mulieres ad-

mitterent. ¶ Mihin' quiſquam.} Hoc ſpectat ad ſenis perſpicaciam, quaſi dicat ego ipſe intelligo. ¶ Scio neminem peperiſſe.} Neminem fœminino genere poſitũ eſt: & hîc cum dicit, oſtendit domum Glycerij. ¶ Nihil mouentur nuptiæ.} P.

*Moueri.*

Mouentur, id eſt, perturbantur per aphæreſim, id eſt promouentur, differũtur. ¶ Id mihi da negotij.} Donatus interpretatur pro delatione pueri ante oſtium. ¶ Sint vera omnia.} Omnino oſtendit quædam credidiſſe, in quibuſdam tamen eſſe circumuentum. ¶ Quod mihi pollicitus eſt ipſus gnatus.}

*Ipſus.*

Palæmon Quæſtio, inquit, alia pronominis, quæ ita obſcura eſt, vt vix à paucis ſoluatur. Quare cũ dicamus illud iſtud in genere neutro, ipſud non dicamus, ſed ipſum. Sed quæ in, e, exeũt in maſculinis, ipſa ſunt, quæ genus neutrum ita fecerunt, vt illud iſtud. Ipſum verò ideo non ipſud, quia apud antiquos magis in vs intendebant nominatiuũ generis maſculini, vt dicerent ipſus. Hinc Terentius aliquo loco: Ipſus Pamphilus dixit. Et quo modo in canone nominum, omnia quæ maſculino genere vs habent nominatiuo ſingulari, in fœminino, a, habent in neutro vm, vt doctus docta doctum: ſic ex nominum regula emanauit analogia, vt à pronomine ipſus, fiat in fœminino ipſa, in neutro ipſum. ¶ Ipſus gnatus.} Priſcianus. Illud etiam attendendum eſt, quòd cum ille illud, iſte iſtud, is id neutra faciãt, ipſe ſolum quod & ipſus inuenitur à vetuſtiſsimis prolatum, neutrum in vm deſinens facit. illa enim quæ quibuſdam viſa eſt ratio, non adeò firma videtur: Ideo in vm facere neutrum, quod in vs deſinit maſculinum. Nam alius cũ in vs terminetur, neutrum aliud facit. Sed non eſt quod hoc Priſcianum moueat, cum nulla ſit regula tam catholica, quin aliquando exce-

*Aliàs.*

ptionem patiatur. ¶ Quid aliàs malim.} Aliàs hîc pro alio tempore accipitur. Bebelius qui apud Germanos aliquando literas eſt profeſſus, ait hîc aliàs pro aliter poſitum, ſed errat. ¶ Si nolit, quin eum meritò poſsim cogere.} Gellius tractans philoſophicam quæſtionẽ, an ſemper in omnibus patris iuſſis ſit obſequendũ, Quę, inquit, in medio ſunt, & à gręcis tũ ἀδιάφορα. tum μέσα appellantur, vt in militiam ire, rus colere, honores capeſſere, cauſas defendere, vxorẽ ducere, quoniam & hæc & his ſimilia per ſeſe ipſa neq; inboneſta ſunt neque turpia, ſed perinde vt à nobis aguntur, ita ipſis actionibus, aut probanda fiunt, aut reprehendenda: Propterea in

*Patri an ſit parendum in omnibus*

huiuſmodi omnium rerum generibus patri parendum eſſe cenſent, veluti ſi vxorem ducere imperet, aut cauſas pro reis dicere. quòd enim vtrunq; in genere ipſo per ſeſe neque honeſtum, neque turpe eſt, idcirco ſi pater iubeat, obſequendũ eſt. Sed enim ſi imperet vxorem ducere infamem, propudioſam, crimінoſam: aut pro reo Catilina aliquo, aut Caio Bibulo, P. Clodio cauſam dicere, non ſcilicet parendum, quoniam accedente aliquo turpitudinis numero, deſinunt eſſe per ſeſe hæc media, ac indifferentia. Non ergo integra eſt propoſitio dicenda, aut honeſta ſunt, quæ imperat pater, aut turpia. Neque ὑγιὲς νόμιμον διεζευγμένον videri poteſt: deeſt enim diſiunctioni iſti tertium, aut neque honeſta ſunt, neque turpia. quod ſi additur, poteſt ita concludi, nonnunquam eſt igitur patri parendum. Hactenus Gellius lib. II. capi. VII. Pontanus. lib. II. de obedientia. Eorum, inquit, vera ſententia, ac rebus hominum maximè commodata, qui nunc parendum patris imperio, nihil parendum eſſe conſentiunt, nec in his ſolum quę iuſta aut iniuſta per ſe ſunt, verùm & in his quę media dicuntur. Etenim cauſam orare, vxorem ducere, licet nec in bonis, nec in malis numerentur, neque ipſa per ſe aut honeſta ſunt, aut turpia, efficiuntur tamen ſtatim inboneſta, ſi aut Catilinæ patrocinium ſuſcipiat, aut Thais ducatur in vxorem. Quamobrem nec ſi pater imperet, defendendus videtur qui regnum in libera ciuitate occupare conatus eſt, nec vxor ducenda infamis. Quæ quanquã ſe ita habent, inſpiciendum tamen eſt, quid ferant rerum varietates ac tẽpora, quorum magna vis, ad res in omni vitæ parte agẽdas.

**LATOMVS**

Argumentum. Confirmat errorem ſenis Dauus, & officium ſuum commendat. ¶ Adhuc Archillis.} Verba obſtetricis ad ancillam. ¶ Scitus puer.} Id eſt elegans. ¶ Optumę adoleſcenti.} Fœminino genere. ¶ Non imperabat.} Alia cõiectura ſenis à dicto muliérculæ & loco, ad confirmandam fœminini

*Adoleſcẽti fœminini generis.*

ſuſpicionem. ¶ O Daue Itan'.} Expoſtulatio cũ Dauo. ¶ Saltem accuratè.} Auget à modo facti. ¶ Certè hercle.} Hoc ſecum Dauus, ſentiens errorem ſenis. ¶ Quid credas.} Attende callidam confirmationem falſæ ſuſpicionis, vt noua occaſione fallat. ¶ Non ſatis me.} Purgatio à perſona. ¶ Falſo.} Ironia. ¶ Sed nihilo ſecius.} Aſtutè præmunit euentum futuri conſilij, nam ipſe facturus eſt quod hîc prodit ne facturus videatur. ¶ Multa concurrunt.} Contrahit vnum in locum ſuſpiciones, quo res probabilior videatur. ¶ Quid ais.} Obiurgantis. ¶ Quis igitur.} Defenſio cum officij commẽdatione, quo plus ſit facultatis ad fallendum. ¶ Non impulit.} Cogitatio ſenis. ¶ Conueniam, orabo.} παρασκευή.

**PETRVS MARS.**

Adhuc Archillis &c.} Obſtetricum iactantiam, verba imperioſa circa id quod ad ſuam profeſsionem pertinet, & blanda inter dura pro temporis conditione, vt parentum animos emereantur, & lucrifaciant, hæc ſcena exprimit: & ſenis non omnino prudẽtis, ſed nec pia, & ſtolidi ratiocinatio deſcribitur, qui ſic interdum loquitur, vt meritò contemni poſſe videatur. Rurſúſque animum ad rationem reuocans, id meditatur, quod ſuis rebus in primis conducere putat, ne ſeruili vaframẽto decipiatur: quod ideo accidit, quoniam pauci prudentes reperiũtur. Quapropter diuinus ille Plato in eo Dialogo, qui Protagoras inſcribitur, ſic ait: Idcirco ſi quis eos vituperare pergat, defatigabitur. ¶ Per ecaſtor &c.} Gellius. lib. XI. cap. VI. ſic ait: In veteribus ſcriptis

*Iuſiurandũ virorum & mulierum.*

neque Romanę mulieres per Herculem deierant, neque viri per Caſtorem. Edepol autem, quod iuſiurandum eſt per Pollucem, & viro & fœminę commune eſt. Scitus, id eſt, bo-

*Scitus.*

nę indolis, & præ ſe ferens futuram elegantiam in moribus, & rerum ſolertiam. Scitè quis aliquid agit, cum doctè & prudenter agit. Ob ſpem igitur & adulatoriè obſtetrix appellat infantem ſcitum. ¶ Eho an tute intellexti &c.} Apuleius dicit eſſe maximam ſtultitiæ ſpeciem, non intelligere ſe aliis eſſe ludibrio. ¶ Multa concur. &c.} Affectus erga filios parentũ exprimitur, qui non facilè credunt vitia filiorum, & illos excuſant cogente amore, qui cauſa eſt vt iudicium paternum decipiatur. Quapropter Adraſtus Papinianus ſic dicit:

Quantus honos, quantúſque pudor, ne credite patri,
Et ſuper heſternas licuit cognoſcere menſas.

¶ Non impulit &c.} Hæc eſt ſenis prudentiæ non expertis ratiocinatio, qui & præterita meditatur, & futura proſpicit ne decipiatur, & aliis ludibrio ſit: quod maximè illum dedecet, qui bene, prudentérque viuendi cæteris exemplo eſſe debet. Prudentia enim, vt inquit Philoſophus lib. III. Politicorum, eſt propria virtus eorum, qui alios regunt.

**RIVII caſtigatio.**

Per ecaſtor ſcitus puer natu'ſt Pamphilo.} Haud ſcio, an librariorum incuriæ aſsignandum ſit, quòd apud Pri-

ſcianum,

ſcianū lib.XIIII.ſic citatur hic locus: Per caſtor ſcitus puer
eſt natus,&c. Quanquam non me fugit inter aduerbia iu-
randi recenſeri non ſolum ecaſtor,ſed & caſtor, quo Plaut.
interdum vtatur. Sanè exemplar manu ſcriptū è bibliothe-
ca Dominorum ab Haſſenſtein habet, Per caſtor ſcitus puer
&c. Eſt'q́ hæc fortaſſe vera germanáq́ lectio. Verùm vtro-
cūq́ modo legas, τμητικῶς pro perſcitus puer accipitur. Pue-
Puer, pro filio. — rum autem, vt hoc obiter addam, filium intelligit, vt Græ-
ci παῖδα dicunt, & Horat.I.Odarum, pueros Ledæ, hoc eſt
filios. Scitum vero appellat pulchrum & elegantem Græci
Scitus. — ὡραῖον, ſicut & Donat. adnotauit. ¶Nam quî iſthæc tibi in-
cidit ſuſpectio? § Ita exemplar Vvittēbergæ excuſum. ſicq́,
Suſpectio. — opinor, aliquo in vetuſto codice repperit Philippus. Sed cum
nullum nobis ſit exemplar, quod ei ſuffragetur, relinquimus
vulgatam lectionem: præſertim autem cum inuenias apud
Suſpicio, antepenult. producta. — Terētium, vbi produci videatur antepenultima in hac di-
ctione ſuſpicio, ne hîc produci eam mirere. vt ſcena.I.Eunu-
chi: Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ, & III.Scen. actus III.
Velle agere mecum, iam tum erat ſuſpicio. Niſi dicere auſis,
illic primo loco trochæum, hîc quinto eundem poni. Nec ta-
men diſplicet ſuſpectio: præſertim cum ea vox apud Corne.
Celſum, idoneum & locupletem authorē, pro ſuſpicione lib.
Suſpectio, pro ſuſpicione. — II.capite IX. reperiatur: cum ait: At ſi morbi ratio patietur,
tum demum nulla cruditatis ſuſpectione remanente id fiat.
Ita apud Amm. Marcellinum: Et quia per regiones ignotas
de obſcuris erat ſuſpectio circa aſſurgentes, & ludificandi
varietas timebatur: Ideo Imperator nūc anteſignanis, nunc
agminibus cogendis inſiſtens, cum expeditis velitibus, ne
quid lateret abſtruſum, fruteta ſqualida valléſque ſcruta-
batur. Præterea apud Saluſtium in Iug. ſuſpiciens pro ſuſpe-
Suſpiciens, pro ſuſpectū habens. — ctum habens vſurpatum videtur, cum inquit: Per idem tem
pus Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionem, quā me-
tu deſeruit, inceperat, ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens,
nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere. Ita ſu-
Suſpectare, pro ſuſpectū habere. — ſpectare pro ſuſpicari, atq́ habere ſuſpectum idētidem vſus
eſt Corne. Tacitus: videlicet frequentatiuum loco primitiui
vſurpans. velut XIIII. Suſpectabat maximè Corne. Syllam,
ſocors ingenium eius in contrarium trahēs, callidúmque &
ſimulatorem interpretando. Et XV. Sed ipſa in cuſtodia re-
tenta eſt, ſuſpectante Nerone haud falſa eſſe, etiam quæ ve-
ra non probabātur. Vt autē ſuſpectus, pro eo qui in ſuſpicio-
nem venit, à verbo ſuſpicere deducitur: ita ſuſpectio quidni
inde commodè ſatis formetur? ¶Tu tamen has nuptias per-
ge facere. § Sic vulgò omnes Terentiani codices, ſed mendo-
ſe. Nos igitur particula idē, quæ deſiderabatur, adiecta le-
gimus: Tu tamen idem has nuptias &c. quomodo Donatus,
ſuffragantibus antiquis & emendatioribus codicibus. Nec
ſecus à doctis hic locus citatur: vt omittam, quòd verſus ra
tio hoc ipſum expoſcere videtur. Eſt autē Trochaicus tetra-
meter catalecticus. Niſi negotij legere quis malit contra fi-
dem exemplarium veterum, in quibus per apocopem adem
pta eſt litera vltima de genitiuo negoti, quo modo Virgil. pe
culi dixit pro peculij, tuguri, pro tugurij, in Buc. ¶Et id ſpero
adiuturos deos. § Hanc lectionem ipſe quoq́ ſequor: Sed eſt,
quòd diſsimulandum non puto, in manu ſcriptis, Et id ſpero
adiutores deos, quo modo conſentiunt ex impreſsis etiam Ve
netum, Argentoratenſe, alia pleraque, vt de tanto vetuſtiſ
ſimorum quorunque inter ſe cōſenſu mirer. Porrò ne quem
inſolentia locutionis offendat, ſcias Donat. quoq́ adnotaſſe,
vbi nunc legitur, Nihil circuitione vſus es, legi ibidē etiam,
Nihil circuitione vſor es. quod ſimile propemodū eſt alteri.
Eſt autem ἀντιμέρεια, qua libenter comici vti ſolent. vt ali- — Antimeria apud Comicos.
bi, Quid huc reditio eſt? pro cur huc rediiſti? Plau in Am-
phi. Quid tibi hanc rem curatio eſt verbero? In Truc. Quid
tibi ad haſce acceſsio eſt ædeis prope aut pultatio? Sic ſæpe
alias. ¶Atq́ adeò in ipſo tempore eccum ipſum obuiam. §
Sunt qui addant Chremetem, vt Venetum habet, & Ar-
gentoratenſe exemplar. Illud ex bibliotheca dominorum ab
Haſſenſtein habet Chremem, quomodo legendum è Donato
liquet, qui hoc loco, Continuò, inquit, mutauit declinationē,
vt Iubeo Chremetem, quibus ex verbis colligitur hîc Chre-
mem, in initio proximæ ſcenæ Chremetem legēdum. Eſt au-
tem verſus Trimeter, vt proximi ſuperiores aliquot. Prior
ſyllaba primæ dictionis pertinet ad finem præcedentis, &
adeò diſyllabum eſt, vt ſit prima regione anapæſtus.

Et hîc Simo ſeipſum fallit, dum nimiùm callidis, ſed va- — Eiuſdē annotatio.
nis coniecturis, vt pòſt docuit exitus, rem ſe intellexiſſe ſpe-
rat. Perſpicitur hinc & Daui vafrities, qui domini errore
pulchrè aſtutéq́ ad ſuū abutitur commodum.—¶Itáne tā-
dem idoneus Tibi videor, quē tam apertè fallere incipias
dolis? § Primum eſt, non fallere herum: proximum, accuratè
ſaltem, ac non apertè, ſed clàm id facere, ne videlicet reſci-
ſcat, & vt metui videatur. Apud Plau. in Truculento me-
retrix Phroneſium, Nullam, inquit, rem oportet doloſe ag-
gredi, niſi aſtutè accuratéq́ exequare. ¶Id ego iam nunc ti-
bi renuntio here futurum, vt ſis ſciens. § Vide aſtutiam ſer-
ui: fingit enim ſe prodere Dauus, quod quidem ipſe mox fa-
cturus eſt, ne ſenex credat ab ipſo fieri, quod antè prædixe-
rit futurum. Hîc igitur docemur non debere nos verba tan-
tùm, ſed & mentem dicentis inſpicere, ex animóne omnia,
ac ſimpliciter dicat, an dedita opera, atq́ ex cōpoſito, vt fal-
lat: nam Dauus hic, vbi ſentit ſeni nondum perſuaſum hāc
párere, párere eam affirmat: & ita tamē narrat, vt opinio-
nem ſeni faciat ſimulari partum, quemadmodum annota-
uit & Philippus.—¶Nam omnes nos quidem Scimus;
quàm miſerè hanc amarit. § Miſcet vera falſis, quemadmo-
dum Sinon ille Virgilianus, vt habeatur ipſi fides: & ita fe
rè fieri ſolet, vt, qui mendacia machinantur, vera admiſce-
ant, quo facilius falſis fidē concilient. Docemur hîc igitur, nō
facilè cuiuis eſſe credendum, nec verba modò, ſed & mentē
inſpiciendam, ſi nobis imponi ac verba dari nolimus.

Quod iuſsi, ei date bibere. § Quanquā proximè ad vul- — DOLETI obſeruatio.
garem ſermonis vſum accedit hæc locutio, tamen elegans eſt,
pro date potionem. Id aliqui impropriè propinare dicunt: cū — Dare bibere
propinare propriè præbibere ſit, vel prægustare. ¶Veritus eſt
optimæ adoleſcenti facere iniuriam. § Sic Cicero in Piſo. Fa-
cio iniuriam fortiſsimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos — Iniuriam facere.
pares hæc ciuitas tulit, cum hac importuna belua cōferam.
Pro iniuriam facere dicit idem Cicero iniuriam imponere,
vel iniuria afficere. ¶Non imperabat coràm, quid opus fa- — Opus eſt facto.
cto eſſet. § Pro quid opus eſſet facere. Ea eſt linguæ Latinæ
phraſis, vt ablatiuo pro verbo vtatur: Cicero ad Att. Opus
fuit Hircio conuento. Idem pro Milone: Primum erat nihil,
cur properato opus eſſet: Id eſt, properare. ¶Clamat de via §
Pro è via. Sic hæc particula, de, ſæpe apud Latinos eſt pro, — De via.
è. Vt cum dicimus aliquem languere, vel defeſſum eſſe de
via. In qua locutione via eſt actionis, non loci: & ponitur
pro itinere facto. Cicero Philippica prima. Qui cum mihi
minus notus eſſet, cúmque de via languerē, & mihimet diſpli- — Via.
cerem, miſi pro amicitia, qui hoc diceret è via. quidā legūt.

Párere ex aliquo.

¶Nunc peperiſſe hanc è Pamphilo.§ Elegās eſt,pro à Pamphilo grauidam factam filium ei peperiſſe. ¶Renunciatum

Renuntiare.

eſt.§Ter in hac Scena ponit Terentius renuntiare pro apertè ſignificare,vel nuntiare. Propriè tamen renūtiare eſt referre,quid actum ſit,aut velit aliquis:quemadmodum nuntios dicimus referre de his,ad quæ miſſi ſunt. Vnde renuntiare ad Senatum acta:& renuntiare legationē, quod vulgò dicimus, legatos referre id, quod in legatione geſſerint. Id quod aliquando per renuntiare ſine alio caſu efferūt Latini,vt ſit renuntiare idem,quod legationem renuntiare.Cicero Philipp.IX.Nec verò dubito,quin, ſi ille vir renuntiare legationem potuiſſet, reditus eius & nobis gratus fuiſſet,& Reipublicæ ſalutaris futurus. Sic etiam dicunt Latini renuntiare magiſtratū,renuntiare auſpicium.Renūtiatur autem Conſul,Tribunus,aliuſue magiſtratus, cum declaratur factus Conſul,Tribunus,&cæt. Paulo alieniore ſenſu dicūt Latini renuntiare amicitiam,redemptionem,repudium,pro denuntiare amicitiam diſciſſam: teſtari ſe non eſſe redemptorem, & repudiare vxorem. Renuntiare item hoſpitium dicebatur,quem cōtracti hoſpitij pœnitebat.¶Prorſus à me opinionem hāc tuam amotam volo.§Id eſt, volo hanc tuam

Opinionem amouere, euellere, excutere.

de me opinionem ex animo tuo euulſam, & excuſſam. Quibus poſterioribus locutionibus,ſcilicet opinionem euellere,& excutere,elegāter vtuntur Latini, pro opinionem amouere. Cicero pro Cluent.Euellam ex animis hominum tantam opinionem?tam pœnitus inſitam?tam vetuſtam? Idem Tuſc.I. Hanc excutere opinionem mihimet radicitus volui, eóque

Coniecturā facere.

fui fortaſſe longior.¶Coniecturam hanc nunc facio.§Sic Cicero Famil.VII. Omnino,ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi: coniecturam enim facio de meo.Idem in Verr.Verùm vt ex vno de cæteris coniecturam facere poſſitis id quod priore actione cognoſtis, audite. Ex coniectura

Coniectura percipere, aſſequi, cōſequi.

venuſti ſunt alij loquendi modi:ſcilicet,coniectura percipere,coniectura aſſequi, vel conſequi. Cicero pro lege Manil. Multa prætereo conſultò, ſed ea vos coniectura percipitis. Idem in Verr.Act VII. Quid eius ſit, vos coniectura quoque aſſequi debetis.Idem ad Q.fratr. Quantum coniectura conſequebar,id erat eiuſmodi,vt magis optādum, quàm

Opperiri.

ſperandum putarem.¶Ibi me opperire.§ Opperiri eſt expectare:quod duplici,p,ſcribendū cenſet Tortellius, cui aſſentior.Tradunt nonnulli pro reperire, vel offendere poni,quod non probamus. Afferunt autem illud Ciceronis exemplum ex libro V.ad Att.epiſt.II.Cum ex Epeiro,inquit Cicero,redieris,de Rep.ſcribas ad me velim,ſi quid erit, quod opperiare:id eſt,ſi quid erit,vt illi volunt, quod offendas,vel reperias.Nos contrà ſic interpretamur:Si quid erit, quod opperiare de Reipublicæ ſtatu:id eſt,ſi quid videbis,quod expectandum ducas. Quidam in eo Ciceronis loco nō opperiare legunt,ſed operere: id eſt, agas. Tu vtram lectionem ſequi velis,tui ſit conſilij, atque iudicij. Alia exempla huius verbi proferam.Cic.ad Att.III. Si ſpem videro, aut ibidem opperiar,aut me ad te conferā.Idem Famil. VI. Nihil puto tibi eſſe vtilius,quàm ibidē operiri, quoad ſcire poſſis,quid

Paruipēdo.

tibi agendum ſit.¶Sed paruipendo.§Id eſt,non laboro, non admodum curo, nullā id mihi curam aut ſolicitudinem affert. Contemptionem autem expreſſiorem, perſæpe habet hoc loquendi genus.Cicero ad Attic.XV.Si iſta paruipendimus,certè & maiora contemnimus. Pro paruipendere dicit frequenter Cicero,paruifacere,vel ducere:aut nihili ducere, vel facere:pro nihilo putare,ducere,habere:nullo loco habere,vel numerare.¶Illud mihi multò maximum eſt.§Multò,

Multò.

vel multi.Verbis pretij, & æſtimationis interdum iungi ſolet:vt,apud Ciceronem in Verr.Statuite, quāti hoc putetis, & quàm multò redemiſſe.Idem de Orat. Nōnulli,dum operam ſuam multi exiſtimari volunt,volitant per forum. Alia ſignificatione eſt interdū multò,& idem deſignat, quod longè,vel multis partibus,vel longo interuallo,idq́ maximè cum iungitur cum poſt.Iungitur enim comparatiuo:vel ſuperlatiuo: vel cum particula poſt,vel ante: vel cum malle, quod comparatiuum refert:vel cum præſtat: vel cum ſecus: vel aliter: vel cum antecedo, & excello, & ſimilibus comparatiui,vel ſuperlatiui vim habentibus. Quorum omnium vide exempla in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum. De ſuperlatiuo tamen hîc quedā dare placet.Cicer. in Verr. Cum omnis arrogantia odioſa eſt,tū illa ingenij,& eloquentiæ oſtētatio multò moleſtiſſima.Idem pro lege Manil.Mihi ſemper conſpectus veſter frequens multò iucundiſſimus ad dicendum viſus eſt.¶Atque adeò in ipſo tempore eccum

In tempore.

ipſum obuiam Chremem.§In tempore vſurpant Latini pro commodè,vel opportunè.Cicero in Catil. Nihil agis,nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore. Brutus Cic.Famil. XI. Satis in tempore ad eos accedemus, vbi, quid valeant, ſcierimus.Sine præpoſitione, in, dicunt etiam Latini tempore pro opportunè.Cicero Famil. VII.Ego

Tempore.

renouabo commendationem:ſed tēpore. Idem in Verr.Act. IIII.Herodotus Romæ erat:ſatis putabat ſe ad comitia tēpore venturum, ſi pridie veniſſet. Idem Offi.III. Ad cœnam tempore venit Caninius.Hîc verò obſeruato, non ſine emphaſi dicere Terentium in ipſo tempore,pro in tempore.

GLAREANVS.

Magna initio huius ſcenæ,quod ad carminum rationem attinet, difficultas, vt videre eſt etiam apud Priſcianum. Primos treis verſus Eraſmus ait Iambicos dimetres eſſe, quibus accinantur bini trochæi, de quarto nihil dicit,fortaſsis quòd is verſus variè legitur. Priſcianus de verſibus Comicis ita legiſſe videtur: Quod iuſsi dari bibere,& quantum imperaui.ita codex Agrippinen.alius codex ita habet, Et quod iuſsi da bibere & quātum imperaui.Nonnulli adiiciunt in fine verbum date, quod tamen ad verſum ſequētem connectendum eſt,ſiquidem verſus eſt dimeter catalecticus,vt Priſcianus docet,nec ſecus Eraſmus. Ex commentario Donati vix certū deprehendi poteſt vtrū dare an date legerit,& num abſq; pronomine Ei,adeò euariant codices. verū quātū ego iudico,ita legiſſe verſum Donatus videtur.

Quod iuſsi dare bibere,& quantum imperaui.

vt ſit iambicus trimeter catalecticus. Neque carmen repugnabit, etiam ſi poſt Iuſsi addatur pronomen Ei, vt habet codex Aldinus.Deinde ſequatur dimet.iambi. etiam catalecticus Date, mox ego huc reuertar finiendi ſermonis cauſa,vt inquit Priſcianus.Atque ita malim hunc verſum legere,quàm quod Priſciani habēt codices. Porrò tertius verſus à ſcenæ initio eiuſdem rationis eſſe poteſt, ſi Deinde diſſyllabum legas.

Nunc primum fac vt iſtæc lauet,poſt deinde.

Sextus verſus et ipſe variè legitur. Aldinus codex ita habet

Per ecaſtor ſcitus puer natu'ſt Pamphilo.

Quæ lectio ſi e in ecaſtor productè legit,neceſſe habet s literam elidere in Scitus,vt ſit Iambicus trimeter acatalecticus.Vetuſtior codex Venetus ita habet,

Per ecaſtor ſcitus puer eſt natus è Pamphilo.

In

Natus è Pāphilo, vel natus Pamphilo. Ecaſtor. Edepol.

*In qua lectione e in Ecaſtor corripitur, & s in Natus elidi- tur, vt ſit ſimiliter trimeter iambicus acatalecticus. Ex exēplo Virgilij quod Donatus allegat, apparet Donatum legiſſe Pamphilo datiuum, non ablatiuum cum præpoſitione è. Et poteſt ſanè abſque è legi. Cæterum apud me nondum certè conſtat, ſítne in Ecaſtor e productum an correptum. In ędepol ambiguum videtur, etiam ſi ab æde, quod diphthongo ſcribitur, grammatici deriuēt. Lector ipſe iudicet. Septimus verſus cum nouem continuo ſequētibus, eſt quadratus ambi. acatalectici. Et Deos monoſyllabū in hoc primo. In quarto autem Puerperæ ait Eraſmus triſyllabum eſſe, quod non ita habet, vt in numeros ponenti facilè apparebit. Rurſus in quarto pòſt. Tibi videor, quē tā apertè fallere incipias dolis? Si legas videbor, inquit, cōſtat verſus. Sed ego legere malim, Tibi videor eſſe, vt veteres habent codices: atq; ita, & ſenſus & carminis ratio optimè conſtabit. Eſſe verbū omiſerat Eraſmus. Cæterum & proceleuſmaticus eſt loco primo.*

*Credóne tibi hoc nunc peperiſſe hanc è Pamphilo?*

*D. Teneo quid erret, quid ego agam habeo. S. quid taces?*

*Hi duo verſus ſunt Iambici trimetri acatale. ſequentes autem ſeptem tetrametri iambici acatalect. Quanquam Eraſmus quintum inter eos trochaicum tetrametrum exiſtimauerit, quod ego non intelligo, niſi hypercatalecticum voluerit. Ego malim eum iambicum tetrame. acatal. dicere vt reliquos, & Cert' enim creticum eſſe, & Scio pro iambo accipere. Cæterùm in ſecūdo horum ſeptem, verſu, Mihine quiſquam, Mihin' monoſyllabum accipe, vt conſtet verſus. In tertio & ſuſpicio & ſuſpectio legi poteſt. Octauus autē verſus eſt iambicus tetrameter catalecticus. deeſt enim illi ſyllaba, ideóque & ſcazon dicitur.*

*S. Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hîc. D. intellextin'? Sequentes deinde duo trochaici ſunt tetrametri catalectici, tertius iambicus tetramet. acatale. niſi Poſterius diſyllabon quis faciat, quod ego nolim. Rurſus ſequentes ſeptem ſunt trochaici tetrametri catalect. Octauum autē Eraſmus dimetrum trochaicum catale. putat: nonum rurſus tetrametrū trochaicum, cum quinque continuò ſequētibus. Atqui hic octauus ac nonus trimetri duo eſſe poſſunt trochaici catalect.*

*Quid ais? cum intellexeras id conſilij*
*Capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?*

*Poſt hoſce ſex trochaicos, reliqui deinde omnes ad finem vſque ſunt iambici acatalectici. Quāquam vltimum Eraſmus iambicum tetrametrum catale. exiſtimauit. adiecto ad finem Chremetem accuſatiuo triſyllabo, quem Aldinus codex non habet. Riuius Chremem adiicit ex Donati verbis, quæ ad finem huius ſcenæ leguntur. Continuò, inquit Donatus, mutauit declinationem, vt Iubeo Chremetem. Atque ita fuerit hic verſus trimeter iamb. vt præcedentes, non tetrameter. eliſa videlicet prima ſyllaba à ſuperiore carmine, & adeò diſyllabo facto. Quidam exiſtimant Donatum cōparationem feciſſe ad eum accuſatiuum Chremem, qui in ſexto præcedit verſu, hîc verò omiſſum, in ſcena autem ſequente variatum. Quod ſi verum eſt, melius hîc omittitur, vt ſit verſus trimeter, quemadmodum præcedentes, abſque omni moleſtia ſynæreſeon atque inſuetarum eliſionum.*

DONATVS.

Iubere. Velle. Salue.

*IVbeo Chremetem.} Hæc cōgreſsio duorum ſenum ad tale periculum adigit fabulam, vt id non videatur conſilio, ſed euentu poſſe vitari: qui euentus, eſt Critonis præſentia. nam nunc ex falſis fient veræ nuptiæ. ⁋ Iubeo Chremetem.} Firmè aliquid iubere, velle eſt. Iubeo ergo, volo. & deeſt, ſaluere: quod exprimitur ab alterius perſonę interuētu. vt Virg. Rediq; viro promiſſa iubebat. Et μεταληπτικῶς, quia qui dicit ſalue, iubet. volumus enim animo: iubemus, verbis. ⁋ Te ipſum quærebam.} Placabilis & lenis amic⁹ per totam fabulam inducitur Chremes, vt cognitioni ad vltimum intereſſe poſſit. ⁋ Optatò aduenis.} Optatò aduerbiū eſt. vt Virgilius, Ac velut optatò ventis. ⁋ Aliquot me adiere.} Aliquot, hoc eſt nec multi, nec pauci. Adiere, nō acceſſerūt: quia aditus arduus, difficiliſque eſt. Ergo adiere, quaſi importunè, & interpellantes adierūt. ſic alibi, Byrrhia quid tibi videtur? adeón' ad eū? ⁋ Ex te auditum.} Vt eſt, De Dauo modò audiui.*

Optatò. Aliquot. Aditus.

Audire ex te. Viſo id. Paucis.

*⁋ Ex te auditum.} Ergo non rumor, ſed veritas. ⁋ Id viſo.} Ob id viſo. deeſt te: vt viſo, ad videndum venio. ⁋ Túne, an illi inſaniant.} Tu inſanis, ſi dixiſti: illi inſaniunt, ſi non audita referūt. ⁋ Paucis.} Et paucis, & pauca legitur. ⁋ Et quid ego te velim.} A' docilitate. ⁋ Per ego te deos oro,} Ordo eſt, te per deos oro. vt Virgilius, Per ego te has lachrymas. ⁋ Et noſtram amicitiam Chremes.} Legitur & Chreme. ⁋ Quæ incœpta à paruis, cū ætate adcreuit ſimul.} Mirè autem, incœpta à pueris cū ætate, vt oſtendat non nuper coitam amicitiam, ſed antiquam. vt, Veterē Anchiſen agnouit amicum. Idē alibi, — Neq; enim nouus iſte Dianę Venit amor. ⁋ Adcreuit.} Vt ſuprà, Adiurate. Ad prępoſitione vtitur familiariter. ⁋ Adcreuit.} Hinc Virg. Creſcēt illę, creſcetis amores. ⁋ Et meū gnatū.} Ineptum eſt ſic adiurare aliquē Per ſalutem filij mei, vt facias id quod te rogo. ſed huic etiam ſubiungit. ⁋ Cuius tibi poteſtas datur ſeruandi ſumma.} In tua eſt inquit poteſtate, & tuus eſt. hęc ergo obteſtatio dicitur, cū per eas res*

Ad. Adcreuit. Obteſtatio.

# ACTVS III. SCENA III



ARG. ADR. BARL.

IN hac ſcena congreſſu duorum ſenum, ex falſis veræ fiunt nuptiæ.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena continetur congreſſio duorum ſenum, quæ ad tale periculum redigit fabulam, vt id videatur conſilio vitari non poſſe, ſed euentu, qui euen-

adiutamus aliquẽ, de quibus agitur cauſa. vt, Iliaci cineres, & flamma extrema meorum. Idẽ alibi, Per euerſa genitor fumantia Troiæ Excidia obteſtor. ¶ Vt me adiuues in hac re. } Atque ipſam petitionem. ¶ Vt nuptiæ fuerant futuræ, fiant. } Breuiter & Latinè. Et hoc genus compoſitionis veteres mutabant. ¶ Ne obſecra. } Pro, ne obſecres. ¶ Quaſi hoc te orando à me impetrare oporteat. } Hæc plena vox eſt & charitatis, & officij. quod enim amicus ab amico petit, iuſtum eſſe debet: nec pro eo quod non eſt iuſtum, ſupplicare oportet. ¶ Olim cum dabam. } Nos dicimus, cum darem. Virgilius, Tum decuit, cum ſceptra dabas, En dextra, fidéſque. Et nota, olim, pro nuper. ¶ Alium eſſe cenſes nunc me. } Non perſonæ, ſed rei conditio eſt commutata. ¶ Si in rẽ eſt vtriq; } τῷ δευτέρῳ συλλογισμῷ prauè propoſuit, vt rectè replicaret. Hic ſyllogiſmus negatiuus dicitur. nam in ſecũdo λήμματι negat quod prius dixit Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quàm cõmodi. ¶ Si in rẽ eſt vtriq; } Ab vtili argumentum. Vterq; duobus conſtat. Bene vtriq;, mihi & tibi: nõ alteri vtile, alteri inutile. ¶ Sed ſi ex ea re. } Id eſt nuptiarũ, mutauit numerũ ex plurali ſingularẽ, Fiant, & ex ea re. ¶ In cõmune cõſule. } Id eſt, ex æquali prouide. ¶ Quaſi illa tua ſit, Pamphiliq; ego ſim pater. } Nota ſuauiſsimã varietatẽ. nõ dicit, quaſi tua ſit, & ille meus ¶ Imò ita volo. } Quia vtile eſt, quia in rẽ eſt. ¶ Itáq;, modò duæ partes orationis sũt. vt in Hecyra, Itáq; nos vnà inter nos ætatẽ agere liceat. ¶ Neque poſtulem. } Quia poſtulo prætulit. ¶ Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum. } Hoc læto vultu pronunciat Simo: & hoc à poſsibili eſt. loquitur enim apud eum, ex quo audiuerat, Pamphilum

*Ne obſecra* — *Cum dabã.* — *Olim.* — *Syllogiſmus negatiuus.* — *Vterque.* — *In commune conſulere.* — *Itáque.*

turus eſt Critonis præſentia. Nunc etiam ex falſis veræ fient nuptiæ.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Simo Chremetẽ orat, vt filiam ſuam Pãphilo det vxorem. Porrò in hac ſcena nobile amicorũ par producitur, tum quæ amicorum partes ſint, oſtenditur.

*Pauci Octonarij, partim Acatalectici, partim, vt in fine ſcenæ, catalectici, bona pars ſenarij, Dimeter vnus.*

SIMO, CHREMES, SENES.

IVbeo Chremetem. C. ô te ipſum quærebam.
S. & ego te. C. optato aduenis.
Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant hodie filiam
Meam nubere tuo gnato: id viſo, túne, an illi inſaniant.
S. Auſculta * paucis: & quid ego te velim, & tu quod quæris, ſcies.
C. Auſculto: loquere quid velis.
S. Per ego te deos oro, & noſtram amicitiã Chreme,
Quæ incœpta à paruis cum ætate adcreuit ſimul,
Pérque vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur,
Vt me adiuues in hac re, atque ita, vti nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. CHREMES. ah ne me obſecra:
Quaſi hoc te orando, à me, impetrare oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, cum dabam?
Si in* rem eſt vtrique, vt fiant, accerſi iube.
Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quàm commodi,
Vtrique: id oro te in commune vt conſulas,
Quaſi illa tua ſit, Pamphilique ego ſim pater.

pro vxore habere hãc peregrinam. ¶ Audio. } εἰρώνεια. Mox fabula. } Et hic paulo ſapientior inducitur, & minus obnoxius dolis. ¶ Profectò ſic eſt. } Profectò, confirmatio eſt. ¶ Amantium iræ } Sententia γνωμικὴ in qua à ſpecie receditur, & in omnes aliquid dicitur. παροιμία, eſt autem ſine authore ſententia. ¶ Redintegratio. } Inſtauratio. ¶ Id te oro. } Deeſt ob: vt ſit, ob id: vt Virgilius. Quod te per ſuperos oro. ¶ Prius quàm harum. } Inuidioſius, harum, cum vna ſit. ſic in Eunucho, Non perpeti meretricum cõtumelias. ¶ Animum ægrotum. } Hoc vt ſuprà, Ipſum animũ ægrotum, ad deteriorem partem applicat. ¶ Vxorem demus. } ἠθικῶς: vt in Heautontimorumeno, Quo modo minimo periculo id demus adoleſcẽtulo. ¶ Neque illũ hanc perpetuò. } ἀμφιβολίαν de induſtria poſuit, aut vtrunque ſignificat. ¶ Niſi periculum feceris. } Periculum, tentamentum. Cicero, Tute melius periculum feceris. Idem Terentius, Fac periculum in literis. ¶ At iſtuc periculum in filia fieri, graue eſt. } Memorabile dictũ, & id quod meritò in prouerbium ceſſerit. ¶ Quod dî prohibeant. } παρένθεσις, per εὐφημισμόν. ¶ At ſi corrigatur. } Alter eſt ſyllogiſmus per contraria λήμματα & ipſe negatiuus. ¶ Principio, amico filiũ } Principio, nec intulit, ſecundo. ¶ Reſtitueris. } Inuenies. Ergo ἀνακόλουθον duplex. ¶ Amico filium. } Ab honeſto. ¶ Quid iſtuc? } Concedentis, & veluti victi verbũ. tãquam ſi diceret, quid? & abundat iſtuc. Vel potius, quid iſtuc, ſignificat hominem de loco, ac de ſententia decedere. vt è cõtrario perſtare ac reſiſtere, dicitur, qui aliquid negat. ¶ Si id animũ induxti. } Legitur & animum induxiſti. Sed illud plenum eſt: hoc, per μεταπλασμοῦ

*Profectò.* — *Parœmia.* — *Redintegratio.* — *Id oro.* — *Animus ægrotus.* — *Amphibilia.* — **pauca* — *Periculum facere.* — *Parentheſis* — *Principio.* — *Anacoluthon.* — *Quid iſtuc* — **re eſt.* — *Perſtare.* — *Reſiſtere.*

S. Imò ita volo, itáque poſtulo vt fiat, Chreme.
Neque poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. C. quid eſt?
S. Iræ ſunt inter Glycerium, & gnatum. C. audio.
S. Ita magnæ, vt ſperem poſſe auelli. C. fabulæ.
S. Profectò ſic eſt. C. ſic hercle, vt dicam tibi,
AMANTIVM iræ, amoris redintegratio eſt.
S. Hem, id te oro, vt ante eamus, dum tempus datur,
Dúmque eius libido occluſa eſt contumeliis.
Prius, quàm harũ ſcelera, & lachrymæ confictæ dolis,
Reducant animum ægrotum ad miſericordiam,
Vxorem demus. ſpero conſuetudine, &
Coniugio liberali deuictum Chreme,
Dehinc facilè ex illis *ſeſe emerſurum malis. *Eſſe
C. Tibi ita videtur: at ego non poſſe arbitror
Neque illum hanc perpetuò habere, neque me perpeti.
S. Quî ſcis ergo iſtuc, niſi periclum feceris? C. at
Iſtuc periclum in filia fieri, graue eſt.
S. Nempe incommoditas denique huc omnis redit,
Si eueniat, quod dij prohibeant, diſceſſio.
At ſi corrigitur, quot commoditates, vide:
Principiò, amico filium reſtitueris:
Tibi generum firmum, & *filiæ inuenies virum. *gnatæ
C. Quid iſtuc? ſi iſtud animum *induxti eſſe vtile, *induxiſti.
Nolo tibi vllum commodum in me claudier.
S. Meritò te ſemper maximi feci Chreme.
C. Sed quid ais? S. quid? C. quî ſcis eos nunc diſcordare inter ſe?
S. Ipſus mihi dauos, qui intimus eſt eorum conſiliis, dixit,
Et is mihi ſuadet, nuptias quantum queam, vt maturem.

ταπλασμοῦ συγκοπλὼ diminuitur. ¶ Ipſus mihi Dauus dixit. } Commendatio teſtis: vt, In foro modò de Dauo audiui. Ergo ipſus quaſi qui maximè ſciat. ¶ Tute adeò. } παρέλκεται Adeò modò, & abundat, vt Virgilius, Túq; adeo quẽ mox quæ ſunt habitura deorum Concilia, incertum. ¶ Sed eccum. } Eccũ quaſi ecce eum, veteres dixerunt, eccum eccuius. Ellũ quod apertius ſignificat ecce illum: & obſcurius ellum.

Ipſus. — Adeò. — Eccum. — Ellum.

ADRIA. BARL. Iubeo.

Iubeo Chremetem. } Iubere idem eſt quod velle, vt ſit volo te ſaluerẽ ô Chremes. Nonius Marcellus dicit iubere idem eſſe quod ſalutẽ mittere. ¶ Iubeo Chremetẽ. } Amicos & familiares nominatim alloquimur, & ſalutamus, etiã inferiores, cõciliandæ gratia beneuolentiæ, ſuperiores verò nomine dignitatis appellare conſueuimus. ¶ Iubeo Chremetem. } Antiquis mos erat, vt amicus amicum non ſimpliciter, ſed oſculo & complexu ſalutaret. neque id ſolùm apud Iudęos, verum etiam apud Græcos & Romanos. Quare re qui rectè volẽt agere fabulas, ſiue gręcas, ſiue latinas, vbi locus exiget, ipſi quoque aduenientem amicum oſculo & complexu ſalutabunt, qui mos hodie ſeruatur in Anglia. Vnde in epiſtola ad Fauſtũ Eraſmus: Eſt præterea mos nũquam ſatis laudatus, inquit, ſiue quò venias, omniũ oſculis excipieris: ſiue diſcedas aliquò, oſculo dimitteris: redis, redduntur ſuauia: venitur ad te, propinãtur ſuauia: diſceditur abs te, diuiduntur baſia: occurritur alicubi, baſiatur affatim, denique quocumque te moueas, ſuauiorum plena ſunt omnia. Apud Germanos & pręcipuè Brabantos vulgatius eſt, mulieres & nymphas vultibus blãdas oſculis excipere. ¶ Aliquot me adierũt. } Aliquot dicimus vbi

Oſculandi mos.

nec multi, nec pauci. ¶ Quæ incepta à paruis. } Firmiores ſunt antiquæ amicitiæ, & eſt commendatio amicitiæ à vetuſtate. ¶ Cum ætate accreuit ſimul } Diuus Ambroſius hæc verba vſurpans in Epiſtola quadam, Eſt erga eum priſcus, inquit, hic noſter amor, qui à pueritia iã inde nobis cum ætate accreuit ſimul. Commendatio eſt amicitiæ à vetuſtate. ¶ Aliũ eſſe cenſes nunc me, atque olim. } Alius eleganter poſt ſe habet particulam atque. Ita & Cic. Alius eſſem atque nunc ſim. Ita & Cæſar in Commentariis, docet longè alia ratione eſſe bellum gerẽdum, atque antea geſtũ eſt. ¶ Si ex ea re. } Syllogiſmus negatiuus eſt. ¶ Si in rẽ eſt vtrique. } Ab vtili. ¶ Vt fiat Chreme. } Priſcianus inſtitutionum grammaticarũ lib. VII. Eſt quando, inquit, in es productam terminantium Græcorum vocatius in e longum exit ſecundũ græcos, vt Achate, Anchiſe: nec ſolùm in his quæ ſunt primi ordinis, ſed etiã tertij, vt Chreme. ¶ Vt ſperem poſſe auelli } Petitionẽ ſuã à poſſibili cõfirmat. ¶ Amãtiũ irę } Paræmiographus vſum tradens adagij, Cõueniet inquit vbi qui nõ ex animo indignantur inuicẽ, aut de iracundia neutiq̃ duratura & iuxta sẽtẽtiã ὀργὴ φιλοῦντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον, i. puſillo amantum durat ira tẽpore. Atq; huiuſmodi diſsidiola quę nonnunquam incidunt inter amicos, modò abſit amaritudo, quaſi renouãt amicitiã excuſſò diuturnę cõſuetudinis tędio. quod elegãter indicat & Mimus ille, ni fallor, Publianus. Diſcordia fit charior concordia. Plaut. in Amphitryone. In hominũ ętate multa, inquit, eueniũt huiuſmodi. Capiũt voluptates, mox rurſũ miſerias. Iræ interueniũt, redeũt rurſum in gratiã. Verùm iræ ſi quę fortè eueniũt huiuſmodi In-

Amicitia vetus. — Alius atque. — Amantiũ iræ. — Act. III. ſcen. II.

Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem
hæc velle?
Tute adeò iam eius verba audies. heus euo-
cate huc Dauum.
*Sed eccum video ipſum foras exire.

*atque

*ter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt, Bis tanto amici ſunt inter ſe, quàm prius. ¶Amantium iræ amoris redintegratio eſt.} Grammaticorum præceptum eſt ſuppoſita ſi diuerſarum perſonarũ aut numerorum fuerint, verbum proximiori reſpondet. Ergo redintegratio eſt, non ſunt. ¶Priuſquam harum ſcelera.} Harum inuidioſe dixit, cum de vna tantùm loquatur. ¶Tibi hoc ita videtur.} Chremes Pamphili amorem ſuſpectum habet. ¶Niſi periculum feceris.} Infinitos penè dicendi modos veteres illi latinitatis conditores à verbo facio deduxerunt, vt facere ſtipendia, facere teſtamentum, facere finem, facere caſtra, facere conuicium, facere naufragium, facere iter, facere copiam, facere periculum, quod eſt experiri & tentare, de aliis vide Cardinalem. ¶At ſi corrigitur, quot cõmoditates.} Alter ſyllogiſmus, is etiam negatiuus per cõtraria lemmata, & commoditates amplificat dicens, Principio &c. ¶Amico filium reſtitueris.} Ab honeſto. ¶Tibi generum firmum & filiæ virũ.} Ab vtili. ¶Quid iſtuc.} Concedentis & veluti victi verbũ dicit eſſe Donatus, & de loco ſententiáque decedentis. ¶Nolo tibi vllum commodum in me claudier.} Nolo domi meæ vllam tibi rem vtilem claudi, filiam putas cõmodo tibi futuram, vt per cuius nuptias filium tibi reſtitutum iri ſperes, illam nolo claudi amico. Vbi voles accerſe, abduc eam in domum tuam. ¶Quî ſcis.} Indocti quid ſcis pro quî ſcis dicunt. ¶Diſcordare inter ſe.} Quibuſdam Pleonaſmus eſt redundante illo inter ſe. ¶Perſuadet nuptias vt maturẽ.} Perſuadere non ſignificat hîc ſuadendo inducere, ſed valdè ſuadere, vt percupio. ¶Euocate huc.} Quidam putant vel e vel huc redundare, quibus ego non accedo. nam exire poteſt ille, vt ad herum non veniat.

Commodũ alicui claudi.

Perſuadeo.

LATOMVS Argumentum. Cõgreſſu ſenum ex fictis veræ fiunt nuptię, vnde omnibus cõſiliis & factis fabula ad Epitaſin progreditur. ¶Iubeo Chremetem.} Eclipſis, ſubaudi ſaluere. ¶Per ego te.} Obſecratio Simonis, admixtis rationibus ab honeſto & vtili. & eſt propoſitio petitionis. ¶Ah ne me.} Modeſtum reſpõſum Chremetis, quod amplificatur per antitheſim. Neque poſtulem.} Confirmatio vtilitatis à tempore. ¶Fabulæ.} Reiectio. ¶Sic hercle.} Faceta ironia. ¶Hẽ, id te oro.} Expolitio argumenti à tempore, & ab vtili cohortatio. ¶Seſe emerſurum.} Emerſurum, tranſitiuè cum accuſatiuo, nam emergor non dicimus, licet dicamus, mergor. ¶At ego non.} Obiectio periculi & incommoditatis. ¶Nempe incommoditas.} Solutio ab vtilitatis comparatione quam colligit, auget congerie. ¶Meritò te ſemper.} Gratiarum actio. ¶Nũ cenſes.} Argumentum ex adiunctis.

Emerſurus

PETRVS MARSVS.

Iubeo Chremetem &c.} Honeſta & vtrique parti vtilia ab amicis petenda eſſe docet hęc ſcena, cũ homo ab homine non ſit alienus, & mutuis beneficiis vita ciuilis cõſtet: quã hi deſtruunt, qui propriam vtilitatem reſpicientes, negligũt alienam: quod à boni viri officio penitus alienum eſt. Quapropter omnium bonarum artium magiſter Cicero, hanc legem in amicitia ſanxit: vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati, & vt ab amicis honeſta petamus, atque amicorum cauſa honeſta faciamus: neque expectemus quidem dum rogemur, ſed ſtudium ſemper adſit, cunctatio abſit. Plato in quinto de Legibus, ſic ait: Prima ciuitas eſt & Reſpub. optimæq; leges, vbi quammaximè per vniuerſam ciuitatem, priſcum illud Prouerbium locum habet, quo dicit: Amicorum omnia eſſe communia. Humanitas, dicebat Plato, tribus modis exercetur in vita ciuili: Vno modo per ſalutationem, vt cum obuios ſalutamus, & manus porrigimus: Secundo, cum quis opem fert alicui calamitatibus laboranti: Tertio, cum homines inter ſe conuiuia celebrant, & epulari accubatione ſe refouent, atque ciuiliter oblectant. Seneca libro VIII. epiſtol. ſic ait: Humanitas vetat ſuperbum eſſe aduerſus ſocios. Ariſtoteles primo Politicorũ, ſic ait. Homo naturâ ciuile animal eſt. & qui inciuilis propter naturam, & non propter fortunam, aut prauus eſt, aut melior quàm homo. Vnde dicitur: Homo ſolitarius, aut beſtia, aut deus. Amantium iræ, amoris &c. Prudens homo inducitur Chremes, qui mores hominum adoleſcentium, & iuuenum callens, id quod erat iudicabat.

Humanitas quomodo exercenda.

¶Ad miſericordiam &c.} Miſericordia eſt, inquit Seneca, ægritudo animi, ob alienorum malorum ſpeciem, aut triſtitia ex alienis malis concepta, quæ accidere immerentibus credit.

Lib. 12. de clementia cap. V.

RIVII CASTIGATIO.

Si in re eſt vtrique vt fiant.} Alij ad hunc modum: Si in rem eſt vtrique. ſed priorem lectionem ex manuſcriptis quædam habent, & editiones Donati ferè omnes. Quin ex impreſſis Venetum exemplar eodem modo: vt omittã, quod Th. Linacer haud aliter legit lib. 2. De emendata ſtructura Latini ſermonis. Nec eſt, quòd librarij illic vitium eſſe putes: cum ſic legendum in Terentio idem digito propémodum, vt aiunt, indicare videatur. Me quidem & exemplarium veterum conſenſus, vno tamen diſſentiente, & Linacri doctiſſimi authoritas vehementer mouet, vt priorẽ lectionem ſequendam putem. Liberum tamen lectori iudicium relinquam. ¶Amantium iræ amoris reintegratio'ſt.} Sic omnes habent hi fermè libri, qui ſunt in manibus. Cæterùm volumen ipſum manuſcriptum, cuius plerúmque fidem ſequor, habet, Integratio: quomodo legiſſe videtur Donatus, vt quidem habet editio Romana, quicum facit & Argentoratẽſis & Moguntina. Verbo integrare T. Liuius in hoc ſignificato vtitur lib. I. ab vrb cond. Facit nobiſcum & alterum quoddam manu ſcriptum, ſed cui perinde fidere non auſim. Præterea & illud è bibliotheca Dominorum ab Haſſenſtein. Nos lectoris relinquimus arbitrio, quid ſequi malit. ¶Dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis.} In quibuſdam, vt & manu ſcripto, reperitur, Dein facilè, ſed parui refert, vtrumcunque legas. Hoc in tranſcurſu addam, emergere verbum haud raròactiuè accipi ſolitum, vt hîc, & apud Cor. Nepotem in Attici vita, vbi ait, Quibus ex malis vt ſe emerſerat, nihil aliud egit quàm vt plurimis, quibus rebus poſſet eſſet auxilio. Cicer. de aruſpicum reſponſis. Iam iſta ſerpens, quæ tum hîc deliteſcit, tum ſe emergit & fertur illuc, compreſſa atque eliſa morietur. Flau. Vegetius: Qui ducto ſub terris cuniculo, muríſque intra fundamenta perfoſſis, improuiſi ſe emergerent. Dicitur & emergor deponẽs. Cicero pro Seſtio, Hominem emerſum ſubitò ex diuturnis luſtrorum tenebris. ¶At ſi corrigitur quot, &c.} In manu

Integratio.
Integrare.

Emergo actiuè poſitum.

Emergor deponens.

ſcriptis

ſcriptis omnibus eſt, corrigatur, quo modo ex impreſſis Venetum habet & Lugduneſe, & alia quædam exemplaria. Neque ſecus editiones Donati, nec ſanè ratio metri, quin ſic legas repugnat, cum illud At pertinere poſſit ad finem verſus antecedentis. Sed quod ad ſenſum attinet, vtrumcunque legas, non multum refert.

EIVSDEM annotatio.

Honeſta, & quæ in rem communiter ſint vtrique ab amico petenda eſſe, neque tam priuatā, quàm alienam quoque vtilitatem ſpectandam docet hæc Scena. Nam id demum veri amici eſt, amici rationem non minorem, quàm ſuiipſius habere, ſemper rebus haud ſecus, atque propriis conſulere. Pulcherrimè verò hîc ſenile expreſſit colloquium Terētius, quàm humaniter ciuiliterque mutua vti conſuetudine homines deceat, docens. Perſpicitur autem hîc Chremetis ciuilitas vbique, ac humanitas. prudentiáque ſingularis: nam, quemadmodum rectè monuit Eraſmus, Terentius hunc ſemper placidum, vbique ſibi præſentem, omniáque, quantum poteſt, peccantem inducit: at ita tamen lenem, vt minimè ſtupidum. —[Ah ne me obſecra, Quaſi hoc te orando à me impetrare oporteat.} Vox plena & charitatis, & officij: ſiquidem quod amicus ab amico petit, iuſtum id eſſe debet & honeſtum, alioqui enim meritò denegari poſſet. Quòd autem rectum eſt atque iuſtum, id vltrò ab amico fieri, non orando, ſupplicandóque impetrari oportet. Ob quod Cic. quoque in de Amicitia monet, vt ab amicis honeſta petamus, amicorum cauſa honeſta faciamus: neque expectemus quidem, dum rogemur: ſed ſtudium ſemper adſit, cunctatio abſit. Cato,

Quod iuſtum eſt petito, vel quod videatur honeſtum:
Nam ſtultum eſt petere, quod poſſit iure negari.

[Si in rem eſt vtrique, vt fiant, accerſi iube.} Hoc ſemper quauis in re ſpectandū, ecquid ea honeſta ſit, atque vtilis: quidve inde vel boni, commodíque, vel mali contrà atque incommodi promanare aliquando poſſit. In deliberationibus in primis ſpectatur rei ipſius tum honeſtas, tum vtilitas: qua quidem de re multa Rhetores. [Amantium iræ amoris redintegratio eſt.} Diſcordia fit charior cōcordia: &, vt in Chiliad. ait Eraſmus, huiuſmodi diſſidiola, quæ nonnunquam incidunt inter amicos, modò abſit amaritudo, quaſi renouant amicitiam, excuſſo diuturnæ conſuetudinis tædio. ὀργὴ φιλούντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον. Ita Plautus, in Amphitryone, Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiā. Verum iræ ſi quæ fortè eueniunt, huiuſmodi inter eos, rurſum ſi reuentum in gratiam eſt, Bis tanto amici ſunt inter ſe, quàm prius. —[Dum tempus datur.} Occaſio in aggrediundo conficiundóque negotio præcipuum habet momentum. propterea Simo ait, Dum tempus datur, dúmque eius libido occluſa eſt contumeliis. Tempus enim præter notam ſignificationem, & opportunitatem notat: idq; ad Græcorum imitationem, apud quos καιρὸς nunc tempus, nunc occaſionem commoditatémque ad conficiendum aliquid ſignificat. Virgilius, in ſecundo: Immo ait, ô ciues arrepto tēpore Turnus: id eſt, inuēta opportunitate: ſiue arrepta, quod aiunt, occaſione. [Priuſquam harum ſcelera, & lachrymæ confictæ dolis. Reducant animum ægrotum ad miſericordiam.} Nam, vt ille canit, Ab amante lachrymis redimas iracundiam. [Vxorē demus: ſpero conſuetudine & Coniugio liberali deuictum Chreme, Dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis.} Rectè quidem hoc Simo, & ob id inſtitutum eſt à Deo coniugium. Ita in Hecyra Pamphylus, cū

Tēpus, pro opportunitate ſiue occaſione.

Lachrymę.

meretriculam Bacchidem miſerè, perditéque amaret, atq; ita eius teneretur amorè, vt prorſus alieno ab vxore animo eſſet, & duobus menſibus hanc ne attingeret quidem: per conſuetudinem tamen poſtea animus victus eſt, cœpítque ei placere vxor, vbi vidit eam pudentem, modeſtam, incommoda atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumelias: quemadmodum habet Terentius Scen. II. Act. I. vbi Pamphilus ait, Tum vxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit, tot meas iniurias quas nunquam vllo patefecit loco, &c. [At iſthuc periclum in filia fieri, graue eſt.} Prudenter ſanè Chremes, qui tantæ rei periculum in filia fieri graue eſſe putet. [At ſi corrigitur, quot commoditates, vide.} Si incommoditas leuis eſt, quæ re tentata euenire poſſet, & commoditas ingens ſperatur, tentanda omnino res eſt, vel cum periculo amici gratia. Huic ſimile quiddam habet Aulus Gellius libro primo, capite tertio.

DOLETI obſeruatio. Optatò.

Optatò aduenis.} Optatò, id eſt, cum deſiderio, vel à me optatus. Cicero ad Atticum decimotertio: Mihi optato veneris. Idem de Oratore 2. Num tandē aut locus hic non idoneus videtur, aut importunū tempus in tuto otio, quod & raro datur, & nunc peroptatò nobis datum eſt? [Filiam meam nubere tuo gnato.} Nubere eſt in matrimonium collocari, cum aliquo coniungi. Et nubere non ſolùm mulieres, ſed etiam viros dicebant Antiqui. Vnde Martialis libro primo: Vxori nubere nolo meæ. Datiuum ferè ſemper habere ſolet: habet etiam accuſatiuum cum præpoſitione in: vt, nubere in ampliſſimam familiam. Neque verò ſolum de rebus animatis dicitur, ſed eleganter etiā aliquando dicunt Latini vites Populis nubere, pro populis coniungi, vel in Populos conſcendere, & adrepere. Plinius libro decimoctauo capite primo: Vites in Campano agro Populis nubunt. Extra hæc: pro nuptam eſſe aliquam alicui dicunt eleganter Latini cum aliquo eſſe: vel cum aliquo coniungi. Cicero pro Quintio: Cuius ſoror eſt cum P. Quintio: Seruius Ciceroni Familiariū quarto: Vt cum aliquo adoleſcēte primario cōiuncta ætatē ageret. [Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur.} Sic loquitur Cicero, Familiarium decimo: Vt primùm poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ, nihil prætermiſi in te ornando. Idem ad Quintum fratrē: Ita mihi ſalus aliqua detur, poteſtáſque in patria moriendi, vt me lachrymæ non ſinunt ſcribere. Pro poteſtatem dare dicit idem Cicero poteſtatem concedere, permittere, tradere, deferre, poteſtatem facere, in poteſtate alicuius aliquid ponere. De quibus loquendi modis vide exempla bene multa in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum. [Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, cum dabam?} Id eſt, alius ſentētiæ animi, vel opinionis. Ponitur autem alius eleganter cum ac, vel atque, quemadmodum & aliter. Dicimus enim venuſtè, aliter euenit, ac, vel atque ſperabam. [Si in rem eſt vtrique.} Eſt in rem, vel ex re, idem quod vtile: ſed hoc vnum obſeruandum eſt, è Republica ſemper dici, non in Rempublicam. Harum autem locutionum venuſtas ex præpoſitionibus in, vel ex, manat: quæ aliis etiam nominibus iunguntur: vt ex fama, ex dignitate, è fide tua eſt. id eſt, poſtulat hoc tua dignitas, vel fides. Terentius in Hecy. Ita dij, Deǽque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis. Ibidē. Neque enim eſt in rem noſtram, vt quiſquam amator lætetur nuptiis. [Id te oro, in commune vt conſulas.} Id eſt, & tibi, & mihi. Vel, & tuo filio, & meæ filiæ. Sic eleganter in commune dicimus aliquid fieri. Sed præcipuè elegans eſt, in

Nubere.

Cū aliquo eſſe, vel cōiungi.

Poteſtatem dare.

Alius ac, vel atque.

In rē eſſe. Ex re eſſe.

In cōmune conſulere.

*In cōmune conferre.*

commune conferre. Id quod ponitur vel pro ſocietate ineunda. vel pro ſumptu publico faciundo, aut opera publicè præſtanda: aut re quauis in publicum eroganda. Cicero pro Quintio: Qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio, poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat. Idem in Verrem Actione quarta: Imperaſti, vt idem pro parte in commune Siciliæ cōferrent, contulerunt. Idem de Inuentione libro ſecundo: Nos nobis omnes, quoad facultas tulit, propoſuimus, & ex noſtro quoque nonnihil in commune contulimus. ⸿Iræ ſunt inter Glycerium, & gnatum.⸾

*Iras eſſe inter aliquos.*

Iras ponit Terentius pro diſſidio. In Hecyra dicit iram intercedere inter. Magnum, inquit, neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe, Parmeno, vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu. ⸿Fabulæ.⸾

*Fabulæ, negantis locutio.*

Locutio eſt, cum negamus verum eſſe, quod quis dicit, vel quod veriſimile nō videtur. Quo loquendi genere etiam antea vſus eſt Terentius, cum dicit Dauus: Is obiit mortem: ibi tum hanc eiectam Chryſidis patrem recepiſſe orbam, paruam, Fabulæ. Mihi quidem hercle non fit veriſimile. ⸿Dum tempus datur.⸾ Sic loquitur Cicero pro Quintio: Quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui: quæ quanta ſit, niſi tempus, & ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt.

*Tēpus dare*

Idem in Verrem, Actione ſexta: Nunc mihi temporis eius, quod mihi ad dicendum datur, quoniam in animo eſt cauſam omnem exponere, habenda ratio eſt. ⸿Reducant animum ad miſericordiam.⸾ Adducimus aliquem, vel animum alicuius ad aliquid, dum illi perſuademus, quod volumus.

*Reducere animū ad.*

Reducimus verò, dum à noſtro priore ſuaſu abhorrentem, iterum commouemus. Sic propriè dicit Terentius reducant animū ad miſericordiam. Nam Pamphilus paulo alienior iam à Glycerio videbatur: quem eius lachrymis timebat Pater inflammatum amore iterum grauius iri.

*Emergere ex malis.*

⸿Ex illis emerſurum malis.⸾ Non vulgaris eſt huius locutionis tranſlatio. Ducta eſt autem ab iis, qui, cum ſubmerſi fluctibus fuerunt, tandem emergunt, & elabuntur periculo. Eadem tranſlatione dicit Cicero emergere ægra valetudine, emergere ex peculatus iudicio: & ſimilia, quæ difficultatis, aut calamitatis liberationem habent. Quod autem pertinet ad propriam, & tranſlatam emergendi ſignificationem, vide plenè in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum.

*Periculū facere.*

⸿Niſi periculum feceris.⸾ Periculum facere, idem eſt quod experiri. Cicero in Verrem, Actione prima: Tu verò qua in re ſpecimen cæteris aliquod dediſti? quādo tu tui periculum feciſti? Idem in Piſonem. Fac huius odij tanti, ac vniuerſi periculū, ſi audes. Idem Philippica quinta: Puto ne Curium quidem eſſe crudelē qui quotidie periculum fortunæ faciat.

*Periclitari pro experiri.*

Pro periculum facere interdum vſurpant Latini hoc verbū periclitari. Cice. pro Quintio: Omnia circunſpexit, omnia periclitatus eſt. Idem de Amicitia: Vtamur quaſi equis temperatis, ſic amicitiis, aliqua ex parte periclitatis moribus amicorum. Periclitari verò etiam aliquando pro periculum ſubire ponitur, tanquam paſſiuæ ſignificationis. Cicero de Inuentione ſecundo: Periclitari omnium iura debent, ſi ſimilitudines accipiantur.

*Animum inducere.*

⸿Si iſtuc animū induxti eſſe vtile.⸾ Inducere tametſi vſu vario eſt, ſignificatio tamen eſt eadem. Dicimus enim inducere aliquem, pro impellere vel ad, vel in: vt inducere animum, vel in animum. Quæ locutiones ſunt credentis, vel aſſentientis, non incitantis. Cicero ad Atticum decimoquarto: Ego Antonio facillimum me præbui. etenim ille, quoniam ſemel induxit animum, ſibi licere, quod vellet, feciſſet nihilominus me inuito. Idem pro Roſcio Amerino: Quî potuit animum inducere, vt filium ſuum exhæredaret?

*Commodū vel benignitatē in aliquo claudi.*

⸿Nolo tibi vllum commodum in me claudier.⸾ Id eſt, per me fieri, quin commoda omnia tibi ſuppetant: vel commodis omnibus affluas: vel nolo me vllo modo eſſe tardum ad omnia officia, & commoda in te conferenda. Eodem genere loquendi vtitur in Eunucho, his verbis: Nunc vbi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier?

*Diſcordare*

⸿Quî ſcis eos nunc diſcordare inter ſe?⸾ Diſcordare hoc loco tranſlati eſt ſignificati. Diſcordant enim propriè fides, & chordæ, cum inſcienter pulſantur, vel cum diſcors concentus redditur. Diſcordare autem hîc eſt diſſidere, diſſentire, non conuenire, non congruere. Et variis præpoſitionibus iungitur: interdum enim, cum, admittit, interdū inter. Cicero de Finibus quinto: Quo minus animus à ſeipſo diſſidens ipſe, ſecumq; diſcordans, guſtare partem vllam liquidæ voluptatis, & liberæ poteſt. Ibidem: Inter ſe diſſident, atque diſcordant.

*Intimū eſſe alicuius cō ſiliis.*

⸿Qui intimus eſt eorū conſiliis.⸾ Id eſt, qui omnia nouit eorum conſilia: vel qui conſiliorum Pamphili, & Glycerij eſt author, adiutor, dux, moderator, & miniſter: vel qui eſt ex intimis eorum.

*Intimus.*

Intimum autem ſi ſimpliciter dicas, idem ſignificat, quod omni tum officiorum, tum cōſuetudinis, tum familiaritatis genere alicui coniunctus. Cicero: Nemo eſt in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ fateatur. Ab intimo ducuntur duæ perpulchræ locutiones: ſcilicet, eſſe in intimis, vel ex intimis.

*In, vel ex intimis eſſe alicuius.*

Cicero Familiarium tertio: M. Aemilius vnus eſt ex meis familiariſſimis, atque intimis. Idem ad Atticum quarto: Itaque in intimis eſt meis, cum antea notus non eſſet.

*Maturare.*

⸿Nuptias quantum queam vt maturem.⸾ Maturare eſt maturitatem afferre, vel maturum facere. Id quod propriè de fructibus dicitur. Cicero de Senectute: Vua primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit. Idem de Natura Deorum primo. Omnia, quæ terra gignit, maturata pubeſcunt. Tranſlatè poſitum elegans eſt pro approperare, vel accelerare. Et tunc vel abſolutè ponitur, vel cum accuſatiuo, vel cum infinitiuo alius verbi. Cicero Familiarium ſecundo: Succeſſor tuus non poteſt ita maturare vllo modo, vt tu me in Aſia poſſis conuenire. Idem ad Brutum: Quod vt faceres, idque maturares, magnopere deſiderabat Reſpublica. Idem ad Atticum quarto: Te expecto, & oro, vt matures venire. Idem pro Cluentio: Huic mortem maturabat inimicus.

GLAREANVS.

Quatuor primi verſus ſunt iambici tetrametri acalectici: ſed in tertio vel Meam monoſyllabon erit, & Tuo diſyllabon: vel contrà, Meam diſyllabum & Tuo monoſyllabon: aut quod malim, vel primo loco vel tertio bacchius eſt. In quarto vel in paucis s, eliditur, vel d, in Quid, quod malim, quanquam Donatus pro paucis etiam pauca legi aſſeuerat. Quod ſi eſt, carmen abſque eliſione d, conſtabit, poteſt & creticus eſſe loco quinto, ſine eliſione vel s, vel d. Quintus verſus eſt iambicus dimeter inquit Eraſmus. Reliqui deinde huius ſcenæ omnes trimetri præter ſex vltimos iambicos tetrametros catalecticos. Porrò hîc in primo, Per te ego Deos oro, legendum vt legit Eraſmus te ante ego, & Deos monoſyllabon eſt. Item in quarto dein Cuius monoſyllabon. Poteſt tamen etiam legi, Per ego te

Deos

*Deos oro, vt creticus ſit loco primo & quarto.* ¶ *Amantium iræ amoris reintegratio eſt.* } *Facilè hîc Riuio aſſentior, quod* Integratio. *veteres habent codices, Integratio legi debere, non redintegratio. Nam meus vetuſtus quidem ille codex ita habet. In tertio deinde verſu Eius monoſyllabū eſt, In quarto Prius, monoſyllabum eſt, aut Bacchius loco primo. In decimo l, eliditur in Illum, ait Eraſmus. ego malim bacchium loco primo. At in duodecimo idem ait s, elidi in iſtuc. Vbi ego malim aut s, in Feceris, quod in præcedente eſt carmine, elidere, & at in priore conſtituere verſu, atque ita habet Aldinus codex, aut loco primo bacchium ponere. In triceſimonono proceleuſmaticus eſt initio, Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum: In ſex vltimis qui ſunt ſcazontes tetrametri, vt vocat Eraſmus, aut tetrametri iambici catalectici, vt alij appellant, nihil eſt notatu dignum, niſi vltimum verſum perfici initio ſcenæ ſequentis. In ſecundo autem, Eorum verbum diſſyllabum eſſe, niſi, quod malim, bacchius eſt loco quinto, cum Eos in præcedēte etiam ſit diſſyllabon. Item in vltimo pro Sed legi in aliis, Atq;*

DONATVS

Dauus. AD TE *ibam.* } *Dauus vt rectè ſcribatur, Dauos ſcribendum eſt, quia nulla litera vocalis geminata, vnam facit ſyllabam. ſed*
Digamma. *quia ambiguitas vitanda eſt nominatiui ſingularis & accuſatiui pluralis, neceſſariò pro hac regula, digamma vtimur, DaFus, ſerFus, Fulgus, corFus.* ¶ *Ad te ibam.* } *Locus eſt, in quo iam ad diſcrimen mali producta comœdia, in meliorem partē iam*
Ego. *incipit inclinare.* ¶ *Ego dudum* } *Semper grauis inceptio orationis quę exordium ſumit à pronomine ego: vt, Ego te quæ plurima fando. &, Ego poſtquam te emi à paruulo.* ¶ *Ego dudū.* } *Aduerbia temporis, aut certa*
Hodie. *ſunt, vt, hodie, cras: aut*
Cras. *incerta, vt dudum, nuper.*
Dudum. *Itaque incertis certum ab-*
Nuper. *ditur tempus: vt iam dudū,*
Iam dudū. *nūc nuper.* ¶ *Nonnihil ve-*
Nūc nuper. *ritus Daue abs te.* } *Breui-*
Vereri ab *ter, pro, veritus ne quid abs*
aliquo. *te fieret. Sicut ſuprà, Hei metui à Chryſide. Et Cicero,*
Precari à *Quod precatus ſum à diis im-*
diis. *mortalibus. pro eo, quod eſt, quæ à diis petij, precatus eos.* ¶ *Quod vulgus ſeruorum ſolet.* } *Totum cū extenuatione protulit, tanquā qui ſatisfactū voluerit Dauo ob cōprobatam fidem e-*
Propemodum. *ius.* ¶ *Nam propemodum habeo.* } *Ridicula dilatio eius rei quæ iam dudū nota eſt auditori.* ¶ *Nam propemodū habeo iam.* } *Hoc eſt propemodum, cuius accuſatiuus*
Gratia. *eſt à modus.* ¶ *Sed ea gratia.* } *Gratia, pro cauſa po-*
Sic eſt res. *ſuit, nouè.* ¶ *Sic eſt res.* } *Quod Græci dicunt, οὕτως*
Nūmnam. *ἔχει.* ¶ *Nūmnam perimus.* } *Nā παρέλκεται, vt in quiſnam.* ¶ *Quidnam audio?* } *Legitur & audiā. Menāder enim ſic ait, τί δή ποτ' ἀκούσω.* ¶ *Occidi. optimè.* } *Bene vſus eſt παρομοίῳ, occidi & optimè, vt ſimilitudine falleret audientē.* ¶ *Per hunc.* } *Chremetē ſcilicet.* ¶ *Ibo, atq; huc renūtio.* } *Variè ibo, & renūtio.* ¶ *Nūc te oro Daue,* } *Te id eſt per quē ſtat ſumma negotij. Et modò magis verè rogat, q̄ tūc cū ait, Dehinc poſtulo, ſiue æquū eſt, te oro Daue. ibi enim iracundia latet, cùm dixit, ſiue æquum eſt.* ¶ *Effeciſti has.* } *Non feciſti. eſt enim efficere,* Efficere. *perficere faciendo. Et bene Has: quarum cauſa laboro.* ¶ *Ego verò ſolus.* } *Et hoc ad increpationem dicit, non ad cōfirmationem.* ¶ *Solus.* } *Id eſt cui non aſſentiebat Pamphilus.* ¶ *Porrò* } *In futurū, deinceps. Futuri tēporis aduerbium. vel adhortantis: vt, Porrò q q* Porrò. *quæ.* ¶ *Enitere.* } *Labora:* Eniti. *quaſi difficile ſit, & conatu ſit opus.* ¶ *Hercle ſedulò.* } *Productiones ſunt Comici ſtili ad fucum orationis poitæ.* ¶ *Potes nunc.* } *A poſſibili argumentum.* ¶ *Dū animus irritatus.* } Irritari. *Quia dixerat, Iræ ſunt inter Glyceriū & gnatum. Irritatus eſt, commotus, ira prouocatus. vt in Phormione. Ducitur autem verbū à canibus, qui reſtrictis dentibus hanc literā r, imitantur.* ¶ *Quieſcas.* } Quieſcas. *Id eſt conquieſce, imperatiui modi, ne iniurioſum videretur.* ¶ *Age igitur.* } *Age,* Age. *dic: vt eſt, Egi, atq; oraui tecum. aut aduerbium eſt hortādi.* ¶ *Quieſcas.* } *Pro quieſce, aut deeſt volo, aut facito.* ¶ *Mirū ni domi eſt.* } *Exi-* Mirum ni. *ſtimationem intulit, incertū fugiens, & eſt compoſitum quaſi miror.* ¶ *Mirum ni domi eſt.* } *Compoſitū eſt, quaſi hoc eſt mirum ni domi eſt. Cautè ſeruus callidā interrogationem ſenis paratus ex-*

## ACTVS III. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

DAuus ſeni inſultans, hortatur eum ad faciendas nuptias. non enim putabat fore vt ſic ageretur. Cum igitur videt herum ſeriò de tradenda filia colloqui cum Chremete, anxius & exanimatus redditur.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Dauus ſeni inſultans vt nuptias acceleret hortatur, cui facilè acquieſcit. Simo Dauo cōſilium ſuum prodit, conatúrque ex fictis veras efficere nuptias, quę res Dauum anxium & exanimatum reddit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Simo errorem nuptiarum explicat. Hic interim videmus callidiſſima quæq; conſilia ferè peſſimè cadere: nam quid Daui conſilio callidius, at quid ille Pamphilo pernicioſius excogitare potuiſſet?

*Octonarij Acatalectici, & Dimeter vnus.*

DAVVS, SIMO, CHREMES.

AD *te ibam.* S. *quídnam eſt?*
*Cur vxor nō accerſitur? iam aduesperaſcit.* SI. *audin' tu illum?*
*Ego dudum nōnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem*

Quod volgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes,
Propterea quòd amat filius. D. egon' iſtuc facerem? S. credidi.
Idq́ue adeò metuens vos celaui, quod nunc dicam. D. quid? S. ſcies.
Nam propémodum habeo iam tibi fidem. D. tandem * cognoſti qui ſiem.
S. Non fuerant nuptiæ futuræ. D. quid? non? S. ſed ea gratia
Simulaui, vos vt pertentarem. D. quid ais? S. ſic eſt res. D. vide,
Nunquam quiui ego iſtuc intelligere. vah conſilium callidum.
S. Hoc audi. vt hinc te iuſſi introire, opportunè hic fit mihi obuiam.
D. Hem, númnam periimus? S. * narro, quæ tu dudum narraſti mihi.
D. Quídnam * audio? S. gnatam vt det, oro, víxque id exoro. D. óccidi.
S. Hem, quid dixti? D. optumè inquam factum. S. nunc per hunc nulla eſt mora.
C. Domum modò ibo: vt apparentur, dicam, atque huc renuntio.
S. Nunc te oro Daue, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias.
D. Ego verò ſolus. S. corrigere mihi gnatum porrò enitere.
D. Faciam hercle ſedulò. S. potes nūc, dum animus irritatus eſt.
D. Quieſcas. S. age igitur. vbi nunc eſt ipſus? D. mirum, ni domi eſt.
S. Ibo ad eum, atq; eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam * eadem illi. D. nullus ſum.
Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via?
Nihil eſt preci loci relictum. iam perturbaui omnia.
Herum fefelli, in nuptias conieci herilem filium,
Feci hodie, vt fierent, inſperante hoc, atque inuito Pamphilo.
Hem aſtutias. quòd ſi quieſſem, nihil eueniſſet mali.

cepit. Memor ſimulatæ diſcordiæ cū amica, fingit non ſe alibi eum eſſe ſuſpicari, quàm domi. [Dicam eadē
Idem.
illi.] In aliis itidem ſcriptū eſt, quod ſi eſt, pro itē accipiamus. An ego idē pro itē?
Nullus ſum
[Nullus ſum.] Plus eſt nullum eſſe, quàm periiſſe. nam qui periit, vel corpus habet
*noſti
reliquum: qui verò nullus eſt, ita non eſt, ac ſi natus non ſit. [Recta proficiſcar via?] Bene recta, vt corporis impulſionem lucrifaciam. aut recta, vt non eam ad precatorem, aut ad Pam
Proficiſcor.
philum. Et bene proficiſcar: proficiſci enim in rē ægram ac difficilem dicimus. Et re-
Recta via.
cta via, plana dixit, nō tan-
Hinc.
tum recta. [Hinc.] Id eſt, ex hoc loco. [Nihil eſt preci loci relictum.] Subiungit ergo cauſas cur proficiſcatur
* audiā
in piſtrinum. [Nihil eſt preci.] Quod prædixit ſenex. [Iam perturbaui omnia.] Allocutio in qua quid metuat, quid velit, manifeſtum eſt. [Herum fefelli.] Hæc enumeratio cauſarum eſt, qua magnificè exaggerauit errores ſuos. [Conie-
Coniicere.
ci.] Nec immiſi, ſed conieci: quod impetum & iniuriam ſignificat. [Herilem filium.] τὸν τρόφιμον. [Feci hodie.] Nec ſolum feci, verùm etiam addidit tempus, Hodie: vt ne diecula quidē eius ſit, quod fecerat, mali. [Inſperante hoc, atque inuito.] Inſperante & inuito, duplex offenſio. [Hem aſtutias?] Bona εἰρωνεία. Plu-
Aſtutiæ.
raliter dixit aſtutias, qua-
*itidem
ſi is qui abundet aſtutiis, vt ei vna non ſufficeret. [Vtinā mihi eſſet aliquid.] Non dixit gladium, aut laqueum: ne eſſet tragicum. Ergo expreſſit bene, dicens, Quo me nunc præcipitem darem.

ADRIA. BARL.

Iam adueſperaſcit.] Ex ritu nuptiarum hoc dictum videtur. Noctu enim vxor ducebatur domum, prælatis
Vulgus.
facibus. [Vulgus ſeruorū.] Vulgus, dicitur ignobilior multitudo, quæ pars maxima ciuitatis eſt. Vnde & vulgus ſeruorum, maxima pars ſeruorū. [Dolis vt me deluderes.] Pleonaſmus eſt, vt ſuprà, quem tam apertè fallere incipias dolis.
Dolis deludere.
[Non fuerant nuptiæ futuræ.] Errorem nuptiarum aperit Simo. [Nunquam quiui ego iſtuc intelligere.] Verſuta Daui diſſimulatio. [Vah.] Deridentis eſſe videtur, tamen ſimulat ſe mirari.
Vah.
[Conſilium callidum.] Calliditas prudentiæ pars eſt Ariſtoteli, & ita verſatur in paruis rebus, vt prudentia in magnis.
Calliditas. Prudentia.
[Huic renuntio.] Quidam interpretantur non filiæ, ſed Simoni, promittit enim huc ſe rediturum. [Effeciſti has nuptias.] Non ſignificat Dauum nuptias ad exitū perduxiſſe, ſed elaboraſſe vt fierent. Quemadmodū dico, efficit mihi bellum, cuius opera & conſilio mihi ab alio bellum infertur: perficit, qui finit & componit.
* Narro huic
[Ego verò ſolus.] Ad increpationem magis quàm confirmationem pertinet. [Sedulò.] Pollicetur quod minimè intendit. [Nullus ſum.] Prouerbiales ſunt Comicis hyperbolę nullus ſum, & óccidi, & perij, quibus deſperationem, aut ingens malum ſignificamus.
Nullus ſum
[Herum fefelli.] Errores ſuos mirificè exaggerat. [Hem aſtutias.] Ironia eſt. Sibi enim omne malum adſcribit. [Vtinam hîc mihi eſſet aliquid.] Non nominauit gladium, aut laqueum, aut ſimile aliud, ne tragicum eſſet.
*itidem

LATOMVS

Argumentum. Quid actum ſit, cognoſcit Dauus, & conſilium ſuum deteſtatur. [Ego dudum.] Principium à beneuolētia per antitheſin. [Ego iſtuc.] Cum auerſatione pronuntiandū. [Non fuerant.] Narratio. [Quid ais.] Admirantis. [Nunquam

Sed eccum ipſum video: óccidi.
Vtinam mihi eſſet aliquid hîc, quo nunc me
præcipitem darem:

[Nunquam qui.] Faceta adſentatio. [Hem nūmnā.] Metuentis. [Optumè inquam.] Callida iteratio ad fallendum ex vocum ſimilitudine. [Ego verò.] Repetitio tacitè ſtomachātis. [Nullus ſum.] Perturbatio Daui, & conſilij ſui deteſtatio.

Preci, datiuus. [Nihil eſt preci loci relictum.] Preci datiuus à prex, quod non eſt in vſu.

PETRVS MARS. Ad te ibam, &c.] Homines nō vndique circunſpectos, nec planè prudentes, quibus abundat vita communis, aſ-
Aſſentatio ſentationibus capi docet hæc ſcena. Idcirco Tullius libro primo Officiorum monet, ne aſſentationibus patefaciamus aures, & ne adulari nos ſinamus, in quo falli facile eſt. Vnde Solon, authore Laërtio, dicere ſolebat: Cautè ſingulos obſerua, ne fortè odium in corde tegant, dum blanda & arridenti facie te alloquuntur, dupláque illis lingua atra ex mente ſonet. Hominem inſuper malitia, quæ vitio iungitur, graſſantem, confundi aliquando, ac in proprios incidere docet laqueos. Impoſsibile, quippe eſt, vt id habeat ſucceſſum, cuius principium malum eſt. Seneca ſcribens de ira ad Nouatum, ſic ait: Nulli fortuna tam dedita eſt, vt multa tētanti vbiq; reſpondeat. Cic. in Orat. pro Cluentio, ſic ait: Minus ſtultus eſt, cui nihil in mentem venit, quàm ille qui quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat. [Sed ea gratia, &c.] Ariſtoteles interrogatus, autho-
Mendaces. re Laërtio, quídnam mendaces lucrarentur, reſpondit: Vt cum vera dixerint, illis non credatur. Socrates apud Platonem in ſecundo de Repub. ſic ait: An neſcis, quod ipſum mendacium omnes homines diíque oderunt?

RIVII annotatio. Hæc ſcena, non ſemper conſiliis reſpondere euẽtus, multa ſecus, ac nos putaueramus, euenire, & inſtitutos interdum dolos parum feliciter ſuccedere, docet. [Idque adeò metuens vos celaui, quod nunc dicam.] Non eſt ei ſtatim aperiundum conſilium noſtrum, cuius ſuſpectam habemus fidem, & quem ſuſpicamur dolis nos deluſurum, ídque cauere prudentiæ eſt non vulgaris.

—[Potes nunc, dum animus irritatus eſt.] Docet omni-
Occaſio arripienda. bus in rebus arripiendam eſſe occaſionem: & rei bene gerendæ commoditatem, in qua haud parum momenti ſitum eſt, minimè negligendam. Siquidem, vt ille canit, Fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calua. Occaſionis ſimulacrū ad hunc modum fingebat antiquitas, vt in Chiliad. habet Eraſmus, Volubili rotæ pennatis inſiſtens pedibus, vertigine quàm citatiſsima ſemet in orbem circumagit, priore capitis parte capillis hirſuta, poſteriore glabra: vt illa facilè prehendi queat, hæc nequaquam: inde dictum eſt, Occaſionem arripere. Hæc Eraſ. Auſonius ſic de occaſione,

Cuius opus? Phydiæ, qui ſignum Pallados, eius
  Quique Iouem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea, quæ rara & paucis Occaſio nota.
  Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum: Mercurius quæ
  Fortunare ſolet, trado ego, cum volui.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo. ſed heus tu,
  Occipiti caluo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. dic rogo, quæ ſis?
  Sum Dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea, quæ facti, non factíque exigo pœnas,
  Nempe vt pœniteat, ſic Metanœa vocor.
Tu modò dic, quid agat tecum? ſi quādo volaui,
  Hæc manet: hanc retinent, quos ego præterij.
Tu quoque dum rogitas, dum percontando moraris,
  Elapſam dices me tibi de manibus.

[Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via?] Ouidius.

Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ita concipit intra
Pectora, pro facto ſpémque metúmque ſuo.

DOLETI OBSERVATIONES.

Dolis vt me deluderes.] Deludere eſt deridere, vel de- Deludere.
cipere. Cicero contra Rullum: Contemni maieſtatē Populi Romani, deludi voſmet ipſos diutius ab iſto patiemini? Terentius in Adelphis: Vbiuis facilius paſſus ſim, quàm in hac re me deludier. [Idq; adeò metuens vos celaui.] Di-
cimus celo hanc rem: celo te hanc rem: celo tibi hanc rem: Celare.
celo te de hac re. De quibus exempla videto in primo Tomo noſtrorum Commentariorum. Eſt autem elegans hoc verbum, cum paſsiuum vſurpatur. Cicero Familiarium quinto: De quo ad te, non quòd celandus eſſes, nihil ſcripſi antea. Idem: Debes exiſtimare te maximis de rebus à fratre eſſe celatum. Idem ad Quintum fratrem: Indicabo tibi, quod à me in primis te celatum volebam. Idem pro Cluentio: Non eſt profectò de illo veneno celata mater. [Prope-
modum habeo iam tibi fidem.] Fidem habere & actiuè, Fidem habere.
& paſsiuè ponitur. Paſsiuè ſic. Cicero Familiarium ſexto: Quare quando, vt augures, & aſtrologi ſolent, ego quoq; augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te authoritatem augurij, & diuinationis meæ, debet habere fidē noſtra prædictio. Id eſt, digna eſt, cui fides habeatur. Actiuæ verò ſignificationis plura ſunt exempla: quorum partē proferimus. Cicero Familiarium quinto: Si honos is fuit, maiorem tibi habere non potui: ſi fides, maiorem tibi habui, quàm penè ipſi mihi. Idem Familiarium ſeptimo: Tu me velim de ratione Gallici belli certiorem facias. ego enim ignauiſsimo cuique maximam fidem habeo. Cæſar de bello Gallico primo: Cui ſummam rerum omnium fi-
dem habebat. [Ea gratia ſimulaui.] Gratia apud Anti- Gratia, pro cauſa.
quos pro cauſa ponebatur: vnde fluxerunt eæ locutiones,
animi gratia, ludi gratia, mea gratia, tua gratia: pro mea, Animi gratia.
vel tua cauſa: vel animi recreandi gratia. Cùm enim dicimus animi gratia, ſubticetur reficiendi, vel recreādi: duplicémque habet ſignificationem. Aliquando enim ſic loquimur. Ruri totum hunc mēſem animi gratia traducam: id eſt, animi relaxandi nomine, & cauſa. Aliquando etiam ſic: Animi gratia dicebam, quæ longè ſecus, atque ſperabam, accepit: id eſt, iocoſe dicebam, quę illi ſtomachum, contrà quàm putabam, fecerunt. Cicero pro Cælio: Vt ad ea, quæ accuſatores deformandi huius cauſa, detrahendæ, ſpo-
liandæq; dignitatis gratia dixerunt, primùm reſpondeam. Obuiam.
Terentius ſuprà: Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare, & ea me hîc reſtitiſſe gratia. [Opportune hic fit mihi obuiam.] Multi, & elegantes loquendi modi ex hac voce, obuiam, ducūtur: vt obuiam mittere: obuiam proficiſci: obuiam properare: obuiam ire (quod & in bonam, & in malam partem capi poteſt: ſcilicet, cum eſt reſiſtentis) obuiam prodire, obuiam procedere: obuiam venire: obuiam ſe ferre, vel offerre: obuiam fieri. De quibus omnibus prio-

ribus locutionibus vide exempla in primo Tomo noſtrorum Commentariorum: Hîc tantùm de poſtrema dabimus, quoniam id ad rem noſtram facit. Cicero ad Atticum: Obuiam mihi fit tabellarius. Idem pro Milone: Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. *Orare.* ¶ Gnatam vt det, oro: víxque id exoro. ¶ Orandi ſignificatio nota eſt: eſt enim idem, quod petere, vel poſtulare. *Exorare.* Exorare verò eſt, quod oramus, & poſtulamus, impetrare. Cicero Familiarium decimoſexto: Exoro, vt mecum quamſæpiſſimè cœnet. Idem pro Roſcio Comœdo. Vt peieret facilè exorare potero. Idem in Verrem: Negat illa, poſſe hominem exorari. Idem pro Murena: Viri non eſſe, nec exorari, neque placari putat. Idem de Oratore: Nunc te iam exoremus neceſſe eſt, vt nobis explices: &c. Ibidem: Me frater exorauit, vt huc ſecum venirem. ¶ Nullus ſum. ¶ *Nullus ſum* Nullus ſum, pro perij, locutio eſt crebra apud Comicos. Atque ex quorundam ſententia plus eſt nullum eſſe, quàm periſſe. Nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui verò nullus eſt, ita non eſt, ac ſi natus non ſit. Titus Liuius ab vrbe condita ſexto: Ipſe vindex veſter, vbi inimicis viſum eſt, nullus repentè fui. Terentius in Hecyra: Sed oſtium concrepuit. credo ipſum ad me exire: nulla ſum. Ponunt etiam *Nullũ, pro irrito.* eleganter Latini nullum pro irrito, inani, & nullius vis. Cicero in Prætura vrbana: Minutius quidam mortuus eſt, eius teſtamentum erat nullum: lege hæreditas ad gentem Minutiam veniebat. ¶ Vtinam mihi eſſet aliquid hîc, quo *Præcipitẽ ſe dare.* nunc me præcipitem darem. ¶ Præcipitem ſe dare, elegans eſt, pro ſe ex edito loco in imum deiicere, vel ſe præci- *Præceps.* pitare. Vt autem de præcipite ſcribamus: præceps interdum ad locum pertinet: & dicitur præceps locus, vnde quis ſe præcipitem dare facilè poſſit: vel via præceps eſt, in qua vix licet ſine aliqua prolapſione conſiſtere. Ad alia etiam quadrat: dicitur enim homo præceps, qui nullo capto conſilio ad omnia proiectus eſt, vel omnia inconſultè, & temerè aggreditur nulla vtens prudentia, nulla deliberatione. Ponitur verò interdum pro vehementer celeri, & ſubito: id quod tam ad res, quàm ad perſonas refertur. Etenim appellamus præcipitem profectionem, præcipitem diſceſſum, præcipitem reditum, & ſimilia. Quorum ſuſceptio plena temeritatis, & inconſulti animi eſt. Atqui præter priorem locutionem (ſcilicet præcipitem ſe *Præcipitẽ agere.* dare) duæ ſunt aliæ locutiones ex hoc nomine, non obſeruatione indignæ eæ quidem. Sunt autem iſtiuſmodi: præcipitem agere: & præcipitem ferri. Præcipitem agere. Præcipitem agere eſt exturbare: ſed certo quodam loquendi modo dicunt Latini aliquem à furore, vel furijs, vel amentia præcipitem agi, qui furoris, vel amentiæ plenus videatur, & quaſi per furorem, vel amentiam à mente, & ratione deiectus. Cicero in Verr. Act. III. Multa & in deos, & in homines impiè, nefariéque commiſit: quorum ſcelerum pœnis agitatur, & à mente, conſilióque deducitur. Agũt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim ſecuri percuſſit: partim vinculis necauit: partim in implorantes iura libertatis, & ciuitatis, in crucem ſuſtulit. Item pro Cecinna. Quid igitur? ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris, iuſſúſque ſis, quem hominibus armatis deieceris, reſtituere, reſtituiſſe te dices? *Præcipitẽ ferri.* Præcipitem ferri. Præceps ferri dicitur, qui preceps agitur. Vnde præcipitem amentia ferri. Præcipites etiam ferri dicimur, cum nimia celeritate vtimur, & non ſatis conſideratè, aut conſultò quid agimus. Cice. in Verr. Act. VII. Præceps amentia ferebare, qui te exiſtimares auaritiæ vulnera crudelitatis remedijs poſſe ſanare. Idem pro Planc. Sed ego, Laterenſis cæcum me, & præcipitem ferri confitear in cauſa, ſi te aut à Plancio, aut ab illo dignitate potuiſſe ſuperari dixero. Idem de Amic. Moleſta veritas eſt, ſiquidẽ ex ea naſcitur odium, quod eſt venenum amicitiæ. Sed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit.

GLAREANVS.

Primum carmen fragmentum eſt, vt diximus, vltimi carminis prioris ſcenæ. Deinde ſequetur adhuc vnus ſcazon, in quo Vxor abundat, vt rectè annotauit Eraſmus. ſatis enim notum erat Simoni, atq; adeò Chremeti, qua de re loqueretur Dauus. Reliqui omnes ſunt tetrametri iambici acatalectici præter extremos duos. Quanquam decimumtertium ab initio huius ſcenæ verſum, Eraſmus trochaicum tetrametrũ catalecticum iudicarit, qui corripuit o in audio. Sed cum alij omnes ſint iambici, ego illum eiuſdem iudico generis, præſertim cum o in audio longari commodè poſſit. In ſeptimo ab initio ſcenæ, primo loco eſt dactylus, ſecundo proceleuſmaticus.

Nam propémodum habeo, iam tibi fidem.

In decimo aut eliditur u, in quiui, aut s, in Iſtuc ait Eraſmus. Ego malim creticum loco ſecundo. In vndecimo Introire triſyllabon eſt, vt ſuperius in Actus ſecundi ſcena ſecunda: quanquam ego loco quarto creticum malim. In hoc verſu, Mihi monoſyllabon totum eliditur, perinde atque non adeſſet. Hem autem quod in ſequente ponitur verſu à ſuperiore eliditur, aut extra verſum eſt, vt ſæpe. In viceſimo s, eliditur in Nullus. Vtrunq; annotauit Eraſmus. Penultimus verſus eſt dimeter iambicus acatalecticus. vltimus Eraſmo eſt trochaicus tetrameter catalecticus, qui τὸ mihi monoſyllabon totum eliſit. Quod ſi diſyllabum fuerit, ſequente tantùm eliſa ſyllaba, carmẽ erit iambicum quadratum acatalecticum, vt multa præcedentia.

DONATVS VBI *illic ſcelus eſt.* } *Hæc ſcena, cuius perturbationis eſſe debeat, etiam ſuprà poëta præſtruxit, cum ad conſentiendũ Daui cõſilio tardum Pamphilum faceret.* ¶ *Vbi illic ſcelus eſt.* } *Accuſatio.* ¶ *Vbi illic ſcelus.* } *Nimium terribile eſt, ſæuire antè quàm videas eum contra quem iraſceris.* ¶ *Vbi illic ſcelus eſt.* } *Ad intellectum, non ad verba redegit. & eſt figura* σύλληψις
Syllepſis. *per genera. Virgilius. Pars in fruſta ſecant: Sed hîc figura eſt per numeros: nam quia ſcelus, ſceleſtus intelligitur, modò qui ſubiunxit, non quod.*
Scelus. Sceleſtus.
Iners. ¶ *Tam iners.* } *Sine arte.*
Nulli conſilij. ¶ *Tam nulli conſilij.* } *Vna pars orationis eſt, nulli conſilij. Nos nullius & ſolius, rectè autem veteres, nullo nulli, ſolo ſoli declinabant.*
Soli.
¶ *Me cõmiſiſſe.* } *Non, commendaſſe: ſed, commiſiſſe.*
Cõmittere. *Cõmittimus enim quæ cũ magno periculo volumus eſſe ſeruata.* ¶ *Futili.* } *Leui.*
Futile vas. *nã à vaſe, quod futile dicitur, quod nõ deponunt miniſtri ſacrorũ, quod eſt acuto fundo, & patulo ore: eóq; inſtabile eſt. Virgilius, Cõſiliis habitus non futilis author.*
Pretium. ¶ *Ergo pretium.* } *Pretiũ pro ſtultitia, pœna eſt: pro virtute, præmiũ. Ergo pretium generaliter pro bene, aut malè facto redditur. ſed diſcernitur ita: nã pretiũ pro ſtultitia, eſt pœna: pretiũ pro virtute, honor eſt & lucrũ.*
Ob. ¶ *Pretium ob ſtultitiã.* } *Sic Plautus locutus eſt, Pretiũ ob aſinos. pro, aſinorũ pretiũ. Virgil. Rẽ magnã, pretiúmq; moræ fore. Et alibi, Illum Tidides alio pro talibus auſis Affecit pretio. & eſt figura* ἔκλειψις.
Eclipſis. *vt apud Virgiliũ, Inuidiſſe deos patriis vt reditus oris.* ¶ *Poſthac incolumẽ ſat ſcio fore.* } *Sic dicere ſolemus in magno periculo poſiti: nunquam nos periclitaturos, ſi illud periculũ potuerimus euadere.* ¶ *Poſthac.* } *Audacter ſe incolumẽ in futurum promittit fore, cum vita hominis tam variis multiſq; ſit periculis cõferta. ſed hoc dicit, Sic inquit periclitor. ſi hoc euaſero, ſcio me non poſteà periclitaturum. Menander ſic* * *& eſt ſenſus, tam difficile eſt hinc euadere, vt qui hinc euaſerit, videatur immortalis futurus.* ¶ *Dicam patri.* } *Bene patri, non Simoni: vt de authoritatẽ huius nominis ſummus terror exurgat.* ¶ *Modò pollicitus ſum.* } *Modò mirè, etenim maiorem vim habẽt recentiora promiſſa.*
¶ *Modò pollicitus ſum.* } *Oratoriè melius pollicitus ſum dixit, quàm ſi promiſi, diceret.* Polliceri.
Fiducia. ¶ *Qua fiducia.* } *Qua fiducia, ad perſonam ſuã retulit. & fiducia modò impudentiã ſignificat.* ¶ *Nec quid me nunc faciam.* } *Nos, quid faciã, veteres autem me addebãt. Et nota faciam, cum ablatiuo caſu. Ablatiuus caſus me.* Facio cum ablatiuo.
¶ *Atque id ago.* } *Id quæro, hoc eſt vt inueniam quid faciam.* ¶ *Aliquã producam.* } *Productem legitur, & producam. Significat autem differam, protẽdam, prolatem.* Producere.
¶ *Eho dum bone vir.* } *Grauis interrogatio, & minantis cum iracundia. Et hoc* εἰρωνεία *proſequitur, cũ omne genus contumeliæ leue in eum dicimus, in quem ferimur iracũdia.* Ironia.
¶ *Vidén' me.* } *Hoc eſt nunquid negare potes?* Vidén'.
¶ *Impeditum eſſe.* } *Impeditus eſt propriè, qui ita pedes habet illigatos, vt progredi non poſsit. Sed hîc ad negocium retulit.* Impeditus.
¶ *At jam expediam.* } *Non ſe defendit, ſed emendaturũ promittit. & bene ad impeditum, expediam retulit. duo promiſit ſimul: & tempus cum celeritate, & effectum.*
¶ *Imò melius.* } *Bene Melius comparatiuo eſt vſus, quaſi hoc bonum ſit, illud melius.* Melius.
¶ *Furcifer.* } *Furciferi dicebantur, qui ob leue delictum cogebantur à dominis, ignominiæ magis, quàm ſupplicij cauſa circa vicinos furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum, ſimúlque monere cæteros nequid ſimile admittant. Itaque & Cicero de ſeruo, Quid inde furcifer? quò progreditur?* Furciferi.
¶ *Impeditam & perditam reſtituas?* *Mul-*

# ACTVS III. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

STomachatur Pamphilus, quòd doloſum Daui conſilium ſecutus, reſponderit patri ſe ducturũ vxorem.

ARG. PAVL. MALLEO.

QVemadmodum hæc ſequẽs ſcena perturbationis plena eſſet futura, ſuprà propoſuit poëta, cũ ad conſentiendum Daui conſilio tardũ induceret Pamphilum. Hîc nunc indignatur Pamphilus, ſtomachatúrque, quòd ſeruo futili auſcultauerit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

TRagica indignatio eſt Pamphili, quòd cõſilio Daui adeò in pericula magna coniectus ſit. Deliberat etiam ſecum Pamphilus, quid inter ſacrũ & ſaxum obſiſtens faciet. Grauiter quoque incandeſcit Pamphilus: nam acerbum eſt conſilia noſtra ſecus euenire, atque putamus.

*Tetrametri, Iambici, admiſtis Trochaicis quibuſdam.*

PAMPHILVS, DAVVS.

VBI *illic ſcelus eſt, qui me perdidit?* D. *perij.* P. *atque hoc confiteor,*
*Iure obtigiſſe: quandoquidem tam iners, tam nulli conſilij*
*Sum. ſeruón' fortunas meas me commiſiſſe futili?*
*Ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum nunquam id auferet.*
D. *Poſthac incolumen ſat ſcio fore me, nunc ſi* * *hoc deuito malum.*

* euito hoc

tum progreſſus eſt, impeditã dicere: modò perditam dixit. Senſus hîc eſt, Integram perdidiſti, & perditã reſtituas? ¶ Tu. } hoc eſt, qui integram expeditámq; turbaſti. ¶ Quo fretus ſiem. } Eſt memor ſe antè dixiſſe, Dauũ video, cuius conſilio fretus ſum. ¶ Hoc futurum. } Vt ab illa excludar, huc cõcludar. &, Vide quò me inducas. ¶ Crucem. } Plena ſatiſfactio eſt, cõfeſſio peccati ſine recuſatione pœnarũ. nam mitiores eos reddimus, quibus vultu operæ pretiũ pro delictis noſtris offerimus. Virgilius: Equidem merui, nec deprecor inquit. ¶ Ad me vt redeam. } Redire ad ſe dicitur, qui animum recipit, & ſedem mentis. Virgilius, Victus redit ad ſe. & hîc de corpore dixit. Ad ſe autem redit, qui amẽs eſſe deſiſtit. ¶ Diſpiciam. } Diſpicere, eſt diſquirere conſilium. deſpicere, deorſum aſpicere. ¶ Cur non habeo ſpatium. } οἰκονομία. ¶ Nanq; hoc tempus præcauere. } Sic Virgil. Sed motos præſtat cõponere fluctus. & eſt σύλληψις: illud enim cogit, hoc ſinit.

*quidem me: atqui

*producem

Peccati cõfeſſio.

Redire ad ſe.

*ſim,

Diſpicere.

Deſpicere.

Oeconomia

*vti

Syllepſis.

P. Sed quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modò
Qui ſum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?
Nec, quid me nunc faciã, ſcio. D. nec *quid de me: atque id ago ſedulò.
Dicam aliquid iam inuenturũ, vt huic malo aliquam *producam moram. P. oh.
D. Viſus ſum. P. ehodum bone vir, quid ais? viden' me tuis conſiliis
Miſerum impeditum eſſe? D. at iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile.
P. Nempe vt modò. D. imò melius ſpero. P. oh, tibi ego vt credam furcifer?
Tu rem impeditam, & perditam reſtituas? hem quo fretus *ſiem,
Qui me hodie ex tranquilliſſima re conieciſti in nuptias?
An non dixi hoc eſſe futurum? D. dixti. P. quid meritus es? D. crucem.
Sed paululum ſine ad me vt redeam. iam aliquid diſpiciam. P. hei mihi,
Cur non habeo ſpatium, vt de te ſumam ſupplicium, *vt volo?
Nanque hocce tempus præcauere mihi me, haud te vlciſci, ſinit.

cõmittit ei, cuius opera mox ſit periturus, perinde facit vt ij, qui vinũ, quod ſeruatũ fideliter velint, futili infundunt vaſi, vnde cõtinuò ſit effundendũ. ¶ Futili. } Id eſt leui. Metaphora eſt à vaſe futili, & rimoſo. ¶ Pretiũ ob ſtultitiã fero } Seruius in nono Aeneid. hunc locũ citãs dicit pretiũ pro pœna poſitũ eſſe. ¶ Id inultũ nunquã à me auferet. } Pro eo quod eſt, nunquã eo facto non punito abibit. ſic loquitur & in Adelph. Ni faciãt, quæ illos æquum eſt, non ſic auferẽt. ¶ Poſthac ſat ſcio incolumẽ fore me. } Ita dicere ſolemus in magno periculo poſiti nũquam periclitaturos, ſi periculũ illud poſſimus euadere: ſatis audacter Dauus ſe incolumen poſthac fore promittit. Cum dubia incertis verſetur vita periclis, cũ vita hominis tam variis multíſq; ſit obiecta caſibus. Locum hunc ſic intellige, tam difficile eſt euadere, vt qui hinc euaſerit, futurus videatur immortalis. ¶ Modò qui ſum pollicitus. } Modò maiorem vim habet ob recentiora promiſſa. ¶ Producam moram. } Id eſt vt huic pœnæ dilationem interponam.

Futilis.

Pretium.

Aufero.

Producere moram.

ADRIA.

BARL.

Ibi illic eſt ſcelus. } Syllepſis eſt per genera. Relatiuum non ad nomen ſcelus, ſed ad rem refertur, & ſcelus pro ſcelerato poſuit. ¶ Tam iners. } Hebes ac retuſo ingenio. Rodolph. Agricol. lib. 3. dialecticæ, inquit, Et docere quidem rem facilem eſſe, & quã quiſq; tantum non inertiſſimæ mentis præſtare poſſit. ¶ Tam nulli conſilij. } Priſcianus inſtitutionum grammaticarũ libro ſecundo, tradit veteres octo illa nomina vnus, vllus, vter, nullus, totus, ſolus, alius, & alter, ſic inflectere cõſueuiſſe, vt alia primi & ſecundi ordinis. citat & hunc Terentij locum inter exempla ex idoneis authoribus. Trapezontio conſilium quandoq; ſignificat vim, qua facilè quiſque aliquid perficere poſſit. ¶ Seruón' fortunas meas. } Lau. Vallenſis ſecundo Commentario Méne incepto deſiſtere victam, Nec poſſe Italia Teucrorũ auertere regem? Hîc placet, inquit, mihi vt ſubintelligas, veréne ita eſt, me non poſſe Italia auertere regẽ Teucrorum? Plinius iunior. Hominémne Romanum tam Græcè loqui, id eſt veréne ita eſt, vel oportuítne, ſiue oportet? Terentius in Andria, Seruón' fortunas meas commiſiſſe me futili? ¶ Seruón' fortunas meas me commiſiſſe futili. } Méne fortunas commiſiſſe homini inimico, eidémque adeò nocenti, vt ne ſi velit quidem poſſet ſibi temperare quin alium mactet infortunio. Damnat his verbis ſuam ſtultitiã Pamphilus, & rectè addidit futili. Qui enim ſalutẽ ſuam

Iners.

Conſilium.

¶ Ehodum. } Verbum eſt intẽtionem depoſcentis. ¶ Miſerum impeditum eſſe. } Donatus dicit eum propriè impediri, qui ita pedes habet illigatos, vt progredi nequeat. ſed hîc ad negotium de nuptiis retulit Pamphilus, & Dauus non defendit, ſed emendaturũ ſe promittit. ¶ Vt credam furcifer. } Subauditur verbum vis, vt ſit, vis ô furcifer vt credam tibi hoc? Donatus adnotauit furciferos olim dictos, qui ob leue aliquod delictum, cogebantur à dominis ignominiæ magis quàm ſupplicij cauſa, circa vicinias ferre in collo furcam, ligatis ad eam manibus, & palàm dicere peccatum ſuum, ſimúlque admonere cæteros ne tale quid admitterẽt. ¶ Quo fretus ſiem. } Meminit antè ſe dixiſſe, Dauum video, cuius conſilio fretus ſum. ¶ An non dixi hoc eſſe futurum? } Dixit in Scena tertia ſecũdi Actus, vt ab illa excludar, hac concludar. ¶ Quid meritus es. } Priſcianus, Participia pro verbis, ponunt, inquit, Attici, faciunt idem & frequenter Latini. Terent. in Andria: Quid meritus es, pro quid meruiſti. Hoc Romani faciunt in omniũ paſſiuorum & deponentium & cõmunium præteritis adiungẽtes verbum ſubſtantiuum. ¶ Crucẽ. } Plena ſatisfactio eſt, inquit Donatus, cum peccatũ confitentes, pœnam nõ recuſamus. Meretur veniam reus, cum ipſe ſibi pœnam eligit, innocentiæ proximus eſt, qui culpam fatetur ſuã. ¶ Crucem. } Bene hoc ſeruus. Nam

Ehodum.

Impeditus.

ſeruorum,

ſeruorum,nõ ciuium crucis erat ſupplicium.Hinc & Cicero in oratione pro rege Deiotaro. Quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicij adferre? ¶ Haud te vlciſci ſinit. } Quidam hũc locum ſic explicant. vlciſcor de te, id eſt contra te facio vindictam, vel accipio pœnam de te in vindictam.

*Vlciſcor te.*

LATOMVS

*Scelus, pro ſcelerato.*

Argumentum. } Querela & expoſtulatio Pamphili cum Dauo. ¶ Vbi illic ſcelus. } Scelus. pro ſcelerato per auxeſin, & eſt metonymia. ¶ Sed inultum. } Comminatio. ¶ Poſt hac incolu. } Trepidatio Daui. ¶ Sed quid ego. } Inſtauratio querelæ per dubitationem. ¶ Viſus ſum. } Trepidantis. ¶ At iam expediã. } Promiſsio auxilij loco defenſionis. ¶ Ob tibi ego. } Refutatio à perſona & ante factus. ¶ An nõ. } Amplificatio à præmonitione antegreſſa.

PETRVS MARS.

Vbi illic ſcelus eſt, &c. } Illos ſtultitiæ ſuæ pœnas dare hæc ſcena docet, qui viliſsimæ perſonæ freti conſilio, ad id tandem deueniunt, vt locum pœnitentiæ vbiq; relinquant, & meritò ab omnibus qui rectè ſapiunt, in rebus agendis derideantur. Quapropter Herodotus libro ſeptimo: Bene, inquit, conſultare, maximum eſt lucrum, & rei conſilio geſtæ lætus plerũque eſt exitus. Cicero libro primo officiorum ſic præcipit: Eſt igitur adoleſcentis, maiores natu vereri, ex hiſque eligere optimos & probatiſsimos, quorum conſilio & authoritate nitatur: ineuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt. Socrates apud Platonem in eo Dialogo, qui Theages de ſapientia inſcribitur, ſic ait: Conſilium res ſacra dicitur. Non eſt diuinius aliquid, de quo homo conſulere queat, quàm de eruditione ſui ac ſuorum.

RIVII caſtigatio.

Sed inultum id nũquam auferet. } Peruetuſta quædam exemplaria habent, à me auferet, ſed haud ſcio an mẽdosè & perperam. Quare nihil temerè mutare auſim. Neſcio an quemadmodum Plautus dixit in Aulula: Impetratũ quicquid vis ab eo auferam, ſic dici poſsit, Inultum id nunquã à me auferet. Sed de hoc aliorum eſto iudicium, addendum ſit néc ne, nam nec tetrameter reſpuit, & ab interprete adiectum videri poteſt. Manu ſcriptum habet, Sed inultum id nunquam feret. Feret, inquam, non auferet, quo modo in Heautont. Terentius: At ne illud haud inultum, ſi viuo, ferent ¶ Quid meritus es? D. crucem. } Priſcianus legit, Quid meritus? omiſſo verbo ſubſtantiuo, libro decimoctauo: atq; accipi, pro, quid meruiſti? Qui volet, ex illo cætera petat. In Heautont. eodem modo, vellem hercle factum, ita meritus, inquit. Faciunt cum Priſciano vetuſta exemplaria, & inter hæc manu ſcriptum, quod penes nos eſt, & item alterum ex bibliotheca Dominorum ab Haſſenſtein. Præterea editiones Donati fermè omnes. Fuit, credo, qui non cenſuerit hîc Poëtam iambica miſcere cum trochaicis, vt & aliàs facit, ſicuti initio admonuimus. Igitur quo conſtaret iambici quadrati ratio, addidit hic verbum ſubſtantiuum. Et in proximè ſequenti verborum inuertit ordinem contra veterum codicum fidem, vbi legitur: Sed ſine paululum ad me redeam, &c. ¶ Hei mihi cur non habeo ſpatium. } Bunanum exemplar habet: Hei mihi cum non habeo, &c. quo modo Plautus in Menæchmis: Hei mihi Cum nihil eſt, qui illi homini diminuam caput. Nos tamen priorem lectionem reliquimus, ne aut temerè quid aut nimis multa immutare videremur.

*Inultũ ferre, pro Impune habere.*

*Meritus.*

EIVSDEM annotatio.

Non cuiuſlibet ſequenda conſilia, neque cuiuis fortunas noſtas committere nos debere, hæc docet Scena: nam id qui temerè nullóque omnino cum delectu facit, ſæpe numero ſtultitiæ luit pœnas. ¶ — Seruón' fortunas meas me commiſiſſe futili? } Nemo homini futili ſuas commitet fortunas, niſi cum Pamphilo Terentiano, pretium ob ſtultitiam ferre velit. ¶ — Quid meritus es? D. crucem. } Agnoſcendo culpã, & erratum, mitiorem reddimus, quẽ offendimus. Quare prudenter Dauus & erratum agnoſcit, & pro eo ſupplicium ſubire non recuſat. Rectè hoc loco Donatus. Plena, inquit, ſatisfactio eſt confeſsio peccati ſine recuſatione pœnarum. ¶ Nanque hocce tempus præcauere mihi me, haud te vlciſci, ſinit. } At reperiuntur tam ſtulti, qui malint ſtatim vlciſci, neq; in idoneum tempus differre vindictam, quàm ſibi præcauere: quod fieri non debere, docet, hoc loco Terentius. Securitati enim antè, quàm vindictæ, cõſulendum eſt ſemper. Hîc pueri imbibant illam præclarã Solomonis, atq; egregiam doctrinam, vindictam prohibentem: Ne dic, reddam malum: ſed expecta dominum, is ſaluabit te.

*Satisfactio plena.*

*Vindicta.*

DOLETI obſeruatio.

Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? } Perdere interdum eſt amittere, vel iacturam alicuius rei facere, Cicero Familiarium quarto: Summo ingenio, ſumma virtute filium perdidit. Ibidem: Exiſtimabam omneis me & induſtriæ meæ fructus, & fortunæ perdidiſſe. Elegans verò eſt, pro affligere, vel euertere. Cicero Familiarium decimoquarto: Per fortunas miſeras noſtras vide, ne puerũ perditum perdamus. Ibidem: O me perditum: ô me afflictum. Idem ad Attic. ſecundo: Nos non inimici, ſed inuidi perdiderunt. Idem pro Roſcio Amerino: Quæ mors tantum potuit, vt omneis ciues ſuos perdiderit. & afflixerit? ¶ Quandoquidem tam iners, tam nulli conſili ſum. } Conſilium in genitiuo caſu nonnullas locutiones profert parum ad præſentem accedentes. Eæ autem ſunt huiuſmodi. Res magni conſilij: ſcilicet, in qua opus eſt conſilio. Cicero ad Atticum ſecundo: Eſt res ſanè magni conſilij. Idem: Nihil mihi adhuc accidit, quod maioris conſilij eſſet. Eſt & alia locutio: nempe, Hæc ſunt conſilij: id eſt, conſilium de his iniri, & capi poteſt. Cicero Familiarium nono: Ergo hæc conſilij fuerunt: reliqua neceſſaria. Id eſt, in his conſilio vti potuimus: vel ad hæc conſilium adhibere, liberum & integrum fuit. Idem: Conſilij res eſt adhuc incerti. Præterea, ſic loquuntur Latini: Conſilij tui eſt, pro deliberare potes, vel debes: aut conſiderare potes, vel debes. Cicero Familiarium tertio: Quid in eo genere efficere poſsis, conſilij tui eſt. Cælius Cicer. Familiarium octauo: Tui conſilij eſt, ſi tempus, ſi Senatus coget, ſi honeſtè à nobis recuſari non poterit, velíſne perſeuerare. Sed hæc nihil ad præſentem Terentij locutionem accedunt: hîc enim nulli, pro nullius conſilij eſſe, idem eſt, quod nullo conſilio præditum eſſe, vel omni conſilio eſſe deſtitutum. ¶ Seruón' fortunas meas me commiſiſſe futili? } Futilis pro inani eleganter ponitur. Propriè verò futile vas erat, quod non deponebant miniſtri ſacrorum: quod erat acuto fundo, & patulo ore, eóque inſtabile erat. Vtebantur eo in ſacrificiis Deæ Veſtæ: quia aqua ad ſacra hauſta, in terra nõ ponebatur: quod ſi fiebat, piaculum erat. Vnde excogitatum vas fuit, quod ſtare nõ poſſet, ſed poſitũ ſtatim effunderetur. Ea antiqua fuit futilis ſignificatio. Per tranſlationẽ interdum id deſignat, quod prius diximus. Præterea interdum ad perſonas refertur: & dicũtur futiles, qui ſilere tacenda nequeũt, ſed ea effundunt. Cice. de Finib. Quis nõ odit ſordidos, vanos, futiles? Idẽ de Diuinat. Aruſpices vanos, futiléſq; eſſe dicamus. ¶ Inultũ id nunquã &c. } Auferre ſemper ablationem habet, ſed id variè quod

*Perdere.*

*Conſilij nullius eſſe.*

*Conſilij hæc ſunt.*

*Conſilij tui eſt.*

*Futilis.*

*Auferendi variæ ſignificationes.*

*vt cognoſcas, ſic huius verbi ſignificationes diſtinguemus.*

*Ponitur primùm aliquando pro impetrare, ſiue id leniori impetrandi ſignificatione intelligatur, ſiue vehemētiore extorquendi ſenſu. Cicero ad Atticū ſexto: Illud quidem fatebitur Scaptius, me iur dicēte, ſibi omnē pecuniam ex edicto meo auferēdi poteſtatē fuiſſe. Idem ad Atticū decimoſexto: Audiuimus Cæſarem: verba fecimus pro Buthrotiis: liberaliſſimum decretū abſtulimus. Idem pro Quint. Deſtitutione illa perculſus Quintius à Scapulis paucos dies aufert: in Galliā mittit. Id eſt paucorū dierum ſpatium impetrat. Ibidem: Vnde eo plus opis auferret, quo minus attuliſſet gratię.*

*Ponitur etiam aliquando pro referre, vel ad ſe recipere, vel aſportare. Cicero ad Atticū ſexto: Quid potuit queri is, qui auferre pecuniā, cum potuit, noluit? Idem pro Milone: Cederet æquo animo legibus, ſecum auferret gloriam ſempiternā. Eodem ſignificato dicit Terentius aliquid auferre: vel auferre inultum. In Adelph. Ni facient, quæ illos æquū eſt, haud ſic auferent. Interdum quoq; ponitur pro extinguere, vel reprimere, aut tollere. Id quod non in furto, aut direptione poſitum eſt, ſed in debilitatione inferenda. Cicero in Verrem Actione tertia: Vt alter dies amicis iſtius, & defenſoribus nō modò ſpem victoriæ, ſed etiam voluntatem defenſionis auferret. Idem de amic. Solitudo aufert fructū voluptatū. Idem de Seneɛt. Senectus quāuis non ſit grauis, tamē aufert eam viriditatem, in qua etiā tunc erat Scipio. Non minus, quàm ſuperiora omnia, elegans eſt, & venuſtū, quod dicit Cicero Familiariū ſecundo: Te, inquit, hortor, vt omnia gubernes, & moderere prudentia tua, ne te auferāt aliorū conſilia. id eſt, ne alios potius audias, quàm te ipſum. Sic variè à Latinis vſurpatur hoc verbū. Cum verò ablationē habet, ferè extra perſonam eſt, & magis ad res refertur, ponitúrq; pro abripere, detrahere, adimere. Veruntamē etiā ad perſonas quadrat. Cicero in Verrem Actione VII. Itaq; erant exitus eiuſmodi, vt alius inter manus è cōuiuio, tanquam è prælio, auferretur: alius tanquam occiſus relinqueretur. De re. Cicero pro Roſc. Amer. Multa palàm domum ſuā auferebat: plura clàm de medio remouebat. ¶ Vt huic malo aliquam producam moram. } Pro moram producere dicit Cicero moram quærere, acquirere, afferre, inferre, iniicere, interponere, adiungere, iniungere, facere. De quibus loquendi formis vide exempla in primo Tomo noſtrorum Commentariorum. ¶ Viden' me tuis conſiliis miſerum impeditum eſſe? } Impeditus, vt tradunt Grammatici, eſt propriè, qui ita pedes habet illigatos, vt progredi non poſſit. Impedire tamen refertur ad multa, maximè ad negotia. Generaliter pro eo eſt, quod quouis modo impedimentum infert, obſtat, interpellat, excludit. Atque maiorē habet in paſſiua ſignificatione, quàm in actiua elegantiam. Cicero Familiarium decimotertio: Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. Sic dicit idem Cicero impediri iureiurando, compromiſſo, officio, religione, mœrore, maleuolentia, liuore, & ſimilibus. Huic contrarium eſt expedire. Vnde mox Dauus Pamphilo reſpondet. At iam expediam.*

*Morā producere.* — *Impedire.*

*Impedimētum.*

*Præterea ab impedire impedimētum dicitur, ſcilicet quicquid ad rei functionem obeſt: aut cauſa grauior, quæ moram afferat, obſtétque rei agendæ, atque exequendæ: vt, apud Ciceronem de Oratore primo: Demoſthenes impedimenta naturæ, diligentia, induſtriáque ſuperauit. Id eſt, Naturæ vitia, & linguæ tarditatē: quæ rectam literarum appellationem, decorámque orationis pronuntiationem impediebat. Alia eſt eſt huius vocis ſignificatio, cum impedimenta pro ſarcinis ponuntur, idq; tam in ſingulari, quàm in plurali numero: vt, apud Ciceronē pro Milone: Cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, ac muliebri, & delicato ancillarum, puerorúmque comitatu. Plura verò de hac ſignificatione vide in ſecundo Tomo noſtrorum Commentariorū. Hîc vnum tantum loquendi genus ex hac voce eliciam, ſcilicet impedimento eſſe: & idē eſt, quod obſtare. Cicero Familiarium decimo: Quis fuerit impedimento, arbitror ex Planci literis cognouiſſe. ¶ Me coniecisti in nuptias. } Id eſt, tuo conſilio factum eſt, vt ducere Philumenam vxorem cogar. Sic loquitur Dauus in Scena ſuperiore proxima. In nuptias, inquit, conieci herilem filium. ¶ Sine paululum, ad me vt redeam. } Redire ad ſe locutio eſt ſignificati duplicis. Nimirū interdum eſt idē quod reſpirare, recreari, refici, leniri, mitigari: vt, apud Terentiū in Adelph. Tandem reprime iracundiā, atq; ad te redi. Redire quoq; ad ſe, ponit Cicero pro ad ingenium redire, libro ſeptimo ad Atticum his verbis. Id quod animum induxerat pauliſper, non tenuit: ſed citò ad ſe rediit, meiſque honorificentiſſimis erga ſe officiis victus, pluris illa duxit, quàm ſuam pecuniam. Pro redire ad ſe, Latinis etiā vſitatum eſt, colligere ſe. Id quod item duplici modo ab illis ponitur. Interdum enim eſt diſſipatas animi partes, rurſum in ſuum locum cogere: diſſipatas, inquam, eas qualibet perturbatione, quæ in animum cadere poſſit. vt eſt metus, pauor, dolor, ægritudo, ira, triſtitia, dubitatio, & ſimilia. Interdum verò eſt ſe reficere. & recreare poſt agitationē, vel laborem nimium, vel etiam damnū rei cuiuſlibet factum.*

*Cōiicere aliquem in nuptias.* — *Redire ad ſe.* — *Colligere ſe*

*Prioris ſignificati exempla. In hoc genere nos colligere dicimur, cum vel metum abiicimus: vel dubitatione præciſa ſummam cogitationum, & conſiliorum noſtrorum facimus: vel cum nobis velut animū addimus, & ſpiritum tollimus: nō nos mœrori, aut angori dedentes, aut animum ipſum deſpondentes: vel cum depulſa mentis perturbatione quietiores reddimur, & ad ſanitatem nos recipimus. Cicero Familiariū primo. Collegi ipſe me, & cū ipſa quaſi Repub. collocutus ſum. Idem Famil. III. Vt me collegi, cætera mihi facilima videbantur. ¶ Vt de te ſumam ſupplicium. } Suppliciū ſumere idē eſt quod punire. Cic. in Verr. Act. IIII. Intellectum eſt, id iſtū agere, vt, cum Sthenium ſine vllo argumento, ac ſine teſte damnaſſet, tū homo nefarius de homine nobili, atq; id ætatis, ſuóq; hoſpite virgis ſuppliciū crudeliſſimè ſumeret. Idem: Videtiſne, quos nobis poëtæ tradiderunt, patris vlciſcendi cauſa ſupplicium de matre ſumpſiſſe?*

*Suppliciū ſumere.*

GLAREANVS.

*Carmina ſunt omnia iambica quadrata acatalectica, præter vltima quatuor trochaica, quadrata catalectica, quanquam Eraſmus refragantibus propémodum omnibus exemplaribus, ea iambica facit vt priora. In primo carmine Confiteor triſyllabon eſt. teor enim vnam facit ſyllabam. In quinto carmine, ſcio fore, proceleuſmaticus eſt, & hoc, pronomen poſt deuito verbum ponendum. In ſexto à fine hem additur extra metrum inquit Eraſmus. In quarto à fine Riuius tollit es, vt ſit trochaicū quadratum catalecticum, vt diximus. In ſequēte legit, Sed ſine paululum. & erit itidem trochaicum. In penultimo huius ſcenæ verſu ad vt alterum vt addit Eraſmus, quod non habēt veteres codices. In vltimo hoc tempus legēdum, non hocce. Erunt itaq; quatuor hæc trochaica, vt rectè indicauit Riuius.*

IOAN-

IOANNES THEODORICVS

*Pamphil. Quid meritus es? Da. Crucem.} Non temerè hoc ſit (vt rectè admonet Nannius) quòd Dauus ad interrogationem Pamphili de ſuo merito, ipſe ſuam pœnam æſtimat, ac dignum ſe cruce pronuntiat. Planè id ex moribus Athenienſis populi: vbi rei conuicti capitalis facinoris, primùm condemnabantur, nullo expreſſo ſupplicio. Deinde interrogabantur, quid ſe meritos putarent. Illi autem, quo magis miſerabiles apparerẽt, in maius ſuam pœnam æſtimare ſolebant: atque ita non rarò mollitis iudicibus, caput ſaluum auferebant. Quod quia non factum eſt à Socrate: nec pœna, ſed præmio tali ſe dignum æſtimante, vt publicitus in Prytaneo aleretur: exacerbati iudices ob contumax reſponſum, virum innocentiſſimum ad hauſtum cicutæ condemnarunt. Meminit huius rei Plato in Critone, Xenophon in Apologia Socratis, & Diogenes Laërtius in vitis Philoſophorum. Magno igitur ex decoro eſt, quòd in palliata comœdia, tam opportunè alluſum ſit ad populi Athenienſis forenſes conſuetudines.*

DONATVS

HOCCINE *credibile eſt.} Elegans perturbatio, in qua inter ſe Simo, Pamphilus, Dauus, Charinus, Byrrhia, Chremes, omnes omnibus redduntur offenſi. ¶Hoccine credibile eſt.} Et incredibile eſt inquit, & nefandũ. è contrario enim ab interrogatione quadam incipiũt, qui nimis iraſcũtur. vt & illud, Hòccine humanũ factum? Et totũ hoc in pronuntiatione eſt. hoc enim genus interrogationis, vim negandi exprimit.*

Hoccine. *¶Hoccine credibile eſt.} A generalitate incipit. vt Cicero, Quàm facilè ſerpat iniuria & peccãdi conſuetudo, quàm non facilè reprimatur, videte iudices. ¶Cuiquã vt ſiet.} Singulari & plurali numero reſpõdet. ¶Vt malis gaudeant.} Cùm dixiſſet Cuiquam, intulit numerum pluralem. vt alibi, Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis Quamplurimis, & minimè multos lædere: In his poëta hic nomẽ profitetur ſuum. ¶Vt malis gaudeãt.} Legitur & gaudeat. ¶Ex incõmodis alterius.} Et hîc gaudeant, ſubauditur.*

Comparo. *¶Sua vt cõparent.} Hoc eſt acquirãt, vel æſtimẽt. ¶Atq; ex incommodis alterius, ſua cõparent vt cõmoda?} Hoc eſt, nõ intelligunt commoda ſua, niſi ex alterius incõmodis ea æſtimauerint.*

Id'ne verũ *¶Id'ne eſt verum? imò id genus.} Alij ſic, Verũ eſt hoc genus hominũ * homine ſe probauit eſſe, cũ maius ſit: & ſic cõtra hoc, Imò non hominẽ, ſed peſſimum hominem, ſe probauit. ¶Id'ne eſt verum? imò id genus.} Parum accuſauerat, dicens, Id'ne eſt verum hominũ genus? & ideo addidit, Imò id genus hominum eſt peſſimum, vt hoc facere, non hominis modò ſit, ſed peſſimi hominis. ¶In denegando modò.} Modò, pro tãtummodo.* Modo. *¶Queis pudor paululum adeſt.} Adeſt pudor, ne denegent: non adeſt, vt & præſtent. ¶Pòſt vbi tempus.} Deeſt eſt, vt ſit, tempus eſt. ¶Neceſſariò ſe aperiunt.} Mirè ait neceſſariò, quia ſunt tales: neceſſitas autem in natura eſt cõſtituta. ¶Aperiunt.} Mirè, aperiũt: quoniam tũc cum promittebant, mali erant: ſed latebat malitia intra pectoris altitudinem.* Aperio. *¶Et timent, & tamen.} Bis numero ſubauditur denegare. Et melius timent, quàm ſi diceret, pudet eos. nam timor, eſt malorum: pudor, tantum bonorum.* Timor. Pudor. *¶Res.} Malitia ſcilicet: tãquam mali ſint ad rẽ quam præſtare nõ poſſunt.* Res. *¶Quis mihi es? Quis tu es?} Quis tu es, ad dignitatẽ refertur. quis mihi es, ad neceſſitudinem: id eſt frater, aut cognatus. Et hæc verba, mollia ſunt dictu, ſed animo aſpera.* Quis tu es. Quis mihi es. *¶Cur meam tibi?* ἔκλειψις. Eclipſis. *¶Heus, proximus ſum.} Heus ſignificatio eſt modò nominis ad intentionẽ conſiderationémq; reuocandi.* Heus. *¶Proximus ſum egomet mihi.} Id eſt charior mihimet ipſi ſum, quàm quiſquã alienus. ¶Proximus.} Char⁹, beneuolus. & hoc eſt quod ait ſuprà: Quo æquior ſum Pamphilo, ſi ſe illam in ſomnis, quàm illũ amplecti maluit. Inde proximi & propinqui dicũtur qui nobis chari eſſe debẽt.* Proximus. *¶Nihil pudet.} Pudor eſt mali facti: Verecũdia, recti & honeſti. Ergo mirè poſuit.* Pudor. Verecũdia. *¶Si roges.} Abundat, ſi roges, ſed ἠθικῶς additum eſt. ¶Hîc.} Vbi promiſerant. ¶Illic, vbi nihil opus eſt, ibi verẽtur.}*

## ACTVS IIII. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

HÆC ſcena potiſsimùm continet iurgium Charini in Pamphilum.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena elegans perturbatio eſt, in qua inter ſe Simo, Pamphilus, Dauus, Charinus, Byrrhia, Chremes, omnes omnibus redduntur offenſi, ſed potiſſimùm Charini in Pamphilum continetur iurgium.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

QVerela eſt Charini de Pamphili perfidia, eſt verò hic celebris locus communis.

*Trochaicis Iambici permiſti, partim quidem Senarij, partim verò Tetrametri.*

CHARINVS, PAMPHILVS *adoleſcentes.* DAVVS *ſeruus.*

*HOccine credibile eſt, aut memorabile,*
*Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet,*
*Vt malis * gaudeant, atque ex incommodis*
*Alterius ſua * comparent vt commoda? ab*

*gaudeat *comparet

Idne eſt verum? imò id genus hominum eſt peſſumum, in
Denegando modò queis pudor eſt paululum.
Pòſt vbi tempus promiſſa iam perfici,
Tum neceſſariò ſe aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit denegare. ibi
Tum impudentiſſima eorum oratio eſt,
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus,
Proxumus ſum egomet mihi. attamen, vbi fides eſt,
Si roges, nihil pudet: hîc, vbi opus eſt,
Non verentur, illic, vbi nihil opus eſt, ibi verentur.
Sed quid agam? adeámne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem?
Ingeram mala multa.* atque aliquis dicat, nihil promóueris.
Multum: moleſtus certè ei fuero, atque animo morem geſſero.
P. Charine, & me & te imprudens, niſi quid dij reſpiciunt, perdidi.
C. Itáne? imprudens. tandem inuenta eſt cauſa. ſoluiſti fidem.
P. Quid tandem? C. etiam nunc me *ſubducere iſtis dictis poſtulas?
P. Quid iſtuc eſt? C. poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi.
Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo.
P. Falſus es. C. nónne tibi ſatis eſſe ſolidum viſum eſt hoc gaudium,
Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres?
Habeas. P. habeam? ah, neſcis quantis in malis verſer miſer,
Quantáſque hic ſuis conſiliis mihi *confecit ſolicitudines,
Meus carnifex. C. quid iſtuc tam mirum eſt, ſi de te exemplum capit?
P. Haud iſtuc dicas, ſi cognoris vel me, vel amorem meum.
C. Scio. cum patre altercaſti dudum: & is nunc propterea tibi

*atqui* — *ſeducere* — *conflauit*

illic & ibi aptum iraſcenti repetitionis genus. ¶Hic vbi opus eſt.} Saluo pudore. ¶Illic.} Legitur & illi. ¶Vbi nihil opus eſt.} Vbi nondum promiſerũt, ibi verentur. quod ait ſuprà: In denegãdo modò queis pudor eſt paululum. *Adeo ad.* ¶Adeam ne ad eũ?} Hic locus deliberationis eſt: an adeat ad Pamphilũ. & vnũ ad, abundat, & moraliter verba Charini ſunt poſita. ¶Iniuriam.} Pro de iniuria. ¶Expoſtulem?} Expoſtulatio eſt aduerſus eũ quẽ incuſamus. *Expoſtulare.* Nam expoſtulare, eſt querelam apud eum ipſum deponere, de eo ipſo qui fecit iniuriã. *Poſtulare.* Poſtulare autẽ, querelam dicere de altero apud alterũ. ¶Ingeram mala multa.} Quaſi tela, ita ſe dicit ingeſturum mala. ¶Atq; aliquis dicat, nihil promoueris.} Hoc dicit, Etſi exiſtat aliquis qui mihi dicat, quid profeceris? *Multum.* reſpondebo, Multum. ¶Multũ.} Non ſubiunxit, quo modo multum? ſed illud faciã. ¶Multũ.} Subauditur, promouero. ¶Moleſtus certè ei fuero.} Tranſitũ fecit dicendo, Moleſtus certè ei fuero. hoc eſt, ſi nihil aliud promouero, certè ei moleſtus fuero. ¶Atque animo morem geſſero.} Erit fructus iracundiæ ex vindicta. Et per iracundiam atque turbationẽ non inuenit, quod ſit multum, aliud ergo inuenit, moleſtus certè ei fuero. ¶Charine, & me, & te imprudens,} Mirè, & artificioſè fecit Pamphilum priorem alloqui ad perfringendam iracundiam Charini: alioquin ſi prior vociferari potuiſſet, tragica exclamatione vſus fuiſſet. ¶Imprudens.} Defenſio ab imprudentia. etenim niſi bonæ eſſet conſcientia, nũquam diceret, te perdidi, purgaturus. ¶Itáne? imprudẽs.} Imprudens, diſtingue. & attẽde hoc illum repetere, quod indignatur magis, quaſi audierit imprudens, & non audierit reliqua. ¶Itáne? imprudens.} Quia articulus omnis defenſionis per cõceſſiuã qualitatem hoc dicto eſt conſtitutus: idcirco hoc ipſum Charinus per infirmationem repetit, hoc cupiens eripere Pãphilo, quo ille maximè nititur. ¶Qui tuum animum.} Legitur &, Cum. *Falſus.* ¶Falſus es.} Modò participium eſt, id eſt falleris: ſi Pamphilum dicit. Si verò coniungitur, pro fallax accipitur. *Solidum.* ¶Hoc ſolidũ.} Solidum, plenũ, idoneum, integrum. ¶Niſi me lactaſſes.} Produxiſſes, oblectaſſes, induxiſſes. quæ ſignificatio fruſtrationem oſtendit. *Lactare.* Lactare, eſt inducere in aliquam voluptatẽ. *Oblectare.* à lactando, vnde & oblectare dicitur. *Habeas.* ¶Habeas.} Permiſſio animi irati. ¶Habeam?} vt ſuprà, Aut ſi tibi hæ nuptiæ ſunt cordi. P. Cordi? *Ironia.* ¶Hic ſuis conſiliis mihi confecit.} εἰρωνεία. Dixit vt ſuprà, Cuius conſilio fretus ſum. Et cũ verſer protulerit, conficiat debuit inferre. *Anacoluthon.* eſt ergo ἀνακόλουθον. aut vt eſt illud, Principio, amico filium reſtitueris, Tibi generum firmum & filiæ inuenies virum. ¶Confecit.} Legitur & conflauit. *Solicitudo.* ¶Solicitudines.} Perturbationes. *Meus carnifex.* ¶Meus carnifex.} Id eſt in me carnifex, qui me torſerit. vt alibi, Deo irato meo: hoc eſt in me irato deo. *Exemplum capere.* ¶De te ſic exemplũ capit.} Vtrũ, ſi te imitatur: an, ſi de te exigit pœnas? vt ipſe alibi, Vterque exempla in te edent. ſed melius, te imitatur, accipimus. ¶Haud iſtuc dicas ſi cognoris.} Noſti enim: ſed ſi cognoris, non ita dicas. ¶Cum patre altercaſti.} Ab iis quę facta ſunt, ad ea quę facta non ſunt. *Altercor.* ¶Cum patre altercaſti dudum.} Legitur & altercatus es. nõ enim alterco dicimus. ¶Nec te quiuit hodie cogere, &c.} Hoc argumentum attulit ex iis, quæ non ſunt facta, cum fieri

*fieri debuerint.* ¶ *Imò etiā.* } *Propterea & amplius.* ¶ *Imò etiā.* } *Deeſt, audi.* ¶ *Quo tu min⁹ ſcis.* } Quo. *Quo, id eſt quòd. & deeſt, audi, vel accipe: vt ſit, quòd, vel quoniā minus ſcis. Vel quo, id eſt ex quo, aut quare. aut certè erit ſenſus, cum huiuſmodi tamen ſubaudione, Imò etiam quo tu minus ſcis ęrumnas meas eo magis audi. Aut, Imò etiam hæ nuptiæ non parabantur mihi, quo ipſo minus tu ſcis ærumnas meas, id eſt, falſæ nuptiæ erant: quæ res te fallit magis, iraſcique mihi cogit meritò.* ¶ *Hæ nuptiæ.* } *Legitur &, hæc nuptiæ. ſic enim veteres dixerunt.* ¶ *Nō apparabantur.* } Apparari. *Apparari cum datiuo caſu ſemper cladem & perniciem ſignificat. vt Virgi. Mihi ſacra parari.* ¶ *Coactus tua voluntate.* } *Hæc eſt accuſatio. ille enim excuſat per imprudentiam: hic arguit voluntatem, hoc ergo dixit, Eo grauius, quo nullo cogente peccaſti.* ¶ *Cur me enecas?* } Enecare. *Excrucias.* ¶ *Inſtare, ſuadere, orare.* } *Quia dixit, inſtare, ſuadere, orare non plus dicere poſſet: quando nihil poteſt eſſe.* ¶ *Dauus* } *Dauus, cum admiratione pronuntiādum.* ¶ *Interturbat omnia.* } Interturbo. *Deerat, vt & hic, Dauus, dicere: ſed plus intulit, interturbat. Et inter* Inter. *modò nō mediocriter, ſignificat: eſt enim adauctiua particula. vt interfectus, interemptus. Modò poſt: vt, Nunc inter, fluuio Tyberinus amœno Vorticibus rapidis, & multa flauus arena In mare prorumpit.* ¶ *Neſcio.* } *Quia iraſcitur Dauo, dixit neſcio: alioquin ſcit.* ¶ *Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos.* } Niſi ſcio. *Deeſt, quia: vt ſit, niſi quia.* ¶ *Factum eſt hoc.* } *Non quòd non credat, interrogat: ſed quod increpet.* ¶ *At tibi dij.* } At. *At principium increpationi aptum. vt Virgil. At tibi pro ſcelere. & Horatius, At ô deorū quiſquis in cœlo regis Ter-*

Succeſſet, nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres.
P. Imò etiam, quo tu minus ſcis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,
Nec poſtulabat nūc quiſquam vxorem dare.
C. Scio: coactus tua voluntate es. P. mane,
Nondum ſcis. C. ſcio equidem illam ducturū eſſe te.
P. Cur me enecas? hoc audi. nunquam deſtitit
Inſtare, vt dicerem eſſe ducturum patri,
Suadere, orare, vſque adeò, donec perpulit.
C. Quis homo iſtuc? P. Dauos. C. Dauos? P. *interturbat. C. quam ob rem? P. neſcio.
Niſi mihi deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim.
C. Factum eſt hoc Daue? D. factum. C. hem, quid ais ſcelus?
At tibi dij dignum factis exitium *diunt.
Eho, dic mihi, ſi omnes hunc cōiectum in nuptias
Inimici vellent: quod, niſi hoc conſilium, darent?
D. Deceptus ſum? at non defatigatus. C. ſcio.
D. Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via:
Niſi id putas, quia primò proceſſit parum,
Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum.
P. Imò etiam. nam ſatis credo, ſi aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.
D. Ego Pamphile, hoc tibi pro ſeruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, nocteiſque, & dies
Capitis periculum adire, dum proſim tibi.
Tuum eſt, ſi quid præter ſpem euenit, mihi ignoſcere.
Parum ſucceſſit quod ago, at facio ſedulò.
Vel melius tu aliud reperi, me miſſum face.
P. Cupio. reſtitue, in quem me accepiſti, locū.
D. Faciam. P. at iam hoc opus eſt. D. hem. ſed mane: concrepuit à Glycerio oſtium.
P. Nihil ad te. D. quæro. P. hem, nunccine demum? D. at iam hoc tibi inuentum dabo.

*ras, humanū genus.* ¶ *Eho dic mihi.* } Eho. *Eho, interiectio eſt intentionem audientis expoſcens. Dic mihi. Sēper τὸ dic mihi, iniurioſum eſt. vt Virgilius, Dic mihi Damœta, cuium pecus?* ¶ Dic mihi. *Quod, niſi hoc, cōſilium darent?* } *Cum odio hoc pronuntiandū eſt. Ideò Cōiectum dixit.* ¶ *Deceptus ſum.* } *Conceſſio.* ¶ *Scio.* } *τὸ Scio, nō ad deceptionem, ſed ad defatigationem reddit. ergo cum εἰρωνείᾳ ſonandū.* ¶ *Hac non ſucceſſit.* } *Deeſt, quod conabamur. & propriè de bono ſic dicitur.* ¶ *Alia aggrediemur via.* } * Dauos omnia *Vel adoriemur. id eſt enitemur. Adoriri propriè dicitur repētè ex inſidiis aliquē inuadere.* Adoriri. ¶ *Hoc tibi pro ſeruitio debeo.* } Seruitium. *Seruitium pro ſeruitute poſuit: vt, Seruitio enixę tulimus.* ¶ *Conari manibus pedibus.* } *duint *Ad id intulit quod ait ſuprà: Quę ego credo manibus, pedibúſque obnixè omnia facturum. Et* Manibus pedibus. *accuſatiuo caſu ſine intermiſſione ſignificat, Noctes & dies.* Accuſatiuus tempóris. ¶ *Manibus, pedib⁹* } *ἀσυνδέτως.* ¶ *Præter ſpem euenit* } *Euēnit, productum magis: quia hoc perpetuò nō vult Pamphilo accidere. Ergo euēnit: non autem éuenit, media correpta. Parum ſuccedit quod ago.* } *Si noſtrūm eſt, officia præbere: at noſtrū non eſt, fortunam poſſe præſtare. Et bene ſuccedit, vt quod agimus, oſtendat ſucceſſus eſſe fortunę.* ¶ *Sedulò.* } Sedulò. *Id eſt ex animo & ſine dolo.* ¶ *Me miſſum face.* } Miſſum fa. *Id eſt nōli vti opera mea.* ¶ *Parum ce. ſuccedit quod ago.* } *Vtilis ſententia pro ſapiente contra fortunam.* ¶ *Reſtitue in quem me accepiſti locum.* } *Senſus hic eſt, Omnia mihi integra & ſalua redde, qualia tibi tradidi conſulturo, vel cum nihil promiſiſſem patri.* ¶ *Hē, ſed mane.* } Sed mane. *Hoc quaſi incipientis, demōſtrātíſque aliquid noui ſe inueniſſe.* ¶ *Nihil ad te.* } *Hæc enim ad cogitātem nihil per-*

*Demum.* tinere oportuit. ¶ Nunccine demum?} Pro denique.¶ At iā hoc tibi inuentum dabo.¶ Conſilium ſcilicet, quo in priſtinū locum reſtituaris.

ADRIA. BARL. *Hoccine.* Hoccine.} Interrogatio iraſcenti competens, quæ negandi vim habet totam in pronuntiatione ſitā.¶ Hoccine.} Priſcianus lib. II. ce quoque ſolebant per omnes caſus vetuſtiſſimi addere pronominibus articularibus, vel demonſtratiuis ab aſpiratione incipientibus, vt hicce, hæcce. vnde hoc quaſi conſequentibus duabus conſonantibus ſolent poëtæ producere, vt Hoc erat alma parens quod me per tela per ignes Eripis. Et ſic in antiquiſſimis codicibus inuenitur bis, cc, ſcriptum, quo modo eſt apud Terentium in Andria. Hoccine eſt credibile? Nunc verò eorūdem pronominum his caſibus frequenter additur ce qui in s deſinūt euphoniæ cauſa, vt huiuſce, hiſce, hoſce, haſce. ¶ Vt malis gaudeat.} In vulgatis codicibus additum eſt alienis. Charinus poſtquam audiuit ex Byrrhia Pamphilum patri promiſiſſe ſine vllius doloris ſignificatione ſe Philumenam ducturum, putat vel ideo Pāphilum non abhorrere à Philumenæ nuptiis, quòd gaudeat malis alienis. Ideóque pòſt dicturus eſt, poſtquam me amare dixi complacita eſt tibi. ¶ Ab ídne eſt verum?} Quidam putant ab hîc reprehendentis eſſe, & corripientis, reprehendere Charinū ſuam de Pamphilo opinionem. Putarat enim ſimplicem & apertum, nulla tectum perſona.¶ In denegando modò.} Modò tantūmodo ſignificat.¶ Vbi tempus eſt promiſſa.} Id vſa venire ſolet inter fœdifragos principes. Vidimus nuper in vno, cuius parco nomini.¶ Se aperiunt.} Bene aperiunt: cum enim promitterent, mali erant, ſed latebat in pectoris altitudine malitia.¶ Quis mihi es.} Vt ſis mihi frater aut cognatus, ego tamen mihi propior ſum, quàm tu.

*Pronomina poſſeſſiua ſine nomine prolata.* ¶ Cur meam tibi?} Priſcianus frequenter, inquit, ſine nomine, licet pronomina poſſeſſiua proferre, maximè cum de dominis, vel coniugibus, vel amicis mentionem facimus. Mariti ſolent de vxoribus dicere mea, & inuicē vxores de maritis meus, per defectionem nominis.¶ Adeam'ne ad eum?} pro adibo, vt ſit futurum indicatiui, ſed hoc infrequentius eſt.¶ Iniuriam expoſtulem.} Donato authore iniuriam dixit pro de iniuria: Et expoſtulare eſt querelam apud eum deponere, qui iniuriam facit.¶ Ingeram mala multa.} Id eſt, iaculabor in eum mala multa, probra multa. ¶ Niſi quid dij reſpiciunt.} Niſi cum adhæret verbo principali, amat indicatiuum, quando non principali, admittit etiam ſubiunctiuum. Vnde potuit & hîc Terentius dicere, niſi reſpiciant. Quibuſdam reſpiciunt, idem eſt, quod prouident, vel remedium afferunt. ¶ Imprudens perdidi.} Defenſio ab imprudentia. Hîc Pamphilus imprudentiam, ſed poſtea Charinus voluntatem arguit. ¶ Soluiſti fidem.} Rupiſti, non ſeruaſti exponunt quidam, vt fidem promiſſionem intelligamus.

*Adeā, pro Adibo.* *Expoſtulare iniuriā.* *Niſi:* *Reſpicere.* *Soluere fidē*

*Seducere.* ¶ Nunc me ſeducere.} Seducere hoc loco per tranſlationem decipere eſt. Alij ſubducere in eodem ſignificato legunt, dicentes Græcam eſſe figuram. Græcos enim ὑπάγειν eodem modo vſurpare.¶ Lactaſſes.} Id eſt dulcedine quapiam retinuiſſes, & ad perſuaſionem induxiſſes.¶ Spe falſa produceres.} Pro produxiſſes. ¶ Habeas.} Permiſſio eſt ironica. ¶ Cum patre altercaſti.} Priſcianus loquens de verbis, quæ apud vetuſtiſſimos contra cōſuetudinem, actiuam pro paſſiua, vel paſſiuam pro actiua deſinentiam habent: ſimiliter inquit, proferebāt aucupo pro aucupor, alterco pro altercor. ¶ Dauus interturbat.} Id eſt omnia turbat. Nam inter in cōpoſitione nonnunquam generale quiddam adducit. Sic & Gellius lib. II. In illius etiam peſtilentiæ vaſtitate, quæ in bello Peloponneſiaco in primis ipſam Athenienſium ciuitatem internecino genere morbi depopulata eſt. Internecinū genus morbi dixit, quod omnia indiſcriminatim & penitus necat.¶ Niſi deos mihi iratos fuiſſe.} Prouerbiū reſipiūt: Iratis diis, propitiis diis, et his ſimilia. Alluſit ad parœmiā Genius malus, quo vocamus eos, quibus incommodorum noſtrorum maximam partem acceptam ferimus. ¶ Factum.} Per quod verbum interrogauerit quiſpiam, venuſtè per idē quoque reſponderis, ſic & in Phormione. Scisne hoc certo? reſpondet Geta, certo. Sic & apud Plautum. Ain' tu geminos? Reſpondet alter, geminos. Sed puto tum demū hoc maximè fieri, quando in interrogatione vox accentu cæteris altius eleuatur.¶ Exitium duint.} Dais pro dederis veteres dixerūt, cuius prima perſona fuiſſe videtur duim, tertia duit, pluralis duimus duitis, duint, vt poſſim poſſis poſſit. Vnde quidam putant in vulgatis codicibus malè diunt legi, cum duint legendū videatur, ſicut faxint. Dixit autē poëta noſter antiquè duint pro dent. ¶ Exitium.} Exitiū antiquis exitus ſiue mors tam bona quàm mala dicebatur. Hîc exitiū peſſimum exitū dicimus.¶ At tibi dij dignum factis.} Adrianus Cardinalis, At particula, inquit, plerūque præcedit execrationem. Donatus dicit at principio, increpationi aptum eſſe, et citat illud Virgilij, At tibi pro ſcelere.¶ Ebo dic mihi.} Ebo interiectio expoſcit intentionem audiētis.¶ Inimici.} Senſus: Illud ſcio ſi omnes id inimici voluiſſent, non aliud ſuaſuros fuiſſe, quàm quod tu ſuaſiſti.¶ Vellent.} Bene inimici, nam hi ſemper malè conſulunt his, quos oderunt.

*Subducere* *Lactare.* *Alterco.* *Interturbo* *Inter.* *Internecinus.* *Reſpondemus venuſtè per idē verbū, quo interrogaris.* *Duint.* *Exitium.* *At.*

¶ Deceptus ſum, at non defatigatus.} Deceptus ſum, nā multo ſecus euēnit, quàm putaram, ſed non defatigatus. ſunt enim adhuc vires mihi ad hoc malum corrigendum, & pro virili conabimur. ¶ Hàc non ſucceſſit.} Seneca lib. quarto epiſtolarum. Non poteſt, inquit, fieri vt non ſuccedat multa tentanti.¶ Scio.} Hoc non referes ad deceptus, ſed non defatigatus, vt ironiam habeat.¶ Hac non ſucceſſit.} Dauus ad illud reſpexiſſe videtur, quod Græcis in prouerbio eſt. δευτέρων ἀμεινόνων, id eſt, alteris melioribus, quo ſignificabant ea que prima experientia parum bene ſucceſſerant, ſecunda nonnunquam commodius euenire, & prioris conſilij erratum, poſteriore conſilio corrigi. quod quidam putant à ſacris ortum, in quibus ſi prima victima non fuiſſet litatum, iterabant ſacrum meliora ſperantes: id quod Cicero in ſecundo de diuinatione ſatis indicat his verbis. Quæ eſt autem inconſtantia deorū, vt primis minentur extis, bene promittant ſecūdis? Idem ad Q. fratrem. Ego verò nullas δευτέρας φροντίδας habere poſſū in Cæſaris rebus, hoc eſt, nullum idoneum reperio conſilium, quo ſuperioribus malis poſſim mederi. huic confine eſt illud: Vir fugiens denuo pugnabit, quo monemur nō protinus abiicere animum, ſi quid parum feliciter ſucceſſerit.¶ Ego Pamphile.} Bene ſeriam orationem ab hoc pronomine exorditur, nam ſemper grauis eſt oratio quæ ab ego incipit. ¶ Pro ſeruitio.} Pro ſæpe ſignificat, id quod vulgus dicit ex parte. ſto ex parte tua, vulgare eſt. Eruditi dicunt, ſto pro te, Debeo pro officio, pro ſeruitute.¶ Pro ſeruitio.} Secundum ſeruitutis legem.¶ Conari manibus, pedibúſque.} Retulit ad id, quod aliàs dixit Simo, quem ego credo obnixè omnia facturum. ¶ Manibus pedibúſque.} Extremum conatum ſignificat, per manus declaratur induſtria conficiendi negotij, per pedes maturādi celeritas. ¶ Noctéſque & dies.} Hoc dicto aſſidua, & infatigabilis

*Ego.* *Pro.* *Manibus pedibúſq;* *Noctes & dies.*

gabilis diligentia ſignificatur. Horatius in arte poëtica, Vos exemplaria Græca, Nocturna verſate manu, verſate diurna. ¶ Capitis periculum adire,} Capitis quidam hîc pro

Caput.

pro vita accipiunt. ¶ Periculum adire.} Adire periculum, ſubire diſcrimen, ſuſcipere periculum, aggredi diſcrimen idem ſignificant. ¶ Dum proſim.} Ad eundem modum vſus

Periculum adire.

Dum.

eſt & Saluſtius particula dum, Poſtremò neque ſumptui, neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios, fidosq́; faceret, id eſt, donec vel vt. nam ita quidam exponūt. aliis pro modò accipitur vt ſit, modò proſim. ¶ Si parū ſuccedit quod ago.} Eraſmus enarrans illud Catonis Diligentiam adhibe, Vt cura, inquit, in omni re plurimum valet, ita negligentia ſemper habet comitem infelicitatem. proinde Dauus volens ſe purgare de negligentia, quamuis parum, inquit, ſuccedit quod ago, tamen facio ſedulò. ¶ Sedulò.} Id eſt ex animo, &

Sedulò.

ſine dolo, vt Donatus interpretatur. Perotto tamen ſedulò à ſedendo deriuatur, & ſignificat diligenter, quaſi aſſidendo, hoc eſt ſine intermiſſione. ¶ Me miſſum face.} Hoc eſt, noli opera vti mea ¶ Reſtitue in quem me accepiſti locum.} Alluſiſſe videtur ad id quod Quintilianus ait lib. IIII. Inſti. de gradu deiicere. Subaudi in eum, vt ſit. Reſtitue me in eū locum in quem accepiſti. Quidam putant in quem poſitum eſſe pro in quo, per Antiptoſim. In quē me accepiſti, in quo me tibi tradidi, cum nihil adhuc promiſiſſem patri. ¶ Reſtitue in quem.} E nuptiis vindicari cupit. ¶ Concrepuit à Glycerio oſtium.} Quibuſdam. con particula hîc auget, vt ſit cō crepuit, id eſt grauiter crepuit. ¶ Nihil ad te.} Subaudi attinet, quòd oſtium concrepuit. Sentit Pamphilus Daui aſtum qui eo ſe dicto effecturum ſperabat, vt Pamphilus aliud ageret. ¶ Hoc inuentum dabo.} Scilicet conſilium, quo in priſtinum te locum reſtituam.

Miſſum me face.

Con.

Concrepo.

LATOMVS.

Argumentum.} Querela & expoſtulatio Charini cum Pamphilo, & eſt epitaſis vtriuſque partis fabulæ. ¶ Hoccine credibile.} Ab exclamatione incipit, & inuidiam commouet. ¶ I'dne eſt} Affectus per locum cōmunem à perfidiæ deteſtatione. ¶ Quis tu es?} Rem accendit proſopopœia. ¶ Sed quid} Dubitatio. ¶ Atque aliquis dicat.} Obiectionis occupatio, quæ ſoluitur ab vlciſcendi voluptate. ¶ Charine, & me.} Confeſſio deprecantis. ¶ Soluiſti fidem.} Propoſitio criminis, nā querela quæ præceſſit, exordij loco fuit. ¶ Me ſubducere.} Subducere, id eſt, fallere, ſic Græci ὑπάγειν. ¶ Nonne tibi.} Amplificatio à modo facti. ¶ Habeas.} Cōceſſio indignantis. ¶ Scio cum patre.} Ironia. ¶ Scio, coactus.} Et hoc irriſoriè, & ad prouerbialem figuram, nolēs volens reſpicit. ¶ Inſtare, vt dicerem.} Congeries ad vehementiam, nam accuſatur Dauus, & in eum crimen transfertur. ¶ Deos iratos} Lege prouerbium Eraſmi, Genius malus. ¶ Imò etiam.} Redargutio vrbana per ironicam adſenſionem, ſentētia in cōtrarium detorta. ¶ Ego Pamphile.} Deprecatio Daui à fortuna. ¶ Facio ſedulò} Id eſt, ſine dolo.

Subducere

Scio.

PETRVS MARS.

Fides non eſt violāda

Hoccine eſt credibi. &c.} Fidem non eſſe violandam, at retinendam eſſe in rebus omnibus, vt oportet verecundiam & pudorem, docet hæc ſcena: quoniam vbi non eſt fides, iuſtitia locum non habet: fidus amicus in aliqua difficultate cognoſcitur. Vnde Plato lib. I. de Legibus: Teſtem habemus poëtam Theognidem, ciuem Megarenſem ex Sicilia, qui ait: Fidelem virum omni argento atque auro in ſeditione meliorem. Eſt autem, inquit Theognis, maxima virtus illa fides quæ maximè in periculis lucet, quam iuſtitiam perfectam quis nominabit. Et Marcus Cicero dicit in Offic. Fidem eſſe iuſtitiæ fundamentum: & ita dici, quoniam fiat quod dictū eſt. Et vbi non eſt pudor, illic regnat impudentia, quo vitio nullum eſt tetrius, nullum humanis moribus ac ciuili diſciplinæ pernicioſius. Vnde Seneca lib. I. Epiſtolarum: Verecūdia bonum in adoleſcente ſignum. Et lib. XII. Verecundia malis conatibus obſtat. Xenophon lib. I. Ingratitudinē potiſſimum impudentia ſequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima eſt dux. Et lib. VIII. Pudētes, quę turpia ſunt, in propatulo fugiunt: temperantes verò ac pudici, etiam in obſcuro. Plato in primo de Legibus: Legiſlator pudorem colere debet ac honorare: confidentiam verò huius contrariā, impudentiam nominet, ac maximum priuatim & publicè malū hominibus arbitretur. Nihil aliud eſt pudor, inquit, niſi timor infamiæ. Expoſtulare iniuriam, eſt cum querela apud aliquē exponere. ¶ Niſi me lactaſſes, &c.} Sextus Pōpeius ſic ait: Lacit, inducit in fraudem. Vnde lactat, illectat, delectat, oblectat. ¶ Tu minus ſcis, &c.} Aerumna ægritudo laborioſa. ¶ Hac nō ſucceſſit, alia, &c.} Seneca lib. quarto Epiſtola. Non poteſt fieri, vt non ſuccedat aliquando multa tentanti.

Pudor.

Impudentia.

Lactare.

RIVII castigatio.

Vt malis gaudeat.} Don. adnotauit vtrunque legi: gaudeat & gaudeant: ſed poſterius hoc magis probare videtur: Cum, inquit, dixiſſet cuiquam, intulit numerum pluralem: Vt malis gaudeant. vt alibi: Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quàm plurimis & minimè multos lædere, In his Poëta hic nomen profitetur ſuum. Non. Marcellus citat hunc locum plurali numero, vt & Venetum habet pariter & Brixianum exemplar. ¶ Poſt vbi tempus promiſſa eſt iā perfici.} Et hic & proximus ſuperior locus paulò aliter in antiquis legitur. Nam & hîc verbum, eſt, omittendum videtur, & paulo inferius: Queis pudor paululum adeſt: habent manu ſcripti codices, quomodo etiam Dona. legiſſe videtur, qui hoc loco: Adeſt, inquit, pudor ne denegent, non adeſt vt & præſtent. Poſt vbi tempus, deeſt, eſt, vt ſit, Tēpus eſt promiſſa perfici. Hæc Dona. Sed & altera lectio mihi placet. Vtra autem verior, iudicent alij. Nam ego planè mihi non liquere fateor. ¶ Mihi confecit ſolicitudines.} Don. Legitur & conflauit, inquit. Nos priorem lectionem in libris manu ſcriptis reperimus. ¶ Heu me miſerum, qui tuum animū &c} Nos, Cum animum ex animo ſpectaui meo: ita in veteribus fermè omnibus. Quāquam Don. vtranq; lectionem indicat: neque magno in diſcrimine ponere videtur, vtrocunq; modo legas. ¶ Quid iſthuc tam mirum? de te exemplum capit,} Nos, Quid iſthuc tam mirum, de te ſi exemplum capit? ita manu ſcripta volumina, & vetuſtiſſimum quodq; ex impreſſis, nec aliter Don. cuius verba ſunt, De te ſi exemplum capit. Vtrum, inquit, ſi te imitatur, an ſi de te exigit pœnas? vt ipſe alibi, vterque exempla in te edent. Sed melius, te imitatur accipimus. Hæc Donat. Suſtulit, credo, aliquis particulam ſi, qui verſum, niſi illa ſublata, ſtare non poſſe crediderit, aut ignorans, aut nō cogitans fortè, quantum ſibi in elidendis quibuſdam literis permittant Comici. Cuius errori nonnihil ſenſus etiam ipſe obſecundabat. ¶ Scio, coactus tua &c.} In manu ſcriptis omnibus eſt additum pronomen tu: Scio, tu coactus tua voluntate es, adſtipulante vetuſtiſſimo quoque ex impreſſis, nec diſſentientibus editionibus Donati, quotquot ipſe viderim. ¶ Tuum eſt, ſi quid præter ſpem euēnit, ignoſcere.} Nos addendum putamus pronomen mihi, ad verbum ignoſcere, quo modo vetuſtiſſima habent

exẽplaria, tum impreſſa, tum manu ſcripta. nec aliter Don. quod ex hiſce verbis colligimus. Euẽnit, inquit, productum magis, quia hoc perpetuò non vult Pamphilo accidere. Ergo euẽnit, non autem ĕuenit, media correpta. Hæc ille. Si igitur euẽnit media producta legendum eſt, nimirum addendum etiam eſt aliquid, ne ſit quarta verſus regione trochæus, cui nullus in Iambico locus eſt. In menſione tuum'ſt vnam in ſyllabam contrahitur. Facit nobiſcum Linacer, qui eodem modo locum hunc citat lib. VI. de emendata ſtructura Latini ſermonis.

*Eiuſdem annotatio.*

Continet hæc Scena elegantem perfidiæ deteſtationem, docétque datam fidem ſanctè ſemper præſtandam: neq; vlla vnquam in re violandam eſſe, maximè verò, ſi de amici commodo agatur. ¶ — Atque ex incommodis Alterius ſua comparet vt commoda. } Lege hac de re tertium librum Officiorum Cicer. Exigit id Chriſtiana charitas, ne cui faciamus, nobis quod nolimus fieri. quam quidẽ legem valdè placuiſſe Alexandro Seuero, teſtatur in eius vita Aelius Lampridius, cuius ſuper hac re verba ſunt, Clamabátque ſæpius, quod à quibuſdam ſiue Iudæis, ſiue Chriſtianis audierat, & tenebat. idque per præconem, cum aliquem emẽdaret, dici iubebat, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Quam ſententiam vſque adeò dilexit, vt & in palatio, & in publicis operibus perſcribi iuberet. ¶ Proximus ſum egomet mihi. } Idem ſuperius quoque, quanquam aliis verbis, reperitur: Omnes ſibi melius eſſe malunt, quàm alteri. Rectè Senarius ille Græcus, φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα. Nemo ſe ipſo diligit quenquam magis. ¶ Charine, & me, & te imprudens, niſi quid dij reſpiciunt, perdidi. } Ne quid habeat Charinus, quamobrem meritò de Pamphili fide queratur, perfidiáue ipſum inſimulet, ei hic ſeſe purgat de non præſtita promiſſi fide. Et quando hoc ferè quæri ſolet, prudens quis, & dedita opera, an imprudens fecerit: iccirco vtitur hoc loco Pamphilus aſſumptiuo ſtatu: & primum quidem per conceſſionem, purgationémque ſeſe defendit, cum non conſulto, ac de induſtria, ſed per imprudentiam & ipſum ſe, & Charinum perdidiſſe ait. Deinde culpã à ſe omnem remouet, atque in Dauum totam reiicit, ac transfert, cuius ſuaſu impulſúque in id vterque incommodum, periculúmque ſit coniectus. Porrò quo maximè nititur Pamphilus, hoc ei Charinus extorquere conatur, cum inquit: Itáne imprudens? tandem inuẽta eſt cauſa, &c. Et paulo inferius: Scio, coactus tua voluntate es. ¶ Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo. } Ita ſimplices, probíque ferè decipiuntur. Solomon, Ore ſimulator euertit proximũ ſuum. ¶ — De te exemplum capit. } E ſeruorũ moribus de domini ipſius natura, cuiuſmodi vir is ſit, quóue præditus ingenio, iudicium facere, aut certè coniecturam ducere poſſumus. Qualis enim herus, talis ferè & ſeruus, vulgari ac trito hodie prouerbio dicitur. Et ſanè heri probitas familiam etiam reddit meliorem. Bonus paterfamiliâs domum efficit bene inſtitutam. Qualis, inquiunt, Abbas, tales & monachi. ¶ Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via. } Non eſt facilè deſiſtendum incepto, etiam ſi parum fortuna primo reſpondeat labori, nihilque ex ſentẽtia cedat: propterea ſequitur, Niſi id putas, quia primò proceſſit parum, non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Huc referẽdum prouerbiũ, Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται. Vir fugiẽs, & denuo pugnabit. Quo monemur, ſicuti ait Eraſmus, nõ protinus abiicere animum, ſi quid parum feliciter ſucceſſerit: nam victos poſſe vincere. In inſtituendo puero hebetioris ingenij multæ tentandæ ſunt viæ: nam etſi parum procedat primò, ſuccedet tamen aliquando. Etenim, vt ille canit,

> Quid durum magis eſt ſaxo, quid mollius vnda?
> Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

*Ouid. De arte lib. I.*

Huc pertinet Græcanica illa parœmia. δευτέρων ἀμεινόνων, qua ſignificabat, vt Eraſmus ait, ea, quæ prima experientia parum bene ſucceſſerant, ſecunda nõnunquam commodius euenire, & prioris conſilij erratum poſteriore conſilio corrigi.

DOLETI OBSERVATIO.

Promiſſa iã perfici. } Quid ſit promiſſum, omnibus quidem notum puto. Eſt enim idem quod fides data, vel receptum. Vnde elegans eſt hæc locutio, ſcilicet promiſſum perficere. Pro qua dicit Cicero promiſſo ſtare, promiſſum ſeruare, promiſſo ſatisfacere, promiſſum ſoluere, vel exoluere, promiſſum efficere. Exempla autem reperies in Secundo Tomo noſtro. ¶ Tum neceſſariò ſe aperiunt. } Aperire eſt, quæ tecta ſũt, & occluſa, recludere: quod nihil ferè minus, quàm ad corporea adiũgitur. Vnde dicimus aperire fontes, pro rei alicuius cauſam indicare, atque oſtendere: aperire cõiurationem: aperire flagitia, vel probra: aperire dolũ: aperire ludum: aperire argumentum: aperire conſuetudinem: aperire curſum: aperire reditum: aperire mores, animum, vel naturam aut alicuius, aut ſuam: & aperire ſe, pro naturam, & mores ſuos patefacere. Item aperire caput, vel partem aliquam corporis. ¶ Quis mihi es? } Pro, qua me affinitate attingis? Vel, qua mecum neceſſitudine coniunctus es, vt tam tibi deferam, vel ſeruiam? Scilicet vt Philumenam tibi relinquam. ¶ Proximus ſum egomet mihi. } Proximus & loci, & temporis, & affinitatis eſt. De loco. Cicero ad Atticum II. Proxima eſt illi municipio hæc Antiatum ciuitas. Idem de Nat. Deor. II. Hunc autem proximum inferiorem orbem tenet Pyrois, ſtella Martis. Hæc ſignificatio propria eſt: reliquæ tranſlatæ. Vt apud eundem Cic. ad Att. eodem libro: Amore tibi nos proximi ſumus. Idem pro Domo ſua: Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. Idem pro Cluentio. Eques Senatori dignitate proximus. In quibus exemplis proximus pro penè æquali ponitur, vel proximè accedente, aut ita accedente, vt nemo propius accederet.

*Promiſſum perficere.*

*Aperire.*

*Quis mihi es?*

*Proximus.*

De affinitate, Cicero Offic. I. Qui benigniores volunt eſſe, quàm res patitur, primùm in eo peccant, quod iniurioſi ſunt in proximos. Idem ad Quint. fratr. Intimus, proximus, familiariſſimus quiſque ſibi pertimuit. Alia eſt huius vocis tranſlatio: vt proximis literis, anno proximo, ſeculo proximo, proximis Nonis, proxima nocte, id eſt, ſuperiore anno, ſeculo: &c. Additur interdũ ſuperior. De quibus omnibus antequam exempla adducam, te ſcire velim, crebrum eſſe Ciceronem in verborum, & nominũ geminatione: ſed id vix ſine copulis. Crebrum etiam eundem eſſe ſcies in quibuſdã ſine vlla copularum interiectione: vt proximis ſuperioribus diebus: quidem certè: profectò enim: porrò autẽ. at verò: ſed tamen. Quæ cum diligenter obſeruaueris, non ita te inſanire velim, vt eo modo Ciceroniani nomẽ ambias, ſi, vt quidã hac noſtra ætate inepti homines, ea tertio quoque verſu in ſcriptis tuis inculces: ſed his parcè, & modicè, aut etiam intra modum vtēris, ne in affectationis ſtultę reprehenſionem incidas. Ecquid enim ſtultius, quàm frigida, & inani iſta particularum affectatione, atque inculcatione, ad Ciceroniani nomen contendere? Verborum mundiciem, & ſplendidum apparatum habeas: acutè, & ſolerter inuenias: ingenioſè

*Geminatio particularũ Ciceroni crebra.*

genioſè,& rectè diſponas: ſententiis decentibus ornatus ſis:
tum demum ad Ciceronianæ eloquentiæ laudem aſpirabis:
aliàs & doctis,& vulgo fabula futurus; quamlibet particu
lis geminatis diſtentus te circunſpicias. Sed hæc ſatis.
Exempla de ſingulis, quæ ſuprà tetigi, iam afferam.
Cicero ad Att. Ego tuis proximis literis, quas tamẽ iam
pridem accepi, nihil habeo, quod reſcribam. Idem in Catil.
Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris, vbi fueris, quos
conuocaueris, quid conſilij ceperis, quem noſtrûm ignorare
arbitraris? Idem de Amic. His proximis Nonis tu non affui
ſti. Idem Famil. I. Quem proximis ſuperioribus diebus acer
Proximus — rimè oppugnaſſet. Prætermittendum verò non puto, hîc
tã de præte — te admonere, proximum tam de futuro, quàm de præterito
rito, quàm — dici. Cicero Famil. x. Scilicet id agitur, vtrum hac petitione,
de futuro — an proxima Prætor fias? Idem pro Mil. Cum annum inte-
dicitur. — grum ad dilacerandam Rempublicam quæreret, ſubitò re-
liquit annum ſuum, ſéque in annum proximum tranſtulit.
Expoſtu- — ¶ Cum te iniuriam hanc expoſtulem.} Expoſtulare eſt ali-
lare. — quando vehementer petere, vt, apud Ciceronem pro Roſc.
Comœdo: Vix mediusfidius tu Fanni à Balione, aut aliquo
eius ſimili, hoc expoſtulare audeas. Interdum verò ſignifi-
cat conqueri, ſeu querelã apud eum ipſum deponere, qui fe-
cit iniuriam. Et vſurpatur abſolutè: vel præpoſitionem de,
aut cum, admittit cum ablatiuo. Interdum etiam cum abla
tiuo,& præpoſitione, cum accuſatiuum habet. Expoſtulandi
autem ſignificato contrarium eſt purgare. Cice. in Famil. Fa
cilis à te debeo exiſtimari, qui nihil tecum de iis ipſis rebus
expoſtulem. Terentius in Adelph. Niſi me in illo credidiſti
eſſe hominum numero, qui ita putant, ſibi fieri iniuriam, vl
tro ſi quam fecere, ipſi expoſtulant,& vltro accuſant. ¶ In-
Ingerere — geram mala multa.} Id eſt, iniuriis, & maledictis illum o-
mala. — nerabo, qui me accepta fide de nõ ducenda Philumena tam
perfidioſè fruſtratur. Hîc autem obſerua, elegans eſſe, quod
dicit ingerere mala, pro maledictis perſequi. Ingerere enim
mala ſæpius pro damnis afficere accipitur. ¶ Nihil promo-
Promouere — ueris.} Promouere propriè eſt prouehere, vel producere. Cice
ro ad Q. fratr. Aſſa in alterũ apodyterij angulum promoui.
Cæſar de bell. Galli. I. Eodem die caſtra promouit, & mili-
bus paſſuùm ſex à Cæſaris caſtris ſub monte conſedit.
Variè verò transfertur. Interdum enim pro tempus produ
cere eſt. Terẽtius in Andria: Quantum huic promoueo nu-
ptias? Nonnunquam ſignificat proficere, vt hîc videre eſt. Et
in Hecy. Abibo hinc, præſens quando promoueo parum.
¶ Animo morem geſſero.} Pro eo, quod dicunt Barbari: Ego
contentaro meam phantaſiam. Notum eſt autẽ cuique, mo-
Morem ge- — rem gerere apud Latinos eſſe idem, quod parêre, obſequi, o-
rere. — bedire, audientem dicto alicuius eſſe, vel auſcultare. Cicero
Famil. II. Tibi morem geſſi, literas ad eum ſcripſi. Pro mo-
Morigerari — rem gerere dicunt iidem Latini morigerari. Cic. in Orat. Vo
luptati aurium morigerari debet oratio. Terent. in Adelph.
Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atque
adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, ne
Reſpicere. — non tibi iſtud fœneraret. ¶ Niſi quid dij reſpiciunt.} Reſpi-
cere propriè eſt retro aſpicere: vt, apud Terentium in Eu-
nuch. Cum huc reſpicio ad virginem, illa ſeſe interea com-
modùm huc aduorterat in hanc noſtram plateam. Propria
eſt igitur iſta huius verbi ſignificatio: ſed quoniam calami-
tas ſtatu felici poſterior eſt, fit, vt dicant Latini reſpicere a-
liquem pro contueri,& demum iuuare. Cic. ad Attic. I. Niſi
quis nos Deus reſpexerit. Idẽ ad Attic. VIII. Videre videor
tãtam dimicationem (niſi idem Deus, qui nos melius, quàm
optare auderemus, Parthico bello liberauit, reſpexerit Rem-
publicam) quanta nunquam fuit. Cæſar de bel. Ciuil. I. L.
Lentulus Conſul, Senatui, Reíque publicæ ſe nõ defuturum
pollicetur, ſi audacter, ac fortiter ſententias dicere velint:
ſin Cæſarem reſpiciant,&c. Id eſt, ſi Cæſarem iuuent. Terẽt.
in Phor. Dij nos reſpiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo
filio. Idem in Hecy. Nec pol iſtæ metuunt Deos, neq; has re
ſpicere Deos opinor. Eadem penè ſignificatione dicitur a-
liquis ſe reſpicere, pro ſibi proſpicere, vel rebus ſuis conſule- — Reſpicere
re. Plancus Cice. Famil. x. Quòd ſi aut Cæſar reſpexerit ſe, — ſe.
aut Africanæ legiones venerint, ſecuros vos ex hac parte
reddemus. Terent. in Heaut. Nullum remittis tempus, neq;
te reſpicis. Ibidem: Num tu te cohibes? num te reſpicis? num
tibi exẽpli ſatis ſum? Idem in Phor. Si concordabis cum illa,
habebis, quæ tuam ſenectutẽ oblectet: reſpice ætatem tuã.
A reſpicere fit reſpectus. Reſpectus autem, cum à reſpicio — Reſpectus i
venit, pro inſpicio,& actiuè vulgò ponitur, & pro eo inter-
dum, quod reſpicitur: vt, apud Ciceronem de Diuinat. Remi-
gem inquit, quendam ex quinqueremi Rhodiorum vatici-
natum, madefactum iri minus triginta diebus Græciã ſan-
guine, rapinas Dirrhachij,& conſcenſionem in naues cũ fu-
ga, fugientibus miſerabilem reſpectum incendiorum fore. Id
eſt, horrendum ſpectaculum. Sed cum à reſpicio deduci-
tur, dum ſe quenquam reſpicere dicimus, tunc rationem ſi-
gnificat, quæ in deliberatione, & conſilio de re aliqua ca-
piendo verſatur: ſicq; loquimur: reſpectum habere ad ali-
quem, ſcilicet rationem habere alicuius, vel ducere. Cicero — Reſpectum
Philipp. v. Itaque cum reſpectum ad Senatum,& ad bonos — habere.
mores non haberet, eam ſibi viam patefecit ad opes ſuas am
plificandas, quam virtus liberi populi ferre non poſſet. ¶ Et
me,& te imprudens perdidi.} Prudentes, vel prudenter id — Imprudens
facere dicimur, quod ſcienter, & de induſtria facimus. Im-
prudentem verò aliquid, aliquem facere contraria eſt locu-
tio. Cicero pro Roſc. Amer. Hæc omnia imprudente L.
Sylla facta ſunt. Idem de Orat. I. Scripſi etiã illud in quo-
dam libello, qui me imprudente,& inuito excidit,& per-
uênit in manus hominum. Idem in Brut. Tu mihi imprudẽs
M. Seruilium præteriiſſe videris. ¶ Soluiſti fidem.} Fidem — Fidem ſol-
obligare,& fidem ſoluere, contrarij ſunt ſignificati. Fidem — uere.
autem obligare eſt fidem dare, vel promittere. Fidem verò
ſoluere eſt fidem liberare,& promiſſo ſatisfacere. Plancus
Cice. Famil. x. In quibus apertè denuntiat, videam, ne fal-
lar, ſuam fidem ſolutam eſſe: Reipublicæ ne deſim. ¶ Heu
me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo.}
Spectare hîc poni videtur, pro æſtimare, metiri: quaſi dice- — Spectare.
ret, qui cum erga te bene animatus eſſem, te itidem bene er
ga me animatum putarã. ¶ Niſi me lactaſſes amantem,&
falſa ſpe produceres.} Lactare propriè matrum eſt,& ſigni- — Lactare.
ficat lac præbere. Per tranſlationem verò ponitur pro ali-
quem per blandicias allicere, atque decipere. De quo ſigni-
ficato, hîc conſtat. Idem Terentius, paulo mox: Túne hic ho-
mines adoleſcentulos, imperitos rerũ, eductos liberè, in frau-
dem illicis? ſollicitando,& pollicitando eorũ animos lactas?
Præterea hîc obſerua, quod dicit ſpe producere, pro in ſpe de- — Spe produ-
tinere ¶ Neſcis, quantis in malis verſer.} Verſari, ſi paſſiuè — cere.
ponatur, ſignificat volui, vel volutari. Si verò ſit deponens, — Verſari.
varias ſignificationes, variúmque vſum habet. Nimirũ aut
ad perſonam refertur: aut extra perſonam eſt. Ad perſonã
relatum, vel manſionem localem habet: vel extra locum: &

*tunc ponitur pro operam dare, conſueſcere, ſe exercere, aut aſsiduum eſſe, vel immorari. Cum verò extra perſonā egreditur, & ad res pertinet, ſignificat poſitū eſſe, conſiſtere, aut eſſe ſimpliciter. Ea eſt ſignificationis varietas. Vſus autem huiuſmodi eſt, vt in manſione locali habeat ablatiuum cum præpoſitione, in, vel cum: aut cum accuſatiuo iungatur admiſſa præpoſitione, intra, vel inter. Ad rem etiam cum refertur, non aliam cōſtructionem habet. Ne quid tamē ignores, diligenter obſeruabis, in manſione locali cum hoc verbū poſitum eſt, & præpoſitionem, cum, vel inter admittit, tunc quandam cōſuetudinem ineſſe. De iis omnibus vide exempla diligenter diſtincta in Primo Tomo noſtrorum Commentariorū.*

Solicitudines alicui conficere. *¶ Quantas mihi ſolicitudines confecit.} Pro, in quātas me ſolicitudines adduxit: vel quātas mihi ſolicitudines ſtruxit. Sic enim loquitur Cicero ad Atticum. v. Dicit præterea ſolicitudinem afferre: vel ſolicitudine afficere. ¶ Quid iſtud tam mirum eſt, de te ſi exemplum capit?} Exemplum*

Exemplum *aliquando ad imitationem refertur. Vnde ſunt iſtæ locutiones: exemplo, ad exēplum, exemplum petere, exemplum expetere, exemplum capere, exemplum ſumere, exemplum habere, & multi alij loquendi modi, quos demonſtrauimus in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum. In primo item Tomo docemus, quemadmodum Antiqui exempla appellabant ſupplicia, & animaduerſiones grauiſsimas. Vnde dicimus exemplum prodere, exemplum ſtatuere, exēplum edere. Hoc verò Terentij loco ita ſcribit Donatus: Vtrum, ſi te imitatur: an ſi de te exigit pœnas? ¶ Cum patre altercaſti dudum.}*

Altercari. *Altercare antiquum eſt pro altercari. Eſt autem altercari idem quod rixari, ſiue litigare: quod propriè fieri dicitur, cum aliquid pertinacius contra alterum defendimus. Veruntamen in bonam etiam partem dicitur de patronis in iudicio inter ſe contendentibus: cum ſcilicet non oratione perpetua, ſed quibuſdam interrogationibus, & reſponſis res agitur. Cicero in Brut. Erat in primis, vt temporibus illis, doctrinis Græcis inſtitutus, in altercando cum aliquo aculeo, & maledicto facetus. Idem: Hic in altercando parem inuenit neminem. ¶ Tibi Dij dignum factis exitium duint.} Exitium eſt pernicies: de quo nomine ita ſcribit Feſtus: Exitium Antiqui pro exitu ponebāt. Nunc exitium peſsimum*

Exitium dare. *exitum dicimus. Tu verò hîc obſerua, dare exitium, eodem modo dici, quo malum dare. ¶ Hac non ſucceſsit, alia aggrediemur via.} Succedendi variæ ſunt ſignificationes. Modò enim ponitur pro ſubire. Aliquando pro in alterius locum*

Succedere. *venire, vel alterius locum occupare, ſummitti, ſuffici. Nonnunquam pro euenire, vel obtingere eſt. Quod ferè ſemper felicitatem deſignat, & optatum exitum, niſi adiuncto in malam partem ſonanti aduerbio. Tu de ſingulis exempla videto in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum.*

*¶ Quia primò proceſsit parum.} Neſcio quomodo tot verba*

Procedere. *itineris, & viæ, ad adeptionem, optatúmque rei ſucceſſum tam aptè quadrant. Inter quæ non abſurdè procedere numeratur: præ ſe fert enim ſignificationem quandam, & expreſsiorem tum adeptionis, tum ſucceſſus ſpeciem. Propria autem quæ ſit procedendi ſignificatio, Primo Tomo noſtrorum Commentariorum pleniſsimè tractauimus. Hîc tantū quædam appoſita exempla dare, ſatis certè quidem erit. Cicero pro Mil. Cui bene quid proceſſerit, eum multum prouidiſſe dicimus. Idem pro Cluent. Nequaquam, vt ſperabat, ea, quæ cogitarat: procedebant. Idem: Omnia, vt ſpero, proſperè procedent. ¶ Ego, Pamphile, hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus, pedibus, noctéſque, & dies capitis periculum adire, dum proſim tibi.} Multa hîc obſeruanda ſunt. Primò ſeruitium poni pro ſeruitute, vel pro debita ſerui fi-* Seruitium.
*delitate, aut fideli ſerui officio. Deinde quod dicit conari manibus, pedibus, noctéſque, & dies, locutiones ſunt extremum conatum ſignificantes. Ad hæc: elegans eſt quod dicit, capitis periculum adire. Et ſic loquitur Cicero in Brut.* Periculum adire.
*Quoduis potius periculum mihi adeundum, quàm à ſperata dicendi gloria diſcedendum putaui. Idem: Nullum periculum pro me adire dubitauit. Denique dicunt etiam vſitatè Latini prodeſſe, pro vtilitatem, vel fructum afferre, aut* Prodeſſe.
*emolumentum facere. Cicero Famil. v. Iuuit me, tibi cum ſummam humanitatē, tum etiam tuas literas profuiſſe. Idē Famil. vi. Significatur nobis ab iis, qui ſimul cum eo viuūt, tibi hanc ipſam opinionem ingenij apud ipſum plurimum profuturam. ¶ Tuum eſt, mihi ignoſcere.} Meū eſt, tuum eſt,* Tuum eſt.
*noſtrum eſt, veſtrum eſt: pro, meæ ſunt partes, tuæ ſunt partes, noſtræ ſunt partes, veſtræ ſunt partes, ponebant Antiqui. Cicero Famil. iiii. Non eſt porrò tuum, vno ſenſu oculorum moueri. Ibidem: Tuum eſt, conſulere temporibus. De reliquis locutionibus vide exempla in Primo Tomo noſtr. Commenta. Illic etiam diſce, quemadmodum ſuprà dicta pronomina aliquando non ad ſuperiorem ſignificationem referantur, ſed ad bona, aut bonorum poſſeſsionem: vel ad ius, & poſſeſsionē cuiuſcunque rei. ¶ Me miſſum face.} Duplicem ſignificationem habet hæc locutio. Eſt enim aliquando, ceſſare loqui, & verbis interturbare. Aliquando etiam* Miſſum facere.
*à noſtro cōſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrióque dimittere. Prioris ſignificationis exempla. Cicero Familiariū. ix. Sed ridicula miſſa faciamus. Idem de Orat. i. Miſſos facio Mathematicos, Grammaticos, Muſicos, quorum artibus veſtra iſta dicendi vis ne minima quidem ſocietate coniungitur. Exempla alterius ſignificationis. Cicero in Verr. Deinde alij quæſtus inſtituuntur ex vno genere nauali: inde quàm multi accipere à ciuitatibus pecunias, ne nautas darēt: pretio certos miſſos facere nautas: miſſorum omne ſtipendium lucrari. Cæſar ad Atticū. ix. Meo inſtituto vſus ſum, & eū ſtatim miſſum feci: Terent. in Phor. Miſſam te facimus. Dimittere autem idem deſignat, quod proxima miſſum faciendi ſignificatio. Cicero Familiarium iii. Sic intellexeram* Dimittere.
*permultos à te milites eſſe dimiſſos. Idem Famil. xiii. Niſi tanta res eius ageretur, nec ipſe adduci potuiſſet, vt à me diſcederet: neque ego, vt eum à me dimitterem.*

GLAREANVS.

*Hîc mihi hoc præfari neceſſe eſt, cum D. Eraſmo de huius ſcenæ verſibus primis, etiam dum viueret, nobis non cōueniſſe, & certatione ea de re orta, quòd ille Priſcianum haberet authorem, ego Terentianum. Quanquam quod Eraſmus de creticis ſcripſit, vbi Priſcianus tradiderit, nondū ſcire potui, & tum ex eo, vt mihi indicaret, quærere neglexi. Cretici non continuati ſed ſparſim in omnibus fabulis reperiuntur, vbi tamen ſynæreſi ſæpe, aut conſonantium eliſione tolluntur, quod per totum hoc opus oſtendimus. Porrò* Glareanus vehementer diſsidet ab Eraſmo.
*cum creticos identidem obiiceret, ego verò contra in dimetris, trimetris ac tetrametris eandem trochaicorum carminū rationem ex ipſo Terentiano contenderem, quæ eſſet iambicorum, modo in his acatalectica ratio in trochaicis catalectica obſeruaretur. Quod ipſe Terentianus ad longum deducit, vbi trochaicum ex iambico fieri oſtēdit, dimetro trochaicho ſemel vſum eſſe Horatiū. Non ebur neque aureum,*

ex tribus

ex tribus trochæis atq; ſyllaba(Quanquam ibi quidam aliter menſi ſunt,ſed perperam,vt in eundem authorem,annotationibus ſcriptis oſtendimus)Talem ipſum Eraſmum ſuperioris actus ſcena ſecunda iudicaſſe, Quid ais?cum intellexeras.Nos tamen eo in loco duos trimetros facere, vbi ille dimetrum & tetrametrum. Hæc & quædam alia cum pro meæ opinionis defenſione adduxiſſem, ille ſurda aure audiebat.Itaque ipſe huius ſcenæ XIII.primos verſus ita tractauit, vt ſæpius mecum mirari ſoleam,quid ei tunc venerit in mentem.Sed ita Hercules naturâ comparatum videmus,vt maioris exiſtimationis homines, nonnunquam minores,etiam bene admonentes grauatim audiamus, maximè vbi de ingenij negotiis contentio incidit. Adeò victoriæ eſt cupida humana imbecillitas. Sed de hoc procœmio ſatis. Nos itaq; dicimus XIII.ab initio huius ſcenæ verſus eſſe trochaicos trimetros catalecticos. Quod autem nemo hac ætate hoc ſcripto prodere voluerit,in cauſa fuiſſe reor eius carminis inſolentiam. Semel enim ex propoſito quod conſtet hic poëta vſus hoc genere eſt,alibi, niſi aliquoties vno aut altero,nuſquam alioqui per ſcenam hoc trimetrum vſurpauit. Fortaſsis & hoc impedimenti adfuit, quòd primus huius ſcenæ verſus vna ſyllaba, nempe tertia, claudicare videtur. Vnde & Eraſmus iambicum pentametrum perperam iudicauit,cum nullus talis ſit apud hunc poëtam,quod equidem ſciam. Quanquam ſi ita eſſet vt Eraſmus menſus eſt, eſſet potius dimeter hypercatalecticus. Nam in iambicis & trochaicis bini pedes in ſingulas veniunt menſuras,non ſinguli pedes. Atqui eam ſyllabam tum cæſura, tum poſitione ad caput ſequentis dictionis longari poſſe crediderim, quod apud Græcos frequentiſsimum,apud Latinos non admodum, inuenitur tamen,nec in comico duntaxat carmine,quod licentioſius eſt,ſed in heroico, nec apud quoſlibet proletarios tantùm, ſed apud ipſum adeò Maronem. Non mirum ergo auſum hoc quoque Terentium, qui in carmine nihil propémodum non audet. De ipſis verſibus nunc ſigillatim dicendum. Et Lectori ſanè liberum fuerit ſequi quod volet, mea parui referet. Spero tamen fore, poſtquam omnia diligenti examine perpenderit,certo exiſtimaturum,nos non prorſus hæc ſomniaſſe. Ipſe hercle Eraſmus de metris in præfatione Terentij cum quædam de creticis dixiſſet, meo quidem iudicatu planè nihil ad rem facientia, tandẽ ſubiungit id quod mecum certauit. Quidam tamen,inquit,malunt hîc eſſe trimetros trochaicos catalecticos. ¶Hoccine credibile eſt, aut memorab.§Primus itaq; verſus non eſt iãbicus pentameter, vt exiſtimauit Eraſmus,ſed trochaicus trimeter, habẽs primo loco trochæum,ſecundo ſpondeum,tertio anapæſtũ,quarto dactylum,quinto trochæum,ac deinde ſyllabam. In ſecũdo verſu primo loco eſt dactylus. prima enim de Vecordia eſt breuis,quippe quæ à ve non à væ deriuetur. Secundo loco eſt trochæus,tertio ſpondeus,quarto anapæſtus. Cuiquam enim triſyllabon eſt hoc loco. Vltimo ſequitur trochæus ac ſyllaba. Tertius verſus primo loco habet trochæum,ſecundo ſpõdeum,in tertio,ſi gaudeat ſingulariter legatur,erit anapæſtus,ſin gaudeant pluraliter,vel e eliditur, vt ſit ſpondeus,vel bacchius eſt loco tertio, deinde quarto loco rurſus ſpondeus,quinto iãbus cum ſyllaba. Quartus verſus initio duos dactylos habet, Alteri us ſua. Deinde tertio loco trochæum,Cõpa. Quarto, ſi comparet ſingulariter legatur,erit tribrachys vel anapæſtus ret vti. Si pluraliter,dactylus erit rent vti. Deinde rurſus trochæus cum ſyllaba, ſiue, quod idẽ eſt,creticus. ergo vti aduerbium poſt cõparent verbum legendum. In quinto verſu legendum initio: Id'ne eſt verum? vt ſint initio duo ſpondei,tertio loco dactylus, quarto anapæſtus, & ad finẽ rurſus trochæus cum ſyllaba. Sextus verſus initio duos habet trochæos, tertio ac quarto locis anapæſtos, ac rurſus vltimo trochæum cum ſyllaba. In ſeptimo verſu ſi Eſt omittatur,aduerbium Iam ponendum eſt ante participium promiſſa. Sin verbum Eſt non eſt omittendum, ipſum quidem poſt participiũ collocat Aldinus codex, & placet. Octauus verſus trocheũ habet initio,loco autẽ ſecũdo,ſi tertia ſyllaba in Neceſſariò longa eſt, creticus erit loco primo, ſed ſecundo ac tertio trochæus,quarto anapæſtus. In nono verſu deeſt Eraſmo aliquid in ſuis creticis. Nam pro quarto, inquit,cretico poſuit iambũ. Nobis in trimetro trochaico catalectico nihil deeſt. In decimo verſu idem ait treis eſſe creticos. Quod mihi nullo pacto videtur, ſed eſt eiuſdem rationis cum aliis carmen,primo loco habens trochæum, ſecundo ſpondeũ,tertio anapæſtum,quarto ſpondeum,ita vt verbum Eſt legatur ante nomẽ,Oratio. Vndecimo verſu, pro quarto cretico,inquit Eraſmus,ponitur iambus. Quod mihi neutiquam videtur,ſed eſt, vt cæteri, Trimeter trochaicus,habens primo loco trochæum. Quis tu. vbi v in Tu corripitur propter vocalem ſequentem, non eliditur. Loco ſecundo eſt ſpondeus,tertio anapæſtus mihi es, vbi mihi diſſyllabon, & poſteriore breui, non eliſa. Deinde ſequitur trochæus cum cretico,cur me,am tib'?heus. In duodecimo rurſus Eraſmus ait quatuor creticos eſſe, mirabiles ſanè creticos, quos ego planè fateor me non intelligere. Ego primo loco conſtituo trochæum,ſecundo dactylum, tertio ſpondeum, vbi Mihi monoſyllabum totum eliditur, quarto loco tribrachys eſt, vltimo ſequitur creticus. In vltimo huius claſsis, primo loco eſt trochæus, Si ro. At in ſecundo loco, ſi leges nihil illos pudet, vt habent quidam vetuſti codices, & mihi ſanè placet, erit dactylus vel ſpondeus(nempe nihil vel diſſyllabo, vel nil monoſyllabo) in tertio loco ſpondeus, in quarto anapæſtus, in quinto pro trochæo tribrachys, vt ſæpe etiam in tetrametro huius generis. Ita habes candide lector meum de hiſce verſibus iudicium. Tu ſequere quod tibi fuerit viſum, nil offendar etiam ſi nemo ſubſcribat nobis. ¶Non verentur: illic, vbi nihil opus eſt,ibi verentur.§ Hic verſus trochaicus eſt tetrameter, Sed ſcazon, inquit Eraſmus. Abundat enim à catalecticis tetrametris trochaicis vna ſyllaba. Quod ſi verent pro verẽtur legeretur, verſus eſſet verè tetrameter catalecticus trochaicus, vt ſunt qui ſequũtur duo. Et ſanè hîc miſta ſunt carmina. Nam mox rurſus duo ſequentia ſunt iambica quadrata acatalectica.

Multum moleſtus certè ei fuero, atque animo morem geſſero.

P. Carine, & me & te imprudens, niſi quid Dij reſpiciũt, perdidi.

Trochaicum inde ſequitur, niſi quis Itáne abſq; eliſione pro tribrachy legat. Rurſus duo ſequuntur iambica. Tertiũ trochaicum, habens tertio loco trochæum, quarto ac quinto anapæſtum. In quo pro qui, alij legunt cum, ne qui ſit cũ indicatiuo: nam ſubiunctiuum poſtulat, vt paulo poſt qui auſcultauerim. Quartum itẽ trochaicũ,ſed s, eliditur in Satis, niſi quis malit in Falſus. Duo reliqua item ſunt trochaica, niſi quis Niſi iambũ faciat. Nam ſic prius iambicum quadratum fuerit. Poſt hos duos verſus ſequuntur quinq; iambici tetrametri acatalectici,ſed in primo, vel ſuis eſt mono-

Iambicus pentameter apud Terẽtium nullus.

Dimeter.

Terentius licentioſus.

Vecordia primam corripit.

Tu correptum.

Qui.

ſyllabum, vel creticus loco ſecundo, in ſecundo Meus. Præterea d, in quid eliditur, meo iudicio, quanquam s, in Iſtuc ſcripſit Eraſmus, quanquam Bacchius primo ac tertio locis has eliſiones tollit. ¶ Imò etiam quo tu minus ſcis ærumnas meas. } Hîc octo rurſus ſequuntur trimetri Iambici, in quorum primo s, eliditur in minus. In quarti autem verſus primo loco Scio tu, anapæſtus eſt, ſecundo verò loco iambus ſequitur, deinde creticus, niſi Tua monoſyllabum ſit. Poſt hoſce octo trimetros ſequuntur duo quadrati iambici, quorum poſterior multis modis in numerum poni poteſt. Nam per ſex continuos iambos, tres ſpondeos & pyrrhichium ſcandi poteſt. Vt ſit pentameter iambicus, qualis nullus eſt in hoc authore, quod equidem ſciam. Poteſt item per quatuor triſyllabos pedes, & quatuor diſyllabos ſcandi, quod placet. Vt primo loco ſit tribrachys, ſecundo anapæſtus, Tertio eliſa s, in ſatis, rurſus tribrachys, quarto rurſus anapæſtus, deinde tres ſpōdei & pyrrhichius. Poſt hoſce duos verſus quadratos acatalect. ſequuntur XVII. trimetri iambici, in quorum quinto ni, legendum pro niſi. In nono s, eliditur in Satis ait Eraſmus. Duodecimus eſſet heroicus ſi pro, noctéſq; & dies, legas, noctéſque diéſque. In decimoquarto, euênit mihi, legendum eſt, & Tuum monoſyllabon totum eliditur, niſi ſit Bacchius loco primo, & euenit media producta vt admonuit Donatus, nec ſiluit Riuius. Vltimo duo ſunt tetrametri iambici, in quorum priore vel verbum Eſt omittendum, vel Hē extra carmen eſt, vt alibi quoq; ſæpe, nominatim ſcena precedente, verſu ſexto à fine, vt admonuit Eraſ. eo in loco. Nā hîc idem rurſus admonere omiſit. Sed & mane ſecunda correpta ſyllaba, vt in Vidĕ, iubĕ, cauĕ, hic ſæpe facit poëta.

*Iambicus pētameter apud Terētiū nullus.*

Tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet. } Non hîc putat Nannius à Terentio per vecordiam intelligi amētiam, aut ſocordiam, aut ſtultitiam, aut denique aliquid iſtis affine: ſed animum prauum, malignum, & inhumanum. quod vitium Græci ἀγνωμοσύνην vocāt. huic humanitas, vt cōtraria virtus, opponitur. Inuenies hanc vocē apud Demoſthenem in epiſtola pro filiis Lycurgi.

IOANN. THEODORICVS. *Vecordia.*

IAM vbi vbi erit. } In ſcena hac, inſtauratio eſt adhortationis Pamphili per Myſidē. Opus eſt enim exhortari rurſus adoleſcentem, ne ſub patris oppreſſione frangatur. ¶ Iā vbi vbi erit. } Opportunè rurſus æſtuante Pamphilo, amicæ mētio obiicitur per Myſidem, ne ſuccumbat ad nuptias patri, quamuis promiſerit patri ſe ducturum coniugem. aduerſus quam difficultatē, quia ipſius perſona nō ſufficit: id agit vt ad Glycerium modò adducat Pamphilum: cuius affectum excitat, non ex eo ſolùm, quòd eum puella vocat, ſed etiam quòd deſiderat eum videre. ¶ Vbi vbi erit } Vbi vbi. In prima parte vim ſuam tenet, in poſteriore productionem: & eſt quemadmodum vt vt, qua qua, vnde vnde: pro vbicunque, vtcunque, quacunque, vndecunq;. ¶ Iam vbi vbi erit, inuentum tibi curabo. } Non ſolùm ſe adducturum promiſit, ſed & tēpus addidit. Et bene Tibi, quaſi amāti. ¶ Anime mi. } Mollis oratio & fœminea multis implicata blādimētis. Ait enim: Tu modò anime mi. Mi, pro meus. ¶ Integraſcit. } Integratur, quod ad integrū redit, quod repetitur, quod inſtauratur. Virg. Ramóq; ſedens miſerabile carmen Integrat. ¶ Sollicitarier. } Perturbari. ¶ Hoc malum. } Amor meus, aut Glycerij ſolicitudo, quam neſcire oportuit nuptias. ¶ Quòd mihi apparari. } Appari ad honorē & timorē refertur: & datiuo caſui ſubiūctum, cladem & perniciē ſignificat. vt Virg. Mihi ſacra parari. ¶ Age ſi hic non inſanit ſatis. } Hic excitus, comprimit Charinum, ne fomenta iracundiæ Pamphilo præberet. Aut, ſi pœnitet te quantum hic ſua ſponte inſanit. ¶ Si hic nō inſanit ſatis. } εἰρωνεία eſt. aut laus ad mitigandum Pamphilum. ¶ Ea res eſt. } Id eſt nuptias apparari ſenſit. ¶ Myſis. } Aſſeueratio eſt ſi à nomine eius incipias, cum quo loqueris. ¶ Per omnes tibi adiuro deos. } Ad, auctiua particula eſt. vt admirabiliter, valde mirabiliter: & aduerto. Et hoc ſupereſt amiſſa fide, vt adiurandum ſit. ¶ Omnes homines. } Mira verecundia: omnes homines maluit dicere, vt in his quoque parētes ſignificaret, quàm apertè dicere patrē, cuius metu promiſit nuptias. & eſt contra illud, Sed vim vt queas ferre. ¶ Omnes homines. } Ita dixit de vno, hoc eſt patre, omnes homines: vt idē alibi, O cælum, ô terra, ô maria Neptuni. Nunquid & cælum, Neptuni eſt? nō vtiq;: ſed omnia hęc maria volunt eſſe. vt Virg. Omnia vel mediū fiāt mare. ¶ Contigit. } Quod vix euênit, contigiſſe dicitur. ¶ Conueniunt mores. } Rectè & id quod matrimoniū firmat. ¶ Valeant. } Hoc eſt, abeant, recedant: quia & diſcedentibus & mortuis, vale dicitur. vt Virgili. Salue æternùm

*Vbi vbi.* *Vt vt.* *Qua qua.* *Vnde vnde* *Mi.* *Integrare.* *Sollicitari.* *Apparari.* *Ad, particula auctiua.* *Contigit.* *Valeant.*

## ACTVS IIII. SCENA II



ARG. ADR. BARL.

POllicetur hîc Pamphilus Myſidi, nunquam ſe deſerturum Glycerium, etiam ſi omnes homines ſibi ob id infeſtos ſit habiturus.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena, inſtauratio eſt adhortationis Pāphili per Myſidem. Opus enim erat rurſus adoleſcentem exhortari ad amorem Glycerij, ne ſub patris impulſione opprimatur, frangatúrque. Itaque victus per Myſidem, ſpondet ſe nunquam amicam deſerturum, etiamſi omnes homines ſibi ob id reddat infeſtos.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

ACcerſitur Pamphilus ad Glycerium, ne prorſus omnem ſpem eius potiundæ abiiciat.

*Iambici tetrametri Catalectici.*

MYSIS, PAMPHILVS, CARINVS, DAVVS.

IAM vbi vbi erit, inuentũ tibi curabo, & mecum adductum
Tuum Pamphilũ. tu modò anime mi noli te macerare.
P. Myſis. M. quid eſt? hem Pamphile, optumè mihi te offers.
P. Quid eſt? M. orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iã vt ad ſeſe venias:
Videre ait te cupere. P. vah, perij: hoc malum integraſcit.
Sicine me atque illam opera tua nunc miſeros* ſolicitarier?
Nam idcirco acceſſor, nuptias quòd mihi apparari ſenſit.
C. Quibus quidem quàm facilè poterat quieſci, ſi hic quieſſet?
D. Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. M. atque* ædepol
Ea res eſt* propter quam nunc miſera in mœrore eſt. P. Myſis,
Per omnes tibi adiuro deos, nũquam eam me deſerturum:
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines.
Hanc mihi expetiui, contigit: cõueniunt mores. valeant
Qui inter nos diſſidiũ volunt. hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.
C. Reſipiſco. P. non Apollinis magis verũ atque hoc reſponſum eſt.
Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo. ſed ſi id non poterit,
Id faciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat.
Quis videor? C. miſer æquè, atque ego. P. conſilium quæro. C. fortis es.
Scio quid conere. D. hoc ego tibi profectò effectum reddam.
P. Iam hoc opus eſt. D. quin iã habeo. C. quid eſt? D. huic, non tibi habeo, ne erres.

*æternũ mihi maxime Palla Aeternúmq; vale. Vel potius τῷ εὐφημισμῷ, cum malè optaturus eſſet, conſiderato patre παράδοξως locutus eſt. & non dixit, quod intenderat, pereant. Et attende quàm moderatè pluraliter dixerit, cum ſignificaret patrem.* ¶ *Valeãt.* } *Renuntiationis & imprecationis eſt verbum.* ¶ *Hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.* } *Etſi valeant, hanc, niſi mors, nemo adimet. Conceſſio hîc eſt. hoc enim per conceſſionem dicitur.* ¶ *Hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.* } *Perſeuerat, ne dicat, pater: pro, Non adimet pater.* ¶ *Reſipiſco.* } *Spiritum reuocat ſenſus.* ¶ *Magis verum.* } *Aut magis verũ, aut verius dicimus.* ¶ *Vt ne pater.* } *Vt ne, pro ne non.* ¶ *Per me ſtetiſſe.* } *Stetiſſe, hoc eſt eſſe, Vt Virgil. Deſertáq; montis Stat domus. aliter, plenum eſt. vt idem, Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ. Aliter horreat vt, Stãt lumina flamma. & Lucilius, Stat ſentibus fundus.* ¶ *Per me ſtetiſſe.* } *Hoc eſt, per me factũ eſſe, ne fierẽt nuptię.* ¶ *Miſer ęquè atq; ego.* } *Bene, atq; ego: quia hic amore vexatur. Et intulit παράδοξον. Nam volebat Pãphilus ſibi dici, fortis: quod illi tamen mox dicetur. Hic igitur aliter reſpondet, atq; interrogat Pamphilus, ideo quòd videat impoſſibile eſſe, palàm reſiſtere parenti.* ¶ *Scio quid conere.* } *Senſus eſt, Scio quidem quid coneris: ſed an efficere poſſis, neſcio.* ¶ *Scio quid conere.* } *Si Pãphili eſt perſona, cũ εἰρωνεία dicitur. ſi Charini, ſimplex laudatio eſt. ſed ſi Pamphili eſt, hoc ſignificat quod ſuprà, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Sed non eſſe perſonam Pamphili, ex ſubiectis oſtenditur.* ¶ *Non tibi habeo, ne erres.* } *Deterret etiam nunc Charinum. vt & ipſe adiuuet Dauũ, ne Pãphilo nubat Philumena.*

*Reſipiſcere* *Magis verũ* *Vt ne.* *Sto.*

*Et eodẽ ſenſu vtitur Dauus aduerſum Charinũ, quo ſuprà, Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illã vxorem ducere.* ¶ *Non tibi habeo, ne erres.* } *Velut etiam pro ſe Charinus ſẽtiat, hoc dicit. vel vt ſolẽt ſerui cõtumaciores aduerſum amicũ domini, quia nuper à Charino accuſatus eſt. vel quia & quid dicat non habet: & videt tacendũ non eſſe.* ¶ *Sat habeo.* } *Quia dilatio facta eſt.* ¶ *Vt ſatis ſit.* } *Vt, pro ne non.* ¶ *Ne vacuum eſſe me.* } *Ne, pro nedũ aut aduerbium eſt prohibẽtis: vt ſit, ne, non. Saluſt. ſecũdo libro, Ne illa tauro parita ſint. pro nedum.* ¶ *Proinde hinc vos amolimini.* } *Amoliri dicuntur ea quæ cum magna difficultate, & molimine ſummouẽtur, & tollũtur è medio. ſic dixit quaſi odioſo, & moleſto. Diſcedere dicitur, qui facilè abit è medio: Amolitur, qui vix recedit.* ¶ *Proinde hinc vos amolimini.* } *Moleſtũ impedimẽtũ ex rei magnitudine iacentis in medio, & ideo impedientibus ſe, dixit Amolimini hinc: nõ, abite.* ¶ *Proinde hinc vos amolimini.* } *Spe iniecta, etiã domino imperat ſeruus callidus.* ¶ *Nã mihi impedimento eſtis.* } *Vtrũ hoc verè dicit, an fingit, quia adhuc cõſilium nõ inuenit quod narrare poſſit?* ¶ *Hãc.* } *Glyceriũ ſcilicet. & cũ miſeratione puellæ, hanc.* ¶ *Quò nunc te agis?* } *Vt tarditatem diſcedentis oſtẽdat: Agere enim ſe & tardi, & triſteis dicuntur. ſic Virgil. Amiſſis remis atq; ordine debilis vno, Irriſam ſine honore ratẽ Sergeſtus agebat. Idẽ alibi, Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat.* ¶ *Quò hinc te agis?* } *Admonitio diſcedẽtis vt ſolet. nam à quo diſcedere deſideramus, admonemus eũ quò vadat, vel quò eat. Id facere, per interrogationẽ admonet Dauus Charinũ, vt ipſe abſcedat Charinus qui nunc vltimus remanet.*

*Vt, pro ne non.* *Ne, pro nedum.* * ſolicitari. *Amoliri.* *Diſcedere.* *æpol *propter ea quod. *Agere ſe.* *Quò hinc te agis?*

C.Sat habeo. P.quid facies? cedò. D.dies hîc, mihi vt ſit ſatis, vereor
Ad agendum, ne vacuū eſſe me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento eſtis.
P.Ego hanc viſam. D.quid tu? quò hinc te agis? C.verum vis dicam? D.imò etiam
Narrationis incipit mihi initiū. C.qd me fiet?
D.Eho tu impudens, non ſatis habes, quòd tibi dieculam addo,
Quantum huic promoueo nuptias? C.Daue, attamen. D.quid ergo?
C.Vt ducam. D.ridiculum. C.huc face, ad me vt venias, ſi quid poteris.
D.Quid veniam? nihil habeo. C.attamen ſi quid. D.age, veniam. C.ſi quid,
Domi ero. D.tu Myſis dum exeo, parumper me hîc opperire.
M.Quapropter? D.ita facto opus eſt. M.matura. D.iam inquam hîc adero.

[Verū vis dicam?] Pro initio ſedulæ narrationis hoc ſunimus. Ac ſic reſpondet Charinus, tanquam qui intelligat nō dicere velle Dauum quò eat: ſed id agere, vt abſcedat. *Incipit initium.* [Narrationis mihi incipit initium.] Narrationis ſcilicet quò eat: quia Verum vis dicā, velut prooemiū narraturi eſt. *Quid me fiet?* [Quid me fiet?] Quid igitur, inquit quid de me fiet? Ab eo hoc, quaſi à iocante, pronuntiandum eſt. nā ſic illi, impudens reſpondet. [Quid me fiet?] De Philumena ducenda.

*Impudens.* [Eho tu impudens.] Propriè Charino dixit impudēs, quaſi inſolita & multa poſcenti. quippe qui & ſpōſam alienam petere auſus ſit: & non ſatis habeat, per Dauū ſibi moram præſtitā Pāphili nuptiarum. *Diecula.* [Quod tibi dieculā, addo?] Dieculā, horā. *Hypocoriſma.* & eſt ὑποκόρισμα Dieculam, hoc eſt tempuſculum & ſumitur ab eo quod eſt hæc dies. Diecula, mora, & quaſi parua dies. & dieculam, in qua ſcilicet ambias, quātum poteris, ad ducendam Philumenam. Vult ènim ſe Dauus adiuuari per Charinum & Byrrhiā. [Promoueo.] Diffwhat *Promoueo.* fero. [Promoueo nuptias.] Memoriter Dauus. ſcit enim illū his verbis petiſſe, Saltem aliquot dies profer, dum proficiſcar aliquò, ne videam. Cuius rei oblitus Charinus, etiam vt *Ridiculum* ducat vxorem petit. [Ridiculum.] Deeſt hominem. *Age veniā.* [Age veniam.] Vix concedentis, vix conſentiētis eſt, age veniam. [Dum exeo.] A Glycerio ſcilicet.

ADRIA. BARL. Iamiam inuentum tibi curabo.] Participium præteriti temporis eleganter datur verbis, volo, facio, curo, vt hoc loco. *Anime mi.* [Anime mi.] Audi mollem & blandam orationem. Hîc ad fœminam dicitur, cum maſculinum ſit. Huic blandimēto ſimilia ſunt illa, meum corculum, mea lux, meus ocellus. [Noli te macerare.] Noli te affligere, à corpore ad animum *Hem.* ducta tranſlatione. [Hem Pamphile.] Hem particula eſt de improuiſo reſpicientis, vt ſuprà, Hem pater. & non ſine artificio ſic loquentem Myſidem inducit, nam ita fit veriſimile, ea quæ Myſis dixit ex animo dicta eſſe. [Orare iuſſit, ſi ſe ames.] Si ſe ames, hoc ideo dicere videtur, vt Pamphili animum hac Glycerij dubitatione magis accēdat. nam perinde eſt ac ſi diceret, neſcit hera an ſe ames, propterea quòd hodie vxorem ducere conſtitueris. Quare ſi tuū vis illi per- *Vah.* ſuadere amorem, fac quod te orat. [Vah perij.] Vah interiectione aliquando inſultamus. quandoq; indignantis, quandoq; admirantis eſt, hîc videtur eſſe cōquerentis. [Hoc ma- *Integraſcit* lum integraſcit.] Id eſt, integratur Glycerij ſolicitudo, quam *Valeant.* neſcire oportuit de nuptiis. [Valeant qui inter nos.] Laurētius elegāt. lib. VI Donatus, Seruius, & quidam alij ſic exponunt, inquit, Pereant qui hoc nobis volunt. quæ vox & oratio aliena fuerit ab ingenio Pamphili pio, & probo, hæc ille. Dicemus igitur valeant hîc idem eſſe quod, diſcedant à nobis, & à noſtro ſint alieni commercio, ſicut diſcedunt, quibus valete dicimus. [Valeant.] Authore Donato moderatè plurali verbo eſt vſus, patrem ſignificans. Item cum dicit, Hanc niſi mors mihi adimet nemo: Perſeuerat, ne dicat pater, pro non adimet pater. [Non Apollinis magis verum.] Confirmatio. Reſponſum Apollinis non tam verum eſt, atque hoc reſponſum. *Reſponſum* Sed prius reſpōſum, oraculū ſignificat, poſterius non item. *Oraculum.* Oraculum & reſponſum ita ſecernit Eraſmus in annotationibus, vt Reſponſum ſit quod reddatur à numine aliquo, ſed petentibus aut conſulentibus. Oraculum verò dicatur etiam quod accipiunt hi qui ſciſcitati non fuerunt. Vnde illud apud Matthæū de Magis, reſponſo accepto commodius vertiſſet interpres, oraculo moniti, ſiue oraculo accepto. [Non Apollinis magis verum.] Si quem fugiat quare Apollinis Terentius dixerit, non Themiſtos aut Iouis Ammonis reſponſum, ſciat Apollinis reſponſa ſummam apud mortales obtinuiſſe fidem, præſertim Delphica & Pythia. *Pythij Apollinis oraculum.* Pythium Srab. libro Geographiæ. IX. teſtatur fuiſſe quondam celebratiſſimum, ídque liquere theſauris ingentibus ibi conſtructis, in quos ſacræ inferrentur pecuniæ, tum operibus præſtantiſſimorum artificum, deinde ludis pythiis illic celebratis, denique innumerabilibus illic oraculis, quæ mandata literis extarent. reſpondebatur autem hoc pacto. Specus alti curuíque receſſus erat, non ita grandi patens hiatu: atque hinc aura reddebatur, ſacro quod inerat efflante numine. excelſus oſtio imminebat tripus, quem ſimulatque Phœbas, hoc eſt puella Pythia vates conſcendiſſet, concepto pectore numine reſponſa edebat. partim oratione ligata, partim ſoluta. [Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.] Veteres illi comparatiuum cum ac & atque coniungebant. Plautus. Amicior mihi nullus viuit atque is eſt. Cicero ad Atticum. Mihi quidem videtur diutius abſuturus ac vellem. [Vt ne pater per me ſtetiſſe.] Vt ne idem ſignat, quod ne particula. Plautus in Mercatore, At ego expurgationem habebo vt ne ſuccurrat. Sic & in Eunucho Terētiana, Vlciſcar vt ne impune in nos illuſeris. Sic & Cicero. Fides tua patietur vt ſocrus adoleſcentis rea ne fiat. [Per me ſtetiſſe.] *Stat per me* Per me ſtetiſſe, modus eſt loquendi perelegans, & apud bonos authores paſſim obuius. Cæſar in commentariis. Vbi cognouit per Afranium ſtare quo minus prælio dimicaretur. Titus Liuius, Per duces, non per milites ſtetiſſe ne vin-

cerent

cerent. ¶ Miſer æquè atque ego. } Bene hoc, nam vterque ve-
xatur amore, expectabat autem Pāphilus, vt Charinus di-
ceret, fortis es, quod tamen mox dicetur. Aliter hîc reſpon-
det Myſis quàm interrogauerat Pamphilus, propterea quòd
videat impoſsibile eſſe, vt ille parenti reſiſtat. ¶ Faciam in
procliui quod eſt per me ſtetiſſe vt credat. } Dicat hæc qui-
ſpiam minus conuenire Pamphilo adoleſcenti, & ab omni
fuco alieno, ſed Terentius vim amoris expreſsit, qui homi-
Procliue. nes totos immutat. ¶ In procliui. } Procliue pro facili dictū
Quis. à Caſare. ¶ Quis videor. } Priſcianus. Quis, quod eſt ſubſtā-
tiæ, pro qualis & quantus inuenitur. ¶ Dies hic. } Vt parti-
cula ſignificat dubitationem, & cōiungitur cum metuo, ve-
Amolior. reor, timeo. ¶ Hinc vos amolimini. } Quibuſdam amolimini
hîc actiuæ ſignificationis eſt, & vos accuſatiui caſus, vt ſit,
Amouete vos hinc, ſic & Pacuuius. Nō tute hinc è conſpe-
Aetiologia ctu amolire? Nam mihi. } αἰτιολογία id eſt cauſæ redditio.
¶ Nam mihi impedimento eſtis. } Attende quod iam iniecta
ſpe etiam dominis imperitat ſeruus callidus. ¶ Quò hinc te
agis? } Non hæc Dauus loquitur quòd Charinus aliquò abi-
Quò hinc te agis? ret, ſed vulgi more facit: rogamus enim quem diſcedere cu-
pimus, Quò eat. Donato authore tarditatem diſcedentis ſi-
gnificat. ¶ Dieculā addo. } Aſconius Pedianus Dies, inquit,
Diecula. feminino genere tempus, & ideo diminutiuè diecula dici-
tur breue tēpus & mora. Dies horatum. XII. maſculini ge-
neris eſt, vnde Hodie dicim⁹ quaſi hoc die. ¶ Quòd tibi die-
culam addo. } Senſus eſt, Non ſat habes quòd tibi tempuſ-
culum addo, in quo efficias vt Philumenā ducas. ¶ Huc face
Fac venias ad me vt venias. } Quidam faciunt hoc diſcrimen inter fac
venias, & venias, vt priori dicant eſſe remotioris actus ſi-
gnificationem. Nam ſi præſenti Antonio dicam, fac ad me
venias, id in futurum fieri volo: ſi verò dicā, ad me venias,
id ad præſens fieri volo. ¶ Operire me hîc. } Cur non iſtic? an
quia ſtant in eodem loco? ¶ Ita facto opus. } Facto præteritū
pro fieri præſenti hîc poſitum eſt. ¶ Iam inquam, hîc adero. }
Inquam. Inquam iudicio quorundam fungitur hîc vice aduerbij af-
firmantis, vt ſit, ſtatim profectò, ſtatim crede mihi, hîc adero.
LATOMVS Argumentum: } Confirmatur animus Pāphili erga Gly-
cerium, & impulſu adoleſcentum accingitur ad nouū conſi-
lium Dauus, & amantium ſolicitudo exprimitur. ¶ Anime
mi. } Blandimentum muliebre. ¶ Malum integraſcit. } Id eſt,
renouatur. ¶ Age ſi hic. } Ironica increpatio dehortantis.
¶ Hanc mihi expetiui. } Conciſa oratio. ad affectum, & con-
ſtantiam Pamphili exprimendam. ¶ Reſipiſco. } Animum
Reſipiſco. recipio. ¶ Si poterit. } Dilemma quo tacita obiectio ſoluitur.
¶ In procliui. } Quò res inclinat & propēdet. ¶ Ne vacuū. }
Id eſt, otioſum. ¶ Imò etiam. } Increpatio. qua Charinus ſe
ad narrādum præparabat. ¶ Nam verum vis dicam. } Præ-
paratio eſt narrationem incepturi. Et attende ſolicitudinem
amantis.

PETRVS MARSVS.

Iam vbi vbi &c. } Duobus ſenſibus maximè, viſu ſcili-
cet & auditu, voluptatis æſtum renouari, accendíque vehe-
mentius, ac mentem à virtutis propoſito detorqueri, oſtendit
Voluptas. hæc ſcena. Eſt enim, vt inquit Plato in Phædro, ſenſus ocu-
lorum nobis acerrimus, & ipſo viſu pariter & auditu affe-
ctus renouantur, & animū mouent, vt non planè ipſum ho-
neſtum aſpiciatur. Voluptas enim deſtruit iudiciū rationis.
Et vt, inquit Philoſophus, propter illā res poſthabemus ho-
neſtas, éſtq; in nobis affectus vehementiſsimus, cui ex ſentē-
tia Heracliti, difficilius eſt repugnare, quàm iræ. Sed quod
difficilius, hoc præclarius, vt inquit Cicer. in Off. In Catone
maiore: Impedit conſilium voluptas rationi inimica, ac mē-
tis, vt ita dicam, perſtringit oculos. Diuinus Plato volupta-
tem eſcam malorum appellauit, quod ea videlicet homines
capiantur, vt hamo piſces. Seneca ſcribens de vita beata:
Altum quiddā eſt virtus, & excelſum, regale: voluptas hu
mile, ſeruile, imbecillum, cuius ſtatio & domiciliū, fornices
& popinæ ſunt. Vnde Cyrus apud Xenophontem lib. quin-
to: Flagitioſi homines cupiditatibus omnibus ſe præſtant in-
feriores: Plato in Epiſtola ad Dionyſium: Hominī ſæpius de-
trimentum & dolorē affert voluptas, hebetat animum, atq;
obliuionem inducit, inſipientiam pariens. In nono de Repu-
blica, ſic ait: Homines coëundo veluti pecora, ætatem con-
temnunt. ¶ Videre te ait cupere. } Auditus hic mouet affe-
ctum & viſus. Nam viſa ancilla, venit ei in mentem Gly-
cerium. Vnde Seneca dicit, oculos interdum eſſe irritamen-
ta vitiorum, & ſcelerum duces. ¶ Id faciam in procliui &c. }
Id eſt, ad quod ſum procliuis, id eſt, inclinatus ob amorem, Procliue.
qui eſt affectus vehemens, id eſt, paſsio quę trahit animum.
Item in procliui, quod eſt facile, & ad quod ſine magno la-
bore deſcenditur. Procliue dicitur demiſſum, & inclinatum
& impotens ad reſiſtendum affectibus, & ita incōſtans vt
ego ſum, ſed hoc clā dicitur. Per omnes tibi adiuro deos, &c. }
Plato in quinto de Legibus: Sed reuera nimius in ſe amor,
omnium peccatorum, omnibus eſt ſemper cauſa: obcæcatur
quippe circa amatum qui amat. ¶ Proinde hinc vos amol.
&c. } Nonius ſic ait: Amolimini, id eſt, recedite. Terēt. Hinc Amoliri.
vos amolimini. Pacuuius: Non tu hinc è conſpectu amolire?
Siſenna: Impedimētum omne de itineribus amoliuntur. Eſt
ergo auferte vos hinc. ¶ Quid de me &c. } Miſeriam ſuam
profitetur his verbis Charinus. ¶ Dieculam. } Id eſt, paruum
diem & ſpatium aliquod temporis, vt tibi proſpicias.

RIVII CASTIGATIO.

Optumè mihi te offers. P. Quid eſt? M. orare iuſsit ſi ſe a-
mes hera, iam vt ad ſeſe venias. } In fine prioris verſus, quod
ad menſionem carminis attinet, ſynalœpha nulla ſit, in te
offers. Id quod frequens eſt apud Teren. τὸ quid eſt, perpe-
ram erat additum præcedenti verſui. In manu ſcriptis duo-
bus particula vt, omiſſa eſt, quam & verſus reſpuit. Eſt au-
tem tetrameter catalecticus, cuiuſmodi ſunt cæteri in hac
ſcena omnes. In metiendo s, eliditur in verbo ames. Et par-
ticula vt, ab interprete aliquo adiecta videri poteſt, vt a-
lia in Terentio multa, ſicuti & aliàs oſtendemus. ¶ Ea res
eſt, propterea quod nunc miſera. } Nos, Propteréaque nunc
miſera in mœrore eſt, vt habet manu ſcriptum exemplar,
quicum ex impreſsis Venetum facit. Alia habent, proptere-
rea nunc &c. omiſſa coniunctione que. Sed prior lectio, vt
puto, verior, quæ in eo quoque reperitur, quod eſt in biblio-
theca Dominorum ab Haſſenſtein.

Perſpicitur ex hac Scena Pamphili integritas, qui da- Eiuſdem annotatio.
tam amicæ fidem ſeruare inuiolatam cogitet, etiam ſi ca-
piundos ſibi ſciat inimicos omnes homines. ¶ Age, ſi hic
non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. } Non ſunt inſtigandi,
qui ſuapte alioqui ſponte inſaniunt ſatis. ¶ — Conueniunt
mores. } Prudenter loquitur Pamphilus, vt cordatum vbi-
que adoleſcentem agnoſcas: fieri enim non poteſt, vt inter
eos firma coaleſcat amicitia, ac concordia, quorum non con-
ueniunt mores: idque in amicitia præcipuum eſt, vt ſit mo- Morum ſimilitudo.
rum in ea ſimilitudo: propterea rectè Pamphilus ait, Gly-
cerij mores quadrare ad ingenium ſuum. Poteſt enim, vt

alicubi ait Eraſmus, per ſe præclarum eſſe, quod tamen nõ ſit aptum.

DOLETI OBSERVATIO.

*Curabo inuetum, pro inueniam.* Inuentum tibi curabo, & mecum adductum.} Plena eſt quidem elegantiæ hæc locutio, pro inueniam, & adducam. Sic venuſtè dictionibus præteriti, & futuri temporis iungitur hoc verbum curare. Cicero ad Quint. frat. Eum Lychnũ te aiebant, cum eſſes ſanæ mentis, curaſſe faciendum. Seruius Cic. Funus ei ſatis amplum faciendum curaui. ¶ *In mœrore eſſe.* Proptereáque nũc miſera in mœrore eſt.} Id eſt in mœrore verſatur, mœrore vrgetur, laceratur, affligitur, cõficitur, in mœrore iacet. Iis enim locutionibus vtitur ſæpe Cicer. Mœror autem pro graui luctu, & triſtitia à Latinis poni ſolet: eóq; maximè vtimur, cum perditum, & afflictum rerum ſtatum expreſſius deſignare volumus. ¶ *Adiurare.* Per omneis tibi adiuro Deos.} Adiurare idem eſt, quod iurare. Pro eo verò ſignificato, quod eſt iuſiurandum exigere, exemplum nullum inueni apud Authorem duntaxat claſſicum: ſed de primo ſatis multa, vt videbis in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorũ. ¶ *Inimicum capere. Inimicitias ſuſcipere.* Si capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines.} Nouè dicit Terent. inimicum capere, pro ſuſcipere. Suſcipere enim dicit Cic. Vel inimicitias ſuſcipere. Famil. III. Ego citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem coniunctionem diremiſſem. Idem ad Att. XI. Multorum odia, atq; inimicitias Reip. cauſa ſuſcepimus. ¶ Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat.} Caue putes, hîc à me omneis ſtandi ſignificationes oſtendi: id cumulatè præſtabit Primus noſtrorum Cõmentariorum Tomus. Tantùm, quod ad hunc locum faciat, in præſentia trademus: *Stare per aliquem.* Eſt igitur ſtare per aliquem, idem quod, aliquem in mora eſſe, impedimento eſſe, vel eſſe in cauſa, quin. Cæſar de bell. Ciuil. I. Cæſar, vbi cognouit per Afranium ſtare quo minus prælio dimicaretur, ab infimis radicibus mõtis intermiſſis circiter paſſibus quadringentis caſtra facere conſtituit. ¶ *Effectum reddere aliquid.* Hoc tibi profectò effectum reddam.} Effectum reddere, vel dare, idem eſt, quod efficere. Et locutiones ſunt peculiares Terentio. Sic autem loquitur in ſequenti Comœdia: Effectum dabo. ¶ Ne vacuũ eſſe me nunc ad narrãdum credas.} *Vacuus.* Vacuus generaliter ponitur pro inani, nudo, ieiuno, exhauſto, vel experti, & libero non impedito, non occupato. Sic dicuntur vacua prædia, vel vacuæ poſſeſſiones: id eſt, quæ liberæ ſunt. Sic etiam appellantur vacuæ aures, nondum criminationibus obtuſæ, ſed nobis arbitrio noſtro patentes. Pertinet igitur hoc nomen tã ad res, quàm ad perſonas, & eandem ſignificationem retinet. Habet autẽ eam ipſam vſus varietatem, quam vaco. Etenim aut ſine caſu eſt: aut cũ ablatiuo ſine præpoſitione. Id quod in Primo tomo noſtr. Cõm. patet. Verum hîc commoda, & Terentij locutioni conſentanea quædam exempla proferre libet: *Vacuus, pro otioſo.* vbi vacuus ad perſonã refertur, & pro otioſo ponitur. Cic. in Brut. Itaq; hunc elegimus diem, cum te ſciremus eſſe vacuum. Idem de Legib. I. In longum ſermonem me reuocas, Attice: quem tamen, niſi Quintus aliud quid nos agere mauult, ſuſcipiã: &, quoniam vacui ſumus, dicã. ¶ *Quid me fiet? Quid illi fiet?* Quid me fiet?} Quid illi fiet? quid illi faciam? quid illi factum eſt? Modi ſunt loquendi elegantiſſimi per datiuum elati: & ſignificant, quod nonnulli aliquid admirantes, vel accepta aliqua calamitate, aut damno, ineptè dicunt: quid de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum eſt? Cicero Familiarium XIIII. Si nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet? Idem ad Atti. Quid iis fiet, ſi huc Paulus venerit? Idem in Verr. Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet? Idem contra Rull. Quæro, ſi, qui vendere volunt, non fuerint, quid pecuniæ fiet? Idem in Academic. Quid faceret huic concluſioni? A proxima locutione nihil differt, quod dicunt Latini per ablatiuum caſum: quid hoc homine facies? *Quid hoc homine facies?* Cicero in Verr. Quid hoc homine faciatis? ad aliquam ſpem tam perfidioſum, tam importunum animal reſeruetis? Sic & hîc Terentius dicit: quid me fiet? pro, quid de me fiet?

GLAREANVS.

Huius Scenæ verſus omnes vnius ſunt rationis, nempe iambici tetrametri catalectici, quos Eraſmus ſcazontes appellat: in quibus & ipſe & Riuius egregiè ſudarunt. Primus verſus loco primo habet tribrachyn, deinde iambum, tertio loco ſpondeum, quarto iambum. In ſecundo verſu vel tuum monoſyllabon eſt, vt ſit primo loco ſpondeus, vel bacchius eſt loco primo, ſecundo Iambus, tertio dactylus, quarto anapæſtus, quinto & ſexto ſpondeus, ſeptimo iambus cum ſyllaba, ſiue amphibrachys contrarius cretico, qui ſanè in hoc carminis genere frequentior eſſe debebat ad finem vt creticus in trochaico: ſed poëta hoc non obſeruauit, imò pro penultima longa ſæpe duas poſuit breueis. quod etiam ipſe admonuit Eraſmus. In tertio ac quarto verſibus non conuenit mihi cum Riuio, neque omni ex parte cum D. Eraſmo, cum ipſe etiam ſecum diſſideat. Nam in præfatione de metris Eraſmus, cum oſtendere vellet in hiſce iambicis catalecticis tetrametris, quos ipſe ſcazontes appellat, vt antè diximus, nonnunquam pro penultima longa duas adeſſe breueis, adducit hoc carmen, Orare iuſsit, ſi ſe ames, hera, iã vt ad ſeſe venias. At de hac ſcena iudicaturus, ad initium eiuſdem verſus adponit hæc duo verba Quid eſt. Et ne hoc librario quis tribuere poſſit, ſciat eum priori carmini, quando ei nimis conciſum viſum eſt, adiunxiſſe in marginibus hæc verba, Verſus conſtat, ſi legas opportunè te mihi offers. Riuius verò Optimè pro opportunè legit, vt omnes habent codices, ſed in Te ait nullam fieri ſynalœpham: & in ſequẽti carmine elidit s, in ames, præterea vt, adiectum ab interprete aliquo videri vult. Sed, vt nunc meam dicam ſententiam, neque Opportunè pro Optimè legendum eſt, vt exiſtimauit Eraſmus, neque opus eſt vel s, elidere in ames, vel vt abiicere, quod omnes habent codices, & ſenſus optimè patitur, ſi vnicum d, in τὸ quid eſt (non in illo, quod ſequitur verbum Myſis, ſed quod ad finem prioris pertinet verſus, & à Riuio ad ſequentem reiectum eſt verſum, ſicut ab Eraſmo in hac ſcena, non etiam in præfatione vt iam diximus) ſi inquam illud d, & τὸ te ante offers elidamus, tum ambo verſus bene habebunt, ita certè vt prior habeat primo quidem loco ſpondeum, Myſis, ſecundo iambum, quid eſt, vbi d, non eliditur, tertio rurſus ſpondeũ, Hem Pam. quarto rurſus iãbum, phil' o, in quinto iambum, ptumẽ. Nam aduerbium e, longum eſt. In ſexto iambũ, mihi, in ſeptimo ſpondeum, t' offers, deinde ſyllabã qu' eſt, vbi d, eliditur. quãquã ſi quis eſt, qui hoc d, elidi neget, ex catalectico acatalecticũ fecerit, vt vnus hic tetrameter ſit acatalecticus, cæteri omnes catalectici. Sequens inde carmẽ nullã prorſus habet difficultatẽ, vt etiam ipſi Eraſmo in Præfatione viſum eſt. Meus certè codex Aldinus, quo in his vſus eſt Eraſmus, bene habebat. vt mirer eũ hîc aliter atq; in præfatione ſẽſiſſe. In quinto huius ſcenę verſu, Ait diſſyllabũ eſt, ſicut in ſexto Tua. In quo quidẽ verſu codex Aldinus habebat ſollicitarier pro ſollicitari, ſed malè, nã ſic fieret acatalecticũ, & veteres codices

omnes

omnes habent ſolicitari abſque er ſyllaba, quæ ſæpe κατὰ τὸν παραγωγὴν adiici ſolet. In ſeptimo Mihi monoſyllabon totum eliditur, niſi quinto loco ſit creticus. In octauo s, eliditur in Quibus, niſi quis malit amphibrachyn eſſe loco primo, aut creticum loco quinto abſq; omni eliſione. In nono s, eliditur in Satis, niſi quis Sua monoſyllabon malit, & ædepol prima eſt breuis, vt ſæpius apud hunc Poëtã. In decimo pro Propterea quòd, Riuius Proptereáq; legit. Sed nihil referet ad carminis rationem, ſed quod in Eraſmi codice, propter quam legitur, id carmen non patitur. In eodem tamen codice in verſu ſequẽti, tibi, ante adiuro, quod excuſare poterat creticus loco ſecundo, rectè ſublatũ eſt. In verſibus decimotertio ac decimoquarto Mihi monoſyllabũ totum eliditur. In decimoquinto s, eliditur in magis. In decimonono Ego produci videtur, quod apud Latinos rarum eſt, & apud hunc rariſſimum. In viceſimo ſecundo Satis ante verbum Sit legendum eſt, in quos, eliditur, & mihi monoſyllabum totum abſorbetur. Penultimus verſus huius ſcenæ anapæſtum habet ante vltimam ſyllabam. In vltimo m, non eliditur, vel in Iam vel in Inquam, alterum adiuuat cæſura, alterum ſequens aſpiratio, vtruncunque non eliſeris.

DONATVS NIHIL'NE eſſe proprium cuiquã? Hæc ſcena adminiſtrationẽ doli habet: quo fit vt deterreatur Chremes filiam ſuam Pamphilo dare. Et vide non minimas partes in hac comœdia Myſidi attribui, hoc eſt perſonæ fœmineæ: ſiue hæc perſonatis viris agitur, vt apud veteres, ſiue per mulierem, vt nunc videmus. ¶Nihilne eſſe. ⁋Ne, aduerbiũ percunctantis. (Ne.) ¶Nihilne eſſe proprium cuiquã? ⁋Omne quod habemus, aut mutuum eſt, aut proprium. (Proprium.) Ergo propriũ, perpetuũ. vt Virgilius, Propria hæc ſi dona fuiſſent. Ergo nihil nobis proprium eſſe poteſt. quod enim non fuit, nec eſſe quidem poteſt. aut quod eripi poteſt, non eſt noſtrum: niſi illa quæ eripi non poſſunt, vt ſapientia, iuſtitia, prudentia, quæ fortuna neque dare, neque eripere cuiquam poteſt. Et ſimul hoc ipſum & à re, & à perſona hîc oſtendit. A re, Nihilne eſſe proprium? A perſona, Cuiquã. ¶Proprium. ⁋Perpetuum, non temporale ac mutuum. (Dij veſtrã fidem. Fides.) ¶Dij veſtram fidem. ⁋Admirantis aduerbium cum exclamatione. Fidem dixit opem & auxiliũ: vt, Tyrrhenámque fidem. (Summum.) ¶Summum bonum eſſe. ⁋Mirè pro pleno. Et neutro extulit, ſummum bonum. ¶Amicum, amatorem, virum. ⁋(Amicus. Amator.) Amicus, animi eſt: Amator verò, corporis. non enim continuò amator eſt, qui bene vult. vt, Dido amauit quidem Aeneam: ſed non & amica fuit, quæ ait, Non potui auulſum diuellere corpus, & vndis ſpargere. Et item Catullus, Cogit amare magis, ſed bene velle minus. & eſt hîc officium & blandimentum. Amatorem & virum dixit ad diſcretionem: vt per ea quæ enumerat, maritum oſtenderet. ¶In quo vis loco paratum. ⁋(Paratus.) Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo eſſe poſſunt. & maximè ad Homericam ſententiam reſpexit * ¶Verùm ex eo. ⁋Id eſt Pãphilo. ¶Nunc miſera quem capit dolorẽ! ⁋Cum admiratione pronuntiat quem, & cum exclamatione quadam. ¶Facilè hîc plus mali eſt, quàm illic boni. ⁋(Facilè) Facilè, aduerbium confirmantis eſt, id eſt, liquidò & manifeſtò. Veteres dicebant facilè, pro certò. Vt Cicero, Illius ciuitatis facilè princeps. ¶Dolorem. ⁋Dolorem diſtinxit probè: & poſt intulit ſeparatim quod ſequitur, Facilè hîc plus mali eſt, in dolore, & metu ſcilicet amittẽdi, quàm in voluntate retinendi. ¶Quàm illic boni. ⁋In ſummo bono. Dicit enim, Ex bonis quæ bona exiſtimamus, plus nos mali capere, cum aut amiſſuros nos credimus, aut amittimus: quàm boni, cum habemus. ¶Facilè hîc plus mali eſt. ⁋(Facilè.) Plus mali, in dolore & metu, vt diximus. ¶Quàm illic boni. ⁋Id eſt in amico, amatore, & viro. ¶Mi homo, quid iſtud obſecro eſt? ⁋Ex Myſidis verbis, quid Dauus faciat, demonſtratur. ¶Quid iſtuc obſecro eſt? ⁋Inuolutum puerũ portabat Dauus: & ideo dicit mulier, Quid iſtuc obſecro eſt? Tum ille euoluit puerum, & profert. quem poſtquam expediuit, tum illa dixit, Quò portas puerum?

ADRIA. BARL. Nihilne eſſe proprium. ⁋Subaudi verum eſt, aut dic

## ACTVS IIII. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

IN hac ſcena Dauus puerum defert ante oſtium Simonis, vt ita Chremes deterreatur à nuptiis. Et conſiſtit hæc ſcena in geſtu magis, quàm in oratione.

ARG. PAV. MALLEO.

HÆC ſequens ſcena adminiſtrationem doli cõtinet: quod ideo fit, vt deterreatur Chremes filiã ſuã dare Pamphilo, & Dauus cum Myſide fraudem comminiſcitur. Attende etiam, Myſidi non minimas partes in hac Comœdia tribui.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena, Dauus adponendo puerum ad ædes Simonis, Chremetem ne elocet filiam ſuam Pamphilo, deterret.

*Senarij.*

MYSIS.

Nihilne eſſe proprium cuiquam? Dij veſtram fidem.
Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum,

Amicum, amatorem, virum in quo vis loco
Paratum. verum ex eo nunc miſera quem capit
Dolorem! facilè hîc plus mali eſt, quàm illic boni.
Sed Dauus exit. mi homo, quid iſtuc obſecro eſt?
*Quò portas puerum?

infinitiuum pro indicatiuo poſitum. Donatus Omne, inquit, quod habemus, aut eſt proprium, aut mutuũ. Proprium hîc perpetuum ſignificat. ⁋Dij veſtram fidem.⁋ Eſt admirãtis. Donatus vult totum hoc aduerbium eſſe, ſicut alio loco, Dij boni. ⁋Summum bonum.⁋ Id eſt ſummam felicitatem. ⁋Amicũ, amatorẽ.⁋ Amicus eſt qui bene vult aliis; Amator qui tantùm ſpectat ſui corporis voluptatem. non continuò amicus eſt, qui amator. Amicus inquit Valla, honeſta, res eſt, Amica quando ad virũ refertur, inhoneſta: vt, hæc amica eſt mea, id eſt concubina. Ego verò ipſius non amicus, ſed amator ſum. Ideóque apud Terentium dicitur, Heræ putaui hunc Pamphilum amicum, amatorem, virum: ne putares amicum in malam partem accipi, adiecit amatorem. ⁋Virum.⁋ Id eſt, maritum, ſic quidam interpretantur. ⁋In quouis loco paratum.⁋ Ad eam in matrimonium ducendam. ⁋Verum ex eo.⁋ Quibuſdam hîc Ex præpoſitio materiam ſignificat, vt ſit ſenſus Pamphilum eſſe Glycerio materiam & ſegetem maximi mœroris. ⁋Quem dolorem.⁋ Quem pro quantum, cum admiratione. ⁋Facilè hîc plus mali, quàm illic boni.⁋ Senſus eſt. Certè hîc, id eſt in metu amittendi Pamphilum plus triſtitiæ, quàm boni, id eſt lætitiæ illic, hoc eſt in ſpe retinendi. Donatus dicit facilè eſſe aduerbium confirmantis. ⁋Sed Dauus.⁋ Dauus ex ædibus Glycerij puerum è Pamphilo natum effert. ⁋Mi homo quid iſtuc obſecro eſt?⁋ Puerum inuolutum portabat Dauus, & ideo dicit mulier, quid iſtuc obſecro eſt, nondum ſciens quid ſit, poſtea euoluente & puerum proferente Dauo, illa dicit, quò portas puerum? ⁋Quid iſtuc?⁋ Priſcianus negat iſtuc aſpirari, licet quibuſdam compoſitum ſit, ex iſte & hic. recentiores tamen aſpirant.

*Quem Summum bonum. Amicus. Amator. Amica. Iſtuc.

LATOMVS Argumentũ. Inſtruit ancillam Dauus ad fallaciæ executionem. ⁋Proprium cuiquam.⁋ Proprium, perpetuum & firmem. Virgilius, Propria hæc ſi dona fuiſſent.

PETRVS MARS.

Nihilne eſſe proprium cuiquam?⁋ Venereum amorẽ & cupidineas faces, quibus pleriq; inflammari affectant, multo plus fellis, quàm mellis habere docet hæc ſcena. Id enim quod in his rebus oblectat, temporaneum eſt, & exile admodum, comparatione malorum, quæ ſequũtur: temporis iactura ſcilicet, quà nulla maior, vitij deformitas, & infamia, & ſeruitus. Ad ea profectò quæ ſunt his contraria, natus eſt homo diuinum animal. Vnde Cicero in tertio Philippicarum: Nihil eſt deteſtabilius dedecore, nihil fœdius ſeruitute. Ad decus & libertatem nati ſumus. Plautus in Ciſtellaria: Amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus, guſtu dat dulce, amarum vſque ad ſatietatem aggerit. Seneca dicit: Nihil eſt tam mortiferum ingeniis, quàm luxuria. Sillius libro decimoquarto.

Amor venereus multum habet fellis.

Ad laudes genitum capiat ſi munera diuûm
Fœlix ad laudes hominum genus.

Et voluptatem ſic taxat:

Quippe nec ira Deûm tantùm, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas,
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circum te ſemper volitans infamia pennis.

Seneca libro viceſimo: Indulgere voluptati, initium eſt omnium malorum.

DOLETI OBSERVATIO.

Ex eo nunc miſera quem capit dolorem!⁋ Sic loquitur Cicero Familiarium quinto: Tantum ex eius moleſtiis cepi doloris, vt conſolatione ipſe egerem. Idem Familiarium primo: Me in ſummo dolore, quem in tuis rebus capio, maximè ſcilicet conſolatur ſpes. Idem in Bruto: Cum mihi de Hortenſij morte eſſet allatum, opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. Dolor hîc totus refertur ad animi ægritudinem.

Dolorem capere.

## ACTVS IIII. SCENA IIII.



DAVVS, MYSIS.

M-Yſis, nunc opus eſt tua
Mihi ad hãc rem exprõpta memoria, atque aſtutia.

DONATVS Myſis, nunc opus eſt.⁋ Hęc ſcena actuoſa eſt. magis enim in geſtu, quàm in oratione eſt conſtituta. ⁋Myſis, nunc opus eſt.⁋ Properantis & impensè agẽtis Daui verba monſtrantur. ⁋Exprompta.⁋ In medium prolata. ⁋Memoria atque aſtutia.⁋ Memoria, vt præcepta Daui retineat. Aſtutia, ad agendum ſtrenuè quæ imperet. ⁋Memoria.⁋ Simpliciter magis, vt memor ſit Daui præceptorũ. Et memoria, modò pro intelligentia. vt Virgilius: Inſtamus tamẽ immemores. ⁋Ex ara hinc ſume verbenas.⁋ Ex ara, ſcilicet Apollinis, quę ἀγυιεὺς Menãder vocat, aut quòd Apollini comœdia dicata eſt: in cuius honorem aram conſtituebãt comœdiam celebrantes. Apollini ergo comœdia, Libero patri tragœdia. ⁋Sume verbenas tibi.⁋ Verbenæ, quaſi herbenæ, redimicula ſunt ararum. ⁋Tibi.⁋ τὸ tibi, quaſi geſtũ quendam & motum ſtomachantis habet: vt alibi. ⁋Quid vis tibi?⁋ Et ſume, dixit, & nõ, tibi ſubſterne. ⁋Ex ara ſume verbenas.⁋ Verbenæ. ſunt omnes herbæ, frondéſq; feſtæ

Exprõptus. Memoria. Aſtutia. Immemor. Ara in comœdiis. Comœdia dicata eſt Apollini, Tragœdia Libero patri. Verbenæ. Tibi. Verbenæ.

M. Quidnam incepturus? D. accipe à me hunc ocyus,
Atque ante noſtram ianuam appone. M. obſecro,
Humíne? D.ex ara hinc ſume verbenas tibi,
Atque eas ſubſterne. M. quam ob rem id tute non facis?
D. Quia ſi fortè * opus ſit ad herum iurandum mihi
Non appoſuiſſe, vt liquidò poſſim. M. intellego.
Noua nunc religio vnde * te iſtæc inceſſit, cedò?
D Moue ocyus te, vt quid agam porrò intelligas.
Prô Iuppiter! M quid? D.ſponſæ pater interuenit.
Repudio conſilium, quod primùm intenderã.
M. Neſcio quid narres. D.ego quoque hinc ab dextera
Venire me aſſimulabo, tu, vt ſubſeruias
Orationi, vtcunque opus ſit verbis, vide.
M. Ego quid agas, nihil intellego. ſed, ſi quid eſt,
Quod mea opera opus ſit vobis, aut tu plus vides,
Manebo: ne quod voſtrum remorer commodum.

*opus ad

*inte

feſta ad aras coronãdas: vel omnes herbæ frondéſque ex aliquo loco puro decerptæ. Verbenæ autẽ dictæ, quaſi herbenæ. ſic Menander * ⁋Quamobrem id tute non facis?} Tute tũc dicitur, cum pronomen ad eam reuocatur perſonam, à qua ſumitur: vt verbi gratia, cũ dicimus, Tu lege: ille nobis reſpõdeat. Cur tute nõ legis? ⁋Quia ſi fortè opus ſit ad herum iurandum mihi.} Sic locutus eſt, vt explicari atque intelligi nõ poſſit. aut enim deeſt ius, vt ſit iurandum pro iuſiurandum: aut, vt vulgò dicitur, iuramentum. Et opus eſt illam rem: non, opus eſt illa re. ⁋Vt liquidò poſſim.} Liquidò, purè, & manifeſtè. Nam quæ ſunt pura & defecata, liquida ſunt. ⁋Noua nunc religio.} Bene iuſiurandum metuere ſeruum monſtri ſimile eſt. ⁋Noua religio.} In ſeruo, & ſubita. ⁋Noua nũc religio.} Seruum nolle mentiri, noua religio eſt. ⁋Cedo.} Porrigẽtis eſt manum. ⁋Porrò intelligas.} Porrò, modò aduerbium eſt ordinis: aliàs temporis. ⁋Sponſæ pater interuenit.} Mirè non dixit Chremes: ne, cum dixiſſet, quis Chremes? rurſus hic reſponderet, ſponſæ pater. & non temerè hoc facit poëta: nam promiſerat ſe rediturum domum Chremes, Domum modò ibo: vt apparentur, dicam: atque huc renuntio. ⁋Quod primùm intenderam.} Verbum à venatoribus tranſlatum, qui retia intendunt ad feras captandas. Quia ergo parat Chremem & Simonẽ fallere, intenderam dixit. Vel à ſagittis atq; arcu. ⁋Neſcio quid narres.} Bene narres. narrare enim aliena, & quæ nobis nõ ſunt neceſſaria, dicimus. ⁋Ego quoq;.} Bene ait Quoque, quia & Chremes veniebat. ⁋Tu vt ſubſeruias.} Rectè, vt ſubſeruias, dixit. nõ enim tantum loquitur Myſis, quantũ Dauus. ⁋Orationi, vtcunq; opus ſit verbis.} Tuis verbis, orationi meæ, plura enim loquetur Dauus. inde orationi dixit. illa ſubſequetur, ideo verbis. ⁋Vide.} Cauta eſto, intellige, ſpecta. Aut tu plus vides.} Si ſapis intelligis. ⁋Remorer commodum.} Remorer, retardem, retineam. Remorari à remora piſce minutiſſimo, qui naues retinet. nam Græcè ἐχενῆϊς vocatur.

Tute.
Iurandũ.
Opus eſt illam rem.
Liquidò.
Cedo.
Porrò.
Intendere.
Narrare.
Videre.
Remorari.
Remora.

ADRIA. BARL. Exprompta memoria.} Quidam volunt hoc ſenſu legi. Neceſſarium eſt ad hanc rem, vt memoriam tuam atq; aſtutiam proferas & oſtẽdas, vt declares quantum memoria & aſtutia valeas, memoria eſt opus, vt præcepta retineas mea: opus eſt aſtutia, vt callidè agas quæ imperabo. ⁋Humíne?} Bene hoc interrogat, faſciis enim euolutus à Dauo puer nudus erat. ⁋Ex ara hinc ſume verbenas.} Geſtum quendã & modum ſtomachandi habet. Comœdiarum actores aram conſtituebant in Apollinis honorem, hanc verbena coronabant. Quidam putãt hîc eam ſignificari herbam, quæ ſacra dicitur hodie Ioanni baptiſtæ. rami eius tenues ſunt, cubitales, anguloſi, folia minora quàm quercus anguſtioráque, & diuiſuris maioribus, flos eius glaucus, radix longa & tenuis. Naſcebatur hæc herba in arce Capitolij Romæ, vnde cum ſua terra euellebatur, ſi quãdo erãt ad hoſtes ituri legati, ad res clarè repetendas, & hac ipſi legati coronabantur. Abuſiuè tamen verbenas dicimus omnes herbas, quibus aræ coronantur, vt laurum, oliuam, myrtũ, & ita hîc accipe ſi velis. Verbenã hodiéq; feſto die præcurſoris noſtrates populi trabibus ædium ſuarum ſuſpendunt. Acron Horatij interpres dicit verbenas appellari omnes herbas frondéſque feſtas ad aras coronandas, quæ verbenæ ſunt dictæ quaſi herbenæ. Religiosè anus ſolebant offerre verbenam numinibus, quæ ruris tutelam ſimul & agrorum haberent. Vnde primo Faſtorum Ouidius: Pauit ouis pratum, verbenas improba carpſit, Quas pia diis ruri ferre ſolebat anus. ⁋Sume tibi.} Tibi quaſi geſtum & motum ſtomachantis habet. ⁋Quia ſi fortè iuſiurãdum.} Volunt hîc quidam accipi quia pro quare, quemadmodum eius compoſitum, quianam accipitur apud Maronem, vt ſit quia, id eſt rogas quare, poſt quam interrogationem inferuntur illa. Si fortè opus &c. ⁋Iuſiurandum mihi.} Veteres Latini iuſiurandum ſæpius dixerunt, quàm iuramentum. Plautus, Arbitratu ſuo iuſiurandum dabo. Cicero, Nullum vinculum ad aſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt. Idem, Qui iuſiurandum violat, is fidem violat. Idem, Cenſores nulla de re diligentius quàm de iureiurando iudicabant. ⁋Vt liquidò poſſim.} Donatus Liquidò pro purè & manifeſtè accipit: nam liquida ſunt, quæ pura & defecata ſunt. Quibuſdam idem quod ſecurè ſignificat. ⁋Noua nunc religio te iſtæc inceſſit.} Noua, id eſt prodigioſa, vt quidam volunt, ſollicitudo & anxietas. Seruum enim mentiri nolle, noua reli-

Verbena.
Verbenæ.
Quia.
Quianam.
Iuſiurandũ
Liquidò.

Cedo.

gio eſt, & vt Donatus inquit, monſtri ſimile. ⌈Cedò.} Hoc loco non dic, ſed da ſignificat, manus enim porrigentis verbum eſt, ad puerum accipiendum à Dauo. ⌈Vt quid agam porrò intelligas.} Agam pro moliar dixit. Et Eraſmus in primo commentario de copia, hoc verbum inter ea numerat, quæ conatum ſignificant.

Porrò. Prò Iupiter. Interuenire.

⌈Porrò intelligas.} An porrò hîc pro poſtea accipi poteſt? ⌈Prò Iupiter.} Quibuſdam eſt dolentis, vel indignantis. Quid ſi dicas eſſe re ſubita perculſi interiectionem? ⌈Sponſæ pater intéruenit.} Interuenire eſt medio negotio, quaſi ex inſidiis ſuperuenire, & opprimere in ipſo actu eos, qui rem celatam velint. ⌈Repudio

Intendere.

conſilium.} Id eſt, modum tractandi negotij. ⌈Quod intenderam.} Tranſlatio eſt ſumpta à venatoribus, qui retia intendunt ad feras capiendas. quia igitur parat Chremetem & Simonem fallere, intenderam dixit. Aliis videtur ſumptum ab arcu & ſagittis, vt ſit, quo ſenes configere parabã. ⌈Quod prius intenderam.} Antè quàm ſponſæ pater in-

Vtcunque.

teruéniret. ⌈Vtcunque opus ſit verbis vide.} Vtcunque id eſt quomodocunque. Quidam non vtcunque, ſed vbicunque legunt. ⌈Ne quid veſtrum remorer commodum.} Id eſt retineam, à remora piſce nauim ſiſtente. Ariſtoteles li-

Remora.

bro ſecundo de animalibus: Remora piſciculus eſt, inquit, ſaxis aſſuetus, in cibos non admittendus, nomen à remorandis nauibus adeptus.

LATOMVS. Exproptus.

Exprompta memoria.} Exprompta. facili & parata, quia commentum aliquod mandaturus eſt: ſed mox mutat hoc conſilium, interueniẽte Chremete. ⌈Ex ara hinc.} Quæ erecta in ſcena in honorem Apollinis herbis & frondibus redimita erat. ⌈Noua nunc &c.} Irriſio faceta in eum qui

Subſeruire orationi.

aliâs ſæpe peierare conſueuerat. ⌈Subſeruias orationi.} Id eſt commentum adiuues.

PETRVS MARS.

Exprompta memoria.} Id eſt, in vſum educta. Opus eſt, inquit, vt nunc exerceas memoriam & aſtutiam: ab ex promo. mis. pſi. ptum. ⌈Ex ara hinc ſume verbenas, &c.} Plinius libro viceſimoſecundo: Non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibúſque verbenæ. Certè vtroque nomine idem ſignificatur: hoc eſt, gramen ex ara cum ſua terra euulſum.

RIVII caſtigatio.

Quia ſi fortè opus ſit ad herum iuſiurandum mihi.} Ita quidem in omnibus reperi, quæ ipſe viderim. Sed Donatus ſecus legiſſe videtur, quod ex hiſce verbis eiuſdem liquet, Sic locutus eſt, inquit, vt explicari atque intelligi nõ poſſit,

Iurandum.

Aut enim deeſt ius, vt ſit iurandum pro iuſiurandum, aut, vt vulgò dicitur, iuramentum. Et opus eſt illam rem, non, opus eſt illa re. Hæc ille. vnde ſuſpicari quis poſſit ad hunc modum eſſe legendum, Quia ſi fortè opus ſit ad herum iurandum mihi &c. quod & carminis ratio poſcere videtur. Sed hoc, vt pleraque alia in medio relinquemus. licet Plautus quoque alicubi iurandum poſuerit, pro eo quod dicimus, iuſiurandum.

EIVSDEM annotatio.

Hæc ſcena oſtendit, quomodo paret Chremetem à nuptiis abſterrere Dauus, cuius imprudentia antè Pamphilus in nuptias coniectus erat. ⌈Quia ſi fortè opus ſit ad herũ iuſiurandũ mihi Non appoſuiſſe, vt liquidò poſſim.} Vide ſerui aſtutiam. Quanquam in iureiurando non tam verba, quàm animus ſpectatur: & quàm aliis in rebus omnibus, tam hîc quoque plurimum refert, quo quid animo dicatur, aut fiat, & vt homines ſanè fallantur, Deus tamen profectò non fallitur: vt illud omittam, Qui ſuo inſtinctu hortatúque impulit, eum perinde omnino in culpa eſſe, ac qui fecit. Daui autem ſuaſu puer ante oſtium ponitur. Haud diſſimili planè fraude hîc Dauus vtitur, atque ex decem illis vnus, quos poſt cladem Cannenſem Romam pro redimendis captiuis miſit Annibal, nullo alio fidei pignore accepto, quàm vt iurarent ſe redituros. Nam, ſicuti ſcribit Titus Liuius, cum egreſſi caſtris eſſent, vnus ex iis minimè Romani ingenij homo, velut oblitus aliquid, iuriſiurandi ſoluendi cauſa, cum in caſtra rediſſet, ante noctem comites aſſequitur. Et cæteri quidem cum nihil impetraſſent, ad Annibalem reuerſi ſunt: hic vnus verò domum abijt, quòd fallaci reditu in caſtra iureiurãdo ſe, religionéque exoluiſſet. Quod vbi innotuit, relatúmque eſt ad Senatum, omnes cenſuerunt comprehendendum, & cuſtodibus publicè datis ad Annibalem deducendum. Cicero quoque in tertio libro Officiorum: hunc reditu in caſtra liberatum ſe eſſe iureiurando, non rectè interpretatum ait: fraudem enim diſtringere, non diſſoluere periurium. fuiſſe igitur ſtultam calliditatem, & quæ peruersè imitaretur prudentiam: itaque decreuiſſe Senatum, vt ille veterator & callidus vinctus ad Annibalem duceretur. Lege T. Liuium ſecũdi Belli Punici ſecundo. Huc refer fabulam illam Aeſopicam de duobus adoleſcentibus, obſonium ſe apud coquum empturos ſimulantibus, & carnis partem, coquo alias interim res agente, ſubripientibus: quorũ qui abſtulerat per Iouem nihil habere, is qui ſub veſte occuluerat, nihil abſtuliſſe identidem deierabat. ⌈Repudio conſilium, quod primùm intenderam.} Decet ſanè, neque leuitatis eſt, aut inconſtantiæ, repudiare conſilium, quod intenderas primùm, ſi id commodo fiat tuo. Satius enim eſt recurrere, quàm currere malè, iuxta prouerbium: hoc eſt, Præſtat mutare cõſilium in melius, quàm in malè inſtitutis pergere.

DOLETI obſeruatio. Religio varia ſignificat.

Noua nunc religio te.} Religionis ſignificatio varia eſt apud Latinos. Aliquando enim eſt, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, cerimoniámque affert. Eſt etiam Latinè loquentibus id quod vulgò debitum officij, hoc eſt, iuſtam muneris functionem appellant. Vel pro eo ponitur, quod vulgò dicitur conſcientiæ ſcrupulus, aut conſciẽtia recta, vel fides. Accipitur præterea pro metu, vel ſolicitudine anxia. Ex qua ſignificationis varietate multæ ducuntur locutiones, quas in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorũ annotamus. Hunc autem Terentij locum ſic exponemus. Quæ te religio inceſſit? Id eſt? qua noua, & tam repentina religione es obſtrictus & implicatus? Et tunc religio ponitur pro eo, quod vulgus dicit conſcientiæ ſcrupulum. ⌈Repudio conſilium, quod primùm intenderam.} Sic loquitur Cicero de Oratore tertio. Neque verò eſſe mirandum, ſi cum ſuis conſiliis Rempublicam profligaſſet, conſilium Senatus repudiaret. Quod autem dicit Terentius, conſilium intenderam, metaphora eſt à venatoribus ſumpta.

Conſilium repudiare.

⌈Ne quod veſtrum remorer commodum.} Quemadmodum morari eſt moram afferre, interponere, iniicere: vel tardare, aut differre: ſic etiam ea deſignat remorari. Vnde remorari commodum, pro commodum tardare expones: ſcilicet non conſulere commodo.

Commodũ remorari.

GLAREANVS.

Donatus in medio ſeptimi verſus huius ſcenæ aliam inchoat ſcenam, quemadmodum & Eraſmus annotauit. Nos coniunctim propter carmina legemus. Carmina omnia ſunt ſenaria. In quarto verſu vel Eo eſt monoſyllabum, vel creticus loco tertio. In duodecimo, vel creticus eſt loco primo,

vel eas

*vel Eas monoſyllabon. In decimotertio vel creticus eſt loco ſecundo, vel s, in opus eliditur, & Iurandum legendum ex Donato. Sequens ſcena omnes etiā habet ſenarios præter quatuor quadratos. In primo verſu eliditur s, in Opus, niſi creticus in loco tertio. In tertio Túne integrè legendū. Nam tun', longum eſt. Quartus eſt iambicus tetrameter catalecticus. Eodem modo & ſextus ſi non elidas, ſed corripias æ diphthongum in Turbæ, alioqui erit trochaicus quadratus catalecticus. Decimusſextus autem eſt iambicus tetrameter catalecticus, & re ſyllaba in meretrix longatur. In decimonono vel s, eliditur in Quibus, vel In à ſuperiore verſu, vel deniq; creticus eſt loco primo. In viceſimo proceleuſmaticus eſt loco primo. In viceſimoprimo vel mane, vel caue, ſecunda correpta legendum: quanquam vel amphibrachys loco primo, vel bacchius loco ſecundo intelligi poteſt. In viceſimoſeptimo: Eho à priore eliditur verſu. In triceſimoſecundo: Adſuerunt triſyllabum eſſe ait Eraſmus, ſed non eſt ita, imò tetraſyllabum eſt, & carmen pulchrè incedit, vt mirer quid ille ibi hæſerit. Eodem modo fallitur in carmine triceſimoquinto: vbi ait s, in Magis eliditur, quod non puto. nam in penultimo loco anapæſtus eſt, nō dactylus cle magis ſed initio, vel Suam monoſyllabum eſt vel bacchius loco primo. In quadrageſimo verſu primo loco eſt proceleuſmaticus. In quadrageſimoſecundo, vel bacchius eſt loco primo, vel Eam eſt monoſyllabum. In quadrageſimoquarto s, eliditur in Quis, vt annotauit Eraſmus, quanquam & Pæan ſecundus eo in loco poni poteſt. In ſeptimo à fine, rectè Eraſmus bis intus legit, alioqui carmen non conſtat. Mirum verò quomodo id tranſilierit Ruius. Qui ſuperius in prouoluam, peruoluam, non ſatis mihi explicat, vtrum vtrobique legendum præceperit Donatus, vt ſit πταρόμιον. Quanquam in Donato planè duo videntur Commentarij. In penutimo verſu prorſus illi aſſentior legendum eſſe, hem prædiceres.* *Cōmentarij duo vidētur in Donato.*

DONATVS R EVERTOR. ⸣ *Adeſt nunc ipſe Chremes, cuius cauſa ſcena fraudibus inſtructa eſt, ne promiſſas compleat nuptias.* ⸢*Vt iubeā accerſi.* ⸣ *Rectè iubeam: quia ſumma poteſtas nuptiarum in patre puellæ eſt.* ⸢*Sed quid hoc?* ⸣ *Non interrogantis, ſed mirantis & non intelligentis eſt: & apparet cum non oculis prius, quàm corporis offenſu puerum ſenſiſſe latentem.* ⸢*Puer herclè eſt.* ⸣ *Ornatiua particula eſt Herclè.* *Herclè.* ⸢*Mulier.* ⸣ *Magis, quam Myſis.* ⸢*Vbi illic eſt?* ⸣ *Dauū quærit, qui nunc abſceſſit, vt & ipſe de foro venire videatur.* ⸢*Non mihi reſpondes?* ⸣ *Bene non reſpondes. Se enim memor eſt vetitam quicquā dicere, niſi ſubſeruiat orationi Daui.* ⸢*Reliquit me homo.* ⸣ *Mirè hominem, nō Dauum dixit: vt etiam ſi audiat Chremes, incertam perſonam hominis audiat, non Dauum.* *Dij veſtrā fidem.* ⸢*Dij veſtram fidem.* ⸣ *Aduerbium admirantis cum exclamatione.* ⸢*Quid turba eſt apud forū?* ⸣ *Hæc verba ſunt venientis de foro.* ⸢*Quid illic hominum litigant?* ⸣ *Legitur & litigat.* ⸢*Tum annona cara eſt.* ⸣ *Comminiſcentis eſt potius, quàm alicui referentis.* ⸢*Quidnam aliud dicam?* ⸣ *Hoc poſt ſpectatores.* ⸢*Cur tu obſecro hîc me ſolam?* ⸣ *ἀποσιώπησις tertia.* *Apoſiopeſis.* ⸢*Fabula.* ⸣ *Fabulam ſe dicit audire, qui rei principiū, rationèmq; ignorat.* ⸢*Eho.* ⸣ *Eho.* *Eho. interiectio eſt, vel principium animaduerſionem in ſe poſcentis, aut repentè cernentis.* ⸢*Hîc neminem video.* ⸣ *Callidè affirmat nō ſibi viſum Chremem, cum & præuiderit venientem, & præſentem videat.* ⸢*Miror vnde ſit.* ⸣ *Miror veteres cū Vnde, pro neſcio ponebant. nam admiratio ab ignorantia deſcendit. Plautus, Ne quis miretur qui ſim, paucis eloquar.* *Miror vnde.* ⸢*Au.* ⸣ *Au* *Interiectio cōſternatæ mulieris.* ⸢*Concede ad dexterā.* ⸣ *Et bene dexteram, ſiniſtra enim venit Chremes: & non vult proximum ei Chremetem, ſed iuxta. ſuprà enim dixit, Ego quoque hinc ab dextera venire me adſimulabo.* ⸢*Delitas, non tute ipſe?* ⸣ *Deeſt, eum mihi dediſti. Sed & ſuprà, & nunc interturbat Dauus: ne mulier totum dicat.* ⸢*Nō tute ipſe?* ⸣ *Summiſſa voce.* ⸢*Verbum ſi mihi vnum.* ⸣ *Accommodatè comminatur Dauus: penè enim Myſis vniuerſa narrabat.* ⸢*Præterquā quod te.* ⸣ *Hoc & ſenſim, & vt ſenex ſentiat, pronuntiari poteſt.* ⸢*Faxis caue.* ⸣ *Geſtu comminantis eſt, & vultu: vt ſuſpēderet comminationem, deinde inferret geſtum. Ordo, Caue faxis.* ⸢*Malè dicis.* ⸣ *Cum contemptu loqueris, conuitium facis. Apparet ergo malè dicis lentius eſſe dictum, cum ſubiungit, Dic clarè.* *Malè dicere.* ⸢*Malè dicis.* ⸣ *Nouè malè dicis pro cōminatione poſuit, cum pro conuitio ſoleat poni. Niſi fortè, quia contumeliæ genus eſt comminatio. Quidam putant eſſe vnam perſonam,*

## ACTVS IIII. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

IN hac ſcena Chremes puerum ex Glycerio natum audit, & illam ciuem eſſe Atticam, vt ſic à nuptiis deterreatur.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena inducitur Chremes audiens de puero Pamphili ex Glycerio: ob cuius interuentum, ſcena illis fraudibus inſtructa eſt, ne promiſſas compleat nuptias.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

REdit Chremes, & dolis Daui deterretur, ne det filiam ſuam Pamphilo. Ac confeſsione ancillæ Chremeti perſuadere vult, filium iſtum Pamphili eſſe.

*Senarij ferè, paucis admiſtis Octonariis.*

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

REuertor,poſtquam quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ,paraui,vt iubeam acceſſi: ſed quid hoc?
Puer hercle eſt. Mulier túne appoſuiſti hunc?
MYSIS. vbi
Illic eſt? C. non mihi reſpondes? M.hem.
nuſquam eſt. væ miſeræ mihi,
Reliquit homo me, atque abiit. D. dij voſtram fidem.
Quid turbæ eſt apud forum? quid illic hominum litigant?
Tum annona cara eſt. quid dicam aliud, neſcio.
M. Cur tu obſecro hîc me ſolam? D. hem, quæ hæc eſt fabula?
Eho Myſis,puer hic vnde eſt? quíſve huc attulit?
M. Satín' ſanus es,qui me id rogites? DA. quem igitur rogem,
Qui hîc neminem alium * video? C. miror vnde ſit.
D. Dicturán' quod rogo? M. au. D.concede ad dexteram.
M. Deliras non tute ipſe? D. verbum ſi mihi
Vnum,præterquā quod te rogo,faxis,caue.
M. Malè dicis. D.vnde eſt?dic clarè. M. à vobis. D.* ha, he.
Mirum verò impudenter mulier ſi facit meretrix.
C. Ab Andria eſt ancilla hæc,quantum intelligo.
D. Adeóne videmur vobis eſſe idonei,
In quibus ſic illudatis? C.veni in tempore.
D.Propera adeò puerū tollere hinc ab ianua.
Mane,caue quoquam ex iſtoc exceſſis loco.
M.Dij te eradicent:ita me miſeram territas.
D. Tibi ego dico,an non? M. quid vis? D. at etiam rogas?
Cedò cuium puerum hîc appoſuiſti?dic mihi.
M. Tu neſcis? D. mitte id quod ſcio: dic quod rogo.

*videam

* ab ab ab.

Daui ſcilicet, dictum ſuperius Myſidis non ſatis manifeſtum Chremi, in maledicti ſimilitudinem deriuantis. ⁋Vnde eſt, dic clarè.} Hîc expreſſius dixit.⁋A vobis.} Quia à vobis parum intelligebatur, hîc addidit morem meretricis: vt vel ſic intelligat ſenex. ⁋Mirum verò.} Sæpe ad εἰρωνείαν refertur. ⁋Impudenter mulier ſi facit.}Bono ordine locutus eſt. primò enim cauſa impudentiæ natura eſt: deinde conditio.⁋Adeón' videmur vobis eſſe idonei.} Idoneus eſt aptus ad omnia,& bona & mala. ⁋In quibus ſic illudatis?} Et illudo in te, ſeptimo caſu:& illudo te, accuſatiuo dicimus.ſed in primo ſuperuacuum eſt: vt ſit, quibus illudatis.⁋Ab Andria eſt ancilla hec.}Effecit quod volebat Dauus. nam intellexit Chremes ex qua ſit Pamphilo nat' puer. ⁋Adeón'.} Adeóne,an adeóne ad eum. ⁋Veni in tempore.} Cum prouiſus ſit,interueniſſe putat.⁋Veni in tempore.}Oppotunè. nos ſine præpoſitione dicimus, tempore & tempori.⁋Propera adeò puerum tollere.}Hic verſus clarè dicitur: ſequens,ne ſenex audiat,preſſè. ⁋Caue quoquā ex iſtoc exceſſis loco.} Neceſſariò Dauus retinet Myſidem,nondum enim omnia audiuit Chremes, nondum comperit vnde ſit mulier,& puer, de quo ſuſceptus ſit. Exceſſis, pro excedas: vt faxis, pro facias. ⁋An etiam rogas?} Rurſum iurgiū repetit, & turbulentam orationem. ⁋Cedò.} Cedò idem ſignificat quod dic,& da mihi.Ergo repetitionem ſignificat,non ſuperuacuā orationē: & eſt dictū cum quadā fiducia, & contemptu eius cū quo ſermo eſt,interrogantis aliquid. ⁋Mitte id quod ſcio.} Hoc lentius, & ſummiſſè. ⁋Hem,quid Pamphili?}Apparet mulierem Veſtri & Pamphili lētius pronūtiaſſe,quàm Dauus vellet:& ideo nunc repetiſſe nomen noſtri, & Pamphili. ⁋Hem,quid Pāphili?}Duas res operatur Dauus ſimul, & vt ignariſſimum ſe oſtendat,& vt Pamphilus nominetur.Et argutè repetit nomē Pamphili: quaſi per indignationem, vt ſoceri auribus adoleſcentis nomē inculcet. metuit enim,ne non audiat velut ſenex.⁋Rectè ego has.} Et hîc efficit quod voluit Dauus, vt Pamphili Chremes puerum eſſe cognoſcat,& recuſet generum. ⁋Has.}Id eſt huiuſmodi.⁋ô facinus animaduertēdum.} ἀποσιώπησις quarta.⁋Quid clamitas?} Clamauit enim Dauus, vt puerum audiret Chremes.⁋Quémne ego heri vidi ad vos adferri veſperi?} Vult negando irritare mulierem ad confirmanda quæ vult.⁋O hominem audacem.} Exclamatio Myſidis, teſtimonium veritatis eſt. ⁋Verum vidi Cātharam ſuffarcinatam.} Vide infirmum argumētum. prius,vidi puerum afferri, dixit: pòſt,non puerū,ſed Cantharam ſuffarcinatā. Canthara,nomē eſt anus.Et hoc dicit, vt leuiter redarguat Myſidem,non vt vincatur. hoc enim vidiſſe ſe innuit, Cantharam ſuffarcinatam, nō puerum portantē. ⁋Suffarcinatam.} Proprium eſt anibus ſuffarcinatas eſſe,vt Perſius, Pannucia Baucis. Et Plautus Doliarem,claudam,craſſam.⁋Cum in pariundo aliquot affuerunt liberæ.} Indicium ſecuta confirmatio eſt,quam expreſſit Daui refutatio.ſupereſt etiā vt & concludatur effectus doli,negante Chreme ſe daturū filiā: quod ſubinde efficit Dauus dolo.⁋Aliquot liberæ.}Nec paucæ,nec multæ.⁋Liberæ.}Teſtimonia libera contra ſeruum. Et hoc proprium Terentij eſt. nam de Romano more hoc dixit. ⁋Næ illa illū haud nouit.}

Næ valde.

Mirū verò. Idoneus. Illudere. In tēpore. Tempore. Tempori. Exceſſis. Faxis. Cedò. Has. Apoſiopeſis. Canthara. Suffarcinatus. Aliquot.

M. Veſtri. D. *cuius veſtri? M. Pamphili.
D. hem, quid Pamphili?
M. Ebo, an non eſt? C. rectè ego ſemper fugi has nuptias.
D. O facinus animaduertendum. M. quid clamitas?
D. Quémne ego heri vidi ad vos adferri veſperi.
M. O hominem audacem. D. verum vidi Cantharam
Suffarcinatam. M. diis pol habeo gratias,
*Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.
D. Næ illa illum haud nouit, cuius cauſa hæc incipit.
Chremes, ſi poſitũ puerũ ante ædes viderit,
Suam gnatam non dabit. tanto hercle magis dabit.
C. Non hercle faciet. D. nunc adeò, vt tu ſis ſciens.
Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediã viã
Prouoluam, téque ibidem peruoluam in luto.
M. Tu pol homo non es ſobrius. D. fallacia
Alia aliam trudit. iam ſuſurrari audio,
Ciuam Atticã eſſe hanc. C. hem. D. coactus legibus
Eam vxorem ducet. M. ebo, obſecro, an non ciuis eſt:
C. Iocularium in malum inſciens penè incidi.
D. Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus aduenis.
Auſculta. C. audiui iam omnia. D. *ah, *ne tu omnia.
C. Audiui inquam à principio. D. audiſtin' obſecro? hem
Scelera. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ille eſt: non te credas Dauom ludere.
M. me miſeram, nihil pol falſi dixi, mi ſenex.
C. Noui rem omnem. ſed eſt Simo intus?
D. *eſt.
M. Ne me attingas ſceleſte. ſi pol Glycerio non omnia hæc.
D. Ebo inepta, neſcis quid ſit actũ. M. *quid ſciam?

*cuiuſnam? — Næ valdè. Cicero, Næ illi vehementer errant. ¶ Chremes, ſi poſitum puerum. } ἐν ὑποκρίσει. Et eſt μίμησις. tranſit enim à miſto ad imitatiuum characterem. ¶ Næ illa illum. } Chremetem ſcilicet. ¶ Chremes ſi poſitum puerum. } μίμησις, quando aliqua verba ſic pronuntiamus, vt vana videantur. ¶ Non hercle faciet. } Bene enim de ſe tertiam perſonam fecit, vt ſuprà, At nunc faciet. ¶ Vt tu ſis ſciens. } Eloquenter. ſic enim veteres pro ſcias dixere. ¶ In mediam viam prouoluam. } Bene in mediam viã: quia ante fores poſitus iacebat. ¶ Téque ibidem peruoluam in luto. } De proximo παρόμοιον repetit. Et quando nomina ſunt, παρονομασία quando verba, παρόμοιον dicitur. ¶ Prouoluam. } Id eſt porrò voluam. & dolo quidem minatur quod facturus nõ eſt: verùm ſedulò id agit, vt iã puer tollatur è medio: ſimul eũ ſeruat Chremeti: vt ipſe recuſet generum, non vt à quoquã paſſus videatur iniuriam. ¶ Tu pol homo nõ es ſobrius. } Sobrius, eſt ſanæ mentis, quaſi ſebrius, hoc eſt ab ebrio ſeparatus, ſecretus, ſeparatus ab iis qui diſcernuntur. ¶ Fallacia alia aliã trudit. } Prouerbiũ. cui ſubiacet, memorem mendacem eſſe oportere. ¶ Ciuẽ Atticã eſſe hãc. } Tranſit ad imitationẽ. ¶ Ebo. } Interiectio eſt conturbatæ mulieris. ¶ Iocularium in malum. } E contrario pro graui, & moleſto, ac nimio. Iocularium igitur κατ' ἀντίφρασιν. ¶ Quis hic loquitur? ô Chreme. } Principium loquendi Dauus Chremeti dat, perfecturus quæ ipſe conatus eſt. ¶ Per tempus aduenis. ¶ Id eſt per tẽpus, quod in tẽpore: aut certè per tempus, tempeſtiuè. ¶ O Chreme, per tempus aduenis. } Aſtutè, quaſi eum nũc primùm viderit. ¶ Ah, ne tu omnia. } Aut nec pro nõ legitur. aut ne tu omnia, vt ne producatur, & accipiatur pro nõ. ¶ Tu omnia. } Audiſti, ſubauditur. ¶ Audiſtin' obſecro? hem. } Exultans Dauus infert, & inculcat frequenter repetendo. ¶ Audiſtin' obſecro? hem. } Difficilè credendo, affirmat ſe non ſciuiſſe præſentem Chremetem: vt hac confirmatione nihil illum de ſe faciat ſuſpicari. ¶ In cruciatum. } Non in crucẽ, ſed cruciatum. ¶ Hic ille eſt. } Cum ἐμφάσει, quaſi vir magnus. ſed hoc, Chremetem oſtendens, dicit cũ εἰρωνείᾳ. ¶ Non te credas Dauum ludere. } Virgilius, Non Diomedis equos, non currus cernis Achillis. ¶ Mi ſenex. } Bene ſenex, quia quaſi alienior eſt, & ignotus Myſidi. Mi, ſuppalpatio muliebris. ¶ Ne me attingas. } Quædam oſtenduntur apertè in comœdiis: quædã ex aliis perſonis intelligũtur. ¶ Si pol Glycerio nõ omnia hæc. } ἀποσιώπησις tertia, quòd alienæ perſonæ interuentu reticeatur. Fiũt autem ἀποσιωπήσεις, id eſt reticentiæ tribus modis. aut enim tacet per ſeipſum, & ad aliũ tranſit: & eſt prima. aut tacet, nec vltrà aliquid dicet: & eſt ſecunda. aut alterius interuẽtu perſonæ ſilet: & eſt tertia. ¶ Neſcis quid ſit actum. } Neſcis plerunque dicitur ei, nõ quem volumus redarguere imperitiæ, aut ignorantiæ, ſed quem facere volumus vt velit libẽter audire. ¶ Paulum intereſſe. } Nouè pro multũ. Et eſt ταπείνωσις σχῆμα. ¶ Ex animo omnia, vt fert natura, facias. } Figura ἐπεξήγησις. Nam quid eſt ex animo, niſi, vt fert natura? Et hæc ſentẽtia à Terẽtio ἐρωτηματικῶς prolata eſt: quam Menander τῶ δεικτικῶς poſuit. ¶ Vt fert natura. } Hoc eſt, naturalis & ingenita actio. ¶ An de induſtria? } Id eſt ſcientia, & prouidẽtia. ea enim quæ diſcimus

Marginal notes, left: *cuiuſnam? — Mimeſis. — Sis ſciens. — Paronomaſia. — Paromœon. — Prouoluere — Sobrius. — Fallacia alia aliam trudit. — *nec — Ebo. — Iocularium Antiphraſis. — Per tẽpus. — Nec.

Marginal notes, right: Ne. — *cuius noſtri? — Ille. — *Quòd — Mi. — Apoſiopeſis fit trib. modis. — Neſcis. — *an hæc tu omnia? — Paulum. — Ex animo. — Epexegeſis. — Vt fert natura. — *int⁹ eſt. — Induſtria. — *qui

D. Hic ſocer eſt. alio pacto haud poterat fieri,
Vt ſciret hæc, quæ voluimus. M. prædiceres.
D. Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia
Vt fert natura facias, an de induſtria?

& ſcimus, operatione genita & induſtria quadam ſcimus. vt Virgilius, Et cui putre ſolum, nanque hoc imitamur arando.

ADRIA. BARL. Poſtquam paraui. } Parari iuſſi. ſuprà enim dixerat, domum modò ibo, vt apparentur dicam. Ita ferè loquentes, hanc domum ædificaui, non id volumus noſtris eam manibus, ſed iuſſu factam eſſe. ¶ Sed quid hoc eſt. } Donatus dicit eſſe mirantis, & non intelligentis. ¶ Vbi illic eſt. } Videtur Myſis iam paululum à foribus abiiſſe, oculis Dauum requirens, quem ſubitò amiſerat. vnde aliud agens non audiuit loquentem Chremetem, & ideo talis inducitur Myſis, ne Chremes fraudem ſubeſſe ſuſpicetur, quod ſuſpicari potuiſſet, ſi vel Myſidem, vel Dauum putaſſet aduentus ſui non ignarum eſſe.

Mulier. ¶ Mulier tun' appoſuiſti hunc? } Bene mulier, Myſidem enim Chremes neſciebat, & mulier hîc ſexum, non eam ſignificat, quæ virum paſſa eſt. ¶ Hem nuſquam eſt. } Nuſquam hîc non de locis omnibus, ſed de his duntaxat, quæ videbat dicitur. ¶ Reliquit me homo. } Authore Donato, mirè hominem, non dauum dixit, vt etiamſi audiat Chremes, incertam hominis perſonam audiat, non Dauum. ¶ Dij voſtram fidem. } Nunc veniens à dextra Dauus, à foro ſe venire ſimulat, ne ipſe putetur appoſuiſſe puerum, & Chremes audiat eum puerum è Pamphilo natum. Putabat enim hoc pacto ſe effecturũ, vt filiam ſuam Pamphilo iterũ negaret Chremes. ¶ Quid illic hominum litigant. } Ita eruditi quidam legendum cenſent, non quot hominum. Eſt au-

Synthesis. tem Syntheſis, Nominatiuus enim ſenſu, non etiam voce adhæret verbo pluratiuo. & eſt quid hominum, pro quantum hominum, vel quot homines litigant. ¶ Litigant. } An accipiendum eſt pro controuerſias agunt? Nam forum ſignificat & locum vbi cauſæ tractantur. an dixit litigant pro altercantur? Sequitur enim, tum annona cara eſt, vnde intelligi datur quem locum, fori vocabulo intellexerit.

Annona. ¶ Tum annona cara eſt. } Annonam grammatici vnius anni alimoniam eſſe volunt, nec frumẽti tantum, ſed aliarum quoque rerum. ¶ Cur tu obſecro hîc me ſolam? } Eclipſis eſt, & addidiſſet Myſis reliquiſti, niſi Dauus cœptam ab illa interrogationem abrupiſſet, Volebat enim Chremetem ce-

Hem. lare quòd prius adfuiſſet. ¶ Hem, quæ hæc eſt fabula? } Hem quibuſdam hîc eſt indignantis, aliis admirantis interiectio, vt ſimulet ſe Dauus admirari quid velit Myſis, quo minus

Fabula nõ vno modo ſumitur. Chremes ſuſpicetur eũ adfuiſſe. ¶ Quæ hæc eſt fabula. } Fabula ſignificat interdum ſermonẽ: vt illic, Sine capite fabula. Nam & Eraſmus ita effert, ſine capite ſermo. quomodo etiam accipitur, ſi dicas, fecit me fabulam vulgi. Quid ſi etiam hoc ita interpreteris, vt ſit, quis hic eſt ſermo? quid ſibi hæc verba volunt? Quandoquè fabula ſignificat ſtultiloquium, vt ſi dicas aniles fabulas. Poteſt fortaſſe & ita hîc accipi. ¶ Eho Myſis. } Donatus dicit eſſe interiectionem

Vnde. repentè cernentis. ¶ Puer hic vnde eſt? } Vnde, hîc non ſignificat ex quo loco, ſed à quo, vel à quibus, vt ſit, cuius

Ve. eſt? ¶ Quiſve huc attulit? } Quid ſi dicas, ve hîc copulatiuam eſſe? ¶ Satin' ſanus es, qui me id rogites? } Vult Myſis inſanum eſſe. Sanum dicimus qui non eſt inſanus, qui

Inſania. non laborat inſania. Eſt autem Latine inſania authore Celſo, teſte Budæo, quam Græci phreneſim vocant. Phreneſis acutus morbus eſt in febri ſuperueniens, cum ægrotantes deſipiunt, & aliena loquuntur. Myſis ergo Dauũ rogat ſanũſne ſit, quòd aliena loqui videatur. ¶ Qui hîc neminem alium videam. } Donato authore, callidè affirmat ſibi nõ viſum Chremetem, cum præuiderit venientem, & præſentem etiam videat. ¶ Miror vn-

de ſit. } Eodem authore veteres Latini miror cum vnde, pro neſcio vſurpabant. Admiratio enim ab ignorantia deſcendit. ¶ Non tute ipſe. } Hoc ſubmiſſa voce dicitur. ¶ Male- Miror vnde.

dicis. } Poſuit pro comminaris, quibuſdam enim contumeliæ genus eſſe videtur comminatio. ¶ Mirum verò. } Dauus, vt putet Chremes nihil eius conſilio fieri, ſumit aduerſarij perſonam, & quicquid Myſis dicit confutare conatur. ¶ Si Maledicis.

facit meretrix. } Differt hoc meretrix à proſtibula, quòd illa propriè eſt, quæ honeſtius quæſtum capit, copiam ſui ſecretius faciens noctu tantùm: hæc verò quæ ante ſtabulum ſtat quæſtus nocturni, ac diurni gratia. ¶ Ab Andria eſt ancilla. } Pro Andriæ, & Andria pro Glycerio antonomaſia eſt. Poſuit enim appellatiuum proprij loco, quemadmodum fecit Iulianus impiiſsimus, cum accepto vulnere dixit, vicisti Galilæe. Ex his autem verbis apparet Dauum, vt Donatus annotauit, quod volebat effeciſſe, nam Chremes intellexit Pamphili hunc puerum & Glycerij eſſe. Vobis eſſe idonei. Idoneus dicitur aptus ad omnia tam mala quàm bona. ¶ Caue quoquã ex iſtoc exceſsis loco. } Si velis omnem diligẽter antiquitatem perſcrutari, multa inuenies anomala & ecliptica verba, vt exceſsis, irritaſsis, locaſsim, prohibeſsis, faxis, duint, leuaſſo, ſupplicaſsis, negaſsis, adaſſint, duas, ſeruaſsis, pro excedas, irrites, locauero, aut locem, prohibeas, tãgas, dent, leuo aut leuabò, ſupplices, neges, adſigant, des, ſerues, In his & ſimilibus vſurpandis, immodicus eſt Plautus Comœdiarum ſcriptor Terentio antiquior. His enim temporibus Romæ vixit, & in ſcena præſtitit, quibus in ciuitate Publius Scipio Fuluius Nobilior, & Marcus Cato excellentes habiti ſunt. Terentius autem per ea tempora in ſcena floruit, quibus præclari atque egregij ciues Romæ habiti ſunt, M. Marcellus, P. Scipio, Quintus Fabius Maximus. ¶ Dij te eradicent. } Te totum quantus es tollant. Quæ enim eradicantur, tota conuelluntur. Ducta eſt tranſlatio ab herbis vel arboribus, quas eradicari dicimus, quando vnà cum radicibus euelluntur. Meretrix. Proſtibula. Verba anomala. Eradicare.

¶ Ita me miſerã territas. } Ita hîc adeò, ſiue in tantum ſignificat, vt ſuprà. Non dubium eſt quin vxo. no. Pam. Ita Dauum modò timere ſenſi. ¶ At etiam rogas? } At increpationi apta particula eſt, & etiã pro adhuc accipitur, vt ſit iam faceres quod tibi dico, & quæris adhuc? ¶ Cuium puerũ. } Venuſtè ſed antiquè dixit, cuium puerũ, pro cuius puerum, vt Vergilius Ecloga tertia: Dic mihi Damœta, cuium pecus, an Melibœi? Nam vt eſt meus mea meum, ita olim flectebant cuius cuia cuium. ¶ Tu neſcis? } Vultuosè pronuntiandũ, & emphaſim habet, vt ſit, Tu qui ipſe ex ædibus noſtris puerũ tuis manibus extuliſti, mihiq; dediſti, neſcis cuius ſit? ¶ Mitte id quod ſcio, dic quod rogo. } Summiſsè proferendũ eſt, hoc ſenſu. Dicis me ſcire cuius hic ſit puer, ſed omitte, & tace id quod ſcio, & reſpõde ad id quod interrogo. ¶ Veſtri. } Priſciano authore, poſſeſsiua pronomina nõ rarò ſine nomine proferun- Ita. At. Cuius, cuia, cuium.

*proferuntur, maximè cum de dominis, vel coniugibus, vel amicis mentio ſit. & citat hoc exemplum, in quo intelligi velit domini, vel herilis filiis. ſed Dauus hoc reſponſo non contentus, quod nimis obſcurum eſſet, nec ſatis apertè deſignaret Pamphilum, vlterius rogandum putat. ¶ Pamphili? } Videtur Myſis Pamphili, lentius, & minus clarè pronuntiaſſe quàm vellet Dauus. ideo nunc repetit nomẽ Pamphili, ſimul id agens vt planè ſe totius negotij ignarũ oſtendat. ¶ Hem quid Pamphili? } Clamorem Dauus affectat, quòd timeret, ne Chremes non audiret, hebeſcente iam præ ſenio auditu. ¶ Eho an non eſt? } Miratur Daui impudentiam. & quando per non, interrogamus, non id agitur vt reſpondeas neſcienti, ſed vt cogaris aſſentiri ſcienti. vt cum dicam, non commodaui tibi codicem? Volo per hunc loquendi modum te cogere vt mihi id ſcienti aſſentiaris. ¶ Rectè ego ſemper fugi has nuptias. } Hîc quod volebat effecit Dauus, nam Chremes re intellecta quòd puer ſit Pamphili, generum recuſat ¶ O facinus animaduertendum } Exclamatio eſt cum indignatione. O facinus animaduertendum. Id eſt factum puniendum ab his, qui poteſtatem habent ordine, ac rite puniendi. ¶ Quémne ego heri vidi adferri veſperi? } Hoc dicit, vt mulierẽ irritet ad confirmanda, quæ vult, & eſt Eclipſis, vt ſit eúmne puerum Pamphili dicis eſſe, quẽ ego heri vidi ad vos adferri veſperi? ¶ O hominẽ audacem? } Myſidis exclamatio, veritatis teſtimonium eſt. & videtur hîc audax pro impudente accipi. ¶ Verum vidi Cantharam ſuffarcinatam. } Donatus adnotauit hoc infirmũ argumentum eſſe, quod prius dicit vidiſſe ſe puerũ adferri, & poſtea Cantharam ſuffarcinatã, ſed ita dicit, vt leuiter Myſidem redarguat, non vt vincat. ¶ Suffarcinatã. } Tantùm hîc Donatus annotat proprium eſſe aniculis ſuffarcinatas ire. Ceterùm ſuffarcinatam, id eſt quod tardatam, degrauatam, oneratam, quaſi dicat puerum portantem. Plautus, Tum iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant, qui incedunt ſuffarcinati cum libris, cum ſportulis. ¶ Dijs pol habeo gratias. ¶ Vallenſis libro quinto elegãtiarum, Rarò, inquit, gratiam dijs habere dicimur, quoties agnoſcimus, & apud nos ipſos fatemur ab illis beneficium accepiſſe citra ſpem gratiam referendi, & citat hunc locum. ¶ Aliquot adfuerunt liberæ. } Syluius progymnaſmatum centuria II. In arte dicendi artifices, inquit, primarij id obſeurant, vt vbi ſemidoctum vulgus dicit, neſcio quot, ipſi aliquot vſurpant. Suetonius. Aliquot ante annos Lucij Saturnini ſeditioſum tribunatum Senatus coërcuerat. Cicero: Accepi aliquot à te epiſtolas vno tempore, quas tu diuerſis temporibus dederas. Aliquot liberæ. } Ideo dicit liberæ quod ſeruis teſtimonij dictio non eſſet. ¶ Næ illa illum haud nouit. ¶ Priſciano & Donato næ pro valde accipitur. Laurentius mauult nobis idẽ ſignificare quod Græcis, quibus certè vel profectò ſignificat. Habet diphthongũ, frequens dictio Ciceroni & Quintiliano. ¶ Non herclè faciet. } Figura quæ fit per commutationem perſonarum, & gratiæ plurimũ habet. ¶ Téque ibidem prouoluam in luto. } Solœcum eſt. cum enim prouoluo ſit verbum motus, dicendum fuit, eodem prouoluam in lutum. Hæ Daui minæ ſpectare eò videntur vt Chremes omnino putet, hunc puerum ipſius opera & conſilio nõ eſſe appoſitum ante fores, & dolo ea minatur Dauus, quæ facturus nõ eſt. ¶ Non eſt ſobrius. } Sobrius eſt ſanæ mentis, quaſi ſebrius hoc eſt ſeparatus ab ebrio. ¶ Fallacia alia aliam trudit. } Eraſmus Chiliadæ ſecunda: Donatus, inquit, admonet prouerbiali figura dictum, & ſumptũ eſſe à conſuetudine conantium fallere, ac dolos dolis conſarcinantium, ne deprehendantur. Vnde conſutis dolis dixit Plautus, & ſutelas huiuſmodi technas, & δόλους ὑφαίνειν apud homerum, id eſt dolos texere. ¶ Coactus legibus eam vxorẽ ducet. } Cur legibus potius quàm lege? an quòd Dauus velit non vna tantùm, ſed omnibus eum legibus huc compelli poſſe, quo magis Chremetem deterreat? Vnius enim authoritas, legis facilius eliditur quàm multarum. ¶ Iocularium in malum, } Pro gratui dixit & moleſto per antiphraſim. ¶ Per tẽpus aduenis. } Per pro in accepit, vt ſit, in tempore. & aſtutè hoc Dauus, quaſi eum nunc primùm viderit. ¶ An hæc tu omnia. } Tu emphaſim habet, vt ſit, Tu qui nunc primùm venis, quæ emphaſis mirè conuenit Dauo, ¶ Hem ſcelera. } Hem indignantis eſt. Simulat enim aſtutiſſimus Dauus indignari ſe facto Myſidis, ne Chremes ſuſpicetur eius conſilio factum, & iuſſu. ¶ In cruciatum. } Non ſignificat in crucem, ſed ad pœnam. ¶ Hic ille eſt. } Per ironiam cum emphaſi. Senſus enim eſt. Hic eſt magnus ille Chremes de quo agebam. Habet & illud emphaſim. Non te credas Dauum ludere, vt ſit, non te credas hominem ſeruum ludere. Et quod dicit, Te Dauum ludere, Amphibologia eſt, quam ſuſtuleris ſi dicas abs te Dauum ludi. ¶ Noui rem omnem. } Hoc Myſidi: ſed quod ſequitur, Eſt Simo intus? Dauo dicitur. ¶ Eſt. } Elegans eſt ſi quis per idem verbum quo interrogatus ſit reſpondeat potius quàm per ita. Sic & Plinius in epiſtola ad Auitum libro ſecundo: Etiámne libertos? etiam. ¶ Ne me attingas ſceleſte, ſi pol Glycerio non omnia hæc. } Ex his verbis colligere licet quòd Dauus demulcere Myſidem voluerit, quo eam placaret, quam neſcientem quid ageretur, verbis ſuis irritauerat. ¶ Ne me attingas ſceleſte. } Ne manum mihi admoueas. ſceleſtum vocat, tum quòd mentitus eſſet, tum quòd illi ſuccenſeret. ¶ Pol Glycerio nõ omnia hæc. } Minantis eſt apoſiopeſis. Nam quod orationem non abſoluit, in cauſa eſt Dauus, qui interpellat. Subaudiri poteſt dixero. Si Glycerio non omnia hæc dixero, precor vt me dij deǽque perdant omnes. ¶ Eho inepta. } Eho, familiariter eſt reprehendentis. ¶ Inepta. } De ſignificantia nominis ineptus apud Ciceronem libro ſecundo de Oratore. Craſſus, Ego, me hercle inquit, Cæſar, ex omnibus Latinis verbis, huius verbi vim vel maximam ſemper putaui. Quem enim nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomẽ ductum habere, quòd non ſit aptus: idq; in ſermonis noſtri conſuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid poſtulet non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum quibus cum eſt vel dignitatis vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt: is ineptus eſſe dicitur. ¶ De induſtria. } Scientia, vt Donatus interpretatur. quæ enim diſcimus, induſtria quadam ſcimus.*

Non, interrogatiuum. — Audax. — Suffarcinatus. — Habere gratias diis. — Aliquot. — Næ. — Solœcum. — Fallacia alia aliam trudit. — Iocularium malum. — Hem. — Reſpondemus eleganter per idẽ verbũ quo fuerimus interrogati. — Ineptus.

LATOMVS.

*Argumentum, Hîc poſito puero ante ædes Simonis Dauus iurgans cum ancilla Chremetem abſterret ab affinitate Pamphili, ſed non impune. Et eſt hæc occaſio ſummæ epitaſeos, qua inter ſeſe perſonæ turbabuntur omnes.*

*¶ Vbi illic eſt. } Verba trepidantis & tacitè requirentis Dauum, qui ſe ad dextram ſubduxerat. ¶ Quid dicam aliud, neſcio. } Hoc ad ſpectatores Dauus. ¶ Eho Myſis. } Nunc incipit apertè iurgari. ¶ Concede ad dexteram. } Nictu auocat à ſene, vt quæ opus ſint clàm moneat. ¶ Ah, ah. } Ridentis.*

Ah, ah.

*Mirũ vero.* ¶Mirum verò.} Irriſoriè.& habet vim affirmatiuam hæc particula. ¶Mane caue.} Hoc tacitè, & eſt interminatio prohibentis ne tollat. ¶Cuius veſtri?} Data opera vult nominari Pamphilum.¶Verũ, vidi Cãtharam.} Verum,ſubaudi,eſt, & mox cõfirmat à ſigno.¶Suffarcinatam.}Id eſt, ſuccinctura tumetẽ. ¶Chremes,ſi poſitum.}Nominat Chremetẽ, cuius præſentiam diſſimulat. ¶Fallacia alia.}Id eſt, dolus dolo connectitur,prouerbialiter dictum ¶Iocularium in malum inſciens.} Ioco ac riſu dignũ. ¶Per tempus.}Id eſt, opportunè,aduerbialiter. ¶Hic ille eſt.} Emphaſis ſeipſum demonſtrantis.¶Sed eſt Simo.} Præparatio ad futurum congreſſum ſenum. ¶Prædiceres.} Prædicere debuiſſes, modus potentialis.

*Suffarcinatus.* *Fallacia alia aliam trudit.* *Iocularium malum.*

PETRVS MARS.

Reuertor,&c.} Verſutos homines,& callidos viros,miris modis & multiplici vaframento moliri deceptionem,nec eſſe cuiuis facile dolos interpretari ac verum diſpicere,docet hæc ſcena. Multos enim receſſus habet vita hominis & varias latebras,vt in Epiſtolis ſcribit Plinius. Et boni viri prudentia, quæ virtuti ſemper adhæret, malitioſorum verſutiis ac ſimulationibus ideo decipitur, quoniam ex ſe alios iudicat, nec ſimulationem putat id eſſe quo capitur, ſed officium. Plato libro tertio de Republica: Quapropter modeſti homines videntur ſtolidi, & qui facilè ab iniuſtis decipi poſſunt, tanquam qui non habeant in ſeipſis eadem, quæ habent improbi, affectuum exempla malorum. Cicero in actione tertia in Verrem,ſic ait: Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.Nam eum qui palàm eſt aduerſarius,facilè cauendo vitare poſſis.Hoc verò occultum, inteſtinum, ac domeſticum malum, non modò nec exiſtit, verùm etiam opprimit citò, antequã perſpicere, atque explorare poſſis.Hæc Cicero.Magna tamen ingenia ſunt,quæ ſumma malitia cõmodis alienis inſidiãtur,& quieti. Quapropter Plato libro ſexto de Repub. ſic ait: Atq; huius ingenij ſunt hi viri, qui nefaria ſcelera perpetrant & priuatim & publicè,atque item qui ſunt & priuatis & ciuitatibus bonorum ingentium authores.Exile verò ingenium nihil vnquam vel priuatim vel publicè magnũ efficiet. Veritas, inquit Plato in quinto de Legibus,tum diis, tum hominibus dux omnium eſt bonorum, cuius qui felix beatúſque futurus eſt,ſtatim ab initio particeps eſſe debet,vt in veritate plurimum temporis vitam agat. Idem in Phædone ſic ait: Is bene de ſe animóque ſuo ſperare poteſt,qui voluptates, quæ diſcendo percipiuntur,ſectatus,animum ſuo decorauerit ornamento: temperantia ſcilicet,iuſtitia,fortitudine, ac veritate. ¶Deliras, non tute,&c.} Delirare eſt exorbitare à recta ratione. Plin. libro decimooctauo ſic ait: Iacto ſemine, iteratio ſequitur,vel crate,vel tabula aratro adnexa quod vocãt lirare,operiẽtes ſemina: Vnde primum appellata eſt deliratio. ¶Eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?}Conſobrini dicuntur nati ex duabus ſororibus:Sobrini verò filij conſobrinorum:Patrueles,filij duorũ fratrum.

*Simulatio.* *Veritas.* *Delirare.* *Cõſobrini.* *Sobrini.* *Patruelis.*

RIVII *caſtigatio.* *Quot hominum.*

Quot illic hominum litigant?}Sic ferè cuncta exemplaria,& agnoſcit hanc lectionem Priſcianus libro decimoſeptimo,pro quot homines.Legitur tamen in quibuſdã, Quid illic hominum litigat? cuius Donatus etiã meminit. Per me integrum ſit lectori vtrumlibet ſequi. Vtrunque certè & ſenſus & carminis ratio admittit. ¶Iam ego hunc in mediã viam prouoluam,teq; ibidem prouoluam in luto.} Donatus peruoluam in luto legiſſe videtur, De proximo,inquit, παρόμοιον repetit. Libenter autẽ facit Poëta,vt παρομοίῳ vtatur, idque ad imitationem Plauti, quanquam is in eo nimius. ¶Vt ſciret hæc quæ volumus. MYS. prædiceres.} Nos,Hem prædiceres,quo modo in exemplaribus fideliſſimis inueni ſcriptum, nec aliter conſtat ſenarius. Perperam igitur omiſſa eſt interiectio illa hem. Sunt qui pro volumus voluimus ſuppoſuerint, videlicet quò conſtaret metri ratio, ſed contra veterum exemplarium fidem. Sit hoc quidem,vt eſt certè,leue. quia tamen ad lectionis emendationem pertinet, non fuit prætereundum mihi, aut diſſimulandum.Sequuntur grauiora.

EIVSDEM *annotatio.*

Hinc planè Daui aſtutiam clarè perſpicere eſt, vt miris conſiliis, appoſito ante ianuam puero, rogatáque Myſide, vndènam ſit, quiſve attulerit, perinde quaſi ipſe neſciat, Chremetem à nuptiis deterrere conetur. ¶—Dij veſtram fidem, Quid turbæ eſt apud forum?} Vide calliditatem ſerui, & vt ex tempore conſilium ceperit,ſatis aptum ſibi ac commodum. ¶Mirum verò, impudenter mulier ſi facit meretrix.} Sententia veriſſima: nihil enim non impudenter facit,quæ abiecto ſemel pudore,proſtituerit pudicitiam, corpúſque ſuum vulgo publicauerit. ¶—Venit in tempore.}Qui ſapit,dabit operam, vt in tẽpore veniat prudens, ac ſciens,non vt Chremes, imprudens: quanquam quomodocunque quis in tempore venerit, haud perinde refert,atque veniſſe. Hinc ille in Heaut.in tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt primum. ¶Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.} In mentem obiter hîc venit illius Liuiani de Verginia L. Verginij filia, quã Appio authore M.Claudius in ſeruitutẽ adſerere conabatur,puellam ſeruam domi ſuæ natam,furtóq; inde tranſlatam in domum Verginij,ac ſuppoſitam ei fuiſſe adfirmans, vt nimirũ prudentiæ cuiuſdam fuiſſe ſingularis videatur, id temporis adhibere liberas aliquot in pariũdo.Lege T.Liuiũ libro tertio ab Vrbe condita.¶Coactus legibus eam vxorem ducet.} Vtinam & apud Chriſtianos diligẽter hæ obſeruarentur leges:aut enim non vitiarentur tam facilè à Thraſonibus iſtis bonorum ciuium filiæ, aut honeſto certè matrimonio eam labem ignominiámque celarent, ac ſolarentur.

DOLETI *obſeruatio.* *Opus eſſe aliquid.*

Poſtquam, quæ opus fuere ad nuptias Gnatæ, paraui.} Ornatiora ſunt ex opere loquendi ducta genera, cum huic nomini ſubſtantiuũ adiungitur. In quo id obſeruabis,tunc velut indeclinabile vſurpari,& omneis ei adiuncti ſubſtantiui caſus admittere ſiue ſingulares, ſiue plurales: admittere item omnia ei adiuncti ſubſtantiui genera,vt in exemplis ſequentibus videbis. Cicero in Familiaribus: Dux nobis, & author opus eſt. Ibidem:Nos,ſi quid erit iſtic opus, defendes. Ibidem: Tu,quæ iſtic opus erunt,proſpicies. Ibidem: Is omnia pollicitus eſt, quæ tibi eſſent opus. Ibidem: Illud,mi Tyro, te rogo,ſumptui ne parcas vlla in re,quæ ad valetudinem opus ſit.Ibidem:Sulpitij tibi operam intelligo non multum opus fuiſſe. Plura exempla vide in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum.¶Satin' ſanus es?}Sanus nõ ſemper intelligitur de bona corporis valetudine:ſed extra corpus aliquando egreditur, & refertur ad animum, Cicero Familiarium vndecimo: Hoc animo ſcito eſſe omneis ſanos,vt mortẽ ſeruituti anteponant. Idem ad Atticũ ſecũdo:De Lolio ſanus non es. Id eſt parũ prudenter feciſti. Idem ad Atticũ nono: Miſi etiam Cæſaris ad eos ſana mẽte ſcriptas literas. ¶Concede ad dexteram.} Præter alias ſignificationes, quas multas habet hoc verbum concedere, pro abire. ponitur

*Sanus.* *Concedere, pro abire.*

ponitur elegantur pro abire. Cicero in Catilinam: Si te parentes timerent, atque odiſſent tui, neque eos vlla ratione placare poſſes, vt opinor, ab eorum oculis aliquò cõcederes. Terentius in Eunucho: Concedam hinc intrò. ⁋ Dij te eradicent. ⸥ Id eſt, funditus perdant, è medio tollant. Ducta metaphora ab herbis radicitus euulſis. ⁋ Per tempus aduenis. ⸥ Scilicet opportunè, tempori, in tempore. Terentius in Hecy. Sed video Phidippum per tẽpus egredi. ⁋ Audiui inquam à principio. ⸥ Sic loquitur ſæpe Cicero, vt, ad Atticũ: Acer mihi videor fuiſſe à principio. Ibidem: Vellem à principio te audiſſe amiciſſimè admonentem. Idem de Diuinatione:

Ex animo. Non poteras hoc à principio dicere. ⁋ Ex animo & vltro ſponte complectitur, ſed affectu quiddam habet, & ſtudio plenius: vt ſit ex animo, idem quod ſtudioſè, vel non diſſimulanter, ſed, verè, & apertè: quod etiam dicitur ex animi ſententia. Cicero Familiarium nono: Sed ego vno vtor argumento, quamobrem me ex animo, veréque arbitror diligi, quia & noſtra fortuna ea eſt, & illorum, vt ſimulandi cauſa non ſit. Idem Familiarium duodecimo: Cuius tibi negotia, quæ ſunt in Africa, ita commendo, vt maiore ſtudio, magiſve ex animo commendare non poſſim. Idem ad Quintum fratrem: Te ament ex animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulent. Idem in Piſonem: Equidem dicam ex animo, quod ſentio. Tu tamen ſic habe, non hîc hanc locutionem ſic accipi, ſed poni ex animo, pro inconſultò, & immeditatè. Quare ſic ſubdit Terentius, an id de induſtria

De induſtria. facias. Eſt autem de induſtria idem, quod data, vel dedita opera, cõſultò. Cicero in Verrem, Actione ſecunda: Sunt homines, quos libidinis, infamiæq; ſuæ neque pudeat, neque tædeat. qui quaſi de induſtria in odium, offenſionémq; Populi Romani irruere videatur. Idem in Bruto: Non verbum ita traiciat, vt id de induſtria factum videatur.

IOANNES THEODORICVS.

Verùm vidi Cantharam ſuffarcinatam. ⸥ Hîc cantharum legit Nannius, plurimúmque diſſidet ab aliorum interpretatione. Sed præſtat eius verba recenſere. Is (ait) qui hoc loco pro Aelio Donato ſe venditat, quum nihil ſit in iſtis verbis Donati, ſed potius aſſutela indoctiſſimi nebulonis, quod non vno in loco ſagax lector deprehendet, Canthara (inquit) nomen eſt anus. Id ſibi perſuaſit, quia id nominis in Phormione inuenitur. Hoc commentum cæteri tanquam ἀπόκλητον ſententiã ſequentes, idem interpretati ſunt. Primùm quæro, cur vt nota perſona à Dauo allegatur, quę nũquam antea introducta fuit? idne ex arte Terentiana eſt? vbi nihil ſtruitur, quod non ſuis & firmiſsimis fundamentis nixũ eſt. Apud Homerum, vbicunq; ignota perſona inducitur, multis titulis & deſcriptionibus exornatur. Iſta nec antea fuit, nec poſtea cõparet. Nec dici poteſt quòd ſit προτατικὸν πρόσωπον. id enim in principio ad argumenti narrationẽ extra ordinem adhibetur. Iſta in mediam fabulam irrumpit. Nec quicquã ſimile habet cum Leſbia illa, vbi dicit: Audiui Archillis, iamdudum Leſbiã adduci iubes. Ea enim poſtea à moribus deſcribitur, quum inquit: Sanè pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria, neq; ſatis digna cui committas primo partu mulierem. Iſtius indolis nihil affertur, quum hoc addi oportuerit, illam ſolertem & famoſam eſſe in ſupponẽdis partubus, aut aliquid ſimile. Quòd ſi hæc non ſufficiunt ad elidendam ineptiã iſtius interpretationis: cur quæſo affertur, ac non potius ſuis pedibus ingreditur, quo pauciores habeat conſcios in fraude ſtruenda? Nimirũ quia anus eſt, geſtanda fuit? Nam illud verbum afferri, per zeugma à ſuperiori, etiam ad Cantharam reflecti arbitror, quum nullum aliud occurrat, cum quo poſſit conſtrui. Hactenus luctati ſumus cum nugis iſtis: nunc aperiendum quid veri ſit. Mos fuit in Græcia, cuius ritus Comœdia palliata, qualis hæc eſt, imitari debet, vt liberos in vaſis fictilibus ad compita exponerent, quo magis obuij inuentu & faciliores aſportatu eſſent, ſiquis eos fortè educare non grauaretur. Cuius conſuetudinis Ariſtophanes, eiúſque interpretes mentionem faciunt. Verſus ſunt iſti in Ranis de Oedipode expoſito,

Πῶς γὰρ ὅτε δὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν γενόμενον
Χειμῶνος ὄντος ἐξέθεσαν ἐν ὀστράκῳ. Hoc eſt,
Qui mox vt aluo matris eſſet editus,
In vaſe fictili per hyemem exponitur.

Quo in loco interpres addit, quòd in ollis pueri exponi ſoleant. Exiſtimo igitur pro Canthara, cantharum legendum, aut ἀνδρείως eſſe, ex commutatione generis. Dauus enim tergiuerſantis more ea obiicit, quæ facilè refutari poſſint. Nam ita pugnat cum Myſide, vt vincere nolit. Primùm igitur dicit ipſum puerum eſſe allatum. id crimen, quaſi conuictus, ſtatim remittit, & ad minora delabitur, & cantharum allatum eſſe prædicat. quod vt pro vero agnoſcatur, nihil probat partum iſtum ſuppoſititium eſſe. Nam cantharus etiam ad alios vſus afferri poteſt, quum vas ſit liquoribus geſtandis deputatum. Hæc Nannius.

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam Prouoluam, téque ibidem peruoluam in luto. ⸥ Et hîc Donatum exagitat his verbis Nannius. Donatus in his verbis παρόμοιον agnoſcit: quod certè aut nullum hîc eſt, aut Paromœon perquam inſcitum. Iſtic enim præterquam in præpoſitionibus pro & per, quæ verbis adhærent, nihil innouatur in ſono: in ſignificatione certè nihil, aut ferè nihil diuerſi appáret, adeò vt omnis argutiès abſit, quæ ſola hanc figuram commendare poſſit. Plena enim gratia conſiſtit in vocibus ſono aliqua parte ſimilibus, ſenſu diuerſiſsimis: vt eſt, arator, orator: prætor, prædo: patres conſcripti, & circunſcripti. In iſtis autem verbis, prouoluam & peruoluã, quid eſt diuerſum, quod in expectato ſenſu mentem ſubitò quaſi ictu feriat? Ego, ſi mihi cenſura permittatur, ταυτόλογον id potius, quàm παρόμοιον dicerem. Credo igitur Donatum ad hunc modum legiſſe:

Ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam
Prouoluam, téque ibidem proluam in luto.

Vt minetur illam tanquã ſcropham tractaturum, quæ in volutabro prolui & verſari ſolet. Cæterùm quia ſemel in hoc genere figurę inſiſtimus, docendum eſt paucis, quàm diues & varia ſuppellex iſtarum rerum apud Homerũ reperiatur: quò intelligant iſti vernaculi rhythmatopœi, qui Rhythmatopœi. ſe rhetores dici volunt, eo quòd omnes verſus ſuos eodem ſono ὁμοιοτελεύτως claudunt, nihil apud illos eſſe repertum, quod non prius apud Homerum alióſque authores vſurpatum ſit. Breuiſsima in vna dictione conſiſtit, quum aliud verbum exprimitur, aliud non expreſſum ſubintelligitur. Paromœorũ genera. Vt Nero dixit patrem ſuum Claudium deſiſſe inter mortales morari prima longa: quum in expectatione eſſet, vt idem verbum prima breui enuntiaret, ſcilicet vt intelligeres eum deſiſſe inter mortales agere. Et vt Cicero dixit, tu coque, pro coniunctione quoque, obiiciens ei homini culinaria miniſteria. Secunda in duabus dictionibus

*expreſſis tenetur, vt apud Homerum ἐυπίθει πίθοντο. Plautus in Truculento, amœnis mœnibus. Huic diuerſum eſt, quum idem verbum bis poſitum, in alia atque alia ſignificatione capitur. Terentius, Tu homo, ſi homo eſſes. Sed hoc etiam alio nomine inſignitur. Vocant enim Plocen. Aut eandem vocem in multos caſus variant. Virgilius: Oppetere ingentem, atque ingenti vulnere victum. Sed tum quoque aliud nomen meretur. πτερηγμένον enim dicitur. quo genere loquendi, veteres Comici ſupra modum delectati ſunt.*

*Iam idem recurrit verbum, ſed inuerſis literis, vt planè aliud videatur. quam quidem Rhetores doloſam vocant παρήχησιν. Quale eſt apud Lycophronem λέπας καὶ πέλας, & apud Homerum θυμὸς καὶ μύθος, apud Diuum Bernardum Aue & Eua, quæ mutato ordine iiſdem literis conſtant. Cæterùm iſtæ figuræ infrequenter apud Poëtas, diſſimulatiſſimè apud Rhetores inueniũtur, tum quia nimiam habent artis oſtentationem, tum quia à Cacozeliæ finibus non longè abiunctæ ſunt. Hæc Nannius.*

*Stupratoris ſuppliciũ.* *Coactus legibus eam vxorem ducet.} Lex fuit apud Athenienſes in hæc verba, ἡ βιασθεῖσα ἢ γάμον ἢ θάνατον αἱρείσθω τοῦ βιασαμένου. Quæ vim paſſa fuerit, eius qui vim attulit, vel nuptias vel mortem optato. Seneca libro ſecundo controuerſiarum, controuerſia quinta, & rurſus libro quarto controuerſia viceſimaquarta, eam legem ſic effert, Rapta raptoris aut mortem, aut indotatas nuptias optet. Eius quoque meminit Hermogenes libro primo Rhetor. capite De ſtatu ex contrariis legibus: Duas, inquit, iuuenis puellas violauit: hæc nuptias, mortem hæc elegit ſtupratoris. Quæ eum morte dignum cenſet, dicet quòd vtrique earum pœnas dabit, ſi moriatur: ſi verò alteram ducat vxorem, altera pars legis antiquabitur. Et quoniam lex neque ad ſeruilem conditionem, neque ad peregrinas pertinebat, ſed ad liberas tantùm fœminas, eáſque ciues Atticas: ob id apud Terentium tantopere laboratur, vt ciuis Attica Glycerium agnoſcatur. Hanc verò legem ante Solonis tabulas apparet latam à Dracone, quem falsè Demades non atramento ſed ſanguine ſuas leges ſcripſiſſe dixit. Siquidem Solon multo mitiores leges in ſtupratores tulit. Qui enim raptæ liberæ mulieri vim attuliſſet, eum decem drachmis mulctauit. Author Plutarchus in Solone.*

DONATVS IN HAC *habitaſſe platea.} In hoc loco perſona ad cataſtrophen machinata, nunc loquitur. Nam hic Crito nihil argumento debet, niſi abſolutionem erroris eius. ſimul ex verbis ſuis, quàm grauis, quàm modeſtus, quámque iuſtus ſit, oſtendit. ¶In hac habitaſſe.} Non habitare: ſed quia mortua eſt, habitaſſe dicit.*

*Platea.* *¶Platea.} Græci πλατεῖαν dixerunt, quam nos plateam dicimus. Secũdum formam eiuſmodi, μηδείαν & Medeã, σπονδεῖον & ſpondeum ſcribimus.*

*Optare.* *¶Quæ ſe inhoneſtè optauit.} Optare eſt vnum de duobus eligere. Virgilius, Pars optare locũ tecto. ¶Parare hic diuitias.} Animo hæredis dixit parare diuitias. ¶Potius, quàm in patria.} Primũ dolet Crito quòd meretrix fuit Chryſis. ſecundò progreſſus, queritur quòd mortua eſt. Et nota quòd tria dixit Crito contempſiſſe Chryſidem, patriam, honeſtatem, & paupertatem. τὸ πρέπον etiam ſeruatũ eſt graui viro, cum illum ſobrinæ pudet. ſimul hîc oſtenditur eius generis fuiſſe Chryſidẽ: vt quæ probè viuere potuerit, niſi, vt ait, neceſſitas cogeret.*

*¶Quàm in patria honeſtè.} ἀντίθετον primum. ¶Potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere.} His verbis à Poëta iã honeſtus inducitur Crito, & dignus cui credi oporteat. ¶Pauper viuere.} Ad illud reddidit, Sed inopia, & cognatorum negligentia coacta.*

*Redeunt bona.* *¶Ea ad me lege redierunt bona.} Hîc ius tractauit dicendo redierunt, quia in familiã redeunt, ſi non eſt hæres de proximo, aut ex teſtamento.*

*Interrogare.* *¶Perconter.} Interrogatio eſt, cui neceſſariò reſpõdetur aut etiam, aut non.*

*Percõtari.* *Percontatio, cui nihil horum. vt ſiquis dicat, Cur adulterium commiſiſti? Simul etiam modeſtè, & maturè, & de ſe nihil interrogaturus, cœpit à blandimentis. ¶Eſt'ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?}*

*Sobrini.* *Sobrini ſunt conſobrinorum filij: nam ſic dicit Menander. verùm vt alij putant, de ſororibus nati, vt ſint ſobrini quaſi ſororini.*

*Saluus ſis.* *¶Saluus ſis Crito.} Saluus ſis, aſſeueratio ſalutantis eſt, non quaſi reſponſio.*

*Hem.* *¶Itán' Chryſis? hem.} Non nunc interrogat, ſed commiſeratur: & ita ſequebatur vt diceret, periit, ſed magis gemitus ſignificat, quod minus dixerat. ¶Nos quidem pol miſeras perdidit.} Hîc intelligitur, ſuprà ſubaudiendum periit. Nam pro periit, hæc repoſuit perdidit. ¶Quid vos? quo pacto hîc? ſatiſne rectè?} Progreſſio loquentis ad interrogandũ. Id eſt, puto inquit quòd illa periit: vos autem quo modo? ¶Quo pacto hîc?} Significatio*

## ACTVS IIII. SCENA VI.



ARG. ADR. BARL.

CRito veniens ex Andro Athenas, de Glycerio percontatur, an parentes repererit ſuos. Audiens nondum repperiſſe dolet, quòd videat hoc ſibi obfuturum in adeunda hæreditate.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena, Crito perſona ad cataſtrophen, id eſt, euentum fabulæ enodandum introducta, loquitur. Nam hîc Crito nihil argumento debet, niſi abſolutionem erroris eius, ſimúlque verbis ſuis quàm grauis, quàm modeſtus, quàm iuſtus ſit, oſtendit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

CRito, cuius filia ſit Glycerium declarat, & errori finem imponit. A narratione exorditur, nam vitam Chryſidis narrare incipit.

*Senarij.*

CRITO *hoſpes*, MYSIS, DAVVS.

IN hac habitaſſe platea di ctum eſt Chryſidem,
Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias
Potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere:
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter video. ſalucte. M. obſecro,
Quem video? eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis?
Is eſt. C. ô. Myſis ſalue. M. ſaluos ſis Crito.
C.* Itáne Chryſis? hem. M. nos quidem pol miſeras perdidit.
C. Quid vos? quo pacto hîc? ſatíſne rectè? M. nóſne? ſic
Vt quimus, aiunt, quando vt volumus, non licet.
C. Quid Glycerium? iam hîc ſuos parentes repperit?
M. Vtinam. C. an nõdum etiam? haud auſpicatò huc me appuli.
Nam pol, ſi id ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem.
Semper enim eius dicta eſt hæc, atque habita eſt ſoror.
Quæ illius fuerunt, poßidet. nunc me hoſpitẽ
Lites ſequi, quàm hîc mihi ſit facile, atque vtile,
Aliorum exempla commonẽt. ſimul arbitror,
Iam eſſe aliquem amicum, & defenſorem ei. nam ferè
Grandiuſcula iam profecta eſt illinc. clamitent
Me ſycophantam, hæreditatem perſequi.
Mendicum. tum ipſam deſpoliare non * licet.
M. Optume hoſpes pol Crito antiquum obtines.
C. Duc me ad eam: quando huc veni, vt videam. M. maxumè.
D. Sequar hos. nolo me in tempore hoc videat ſenex.

*hem ita Chriſis?

*libet

*Significatio eſt peregrinantis.* ¶ *Nos'ne? ſic vt quimus.* ❡ *τὸ ſic, nudum eſt. & eſt ſignificatio languoris cuiuſdam, & lẽtitudinis.* ¶ *Sic vt quimus, aiunt, quando vt volumus, nõ licet.* ❡ *Et ad præſentis, & ad præteritę vitę excuſationem pertinet iſta reſponſio: qua purgatur voluntas Chryſidis, in quæſtu meretricio. Cæcilius in Plotio, Viuas vt poßis, quando nequis vt velis.* ¶ *Quid Glycerium? iam hîc ſuos.* ❡ *Conuenit hæreditatem petenti, cõuenit indici futuro, de pluribus indagare. Ergo rectè & ordine quæſiuit, Quid Chryſis? quid vos? quid Glycerium?* ¶ *Vtinam.* ❡ *Nouo genere exoptationem pro negatione intulit.* ¶ *Haud auſpicatò huc me appuli.* ❡ *Id eſt inauſpicatus, quòd non eſſet auſpicatus. & vſitatum veteribus ſic dicere, ſi quid aliquando aliter eueniſſet quã vellent.* ¶ *Nunquam huc tetuliſſem pedẽ.* ❡ *Virgi. Méne efferre pedem genitor te poſſe relicto Sperasti? Et, Ferte ſimul Fauniq́ pedẽ, Driadéſque puellæ. Sed Critici adnotant alienius eſſe charactere comico, tetuliſſem pedem.* ¶ *Semper enim eius dicta eſt, atq́ habita ſoror.* ❡ *Aut veris credendum eſt, aut etiam falſis, quæ tamen inueterauerint. Hinc Cicero: Ita habeantur, itáque dicãtur. Habita ergo plus eſt, quàm credita.* ¶ *Sẽper eius.* ❡ *A poßibili & vtili.* ¶ *Nũc me hoſpitem lites ſequi.* ❡ *Mirè dicit me, cum ἐμφάσει, id eſt ſenem & remotum à litibus. Hoſpitem, id eſt peregrinum. Lites ſequi, id eſt pauperẽ. totũ ἔμφασιν.* ¶ *Quàm hîc mihi ſit facile atque vtile.* ❡ *Id eſt difficile, & inutile. & eſt comicum.* ¶ *Grandiuſcula iã.* ❡ *Ad partẽ ætatis refertur grãdis. i. grãdis natu eſt. Maior autẽ, generaliter, & ad ſummã ętatis refertur, & ad cõparationẽ ætatis pariterũ poſit eſt.* ¶ *Sycophantam.* ❡ *Hoc eſt, cum in me conueniunt lites.* ¶ *Sycophantam.* ❡ *Bene ſycophantã quia bonam cauſam habet, nihil aliud timet, quàm cõuitia. Et ſycophantam, ſubdiſtingue: & ſic infer ſequẽtia.* ¶ *Tum ipſam deſpoliare nõ licet.* ❡ *Ab honeſto. & bene, quia nihil ſuum habet, niſi Chryſidis.* ¶ *Antiquum obtines.* ❡ *Antiquum abſolutè dixit, vt æquũ, aut bonum, quod antiqui ſolebant aut certè per ἔλλειψιν, id eſt morem, & ingenium.* ¶ *Duc me ad eam, quando huc veni, vt videam.* ❡ *Vel hoc inquit, vt videam. cur autem vt videã? quia timet. & eſt ordo, Duc me ad eam, vt videam, quando huc veni.* ¶ *Videat ſenex.* ❡ *Bene ſenex. Simo enim cũ Chremete eſt. propter hoc videri non vult, ne eius vtatur apud ſocerũ teſtimonio, rem eſſe Pamphilo aduerſus Glycerium: & rurſus nuptiæ confirmẽtur.*

*In hac habitaſſe platea* ❡ *Fabula omnis authore Donato tres in partes ſecatur, Protaſin, epitaſin, cataſtrophen. Primum illum tumultum, iam quaſi gliſcentem Protaſim, turbam feruentiſſimam Epitaſin, ſubitam rerum commutationem, Cataſtrophen nominamus. Critonis hîc perſona ad Cataſtrophen introducitur, nihil debet argumẽto niſi erroris abſolutionẽ.* ¶ *In hac platea.* ❡ *Quam latini plateam, græci πλατεῖαν dicunt. Eſt autem platea, latior in vrbe via, iuxta quam vtrinque cernũtur ædificia. Quidam producunt huius vocis mediã ſyllabã, alij corripiunt, vt Horatius, Puræ ſunt plateæ nihil vt meditantibus obſtet. Plateas huiuſmodi latißimas & perpetuò mũdas habet Mechlinia in Brabantia, cui nũc imperat vrbi illuſtrißima. D. Margareta Caroli Cæſaris amita.* ¶ *Quã in patria honeſtè viuere pauper.* ❡ *Quibuſdam hîc anti-*

Marginalia: *Sic. Vtinam. Auſpicatò. Tetuli pedem. Habitus. Creditus. Emphaſis. Hoſpes. Lites ſequi. Grandis. Maior. Antiquũ obtines. Aequum. Bonum. Ellipſis.* ADRIA. BARL. *Platea.*

*ptoſis eſt.cum enim præceſſerit accuſatiuus, etiam putãt ſequi debuiſſe,hoc modo, Quàm in patria honeſtè pauperem viuere.¶ Honeſtè pauper.} Huius fœmininum antiquiſſimi latini in,a,proferebant.*

*Paupera fœm.gen.*

*Plautus in fabula quapiam, Paupera hæc res eſt. ¶ Eius morte ea ad me redierũt lege bona.} In exponendo breuis eſt, ex ſequentibus enim præcedentia intelliguntur, ex eo quod dixit Crito, Eius morte ea ad me redierunt lege bona,nec mortuã eſſe Chryſidem,nec cognatam ſibi prædixerat,vtrumque tamẽ ex eo intelligitur. Vide Rodol.Agricolam lib.*III. *inuentionis dialecticæ.¶ Ad me redierunt.} Ad me deuoluta ſunt.*

*Redeunt bona.*

*Redierunt accipe pro venerunt,quæſtu enim meretricio comparata,ex familia nõ exierant. Pauper ex Andro Athenas commigrauerat,Athenis quæſtum occipiundo ditaerat.¶ Conſobrinus Chryſidis.}*

*Conſobrini.*

*Conſobrini dicuntur qui ex duabus ſororibus ſunt editi,quaſi cõſororini.¶ Itán' Chryſis?} Supple periit.¶ Hẽ.} Cõmiſerantis eſt.¶ Vt quimus aiunt, quando vt volumus non licet.} Eraſmus cẽturia.*VIII.*Chiliadis.*I.*Monemur, inquit, hoc dicto tempori & neceſſitati ſeruiendum eſſe. Terentiana Myſis in Andria rogata, quam Athenis vitam ageret, verecundè ſeni meretricium quæſtum confitens, Vt quimus, inquit, quando vt volumus non licet. Ita & Cæcilius, Viuas vt poßis,quando nequis vt velis.*

*Auſpicatò*

*¶ Haud auſpicatò.} Id eſt,non fœliciter,& quaſi repugnantibus auſpiciis. ¶ Tetuliſſem pedem.} Diomedes grammaticus dicit barbariſmum fieri adiectione ſyllabæ,cum dicimus Mauors pro Mars,& tetulit pro tulit.*

*Tetuli.*

*Probo grammatico hîc in dictione tetuliſſem,ea eſt metaplaſmi ſpecies,quam vocamus protheſim.*

*Sycophãta Calumniator.*

*¶ Clamitent me Sycophantam.} Quem Græci ſycophantam, Latini calumniatorem vocant, Sunt autem calumniatores Caio iureconſulto, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexant litibus.Cicero pro Milone.Clodius, inquit, non iam aliquo iuris prætexta alienas inuadebat poßeßiones, vt calumniatores & litigioſi ſolent, ſed vi armata tanquam hoſtili prælio.¶ Hæreditatem perſequi,mendicum.} Senſus eſt, Metuo ne clamitent mendicum venari & captare ſucceſſionem in vniuerſum ius Chryſidis.¶ Antiquum obtines.} Subaudi morem aut ingenium.¶ Nolo me in hoc tempore videat ſenex.} De Simone loquitur, qui nunc intus cum Chremete eſt,propter hoc ab eo videri non vult, ne eius vtatur apud forum teſtimonio,inimicitias eſſe inter Pamphilum & Glycerium,& eo pacto nuptiæ rurſus confirmẽtur.Hæc Donati interpretatio eſt.*

LATOMVS

*Obſecro.*

*Argumentum.} Initium Cataſtrophes ab aduentu Crinis.¶ Quæ ſeſe.} Pulchra cõtentio.¶ Obſecro.} Admirantis. ¶ Itáne Chryſis.} Subaudi mortua eſt,per eclipſin.& attende moratum colloquium perſonarum. ¶ Vt quimus.} Prouerbium.¶ Me appuli.} Tranſlatũ à nauigio. ¶ Huc tetuliſſem, à tollo.¶ Nam ferè grandiuſ.} Ratio ab ætate. ¶ Sycophantam.} Id eſt calumniatorem, & eſt prouerbiale. ¶ Antiquum.} Abſolutè,ſubaudi morem.*

PETRVS MARSVS.

*In hac habitaſſe, &c.} Cauta mente periculum imminens declinandum eſſe, ac hominum de nobis æſtimationẽ non eſſe negligendam,hæc ſcena præſcribit. Imprudẽtis nãque eſt ea tentare,que diſcrimẽ adferre poſſunt. Vnde Plotinus Philoſophus loquens de virtutibus Politicis,ſic ait: Eſt hominis ciuilis prudentia,ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit,dirigere vniuerſa, ac nihil præter rectum vel laudabile facere, humaníſque actibus prouidere. Prudentiæ inſunt ratio,intellectus,circunſpectio,docilitas,& cautio.Negligere verò aliorum de ſe iudicium, nec curam nominis habere,hominis eſt omnino diſſoluti, qui nullo rationis vinculo continetur,ſed vt brutum animal viuit. In primíſque cauendum eſt,ne calumniatores dicamur,& accuſatores. Quapropter Tullius.*II.*Offic. ſic præcipit: Duri hominis vel potius vix hominis videtur,periculum capitis inferre multis. Id tum periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam,committere vt accuſator nominetur. Apuleius ſic ait: Prudentis eſt animi & verecundi, etiam falſa vituperatione grauari. ¶ Nunquam tetuliſſem huc, &c.} Diomedes ſic ait: Tollo,tuli,& tetuli. Terentius: Huc tetuliſſem pedem.*

*Tetuli.*

*¶ Illic clamitent me ſycophantam &c.} Sextus Pompeius ſic ait: Sycophantas appellatos hac de cauſa dicunt: Atticos quondam iuuenes ſolitos aiunt in hortos irrumpere,ficóſque deligere: quamobrem lege conſtitutum eſt, vt qui id feciſſet,capite truncaretur: quam pœnam qui perſequerentur ob parua detrimenta, ſycophantas appellatos.*

*Sycophãta*

*Sycophanta propriè dicitur calumniator, ſic dictus ἀπὸ τοῦ σύκου & φαίνω,quod eſt oſtendo. Sycophanta dicitur,qui oſtendit ac accuſat fures ficorum: & ſycophantiæ dicuntur calumniæ.*

RIVII CASTIGATIO.

*Quæ ſe inhoneſtè optauit parare &c.} Sic habent omnes,in quos ipſe inciderim, impreſſi codices: Nos verò cum manu ſcripti fidem,tum Probi grammatici nobilis authoritatem ſecuti, ad hunc modum legimus: Quæ ſeſe inhoneſtè optauit párere hîc diuitias Potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere. Sic enim Probus: qui párere ait coniugationis eſſe tertiæ correptæ hoc loco,adſtipulante,vt dixi,codice manu ſcripto. Probi verba ſi quis deſideret ſunt hæc. Quidam,inquit, putant hoc verbum (de pario loquitur) tertiæ productæ,id eſt,quartæ eſſe,ſed errãt. Nam infinitum perpetuum modum Terẽtius poſuit, Párere hîc diuitias. Quòd ſi eſſet tertiæ productæ,ri habuiſſet ante re ſyllabam, parire. Præterea re,vtraque correpta eſt.nam ſi produxeris, erit ſecundæ coniugationis parêre, veniens à verbo pareo,es. vt Virgil. Paret amor dictis charæ genitricis. Ita Probus, ſatis quidẽ planè,vt opinor,ſatis diſertè. Nec ſignificatio verbi,quin ſic legi poßit, repugnat. Nam eſt parere interdum idem,quod acquirere,comparare: vnde illud Næuij: Malè parta malè dilabuntur. & Terent. Haud exiſtimãs quanto labore partum.*

*Parêre, pro acquirere, comparare.*

*¶ Nós ne? vt quimus, aiunt, quãdo vt volumus non licet.} Hic ego contra omnium exemplarium fidem,Donati authoritatem ſecutus, ita legendum contenderim: Nós ne? Sic vt quimus, aiunt,&c. Hoc modo enim, vt alia omittam,Donatus, qui illud ſic,ſignificatiuum eſſe ait languoris cuiuſdam & lentitudinis.*

*Sic.*

*Citat eodem modo Priſcianus alicubi,vt vetus editio habet: nec aliter legendum intelliget,qui rationem carminis conſuluerit,niſi quis catalecticum eſſe malit. Quantum autem detractum de elegantia ſententiæ,omiſſa illa ſic,particula,quis tandem non videat? vtitur ea in Phormione eodẽ planè modo, cum inquit: Quid rei gerit? Ge. Sic tenuiter, vbi δεικτικῶς & cum aliquo geſtu dicendum illud ſic,vt adnotauit Donatus. ¶ Tum ipſam diſpoliare non licet.} In manu ſcripto volumine eſt, non libet.id quod mihi ſanè magnopere placet,præſertim cũ eodẽ modo habeat exẽplar è bibliotheca Dominorũ ab Haſſenſtein. Quamuis Don.legiſſe videatur, nõ licet.nam adnotauit locum eſſe ab honeſto, quod non erat cur faceret, ſi*

libet legiſſet. Hîc ego iudicium meum non interponam. Lector quod ſibi videbitur, ſequatur.

EIVSDEM ANNOTATIO.

*Famæ bonæ habenda ratio.*

Docet hæc Scena, cautè periculum imminẽs declinandum, & quid de nobis ſentiant ac loquãtur homines, minimè negligendum eſſe. Haudquaquam enim viri prudentis, & probi, atque adeò ne hominis quidem omnino eſt, aliorũ de ſe iudiciũ diſſolutè negligere, aut ſuperbè aſpernari: neq; boni nominis honeſtǽque famæ rationem vllam habere. ¶Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias Potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere.} Habuerunt Ethnici aliquam honeſtatis rationem, vt eos damnarent, qui mallent inhoneſtè parare diuitias, quàm honeſtè pauperes viuere. Nunc, prò pudor, apud nos contrà fit, vt malè audiant, qui honeſtè inopes viuere, quàm per fas, pérque nefas parare opes malint.

*Vt quimus quando vt volumus, non licet.*

¶Vt quimus, aiunt, quando, vt volumus, non licet.} ζῶμεν γὰρ οὐχ᾽ ὡς θέλομεν, ἀλλ᾽ ὡς δυνάμεθα. Nõ vti libet, ſed vti licet, ſic viuimus. Quo quidem monemur, tempori eſſe, ac neceſſitati ſeruiẽdum. Ita hoc loco Myſis à Critone rogata, quam Athenis vitam agerẽt, verecundè ei meretricium quæſtum confitens, Vt poſſumus, inquit, quando, vt volumus, non licet. Vſus huius erit, vbi ſignificabimus noſtra nobis parum placere: verùm facultatem deeſſe, non animum. Hæc ferè Eraſmus. Huc pertinent & illæ Græcorum ſententię. Βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες ἀλλ᾽ οὐ δυνάμεθα: Omnes cupimus, at non licet diteſcere. Et, πάντες καλῶς ζῆν θέλομεν, ἀλλ᾽ οὐ δυνάμεθα. Bene viuere omnes volumus, at non poſſumus, interprete Eraſmo.

*Litium deteſtatio.*

¶—Nunc me hoſpitem Lites ſequi, quàm hîc mihi ſit facile, atq; vtile, Aliorum exempla commonent.} Et tamen malunt Chriſtiani lites ſequi, quàm vel tantillum de iure ſuo remittere: ea eſt hominum in malo obſtinatiò. & cum videant eam rem parum feliciter aliis ceſſiſſe, tamen nõ commouentur aliorum exẽplis, quàm inutile ſit lites ſequi.

*Famæ honeſtæ commendatio.*

¶—Clamitent, Me Sycophantam.} Vide, quantam honeſtæ famæ rationem habeat Crito: vtinam, vtinam tam boni nominis amantes eſſent, qui Chriſtiani audiunt, quã hîc Ethnicus Crito. Eſt enim lõgè pretioſiſſima poſſeſſio, fama honeſta. Quocirca rectè ait ille, Famam præferendam eſſe magnis opibus: & ſicut vita præſtat opibus, ſic etiã fama. Rectè & Publius ille Mimographus, Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium: &, Bona opinio homini tutior pecunia eſt. Philocomaſium apud Plaut. in Moſt. Ego ſi bonam, inquit, famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues. Pertinet huc & ille verſiculus,

Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento:
Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.

DOLETI OBSERVATIO.

*Habitare.*

In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidẽ.} Habitare eſt colere, vel incolere, aut domicilium habere. Præpoſitionẽ in, vel apud admittit: vt, habitare in vrbe: habitare apud aliquẽ. Ex hoc autẽ elegans eſt, quod dicũt Latini, habitare decẽ milibus: habitare laxè, vel magnificè. Tranſlatè item poſitum multas profert elegantiſſimas locutiones: vt, habitare in oculis: habitare in vultu: habitare in foro: habitare in roſtris. Et tunc id ferè eſt, quod verſari, vel frequẽtem & crebrum eſſe. Tu exempla vide in primo Tomo noſtrorum Cõmentariorum.

*Satín' rectè?*

¶Satín' rectè?} Id eſt ſatíſne vobis rectè eſt? ſatíſne ſaluæ res veſtræ ſunt?} Quæ locutiones vſurpantur ab antiquis Scriptoribus, maximè in congreſſu ſtatim poſt ſalutationem.

*Auſpicatò*

¶Haud auſpicatò huc me appuli.} Auſpicari eſt de cœlo ſeruare, vel auſpicium agere: Vnde auſpicatò, id eſt, auſpiciis factis, vel bono auſpicio. Cui contrarium eſt inauſpicatò. De quibus loquendi formis vide in Primo Tomò noſtrorum Commentariorum.

*Haberi, pro exiſtimari.*

¶Semper eius dicta eſt hæc, atque habita ſoror.} Haberi pro exiſtimari, Latinis vſitatũ eſt. Vnde habitus, a, um, in ea ſignificatione perſæpe reperitur. Cicero pro Seſt. Ii graues, ii principes, ii duces, ii authores huius ordinis, & dignitatis, atq; imperii ſemper habiti ſunt. Idem in Catil. Video de iſtis, qui ſe populares haberi volũt, abeſſe non neminem. Idem de Amic. Viróſque bonos eos, qui habẽtur, memoremus, Paulos, Catones, Caios, Scipiones.

*Obtinere, pro retinere*

¶Pol, Crito antiquum obtines.} Supple morem, vel ingeniũ. Scilicet morem tuum tenes, vel ſeruas: in more tuo manes: tui ſemper es ſimilis.

GLAREANVS.

Verſus ſunt omnes ſenarii iambici. In primo platea media correpta eſt. In ſecundo verſu ſi parare, prima coniugatione legas, vt vulgò habent codices, ſemel Se legendum eſt. Sin párere tertia coniugatione, bis ſeſe, & in diuitias u eliditur, vt vult Eraſmus. Et ſimile eſt Act. I. Scena II. in Heautonti. verſu XX. In quarto, Eius monoſyllabum. In octauo, ita Cry, anapæſtus eſt. Deinde in ſis eliditur s, niſi dicamus Hem eſſe extra carmen, vt alibi ſæpe. poteſt tamen Itáne, & totum carmen abſque omni eliſione legi, ſi creticũ ponas loco ſecundo ac tertio. Eraſmus adiecerat verſui ad marginem, Duo trochæi, tres cretici, quod ego planè non intelligo. In nono, ad finem carminis particula Sic ferè in codicibus omiſſa à Donato additur, & rectè. In vndecimo vel ſuos eſt monoſyllabum, vel creticus loco tertio. In ſexto à fine Grãdiuſ, creticus eſt. In tertio à fine Eraſmus addit initio morem, contra Donati expoſitionem, aut pro Optimè legendum cenſet Opportunè. Sed neutrum eſt neceſſe, ſi legas O optime, videlicet vocatiuum cum aduerbio vocandi ô.

IOANN. THEODORIC.

Eius morte ea ad me lege redierunt bona.} Non ſolùm cum iure noſtro, ſed cum iure etiam naturæ coniunctum eſt, vt defuncti pecunia ad agnatos cognatóſq; ſuperſtites perueniat. Critonem verò ſobrinum fuiſſe Chryſidis, Terentius ipſe teſtatur: qui ea cauſa præſidenter admodum lege ſibi deberi bona Chryſidis contendit, quòd ante Solonem non licuit cuiquam, extra cognationem ſibi quenquam hæredem inſtituere. Quam legem primus omnium Solon abrogauit: omnibúſque liberum eſſe voluit, pro animi ſententia amicitiam cognationi præferre, & hæredem ſcribere quem ſui amantiſſimum exiſtimaret. Author Plutarchus in Solone.

# ACTVS V. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

SImo cupit fieri nuptias, generum recuſat Chremes ob natum ex Glycerio puerum.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena continetur diſceptatio officiorum patrum duorum, inter ſe de officio amicorum, & paterna pietate tractātium. Chremes ob natum filium ex Glycerio generum recuſat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

SCena eſt iucunda. nam colloquium duorum ſenum, & de officiis amicorum, & paterna pietate complectitur. Controuerſiola etiam eſt, Nam Simo iniuriarum reus agitur, quòd Pamphilo amore meretricio occupato, filiam Chremetis vxorem petierit.

*Trochaici Tetrametri Catalectici.*

CREMES, SIMO.

*SAtis iam, ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.*
*Satis pericli cœpi adirę. orandi iā finem face.*
*Dum ſtudeo obſequi tibi, penè illuſi vitam filiæ.*
S. *Imò enim quàm maximè abs te poſtulo, atque oro* * *Chremes,*
*Vt beneficium verbis initum dudum, nūc re comprobes.*
C. *Vide, quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id quod* * *cupis.*
*Neque modū benignitatis, neque, quid me ores, cogitas:*
*Nam ſi cogites, remittas iam me onerare in-*

*SAtis iam, ſatis Simo.} Hæc ſcena officiorum diſceptationem continet, patrum inter ſe de officio amicorum & paterna pietate tractantium. ¶ Satis iam, ſatis.} Hæc veluti quædam controuerſia eſt: nanque iniuriarum reus fit Simo. contradicitur per coniecturā, falſum eſſe quod intendit: cum Pamphilus neque amet, neque ex eo natus ſit filius: & adhibetur deriuatio cauſæ, qua dicitur meretricem iſta omnia eſſe molitam ad diſturbandas nuptias. ¶ Satis iam, ſatis.} Bene negaturus filiam, purgat prius officium ſuū de fide promiſſi, & vltro accuſat ipſum.* Spectatus. *¶ Spectata.} Probata. vt Virgil. ait, Rebus ſpectata iuuētus. ¶ Imò enim.} Enim παρέλκον eſt figura.* Enim. *¶ Imò enim quàm maximè abs te poſtulo.}* Parelcon. *Renūtiare affinitati Chremetem, aut parum adhuc intelligit Simo, aut ſubtiliter diſſimulat, vt ad fidem promiſſi hominem compellat.* Initus. *¶ Initū.} Cœptum. ab ineundo, vnde & initia quoque dicta. ¶ Quod cupis.} Quod velis. Legitur &, quod iubes. ¶ Neque modū benignitatis, neque quid me ores, cogitas.} Id eſt, non cogitas aut quātum de benignitate amoris exigendum, aut præſumendum ſit: aut quod ſit impoſſibile, quod petis.* Remittere. *¶ Remittas iam.} Remittas, pro mittas. ¶ Perpuliſti me, vt homini adoleſcentulo.} Hæc eſt tota accuſatio.* Homo adoleſcētulus. *¶ Homini adoleſcentulo.} Sic Saluſtius, Occultans ſe tugurio mulieris ancillæ.* Mulier ancilla. *¶ Filiam vt darem.} Inuidioſè, non, promittere, inquit, ſed darem quā tum in te eſt.* Tetuli. *¶ Dum res tetulit.} Compoſitum pro ſimplici eſt tetulit. & altius quàm decet comicum characterem dictum videtur.* *Chreme. *¶ Per ego te deos oro.} Defenſio per coniecturā. & eſt ordo. Per deos oro te ego. ¶ Quibus id maximè vtile eſt.} Argumentū à perſona.* * Iubes. *¶ Quibus maximè vtile eſt.} A cauſa ratiocinatiua. ¶ Vbi ea cauſa.} Quamobrē hæc faciunt ἀνακόλουθον nam nō intulit, ob quā cauſam: cum ſupra dixerit, ea cauſa, ſed quaſi dixerit, Vbi ea res: intulit, quamobrem hæc faciūt.* Anacoluthon. Quamobrē. *¶ Erit adempta.} Aut rem abundat, aut cauſa. ¶ Vero voltu.} Quaſi dixerit Simo, ſimulabat ancilla. ¶ Cum ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat.} Credit. Aut etſi viſus à Myſide erat, tamen ignorabatur eſſe Chremes, donec diceret Dauus, Hic ille eſt. nō te credas Dauum ludere. ¶ Cū ibi me adeſſe.} Tum deeſt, vt ſit integrum, Tum cum.* Tum. *¶ Dauus dudum prædixit mihi.} Hîc oſtenditur, quod vidit callidus Dauus, vt prædiceret futurū ſeni id quod ipſe erat facturus. ¶ Neſcio quid.} Deeſt propter, vt ſit, propter neſcio quid. aut neſcio pro qua re, vt ſit aduerbiale.* Quid. *¶ Ac volui.} Ac, pro contrà quàm.* Ac.

*Satis iam ſatis ſpectata.}* ADRIA. BARL. *Spectata, id eſt probata. Filiā negaturus Chremes, ſuū prius de fide promiſſa pernegat officium, & vltro Simonem accuſat. Renūtiare autem affinitati Chremetem, aut parum intelligit Simo, aut ſubtiliter diſſimulat, vt ad fidem promiſſam hominē cōpellat, ita Donatus annotauit. Narratio Chremetis accuſatoris ſuſpitiones interiectas hîc & diſperſas habet, vt in cauſa coniecturali faciendum præcipitur à Rhetoribus. ¶ Verbis initum dudum.} Inire eſt aliquid incipere, hinc inire amicitiam, inire litē dicimus.* Inire. *¶ Pręſtudio.} Studium hîc deſideriū & affectionem ſignificat.* Studium. *¶ Dum efficias id quod cupis.} Id eſt quod velis. ¶ Perpuliſti me vt homini adoleſcentulo.} Accuſat & enumerat factas ſibi à Simone iniurias. ¶ In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria.} Amplificatio à circunſtantiis. Vallenſis lib. v. Exhorreo hāc rē, idem eſt quod expaueſco. Abhorreo ab hac re, idem eſt quod perquam alienus ſum ab hac re. Hoc ſemper poſtulat huiuſmodi ablatiuum, Illud verò nunquam, ſed accuſatiuum.* Exhorreo. Abhorreo. *Dicimus igitur abhorret vehe-*

mētēr à ſtudiis philoſophiæ. Cornel. Tacitus omiſſa prępoſitione dixit libro I. Neque ipſe abhorrebat talibus ſtudiis. Ita habent impreſſa etiam nuper apud Ioannem Frobenium exemplaria.

Seditio. ¶Filiam vt darem in ſeditionem.} Seditio hîc pro diſſēſione ſiue diuortio accipi videtur. ¶Per ego te deos oro, vt ne illis animū inducas credere.} In cauſa coniecturali defenſoris, narratio ſimplicem, non inuolutam ambagibus, & dilucidam expoſitionem debet habere, cū attenuatione ſuſpicionis. Vnde Simo defenſor hîc inualidam reddere volens ſuſpicionem inductam per accuſatorem, ſumpto argumento ab vtili & cauſa ratiocinatiua, Ne illis, inquit, animum inducas credere, quibus id maximè vtile eſt, illum eſſe quàm deterrimum.

Ratiocinatio. Eſt autē ratiocinatio, diligens & conſiderata faciendi, aut nō faciendi excogitatio, cum cauſa videtur eſſe certa, qua aliquid vel reus vitet, vel ſequatur. Vt ſi quid amicitiæ cauſa factum dicas, aut inimici vlciſcēdi, aut pecuniæ, aut cuiuſuis denique vtilitatis percipiendæ gratia.

¶Nuptiarū gratia hæc ſunt ficta.} A cauſa finali. ¶Erras, cū Dauo egomet vidi.} Confirmat à ſignis.

Per. ¶Per ego te deos.} Adrianus Cardinalis, Per fortunas, per fidem, per deos, per homines, modus eſt inquit, deprecandi elegantiſſimus à literatis celebratus, ab aliis neglectus. ¶Animum inducas.} Animum inducere, eſt velle. Suetonius in Caligula.

Animum inducere. Non prius ſuccenſere in animum induxit. pro, nō prius voluit ſuccenſere. ¶Erras cum Dauo.} Cum teſtimonio Daui, Simonem reprehēdit. ¶Cum ibi me adeſſē neuter tum præſenſerat.} Cur dicit neuter, cū ſit viſus à Myſide? Hæc ancilla ignorabat eſſe Chremetem, donec diceret Dauus, hic ille eſt, non te credas Dauum ludere. ¶Oblitus hodie ac volui dicere.} Donatus interpretatur, ac, pro contra quàm.

iuriis.

S.Quibus?C.ah, rogitas? perpuliſti me, vt
hominj adoleſcentulo
In alio occupato amore, abhorrēti ab re vxoria,
Filiam darem in ſeditionem, atque incertas nuptias.
Eius labore, atque eius dolore gnato vt medicarer tuo.
Impetraſti: incepi, dum res tetulit: nunc non fert, feras.
Illam hinc ciuem eſſe aiūt. puer eſt natus. nos miſſos face.
S.Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere,
Quibus id maximè vtile eſt, illum eſſe quàm deterrimum.
Nuptiarum gratia hæc ſunt ficta, atque incepta omnia.
Vbi ea cauſa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, deſinent.
C.Erras. cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. S.Scio. C.at
Vero voltu, cum ibi me adeſſe neuter tū præſenſerat.
S.Credo: & id facturas, Dauos dudum prædixit mihi,
Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere.

Satis iam &c.} Querelas inter amicos oriri aliquādo docet hæc ſcena, cum in officiis præſtandis ac exigendis à recto is diſcedit, qui propria commoda reſpiciēs, rebus amici conſulere non videtur. quod ideo accidit, quoniā, vt inquit Plato lib. VIII. de Leg. ad vtilitatem propriam, priuatámque cōmoditatē natura ſemper impellit. Et in quinto ſic ait: Sed reuera nimius in ſeipsū amor, omnium peccatorum omnibus ſemper cauſa eſt. Obcæcatur quippe circa amatum qui amat. Et Cicero lib. I. Officiorum dicit: Eſt enim difficilis cura rerum alienarum, idcirco aliter de illis, quàm de nobis iudicamus. Hæc Plato & Tullius. Sed ab eo certè fugiendum eſt in vita ciuili, & actionibus, affectibúſque, ad quod natura ſumus propenſiores: vt mediocritas illa ſeruetur, quam rectè viuendi ratio præſcribit. Et habēda eſt imprimis ratio amicorum, ne vtilitatem potius quàm officium aſpicere videamur. Vnde Seneca: Non exigo vt ſine reſpectu ſui mihi conſulat. & ſcribēs de Ira ad Nouatum. dicit: Beneficiis humana vita conſtat & concordia: nec terrore, ſed mutuo amore, in fructum, auxiliúmque commune aſtringitur. ¶Neſcio quid tibi ſim oblitus hodie &c.} Hoc eſt, neſcio quomodo excidit dicere tibi, ſicut mihi propoſueram.

LATOMVS.

Illudo. Argumentum.} Expoſtulatio Chremetis cum Simone de amore Pamphili. ¶Penè illuſi.} Id eſt perdidi. ¶Vt beneficium.} Elegans ſermo. ¶Vt homini.} Admiſcet argumenta à perſona. ¶Per ego te.} Defenſio per coniecturam à delatorum commodo. ¶Erras cum Da.} Infirmatio à ſigno. ¶Credo & id fact.} Refutatio ſigni à pręmonitiōe Daui antegreſſa.

PETRVS MARSVS.

RIVII CASTIGATIO.

Quibus? Ch. ah rogitas? perpuliſti me.} In manu ſcriptis eſt, at rogitas? conſentientibus impreſſis quibuſdam. ¶Incepi dum tulit res.} Manu ſcriptum habet: Dum res retulit, vt Quædam ex impreſſis retulit, vt & Venetum & Lugdunēſe. Don. adnotauit compoſitum pro ſimplici eſſe poſitum, & altius quàm deceat Comicum characterem, dictam videri. ¶Aduentum ad tempus.} Omitto, ad, ex obſeruatione veterum exemplarium: conſentiente cum his Donato.

Eiuſdem annotatio. Hæc ſcena quídnam ab amico petiturus ſis, etiam atque etiam ſpectandum docet: neque enim petenda ſunt, quæ ſine ſummo amici diſcrimine atque incommodo nobis præſtari non poſſunt. ¶Satis iam, ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.} Non ſunt ab amico petenda, quæ iure negari poſſunt: cuiuſmodi ſunt, quę nobis quidem commoda, ſed amico incommoda fore videntur. Eſt enim & amici ſemper habenda ratio, eiúſque vtilitas non minus quàm priuata,

*ſpectanda eſt. ¶ Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.} Id demũ hominis eſt probi beneficium, verbis initum re comprobare: hoc eſt, re præſtare, quod verbis ſit pollicitus: niſi fortè incõmodum id tam petenti, quàm ei, abs quo petitur, videatur. Propterea mox ſubiicit Chremes, Vide quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id quod cupis, Neque modũ benignitatis, neque quid me ores; cogitas. Nam ſi cogites, remittas iam me onerare iniuriis. His Chremetis verbis modum benignitatis ſpectare, & ſedulò, quid amicum oremus, cogitare iubemur. Ita Cicero in de Amic. In omni, inquit, re conſiderandum eſt, & quid poſtules ab amico, & quid patiaris à te impetrari. ¶ — Perpuliſti me, vt homini adoleſcentulo, In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria, Filiam darem in ſeditionem, atque incertas nuptias.} Ne iungantur matrimonio, qui ſe mutuò non amant, plena eſt vndique prudentiæ hæc Chremetis oratio. Et quis adeò ſit demens, qui filiam ſuam dare velit homini in alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria?*

DOLETI OBSERVATIO.

*Spectatus.*

*Satis iam ſpectata erga te amicitia eſt mea.} Spectatus perſæpe elegãtem tranſlationem habet, & ponitur pro probato, vel bene cognito. Cicero pro Roſc. Amer. Spectatiſſima fœmina. Idem in Verr. Vir fortis, ac ſpectatus. Ibidem: Homo in rebus iudicandis ſpectatus, & cognitus. Idem pro Flacc. Lacedæmoniorum ſpectata, & nobilitata virtus. Idẽ in Philipp. Spectata multis, magníſque rebus ſingularis integritas. Idem de Amic. Maximus, & ſpectatus vir. Ab hac ſignificatione ducitur non inuenuſta locutio: ſcilicet aliquid ſpectatum habere. Cicero in Verr. Act. I. Ad meam fidem, quam habent ſpectatam iam, & diu cognitam, confugiunt.*

*Spectatum aliquid habere.*

*¶ Orandi iam finem face.} Cum genitiuo, vel datiuo hæc locutio eſſe ſolet. Cicero in Familiarib. Finem nullum facio de te, & de Bruto cogitandi. Idem: Non faciam finem rogandi, quoad nobis nuntiatum erit, te id feciſſe. Idẽ: Vt ille aliquando impudentiæ ſuæ finẽ faciat.*

*Finem facere.*

*¶ Vide, quàm iniquus ſis præ ſtudio.} Præ ſignificat propter, vel ante. In quo inducitur aliquando comparatio: vt præ nobis beatus videris: id eſt, plus nobis beatus. Nonnunquam deſignatur abundantia. Cic. in Famil. Non tu quidẽ vacuus moleſtiis: ſed præ nobis beatus videris. Idem ad Att. Illa nihil fuerũt præ his de victoria gratulationibus. Ibidem, Præ cura iocari non poteram. Sic dicit idem Cicero præ ſolicitudine, præ ſtomacho, præ mœrore, præ lachrymis; præ fletu, præ dolore aliquid ſe non facere. Vbi ſemper ineſt quædam abundantia, vt in hoc Terentij loco.*

*Præ.*

*¶ Remittas iam me onerare iniuriis.} Remittas hîc ponitur pro ceſſes, vel deſinas. Id quod nouum eſt. Iniuriis autem onerare, non ſine emphaſi dicit, pro iniuriis agitare.*

*Remittere, pro ceſſare.*

*¶ Abhorrenti à re vxoria.} Abhorrere, id Latinis eſt, quod aſpernari, vel fugere, aut diſcrepare, & diſſentire, remotúmq; eſſe à re aliqua. Ponitur autẽ cum accuſatiuo, vel cum ablatiuo, & præpoſitione à vel ab. Cic. Famil. I. Abhorrent à communibus præceptis. Idem Famil. II. Nónne tum prouidiſti, quàm abhorrerem ab vrbe relinquenda? Eſt autem elegantiæ plenum, quod dicunt Latini: abhorrens ſum, pro abhorreo. Cic. Famil. XIII. Eſt à ſtudiis noſtris non abhorrens. Idem pro Flacc. Si quis vnquam de noſtris hominibus à genere iſto, ſtudio, ac voluntate non abhorrens fuit, me & eſſe arbitror, & magis etiam tum, cum plus erat otij, fuiſſe.*

*Abhorren[s]. Abhorrens ſum.*

*¶ Incepi, dum res tulit: nunc non fert.} Sic ſæpe ponitur ferre à Latinis, pro poſtulare, exigere, vel ſinere, & concedere, vel pati. Et ita loquuntur: fert tempus, vel opportunitas, aut etiam facultas expoſtulat, & patitur. Cic. in Verr. Act. VII. Dicit ei ſe ſtatuiſſe animaduertere in omneis Nauarchas: ita ſui periculi rationes ferre, ac poſtulare. Idem Tuſc. I. Fidẽti animo, ſi ita res fert, gradietur ad mortem.*

*Ferre, pro poſtulare, vel pati & ſinere.*

*¶ Vt ne illis animum inducas credere.} Animum inducere, vt ſuprà annotauimus, non ad eum refertur, qui conſilium dat, vel ſuadet: ſed ad eum, qui fidem habet, & credit. Cicer. Familiarium IIII. Tu quoque animum inducas velim, ſi ſit aliqua Reſpublica, in te eſſe oportere iudicio hominum.*

*Animum inducere.*

GLAREANVS.

*Verſus ſunt omnes trochaici tetrametri catalectici, tametſi duo primi videantur iambici, ſed in Satis vtrobique eliditur s. Et in ſequenti verſu ſimiliter, quanquam illic bacchius bis, hîc amphibrachys poni commodè poterit. Vide in ſexto verſu ſecundam corripit, vt admonuit Eraſmus. In duodecimo Eius bis eſt monoſyllabum. In XIII. tetulit legẽdum. In XV. vel Deos monoſyllabum, vel creticus loco ſecundo.*

## ACTVS V. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

IN hac ſcena Simo cum audit veniſſe, qui Glycerium dicat ciuem eſſe Atticam, ira accenſus Dauum intrò raptum coniicit in vincula. & miro hîc artificio patris ac domini offenſi conſuetudinem exprimit Terentius.

DONA.

*ANimo iã nunc otioſo eſſe impero.} Hæc ſcena, principiũ indicij, & iracũdiam ſenis continet: atque in ea vehementer exprimitur conſuetudo patris, ac domini offenſi, & indignantis. ¶ Animo iam nunc otioſo.} Exultans egreditur Dauus, nuntians prona eſſe omnia ad ſecuritatem. Et otioſo, ſecuro: quia negotiũ, ſolicitudo eſt. ¶ Impero.} Pro volo. an vt ſtatim fiat: tanquã illud quod imperatur? Et impero, ſuperbè dixit. ſummum enim indiciũ ſecuritatis, eſt ſuperbia.*

*Otioſus. Negotium. Impero.*

*¶ Vnde egreditur?} Hic non interrogat. ſed cum admiratione, vel magis cum indignatione dicit. ¶ Meo præſidio atq; hoſpitis.} Id eſt, Animo iam nũc otioſo eſſe impero. ¶ Atque hoſpitis.} Scilicet Critonis. ¶ Ego commodiorem hominem.} Hîc Dauus admiratur, quòd in ipſo articulo periculi superuenerit Crito. ¶ Ego commodiorẽ hominem, aduentum, tẽpus non vidi.} Poteſt enim & cõmodus eſſe quis, & alieno tempore ſuperuenire poteſt. & cõmodum, in homine eſt: ſed & opportunus malum etiam aduentum habere poteſt.*

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena principium indicij, Glycerium ciuẽ eſſe Atticam, continetur. Præterea Simonis indignatio aduerſus Dauum, quẽ in vincula conijcit. Mirè quoque & artificioſè exprimitur conſuetudo patris ac domini offenſi, & excandeſcentis.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

EXultat Dauus, Critonem, cuiuſnam filia ſit Glyceriũ oſtendere. Senex verò Simo grauiter indignatur, ſibi à Dauo fucum factum.

*Trochaici Catalectici bona ex parte, prẹter ſex Trimetros in fine ſcenæ, admiſtis tamen interdum Iambicis Quadratis.*

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO *ſeruus.*

*ANimo iam nunc otioſo eſſe impero. C. hem Dauom tibi.*
*S. Vnde egreditur? D. meo præſidio atque hoſpitis. S. quid illud mali eſt?*
*D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi. S. ſcelus,*
*Quemnam hic laudat? D. OMNIS RES eſt iam in vado. S. ceſſo alloqui?*
*D. Herus eſt. quid agam? S. ô ſalue bone vir. D. hem Simo. ô noſter Chreme,*
*Omnia apparata iam ſunt intus. S. curaſti probè.*
*D. Vbi voles, accerſe. S. bene ſanè: id enimuero hic nunc abeſt.*
*Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negotij eſt? D. mihin'? S. ita.*
*D. Mihine? S. tibi ergo. D. modò introij. S. quaſi ego, quàm dudum, rogem.*
*D. Cum tuo gnato vnà. S. anne eſt intus Pãphilus? crucior miſer.*
*Eho, non tu dixtin', eſſe inter eos inimicitias carnifex?*
*D. Sunt. S. cur igitur hic eſt? C. quid illum cenſes? cum illa litigat.*
*D. Imò verò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.*

*Commodus* *Aduentus* *Tempus.* *teſt. nam commodum, in homine eſt: aduentus, in facto eius: tẽpus, in opportunitate facti.* ⁋ *Commodiorem hominem, aduentum, tempus.*} *Syllepſis.* σύλληψις. ⁋ *Scelus.* *Scelus, quemnã hic laudat?*} Non eſt hîc ſolœciſmus: *adſenſum enim, non ad verba reſpexit. etenim propter ſenſus, verba ſunt: nõ propter verba ſenſus.* ⁋ *Omnis res eſt iã in vado.*} *In vado eſſe.* *In vado, in ſecuritate. nam vt in profundo periculũ eſt. ita in vado ſecuritas eſt. Prouerbiale, in vado, in tuto.* ⁋ *Quid agã?*} *Plus eſt dicere quid agam, quàm cogitare de fuga.* ⁋ *Salue bone vir*} *Ironia.* εἰρωνεία *maior eſt, quàm increpatio. cum enim omne genus criminis aliquis ſuperauerit: tunc excluſi,* εἰρωνείᾳ *laudamus.* ⁋ *Hem.* *Hem.*} *Interiectio perturbati eſt.* ⁋ *O noſter Chreme.*} Noſter *dicẽdo, latenter ſignificat Glyceriũ filiã Chremetis eſſe inuẽtam.* ⁋ *Omnia apparata iã ſunt.*} *Quia infecta ſunt de paratis.* ⁋ *Probè.* *Curaſti probè.*} *Probè, memoriter vt ſolet. ſuprà enim dixerat ſenex: Imò abi intrò, ibi me opperire: & quod parato opus eſt, para.* ⁋ *Vbi.* *Vbi voles, accerſe.*} *Vbi. pro quãdo. nõ eſt enim loci, ſed temporis aduerbiũ.* ⁋ *Sanè.* *Bene ſanè.*} *Validè: quia qui ſanus eſt, idem & validus.* ⁋ *Abeſt.* *Abeſt.*} *Pro, deeſt.* ⁋ *Etiã tu hoc reſpondes?*} *Deeſt, an non.* *Etiam.* *Etiam, aut hortatio eſt, aut cõiunctio. Et vide quãta dixerit, & quid, & iſtic, & tibi.* ⁋ *Mihine?*} *Quando non ſumus parati ad reſpondendũ, ducendo tempus eludimus.* ⁋ *Mihine?*} *Apparet ita turbari Dauũ modò conſilio poëtę, vt omnes amittat fallacias: & oppreſſus prodat Pamphilum, dum malũ comin' perhorreſcit. totúmq; hoc ex argumento eſt. Vult enim iam poëta cataſtrophẽ fieri.* ⁋ *Modò introij.*} *Hoc ſignum, perturbatum induci ob conſcientiã Dauũ.* ⁋ *Cum tuo gnato vnà.*} *Serui excuſatio, filij accuſatio eſt. & hoc quaſi à perturbato dicitur ſeruo: ſed cõſilio poëtę ad exitũ feſtinantis, & reſolutionem fabulæ.* ⁋ *An ne eſt intus Pãphilus?*} *Cauſa iræ vehementior inuẽta eſt.* ⁋ *Sũt.*} Nulla *ratione dicit, ſunt: ſed ne nihil reſpõdeat, nã turbatus eſt, vtpote oppreſſus.* ⁋ *Quid.* *Quid illũ?*} *Deeſt, propter: vt ſit, propter quid illum eſſe cenſes?* ⁋ *Cum illa litigat.*} *Chremi conuenit hic ſermo: hic enim irridet: qui & ſuprà dixit: Amãtium iræ amoris redintegratio eſt. & ſic hoc dicit, vt alibi, Credo, vt ſit, miſera præ amore excluſit hunc foras.* ⁋ *Cũ illa litigat.*} *Irridet Simonẽ Chremes, quia dixerat, Iræ ſunt inter Glyceriũ & gnatum.* ⁋ *Imò verò indignum Chremes.*} *Bene ad eum loquitur qui eſt à nuptiis deterrẽdus: vel qui non interturbet orationem ſuã: vel quem etiam ſibi precatorem deſtinet. Ita loquitur quaſi hæc ſit cauſa cur ſit Pamphilus ingreſſus: quòd quaſi ei lis intendatur à Critone hoſpite ducendæ vxoris, quam ciuem Atticã vitiauerit.* ⁋ *Neſcio quis ſenex modò venit*} *Bene, neſcio quis. etenim ſi notus eſſet, videretur gratificari, id eſt gratioſus eſſe teſtis & minus verus.* ⁋ *Ellum.*} *Veteres quod nos illum dicimus, vel ellum, vel ollum dicebant.* *Ellum.* *Ollum.* *quanuis ellum, quidam ecce illum, velint intelligi: tanquam pro ipſo domum Glycerij oſtendat Dauus, dicens, Ellum, quaſi en illum. eſt enim, vt alij volunt, pronomẽ: vt alij, aduerbiũ demonſtrantis: nam pronomen huiuſmodi veteres ſic proferebãt ille, ellus, ollus. ſed, vt diximus, aduerbiũ compoſitũ ex pronomine videri poteſt: vt ſit, en, vel ecce illũ.* ⁋ *Confidens.* *Confidens.*} *Confidentem hîc pro conſtãti nõ mala ſignificatione poſuit.* ⁋ *Catus.* *Catus.*} *Callidus doctus, ardens* παρὰ τὸ καίειν *Vnde Cato dictus: ingenio* *Cato.*

Neſcio quis ſenex modò venit. ellum, conſidens, catus.
Cum faciem videas, videtur eſſe quantiuis pretij.
Triſtis ſeueritas ineſt in voltu, atque in verbis fides.
S. Quidnam apportas? D. nihil equidem, niſi quod illum audiui dicere.
S. Quid ait tandem? D. Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe Atticam.
S. Hem Dromo, Dromo. DR. quid eſt? S. Dromo. D. audi. S. verbum ſi addideris. Dromo.
D. Audi obſecro. DR. quid vis? S. ſublimem hunc intrò rape, quantum potes.
DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrē? S. quia lubet. rape inquam. D. quid feci? S. rape.
D. Si quidquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio.
Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc verum eſt. S. tu tamen
Cura aſſeruandum vinctum, atque audín'? quadrupedem conſtringito.
Age nunc. iam ego pol hodie, ſi viuo, tibi
Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere, &
Illi patrem. C. ah, ne ſæui tantopere. S. Chreme,
Pietatem gnati, nónne te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile, exi Pamphile, ecquid te pudet?

rum etenim igneus vigor eſſe videtur. *Quantiuis.* ¶ Quantiuis pretij.} Ad magnitudinem refertur quantiuis, nō ad paruitatem pretij. Et totū oratoriè. ſcitè enim locut⁹ eſt. Sed intereſt inter quāuis, & quātiuis. *Quanuis.* nam alterum contemptionis, alterum laudis. ¶ Triſtis.} *Triſtis.* Ad laudem interdum ſumitur, nō ad amaritudinē triſtis. Cicer. Iudex triſtis & integer. ¶ Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe Atticam.} Bene: conſtanter ad ea quæ locutus eſt, ſcire ſe dixit. ¶ Dromo Dromo.} Cōmotus ira & dolore nihil dixit, niſi quòd lorarium repetendo ſæpius vocat. ¶ Verbum ſi addideris.} Bene, qui omnia præſente ſocero, contra nuptias loquitur. ¶ Audi obſecro.} Plerunque à verberandis. * vel indulgentia loquitur vel mora. *Sublimis.* ¶ Sublimem.} Id eſt in ſublime, per altum. *Quantum potes.* ¶ Quantum potes.} Hoc eſt celerrimè: quia ſegniores ſe oſtēdunt ſerui ad puniendos collibertos: ſcilicet mora veniam captantes indignantium dominorum. ¶ Quia lubet.} Hoc ſenſu & ſuprà dictum eſt, Aut ſi libitum fuerit, cauſam ceperit quo iure, quáque iniuria. ¶ Quia lubet.} Dauo dicit. ¶ Rape inquam.} Hoc Dromoni. ¶ Si quicquam inuenies mentitū, occidito.} Hîc plus dixit. Vbi enim verbera *Commotus.* ſuprà dixit: nunc occidito. ¶ Commotum reddam.} Citum, *Quadrupes* celerem. ¶ Quadrupedem conſtringito.} Vtrum ligaturæ genus ſic dicitur, quadrupedes? an quadrupedem, vt feram? an quadrupedem id eſt cum pedibus & manibus? an quadrupedem pro ſeruo, ac fugitiuo poſuit? Sic Virgil. Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. ¶ Conſtringito.} Mirè, ne quid fiat tragicum in Comœdia, vſque ad vincula ira progreditur: nec quicquam tentat vlterius. ¶ Si viuo.} Qui certa minari volunt, incertam faciunt vitam ſuam. ¶ Herum quid ſit pericli.} Herum, & patrem cū ingenti pronuntiatione dixit. Et alibi, Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit *Ne.* patrem, aut audebit: tanto magis audebit cæteros. ¶ Ne ſæui tantopere.} Ne imperatiuo magis quàm cōiunctiuo ad*Eclipſis.* iungitur: vt Virg. Ne ſæui magna ſacerdos. ¶ Pietatem gna*Ironia.* ti.} ἔκλειψις. deeſt enim vides, aut quid tale. Et eſt εἰρωνεία, pro impietate. Et vide inuidiam quaſi parricidam accu*Syllepſis.* ſantis. non enim pudorem dixit, ſed pietatem. ¶ Tantum laborē capere.} σύλληψις. aſſumendū eſt enim extrinſecus me.

Otioſo eſſe impero.} Su- *ADRIA. BARL.* perbè hîc loquitur Dauus, quia ſecurior ſit factus ex Critonis aduentu. ¶ Ego commodiorem hominis aduentū ad tempus non vidi.} Quidam ad tempus iungunt accuſatiuo commodiorem. ſi ſepares, idem erit quod aliquādiu, hoc ſenſu: ego non vidi commodiorem aduentum hominis aliquandiu. Adrianus Cardinalis, Ad tempus, *Ad tēpus.* per tempus, in tempore, primo quoque tempore: hos inquit, & alios dicendi modos mira elegantíque varietate perfecta illa latinitas condidit. Citat hunc Terentij locū & ex aliis authoribus alia. Donatus legit & interpretatur, Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi, vt ſit ſyllepſis. Nam cōmodū inquit in homine eſt, aduentus in facto eius, tempus in opportunitate facti. ¶ Omnis res eſt iā in vado.} Sic eſt in Chiliadibus, Metaphora prouerbialis in vado eſt, pro eo quod eſt in tuto, citráq; diſcrimē, ſumpta à natantibus aut nauigantibus. *In vado eſt.* Vadū autē eſt aquæ fundus, in quo quiſquis ſteterit, iā effugit periculū ne mergatur. Huic affinis eſt allegoria de qua dictū eſt aliàs: In portu nauigo. *Vadum.* Quidam vadū, inquiunt, fundus eſt fluminis, lacus, maris, & cuiuſq; aquæ per quod via datur. Hinc vadū quoq; appellatur locus, qui propter aquæ breuitatem tranſiri poteſt, vnde prouerbium, In vado, pro eo quod eſt in tuto. Nam vt in profundo periculum conſiſtit, ita in vado eſt ſecuritas. Hinc vadoſus amnis, qui frequentia habet vada, quæ pedibus tranſiri poſſunt. Hoc adagio & Politianus Herodianum transferens vtitur. His lætus, inquit, Niger cum ſcilicet Romanorum animos, & cæterorum ſtudia hominum animaduerteret, iam haud dubiè rem omnem ſibi eſſe in vado arbitrabatur. ¶ O noſter Chreme.} Donatus, noſter, inquit, dicendo latenter ſignificat Glycerium filiam Chremetis eſſe inuentam. ¶ Quid iſtic tibi negotij?} Iſtic nō *Iſtic.* vbi es, ſed vbi fuiſti. ¶ Etiam tu hoc reſpondes?} Donatus enarrans illud Terentij in Adelphis. Etiam taces? antiquè putat dictum pro tace, ſic & hoc in loco, Etiam tu hoc reſpōdes? pro reſponde. Poteſt enim deeſſe an non, vt ſit, Etiam tu hoc reſpondes, an non? ¶ Cum tuo gnato vnà.} Donatus, Serui, inquit, excuſatio, filij accuſatio eſt: & ita quaſi perturbatus loquitur ſeruus, poëta ad exitum feſtinantis conſilio.

¶ Cum

¶Cum tuo gnato vnà.} Quintiliano hæc ſententia prouerbij vice citatur, Mendacem memorem eſſe oportere. Difficile eſt vt qui mẽtitur, ſemper ſibi conſtet, niſi ſumma ſit memoria. Eſt autem fictarum rerum memoria non paulo difficilior quàm veratum. Proinde plerunque deprehẽduntur hoc pacto mendaciorum architecti, dum obliti quę prius dixerant, diuerſa à ſuperioribus loquuntur. hæc in Chiliadibus.

Confidens. ¶Ellum confidens.} Nonius dicit confidens hoc loco vel pro temerario vel pro audaci poſitum eſſe, quod neſcio quid ſit, quandoquidem quæ ſequuntur ad laudem dicantur omnia. Sunt qui putant accipi pro conſtante.

Quantiuis pretij. ¶Quantiuis pretij.} Hoc loco quantiuis pretij hominem Terentius dixit, quem quamlibet magna re dignum intelligi voluit.

Triſtis. ¶Triſtis ſeueritas ineſt in vultu.} Triſtis hîc ad laudem ſumitur, & triſtitia in fronte hominis aliquando grauitatis indicium eſt.

Seueritas. Seuerus dicitur ſequẽs verum. Seueritas ergo id eſt veritatis amor. ¶Quia lubet.} Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. ¶Si quicquam inuenies mentitum, occidito.} Si mẽdacem me compereris, haud cauſam dico, quin me interficias. ¶Quadrupedem conſtringito.} Non procedit vltra vincula ad necẽ, quod tragicũ eſſet.

Quadrupes. ¶Quadrupedẽ conſtringito.} Memini me legiſſe in cuiuſdã non indocti viri cõmentatiis Ceruos olim à celeritate vocari ſolitos eos, qui ſerui eſſent fugitiui. Vnde nonnulli putauerunt in hoc Terentiano, Quadrupedem conſtringito, quadrupedẽ poni pro ſeruo, & fugitiuo. Don. Quadrupes, inquit, ligaturæ genus eſt in cruribus. Angelus Politianus ſcripſit alteram centuriã, in qua adnotauerit cuiuſmodi ſit quadrupedes nodus apud Terẽt. quod ſcire poſſemus, ſi opus illud extaret hominis doctiſſimi. ¶Iam ego pol hodie ſi viuo tibi oſtendam.} Diuerſa ſunt hominum ingenia. Hîc in Simone iracundi patris imaginem habes, Placidum vbique ſe nobis offert Chremes. ¶Chreme pietatẽ gnati.} Eclipſis eſt, ſubauditur enim vides, & Pietatem ironicum eſt pro impietate.

LATOMVS Argumentum.} Deprehenditur à ſene Dauus, & prodito per imprudentiam Pamphilo iuſſu heri conſtringitur.

¶Animo iam.} Lætitia exeuntis à Glycerio Daui ob aduẽtum Critonis. ¶Omnis res eſt.} Metaphora prouerbialis à natantibus vel nauigãtibus ſumpta. ¶Curaſti.} Ironia irati ſenis. ¶Mihíne.} Repetit idem verbũ. quia non habet quod reſpondeat. ¶Crucior miſer.} Vox trepidantis & perplexi. ¶Quid illud.} Irriſoriè à Chremete. ¶Confidens, catus.} Cõfidens in bonã partẽ. Catus, id eſt, prudens. Vult Dauus hac deſcriptione aſtruere fidem Critoni, quamuis id diſſimulet. ¶Quantũ potes.} Id eſt celerrimè. Cõmotum reddam. Id eſt perturbatũ.

Quadrupes ¶Quadrupedẽ conſtrin.} Id eſt, more quadrupedum. ¶Pietatem gnati.} Subaudi ſpecta, & eſt antiphraſis.

PETRVS MARSVS.

Animo iam nunc &c.} Seruos nimia calliditate, maloq; propoſito graſſantes, multúmque ſibi tribuentes, aut mendaces, puniendos eſſe, docet hæc ſcena.

Seruorum diſciplina. Fiunt enim licentia peiores, & diſciplinam domus confundunt, freti mẽdaciis: quæ tandem deprehenſa, dedecus afferunt, & vitæ diſcrimen. Ideo Xenophon lib. VIII. ſic ait. Apertum mendacium impedimentum eſt hominibus ad veniam conſequendam. Plato lib. VI. de Legibus loquẽs de recta ſeruorum educatione, ſic ait: Caſtigandi, cædendíq; ſemper iure ſunt ſerui, neque ita monendi vt liberi, ne molliores fiant. Alloquutio omnis ad ſeruos, quodãmodo imperium ſit, neque iocus vllus cum ipſis, ſeu fœminis, ſeu maſculis habeatur. Quod multi ſtultè facientes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem vitam, & ſibi ad imperandum, & illis ad obediendum, reddunt. Idem dicit, homines cum difficultate domari, illorum poſſeſſionem eſſe difficilem. Cicero in oratione pro L. Flacco dicit: Prouerbium eſt Phrygem plagis fieri meliorem. Idem in Philippicis, ſic ait: Omne malum naſcens, facilè opprimitur, inueteratum, obſoletúmque, fit robuſtius. Et Seneca ſic ſcribit ad Neronem: Natura contumax eſt humanus animus, & in cõtrarium atque arduum nitens, ſequitur facilius, quàm ducatur.

Fidentia. ¶Confidens, catus &cæt.} Fidentia, inquit Cicero in quarto Tuſc. id eſt, firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt & opinio grauis, non temere aſſentiens. Idem in tertio, ſic ſcribit: Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens mala conſuetudine loquendi, in vitio ponitur.

Confidens. Ductum verbum à confidendo, quod laudis eſt. Qui autem eſt fidens, hic non extimeſcit. Diſcrepat enim à timendo, confidere.

Catus. Catus dicitur ille, qui habet rerum vſum, & ſapit in rebus ciuilibus. Cicero in primo Tuſculan. Egregiè cordatus homò catus Aelius Sextus.

Cato. Plutarchus in vita Catonis ſenioris, ſic ait: Romani cum in quo multarum rerum vſus ac experientia ſit, Catonem nominant.

RIVII. Neſcio quis ſenex modò venit.} Codex Haſſenſtenianus habet: Neſcio qui ſenex &c. quo modo etiam Nonius citat, vt quidem & Brixianum habet & Venetum exemplar. Eſtque, vt ego ſentio, mollius & venuſtius, & magis deniq; Terentianum.

EIVSDEM ANNOTATIO.

Mirè excandeſcentis heri imaginem exprimit, & ob oculos ponit hæc Scena: docens videlicet ſeruorum in fallendis heris audaciam non eſſe impune ferendam. ¶—Modò introij.} Vide ſerui aſtutiam, qui aliud ac rogatus eſt, reſpondeat. Sunt non pauci, qui hanc Daui aſtutiam imitentur, quarę tenendus eſt hîc Protheus, ne hac via elabatur. ¶Cum faciem videas, videtur eſſe quãtiuis pretij.} Sed fallit interim facies: magis ſpectanda eſt index animi oratio, quæ cuiuſque ingenium vt ſit, facilè declarat, ſi modò ex animo loquatur.

Facies interdum fallit. Adeò ſemper vt aliis in rebus omnibus, ita hîc quoque timenda eſt ſimulatio, & fucus. Plau. in Pſeud. Faciem, inquit, cum aſpicies eorum, haud mali videntur, Opera fallunt. Quanquam tetrica ac ſeuera facies, conſtantiæ nonnunquam indiciũ eſt, & grauitatis. ¶Heus Dromo.} Seruos mendaces ac fallaces caſtigandos, puniẽdóſque eſſe, docet hoc loco Terentius. ¶—Ah ne ſæui tantopere.} Docemur hîc moderandam eſſe nimiam iracundiam: & in ipſa etiam animaduerſione rationem adhibẽdam, & modum, & quandam, vt ſic dicam, lentitudinem.

Ira in puniendo moderanda. Irati enim nonnunquam grauius in ſeruos animaduertimus, quàm deceat, aut conueniat. Hinc rectè ille, Niſi iratus eſſem, verberarem te. Et Cato:

Seruorum ob culpam cum te dolor vrget in iram,
Ipſe tibi moderare.

Et Cicero ait prohibendam maximè eſſe iram in puniendo: cum hac enim nihil rectè fieri, nihil conſideratè poſſe. Rectè Laches in Hecy. Videndũ eſt, inquit, ne minus propter iram hanc impetrem, quàm poſſiem, Aut nè quid faciam plus, quod pòſt me nõ feciſſe ſatius ſit. Act. V Scena I Horatius: Qui non moderabitur iræ, Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit. Solomon, Magna, inquit, ira detrimentum adfert, niſi coërceatur. Publ. Mimographus: Iracundiam qui vincit, hoſtem ſuperat maximum.

DOLETI OBSERVATIO.

*Otioſus animus.*

*Animo iam nunc otioſo eſſe impero.*} Id eſt tranquillo, non perturbato non æſtuante. Otium enim ſecuritas eſt: negotium verò ſolicitudo. [*Omnis res eſt iam in vado.*} Vadum eſt aqua fundus: in quo quiſquis conſtiterit, is iam effugit periculum, ne mergatur. Ab hoc igitur eſt metaphora prouerbialis: ſcilicet in vado eſſe, pro eo, quod eſt in tuto, citráque diſcrimen: ſumpta à natantibus, aut nauigantibus. [*Quid iſtic tibi negotij eſt?*} Pro, quid habes negotij? Negotium verò eſſe alicui cum aliquo, paulo eſt elegantius loquẽdi genus. Cicero Familiarum IX. Neſcis, quo cum Imperatore tibi negotium ſit. Idem ad Att. VII. Hoc iudico, cum homine audaciſſimo, paratiſſimóque negotiũ eſſe. Sed quoniam per habere expoſuimus hunc Terentij locum, de eo exempla dabimus. Cicero Familiarium I. In tua prouincia magna, & ampla negotia habet. Idem Famil. XIII. Is ita ſibi perſuadet, quod in tua prouincia negotij habet, niſi te prouinciam obtinente, meis commendationibus confecerit, id ſe in perditis, & deſperatis habiturum. [*Non tu dixtin' eſſe inter eos inimicitias?*} Non ferè diſſimili ſuprà vſus eſt locutione, cum dixit iras eſſe inter Pamphilum, & Glyceriũ. Itaque iras, & inimicitias eſſe inter aliquos, eodem ſignificato dicimus. Cicero pro Cluent. inimicitias inter ipſos fuiſſe confiteor. [*Tantum laborem capere.*} Sic loquitur Cicero in Orat. pro Roſcio Comœd. Non fuit, inquit, cauſa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires: per nuntium hoc, quod erat tam leue, tranſigere potuiſti. Eodem penè ſenſu dicit idem Cicero laborem excipere, ſuſcipere, labori ſe dare, laborem ſubire, laborem ſuſtinere, vel ſuſtentare, laborẽ fungi. De quibus vide exempla, in Primo Tomo noſtrorum Cõmentariorum.

*Negotium alicui eſſe.*

*Negotium habere.*

*Inimicitias eſſe inter aliquos.*

*Laborem capere.*

GLAREANVS.

*Decem & nouem primi verſus ſunt trochaici tetrametri catalectici. Quinque deinde iambici tetram. acatalectici. quanquam ex eis primus & tertius etiam trochaici eſſe poſſunt, ſi o in verbis Obſecro & Occidite corripias. Sex vltimi ſunt ſenarij iambici. In ſecundo à ſcenæ initio verſu, Meo monoſyllabum eſt, & in Quid eliditur d. Quanquam Eraſmus dicit l, in Illud: quod qua de cauſa nobis non videatur, ſæpius iam diximus. Poteſt tamen bacchius eſſe loco tertio, & creticus loco ſexto. In tertio verſu præpoſitio Ad, ante Tempus omittẽda eſt. In octauo d, eliditur in Quid, & tribrachys eſt pro trochæo in vltimo ante extremã ſyllabã pede. In nono verſu, primo loco eſt tribrachys, ſecundo loco anapeſtus, & i, in Tibi vltima breuis non eliditur. Et ſi verbũ Introij præcedit aduerbiũ modò, vt poſuit Eraſ. erit triſyllabũ: ſin ſequitur, erit diſyllabũ, & tertio loco erit trocheus. Quinto certè loco erit tribrachys. In decimo, vel Tuo eſt monoſyllabum, vel creticus loco primo. In vndecimo Dixti pro Dixtin' rectè legit Eraſmus, & ita habẽt veteres codices. In duodecimo d, eliditur in Quid. Quanquam idem verſus poterit etiam iambicus tetrameter acatalect. videri, ſi d, non elidas. Sed & bacchius loco quarto conſeruabit eum vt trochaicus ſit cum cæteris. In decimotertio Eraſmus ait. Niſi in Vero elidas v, cõſonantem, verſus erit iambicus tetrameter catalecticus. Hîc autem primo loco ſi ponas creticum pro ſpondeo, bene habebit carmen: quod ego malim, vt reliquis conformetur. Quanquam cum nemine ea de re cõtenderim. In decimoſexto aut s, eliditur in Triſtis, vt Eraſmus adnotauit, aut amphibrachys eſt loco ſecundo. In decimoſeptimo d, eliditur in Quod. In decimooctauo Ciuem ponendum eſt ante verbum Eſſe. In decimonono primo loco eſt dactylus, ſecundo tribrachys, in tertio trochæus. Quæ autem Eraſmus hîc de Hem ait, mihi diſplicent. In ſequẽtibus quinque, effugia ſunt, cur etiam trochaici eſſe poſſint. Sed cum nulla neceſſitas nos ad hoc adigat, ſint ſanè iambici tetrametri acatalectici. Ille autem verſus Age nunc, iam ego pol hodie, ſi viuo, tibi. Hactenus ſenarius eſt, & Ego ſecunda ſyllaba longa eſt, quod rarum eſſe apud Latinos ſuperius diximus. Quidam tamen aliter diſtincta habent ea carmina. Sed hîc placuit nobis Eraſmi partitio.*

*Ego, ſecunda longa.*

IOANNES THEODORICVS.

*Imò verò indignum Chreme iam facinus &c.*} Admonèt Nannius, nihil eſſe quòd miremur Dauum eſſe perculſum, & ab omnibus ſuis vafriciis & calliditate deſtitutum, quum egreſſus domo Glycerij (quæ res illi omnem purgationem adimebat) ſubitò incidat in iratiſſimum ſenem. Quod autem pro ſui Pamphilique defenſione deſtinauerat allegare tale eſt. Quum interrogatum eſſet à Simone, Cur igitur hîc eſt? & ſubieciſſet per ironiam Chremes, Quid illum cenſes? cum ea litigat. tanquam ſeriò dictum, pro ſe arripit Dauus: ac inducere volebat, præter veteres offenſas inter Glycerium & Pamphilum, quas apud Simonem hactenus iactauerat, nouam & prægrandem cauſam litigandi ſuperueniſſe. Pamphilum enim, & ſe (audita iactantia Critonis, qua aſſeuerabat Glycerium ciuem Atticam) in domum Glycerij concurriſſe, vt hominem refellerent: ipſúmque indignabundum in medijs iurgiis prorupiſſe, vt querelas iſtius hei hero renuntiaret, eámque eſſe ingreſſionis & egreſſionis cauſam. Sed hoc ſpecioſum commentum, animus ſubita conſternatione perculſus exequi non poteſt, adeò vt in magno metu ingenioſus à ſtupido nihil differat: & qui hactenus fuerat Dauus, hoc eſt calidiſſimus, nunc ſimplex ille Byrrhia videatur. Bene autem ſecundum obſeruationem grammaticorum, dictum eſt, Glycerium eſſe ciuem Atticam, non Athenienſem. Author enim eſt Euſtatius, viros ἀθηναίους, mulieres ἀττικὰς appellari.

*Perturbati ſibi excidunt.*

*Athenienſis. Atticus.*

*Ellum.*} Quandoquidem Laurentius Valla de Eccum & Ellum contrà ſentit quàm Donatus, non alienum fuerit eius verba ex libro Elegantiarum ſecundo hîc adſcribere. Eccum, eccam (ait) eccos, eccas: Ellum, ellam, ellos, ellas: ab Ecce compoſita ſunt, & ſecum videntur gerere caſum: ſed non gerunt. quæ Priſcianus ita reſoluit, Ecce eum, ecce eam: ecce eos, ecce eas: ecce illum, ecce illam: ecce illos, ecce illas. Sergius quoque commentans Donatum ait, Nihil ſignificat Ellum, niſi ecce illum. Paulóque pòſt, Quum ergo Ellum ſit ecce illum: & Ellam ecce illam, nihil poſſumus dicere niſi magis demonſtratiuè. Sed pace Priſciani, Sergiíque & aliorum, hoc nec verum nec conueniens ſignificatum eſt. Nam inter Ecce eum, & Ecce illum, quid intereſt? Potius dicendum erat: Eccum, ecce hunc: eccos, ecce hos, de quibus agimus. Talis erat conuenientior interpretatio: ſed quæ nec vera foret. Reſoluuntur enim hæc per aduerbia, non per pronomina. Eccum, ecce hîc, ſubintellige virum de quo agebamus. Eccam, ecce hîc, ſubintellige fœminam de qua mẽtio erat. Ellum, ellam, ecce illic virum fœminámve, ſubintellige de quo dequáve agebatur. Nam vt de homine qui ante conſpectum noſtrum adeſt, rectè dicas, Ecce ille, vel ecce ego, ſiue ecce illum, vel ecce me: ita malè loquaris,

*Eccum, eccam, eccos, eccas. Ellum, ellam, ellos, ellas.*

*Ellum hominem, vel ellum me. Et rurſum de longè poſito, Eccum. Terent. Eccum Parmenonem: &, Eccum me. Nempe non ecce eum Parmenonem, quaſi aliquis alius ſit preter hunc Parmeno. & ecce eum me, quem me eum quæris. Eccum ergo Parmenonem, id eſt, ecce hîc Parmenonem: & Eccum me, id eſt, ecce hîc me. Et Ellum Parmenonem dicentes, non ſic loquimur, quaſi de parum noto, vt ſolemus quum dicimus, Ecce ille Parmeno, quaſi ille tibi incognitus, ſed auditus. Ellum igitur Parmenonem, ſignificat, ecce illic Parmeno ſiue Parmenonem. Hactenus Valla.*

*Ceruus, pro fugitiuo.*

*Quadrupedem conſtringito. } Quadrupedem Crinitus interpretatur ceruum, hoc eſt, ſeruum fugientium. Sic enim ait De honeſta diſciplina libro* XIX. *cap.* VIII. *Ceruos apud antiquos vocari conſueuiſſe à celeritate fugitiuos, docet Sex Pompeius libro De verborum ſignificationibus* XVII. *Seruorũ (inquit) dies feſtus exiſtimatur Idibus Auguſti, quòd eo Seruius Tullius natus ſerua, ædem Dianæ dicauerit in Auentino, cuius tutelæ ſunt cerui, à quorum celeritate fugitiuos vocant ceruos. Neque (ſubdit Crinitus) illud alienum videri debet, quod in Terentiana fabula ſcriptum eſt ab Aelio Donato, quo in loco Terentius inquit, Quadrupedem conſtringito. Quadrupes, ait Donatus, ligatura genus in cruribus: aut quadrupedem poſuit pro ſeruo & fugitiuo. Vnde illud Virgilianum de inſigni illo Tyrrhei ceruo, quem ſagitta transfixit Aſcanius, Aeneid.* VII. *Saucius ac quadrupes nota intra tecta refugit. Quocirca apud Comicos etiam authores, ceruum pro fugitiuo dici ſolitum apparet, ſicuti & Lupæ pro meretricibus paſſim accipiuntur. A Crinito diſſentit Calcagninus Epiſtolarum libro decimoquinto epiſtola ſecunda, his quidem verbis: Non puto ad vincula aut ceruos confugiendum eſſe, ſed planè ac ſimpliciter intelligendum, vt Dauus pedibus manibúſque in morem quadrupedis vinciretur conſtringeretúrque, ita vt manibus manicæ adderentur, pedibus compedes. Cætera quæ Donatus & poſt Donatum Crinitus cæterique commenti ſunt, ad περιεργίαν potius quàm ad authoris intelligentiam pertinere arbitror. Hæc Calcagninus. Porrò περιεργία interpretatur curioſitas.*

DONATVS.

*Qvis me volt? perij. } Hîc accuſatio eſt: quæ ſoluitur defenſione, in eo quod ad amorem pertinet, per conceſſionem: in eo quod ad Critonis perſonam, per coniecturam.*

*Apoſiopeſis.*

*¶ Quid ais omnium? } ἀποσιώπησις tertia: & eſt ad deformationẽ perſonæ. Et eſt irati familiaris ἀποσιώπησις, cum pro dignitate peccati, non inueniat conuitium. ¶ Quid ais? } Non interrogantis, ſed inuehentis. & eſt ἔλλειψις multa ſignificans, in eo quod ait, omniũ.*

*Elipſis.*

*¶ Quaſi quicquã in hũc iam grauius dici poſſiet. } Quàm quod fecit, quàm quod peccauit.*

*Ain'.*

*¶ Ain' tandem? } Quærit Probus, ain' quæ pars orationis ſit: & an vna ſit. eſt autem ain', quaſi aiſne, Et mirè, quaſi ipſe dicat quod Dauus dixerit. Ergo ain' percontatiuũ verbum eſt.*

*Tandem.* *Prædicant.*

*¶ Tandem. } Pro tamen. ¶ Prædicant. } Artificioſè pro dicunt poſuit. adeò in hac re vehementer commotus ſenex hoc ipſum repetit, Ita prædicant, per iracundiam. Et ita eſt ἐν ἤθει, vt repetatur verba, in quibus arguitur impudentia,*

*Ita.*

*Cõfidentia.*

*¶ O ingentem confidentiam. } Et confidentia modò pro audacia eſt cum improbitate. vt in Phormione, Homo confidens. Aliter hîc ſuprà confidens pro conſtanti, & graui. Ergo confidentia interdum in bona ſignificatione, interdum in mala ponitur: ſed fiducia ſemper in bona.*

*Fiducia.*

*¶ Num cogitat quid dicat? nũ facti piget? } Amẽs eſt qui neſcit quid dicat amẽtior, quẽ non pœniteat facti ſui.*

*Amens.*

*¶ Num cogitat quid dicat? } Quia iniuriarum ſe alligat. ¶ Num facti piget? } Quia dicit prędicant: non, dicunt. & vt ſolent iraſcentes, auertit orationem à ſecunda ad tertiam perſonam ab ea cum qua loquebatur, ad aliam. ¶ Num eius color pudoris ſignum vſquam indicat? } Signum, eſt parua quædam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem.*

*Signum.*

*¶ Num eius color pudoris ſignum vſquã indicat? } Paterno animo dicit. Namque patribus velle erubeſcere filios, pudentéſque eſſe, familiare eſt: cui contrarium eſt, Erubuit, ſalua res eſt. Hoc ergo dicit, Nec timet inquit: nec cum pœnitet, nec pudet.*

*Pudere.* *Erubeſcere.*

*¶ Præter ciuium morem. } Præter, contra nunc ſignificat. ¶ Impotenti. } Nimis potenti vel, certè debili, & deuicto. ¶ Ciuium morem, atque legem, & ſui voluntatem patris. } Tria contempta ſunt, mos, lex, imperium patris.*

*Præter.* *Impotens.*

*¶ Tamen. } Cum non dixerit quamuis, ſubiecit tamen, & figura eſt ἀνακόλουθον. ¶ Me miſerum. } Initium defenſionis, & deploratio calamitatis & miſeriæ, quia in amorem culpam remouet à voluntate ſua, cum pater, quòd amat filius, vitiũ mentis dicat eſſe, nõ inpulsũ dei.*

*Tamen.* *Anacoluthon.*

## ACTVS V. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

Simo acriter obiurgat filium, confeſſus crimen filius veniam petit, ac ſe totum paternæ ſubiicit voluntati. Nimis commotum Simonem placare nititur Chremes.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena continetur querimonia Simonis aduerſus filium, cum ingenti acrimonia indignãtis. Subinde filii excuſatio per cõfeſsionem, qui ſe quoque omnino patris voluntati ſubmittit. Poſtremò Chremes Simonem aliquanto temperatiorem reddit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

EVocatur Pamphilus è domo Glycerii & grauiter à patre accuſatur.

*Partim Iambici Senarij, partim Trochaici Tetrametri Catalectici, idque in fine Scenæ*

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

QVis me volt? perij. pater eſt. S. quid ais omnium? C. ah,
Rem potius ipſam dic: ac mitte malè loqui.
S. Quaſi quidquã in hunc iam grauius dici poſſiet.
Ain' tãdem? ciuis Glycerium eſt? P. Ita prædicant.
S. Ita prædicant? ô ingentem confidentiam!
Num cogitat quid dicat? num facti * piget?
Vide, num eius color pudoris ſignum vſquam indicat?
Adeón' impotenti eſſe animo, vt præter ciuiũ
Morem, atque legem, & ſui voluntatem patris,
Tamen hãc habere ſtudeat cum ſummo probro?
P. Me miſerum. S. modóne id demum ſenſti Pamphile?
Olim iſtuc, olim, cum ita animũ induxti tuũ,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiũdum tibi,
Eodem die iſtuc verbum verè in te accidit.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam ſenectutem huius ſolicito amentia? an
Vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam?
Imò habeat, valeat, viuat cũ illa. P. mi pater.
S. Quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patris.
Domus, vxor, liberi, inuenti inuito patre.
Adducti qui illam ciuem hinc dicant. viceris.
P. Pater, licétne pauca? S. quid dices mihi? C. at
Tamen Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiam
Chreme? C. at tamen dicat ſine. S. age dicat: ſino.
P. Ego me amare hanc, fateor. ſi id peccare eſt, fateor id quoque.

*Demum.* *Sentire.* *Aliquo pacto.* * *pudet?* *Eclipſis.* *Solicito.* *Mi.* *Viceris.*

*Modóne id demum ſenſiſti Pamphile? Comprobatione oſtendit eum eſſe miſerũ. Demum autem, ſignum eſt tarditatis. Et ſentire dicitur qui vix colligit ſe, víxque animaduertit: vt alibi, Vix tandem ſenſi ſtolidus. Olim iſtuc, olim. Obiurgatio eſt, quod dictum eſt olim. confirmationem autem per repetitionem oſtendit. Vt Virg. Diuum c d e o. Accidit. euenit, fuit. Aliquo pacto. Quoquo modo. Sed quid ego? Proprium eſt parentibus indignatiõe velut abiicere curam filiorum, cũ deſtomachati fuerint. Sed quid ego? ἔκλειψις per ἀποσιώπησιν. Solicito. Solicitã reddo, id eſt cõtriſto & perturbo. Cur meã ſenectutẽ. Non me, ſed meam ſenectutem: quod plus eſt, & miſerabilius dicit. Imò habeat, valeat. Nõ iraſcitur vt pater, ſed diſſimulat vt alienus: quia vehementer dolet. Et habeat, ſubauditur illã. Mi pater. Mi, meus. & principium factum à conciliatione perſonæ. Quaſi tu huius indigeas patris. Huius oſtendẽs ſe dixit: vt Virgilius, Eſt hic, eſt animus lucis contẽptor. Domus, vxor, liberi inuenti. Mira grauitate ſenſus elatus eſt. nec de Menandro, ſed propriũ Terentij. Et liberi inuenti dicit, cum vnus eſſet: ſed inuidioſius liberi. Et inuenti, nõ geniti, ſecundum illud, Hoc ego ſcio, neminem peperiſſe hîc. Domus addidit, non, lupanar. Et oratoriè, de vno pluraliter loquimur. Viceris. Verbũ eſt eius qui vix ſibi extorquet vt abiiciat curam. Et proprium patribus, ac familiare iratis. Pater, licétne pauca? Titubãs, & balbutiens oratio pudore & conſcientia. Age dicat, ſino. Hoc totum non ex animo permittentis, ſed cum ſtomacho patiẽtis eſt. Ego me amare hanc fateor. ἀμφιβολία τις ἐστί. Et bene hanc dicit, non Glycerium, cuius nomine offẽditur ſenex: nec peregrinam, ignominiam ſcilicet vitans. Si id peccare eſt, fateor id quoque. Noli, inquit, me accuſare quia amo. amãtem enim nemo accuſat, vt febricitãtem nemo accuſare poteſt cur febricitet. ſed amare, inquit, ſi putas eſſe peccatũ, fateor etiã me hoc peccaſſe. Mirè igitur & ſubdefendit culpam, & aſſẽſus irato eſt. Fateor id quoque. Peccare me ſcilicet. Si id peccare eſt. Peccare dicit: quia amor deus eſt, non voluntas. Tibi pater me dedo. Bene dedo, quaſi hoſtilia & contraria volẽti. nam deditio, in hoſte fieri ſolet. Quid vis oneris impone, impera. Executus eſt tranſlationem oneris, dicendo impone, vt potero feram. Vis me vxorem ducere? hanc vis amittere? Et quod vnum eſt, duo fecit: vt oſtendat ſe non poſſe ferre. Vt potero ferã. Obſequiũ ſine voluntate oſtendit: & multum valet ſub Chremetis præſentia hæc cõfeſſio ad recusãdas nuptias. Vt ne. Pro, vt non. Allegatum. Adhibitum. Nũc ſenem. Critonẽ ſcilicet. Et non Critonem, ſed ſenem dicit: vt de hac appellatione pondus adiiceret teſtimonio. Aequũ poſtulat, da veniam. Artificioſè interponit loquẽtem Chremetem: quem volẽs vſque ad cognitionem filiæ ſuæ retinere, non facit iraſci Pamphilo, ob contemptũ filiæ ſuæ, & poſt hoc abire de medio. Da veniam. Concede, indulge. Sine te hoc exorẽ. Id eſt, vt me purgẽ, non, adducam. Ab hoc me falli comperiar. O paterna pietas, ipſe accuſator eſt, & redargui ſe cupit. Paulum ſupplicij. Supplicium dicit ipſam accuſationem.*

*Dedo.* *Vt ne.* *Allegare.* *Veniã dare.* *Supplicium.*

*Quid ais omnium? Irato familiaris eſt reticentia, quando pro peccati magnitudine* ADRIA. BARL.

Tibi pater me dedo. quiduis oneris impone. impera.
Vis me vxorem ducere? hanc vis amittere? vt potero, feram.
Hoc modò te obſecro, vt ne credas à me allegatum hunc ſenem.
Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam. S. adducas? P. ſine pater.
C. Aequum poſtulat. da veniam. P. ſine te hoc exorem. S. ſino.
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
C. Pro peccato magno paulum ſupplicij ſatis eſt patri.

*tudine conuitium non inuenimus, & multum facit ad perſonæ deformationem. [Grauius dici poſsit.] Donatus addit quàm fecit, q̃ peccauit. [Ita prædicant.] Vehementer commotus per iracundiã repetit idem verbum. [O ingẽtem confidentiã.] Pro temeritate hîc accipit confidentiam. [Pudoris ſignum.] Bene hoc, Nam quos pudet rubere ſolent, quia natura ſua ſponte conſcientia quadam, quod honore dignũ ſit reuerita, quaſi nobilis puella, modicè ſeſe in corporis intima cõtrahit. Mouetur autem vna ſecum ſanguis, ac funditur. Vnde etiam cutem ſanguinis colore infici videmus. [Modóne id demum ſenſti?] Nunc demum Pamphile re peracta animaduertis erratum tuum? hæc ſtultorum prudentia eſt. [Olim &c.] Serò incipis eſſe attentus, iã tuis malis admonitus. [Olim iſtuc olim.] Obiurgatio eſt, & confirmationẽ facit per repetitionem. [Cum ita animum induxti tuum.] Id eſt, cum ita putaſti. quo modo etiam accipi videtur in fratribus. Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum.*

*Animum inducere.*

*[Meam ſenectutem.] Senectus cum ſit res quæ ſentiri non poſsit, quomodo ſolicitari poteſt? Dic tempus pro perſona hîc poſitum eſſe, vt cum dicimus, erudita eſt ætas noſtra, pro ætatis noſtræ hominibus. [Imò habeat.] Potius habeat, quàm ego pro his peccatis ſupplicium ſufferam. [Valeat.] Commoti patres ita ſolent abiicere curam filiorum. [O mi pater.] Filiis nulla vox acerbior eſt, quàm ſi audiant à patre, facite quicquid libet, mea nihil refert. Siquidem hæc eſt oratio abdicationem meditantis. Nimirum hæc patris lenitas quauis obiurgatione durior eſt. [Adducti qui hinc ciuem.] Inuidiæ cauſa mutauit numerum, quemadmodum etiam proximè dixit, Liberi inuenti. [Viceris.] Grammaticis quinque ſunt verborum ſpecies, Relatiua, vſurpatiua, affirmatiua, conceſsiua, & ſuaſiua: quarum affirmatiua dicitur, cum de re dubia, in qua parum altercantibus aſſentimur, ſpecie ſubiunctiua quaſi ſit factum affirmamus. vt fecerit, dixerit, id eſt crede feciſſe dixiſſe, quod neque dixerit neque fecerit. Nam ſi rem feciſſe dicere vellemus, non ſubiunctiuo, ſed indicatiuo vtentes modo, ſic loqueremur, fecit, dixit: ille ſermo affirmantis, hic confitentis eſt. Et viceris, hîc apud Terentium putant eſſe affirmatiuæ ſpeciei. De his ſpeciebus multa etiam habet Diomedes. [Viceris.] Capitur interdum vincere pro voti compotem fieri, quo ſignificatu & hîc Terentium vſurpaſſe volunt eruditi quidam.*

*Vincere.*

*[Viceris.] Verbum eſt eius, qui vix ſibi extorquet vt filij curam abiiciat, & iratis patribus familiare eſt. [Vt ne credas à me allegatum hunc ſenem.] Adrianus Cardinalis dicit verbum allegare à multis impropriè vſurpari, hos enim non vocis proprietatem attendere, ſed vulgarem ſequi errorem. Nam ſi authorem quempiam in ſuam rem adducere aut citare volunt, allegare ſe illum dicunt, cum allegare ſit quaſi in legationem rogatum pro paruis priuatiſque cauſis mittere. Plautus, Si allegaſſem aliquẽ ad hoc negotium. Idem, Pater allegauit villicũ, qui poſceret ſibi iſtam vxorem. Adducit & hunc Terentij locũ Cardinalis, & Donatus rectè allegatũ interpretatur, id eſt, adhibitum.*

*Allegare.*

*[Adducas?] Reſumptio verbi per indignationem. [Quid vis cupio.] Donatus, O paterna, inquit, pietas: ipſe accuſator eſt, & redargui ſe cupit. [Pro peccato magno paululum ſupplicij.] Supplicium hîc dicitur ipſa accuſatio. Pontanus libro de obedientia ſecundo: nonnulla quæ ad hunc locum pertineant adnotauit. Sic autem legitur: Nemo tam prudens & cautus eſt, vt non interdum labatur, & peccet. Studebit autem filius, aut ipſe coràm ſupplex, aut per alium impetrare à patre veniam, fatebitúrque peccaſſe ſe quidem, & dicet admiſſum non offendendi ſtudio, ſed imprudẽtia, & opinione ſua ſe eſſe deceptum. Vera enim obedientia etiam in peccato perſpicitur, cuius tanta vis eſt, vt pro magno peccato paululum ſupplicij ſatis ſit patri, vt ait Terentius. At tunc multo magis cum preces ſequetur opera, quæ declaret animi pœnitentiam.*

LATOMVS

*Argumentum, Periculum deprehenſi Pamphili, & deprecatio apud patrem, & eſt ſumma Epitaſis. [Quis me volt?] Trepidatio Pamphili ad vocem patris. [O ingentem.] Tragica accuſatio per exclamationem, & incrementum, quæ mox exaggeratur circunſtantiis. [Sed quid ego.] Correctio indignantis. [Imò habeat.] Permiſsio familiaris iratis. [Quaſi tu huius.] Negat ſe patrem appellandum eſſe, ex factis illius. [Ego me amare.] Deprecatio Pamphili, ex qua pius & modeſtus eius animus perſpicitur. [Me allegatum.] Id eſt, ſubornatum, ſummiſſum.*

*Allegare.*

PETRVS MARS.

*Quis me volt &c.] Iratum patrem bonis verbis & obedientia filiorũ mitigandum eſſe, non aſperitate aut contumacia irritandum eſſe, docet hæc ſcena. Beneficiũ quippe paternum ita magnum eſt, vt quomodocunque ſeſe habet pater, à filio ſit obſeruandus atque colendus. Omnia certè quæ habet, patri debet, nec eius beneficium poteſt ſuperare. Vnde Seneca, Nunquã beneficio vincitur, cuius beneficium eſt ipſum quod vincit. Et non amare parentes, impietas eſt: non agnoſcere, inſania. D. Auguſtinus libro ſecundo de ciuitate Dei, ſic ait: Habet quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipſa nequitia auferri poſsit. Plato in nono de Legibus, cum multa de cultu parentum dixiſſet, intulit: Quapropter exiſtimandum eſt, vt paulo antè diximus, nullum apud deos magis honorandum ſimulachrum nos habere poſſe, quàm patres & auos ſenio confectos, matréſque ſimiliter: quibus honoratis Deus gaudet, alioquin eos minimè exaudiret. Mirabilius eius parentum ſimulachrum nobis, quàm imagines quæque inanimes, videri debet. Nam quæ animam habent, quando coluntur à nobis, pro nobis orant, fauéntq; quotidie. quando deſpiciuntur,*

*Parentes colendi.*

Contrà. quæ verò anima carent, neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes & auos, cæteróſque huiuſmodi rectè ſe gerit, is ad Deum ſibi conciliandum ſimulachrorum omnium optima poſſidet. Cicero in oratione pro Roſcio Mimo, ſic taxat parricidam. Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantùm immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè vita priuarit. ¶Ego me hanc amare, &c.} Seneca libro ſeptimo Epiſtolarum, ſic ait: Vitia ſua confiteri, ſanitatis indiciũ eſt. Cicero in duodecima Philippica ſic ſcribit: Cuiuſuis hominis errare, nullius niſi inſipientis perſeuerare in errore: poſteriores enim cogitationes, vt aiunt, ſapientiores eſſe ſolent: & optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilij. ¶Vt potero feram, &c. } Quoniam repentina mutatio eſt difficillima. Vnde Xenophon libro quinto: Mutatio quæ fit paulatim, efficit, vt omnis natura mutationes ferat. Euſebius libro quarto Euangelicæ præparationis ſic ait: Non tãtùm ſolent homines expectatione bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari.

*Peccati cõfeſſio.*

**RIVII annotatio.**

. Patrem ira percitum, ac vehementer commotum molli reſponſione mitigandum eſſe, ac placandum filiis, hæc docet Scena. ¶Ah rem potius ipſam dic, ac mitte malè loqui.} O aureum præceptum. vtinam hæc diſcerent vel ab Ethnico homines Chriſtiani, rem potius ipſam dicẽdam eſſe, miſſis conuitiis, atque maledictis, abſque morſu, ſine vlla famæ alienæ detractione. Exemplum hinc capiant, qui grauibus seriiſq; in rebus, adeòque in negotio Euangelico verſantur, dicatur ſimpliciter res ipſa, conuitia mittantur.

*Rubor in vultu.*

¶—Num eius color pudoris ſignum vſquam indicat?} Rubor in pueri cum obiurgatur vultu, ingenui cuiuſdam ac liberalis pudoris eſt ſignum: vt peſſimæ contrà indolis indicium, nõ erubeſcere. Propterea Mitio Terentianus in Adelphis, Erubuit, inquit, ſalua res eſt. In hac ſententiam multa in Epiſtolis Seneca. D. Hieronymus in Comment. en Ezechielem, Rubor vultus, inquit, pudoris indicium eſt, & conſcientia peccatorum lucet in facie: ſpéſque ſalutis eſt, quando delictum ſequitur verecundia. Vnde ad eam, quæ corde duro in ſuis peccatis gloriabatur, dictum eſt, Facies meretricis facta eſt tibi, neſcis erubeſcere. Plautus in Bacchilidib. Nam ego, inquit, illum periſſe duco, cui quidem periit pudor. Cato Senior iis ſe iuuenibus magis dicebat delectari, qui erubeſcerent, quàm qui palleſcerent. Author Plutarchus in Apophthegm. Diogenes adoleſcẽtem rubore perfuſum videns, Confide, inquit, filij, huiuſmodi eſt virtutis color. Diogenes Laërtius libro ſexto. ¶Adeóne impotenti eſſe animo, vt præter ciuium Morem, atque legem, & ſui voluntatem patris, Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?} Impotentes appellamus, qui animo ſuo nõ temperant, ſed quicquid libuerit, id pertinaciter vrgent: quo quo quidem modo hic accipitur impotens animus, qui ſibi imperare, & ingenio moderari ſuo nequit. Vide autem, vt exaggeret amplificétque Pamphili admiſſum cum ait: Cupiat hanc habere cum ſummo probro, præter ciuium morẽ, atque legem, & ſui voluntatem patris. Præter ciuium morem qui agit, ſtultè profectò facit: qui contra ſui voluntatẽ patris, non modò ſtultè, ſed & impiè: ſiquidem Deus parentibus filios obedire iuſſit. Atque vtinam in contrahendo matrimonio filij voluntati patrum parérent, melius profectò cum rebus ageretur humanis, &, aut ego fallor, aut multo ſanè auſpicatius, feliciúſque parentum authoritate vt olim, ita nunc quoq; coirent coniugia. Eleganter apud Plautum in Trinummo filiũ admonet Philto ſenex, vt ſuis ſemper obtemperet monitis, quæq; præcepit, agat: neque committat vnquam, vt quid præter ſui voluntatem patris faciat, aut animo obſequatur ſuo: ſubiicítque ſtatim præclaram hanc ſententiam, omnibus adoleſcentulis memori vſq; mente tenendam: Qui homo, inquit, cum animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo, Vtrum ita ídne eſſe mauelit, vt eum animus æquum cenſeat, An ita potius, vt parentes eum eſſe, & cognati velint. Si animus hominem perpulit actum eſt: ſi animo ſeruiuit, non ſibi: Si ipſe animum perpulit, dum viuit, victor victorum cluet. Tu ſi animum viciſti potius, quàm animus te, eſt quod gaudeas: Nimio ſatius tui opus eſt, te ita eſſe, quàm vt animo lubet. Qui animum vincunt, quàm quos animus, ſemper probiores cluent. ¶Olim iſtuc olim.} Serò ſapiunt Phryges: &, malo accepto, iuxta prouerbium, ſtultus ſapit. ¶Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoq;. Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone: impera.} Elegãs Pamphili oratio, quæ facilè declarat, cuiuſmodi ſit ingenio præditus, nimirum pio, humanóque. Siquidem & patri concedit, & ira percitum blandis commodiſque verbis delinire, ac placare conatur, non (quod ſolent permulti) magis etiam exaſperare. Rectè Solomon, Mollis reſponſio mitigat iram: ſermo autem aſper iram prouocat. Imitẽtur hîc pueri Pamphilum. vbi deliquerint, agnoſcant ingenuè erratum ſuum: veniam orent: vitæ in melius commutationem, emendationémque in poſterum polliceantur: parentibus ſeſe dedant. Hæc vel Chriſtianum deceant, nedum Ethnicum, cuiuſmodi fuit Pamphilus, vt interim fingamus rem à Terentio veram deſcribi, ac non fabulam agi. Tametſi hæc conficta ſunt à poëta, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis expreſſámque imaginem vitæ quotidianæ videamus, ſicuti ait pro Roſcio Amerino Cicero. Eſt enim Comœdia ſpeculum vitæ humanæ: atque ob id leguntur Comœdiæ, vt vitam inde noſtram emendemus, mores corrigamus. Hinc quid in vita ſit vtile, ac ſequendum, quid rurſus inutile, fugiendúmque, quid rectè ſecúſve fiat, diſcimus. In Comœdia, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, mores hominum, vitáque contemplanda proponuntur, adoleſcentum ſeruorúmque vitia graphicè depinguntur, meretricum aſtutiæ aperiuntur: noxiæ voluptates, turpes illecebræ, amantium amentiæ ob oculos ponuntur: idque vti bonæ indolis adoleſcentes ab meretricum amoribus abhorreant, ad virtutes exemplis pulcherrimis extimulentur, & ſaluberrimis monitis inflammentur: breuiter, ex aliis ſibi quid vtile, honeſtúmque ſit, diſcant. ſed de hoc aliàs prolixius, atque opportunius.

*Verecũdia.*

*Pudor.*

*Impotens.*

*Comœdiæ vtilitas.*

¶—Vt potero feram.} Rectè ait, vt potero: repentina enim mutatione nihil eſt difficilius: & non facilè exuitur, quod iam velut in habitum, conſuetudinémque, quam ἕξιν Græci vocant, abiit. Fuit autem liber antehac, ſuíque planè iuris: confeſtim vt ex ephœbis exceſſit Pamphilus, ſuo iam inde modo, ſuóque ſemper vixit arbitratu, & vixit qui cum maximè voluit, quicquid animo collibitum fuit ſuo, fecit. Nunc verò ceu in ſeruitutem aliquam redacto, amiſſa libertate illa priſtina, alieno ſibi more viuendum propediem intelligit, ſtatim quidem, atque vxorem duxerit. Quàm id autem & durum ſit, & acerbum, homini præſertim adoleſcẽti atque amanti, prorſúſq; ab te vxo-

tia abhorenti, de ſe facilè quiuis fecerit coniecturam. Præterea Glycerium nunc ei deſerenda eſt, quam vnicè ipſe adamat, miſeréque nimis & afflictim deperit: quæ ſuum ei animum, atque omnem vitam credidit: quæ ipſum ſolum ſemper fecit maximi, morigeráque fuit in rebus omnibus: quam ſibi expetiuit: cuius ad ſuum ingenium quadrant mores: quam antè per omnes adiurauit Deos, nunquam ſe deſerturum, nec ſi capiundos ſibi etiam ſciat inimicos omnes homines: breuiter, quæ ipſum pulchra iam prole parentem fecit, & inde ſcitus ei puer natus eſt. Hanc igitur cum deſerendam ſibi eſſe iam videat, cum ab hac ſeſe repentè auellere, qua cum tantum conſueuit tempus, quámque animo egregiè charam pro vxore habuit, cogatur, rectè ſanè, meritóque, Vt potero, inquit, feram: præſertim cum ducere cogatur inuitus, quam non ſatis ex animo amet: cuius à coniugio planè abhorreat: cuius denique nuptias quoquo pacto effugere cupiat. ¶ Pro peccato magno paululum ſupplicij ſatis eſt patri. § Paululum, inquit, ſupplicij ſatis eſt patri pro peccato magno: at nos nihil planè ſupplicij ſumimus de filiis delinquentibus, ſed quorumlibet eis quamlibet grauium delictorum gratiam facimus. Atque hinc procul dubio ira Dei in nos ſæuit, ſicut & in Heli, quòd cum ſciret filios ſuos mala perpetrare multa, non caſtigarit eoſdem, de quo libro primo Regum.

DOLETI obſeruatio. Mittere, pro ceſſare, deponere. Mitte malè loqui. § Mittere apud Latinos ſæpe eſt ceſſantis, excludentis, deponentis. Vnde ſic loquiuntur: mittere lachrymas, pro non flere: mittere iram, mittere timorem, mittere malè loqui, mittere odium, pro finire. Cicero in Verrē: vt mittā cætera: Id eſt, vt de cæteris ſileam. Ibidem: Mitto carcerem, mitto verbera. Idem: Mitto, quòd inuidiā, quòd pericula, quòd meas omneis tempeſtates ſubieris. Interdum dicitur etiam cum ablatiuo, & præpoſitione. Cicero in Verrem, Actione quarta: Non inquam tam quæro, vnde hæc habueris: ſed quo tibi tantum opus fuere, id quæro: mitto de melle, &c. ¶ Ita prædicant. § Ita prædicant, hoc loco

Prædicare. idem eſt, quod ita dicunt. Prædicare verò frequentiore ſignificato ponitur pro laudare, celebrare, decantare, vel commemorare, ſed id ſæpius cum laude, quàm ſine laude, palàm aliquid promulgare, & pronuntiare ex Senatuſconſulto, vt faciunt præcones. Cicero in Famil. Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti. Ibidem: De me nunquam, niſi coactus, ac neceſſariò, quicquā prædicaui. Plura de hoc verbo vide in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum.

Impotens. ¶ Adeón' impotenti eſſe animo. § Impotens aliquando dicitur tenuis vel infirmus: vt apud Ciceronem pro Murena: Valeant hæc omnia ad ſalutem innocentium, & ad opem impotentium. Aliquando verò vocant impotentem Latini, qui in ſua poteſtate non eſt, quíque dolori, vel iracundiæ effrenatè paret: qualis ſequenti exemplo deſignari poteſt: Is in noſtra poteſtate erit, qui in ſua nūquam fuit? quid enim illè vnquam arbitrio ſuo fecit, ſemper tractus, quò libido rapuit, quò leuitas, quò iracundia, quò vinolentia? Sed ego ad alia Ciceronis exempla venio. De Aruſpic. reſpon. Nihil fecit iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu conſideratum, ac multo antè meditatum. Idem in Philippica: Aduolet ad vrbem homo impotentiſſimus, ardens odio. Ibidem: Quæ effrenatio impotentis animi? ¶ Cur meam ſene-

Solicitare. ctutem huius ſolicito amentia? § Solicitare aliquando curam iniicere ſignificat: nonnunquam etiam inſtare, vel tentare: vt, promiſſis factis, vel ſpe aliqua oſtenſa. Huius autem verbi expoſitionem talem à Sextio habemus: Solicitare, inquit, eſt ſuo loco mouere. Quæ autem ſuprà modum commouentur, inquieta eſſe ſolent, & perturbata: & quæ perturba ſunt, moleſtiam nobis plerunque afferunt: eam ob rem ſolicitare pro angere vſurparunt Latini. Prioris ſignificationis exempla. Cicero Familiarium ſecundo: Nihil me magis ſolicitabat, quàm in iis moleſtiis nō me, ſi qua ridenda eſſent, ridere tecum. Ibidem: Reſpublica me valde ſolicitat. Idem Familiariū decimoſexto: Me illa cura ſolicitat, angítque vehementer. Alterius ſignificationis. Brut. Familiariū vndecimo: De delectibus habitis, & pecuniis imperatis, exercitibus ſolicitatis, & nuntiis trans mare miſſis quod te queſtum eſſe negas, nos tibi quidem credimus optimo animo te feciſſe. Cæſar libro ſeptimo de Bello Gallico: Legationes in omneis parteis circummittuntur: quantum gratia, authoritate, pecunia valent, ad ſolicitandas ciuitates nituntur. Idem de Bello Ciuili tertio: Quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, ſolicitabat. ¶ Quaſi tu huius

indigeas patris. § Indigere tam vſitatè ponitur cum geni- Indigere.
tiuo, quàm ablatiuo. Cicero Familiarium ſexto: Hoc mihi non ſumo, vt te conſoler de communibus miſeriis: quæ ad conſolandū maioris ingenij, & ad ferendum ſingularis virtutis indigent. Idem ad Atticum ſecundo: Amalthea mea te expectat, & indiget tui. Idem ad Atticum quarto: Tuarum non tā facultatum, quas ego noſtras eſſe iudico, quàm conſiliorum ad colligendas & conſtituendas reliquias noſtras indigemus. ¶ Tibi pater me dedo. § Quamuis vna &

eadem ferè ſemper eſt dedendi ſignificatio, tamen exempla Dedere.
aliquando habet tota à re bellica remota: Aliquando verò tota ad rem bellicam pertinentia. Cum autem à re bellica alienum eſt, ponitur pro addicere, tradere, dare, & quaſi conſecrare. Vnde ſunt iſtiuſmodi locutiones, dedere ſe literis: dedere ſe ægritudini, crudelitati, religioni: dedere aures ſuas alicui, id eſt, audire: dedere ſe deſidiæ: & ſimilibus. Verùm non ſine affectu expreſſiore eſt, cum dicimus nos dedere alicui: id eſt: omnem eius voluntatem, & mandatum, imperiúmque ſequi. Et in ea hîc ſignificatione eſt. Cicero de Oratore: Itaque ei ſtudioſè ſe excellentiſſimis ingeniis hominnes dediderunt. Ibidem: Primùm te Scæuolæ dediſti. ¶ Quiduis oneris impone. § Onus imponere.
Onus eſt pondus, & moles grauās: quod ponitur propriè, & non tranſlatè. Propriè. Cicero pro lege Manilia: Quò omnes vndique cum mercibus, atq; oneribus commeabant. Idem Tuſculanarū ſecundo: Scutum, gladium, galeam, in onere milites noſtri non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. Tranſlatè. Oneri ſiue propriè, ſiue tranſlatè poſito eædem conueniunt locutiones: plura tamen tranſlata exempla reperies, quàm propria. Quod autem ad onus imponere pertinet, ſic etiam loquitur Cicero Familiariū III. Oneris tibi imponere nec audeo quicquam, nec debeo. Idem Familiarium V. Non ignoro, quàm impudēter faciam, qui primùm tibi tātum oneris imponam. ¶ Vt ne credas à me alle-

gatum hunc ſenem. § Pro citare nonnulli allegare dicunt, vt Allegare.
iuriſconſulti, & Quintilianus. Ego tamen nihil video, quare in hac ſignificatione, vt Latinum recipiēdum ſit, cum hoc neque antiqui Scriptores ita vſurparint: neque quicquam ſit, quo niti huiuſmodi ſignificatio poſſit. Eſt enim Latinis allegare idem, quod mittere: vt, apud Ciceronem in Verr. Act. III. Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat: Idem Famil. XV. Extremum illud eſt, vt quaſi diffi-

dens rogationi meæ Philoſophiam ad te allegem. Ibidem: Si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipuè diligi.

Purgare. Expurgare.

¶ Sine me expurgem.} Expurgem pro purgē hîc poſuit Terentius: Immunda autem propriè purgamus, & quæ pura reddimus: vt, apud Ciceronem pro Seſtio: Tu cædem maximam facias? forum purges? Idem in Tuſcul. Immiſſi cum falcibus multi purgarūt, & aperuerunt locum. Tranſlatè verò pro excuſare accipitur. Et iungitur accuſatiuo cum datiuo, & ablatiuo cum præpoſitione de. Cicero in Famil. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excuſationem. Ibidem: Libenter tibi me purgaſſem. Ibidem: Ei me de ea re purgaui.

GLAREANVS.

Verſus ſunt iambici ſenarij, exceptis vltimis octo, qui ſunt trochaici quadrati catalectici. In quarto ab initio ſcenæ verſu Ain' monoſyllabū eſt. In quinto o prorſus eliditur. In ſeptimo: Vide num eius, anapæſtus eſt, correpta in Vide e, & Eius monoſyllabo. In nono vel Sui monoſyllabum eſt, vel creticus loco tertio. In decimoquarto, Eodē diſyllabum eſt. In decimoſexto, vel creticus loco primo, vel meam, vt huius monoſyllabum. Et in mox ſequenti, Huius monoſyllabum. In ſexto à fine exiſtimauit Eraſmus ſupereſſe verbum Hanc, niſi legas, inquit, vxorem hanc. quod mihi non probatur, ſed ego puto ita legendum verſum, Ducere vis me vxorem, hanc vis amittere? vt potero feram. Si ita legas, & ſenſus erit melior, & verſus optimè habebit.

IOANNES THEODORICVS.

Præter ciuium morem, atque legem.} Teſtatur Plutarchus in Periclis vita, legem fuiſſe Athenis, eámque à Pericle latam, ſolos Athenienſes haberi, qui ex duobus Athenienſibus nati eſſent: atque adeò nothos eſſe, qui non ex duobus Athenienſibus naſcerentur, eóſque honorum, magiſtratuum, aliarúmque commoditatum ciuilium minimè cenſeri capaces. Simo autem Glycerium peregrinā eſſe credit, vtpote Andriā. Suprà enim dixit, Sed quid hoc? adeón' eſt demens ex peregrina? Hæc eſt igitur lex illa, cuius rationem his nuptiis conficiendis non habebat Pamphilus. id quod ſilentio prætereuerunt interpretes.

Nothi, non ſunt ciues.

DONATVS

MITTE orare.} Hîc in ſcenam progreditur Crito: in cuius verbis non modò quod ipſe promittit, ſed etiam quod & Pamphilus dixerit, demonſtratur. & hîc omnis error aperietur fabulæ. ¶ Mitte orare. vna harum quæuis cauſa.} Pamphilo dicit. & dicendo vna harum, oſtendit multas eſſe cauſas: etiam pares magnitudine eſſe, dicendo quæuis. ¶ Andrium ego Critonē video?} Bonum initium agnituri filiam. Itaque compendij cauſa, non laborat de agnitione perſonæ Critonis, vt ab eo facilè doceri poſſit. ¶ Saluus ſis Crito.} Ne laboret ad perſuadendum: miro compendio poëtæ, iam Crito notus eſt Chremi. ¶ Quid tu Athenas inſolens?} Inſolēs, inſolitus, inſuetus. Cicero, Moueor etiam loci inſolentia. Saluſtius, Inſolens vera accipiendi. Inſolens & arrogans intelligitur. Qui præter legē agit humanam & naturalem, inſolens dicitur. Cicero, In victoria, quæ natura, inſolens & ſuperba eſt. ¶ Euênit.} Pudet fateri propter hæreditatem veniſſe. Et vide ipſum eſſe, qui dixerit ſuprà, Clamitent me ſycophantam, hæreditatem perſequi. ¶ Paratus aduenis?} Hoc eſt ſubornatus, & compoſitus dolo. ¶ Túne impune hoc facies?} Mirè acriter Critonē aggreſſus, dilatauit incuſationē, & generale fecit virtute oratoria, quæ δεινότης dicitur. ¶ Túne hîc.} Id eſt Athenis, vbi delicta vindicantur. ¶ In fraudem illicis.} Illigas. vnde Virgilius, Terna tibi hæc primùm triplici circundata filo Licia circundo. Licia enim dicta ſunt quaſi ligia. ¶ Eorum animos lactas?} Hinc etiam oblectatio dicitur. ¶ Lactas.} Quaſi teneros animos. Lactare, eſt dulcedine aliqua tenere, ad perſuaſionem inducere: vnde & delectare, & oblectare dicimus. ¶ Ac meretricios amores nuptiis cōglutinas?} Vide oratoriè agi, vt grauius Critonem accuſet Simo, nunc defendit filium, quem dudum increpauerat. ¶ Ac meretricios amores.} Peius lenocinio crimen ingeſſit: nō amicam facere de meretrice, ſed coniugem.} Nuptiis cōglutinas?} Hoc grauius eſt lenocinio. ¶ Metuo vt ſubſtet hoſpes.} Vt, ne non. Lucilius, Tuam vt memoriam retineas. Et bene hoſpes ait, nō homo, vel Crito. eſt enim ipſo nomine cauſa diffidentiæ. ¶ Non ita arbitrere.} Id eſt, non arbitreris. ¶ Bonus eſt hic vir.} Cum pondere, & diſtinctione inferendum. ¶ Hic vir ſit bonus?} Hic, per εἰρωνείαν nec virum nec bonum eſſe dixit. ¶ Hic vir ſit bonus?} Mirè poëta cum oportuerit Critonem inimiciorē Chremi eſſe quàm Simoni, ſic rem inducit, vt notior ei ſit contra quem maximè

Inſolens. Paratus. Illicere. Licia. Oblectatio. Lactare. Delectare. Oblectare. Vt, pro ne non.

# ACTVS V. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

HÆC ſcena continet Andrii Critonis cum Simone & Chremete congreſſum, in quo error omnis fabulæ aperitur. nam Glycerium oſtēditur hîc filia eſſe Chremetis.

ARG. PAV. MALLEO.

HIC in ſcenā progreditur Crito, in cuius verbis nō ſolum quid ipſe promittit, ſed etiā & Pamphilus dixerit, demonſtratur, & hîc omnis error fabulæ aperitur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

QVomodo parētes in liberos animaduertere debeant, hæc ſcena docet. Totius etiam fabulæ error explicatur, & eſt cataſtrophe.

*Trochaici Tetrametri, & Iambici Quadrati, admiſto vno dimetro.*

CHRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

MItte orare. *vna harum quæuis cauſa me, vt faciam, monet,*
*Vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio* Glycerio.
CH. Andrium ego Critonem video? & certè is eſt. *ſaluos ſis Crito. *CR. ſaluos ſis Chreme CH. Q.
Quid tu Athenas inſolens? CR euenit. ſed hiccine eſt Simo?
CH. Hic eſt. S. *mén' quæris? ebo tu* Glycerium hinc ciuem eſſe ais?
CR. Tu *negas?* S. *itáne huc paratus aduenis?* CR. *qua re?* S. *rogas?*
*Túne impune hoc facias? túne hîc, homines adoleſcentulos,*
*Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?*
*Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas?* CR. *ſanúſne es?*
S. *Ac meretricios amores nuptiis cõglutinas.*
P. *Perij. metuo vt ſubſtet hoſpes.* CH. *ſi Simo hunc noris ſatis,*
*Non ita arbitrere. bonus hic vir eſt.* S. *hic vir ſit bonus?*
*Itáne attẽperatè venit hodie in ipſis nuptiis,*
*Vt veniret antehac nunquam? eſt verò huic credendum Chreme?*
P. *Ni metuam patrẽ, habeo pro illa re illum quod moneam probè.*
S. *Sycophanta.* CR. *hem.* CH. *ſic Crito, eſt hic: mitte.* CR. *videat qui ſiet.*
*Si mihi pergit, quæ volt, dicere, ea, quæ non volt, audiet.*
*Egón' iſtæc moueo, aut curo? non tu tuũ malum æquo animo feres?*
*Nam, ego quæ dixi, vera an falſa audieris, iam ſciri poteſt.*
*Atticus quidam olim naui fracta, apud Andrum eiectus eſt,*
*Et iſtæc vna parua virgo. tum ille egens, fortè applicat*

*ximè venerat, atq; ab eo defendatur magis, vt res progredi ad cataſtrophen poſ-*
*In ipſis nuptiis.* *ſit. ⸢In ipſis nuptiis.⸣ In ipſo articulo nuptiarum. ⸢Vt veniret ante hac nunquã.⸣ Plerunq; caſus imitatur induſtriam: & hoc ſæpe fit, vt etiam ſedulò facta, ſint ſuſpecta. ⸢Sycophanta.⸣ Hoc eſt quod minimè voluit ſibi dici Crito. nam ita loquutus eſt ſuprà, Clamitent me ſy-*
*Hem.* *cophantẽ perſequi. ⸢Hem.⸣ Principium iracundiæ. audiuit enim quod maximè vitabat: nam vt ſuprà, Clamitent me ſycophantam. ⸢Sic Crito, eſt hic: mitte.⸣ Hîc Chremes traducit illum ab iracũdia, dicendo ſic eũ eſſe. Menander* *
*Et rectè: quia naturæ ignoſcitur, voluntati non item. ⸢Si mihi pergit, quæ volt, dicere.⸣ Grauiter & maturè. ⸢Ego iſtæc moueo, aut curo?⸣ Eſt enim ſycophãtæ perturbare rem bonam, & curare malam. Hoc igitur dicit cum [illegible], Ego hæc turbo, aut cogito, quemadmodum tu dicis Simo. ⸢Non tu tuum malum æquo animo feres?⸣ Non filium, ſed amorem in filium ſignificat. An quia iratus eſt? Et quæritur, an cõueniant hæc verba Pamphilo veniente. Imò enim conueniunt: nam quanto magis diſsimulat fauorẽ, tanto plus acquirit fidei ad ea quæ loquitur. ⸢Iam ſciri poteſt.⸣ Addidit & temporis celeritatem, & magna maturitate dixit. ⸢Atticus quidam olim.⸣ Hæc pars argumenti eſt: quæ & ſuprà iã*
*Applicare.* *dicta. ⸢Fortè applicat.⸣ Applicat, propriè de naufrago in litus eiecto atque egenti. ⸢Primum ad Chryſidis patrem.⸣ Quid eſt, primum? an quia poſtea mortuus eſt? ⸢Fabulam inceptat.⸣ Aut ad comœdiã retulit fabulã:*
*Fabula.* *quia fabula comœdia: &*
*Comœdia.* *quia argumẽtum quaſi fabulæ narratur. aut certè ad irriſionem narrationis dicit.*

*etenim olim fabulæ propriũ.* *Olim.*
*vt Horatius, —olim Ruſticus vrbanũ murem mus paupere fertur Accepiſſe cauo, veterem vetus hoſpes*
*amicum. ⸢Itáne verò?⸣ ob-* *Obturbare*
*turbat.⸣ Si ſubdiſtinguit, interſtrepit accipe. Si non diſtinguit, euertit intelligas. ⸢Itáne verò obturbat?⸣ Poteſt itáne verò, ſubdiſtingui: & ſic cum cõminatione inferri, obturbat. ⸢Ibi audiui ex illo.⸣ Magna cõfirmatio veritatis eſt. ⸢Nomẽ tam citò tibi?⸣ Non negantis eſt, ſed difficilè ſe dicturũ oſtendit. ⸢Phania.⸣ Hoc ita dicit Crito, vt nemo audiret: ſcilicet adhuc dubitãs, an ipſe ſit. ⸢Hem.⸣ Sunt qui putant Simonem dicere iraſcẽtem filio Critonẽ ſubmonẽti. ⸢Perij.⸣ Hoc Pamphilus poſt iracundiam patris. An Chremis eſt Dolentis ad vel eius mentionem, vel quòd in filiam penè peccarat? ⸢Verùm hercle opinor.⸣ Hoc adhuc cunctanter eſt dictum, & ideo indiget confirmatione. ⸢Rhamnuſiũ ſe.⸣ Piræeus, & Rham-* *Rhamnus.*
*nus, & cætera huiuſcemodi maritima Atticæ propria intelligẽda ſunt. Rhamnus, pagus Atticæ eſt. ⸢Multi alij in Andro.⸣ Hoc teſtimonium cæcum dicitur. Teſtimoniorum enim modus duplex eſt: manifeſtus, & cæcus. Manifeſtus eſt, qui certos teſtes, & præſentes habet: Cæcus, in quo multitudinem, aut ciuitatem dicimus ſcire. vt Cicero, Teſtis eſt tota Sicilia. Quod tamẽ audientem conſternat. Eſt etiam in cæco iuſiurãdum, tabulæ, abſentéſque perſonæ.* *Teſtimonia cæca & manifeſta.*
*⸢Ciuam igitur?⸣ Veteſtè, ciuam. quod omnibus generibus, & caſibus ſeruit.* *Ciuam.*
*⸢Arrige aures Pamphile.⸣ Tranſlatio à pecudibus. quibus verbis intẽdit, accipiendam eſſe vocem.* *Arrigere aures.*
*⸢Arrige aures Pamphile.⸣ Hoc Simo videtur dicere. Vt alij putant, ipſe ſibi Pamphilus.*

Primùm ad Chryſidis patrē ſe. S. fabulam inceptat. CH. ſine.
CR. Itáne verò obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit,
Qui eum recepit. ibi ego audiui ex illo, ſeſe eſſe Atticum.
Is ibi mortuus eſt. CH. eius nomen? CR. nomen tam citò tibi?
Phania. CH. hem, perij. CR. verum hercle opinor fuiſſe Phaniam.
Hoc certò ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat eſſe. CH. ô Iuppiter.
CR. Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum audiuere. CH. vtinam id ſiet,
Quod ſpero. eho dic mihi, quid eā tum Crito? ſuámne aiebat eſſe? CR. non.
CH. Cuiam igitur? CR. fratris filiam.
CH. Certè mea eſt. CR. quid ais? S. quid tu ais? P. arrige aureis Pamphile.
S. Quî credis? CH. Phania ille, frater meus fuit. S. noram, & ſcio. CH. is
Bellum hinc fugiens, méque in Aſiam perſequens proficiſcitur:
Tum illam hîc relinquere eſt veritus: poſt illa nunc primùm audio,
Quid illo ſit factum. P. vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
S. Næ iſtam multis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater.
CH. At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet. P. dignus es
Cum tua religione, odio. nodū in ſcirpo quæris. CR. quid iſtuc eſt?
CR. Nomen non conuenit. CR. fuit hercle aliud huic paruæ. CH. quod Crito?
Nunquid meminiſti? CR. id quæro. P. egóne huius memoriam patiar meæ
Voluptati obſtare, cum ego poßim in hac re medicari mihi?
Non patiar. heus Chreme, quod quæris, Paſibula eſt. CR. ipſa eſt. CH. ea eſt.
P. Ex ipſa audiui milies. S. omneis nos

¶Noram, & ſcio.§ Noram Phaniam, Scio fratrem fuiſſe. Ergo & ad perſonam, & ad rem retulit. ¶Méque in Aſiam perſequens, proficiſcitur.§ Bene in Aſiam, vbi bellum non erat, ſed in Græcia. Et perſequens dicit, perſeuerationē ſequentis oſtendens. *Perſequi.* Perſequitur enim, qui non deſinit ſequi. Virgilius, Quæ te ſola puer, multis è matribus auſa Perſequitur? *Apud ſe non eſſe.* ¶Vix ſum apud me§ Hoc eſt argumentum ſapiētibus lætitiam vehemētem in bonis moderādam: cum vnuſquiſque gaudens, ita perturbetur, vt apud ſeipſum iam nō ſit. ¶Vix ſum apud me.§ Nō ſum apud me, magis conſuetudine quàm ratione dicitur. Aut fortè ſic dicit, quaſi abierit animus, & rurſus redierit. ¶Ita animus cō motus eſt metu.§ Duo carnifices futurarū rerum ſunt, *Spes. Metus. Dolor. Gaudium.* ſpes & metus. Dolor enim et gaudium, præſentium rerū ſunt. Virgilius, Hinc metuunt, cupiúntque: dolent, gaudéntque: nec auras Reſpiciunt. Sed dolorem hîc in lætitia non poſuit. & mirè ordinem ſeruauit. ſic enim ſe hæc inuicem ſequuntur. Et ἀσυνδέτως diſtinguendum eſt, ſpe, gaudio: vt ſeparatim inferantur. *Mirando.* ¶Mirando.§ Mirando, dum miror. & eſt participiū. *Næ.* ¶Ne iſtā.§ Næ, nimis. Cicero, Næ iſti vehementer errant. Saluſtius, Næ iſta nobis manſuetudo, & miſericordia. ¶Gaudeo.§ *Gaudere. Gratulari.* Gaudemus noſtris: gratulamur alienis. Vt Saluſtius, Et ei voce magna vehementer gratulabantur. ¶Næ iſtam multis tuam.§ Non multis modis inueniri gaudeo: ſed tuam inueniri. Alij, multis modis tuam inueniri gaudeo: non inueniri gaudeo. Hic iā redit in gratiam Simo cum filio: niſi forte patrem ſocerum appellat. vt Turnus apud Virgilium, Et nos tela pater, ferrúmque haud debile dextra Spargimus. Sed quomodo infrà dicit. Quid reſtat pater? an reſtat ideo, quia hæc iā maior pars reconciliationis eſt? ¶Credo pater§ Incertū vtrū, cui gratulatur, Simo ſit, quāuis Pāphilus reſpōdeat. poteſt enim Chremes & pater videri. ¶Credo pater.§ *Credo.* Sic reſponderi ſolet dicenti, gaudeo. ¶At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat.§ At, diſcretiuum eſt ſuperiorum dictorum. *At.* *Scrupulus.* Scrupulus à ſcrupo lapide dictus, lapillus minimus. nā nimis moleſtæ ſunt pedibus ſcrupuloſæ viæ. vt Virgilius, Scrupea tuta lacu nigro, nemorúmq; tenebris. *Etiam, pro adhuc.* ¶Etiam.§ Pro adhuc. ¶Dignus es cum tua religione, *Dign' odio.* odium.§ Aut accuſatiuus pro ablatiuo caſu eſt poſitus, pro odio. aut ſeparatim odium legendum eſt, vt ſit, dignus, qui malè habearis. ¶Nodum in ſcirpo quæris.§ *Nodum in ſcirpo quærere.* Scirpus, paluſtris res & leuiſſima. Lucilius in primo. Nodum in ſcirpo inſane facere vulgus. Eſt autē ſcirpus *Scirpus.* ſine nodo, & leuis iunci ſpecies. Alibi ipſe, Reddūt curatura iūceas. Plautus, Scirpo induitur ratis. ¶Id quæro.§ Rurſus Crito obliuioſus eſt, vtpote alienarum rerū. ¶Voluptati obſtare.§ Nunc *Voluptas.* lætitiæ & gaudio. ¶Heus Chreme.§ Heus dicendum erat, quia Chremes Critonē intuebatur. ¶Ex ipſa milies audiui.§ Duas res oſtendit Pamphilus, & quòd verū ſit, quòd ex ipſa ſæpe audierit: & quòd ſit Glyceriū. ¶Omnes nos gaudere hoc.§ *Hoc.* Aut hoc correptè, aut hoc productè: vt ſit, hac re gaudere. *Gaudere. Gratulari.* Et gaudere noſtris eſt, vt ſuprà adnotauimus: alienus verò, gratulari. Saluſtius, Et ei voce magna vehementer gratulabātur. Plus *Lætari.* eſt ergo gaudere, quàm lætari ¶Quid reſtat pater?§ Hoc eſt, ne iraſcaris. ¶O lepidum caput§ In quo lepōris eſt plurimum, lepidus *Lepidus. Lepos.* dicitur. Nā lepos eſt venuſtas.

¶Nempe.

gaudere hoc Chreme,
Te credo credere. CH. ita me dij ament,
credo. P. quid reſtat pater?
S. Iamdudũ res reduxit me ipſa in gratiam.
P. ô lepidum patrem:
De vxore ita vt poſſedi, nihil mutat Chremes. CH. cauſa optuma eſt.
Niſi quid pater aliud ait. P. nempe. S.* ſcilicet. CH. dos Pamphile eſt
Decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiam. ebo mecum Crito:
Nam illam me haud noſſe credo. S. cur non illam huc transferri iubes?
P. Rectè admones. Dauo iſtuc dedam iam negotij. S. non poteſt.
P. Quî? S. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. P. quidnam? S. vinctus eſt.
P. Pater, non rectè vinctus eſt. S.* haud ita iuſsi. P. iube ſolui obſecro.
S. Age fiat. P. at matura. S. eo intrò. P. ô fauſtum & felicem hunc diem.

Nempe. [Nempe. ſcilicet.] Nempe,
& ſcilicet dicentes, manu
Scilicet. vel vultu dotem ſignificãt.
quod mox intelligit Chremes.
Alij ἀπὸ τοῦ Scilicet,
Chremetis perſonam faciũt.
[Dos eſt Pamphile.] Id eſt,
Pamphilo pro vxore dabuntur decem talenta. [Accipio.]
Accipio. Ille niſi dixiſſet, accipio:
Dos. dos non eſſet. datio e-
Datio. nim ab acceptione cõfirmatur:
nec poteſt videri datum
id, quod non ſit acceptum.
Eho. [Eho.] Eho hîc admiratio
eſt intẽtionis ad id quod dicturi ſumus.
[Dedam iam.]
Iam. Addidit & temporis celeritatem.
[Quî.] Quamobrẽ.
Quî. [Non rectè vinctus.] Id
Rectè. eſt, non iuſtè. ſed hîc ad cauſam retulit non rectè: Senex
verò, ad rẽ retulit. [Haud
ita iuſsi.] Quia quadrupedem ſtringi iuſſerat, quaſi
rectè ac diligenter. Et hoc
ipſum non vacat. nam iam
ioculariter loqui, & minus
iraſcentis eſt, & placabilis
animi. [Haud ita iuſsi.]
Eleganter luſit ad ἀμφιβολίαν, & ſimul oſtendit, quàm propitius ſit Pamphilo pater, & quàm facilè veniam Dauo impetrare poſsit ab eo: quippe qui iam etiam iocetur. Pamphilus autem dixerat, non iuſtè: ille ſic reſpondit, quaſi dixerit, non diligenter vinctus eſt. Et haud ita iuſsi. ſic enim præceperat, Quadrupedem conſtringito.

ADRIA. BARL. Saluus ſis Chreme.] Donatus Crito legit, & continuatam facit orationem Chremetis. [Athenas inſolens.] Adria-
Inſolens. nus Cardinalis. Inſolens non ſolum eſt id quod claro ſignificato temerarium demonſtrat & Audacem, ſed inſuetum, qui id de quo dicitur facere non ſoleat. Cicero in quadam ad Atticum ſuum epiſtola, hoc Terentij vſurpans, Quid tu, inquit, Athenas inſolens? Priſcianus de nominibus agens, quæ in accuſandi caſu vicaria fiunt aduerbiorum, Athenas quoque his annumerat, citans hunc Terentij locum.
[Tune hîc.] Id eſt, Athenis vbi delicta vindicantur, vbi grauiter in malos animaduertitur. [Homines adoleſcẽtes.] εὐήθεια apud Græcos ab εὖ & ἦθος compoſita ad verbum, facilitatem morum ſignificat, ſtultitiam, amentiam, & rerum imperitiam. Inde homines εὐήθεις appellant eos, qui imperiti ſunt rerum ac deceptu faciles: lingua noſtrate bo-
Rerum imperitus. nos viros huiuſmodi appellamus. Ad eum modum Terentius adoleſcentulos rerum imperitos vocat, qui facilè in frau-
Homo adoleſcens. dem illiciuntur. [Homines adoleſcentes.] Homo adoleſcẽs, mulier ancilla, mulier meretrix, cum nomine generali frequenter dixit antiquitas. Plautus, Homini adoleſcenti ar-
Homo ſeruus. gentũ dare, eſt gladium qui ſe occidat dare. Idem: Homini ſeruo domitos habere oportet oculos, & manus, orationém-
In fraudẽ illicere. que. [In fraudem illicis.] Oratoriè, vt grauius Critonẽ accuſet, filium defendit. Quidam in fraudem interpretantur, in

noxam, in damnum, ſic enim
accipitur cum dicimus, ne
ea res mihi ſit fraudi. [Solicitando.] Valla: Solicito te, Solicitare.
vel quòd ſpem metúmve tibi oſtendo, vt ſolicito plebẽ:
vel inquieto & tibi curam
iniicio. Solicitando igitur id
eſt ſpem oſtendendo. [Lactas.] Lactare.
In perſuaſionem induces. [Eorum animos.] Vt ſo- * id ſcilicet.
lent irati, crimen auxit, numerum multitudinis vſurpans pro ſingulari. [Homines adoleſcentulos.] Pro hominem adoleſcentem, & eorum animos, pro eius animum, ſic & meretricios amores. [Metuo vt ſubſtet
hoſpes.] Adrianus Cardinalis Vt, quo loco multi, in- Vt, cũ verbo Metuo.
quit, ne ineptè ponunt, dubitationẽ ſignificat, & coniungitur cum metuo, timeo,
vereor. [Itáne verò obturbat?] * at Verò.
Verò hîc ſtomachum habere videtur. [Itáne attẽperatè venit hodie in ipſis
nuptiis.] A tẽpore. [Ni metuam patrẽ.] Ni ſubiunctiuo copulatur, ſic & in Phormione, Ni mihi eſſet ſpes oſtentata. [Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ nõ vult audiet.] Primũ huius adagij patrem fuiſſe Homerum ſcribit Eraſm. Eſt in Iliade. υ. ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις, id eſt, talia dicẽtur tibi, qualia dixeris ipſe. Cæcilius in Chryſio apud Gellium, Audibis malè, ſi malè dicis mihi. Noſtris quoq; temporibus, eiuſmodi quiddã in ore eſt, vt ſalutabis ita & reſalutaberis, id eſt, vt tua fuerit oratio, ita & tibi reſpondebitur. Plautus, Si dices contumeliã, audies. [Quidã olim naui fracta.] Rodolphus Agricola libro tertio Inuentionis Dialecticæ cap. 7. ſcribens de differentia poëticæ diſpoſitionis ab hiſtoria. Eſt, inquit, ſimile in comœdia atq; tragœdia. Si intuemur enim faciem rerum, quæ deducuntur in actum, quæq; perſonarũ imitatione exprimuntur, naturalis videtur ordo: ad totũ verò fabulæ cõplexũ reſpicienti, cum perſæpe ab his quæ circa finem eius ſunt incipiant ſcriptores, & quæ priora ſunt perſonarum verbis per occaſionem explicentur, quæq; prima ſunt, ea vltimis quandoq; iungantur, vt in Andria Terentij ſimul naufragiũ Phaniæ aperitur, & nuptiæ Pamphili Glyceriíque conſiunt. Hæc qui videat, facile eſt cognitu arte authoris hunc ordinẽ, non rerum natura conſtare. [Seſe eſſe Atticum.] An hîc ſeſe pro ipſum poſitum eſt? an ad ſenſum reflexit? vt ſit, audiui ex illo, & ille, dixit mihi ſeſe Atticum eſſe ciuem. [Nomen tam citò tibi?] Difficile eſt tam citò dicere nomen.
[Rhamnuſium ſe aiebat eſſe.] Rhamnus Atticæ regio- Rhamnus.
nis pagus eſt iuxta Aſopum fluuium, qua parte hic influit in mare quod Cyclades habet inſulas, hinc Rhamnuſius.
[Arrige aureis Pamphile.] Aeſchrologia eſt, quæ fit Aeſchrologia.
quando corrupta conſuetudine in obſcœnum intellectum
t

*Arrigere aures.* *detorquetur oratio. Tale eſt & illud Maronis. At ramum hunc aperit, ramū qui veſte latebat. Genitali membro propria eſt arrectio. Fit autem hoc ſchema iunctura ſonante deformiter, vt numerum cum nauibus æquat, quod poſtremum obſeruarę auris eſt planè delicatæ. Eraſmus in Chiliadibus, Auribus, inquit, arrectis à Diogeniano prouerbij loco refertur, quadrat in illos, qui ſitienter atque auidè auſcultant, aut expectant quid dicendum ſit. Ducta metaphora ab animantibus, quorum pleriſque mos eſt, ſi quando quid eminus audiant, aures ſurrigere. Plinius tradit hoc eſſe peculiare ceruis, vt cum aures ſurrexerint, nihil ſit illis auritius, rurſus vbi demiſerint, nihil ſurdius. Ariſtoteles itē libro de naturis animalium nono, tradit ceruos haud quaquam latere inſidias, quoties arrectis ſunt auribus, propterea quòd tum auditus ſunt acerrimi: contrà, cum dimiſerint aures facilè capi. Terentius in Andria, Arrige aures Pamphile. & Virgil. Arrectiſque auribus aſtant. [Méque in Aſiam perſequens.} Quidam volunt Aſiam ab Aſia Promethei vxore nomen accepiſſe.*

*Aſia duplex.* *Eſt autē duplex Aſia: communis vna, quæ trium orbis partium vna eſt, aliis duabus ferè æqualis: & Aſia, quam propriam dicunt, quod ſit maioris Aſiæ pars ipſa quædā. [Commotus eſt metu, ſpe.} Spe expectatione bonorum. Donatus annotauit duos carnifices futurarū rerum eſſe, ſpem & metum. [Scrupulus etiam reſtat.}*

*Scrupulus.* *Scrupulus diminutiua vox à ſcrupus, propriè lapillum ſignificat breuem & aſperum, qui in calceo latens plerunque nos vrget, preſſus enim pede, ſolicitudinem & moleſtiam adfert. Vnde factū vt Latini hoc vocabulo per metaphoram cœperint vti pro ſolicitudine & difficultate. Plinius in Epiſtola quadam. Exime hunc mihi ſcrupulum, cui par eſſe non poſſum.*

*Religio.* *[Cum tua religione.} Metu vel ſolicitudine, vt Nonius interpretatur. [Nodum in ſcirpo quæris.}*

*Nodum in ſcirpo quęrere.* *Parœmiographus Chiliade ſecūda, centuria quarta: In anxium inquit, dicebatur, nimíſque diligentem, ac meticuloſum, qui illic ſcrupulum moueret, vbi nihil eſſet addubitandum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menecmis, & verbis totidem apud Terentium in Andria. Feſtus ex Ennio citat, Quæris & in ſcirpo (ſoliti quod dicere) nodum, nominatim referens prouerbij titulo. Donato iunci ſpecies eſt ſcirpus, leuis atque enodis, quāquam apud Gellium, ſcirpæ dicuntur captiunculæ, argutiæq́ʒ. [Ex ipſa millies audiui.} Latini magnum aliquem numerum incertum ſignificantes,*

*Sexcenti. Mille. Millies.* *in proſa oratione dicunt ſexcēta, in verſu mille. Virgil. Non anni domuere decem, non mille carinæ. Terentius. Ex ipſa millies audiui. Et in Eunucho: Plus millies iam audiui. Cicero: Quid delectationis habent ſexcēti muli in Clytemneſtra? Politianus. Poſſum verò tibi proferre ſexcentos. [Dos eſt Pamphile decem talenta.} Budæus libro*

*Talentum.* *ſecundo de Aſſe & partibus. Nunc talentum inquit, æſtimabimus ſexcentis coronatis noſtris, hoc eſt ſexagies denis. Denos enim aureos valent, hoc eſt ſexaginta milia, quod promptū eſt colligere in digitos tantum calculum deducenti. Centies enim quingenti quinquaginta milia efficiunt, & centies centum decem milia. Eadem ratione decem talenta ſex milia coronatorum valent, & vinginti duodecim, triginta decem & octo, quadraginta quatuor & viginti. Dos eſt Pamphile decem talenta. Hoc eſt ſecundum ſupputationem Budaicam ad noſtratem pecuniam redactam, decem milia florenorum, & quingenti: ſiue mille ſeptingentæ ac quinquaginta libræ Flandricæ. [Non rectè vinctus eſt.} Pamphilus ad cauſam, ſenex verò reſpondens. [Haud ita iuſſi.} Ad rem retulit. Iuſſerat enim quadrupedem conſtringi. Donatus legit, At ita iuſſi. [O Fauſtum & felicem hunc diem.} Nonio authore fauſtum à fauendo dicitur, hinc* *Fauſtus.* *proſperum & propitium ſignificat.*

*Argumentum: Peragitur cataſtrophe Pamphili. Nam* LATOMVS *opera Critonis Glycerium Chremetis filia agnoſcitur, & cōceditur Pamphilo, & Dauus liberatur. [Athenas inſolens.}* *Inſolens.* *rarus. [Huc paratus.} Id eſt inſtructus. [Túne impune.} Accuſatio Critonis quæ augetur expolitione. [Illicis, lactas.} Elegantes & propriæ metaphoræ. [Attemperatè.}* *Attemperatè.* *Opportunè, in tempore. [Sycophanta.} Id eſt, calumniator. [Si mihi pergit.} Prouerbiale. [Audieris.} Audire poteris, potentialis modus. [Tam citò tibi?} Subaudi proferam. & eſt eclipſis cogitantis. [Arrige aureis.} Hoc ad ſeipſum Pamphilus. [Quid illo ſit factum.} Illo, pro, de illo, ſubtracta præpoſitione metri cauſa, per eclipſim. [Multis.}* *Multis.* *Subaudi modis, abſolutè. [Nodum in ſcirpo quæris.} Prouerbium in anxios & vix credentes manifeſtis rebus. [Id quæro:} Cogitātis eſt. [Ex ipſa audiui millies.} Faceta confirmatio, ex qua colligitur conſuetudo Pamphili cum Glycerio. [Decem talenta.} Talentum continebat. 60. libras, libra valebat decem coronatis, ergo duo talenta ſexcenti coronati. Erat & aliud talentum, quod magnum vo-* *Talentum.* *cabant, id erat. 80. librarum.*

*Mitte orare, &c.} Gratuitò & non grauatè officiū præ-* PETRVS MARS. *ſtandum eſſe, ac veritatem rebus omnibus præponendam, animúmque ad bene de multis promerendum, ſemper debere eſſe promptiſſimum, docet hæc ſcena. Hoc enim eſt maximè è natura, quæ hominem hominis cauſa produxit. Quapropter Cato ille Cenſorius apud Ciceronem libro tertio de Finibus, ſic loquitur: Impellimur autem natura, vt prodeſſe velimus quàmplurimis, in primíſq́ʒ docendo, rationibúſq́ʒ prudentiæ tradendis: & illa vox inhumana & ſcelerata dicitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur. Veritatis verò rationem in primis habendam eſſe, Philoſophorum principes Plato & Ariſtoteles nos monēt. Plato enim in quinto de legibus, ſic ait: Veritas tum diis, tum hominibus dux omnium eſt bonorum, cuius qui felix beatúſque futurus eſt, ſtatim ab initio particeps eſſe debet, vt in veritate plurimum temporis vitam agat. Idem in Phædone ſic ait: Is bene de ſe animóque ſuo ſperare poteſt, qui voluptates, quæ diſcendo percipiūtur ſectatus, animum ſuo decorauerit ornamento, temperantia ſcilicet, iuſtitia, fortitudine, ac veritate. Exprimit inſuper hæc ſcena ſenum moroſitatem & iram. Sunt enim, vt inquit Cicero in Catone:* *Senes moroſi.* *Maiore, moroſi, anxij, iracundi, & difficiles ſenes. Putant quippe cōtemni ſe ac decipi. Ariſtoteles libro ſecundo Rhetoricorū ad Theodecten, loquens de moribus ſenum, dicit ipſos iram acutā habere, remiſſas verò cupiditates. [Non tu tuum malum æquo, &c.} Quaſi dicat: Feras oportet æquo animo mala quæ tibi eueniunt. Non mea culpa, ſed tua potius, qui filium ſic inſtituiſti, vt meretricios amores ſectetur, & rectam oderit diſciplinam. Sciri iam poteſt, inquit, multis argumentis an vera ſint quæ dixi. [Rhamnuſium ſe aiebat, &c.} Rhamnus, authore Plinio, erat pagus in agro Attico, clarus marmorea ſtatua Nemeſis, quæ ob id Rhamnuſia dicitur. Eſt autē Nemeſis dea, vltrix ſuperbo-* Nemeſis. *rū, & indignatio de malorū ſucceſſu. Eius ſtatuæ meminit*

Plinius

Plinius libro viceſimoſeptimo,& Strabo libro nono: Verba Plinij ſunt hæc: Id ſignum poſitum eſt in Rhamnunte pago Atticæ, quod Marcus Varro omnibus ſignis prætulit. ¶ At mihi vnus ſcrupulus, &c. } Scrupi, inquit Sextus Pompeius, dicuntur ſaxa aſpera. Vnde ſcrupuloſam rem dicimus, quæ habet aliquid in ſe aſperi. ¶ Vix ſum apud me, &c. } Euſebius libro quarto præparationis Euangelicæ: Non tantum ſolent homines expectatione bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari. ¶ Dignus es cum tua religione, &c. } Cicero in libro de Natura Deorum, ſic ait: Qui omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi, à relegendo. Vt eligentes ex eligendo, & à deligendo deligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus ineſt vis eligendi eadem, quæ in religioſo. Nigidius authore Gellio libro quarto, ſic ait: Religioſus pro caſto atque obſeruanti, cohibentique ſeſe certis legibus finibúſque dici cœptus. ¶ Fauſtum & felicem, &c. } Plutarchus in Sylla, ſic ait: Felicem atque hilarem, fauſtum Romani vocant. Vnde Nonius: Fauſtum à fauendo dictum, ac per hoc proſperum atque propitium.

Religioſi.

RIVII castigatio. Cupere alicui.

Vel quod ipſi cupio Glycerio. } Hæc uera lectio eſt: Cæterùm in Lugdunenſi, Veneto, alijs pleriſque erat: Bene cupio Glycerio: ſed mendosè, licet eodem modo habeat (quod mireris) codex Haſſenſtenianus. Fuit, opinor, qui putaret deeſſe aliquid ſententiæ, videlicet antiquarum locutionum rudis, is adiecit aduerbium bene. Eſt autem ſimilis locutio apud Cæſarē in Bello Gallico Fauere & cupere Heluetijs, inquit, pro bene ex animo velle. ¶ Saluos ſis Chreme. } Sic & manu ſcripti ferè & impreſſi codices. Verū Donatus legiſſe videtur: Saluos ſis Crito, vt ſint Chremetis potius verba. ita enim cuncta Donati, quæ ipſe viderim, exemplaria conſentiunt: Ne, inquit, laboret ad perſuadendum, miro compendio Poëtæ, iam Crito notus eſt Chreme. ¶ Metuo vt ſubſiſtat hoſpes. } Legitur ad hunc modum in omnibus ferè recentioribus. Nos verò ex manu ſcriptis, vt ſubſtet hoſpes, expoſcente idem carminis ratione. Citat eodem modo hunc locum Adrianus De modis Latinè loquendi. ¶ Dignus es cum tua religione odio. } Donatus odium legiſſe videtur: vt eius è verbis colligitur, quæ ſunt: Dignus es cum tua religione, odium. Aut dignus odio, aut accuſatiuus pro ablatiuo caſu eſt poſitus, pro odio: aut ſeparatim odium legendum eſt: vt ſit, dignus qui malè habearis. Hæc ille. Mihi ſanè hæc Donati lectio magis quàm altera illa probatur: vt ſit velut interruptio quædam & reticentia, quæ ἀποσιώπησις Græcis dicitur. Dignus es cum tua religione. Deinde ſeparatim inferatur, odium, κατὰ αὔξησιν pro odioſo. ¶ Cum ego poſſim in hac re medicari mihi. } Erat in quibuſdam, velut Lugdunenſi & Veneto: Cum egomet poſſim, addita met ſyllaba adiectitia per correctionem, quam Græci ἐπέκτασιν vocant, vel παραγωγὴν cuius meminit Priſcianus lib. XII. quod vt aptius ad ſenſum quadrat, ita verſus planè reſpuere videtur. Si iudiciū requiras meum, priorem lectionem ſynceriorem eſſe puto: licet poſteriorem habeat exemplar è bibliotheca Haſſenſteniana.

Apoſiopeſis. Odium.

EIVSDEM annotatio.

Gratuitò & non grauatè officium eſſe præſtandum, ac veritatem rebus omnibus anteponendam, hæc docet Scena. Itáne attemperatè venit hodie in ipſis nuptiis, ¶ Vt veniret antehac numquam? } Hoc vnum detrahit fidem Critoni, quòd non ante aut etiam ſtatim poſt confectas iam nuptias, ſed in ipſis nuptiis iā apparatis venerit: quaſi planè dedita opera, ac de compoſito à Pamphilo ſubornatus, ita venerit ad diſturbandas nuptias. Fit autem non raro, vt, quæ caſu accidere, hoc ipſo nihil proſint, aut ſuſpecta etiam ſint, quòd credantur non caſu, fortuitóque eueniſſe, ſed de induſtria facta eſſe. Quare hîc prudēter, miniméq; præcipitanter agendum, vbi certum nondum ſcimus. ¶ Si mihi pergit, quæ volt, dicere: ea, quæ non volt, audiet. } Id plerunq; vſu venire ſolet, vt, qui, quæ vult, dicit, quæ non vult, audiat viciſſim. Vt ſalutabis, aiunt, ita reſalutaberis: &, vt tua fuerit oratio, ita tibi reſpondebitur. Heſio.

Εἰ δέ κακὸν τ' εἴπῃς, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις.

Fors malè dicenti dicentur plura viciſſim.

Solomon, Dat pœnas, inquit, ſtultiloquentiæ os futile.

Ἀχαλίνων στομάτων τέλος δυστυχία.

¶ —Fabulam inceptat. } Vehemēs nimis eſt Simo, cum obturbat, & ſermonem Critonis interrumpit. quod quidem hominis eſt inciuilis, & inurbani, ac ruſtici. Audiendum enim eſt primùm, deinde iudicandum, non ſtatim in ipſo orationis alienæ ingreſſu obturbandum: propterea rectè Chremes, Sine, inquit. ¶ Eadem hæc, Chreme, multi alij in Andro tum audiuere. } Vt vbique ſolicitus eſt Crito, ne videatur falſa dixiſſe, aut finxiſſe quicquam: vt vbique, inquam, boni nominis habet rationem: propterea ait, idem non ſe ſolum, ſed & permultos alios in Andro tū audiuiſſe: vt ſi ipſi parum habeāt fidei, ex alijs exquirere rem, & explorare queant: atq; ita poſt argumenta Oratorum more teſtes etiam adducere paratus eſt. ¶ —Vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu, Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repētino bono. } Vt nimia triſtitia, ita ſubitum quoq; ac inopinatum gaudium hominem extra ſe rapit. Vnde legimus, repentino quoſdā gaudio mortuos ſtatim fuiſſe. Aulus Gellius libro ſecundo: Noct. Attic. cap. XV. extare ait in literis, quòd repentè multis mortē attulerit gaudium ingens inſperatum, intercluſa anima, & vim magni nouiq; motus non ſuſtinente. Philippides, inquit, Comœdiarū poëta haud ignobilis ætate iam edita, cum in certamine poëtarū præter ſpem viciſſet, & lætiſſimè gauderet, inter illud gaudiū repentè mortuus eſt. De Rhodio etiam Diagora celebrata hiſtoria eſt: Is Diagoras tres filios adoleſcentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorē, eóſque omnes vidit vincere, coronarique eodem olympiæ die, & cum ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuauiarentur: cúmque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, ibi in ſtadio, inſpectante populo, in oculis, atq; in manibus filiorum animā efflauit. Hæc ille. Titus Liuius ſcribit quandam ſoſpite filio repentè oblato præter ſpem, in conſpectu eius expiraſſe. Alteram quoque, cui mors filij falſo nuntiata erat, mœſtam ſedentem domi ad primum conſpectum redeuntis filij, quaſi ruina incidentis inopinati gaudij, oppreſſam, atque exanimatam eſſe. Decadis tertiæ, libro ſecundo: Habet de hoc nonnihil & Valerius Maximus libro nono, capite vndecimo: Rectè quidam, Qui immoderato, inquit, gaudio efferueſcit, ſibi ipſi ſurripitur, vt quid potiſſimū agat, non aduertat, ſitq; minimè apud ſe: nempe quòd animus totus ſit occupatus ea in re, cuius gaudio tantopere geſtit, & exultat.

Mors ex ingenti gaudio.

DOLETI obſeruatio.

Quid tu Athenas inſolens? } Inſolens aliquando pro inſolito, vel inſueto ponitur. Aliquando vero pro ſuperbo, vel arrogante, vel nimium ſeſe iactante: aut pro immoderato,

*Inſolens.* & intemperato. Pro inſueto, vel imperito. Inſolẽs in hac ſignificatione ſi ad perſonas pertinet, eleganter genitiuum habet. Si ad res, abſolutè poni ſolet. Veruntamen etiam ad perſonas pertinens, nulli caſui iungitur, vt hîc videre eſt: niſi ſubintelligere velis: inſolens huius vrbis habitandæ. Cicero ad Atticum ſecũdo: Itaque ille noſter amicus inſolens infamiæ: &c. Idem de Oratore primo: Ea requiruntur à me, quorũ ſum ignorans, atq; inſolens. Pro ſuperbo, vel immoderato. Cicero Famil. II. Noſti nõ modò ſtomachi mei, ſed etiam oculorum in hominum inſolentium indignitate faſtidium. Idem pro Roſc. Amer. Qui in ſua re fuiſſet egẽtiſſimus, erat, vt fit, inſolens in aliena. ⁋ Meretricios amores nuptiis conglutinas? ⁊ *Conglutinare.* Conglutinare, à glutino compoſitum eſt, & ſignificat coniungere, cõponere, vel ferruminare. At elegans eſt maximè, cum in tranſlato vſu verſatur. Cicero Familiariũ vndecimo: Tuus deinde diſceſſus, iſque diuturnus, ambitio noſtra, & vitæ diſſimilitudo non eſt paſſa voluntates noſtras cõſuetudine conglutinari. Idem ad Atticum: Sic tueor, vt poſſum, illam à me conglutinatam concordiã. Idem ad Atticum ſeptimo: Soles cõglutinare amicitias te-

*Subſtare.* ſtimoniis tuis. ⁋ Metuo vt ſubſtet hoſpes. ⁊ Id eſt, ne poſſit vim & impetum Simonis patris ſuſtinere. Scilicet, ne nõ ſatis firmis argumentis probet Glycerium eſſe Atticam. Hîc autem obſeruato, ſubſtare ſignificati eſſe tranſlati. ⁋ Qui eũ

*Recipere.* recepit. ⁊ Per hoc verbum dicimus recipere literas, vel epiſtolas: recipere pecuniam, vel quæſtus: recipere aliquem tectis, ac ſedibus ſuis: recipere aliquem ſplendidè: recipere in ciuitatem, pro ciuitate donare: recipere mandatum: recipere in amicitiã, vel fidem: recipere oppidum, vel arcẽ amiſſam: recipere ſuſpicionem: recipi in Senatum, vel aliquem ordinẽ: recipere ſe ex aliquo loco in aliũ: recipere cauſam alicuius defendendã: recipere pro cõſtituere: vt, recipere aliquid alicui. Quæ omnia ſignificata nihil ad hunc locum faciunt. Hîc verò facit hoc verbum, cum accipitur pro excipere, vel admittere. Cicero in familiaribus: Nunc me ſcito tantũ habere æris alieni, vt cupiã coniurare, ſi quis me recipiat. Ibidem: Si modò ſatis tecti eſt ad comitatum noſtrum recipien-

*Certò ſcire.* dum. ⁋ Hoc certò ſcio. ⁊ Certum ſcire, certò ſcire, certè ſcire: communes ſunt apud Latinos locutiones: neq; planè quicquam eſt, in quo differant re aliqua, niſi in hoc differre videantur, quòd certum nomen ſit: reliqua, aduerbia. Cicero Familiariũ nono: Cum certum ſciam, faciã te paulum antè certiorem. Idem Familiariũ tertio: Nec verò quicquam video, quod non te videre certò ſciã. Idem ad Atticũ: Quod te moleſtè ferre certè ſcio. ⁋ Arrigete aureis Pamphile. ⁊ Aureis erigimus, vel arrigimus, cum aliquid libenter audimus. Cicero: Quo tempore igitur iudex aureis erigeret, animúmq; attenderet? Quod verò ad arrigendi ſignificationẽ pertinet, verbum obſcœni ſignificati eſſe tradunt. De quo vide

*Scrupulus.* in Secundo Tomo noſtrorũ Commentar. ⁋ Mihi vnus ſcrupulus reſtat, qui me malè habet. ⁊ Scrupulus lapillus eſt, qui in calceo latens pedem lædit, & preſſus grauiter nos offendit: vnde fit, vt à Latinis pro re ponatur, quæ nobis ſolicitudinem affert. Cicero pro Cluentio: Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus, & quædã dubitatio, quidnam eſſet actũ. ⁋ Nodum in ſcirpo quæris. ⁊ Prouerbialis eſt locutio, quæ dicitur in anxium, nimiſque diligẽtem, aut meticuloſum, qui illic ſcrupulum moueat, vbi nihil ſit addubitandum. Scir-

*Reducere in gratiã.* pus autẽ eſt iunci ſpecies, leuis, & enodis. ⁋ Iamdudum res reduxit me ipſa in gratiam. ⁊ Id eſt, res vera cognita me Pamphilo æquiorem reddidit. Secus aliquanto hac locutione vtuntur Latini: nimirum pro in gratiam reſtituere. Cicero: Quocum ſtante ſi me Cn. Pompeij authoritas in gratiam non reduxiſſet, nunc iam ipſius fortuna reduceret. ⁋ Habet aliud magis ex ſeſe. ⁊ Scilicet aliud eſt, quod magis illum ſollicitet: nempe vinctus libertatem magis curare debet, quæ illum magis tangit.

Huius ſcenæ verſus primi numero viceſimoſexto: ſunt *GLAREANVS.* trochaici tetramet. catal. Deinde omnes ad finem vſq; ſcenæ iambici tetrame. acatalectici, præter quartum, qui eſt iambicus dimeter, Cuiam igitur ⁊ fratris filiam. In quarto ab initio ſcenæ verſu Sed non abundat, vt exiſtimauit Eraſmus, ſed vel ſcandendo d, amittit, quod huic poëtæ frequens eſt, vel amphibrachys eſt loco ſexto. In codice Aldi initio huius verſus poſt τὸ hic, omiſſum erat verbum Eſt, ſed Eraſmus rectè reſtituit. Verùm ad finem eiuſdem verſus Ciuem ante Hinc legendum, vt conſtet trochaicus verſus. In nono deinde verſu, vel eorum diſyllabum eſt, vel creticus loco quarto, & Sanus es legendum, niſi quis Sanu'n es legere malit. In decimooctauo eliditur s, in Iſtæc authore Eraſmo. Sed bacchius eſt loco primo, loco verò quinto amphibrachys. Eodem modo & in viceſimoprimo bacchius eſt loco primo, vt ſit trochaicus cum cæteris: quanquam ſi quis volet eos iambicos inter trochaicos, non repugnauero. In viceſimoquarto verſu primo loco amphibrachys eſt, ſecundo trochæus, tertio anapæſtus. In ſequente verſu, loco primo anapæſtus vel tribrachys, in ſecundo dactylus, & Eius monoſyllabũ eſt. Rurſus in ſequente verſu ſatis luculenter oſtenditur Phania dactylus, cum primo eius loco ſit trochæus, & a eliditur ad Hem. Idem in fine eiuſdem verſus patet. Et ſexto loco eiuſdẽ verſus Fuiſſe eſt amphibrachys. Viceſimuſſeptimus verſus, ab initio diximus, iambicus tetra. acatal. eſt, vt omnes inde, vno excepto, ad finem vſque ſcenæ ſequentes. habet autem primo loco ſpondeum, ſecũdo dactylum, tertio rurſus ſpondeum, quarto iambum. quod Eraſmũ non aduertiſſe, admodum miror, qui eum trochaicũ exiſtimauit. Secundus deinde verſus non eſt catalecticus ſcazon, vt ille idem iudicauit, ſed acatalecticus, vt prior. Verum ad finẽ, Sit id, legendum, non, Id ſit. Atque ita habent vetuſti codices. In tertio verſu ab initio iambicorũ. Crito nomen non eſt in quibuſdã codicibus, nec neceſſe eſt vt adſit. Quanquam tot fieri poſſunt eliſiones ac ſynæreſes, vt etiam ipſi locus ſit. Nam, Crito ſuam, anapæſtus eſſe poteſt, correpto o, & Suam monoſyllabo facto. Quòd ſi verbum Crito tollas, anapæſti loco veniet iambus Suam, quandoquidẽ ſequitur conſonans n. Lector ſequatur quod volet. Deinde quartus verſus ab initio iambicorum, iambicus quidem eſt, ſed dimeter, vt rectè iudicauit Eraſmus. At quintus deinde, ſextus ac ſeptimus neutiquã ſunt trochaici, vt ille credidit, ſed veri iambici. Et quintus quidem primo loco habet ſpondeũ, ſecundo iambũ, tertio anapæſtum, quarto dactylum correpto u, in Tu, non eliſo, quinto & ſexto iambũ. ſextus autẽ primo ac ſecundo loco ſpondeum habet, tertio ac quarto iambum, quinto creticum, deinde, Fuit, diſyllabum, pro iambo, Noram &, ſpondeus, ſcio, Is, etiam iambus. Sequẽs inde verſus, qui ab initio iambicorum huius ſcenæ ſeptimus eſt τὸ Hinc, ante bellum habet, eſtq; facilis ſcanſu. In nono vel d, in quid eliditur ab initio, vel bacchius eſt loco primo, & s, in verbo commotus, niſi creticum ponas loco ſeptimo. In vndecimo: ſi Næ

*totum elidatur, Tuam erit diſyllabum, Sin corripiatur, non elidatur, Tuam erit monoſyllabum, vel creticus loco tertio. In decimotertio, vel creticus loco primo, vel Tua monoſyllabũ eſt, & in fine eiuſdem legendum Iſtuc quid eſt, & s, elidendum in Quaris, niſi bacchiũ malis loco ſeptimo. In decimonono, Di corripitur, non eliditur. In viceſimoſecundo, anapæſtus primum habet locum, tribrachys deinde ſecundum ac tertium, & legendum Dos Pamphile eſt, vt rectè legit Eraſmus, non Dos eſt Pamphile, vt errat codex Aldi. In penultimo huius ſcenæ verſu, At ita iuſsi legendum eſt, non, Haud ita iuſsi, vt ſatis ex Donati cõmentario liquet, niſi quòd & ille in iiſdem codicibus corruptus eſt, per quoſdam minus attentè legentes.*

IOANNES THEODORICVS.

*Andrium ego Critonem video? & certè is eſt.} Nannius* Eccere. *conſtanter aſſerit legendum, eccere is eſt. addubitátq; vnáne ſit dictio, an duæ: vt Ecce re, pro ecce res, ſiue ecce rem ſit poſitum: an verò Eccere ſit iuſiurandi aduerbium, hoc eſt, per ædem Cereris, quale eſt Aedepol, Ecaſtor. Quinetiam ſuſpicatur Eccere dictum, pro Ecce.*

*Ego iſtæc moueo, aut curo? non tuum malum æquo animo feres?} Bembus ex vetuſto ſuo codice ſic legit, Ego iſtuc moueo, aut curo? num tu tuum malum æquo animo feras?*

*Næ iſtam multis tuam inueniri gaudeo.} Bembus ſic,* Multimodis. *Næ iſtam tuam multimodis inueniri gaudeo. vt ſic s litera detractio, quæ fuit veteribus familiariſsima. multimodis, pro multis modis, ſeu multifariam. Quæ Bembi lectio, quia placet, aliis quoque teſtimoniis fulcienda eſt. Lucretius libro tertio:*

*Præterea molli quum ſomno dedita membra,*
*Effuſúmque iacet ſine ſenſu corpus onuſtum:*
*Eſt aliud tamen in nobis, quod tempore in illo*
*Multimodis agitatur, & omneis accipit in ſe*
*Lætitiæ motus, & curas cordis inanes.* *Idem lib.* IIII.
*Multimodis igitur prauas, turpéſq; videmus*
*Eſſe in deliciis, ſummóq; in honore vigere.* *Rurſus lib.* V.
*Ducere multimodis voces, & flectere cantus.*

*Quid quòd idem Lucretius libro quarto: addidit adiectiuum? ſic enim ait,*

*Fit quoque vt interdum ſimiles exiſtere auorum*
*Poſsint, & referant proauorum ſæpe figuras,*
*Propterea quia multimodis primordia multis*
*Miſta ſuo celant in corpore ſæpe parentes,*
*Quæ patribus patres tradunt à ſtirpe profecta.*

*Multimodis multis, hoc eſt, multiplicibus varietatibus, ait Baptiſta Pius.*

*At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet.} Verba ſunt Chremetis Glycerium pro filia ferè in totum agnoſcentis, ac non niſi vna dubitatiuncula ſuſpenſi. Hîc Donatus: Scrupulus, inquit, à ſcrupo lapide dictus, lapillus minimus. Nam nimis moleſtæ ſunt pedibus ſcrupuloſæ viæ. Virgilius, Scrupea tuta lacu, &c. Ego (inquit Nannius) iſtam interpretationem, in quam tamen omnes pedibus concedunt, vt nec approbo, nec reiicio: ita ſine ſuſpitione dimittere non poſſum. Alii viderint, an eam Donato aſſerere debeant. Ego interim dicam opinionẽ meam, quã tamen ſine vlla aſſeueratione profero: credóq; ſcrupulum, non lapidem qui pedes offendat, ſed genus ponderis eſſe, quem nonnulli Scriptulum malunt dicere, nimirum quia idem ſit cum grammate, vtpote vigeſimaquarta pars vnius vnciæ. Eſt autem iſte ſenſus, Chremetem agnoſcere, ſibi in examinanda filia pleno pondere ſatisfieri, niſi quòd vnus ſcrupulus deſit, nomen ſcilicet puellæ non congruere. Id in tantis ſignis, vt rem minimam, ſcrupulum vocat, qui eſt aſsis pas ducenteſima & octogeſimaoctaua.*

DONATVS *PRouiſo quid agat Pamphilus.} Hæc ſcena alterum generum Chremeti comparat: ne aut Charinus triſtis recedat, aut nõ prouiſum videretur Philumenæ. ¶ Prouiſo quid agat.} Hoc colloquium poſt compendium fabulæ inducitur: vt vna narratione etiam negotium Charini trãſigi poſſit. ¶ Prouiſo quid agat.} Dupliciter res ab oculis ſpectatorum mouentur: aut enim futura promittuntur, aut facta narrantur.* Prouiſo. *Prouiſo, duo ſignificat: & prouideo, & procedo. ¶ Nunc ſic eſſe hoc verum lubet.} Sic delicatè pronuntiandum eſt, & ſeparatim diſtinguendum. ¶ At mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet.} Senſus hic eſt, Alii putent, vt volunt: ego autem verum eſſe cõfirmo, quod mihi lubet verum credere. ¶ Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror.} Omne quod ha-* Mutuum. *bemus aut mutuum eſt, aut proprium. mutuum eſt, quicquid ad tempus habemus, nec poſtmodum noſtrum futurum eſt, vt vxor, domus, villa, ſerui & cætera in hunc modum. Proprium, vt virtus animi,* Proprium. *& bonum ſempiternum, quod propriè de diis dicitur: nõ enim aliunde venerũt, ſed apud ſeipſos ſunt ſemper. & Epicurum ſecutus, hoc dixit. Propriè ergo de diis ſempiternum dicitur. Nam inter ſempiternum, & perpetuum hoc in-* Sempiternum. *tereſt: quod ſempiternũ ad deos, perpetuum propriè ad* Perpetuũ. *homines pertinet. ¶ Ego vitã deorũ propterea. ¶ Hanc ſententiam totam Menãdri de Eunucho tranſtulit. & hoc* Contaminatio fabularum. *eſt quod dicitur, Cõtaminari non decere fabulas. ¶ Ego vitam deorum.} Non dixit, quod ſcit: ſed quod verũ putet. Et eſt δόγμα ἐπικούρειον, quod à cæteris philoſophis repudiatur, de otio deorum, ac perenni voluptate. ¶ Propriæ ſunt.} Perpetuæ, ſempiternæ. quæ non ſunt ac-* Proprius. *commodatæ ad tempus, ac mutuæ. ſic & ſuprà, Nihilne*

ACTVS V. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

DAuo narrat Pamphilus Glycerium inuentã eſſe ciuem Atticam, ſéque illam ducturum vxorem. Charinus oſtendit per Pamphilum facilè ſe impetraturum à Chremete Philumenam. Hæc ſcena alterum generum Chremeti comparat, ne aut Charinus triſtis abeat, aut non prouiſum Philumenæ ſit.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena alterum generũ Chremeti comparant, ne aut Charinus triſtis recedat, aut nõ prouiſum Philumenæ videatur. Poſtremò ea quæ reſtant de Comœdia, breuiter explicãtur & deſignantur, duorum ſcilicet ſociorum binæ nuptiæ Pamphili & Charini. Lætus quoque Comœdiæ exitus ſubinde exhibetur & clauditur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Exultat Pamphilus de felicitate quæ ſibi obtigit.

*Trochaici Iambicis permiſti.*

CHARINVS, PAMPHILVS.

*PRouiſo quid agat Pamphilus: atque eccum. P. aliquis forſan me putet*
*Non putare hoc verum: at mihi nũc ſic eſſe hoc verum lubet.*
*Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,*
*Quòd voluptates eorum, propriæ ſunt. nam mihi immortalitas*
*Parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.*
*Sed quem ego potiſſimùm exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?*
*C. Quid illud gaudij eſt? P. Dauom video. nemo eſt, quem mallem omnium:*
*Nam hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurum gaudia.*

*eſſe proprium cuiquam? ¶ Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.} Scilicet ſecundum ſupradictã ſentẽtiam, Si propria, inquit, hæc fuerit voluptas, deus ſum. ¶ Quid illud gaudij eſt?} In aliis, Daui perſona infertur. ¶ Nam hunc ſcio mea ſolidè*
Archaiſmos *ſolum.} ἀρχαϊσμὸς. ¶ Solidè*
Paromœon *ſolum.} Figura παρόμοιον.*
ADRIA. BARL. *Quòd voluptates eorum propriæ.} Aethiologia eſt. ¶ Voluptates eorum propriæ ſunt.} Id eſt perpetua, & tales vt ab illis nunquam recedant.*
Propriũ. *Proprium enim dicitur, quod ita naturæ inhæret, vt nunquã abeat. ¶ Quẽ ego potiſſimũ exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?} Nulla ferè delectatio eſt illis, quibus magnum aliquod bonum contigerit, niſi habeant, cui communicent. Vnde Pamphilus cupit obuium ſibi aliquem dari, cui narret ſua gaudia. Proſperi rerũ ſucceſſus taceri nequeunt.*
Paronomaſia. *¶ Solidè ſolum.} Paronomaſia eſt quoties aliud nomen efficitur de alio: vt aliàs dixit Terentius, Inceptio eſt amentium haud amantium. ¶ Mea ſolidè ſolũ gauiſurum.} Eraſmus in Matthæi locũ illum, Gauiſi ſunt gaudio magno, χάραν μεγάλην, id eſt gaudium magnum, inquit, Atticorũ more dictũ eſt, quod tamen Latinè vertit interpres. Etiam ſi Terentius dixit Solidè gauiſurum gaudia, & Vergilius, furite furorem.*

LATOMVS *Argumentum, Cataſtrophe Charini, qui auxilio Pamphili, optatas nuptias conſequitur. ¶ Non putare hoc verum.} Geſtus & lætitia Pamphili. & eſt præparatio ad*
Solidè. *congreſſum perſonarũ. ¶ Solidè.} Id eſt plenè & ex animo.*

PETRVS MARS.

Delectatio eſt inſuauis, niſi ſit cui eã narres. *Preuiſo quid agat, &c.} Nullam ferè delectationem eſſe illis, quibus aliquid ſucceſſit ad votum, niſi habeant cui communicent, docet hæc ſcena. Homo nanque duce natura fugit ſolitudinem, & ſermone vtitur libenter, vt animi conceptus exprimat. Vnde dicit philoſophus* I. *Politicorum.*
Solitudinẽ odit homo. *Homo eſt natura ciuile animal: & qui inciuilis eſt, non per fortunam, ſed propter naturam, is aut prauus eſt, aut melior quàm homo. Vnde dicitur: Homo ſolitarius, aut deus aut beſtia. Sermonem, inquit, habet homo ſupra cætera animalia, quo vtile, iucundum, iuſtum, iniuſtúmque iudicantur. Horum, inquit, communicatio fecit domum & ciuitatem. Vnde apparet hominem eſſe magis congregabilem, quàm apes & cætera animalia, quæ natura cõgregauit. Archytas Tarentinus authore Cicer. in Lælio, ſic dicere ſolebat: Si quis cœlũ aſcendiſſet, naturámque mundi, & pulchritudinem ſiderũ perſpexiſſet, inſuauẽ illam admirationẽ ei fore, quæ iucundiſſima fuiſſet, ſi non aliquem, cui narraret, habuiſſet. Sic natura, inquit Cicero, nihil ſolitarium amat. Idem Cicero in libro primo de Officiis: Si cõtigerit ea vita ſapienti, vt affluentia rerum omnium ditetur, tamen ſolitudo tanta ſit, vt hominem videre non poſſit, excedit è vita.*

*Docet hæc Scena, nos è* RIVII annotatio. *proſpero rerum ſucceſſu maiorem percipere voluptatẽ, ſi felicitatem noſtram, aliis quoque, qui nobiſcum vnà gaudeant, quíque nobis gratulentur, communicare contingat. Ad hæc docet citò infortunij cuiuſpiam rumorem diſſipari, vt quod quis nactus ſit mali, prius, quàm quid euenerit boni, reſciſcamus. ¶ Sed quem ego nunc potiſſimùm exoptẽ mihi, cui hæc narrem, dari?} Inſuauis eſt voluptas, niſi ſit, cui eam* Voluptas eſt in ſuauis, niſi ſit cui eã narres. *narremus: ſiquidem poſtea quàm aliis quoq; fuerit communicata, ſolet ferè conduplicari, multóque eſſe iucundior, & maiori oblectamento. Hinc & in Eunucho: Chærea curioſum aliquem interuenire cupit, qui ipſum rogitando obtundat, quid geſtiat, aut quid lætus ſit, quò pergat, vnde emergat, &c.*

*Voluptates eorum propriæ ſunt.} Aliquid noſtrum eſt* DOLETI obſeruatio. *proprium, cuius directum dominium, vt Iuriſperitorum verbis vtar, & proprietatem habemus. Sic autem elegãter cũ* Proprium. *genitiuo ponitur. Cicero Famil.* XI. *Quorũ alterius fortuna quandam partem habet: alterum proprium eſt prudentiæ tuæ. ¶ Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.} Pro, ægritudinẽ gaudio intercedere, dicit etiã Terẽtius, gaudium ægritudine contaminari. In Eunucho, Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua. ¶ Hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurum gaudia.}* Gaudere gaudium. *Sic eleganter ſæpe ponunt Latini gaudere cum accuſatiuo. Cicero Famil.* XV. *Cum ei gratulatus eſſem, ídque me gaudere dixiſſem. Cœlius Cicer. Familiarium octauo: In theatrum Curionis Hortenſius introiit, puto, vt ſuum gaudium gauderemus.*

GLAREANVS.

Verſus huius ſcenulæ ſunt omnes trochaici, meo quidem iudicio, quanquam aliter Eraſmus. In primo eliditur d, in Quid. In tertio aut Deorum diſſyllabum eſt, vt admonuit Eraſmus: aut creticus eſt loco ſecundo. In quarto putat idem elidendam v, in Voluptates: ſed haud dubiè creticus eſt loco primo, & bacchius tertio. In ſexto Nunc legẽdum eſt ante Potiſſimum, & erit elegantiſſimus trochaicus. In ſeptimo eliditur d, in Quid ab initio. In vltimo verſu primo quidem loco eſt trochæus, ſecundo tribrachys vel dactylus, tertio anapæſtus, quarto & quinto ſpondeus. nam Gauiſurum primam longam habet ſyllabam apud Propertium.

DONATVS

Pamphilus vbinã hic eſt?} In hoc actu mira arte ea quæ reſtant de Comœdia breuiter explicantur, & deſignantur duorum ſociorum binæ nuptię. [Pamphilus vbínam hic eſt? P. Daue. D. Quiſnam homo eſt?} In affectu gaudentis Pamphili, & Daui gratulatione cognitionem rerum Charino præbuit: cuius perſona parcè vtitur poſt compendium. [Sed quid mihi cõtigerit, ſcio.} Scio, id eſt perſenſi. [More hominum.} Hominum abundat. [More homnũ euẽnit vt quod ſim nactus mali.} Quia fama mali celerior, quàm boni. id eſt vt facilius mala, quàm bona nuntientur. Ad hoc ergo dixit, quòd ille prior ſcierit quòd eſſet vinctus. quàm ipſe cognitam Glycerium cognoſceret. [Mea Glycerium ſuos parentes reperit.} Hæc ita narrantur Dauo, vt eadem opera etiam Charinus audiat. [Pater amicus ſummus.} Hæc omnia, vt diximus, propter Charinum dicuntur, vt audiat. [Amicus ſummus.} Deeſt ei°. [Nũ ille ſomniat ea quæ vigilans voluit?} Hinc Virgilius, Credimus? an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt? [Deſine.} Compendium attulit. [Bene factum.} A gratulatione cœpit. [Omnia.} Compẽdium. [Age, me in tuis ſecũdis rebus reſpice.} Hæc ſunt quæ abſolutè dicuntur: & eſt cõmonitio. Sunt enim qui felicitate elati, ne reſpicere quidem velint amicos. Et reſpicere eſt propriè retro aſpicere. Id eſt, quem præcedis felicitate, non obliuiſcaris. [Tuus eſt nunc Chremes.} Lucilius in ſecundo, Nunc prætor tuus eſt, meus ſi diſceſſerit horno Gentili. [Tu daue abi domum.} Hi verſus, vſque ad illum, Gnatam tibi meam Philumenã vxorem, negantur Terentij eſſe: adeò vt in pluribus exemplaribus bonis non inſerantur. [Atque adeò lõgum eſt nos illum expectare.} Quia & audacter, & artificiosè binos amores duorum adoleſcentum, & binas nuptias in vna fabula machinatus eſt: & id extra præſcriptum Menandri, cuius Comœdiam transferebat: idcirco aliud in proſcenio, aliud poſt ſcenam retulit: ne vel iuſto longior fieret, vel in eandem propter rerum ſimilitudinem cogerentur. [Sequere hac me intus, apud Glycerium eſt.} Iam poſt ſcenam itur: quia vlterius in proſcenio nihil agitur. [Ne expectetis.} Mirè dicit, latenter ſe laudans. quo verbo auidũ adhuc audiẽdi populum adeóque cupidum & intentum oſtendit, vt finem Comœdiæ eueniſſe non ſenſerit. [Intus trãſigetur, ſi quid eſt quod reſtet.} Artificiosè poëta hæreditatis iuſtam petitionem ex Critonis perſona prætermiſit, quæ ei Glycerio cognita iure tribuebatur: ne vel paruo rei Critonis tractatu, aut defraudatione Glycerij infuſcaretur finis fabulæ ad lætum exitum ſpectans. [Si quid eſt quod reſtet.} Quia narratione dignũ non eſt quod Charinus rogat.

Scire.

Fama mali celerior eſt, quàm boni.

Reſpicere.

# ACTVS V. SCENA VI.

DAVVS, PAMPHILVS, CHARINVS.

Pamphilus vbínã hic eſt? P. Daue. D. quiſnã homo eſt? P. ego ſum. D. ò Pamphile.
P. Neſcis quid mihi obtigerit. D. certè: ſed quid mihi obtigerit, ſcio.
P. Et quidem ego. D. more hominum euénit, vt quod ſim nactus mali,
Prius reſciſceres tu, quàm ego, quod tibi euénit boni.
P. Mea Glycerium ſuos parentes reperit. D. ò factum bene. C. hem.
P. Pater amicus ſummus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras probè.
P. Nec mora vlla eſt, quin eam vxorem ducã. C. num ille ſomniat
Ea, quæ vigilans voluit? P. tum de puero Daue? D. ah, deſine.
Solus eſt, quem diligunt dij. C. ſaluus ſum ſi hæc vera ſunt.
Colloquar. P. quis homo eſt? Charine in tempore ipſo mihi aduenis.
C. Bene factum. P. hem, audiſtin'? C. omnia: age, me in tuis ſecundis rebus reſpice.
Tuus eſt nunc Chremes. facturum quæ voles ſcio eſſe omnia.
P. Memini: atque adeò longum eſt nos illum expectare, dum exeat.
Sequere hac me intus: apud Glyceriũ eſt nũc. tu Daue abi domum:

ADRIA. BARL.

Quod ſim nactus mali prius reſciſceres tu.} Mali fama celerior eſt quã boni. Pleriq; enim & auidè alienum dedecus audiunt & effundunt. Nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſſipatur, quã quod turpiter feceris. [Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit?} Vetus parœmia eſt. Somniat etiam dormiens, quam hodie quoque vſurpamus, ſignificantes aliquẽ toto pectore rei cuipiam deditum. Siquidem ita euenire ſolet, vt quæ interdiu voluerint animo, noctu ſomnient. Ariſtophanes de iuuene, qui rem patriam omnem ſtudio alendorum equorum abſum

Fama mali

Somniat etiam dormiens.

Propterea, accerſe, hinc qui auferant eam. quid ceſſas? D. eo.
Ne expectetis, dum exeant huc: intus deſpondebitur.
Intus traſigetur, ſiquid eſt, quod reſtet. Plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

pſerat, ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων ἱππικὴν, id eſt dormiens equeſtre ſtudium ſomniat. Vide Chiliades. ∇ Me in ſecundis rebus tuis reſpice. ∃ Cõmonitio eſt authore Donato, ſunt enim qui felicitate elati, ne reſpicere quidẽ velint amicos. me ergo reſpice, id eſt quem præcedis felicitate, non obliniſcaris: effice apud Chremetem, Philumena vt detur mihi, quando tibi contigit, quod tota mente petiſti. ∇ Ne expectetis. ∃ Lateter ſe laudat, cum hoc verbo auidum adhuc populum audiendi, adeóque, cupidum & intentum oſtendit, vt exitum fabulæ adeſſe nõ ſenſerit. ∇ Plaudite. ∃ Horatius in arte. Donec cãtor vos plaudite dicat. Acron interpres: Cantor id eſt actor. Cantorẽ voluit appellari, qui in fine dicit plaudite. ∇ Calliopius recẽſui ∃ Eraſmus enarrãs veterem parœmiã, nihil aduerſum, Haud ſcio, inquit, an alius fuerit, qui recitaret verſus, alius qui geſticularetur. Apparet enim vnum aliquem fuiſſe recitatorem, cuius eſt illa vox in calce comœdiarum, Calliopius recenſui. ex quibus Eraſmi verbis recenſui videtur hoc loco pro recitaui non pro recognoui poſitum.

*Plaudite.* *Cantor.* *Calliopius.* *Recenſui.*

LATOMVS

∇ O factum bene. ∃ Gratulatio Daui. ∇ Num ille. ∃ Prouerbiale. ∇ Memini. ∃ Data opera poëta abrumpit longiorem actionem. ∇ Ne expectetis. ∃ Hoc ad ſpectatores dicitur.

PETRVS MARS.

*Fama.*

Pamphilus vbinam &c. ∃ Rumorem alicuius infortunij citò in populum vulgari, docet hæc ſcena. quod ideo accidit, quia plerique alienæ inuident felicitati, & auidè alienum dedecus audiunt & effundunt. Vnde vates celeberrimè famam deſcribens, illam dicit eſſe malum, quo non velocius vllum, mobilitate viget, viréſque acquirit eundo. & doctrinæ atque eloquij fons vberrimus Marcus Cicero in Oratione pro Planco, ſic ait: Nihil eſt tam volucre, quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſsipatur. Quapropter moralis ille Seneca, loquens de continentia, ſic præcipit: Bonæ famæ, neque tuæ ſeminator, neq; alienæ inuidus. Et prudentiæ officia deſcribens, ſic ait: Lauda parcè, vitupera parcius. Et alibi: Eſto vitiorũ fugax ipſe, aliorum neq; curioſus ſcrutator, neque acerbus reprehenſor. ∇ Ne expectetis dum &c. ∃ Mirè hæc dicit poëta, latenter ſe laudans: quo verbo artificioſè auidũ ad huc populũ audiendi, adeóq; cupidum attẽtũmq; oſtendit, vt finem Comœdiæ iam eueniſſe non ſenſerit. ∇ Intus deſpondebitur &c. ∃ Gellius lib. IIII. ſic ait: Cæſar poſtquam filiam Cn. Pompeio deſponderat, primùm cœperat Pompeium rogare.

Exitus Comœdiæ lætus eſt, & ſedationẽ habet affectuũ, qui non creſcunt ad tragicam perturbationem & ſcelera, quæ mediocritatem nullã accipere poſſunt. Idcirco in ſummas perturbationes Tragœdia deſinit, docens nos cum ratione id fugere, quod ſua prauitate in cladẽ trahit, & odiũ parit vehementiſsimum. Non enim ad ſeditiones & diſcordias, ſed ad pacem & concordiam nati ſumus: qua nihil eſt humanæ naturæ vſuíque accommodatius: quoniam, vt inquit Saluſtius, concordia res paruæ creſcunt, diſcordia verò maximæ dilabuntur. Et Cicer. in Officiis ſic præcipit: Meo quidem iudicio, paci quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum.

Comœdia illos habet affectus, qui facilè ad eam mediocritatem rediguntur, quæ virtus morum appellatur: non enim eſt virtus expurgatiua ſed gradus ad illã atq; iter. Sic nanque diſponit per aſſuetudinem humanas cupiditates, vt Heroicam virtutem ſuſcipiant. Ab extremo certè ad extremum, ſine aliquo medio ire nõ poſſumus: & ſic eſt viuendum, vt bene ſperare poſsimus. Plato lib. I. de Rep. ſic ait: Qui nullius iniuriæ ſibi conſcius eſt, huic iucunda ſpes ſemper adeſt optima ſenectutis nutrix. Quapropter Pindarus cecinit: Eum qui bene viuit, dulcis ſpes comitatur, cor nutriens, ſenectutémq; fouens.

RIVII caſtigatio.

Tuus eſt nũc Chremes, facturum quæ voles ſcio eſſe omnia. ∃ Poſſet abſque detrimento carminis omitti τὸ eſſe, quẽadmodum quædam exemplaria habent, ſed hîc nihil tamen mutare auſim.

EIVSDEM ANNOTATIO.

— More, hominum euẽnit, vt quod ſim nactus mali, Prius reſciſceres tu, quã ego quod tibi euẽnit boni. ∃ Infortunij rumor multò citus, quàm fortunæ cuiuſpiam bonæ, ſpargitur ac diuulgatur. ∇ — Num ille ſomniat Ea, quæ vigilans voluit? ∃

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Hæc eadem noctu reddit amica quies.

Somnia dormientium naſcuntur ferè ex affectibus vigilantium. Sic tritum vulgo apud Germanos prouerbium eſt, vbi quis rem narrat neutiquam veriſimilem, ſomniaſſe illum vt dicamus. Etenim vt ille canit, Mens humana quod optat Cum vigilat ſperans, per ſomnum cernit idipſum. Verg. in Buc. ſpes inanes amantium ſomnia vocat, An qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt? Hinc & Græcum eſt prouerbium ὅσσα ἐν ὀνείρῳ βλέπεις, de votis immodicis, quòd, quicquid vehementer optaris, id ferè ſomniare contingat. ∇ — Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice. ∃ Et hoc apud Germanos frequens eſt, Ne mei tibi obrepat obliuio, vbi pro voto omnia ac ex ſententia ſuccedere cœperint. Atque hactenus quidẽ in Andriam, quantum modò per negocia licuit, quæ ſtudioſa iuuentus boni conſulat, quæſo.

*Somnia dormientiũ*

DOLETI OBSERVATIO.

Vt, quod ſim nactus mali, prius reſciſceres. ∃ Nãciſci eſt conſequi, aſſequi, adipiſci. Quòd ſi cum homine iũgatur, poni volunt pro inuenire, vel obuenire. Cicer. in Famil. Hunc tu virũ nactus, ſi me aut ſapere aliquid, aut velle tua cauſa putas, ne dimiſeris. Mirum verò eſt, tam expreſſè in malam partem poni: quanquã etiam in eam poni poſſit. ∇ Prius reſciſceres tu. ∃ Scimus, inquit Donatus, manifeſta: vel, quæ ad nos deferuntur. Reſcimus celata, & occulta. Vel: Reſcire eſt factum cognoſcere, & intelligere. Dicitur etiam reſciſcere. Terent. in Adelph. Reſciui omnem rem. ∇ Solus eſt, quem diligunt Dij. ∃ Prouerbium eſt ex re natum. Pro tanta cum Dij felicitate cumularunt, vt eum ſolum amare videantur, & beneficiis proſequi. ∇ Tuus eſt nunc Chremes. ∃ Seſe explicat Terentius, dum ſubiungit. facturum, quæ voles, ſcio eſſe omnia. Itaque tuus eſt: id eſt, eo ad omnia vti potes nihil tibi denegabit. ∇ Longum eſt, nos illũ expectare. ∃ Longus ſignificat longinquitate productum, diuturnũ: vel procerum.

*Nanciſci.* *Reſciſcere.* *Solus eſt, quem diligunt Dij.* *Tuus eſt.* *Longus.*

Lōgum eſt, vel eſſet. — Nihil mihi longius.

cerum. Eſtque temporis, vel loci. Ex quo nomine pulchrum eſt, quod dicitur, ne longus ſim: ne longum ſit: ne longum faciam. Ad quos loquendi modos proximè accedit, quod dicūt Latini, longum eſt, vel longum eſſet. Cicero in Verr. De omnibus longum eſt dicere. Ibidem. Longum eſt, & non neceſſarium commemorare, quæ apud quoſque viſenda ſunt tota Aſia. Pulchrum quoque ex nomine eſt, quod Latini dicunt: Nihil mihi longius eſt, pro nullius rei tanta cupiditate, aut expectatione teneor. Cicer Familiarium XI. Quem cum obiurgarem, quòd parum valetudini parceret, tū ille nihil ſibi fuiſſe longius ait, quàm vt me videret. Idē in Verr. Act. VII. Nihil ei lōgius videbatur, quàm dum illud videret argentum.

GLAREANVS.

Scio quoſdam quaſi pro voluptate habere, vt iambica & trochaica miſceant abſque diſcrimine. At ego, vt inficias ire non poſſum hæc miſtum ſæpe inueniri, ita tamē hoc puto tēperandum, vt quanto plura eiuſdem generis, modò id non fiat contra artem, in vnum digerere queamus, id omnino conemur: atque adeò etiam Poëtam id feciſſe crediderim. Ad quid enim alioqui carmen inſtituiſſet? Itaque & in præcedenti ſcena, & in hac non confusè, vt Eraſmus, ſed eiuſdem generis omnia fecimus. Nec fingimus nouas licentias, ſed quæcūque hîc introducimus, ea facillimè, ex ipſo adeo Eraſmo aliis locis ab eo dicta, commonſtrabimus. Huius itaque ſcenæ verſus omnes ſunt trochaici, vt præcedentis ſcenulæ. In primo ſanè verſu magna difficultas videtur, ad vtrum genus reducatur ſcilicet, ad iambicumne, an ad trochaicum. Semper enim claudicare videtur, vtut in numerum ponas. Ego autem puto primo in loco trochæum eſſe, Pamphi, deinde tribrachyn aut anapæſtum, lus vbi, tertio loco ſpondeū, n'hic eſt. Quarto loco trochæum, Daue. quinto vel anapæſtum, Quis homo eſt, tollendo παρέλκον, nam, vt ſuprà actus II. ſcena II. Quis homo eſt qui me. Et ſæpe alibi, vt paulo pòſt in hac ſcena. vel creticum, quod magis placet. Donatus quis hic eſt legiſſe videtur quod non minus placet. Sexto anapæſtum, ego ſ'o ſeptimo trochæū cum ſyllaba, Pamphi, le. In quarto verſu, Eraſmus putat legendum Tu prius reſciſceres. & conſtare probè verſum. At in codice vetuſto ita carmen legitur,

Prius reſciſceres, quàm ego illud, quod tibi euênit boni.

Vbi vel Prius eſt monoſyllabū, vt alibi ſæpe, vel bacchius eſt loco primo, & carmen non minus conſtabit. In quinto Suos monoſyllabū eſt. poteſt & amphibrachys eſſe loco tertio. In ſeptimo videtur Quin corripi, niſi Eam monoſyllabū totum elidamus. creticus tamē loco tertio eſſe poteſt. In XII. Eſſe omitti poteſt, vt etiam notauit Riuius, ſicut in præcedēti Tuis omittitur, quod quidam poſuerunt ante ſecundū. Et audiſtine, integrè legendum, ne ſit tertio in loco iambus, quem trochaicum genus reſpuit. In decimoquarto Sequere hac, anapæſtus eſt. Intus a, dactylus. pud Gly, trochæus. reliqua facilia ſunt vel mediocriter exercitato.

IOANN. THEODORICVS.

Quod ſim nactus mali.} Admonet Bembus, in peruetuſto illo ſuo codice legi nanctus, nimirum à verbo Nanciſcor. ſic Finctus, à Fingo, quod nos Fictus n litera detracta dicimus. Thenſaurus, quod vulgo Theſaurus. cuius etiam nonnihil meninit Donatus in prologum Eunuchi. — Nanctus. Finctus. Theſaurus.

# TERENTII EVNVCHVS.

## FABVLAE INTERLOCVTORES

| | |
|---|---|
| Phædria Adoleſcens. | Chremes adoleſcens ruſticus. |
| Parmeno ſeruus. | Antipho adoleſcens. |
| Thais meretrix. | Doryas ancilla. |
| Gnato paraſitus. | Dorus eunuchus. |
| Chærea adoleſcens. | Sanga lixa. |
| Thraſo miles. | Sophrona nutrix. |
| Pythias ancilla. | Laches ſenex. |

### IDIOMATA PERSONARVM, ET ETYMOLOGIAE.

Laches à ſortiendo, ſiue ab intendendo actionem iniuriarum, pius in filios & vehementi ingenio. Phædria, ab hilaritate morum, cordatus adoleſcens, & cum morbo ſuo pugnans. Chærea à gaudio, ephebus ad quiduis audax, incogitans, & impotenter amans. Parmeno, quòd ſedulò adſit domino ſuo, callidus, & oſor meretricum. Dorus, quòd dono mittatur Thaidi. Thais à pauone videtur dicta, addita aſpiratione. Inducitur cordata & ciuilis, ac inter meretrices probis moribus. Dorias, ab haſta, quòd in bello capta ſit. Pythias ob calliditatem, aut quod omnia percontetur. Thraſo, à confidentia fingitur ſtolidus & arrogans. Sanga à σάττω, hoc eſt à componendis ſarcinis dictus videtur. Fingitur liber ac domini contemptor, quales ferè coqui. Gnatho, à mandibula vt edax. Fingitur aſſentator & callidus. Chremes adoleſcens ruri educatus, eóque ciuilium blanditiarum inſolens, & artium imperitus. Antipho, quod obnius appareat.

### NOMINVM ETYMOLOGIA PAVLO FVSIOR, PER IOannem Theodoricum Bellouacum.

Eunuchus, Græcè εὐνοῦχος, dicitur à cuſtodiendis & aſſeruandis matronarum diuitum cubilibus. Nam εὐνὴ cubile ſignificat, ἔχω habeo, teneo, aſſeruo. Alij, quòd bonæ ſint mentis εὖ νόῳ, & à venereis ſemotæ, dictos autumant Eunuchos. Emebantur autem à principibus & opulentis ciuibus, vt in conclaui aſſidentes vxoribus & filiabus, aſſeruarent ne quiſquam ſtuprum inferret. Eſt autem Eunuchus, qui virilibus caret. Porrò hæc fabula Eunuchus nominata eſt, de facto adoleſcentis, qui ſe pro eunucho deduci ad meretricem paſſus eſt. — Eunuchus.

Phædria, cordatus adoleſcens, ab hilaritate morum nomen habet. Φαιδρόω, exhilaro. φαιδρὸς alacer, lautus, illuſtris, clarus. — Phædria.

Parmeno, ſeruus callidus, & oſor meretricum, ſic dictus, — Parmeno.

quòd ſedulò adſit domino ſuo ſeruꝰ fidelis, à verbo Παρμένω, id eſt, adſum, permaneo. Nannius ſic dictum putat, quòd aſſiduè permanſerit apud fores Thaidis. vnde ſcomma Gnathonis: Etiam tu hîc ſtas Parmeno? Eho, núnnam hîc relictus es cuſtos, ne quis fortè internuntius clàm ad eã curſitet?

Thais. Thais, meretrix. Inducitur cordata & ciuilis, ac inter meretrices probis moribus. Dicta videtur à pauone, addita aſpiratione. ταὼς enim pauonem ſignificat, παρὰ τὸ τείνειν τὴν ξεαν τέως, ab extendenda cauda. Sanè pauonis in morem, quicquid eſt in meretrice ſpecioſum, id magno ſtudio curat oſtentare. Franciſcus Philelfus Epiſtolarum libro trigeſimo ad Iacobum Antiquariũ ſcribens, Thais, inquit, pro Dais dicitur, mutata d quę muta media dicitur, hoc eſt ſemiaſpirationem habẽs, in th, quæ craſſa eſt muta. Dais autem nomen deductum eſt à Δὰς huius Δαδὸς, quod facem ſignificat. Sunt enim meretrices perinde atq; faces quædam, quibus animi iuuenum in amorem incenduntur. Hæc ille. Δὰς interpretatur fax, torris, ignis in face: Ducítque originem à verbo Δαίω, id eſt, accẽdo, vro. Ad quod videtur alludere Parmeno huius fabulæ Act. I. ſcen. II. Accede, inquit, ad ignem huncꝫ iam caleſces plus ſatis. Ignẽ quippe vocat Thaidem, cuius amore Phædria vrebatur.

Gnatho. Gnatho, paraſitus aſſentator & callidus. A mandibula nomen habet, vt edax: quales ſunt omnes paraſiti. Γνάθος maxillam ſignificat, vnde γνάθων deducitur, vt eadem ratione à nobis dici poſſit à maxilla, maxillo maxillonis.

Chærea. Chærea, adoleſcens ad quiduis audax, incogitans, & impotenter amans. Nomen ſortitus eſt à gaudio, ſiquidem χαίρειν gaudere ſignificat.

Thraſo. Thraſo, miles ſtolidus & arrogans. Nomẽ ei putatur inditum à confidentia. Θράσος, temeritas, audacia, ferocitas. Inducitur quippe Thraſo, non vt vir fortis, ſed vt audax & temerarius, Thaidis ædes oppugnaturꝰ cũ ſuis nebulonibus.

Pythias. Pythias, ancilla, ob calliditatem ſic nũcupata: vel quòd omnia percõtetur. πύθομαι, interrogo, audio. πυνθάνομαι, audio, interrogo, cognoſco.

Chremes. Chremes, adoleſcens ruri educatus, ob ídque ciuiliũ blanditiarum inſolens, & artium imperitus. χρέμπτομαι, ſcreo. χρέμπτω, vngo. χρεμετίζω, & χρεμετάω, id eſt, hinnio.

Antipho. Antipho, ab occurſu nomen habet, quòd obuius appareat. ἀντὶ, contra. φῶ, appareo.

Doryas. Doryas, ancilla. Ab haſta, quòd in bello capta ſit, & ſub haſta venierit.

Dorus. Dorus, eunuchus. quòd dono mittatur Thaidi. Δῶρον enim, donum ſignificat.

Sanga. Sanga, lixa. à σάττω, hoc eſt, à componendis ſarcinis. Fingitur liber, ac domini contemptor, quales ferè coqui. σάττω, impleo, conſtipo, onero, inſtruo. Sanga, inquit Philelfus, coquus erat, ita nominatus à Sangario flumine Phrygiæ. Nã etiam Phryges ſeruiles erant. De ſeruili Phrygum ingenio meminimus in Andriam, nimirum in etymo Byrrhiæ.

Sophrona. Sophrona, nutrix. A temperãtia dictorum & factorum. σωφρονέω, modeſtus & temperatus ſum: temperatè & moderatè me gero. σώφρων, moderatus, modeſtus & temperãs, cõtinens. Plato in Cratylo ſophroſynẽ dici temperantiam autumat, ὅτι σώζει τὴν φρόνησιν, quia prudentia ſalus & conſeruatio eſt.

Laches. Laches, ſenex. Inducitur pius in filios, & vehementi ingenio. Nomen habet à ſortiendo, ſiue ab intendendo actionẽ iniuriarum. λάχος, ſors. λαχεῖν, ſortiri, accuſare.

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN EVNVCHVM.

Sororem falsò dictitatam Thaidis,
Idipſum ignorans miles * abduxit Thraſo, *adduxit
Ipſique donat. erat hæc ciuis Attica.
Eidem eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abit,
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam
Cum deperiret, dono miſſam Thaidi,
Ornatu eunuchi induitur. ſuadet Parmeno,
Introiit, vitiat virginem. ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, collocat
Vitiatam Ephebo, Phædriam exorat Thraſo.

Sororem fal.} Hæc Pamphila nominatur in comœdia. ADRIA. BARL. [Miles abduxit Thraſo.} Secũda ſcena narratur vbi emerit eam Thraſo. [Ipſique donat.} Ipſi Thaidi. [Eidem Eunuchum.} Eunuchus caſtratus, dicitur ab εὐνὴ quod eſt cubile, ἔχω cuſtodio. Nam id genus hominum adhibebatur ſeruãdis regum cubilibus. [Ephebus frater.} Chærea vocatur in fabula. [Quum deperiret.} Deperio hîc impatienter amare ſignificat. Aliquando inter hoc verbum & caſum eius præpoſitionem ponunt Latini. Hieronymus lib. II. Regum. Factum eſt vt Thamar adamaret Ammon, & deperiret in eã valde. [Frater eius.} Chremes ruſticus adoleſcens. [Phædriam exorat Thraſo.} Vt in partem amoris recipiatur, vt in parte aliqua hæreat apud Thaidem. Hæc Eunuchus tanta felicitate traditur acta, & plauſu, vt iterata, æquè conſtiterit octo milibus ſeſtertiũm, ac noua.

DOLETI obſeruatio. Sororem falsò dictitatam Thaidis.} A dico duo frequentatiua ſunt, ſignificatione multum inter ſe diuerſa: ſcilicet dictitare, & dictare. Dictitare. Dictitare autem eſt frequenter dicere, & narrare, vel frequenti & crebro ſermone diſſipare, & diuulgare. Cicero pro Domo ſua: Cuius aduentu fore vtilitatem dictitabant. Dictare. Dictare eſt dicere, quod alter ſcribens excipiat, & manu ſtilóque notet. Cicero ad Q. frater. Hæc inter cœnam Tironi dictaui. Idem ad Atti. II. Hæc dictaui ambulans. [Thaidis amator Phædria.} Is eſt amator, vel amans, qui aut probãda animi inductione amat: aut amore venereo ardet. Amator. Dicitúrque amator noſter, pro amator noſtri: ídque eodem loquendi modo, quo dicunt Latini, obtrectator noſter, vel laudator noſter, pro obtrectator noſtri, vel laudator noſtri. Cicer. ad Att. I. Lucius Papirius Pętus vir bonus, amatórque noſter. Idem Famil. VII. Viuam tecum multum, & cum communibus noſtris amatoribus. Id eſt, cum his qui te, & me amant: vel qui vtrique noſtrûm amici ſunt. [Thraſoni oratus biduum concederet.} Id eſt, abeſſet bidui, vel duorum dierum ſpatio Thraſonis cauſa, & gratia. Vel Thraſoni biduo cederet. [Cum deperiret puellulam.} Deperire. Deperire poſuerunt antiqui pro impotenter amare. Plautus in Mil. Meretricem ingenuam deperibat mutuò. Idem in Ciſtel. Is amore miſerè hanc deperit mulierculã. Idem in Amphitry. Nunquam ædepol quenquam mortalem credo ego vxorem ſuam ſic efflictim amare, perinde vt hic te efflictim deperit. Antiqua fuit hæc depereundi ſignificatio. Vſitatius verò pro perire ponitur. Cicero ad Att. I. Nunc ſi me amas, ſi te amari à me ſcis, enitere per amicos, clientes, hoſpites, libertos denique, ac ſeruos tuos, vt ſcheda ne qua depereat. [Dono miſſã Thaidi.} Dono mittere, vel dare. Dono mittere, & dono dare aliquid alicui, elegantes ſunt, & crebræ Latinis locutiones. Terentius

tius in hac Comœdia: Hanc tibi dono do. ¶ Collocat vitiatam ephebo. ¶ Præter alia multa loquendi genera, quæ à collocare manant, proprium eſt vnum, pro in matrimonium dare.

*Collocare, ad matrimoniũ pertinens.*

Et dicimus collocare filiam: vel filiam alicui, vel in matrimonium, vel collocare nuptui, aut nuptum. Cice. de Inuent. Pub. Scipio Corneliam filiam Tiberio Graccho collocauit. Idem in Brut. Cuius Caij filio filiam ſuam collocauerat, & affinitate ſeſe deuinxerat. Item de Diuinat. 1. Cum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare.

ἄδηλον.

MEretrix adoleſcentem cuius mutuo amore tenebatur, excluſit: eique reuocato, excluſionis cauſas reddidit. Eius frater, minor natu, virginem, quam miles, meretrici dono miſerat, amare cœpit, deductúſque in domum meretricis pro eunucho, vitiat. Re itaque cognita, cum illuſam ſe meretrix doleret, ab eodem adoleſcente placatur. Interuentúque fratris eius ciuem cognitam Athenienſem, duxit vxorem: miles quoque in partẽ meretricij amoris receptus illuditur.

## AELII DONATI ARGVMENTVM IN EVNVCHVM TERENTII.

HAec maſculini generis nomine nuncupata fabula eſt, Eunuchus: & eſt palliata Menandri vetus. quam ille authoꝛ de facto adoleſcentis, qui ſe pro Eunucho deduci ad meretricem paſſus eſt, nominauit. Itaque ex magna parte motoria eſt. Atque in hac Comœdia qui perſonam Parmenonis actor ſuſtinet, primas habet partes. Secũdæ ſunt Chæreæ. Tertiæ ad Phædriam ſpectant. Huius prologus ſanè eſt concitatior. Nam & obiicit crimina aduerſantibus: & comminatur in poſterum: & accuſatoriè narrat iniuriam Terentio factam: & ad vltimum tumultuosè, & cum magna inuidia defendit poëtam. Hæc & πρότασιν, & ἐπίτασιν, & καταστροφὴν ita æquales habet, vt nuſquam dicas longitudine operis Terentium delaſſatum dormitaſſe. Actus ſanè implicatiores ſunt in ea, & qui non facilè à parum doctis diſtingui poſſint. ideo quia tenẽdi ſpectatoris cauſa vult poëta noſter omnes quinque actus velut vnum fieri, ne reſpiret quodammodo: atque diſtincta alicubi continuatione ſuccedẽtium rerum, ante aulæa ſublata faſtidioſus ſpectator exurgat. Acta planè eſt Ludis Megalenſibus, L. Poſthumio, L. Cornelio Coſſ. Aedilibus curam adiũ habentibus, etiam tunc perſonatis L. Numidio Poſthumo, L. Ambiuio Turpione, item modulante Flacco Claudio tibiis dextra & ſiniſtra ob iocularia, multa permiſta grauitate. Et acta eſt tanto ſucceſſu, ac plauſu, atque ſuffragio: vt rurſus eſſet vendita, & ageretur iterum pro noua próque ea pretiũ, quod nulli ante ipſam fabulam contigit, octo milibus ſeſtertiûm numerarẽt poëtæ. Prouerbia multa ſæpe pronuntiata, & cantica ſæpe mutatis modis exhibita ſunt. προτατικὸν πρόσωπον nuſquã habet, ſed ſuis tantum perſonis vtitur. In hac Terẽtius delectat facetiis, prodeſt exemplis: & vitia hominũ paulo mordacius, quàm in cæteris, carpit. Exempla autem morum hîc tria præcipua proponuntur, Vrbani ſcilicet, Paraſitici, & Militaris. Hæc edita tertium eſt, & pronuntiata Terentij Eunuchus: quippe iam adulta commẽdatione poëtæ, ac meritis ingenij notioribus populo. Facta autẽ ex duabus Græcis vna eſt Latina. Nam ex Eunucho, & Colace Menandri fabulis, hæc Eunuchus Terẽtiana ſcripta eſt, non ſine crimine, quòd multa in hãc tranſlata ſint ex multis poëtis Latinis: quod totum, per Prologum purgat, atque defendit.

## ARGVMENTVM EVNVCHI.

RApta quædam ex Attica virgo nobilis, atque adducta eſt Rhodum: ibíque matri Thaidis meretricis ab amico dono data eſt, & educata velut ſoror vnà cum filia Thaide. Sed Thais relicta matre, Rhodo cum amatore quodam Athenas ſe contulit: ab eóque hæres inſtituta mortuo, mox à Milite Thraſone diligebatur nimis. Qui cum Athenis profectus matrem Thaidis mortuam Rhodi compeiſſet, & eam virginem, quã diximus, ab hæredibus mortuæ animaduertiſſet venum eſſe propoſitam: quamuis ignarus rerum omnium, emit tamen: & dono amatæ Thaidi vexit Athenas. Verùm poſtquam aduentens riualem Phædriam apud amicam reperit: quem per eius abſentiam ſibi meretrix conciliarat: affirmauit ſe non antè daturum promiſſam virginem, quàm Thais foras æmulũ pepuliſſet. Illa igitur, etſi amaret Phædriam, cupiditate tamen recuperandæ virginis & ciuis Atticæ, & quam à paruulo vt ſororem dilexerat, excludit Phædriam. Hinc ille primò iraſcitur: pòſt accepta facti ratione, à Thaide lenitur & in bidui ſpatium ſpontè concedens militi, rus proficiſcitur: ſtatímq; ne ab æmulo muneribus ſuperaretur, Eunuchum & puellam Parmenoni iubet abiens ad Thaidẽ deducere. Verùm Chærea frater Phædriæ tunc ephebus, viſa in via virgine, inflammatur amore eius. Atque eo euaſit vehementi ardore, vt pro eunucho ipſe deduceretur ad Thaidem. Hac occaſione vitiata virgo, & mox ciuis, & nobilis cognita, datur vxor Chęreæ. Phædria verò & miles riuales, ambo concordes per paraſitum redditi, communi amica ſine certamine potiuntur. In primo actu Phædria excluſus à Thaide, & ſecum primò, & mox cum Parmenone conqueritur fortunas ſuas: & ad poſtremum coràm accuſat Thaidem. rurſus permulcetur ab eadem, & voluntate digrediens, rus ſeſe conceſſurum in ſpatium bidui eſſe promittit. Secundus actus, profectionẽ Phædriæ continet deleganis ſeruo deductionem Eunuchi, & puellæ ad Thaidem. Tum paraſitum loquentem, per quẽ virgo à milite dono amicæ miſſa eſt. Tum interuẽtum Chæreæ amantis virginem, euſdémque cum Parmenone conſilium de eadem potienda per fallaciam: quia pro Eunucho ipſe ſupponitur Thaidi. Tertius actus characterem exprimit militis, & paraſiti per ridiculum colloquiũ. Tum inuitationem ad cœnam Thaidis. Tum oblationem velut Eunuchi Chæreæ & puellæ ex Aetiophia per Parmenonem factam. Tum verba Chremetis ad Thaidem venientis, perductíque ad militem. Antiphonis Chęreæque colloquium de vitiata per dolum virgine. In quarto actu Doryas nuntiat iurgium inter militem, & Thaidem: tum reditum habet ex villa Phędrię: & querelam Pythię de vitiata virgine apud Phędriam: & eundem ſtupentem quod audiebat. Errorem ebrij Chremetis: & verba petulantia Thaidis aduerſum militem, & militis aduerſum Thaidem: parata prælia, ridiculéque depoſita. Quintus actus hęc continet, querelam Thaidis de vitiata virgine, primò cum Pythia, poſtea cum ipſo Chęrea: tum interuentum Chremetis atque nutricis: tũ perturbationem Parmenonis per dolum Pythię, atque eius indicio per ſenem qui rure tunc aduenerat, confirmatas nuptias. & ad vltimum, reditum in gratiam militis cum Phędria & Chęrea.

# ACTA LVDIS MEGALENSIBVS

## L. POSTHVMIO, L. CORNELIO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS, TIBIIS DVABVS DEXTRIS. GRAECA MENANDRV FACTA SECVNDA. MODOS FECIT FLACCVS, M. VALERIO, C. FANNIO COSS.

**DONATVS**

*SI quiſquam eſt qui placere,&c.} Attendenda poëtæ copia, quòd in tot prologis de eadem cauſa iiſdem ferè ſententiis, variis verbis vtitur. ⁋Bonis quamplurimis.}Cõmendat perſonam. ⁋In his poëta hic nomẽ profitetur ſuum.} Cum dixiſſet Quiſquam, intulit in his. & alibi, Cuius mos maximè eſt conſimilis veſtrûm, hi ſe ad vos applicant. ⁋Tũ ſi quis.} Bene ſi quis: cum L. Lauiniũ ſignificet, ne vel ipſum à ſe læſum eſſe fateretur. Et Tũ, præterea. vt, Tum canit Heſperidum.*

*Tum.*
*Inclementius.*

*⁋Inclementius.} Pro inclementer, vt, Iam ſenior, ſed cruda deo, viridiſq; ſenectus. ⁋Exiſtimat.} Pro exiſtimauit. ⁋Reſpõſum, nõ dictum eſſe.} Deeſt ei. vt in Phormione, Siquis quid reddit, magna habenda eſt gratia. ⁋Non dictum eſſe.} Superius dictum, participiũ eſt: inferius, nomen. A quo etiã dicaces dicuntur, qui iocoſis ſalibus maledicunt.*

*Dicaces.*

*⁋Reſpõſum, non dictũ eſſe.} Figura πλοκὴ nam dictum modò bis numero poſitũ, ſuprà nomen ſignificat, infrà participium. vt in Heautontim. In quem quiduis harum rerum cõuenit, quę sũt dicta in ſtultum.*

*Ploce.*

*⁋Qui bene vertendo.} Bene, pro valde. Et vertẽdo, in linguam Latinam transferendo. Plau. Vertit barbarè. Aut vertendo, corrũpendo.*

*Bene.*
*Vertere.*

*⁋Idem Menandri phaſma nunc nuper dedit.} τὸ αὐτὸ apparet pronuntiatũ, quaſi hoc ipſo admonuerit ſpectatorẽ quàm turpiter & imperitè hæc fabula ſcripta ſit. & bene, nunc nuper: vt ex vicinitate facti oſtendat nihil eſſe dicendũ, quàm diſplicuerit hæc comœdia L. Lauinij. propterea quòd res recens ſit & omnes meminerint.*

*Nũc nuper*

*Phaſma autem, nomen eſt fabulæ Menandri, in qua nouerca ſuperducta adoleſcenti, virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim eductam, cum haberet in latebris apud vicinum proximum, hoc modo ſecũ habebat aſſiduè nullo conſcio. Parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, vt in ipſo tranſitu ſacrum locum eſſe ſimularet. Cúmque tranſitum intenderet ſertis ac fronde fœlici, rem diuinam ſæpe faciens, euocabat ad ſe virginem. Quod cum animaduertiſſet adoleſcẽs, primùm aſpectu pulchræ virginis, velut numinis viſu perculſus exhorruit: vnde phaſma eſt nomen fabulæ. Deinde paulatim re cognita, exarſit in amorẽ puellæ: ita vt remediũ tantæ cupiditatis, niſi ex nuptiis nõ reperiretur. Ita ex cõmodo matris ac virginis, & ex voto amatoris, conſenſúq; patris nuptiarũ celebratione finẽ accipit fabula. Vtrũ ergo hoc dicat, quòd, totam fabulam transferendo, læſerit L. Lauinius? an hoc tantum de quo reprehendat: ſed his ſignis velit oſtendere quẽ dicat vitioſè theſaurũ cõpoſuiſſe: vt in theſauro ſit culpa, non in phaſmate?*

*Phaſma.*

*⁋Nunc nuper dedit.} Nuper, ex illis verbis eſt, quæ veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. Nã niſi adderet nũc: hoc nuper, olim pridem, & iam ſignificaſſet.*

*Nuper.*

*⁋Idẽ Menãdri phaſma nũc nuper dedit.} Hanc fabulã totam damnat, vt apparet, ſilentio: theſaurum verò, non totũ, ſed ex vno loco. ⁋Atq; in theſauro ſcripſit cauſam, dicere.} Theſaurum Latini veteres ſecũdum Græcos, ſine n, litera proferebant.*

*Theſaurus*

*⁋Atque in theſauro ſcripſit cauſam dicere.} Arguit Terentius quòd Luſcius contra cõſuetudinem litigantium, defenſionem ante accuſationem induxerit. huiuſmodi enim eſt Luſcij argumẽtum: Adoleſcens*



ARG. PAVL. MALL.

DEfenſor Poëtæ Calliopius introductus, hunc prologum, quemadmodum & præcedentem, in maledicum & detractorem L. Lauinium pronuntiat, captando multifariam ſpectatorum beneuolentiã. Diluit quoque aduerſarii accuſationem, oſtendens etiam veteres quoque talia feciſſe; qualia in Terentio carpere nititur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

PRæfatio figurata, nam tametſi nolit quenquam lædere, tamen peruicacius ad neceſſaria reſpõdet. Exorditur à criminatione quoque aduerſarii, quam ſibi improbitate aduerſarii extortam dicit.

PROLOGVS.

*Trimetri.*

*SI quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis*
**Quamplurimis, & minimè multos lædere,*
*In his poëta hic nomen profitetur ſuum.*
*Tum ſiquis eſt, qui dictum in ſe inclementius*
*Exiſtimat eſſe, ſic exiſtimet: ſciat*
*Reſponſum, non dictum * eſſe, quia læſit prius,*
*Qui bene vertendo, & eas deſcribẽdo malè,*

*Quàm plurimis

*Eſſe, quale ſit prius.

Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit.
Atque * à Theſauro ſcripſit cauſam dicere
Prius vnde petitur aurum, quare ſit ſuum,
Quàm * illic qui petit, vnde * eſſet theſaurus ſibi,
Aut vnde in patriũ monumẽtum peruenerit:
Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet,
Defunctus iã ſum: nihil eſt quod dicat mihi.
Is ne erret moneo, & deſinat laceſſere.
Habeo alia multa, quæ nunc * condonabitur,
Quæ proferentur pòſt, ſi perget lædere
Ita, vt facere inſtituit. Nunc quam acturi ſumus
Menandri EVNVCHVM, poſtquam ædiles emerunt,
Perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia.
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occepta eſt agi.
Exclamat, furem, non poëtam, fabulam
Dediſſe, & nihil dediſſe verborum tamen.
COLACEM eſſe Næuij, & Plauti veterem fabulam,
Paraſiti perſonam inde ablatam & militis.
Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt
Poëtæ, non qui furtum facere ſtuduerit.
Id ita eſſe vos iam iudicare poteritis.
Colax Menãdri eſt, in ea eſt paraſitus colax,
Et miles glorioſus. eas ſe non negat
Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam
Ex Græca, ſed eas fabulas factas prius
Latinas ſciſſe ſeſe, id verò pernegat.
Quòd ſi perſonis iiſdem vti aliis non licet:
Quî magis licet, currentes ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Paraſitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
NVLLVM EST iam dictum, quod non dictum ſit prius.
Quare æquum eſt vos cognoſcere atque ignoſcere,
Quæ veteres factitarunt, ſi faciunt noui.
Date operam, & cum ſilẽtio animaduortite,
Vt pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

*in
*illum
*condonabimus

*Adoleſcens qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, ſeruum mittit ad patris monumentum, quod ſenex ſibi viuus magnis opibus apparauerat, vt id aperiret, illaturus epulas, quas pater poſt annum decimum cauerat ſibi inferri. ſed eum agrum in quo monumẽtum erat, ſenex quidam auarus ab adoleſcente emerat. Seruus ad aperiendum monumentum auxilio vſus ſenis, theſaurum cum epiſtola ibidem reperit. Senex theſaurum tanquam à ſe per tumultum hoſtilem illic defoſſum retinet, & ſibi vẽdicat. Adoleſcens iudicem capit: apud quem prior ſenex qui aurum retinet, cauſam ſuã ſic agit: Athenięſes, bellum cum Rhodienſibus quod fuerit, quid ego hîc prædicem? &c. quæ contra naturam iuriſq; conſuetudinẽ poſita argumenta notat Terentius: quòd ille ordo potior erat, vt adoleſcens prior proponeret cauſam qui petitor inducitur.* ¶ *Prius vnde petitur aurum.* ⁋ *Vnde, à quo. Virgilius Genus vnde Latinum. Nam poſſeſſorẽ fecit priorem agere, quàm petitorẽ: quòd abhorret à conſuetudine & iuris, & litium.* ¶ *Quam ille.* ⁋ *Deeſt dicat.* ¶ *Qui petit aurũ?* ⁋ *Id eſt petitor.* ¶ *Quam ille qui petit.* ⁋ *Eſſet recta locutio ſi diceret, quàm petitorem: aut quàm illum qui petit. ſed, quã ille, maluit: vt ſubaudiamus cauſam dicat per ζεῦγμα à ſuperiore figuratũ.* ¶ *Dehinc.* ⁋ *ſi loquatur.* ¶ *Ne fruſtretur ipſe ſe.* παρὰ προσδοκίαν *dicitur: ſed pòſt addit.* ¶ *Aut ſic cogitet.* ⁋ *Si taceat.* ¶ *Defunctus iã ſum.* ⁋ σχῆμα διανοίας ἠθοποιΐα. *Id eſt, omni labore liberatus ſum, authoritate iam confirmata & inuiolabili.* ¶ *Defunctus iam ſum.* ⁋ *Id eſt, iã egi fabulas meas: aut iã deſtiti periclitari in edendis comœdiis: aut certè, iam edidi quam tu reprehẽdis fabulã.*

*Vnde.*
*Zeugma.*
*Defunctus ſum.*

¶ *Defunctus iam ſum. Nihil eſt quod dicat mihi.* ⁋ *Nõ ſit, inquit, de ſuis vitiis ſecurus propter vetuſtatem: nihilominus enim à me reprehendetur.* ¶ *Is ne erret, moneo.* ⁋ σχῆμα ἐπιτίμησις. ¶ *Quæ nunc condonabitur.* ⁋ *Sic in Phormione, Argentum quod habes, condonamus te. Nam & dono, ablatiuo caſui iungebant veteres: condono verò accuſatiuo.* ¶ *Nũc quam acturi ſumus.* ⁋ *Obliquã narratio facti eſt ſecundum caſum accuſatiuum.* ¶ *Poſtquã ædiles emerunt.* ⁋ *Mirè: cum ordo melior videretur ſi ſic diceret, Poſtquã ędiles emerunt quam nunc acturi ſumus, perfecit ſibi vt inſpiciundi eſſet copia. Emerũt autem, mediam corripe. vt Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.* ¶ *Perfecit.* ⁋ *Mirè, quaſi difficile & illicitum.* ¶ *Exclamat, furẽ, non poëtam.* ⁋ *Mirè reprehendit antè vitium, quàm de cauſa maledicti dicat.* ¶ *Et nihil dediſſe verborum tamen.* ⁋ *Aut neminem fefelliſſe: aut, nihil appoſuiſſe de ſuo.* ¶ *Exclamat, furem non poëtam.* ⁋ *Adhuc nulla reprehẽſio eſt: ſi quidem licet transferre de Græco in Latinum.* ¶ *Et nihil dediſſe verborũ tamen.* ⁋ *Aut neminem fefelliſſe: dare enim verba, decipere eſt: quia qui rẽ expectat, & nihil præter verba inuenit, deceptus eſt. vnde alibi, Verba iſtæc ſunt. & è contrario, cũ videas, cenſeas. Aut aliter, nihil addidiſſe de ſtilo ſuo Terentium.* ¶ *Peccatum imprudentia eſt.* ⁋ *Id eſt ignorãtia: vt imprudens harũ rerũ. non enim ſtultitia.* ¶ *Paraſiti perſonam inde ablatam.* ⁋ *Et hoc mirè: nõ verſus obiicit, ſed perſonam eſſe tranſlatam. quid ſtultius, aut calumnioſus dici poteſt?* ¶ *Si id eſt peccatum, peccatum imprudẽtia eſt Poëtæ.* ⁋ *Primò negat peccatum, deinde cõcedit & purgat.* ¶ *Imprudẽtia.* ⁋ *Ignorãtia, nõ imperitia.*

*is ſit
*Condonare Dono.*
*cõdonabuntur.
*Emerũt, ſecũda breui*
*Verba dare.*
*Dare verba*
*Imprudẽs.*
*Imprudentia.*

ſ

Ploce. ¶Si id eſt peccatum, peccatum.ʒ πλοκὴ. Nam pecca-
tum ſuperius nomen eſt, & ſequens, participium. Et pri-
mò negat peccatum. deinde ſi peccatum eſt, purgat id ipſum
veniali qualitate ab imprudentiæ partibus. ¶In Eunuchum
ſuam.ʒAd fabulam, non ad hominem retulit. vt Virgilius,
Cētauro inuehitur magna. ¶Bonas matronas.ʒVt Nauſiſtra
tam. ¶Meretrices malas.ʒVt Thaidem, atq; Bacchidem. Sic
eſt in Heautont. Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò con-
Comicorum materia. uiuarier. Et artificioſè oſtendit omnem materiam comicorū.
¶Paraſitum.ʒVt Gnatonem. ¶Glorioſum militē.ʒVt Thra-
ſonem. ¶Glorioſum militem.ʒFacere ſubauditur. ¶Falli per
ſeruum ſenem.ʒVt Demeam, & Simonem. ¶Amare, odiſſe,
ſuſpicari?ʒMirè à perſonis ad geſta cum varietate tranſitum
fecit. Omne enim quod in orationem venit, vel perſona, vel
Odiſſe. factum eſt. ¶Odiſſe.ʒQuia odere non eſt latinum. ¶Nullum
Ploce. eſt iam dictum, quod nō dictū ſit prius.ʒσχῆμα λόγου, πλοκὴ.
Nam dictum, bis poſitum: vt ſuperius peccatum, diuerſa ſi-
gnificat. ¶Quare æquum eſt vos cognoſcere, atque ignoſce-
re.ʒσχῆμα λόγου παρόμοιον. ¶Quæ veteres factitarunt, ſi fa-
Aduerto. ciunt noui.ʒEt variè dixit, Factitarunt, & faciunt, & cum
Animum magna defenſione Terentij ſemel facientis id quod ſæpeve-
aduerto. teres. ¶Animaduertite.ʒNos ἐλλειπτικῶς dicimus aduerti-
Archaiſ- te, quod veteres plenè animum aduertite. ¶Quid ſibi Eunu
mos. chus velit.ʒἀρχαϊσμός. ¶Velit ſibi.ʒvt alibi, Nā prob deûm
Velit ſibi. atque hominum fidem, Quid vis tibi, aut quid quæris?

ADRIA. BARL. Si quiſquam eſt.ʒIntroductus poëta defenſor Callio-
pius, hunc prologum quemadmodum etiam præcedentem,
in aduerſarium & detractorem ſuum Lauinium pronun-
tiat, excuſans initio, cur in eum inuehatur. ¶In his poëta.ʒ
Oratio ſenſu congrua, non voce. Oratio eſt ſenſu, non voce congrua. Dixit his pro talibus, nā
quiſquam ad multos pertinet. ¶Sic exiſtimet, ſciat, reſpon-
ſum, nō dictum eſſe.ʒEraſmus in quodam dialogo hunc lo-
cum enarrās: Eſt inquit, locus in prologo Eunuchi, qui mul-
tos torquet. Nam plerique codices ſic habent: Sic exiſtimet,
ſciat, reſponſum, non dictum eſſe, quia læſit prior. Qui,
&c. In his verbis deſidero ſenſum argutum & Terentio di-
gnum. Nec enim ideo læſit prior, quia malè vertit Græcas
fabulas, ſed quia Terentianas carpſerat. Cum eſſem Lon-
dini apud Thomam Linacrū, virum ſic in omni genere phi-
loſophiæ doctiſſimum, vt nihilo ſecius has grammaticorum
minutias ad vnguem calleat, oſtēdit mihi codicem mira ve-
tuſtate, in quo ſic habebatur ſcriptum. Sic exiſtimet, ſciat,
Reſponſum, non dictum eſſe, quale ſit, prius Qui bene, ver-
tendo, & eas deſcribendo malè, Ex Græcis bonis, Lati-
nas fecit non bonas. Idem Menandri Phaſma nunc nuper
dedit. Sic autem ordinandus eſt ſermo, vt qualis ſit, indi-
cet ſubiiciendum exemplum prioris dicti. Minitabatur ſe
viciſſim reprehenſurum aliquid in fabulis eius, à quo fue-
rat reprehenſus. Atque id negat videri debere conuitium,
ſed reſponſum. Qui laceſſit, iacit dictum: qui regerit laceſſi
tus, reſpōdet. Huius rei promittit exemplum. Quale ſit, quod
Græcis dicitur οἷον, Latinis quod genus, aut veluti, ſiue vi-
delicet, aut puta. Deinde ſubiicit reprehenſionem, in qua
prius aduerbium, reſpondet ad alterum aduerbium, veluti
diuerſum, quod ſequitur, nuper quemadmodum pronomen,
qui, reſpondet ad dictionem, idem. Veteres enim Lauinij fa-
bulas in totum damnabat, quoniam iam exciderant ex ho-
minum memoria. In his quas nuper dediſſet, certa notat lo-
ca. Mihi videtur hæc germana lectio, verúſque Comici ſen-
ſus. Sed videamus, quo pacto metiendus ſit hic verſiculus.
Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Videri poſſet mo-
re veterum elidi, s, vt ſecundo loco ſit anapæſtus, niſi caſus
auferendi deſineret in is, natura longam. Itaque ſubmota
conſonante, nihilominus manet longa vocalis. Videte quan
tula res, nonnunquam torquet homines etiam eruditos. Præ
poſitio, ex, pertinet ad finem carminis præcedentis. Qui bene
vertendo, & eas deſcribendo malè, ex Græcis bonis, Latinas
fecit non bonas. Ita nihil eſt ſcrupuli. Hæc viſum nobis eſt
ad verbum tranſcribere, vt ſtudioſæ conſuleremus iuuentu
ti. ¶Qui bene vertendo.ʒQuidam interpretatur bene ver-
tendo pro valde corrumpendo. ¶Phaſma nunc nuper dedit.ʒ Phaſma.
Phaſma apparitio. Nomen eſt fabulæ, in qua puella potie-
batur amatore, ficta apparitione deæ, cui fiebant ſacra. ¶In
Theſauro ſcripſit cauſam dicere.ʒIn hoc Lauinium notat
Terentius, quòd perſonas introduxit litigantes non è formu
la iuris ciuilis: partes enim actoris reo dedit. Argumentum
ſic habet. Adoleſcens qui rem familiarem nequiter agendo
prodegerat, ſeruum mittit ad patris monumentum, vt id a-
periret, epiſtolas illaturus, quas pater poſt exactum decen-
nium iuſſerat eò inferri. Sed agrum vbi hoc viſebatur mo-
numentum, ſenex quiſpiam auarus ab adoleſcente merca-
tus fuerat. Seruus ad aperiendum monumētum auxilio ſe-
nis eſt vſus. Theſaurum repperit. ſenex eum tanquam à ſe
per hoſtilem tumultum illic defoſſum retinet, ac ſibi vendi-
dicat. Adoleſcens iudicem capit, apud quem reus ſenex,
prior ſe excuſat, quàm agit actor, cum ille eſſet ordo potior,
vt adoleſcens prior cauſam proponeret, qui petitor induceba
tur. Actore enim non probante, reus quamuis nihil præſti-
terit, abſoluitur. ¶Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe.ʒDehinc ni-
hil eſt, quod dicat aduerſarius. ¶Defunctus iam ſum.ʒIam
egi fabulas meas, deſtiti iam in edēdis periclitari comœdiis.
Nolo, inquit Terentius, de ſuis eum vitiis ſecurum eſſe ob
vetuſtatem, nihilominus à me reprehendetur. ¶Defunctus
iam ſum.ʒDefungi apud Latinos peragere eſt, & finire. Vn- Defungi.
de defunctum vita, defunctum labore dicimus. Eraſmus in
paraphraſi epiſtolæ ad Timotheum II. aptiſſimè eſt vſus hac
voce, ſic inquiens. Vides vt qui militiæ ſacramentis ſunt
addicti, rebus omnibus omiſſis, nihil non ferant & agant,
vt cū laude muniis ſuis defungantur. ¶Habeo alia multa.ʒ
Hic terret aduerſarium, taxationis & cenſuræ metum incu
tiens. ¶Nunc quam acturi ſumus Menandri Eunuchum.ʒ
Hic locus narrationem habet. ¶Poſtquam ædiles emerūt.ʒ Emerunt, media correpta.
Diomedes dicit veteres plerūque in tertia perſona finitiua,
id eſt, indicatiui temporis perfecti, numeri pluralis, e medi-
am vocalem corripere ſolitos, ídque ferè in verbis tertij or-
dinis, vt legerunt, emerunt, & ſimilia, citátque hunc locum
Terentij. ¶Poſtquam ædiles emerunt.ʒOcto millibus num-
mûm. ¶Et nihil dediſſe verborum tamen.ʒDonatus inter-
pretatur pro neminem fefelliſſe, aut nihil addidiſſe de ſuo.
¶Colacem eſſe Næuij.ʒκόλαξ, Latinis adulator eſt. ¶Si id eſt
peccatum.ʒHic locus purgationis eſt, quæ purgatio Rhetori
bus in fortunam, imprudentiam, & neceſſitatem diuiditur.
Imprudentia ſi peccaueris, dicis, feci, ſed imprudens, ac mi-
nus aduertens. ¶Si id eſt peccatum.ʒSuperius peccatum, no
men eſt, ſequens participium. Peccatum Theologis dicitur Peccatum.
quicquid in deum committitur, & contra legem fit. Ora-
tor peccatum dicit, quicquid factum eſt malè. ¶In Eunu-
chum ſuam.ʒDonatus, Ad fabulam, inquit, non ad hominē
retulit. Virg. Qualis eram cum primam aciem Præneſte ſub
ipſa, Straui. Cum Præneſte nomē oppidi proprium neutrum
ſit

ſit,ad intellectū vrbis retulit,Sub ipſa.¶ Puerum ſupponi.} Puer ſuppoſitus, qui pro alio ponitur. ¶ Nullum eſt iam dictum &c.} Epiphonema eſt. Rhetores epiphonema, & clauſulam quæ finis eſt orationis ſententiæ ſubiiciunt.

Epiphonema.

LATOMVS.

Argumentum Prologi.} Prologus concitatior eſt. Nam primò obiicit vitia quædam aduerſario,illum in contemptū adducens:deinde poëtam defendit.¶ Si quiſquam.} Captat beneuolentiam ab officio: & inuidiam facti interpretatione in aduerſariū refert.¶ Qui bene.} Narratio.¶ Phaſma.} Id eſt ſpectrum, pro fabula. Et eſt μείωσις ad contemptum. ¶ Theſaurus.}Fabulæ nomen, quā vertit Lucius ex Menandro.¶ Prius vnde.}Peruerſo iuris ordine,quo antè reꝰ ſe excuſat,quā petit actor. ¶ Dehinc.} Occupatio qua terret aduerſarium.¶ Cōdonabitur.}Ita legit Donatus, & iungi dicit cum ablatiuo,vt in Phormione: Quæ nunc condonamus te.Proinde vide ne quis hic, pro quæ legendum ſit. ¶ Nunc quā acturi.}Narratio qua defendit poëtam.¶ Occepta eſt} Intellige bis actā eſſe, vt apparet ex inſcriptione. ¶ Colax.} adulator. ¶ Si id eſt.}Purgatio per imprudentiam. ¶ Colax Menandri.} Narratio ad imprudentiæ confirmationem. ¶ Quod ſi perſonis.}Defenſio prioris partis narrationis à pari,licere eiſdem perſonis vti in fabulis. In quo attende propria perſonarū attributa. ¶ Nullū eſt.}Epiphonema.¶ Quare æquum.}Concluſio cum attentionis poſtulatione.

Phaſma.

PETRVS MARS.

Si quiſquam eſt,&c.} Hic prologus idem ferè habet argumētum quod primus:& Poëtæ multiplex ingenium,varietatémque explicans,illi parat beneuolentiam, & odium facit aduerſario,quem ignorantiæ accuſat & terret,metum incutiens taxationis & cenſuræ.Tādem ſtatu abſoluto vtitur & confeſſione:& vt cum ſilentio audiant petit,quid ſibi velit hæc Comœdia,quod vtile eſt ſpectatoribus, & decet.In primis claris quippe ingeniis fauendum eſt, quæ moribus conſulunt, & in medium laborant. Phaſma dicitur monſtrum & apparitio.¶ Nunc nuper,&c.} Nuper ſignificat non multo antè.Itaque cum dicit Terentius, nunc nuper,euidentius oſtendit tempus,cuius eſſet recens memoria. ¶ Cauſam dicere &c.}L.Lauinium in hoc erraſſe dicit Terentius,quòd perſonas introduxerit litigantes,non ex formula iuris Ciuilis: partes enim actoris reo dedit. Adoleſcens enim tanquam actor,probare debebat theſaurum ſuum eſſe:ſenex autem tanquam reus cauſam tutari ſuam,qui erat abſoluendus,ſi actor quod intendebat non probaſſet. Vnde in iure ciuili hæc eſt formula: Actore non probante, reus quanuis nihil præſtiterit,abſoluendus eſt.¶ Defunctus.}Defunctus aliqua re is dicitur,qui rem illam peregit.¶ Deſinat laceſſere.}Id eſt irritare,prouocare. ¶ Colacem eſſe Næuij.} Colax Græcè, Latinè dicitur adulator, & κολακεύω adulor, & colacia adulatio.¶ Puerum ſupponi.}Puer ſuppoſitus dicitur,qui pro alio apponitur.Id curant mulieres,quæ cum ſint ſteriles,párere ſe ſimulāt.Vnde Iuuenalis:Transeo ſuppoſitos inquit. ¶ Quid ſibi Eunuchus velit.} Id eſt, quid oblectamenti & vtilitatis afferat hæc Comœdia,quæ inſcribitur Eunuchus.

Nuper. Colax. Supponere puerum. Quid ſibi vult.

RIVII. CASTIGATIO.

Atque in thenſauro ſcripſit.}Don.Theſaurum, inquit, Latini veteres ſecundum Græcos ſine n, litera proferebant. Quibus è verbis ſuſpicari quis poſſit,hoc loco Thenſauro legendum eſſe,quomodo recentiora exemplaria habent. Quod idcirco admonendum putaui, ne quis paulo rudior prima ſtatim fronte primoréque aſpectu, quid hæc ſibi velit dictio miraretur.Tametſi, ne quid diſſimulem, ex manu ſcriptis Bunanum,à theſauris habet, Haſſenſtenianum à theſauro, Sed de hoc quiſque vt volet,iudicet. ¶ Quam ille qui petit, vnde eſſet thenſaurus ſibi.}Nos,Quàm illhic qui petit,vnde is ſit theſaurus ſibi.Ita enim manu ſcriptus codex,& de impreſſis, qui emendatiores cæteris videntur. Porrò illhic pro ille ponitur,particula Comicis crebro in vſu, nec adeò frequēs in cæteris authoribus.Teren.in And. Illhic eſt huic rei caput, pro ille. De hoc Priſcia.libro XII. Similiter iſthic pro iſte interdum accipitur,vt in Heautont. Qui iſthic mos eſt Clitipho? In Phormio. Quid iſthic narrat? pro iſte.Sic alijs apud eundem.

Thenſaurus pro Theſaurus.

Illic, pro Ille.

Iſtic, pro Iſte.

DOLETI obſeruatio.

Si quiſquam eſt,qui placere ſe ſtudeat bonis.} Oſtendimus ſuprà multiplicem ſtudendi vſum. Non tamē exempla dedimus,cum ponitur cum alio verbo. Hîc igitur dabimus. Cicero Famil.XIII.Quod fieri vehementer ſtudeo. Idem de Orat.I.Qui ſtudeat omnium rerum vim,naturam, cauſáſque noſſe.¶ Et minimè multos lædere.} Lædere non ſemper eſt, cum vulnus infligitur:propriè enim eſt iniuria,vel contumelia afficere: & ad omne inſectationis genus trāsfertur. Cice.Famil.I.Verebar non eos, qui ſe læſos arbitrarentur. Idem: Quos tu Reipublicæ cauſa læſeras. Idem : Prior lex nos nihil lædebat.¶ In his poëta hic nomē profitetur ſuum.} Id eſt,ex his ſe vnum eſſe dicit.Profiteri verò multas ſignificationes habet:quas omneis diſcito ex P.Tomo noſtro.Cōmenta.¶ Cauſam dicere prius.} Cauſam dicere aliquādo eſt renuere,recuſare,repugnare: vt, hoc ſi me feciſſe comperies, non cauſam dico,quin me malè mulctes. Eſt etiam cauſam dicere, idem quod cauſam agere. Cicero in Verr.Act.VII. Cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat. Idem pro Deiotaro. Moueor etiam loci ipſius inſolentia, quòd tantam cauſam, quanta nulla vnquam in diſceptatione verſata eſt, dico intra domeſticos parietes,dico extra conuentum, & eam frequentiam,in qua Orat.ſtudia niti ſolent. ¶ Defunctus iam ſum.} Defungi interdum eſt non toto conatu nec magnopere aliquid accurare,ſed eo tantum animo, vt officio functi eſſe videamur, & quatenus ſatis ſit ad vitandam reprehenſionem,aut emerendam veniam. Elegans ea eſt defungendi ſignificatio. Vulgaris autem eſt, cum accipitur pro explicari negotio aliquo,aut moleſtia,& ei finem imponere. Sic rei exitum,& abſolutionē deſignat,ſiue bona ſit,ſiue mala. Vide exempla bene multa in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum.¶ Habeo alia multa,quæ nunc condonabuntur.}Condonare interdum idem ſignificat, quod ſuum ſimplex.Interdum verò eſt remittere, concedere, vel parcere. Pro donare.Cicer.in Familiaribus. A te peto,vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi condones. Idem pro Roſc. Comœdo: Suam partem Roſcius ſuo nomine condonare potuit Flauio.Pro remittere, vel parcere. Cicero in Familiaribus.Meam animaduerſionem,& ſupplicium, quo vſurus eram in eum,remitto tibi,& condono.Idē pro Mil.Non deprecaturi ſumus, vt crimen hoc nobis propter multa eius in Rempublicā merita condonetis. ¶ Perfecit,ſibi vt inſpiciūdi eſſet copia.}De tribus hîc ſcribere quidem placet.Primum autem eſt perficere:quod variè à Latinis poni ſolet. Aliquādo enim habet rei ſuſceptæ abſolutionē:& eſt munus ſuſceptum explere, extremáque perſequi. Ac tam in malam, quàm in bonā partem capitur.Etenim vt dicimus perficere opus, perficere munus ſuſceptum, perficere officium, perficere cogitata, perficere laudem:ita etiam dicimus perficere

Studere. Lædere. Cauſam dicere. Defungi. Condonare. Perficere.

malum,perficere ſcelus, perficere facinus,perficere malefici-um. Sic igitur dicimus aliquid perficere, vel de re aliqua perficere. Elegans verò in primis eſt,cum dicimus, perficere, vt:vel perficere,ne aliquid fiat. Et eſt id, quod Barbari dicunt,tantum facere,quòd:&c. Cicero Famil. II. Perfeciſti, vt ille me diligeret. Idem ad Atti. VIII. Perficiam profectò,vt neque reſp. ciuis à me animũ,neque tu amici deſideres. Idẽ: Tu ſi quid ad me fortè ſcripſeris,perficiam,ne te fruſtra ſcripſiſſe arbitrere. Idem: Perfecerat fortuna,ne quid tale ſcribere poſſem,aut omnino cogitare. Hîc etiam dicendum eſt, quid inſpicere deſignet. Inſpicere interdum vulgari ſignificatione eſt idem,quod aſpicere, vel conſpicere: & tunc minus attentionis habet. Aliquando venuſtiori quodam ſignificato ponitur pro rem penitus conſiderare, vel cognoſcere,& obſeruatione quadam accuratiore proſequi,& diligẽter æſtimare: vt faciũt mercatores,agrum,domum,aut aliud quidpiam ſimile empturi. Cic. Famil. IX. Illud adhuc prædium ſuum nõ inſpexit. Idem ad Quint. fratr. Maximæ mihi curæ erit, vt Ciceronem tuum videã ſcilicet quotidie: ſed inſpiciam,quid diſcat,quàm ſæpiſſimè. Nunc reliquum eſt, vt de copia ſcribamus. Copia autem eſt aliquando rei cuiuſlibet vbertas,vel abundantia. Aliquando pro manu militari ponitur: ídque in plurali frequentius. Aliquando accipitur pro facultate,vel poteſtate.

Perficere vt, vel ne. — Inſpicere. — Copia.

¶ Si id eſt peccatum,peccatum imprudẽtia eſt.} Peccare quidam propriè poni volunt, pro adulterium committere. Generaliter verò eſt quomodocunque labi,offendere,delinquere. Et ponitur abſolutè: vel dicimur peccare in re aliqua, vel in aliquem, vel aliquid. Cicero Famil. XVI. Peccaſſe mihi videor, qui à te diſceſſerim. Idem Famil. XIII. In quo ſi peccat,magis ineptiis,quàm improbitate,peccat. Idem ad Attic. II. Siquid in te peccaui,ignoſce. Idem pro Mure. Nõ multa peccas. Idem de Natu. Deor. I Empedocles multa alia peccans, in Deorum opinione turpiſſimè labitur. Plura de hoc verbo, vide in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum.

Peccare.

GLAREANVS.

Quam illic qui petit,vnde eſſet theſaurus ſibi.} Illic legit Eraſmus Riuius illhic.& vterque pro Eſſet, Is ſit. Quibus ego facilè accedo. Cæterùm in tertio, ante hoc, carmine, In theſauro vulgo legitur,quod non diſplicet, quanquam à theſauro quoque in pleriſque legitur exẽplaribus. Item in quibuſdam à theſauris. pro quo tamen Eraſmus putat ſcriptum fuiſſe à theſauro is. Lector ſequatur quod velit. ¶ Habeo alia multa quæ nunc condonabuntur.} Quia condonabuntur carmen non patitur, alij in ſingularem numerum mutarunt, condonabitur, parum ſoliciti de grammatica ac latinitate. Ego condonabimus puto legendum. Sic enim & ſenſus & carminis ratio cõſtabit. Et primo loco ponitur proceleuſmaticus.

IOANN. THEODORICVS.

Tum ſiquis eſt,&c.} Bembi codex ſic habet,
Tum ſiquis eſt,qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimauit eſſe: ſic exiſtimet,
Reſponſum,non dictum eſſe,quia læſit prior.
Qui bene vertendo,& eaſdem ſcribendo malè,
Ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.

Quorum verſuum ſic duos poſtremos, exponit Nannius, ſed legens deſcribendo. Carpit hîc,inquit, Terẽtius anxiam interpretationem,quæ quaſi calculatrix, verbum verbo reddere curat: nec penſare pondera, ſed numerum quærit. quũ poëta imitari debeat, & potius paria quàm eadem facere, nonnunquam leuiter alludere,interdum procul reſpicere,ac ſubinde preſsioribus oculis intueri. Quod quum non faceret Lauinius, iure inceſsitur, vt qui in deſcribenda imagine quam depingendam ſuſceperat, longius aberret. Eſt enim deſcribere, idem quod depingere, & archetypi lineamenta reponere. Video autem in omni tranſlatione tria eſſe ſeruanda. Vt verba, quatenus licet, retineantur. quale eſt, verbum verbo expreſſum. quod iſto in loco veſtitum appellabimus. Vt ſententia vbique incolumis maneat. quod pro corpore imputabimus. Denique, vt indoles incorruptè ſeruetur: quã (ſi libet) animam orationis nominare poſſes. Ea autem conſiſtit in ipſis figuris dictionis, & moratam actuoſámque ſententiam reddit. Multum enim intereſt, an per διαπόρησιν an per εἰρωνείαν, an interrogationem, inſultationem, optationẽ, vel affirmationem enuntiaueris. Iam ſuperiori ſeculo, quidam verba verbis ita admenſi ſunt, vt ſententiam deprauarint, non aliter quàm indocti pictores, qui operoſi in cultu effingendo, membra ſecundum veſtem diſtorquent: quũ Apelles Parrhaſiúsque prius nudũ corpus afformare, quàm amictum ſuperinducere ſoleant. In quorum numero Argyropylum reponas & Rufinum, alterum interpretem Ariſtotelis, alterum Gregorij Nazianzeni: de quibus verè id hemiſtichij dici poteſt, Dant ſine mente ſonum. Fit autem illud vel ex inſcitia, vel ex cacozelia. Quum enim ſententiã apprehendere nequeunt, verba reddunt: quaſi quod ipſi nõ intellexerint, alius ex illorum verbis intelligere queat. quũ verba non minus ex ſententia vim ſuam & ſignificatum accipiant, quàm ſententiam conſtituant. Aliqui rurſus fidem exiſtimant à numero verborum non diſcedere. Alij aliquanto feliciores, verba ſimul & ſententiam reponunt, ſed indole prorſus extincta. Ex quorum tranſlatione, quid author dixerit, vides: ſed quomodo dixerit, non vides. Vis enim affectuum, gratia figurarum, lepor, venuſtas, elegãtia, dignitas, acrimonia, arguties nuſquam apparet. Talis eſt haud dubiè Marſilius Ficinus: ex cuius quidem traductione ſentimus quid Plato velit, ſed ita, vt ſi ipſe Plato legeret, pro ſuis nõ agnoſceret. Vbi enim in Latinis heroica illa vis, & ſublimitas grandiloqua? Vbi illa beata, nec tamẽ otioſa, verborum luxuries? Mentior; niſi id ſtatim iudicaturus es, lecto Platonis Axiocho, ab Agricola verſo. Eſt quidẽ opus illud adulterinũ, & è familia Platonis eliminatum: ſed tamen dexteritate vertendi, ius legitimorum filiorum, & adoptionem emeruit. Qui igitur in reddendis verbis ſententiam corrumpunt, monſtra gignunt. Qui ſententiam incolumem indole extincta afferunt, cadauer ædunt, vel (ſi mauis) ſceleton. Omne autem punctum tulit, qui tria iſta officia abſoluit. Pro exemplo adduci poſſet Angeli Politiani Moſcus, vbi verbum verbo, ſentẽtia ſententiæ, verſus verſui, ſeruatis iiſdem numeris redditur. Sed quia operoſius hoc eſt, ideo eruditiſſimi quique circa ſentẽtiam & indolem diligentius verſantur, tenui verborum cura habita. Qualis eſt Hermolaus Barbarus, atque adeò ipſe Cicero. Nec longè abeſt ab iſtis Gulielmus Budæus: religioſiores autem Eraſmus & Rodolphus Agricola. Hæc Nannius.

Tranſlatio nimis anxia improbatur. — Deſcribere. — In omni tranſlatione tria ſeruanda. — Argyropylus. — Rufinus. — Marſilius Ficinus.

DONATVS Qvid igitur faciam? ] In hac προτάσει exemplũ proponitur, quàm non ſuæ poteſtatis ſit qui amat quã ſapiat qui nõ amat: neq; aliter affectus eſt. [Quid igitur faciã? ] διαλογισμὸς σχῆμα διανοίας. Apparet & multa tacitum cogitaſſe adoleſcẽtem, & tandem in hæc verba prorupiſſe. Igitur, pro deinde. Vt Plautus in Amphitryone, Sin aliter ſient animati, neque dent quæ petat: Seſe igitur ſumma vi, viriſque eorum oppidum expugnaſſere. [Quid igitur faciam? ] Menander, εἶτα τί ποιήσω, Sic Virgilius, Heu quid agam? Et eſt διαλογισμὸς perditæ mentis poſt multam fruſtra cogitationem. [Non eam, ne nunc quidem. ] Hoc videtur non eſſe contrarium: ſed eſt. Nam dubitat vtrum meretricis ſatisfactionem expectet: an illam omnino non quærat. [Non eam, ne nunc quidem. ] Non eam, Probus diſtinguit: iungunt, qui ſecundum Menandri exemplum legunt. [Comparem. ] Conſtituam: vt, Quàm iniquè comparatum eſt. [Non peti meretricum contumelias? ] Sic in Andria, Priuſquam harum ſcelera, & lachrymæ confictæ dolis. Cum vni ſit iratus, de omnibus queritur. [Excluſit, reuocat. ] Vtrumque iniuriam fecit ex verbo, dicendo excluſit, potius quàm non admiſit. & reuocat, potius quàm petit vt redeam, quod erat moderatius. [Redeam? non ſi me obſecret. ] Vides ergo ſuperiorem partem dubitationis in eo fuiſſe, vt rogatus rediret: inferiorem, vt ne rogatus quidem. [Non ſi me obſecret. ] Bene de ea quæ totum proteruè agens excluſit & reuocat: non petat, nec roget, nec oret, ſed obſecret, inquit: quod horum omnium in maiorem partem eſt vltimum. [Si quidem hercle poſſis. ] διαλογισμὸς quaſi ad alterum: vt, — neſcis heu perdita, nec dum Laomedonteæ ſentis periuria gẽtis. [Nihil prius, neque fortius. ] Deeſt, eſt. vt, Multum ille & terris iactatus & alto. Et prius modò ad laudem, non ad ordinẽ pertinet. vt Saluſtius, Quę prima mortales ducunt. Et ipſe in Heautont. Et ſuauia quæ eſſent, prima habere. [Nauiter. ] A naui ductum, à qua in alto nullum diuerſorium eſt. [Infecta pace ] ἔμφασις per μεταφορὰν. [Indicans te amare. ] Non verbis indicans. vt alibi, Ibi tum exanimatus Pamphilus, bene diſsimulatum amorem, & celatum, indicat. [Actum eſt. ] De iure tranſlatum. [Ilicet. ] De iudicio. [Periſti. ] De ſupplicio. [Actum eſt. ] Ad Vltro ad eam venies, relatum eſt. Ilicet, ad Indicans te amare. Periſti, ad, Ferre non poſſe. Ilicet, Semper in fine trãſactæ rei ponitur. [Periſti, ] ὑπερβολή. [Eludet. ] Eludere, propriè gladiatorum eſt cũ vicerint. Cicero, Quàm diu etiam furor iſte tuus eludet? Eludere eſt finem ludo imponere. [Proin tu. ] Vt exin & exinde: ſic proin & proinde dicitur. [Here, quæ res &c. ] Conceſſũ eſt in palliata poëtis comicis ſeruos dominis ſapientiores fingere: quod idẽ in togata non ferè licet. [Eã conſilio regere nõ potes. ] Nũc domino ſeruus eſt ſapiẽtior: quia nec amator, nec amãs. Vt idem in Andria, Facilè omnes cũ valemus, recta cõſilia ægrotis damus. [In amore, hæc omnia inſunt vitia. ] Duas præpoſitiones, in amore inſunt. [Induciæ. ] Induciæ, ſunt pax in paucos dies, vel quòd in diem dentur, vel quòd in dies otium præbeant. [Pax rurſum. ] Bene vt conſolaretur, vltimam partem poſuit. [Hæc ſi tu poſtules. ] Id eſt ſi velis vel cocris. [Nihilo plus agas. ] Id eſt nihil agas. [Et quod nunc. ] Pro quæ, vt ſit conſequens, Hæc verba. Sic in Andria, Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, horum ille nihil egregiè. [Egóne illam? quæ illum? quæ me? ] Familiaris ἔλλειψις iraſcentibus, nam ſingula ſic complentur, Egóne illam non vlciſcar? quæ illũ recepit? quæ excluſit me? quę non admiſit? etenim neceſſe habet, nec poteſt

Margin: Igitur. — Quid faciam? — Comparare — * grauiter. — Prius. — Nauiter. — Emphaſis. — Indicare. — Actum eſt — Ilicet. — Periſti. — Hyperbole — Eludere. — Exin. — Proin. — In amore. inſunt. — Induciæ. — Nihilo plus — Quod. — Eclipſis. — * Suſpectiones.

## ACTVS I. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

PHædria excluſus cõſultat an redire debeat ad Thaidem. Huic Parmeno ſuadet, vt animo æquo amoris moleſtias ferat.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac prima ſcena Phædriæ habetur cõſultatio, an redeat poſt excluſionem ad Thaidé, nec ne: & miro artificio amoris exprimuntur affectus. Inde & Parmenonis conſilium, quo perſuadet Phædriæ, vt æquo animo amoris moleſtias ferat, quum nequeat euitare.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

EXorditur à deliberatione. nã deliberabũdũ Phædriã inducit, an Thaidé, à qua ſemel excluſus ſit, precetur.

*Trimetri.*

PHAEDRIA *adoleſcens*, PARMENO *ſeruus*.

*Qvid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem*
*Cum accerſor vltro? an potius ita me comparem,*
*Non perpeti meretricum contumelias?*
*Excluſit: reuocat. redeam? nõ, ſi me obſecret.*
P. *Siqdẽ hercle poßis, nihil prius, neq; fortius:*
*Verùm ſi incipies, neque perficies * nauiter:*
*Atque vbi pati non poteris, cũ nemo expetet,*
*Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans*
*Te amare, & ferre nõ poſſe: actum eſt, ilicet,*
*Periſti: eludet, vbi te victum ſenſerit.*
PH. *Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita.*
P. *Here, quæ res in ſe neq; cõſiliũ, neq; modũ*
*Habet vllum, eam conſilio regere non potes.*
*In amore hæc omnia inſunt vitia, iniuriæ,*
** Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,*

Bellū, pax rurſum. incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam, vt cū ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Egóne illam? quæ illum? quæ* me? quæ non? ſine modò,
Mori me malim: ſentiet qui vir ſiem.
Hæc verba, me hercle vna falſa lachrymula,
Quam oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet: & te vltro accuſabis, & ei dabis
Vltro ſupplicium. PH. ô indignum facinus: nunc ego &
Illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio,
Et tædet, & amore ardeo: & prudens, ſciens,
Viuus, vidénſque pereo, nec quid agam, ſcio.
P. Quid agas, niſi vt te redimas captū quàm queas
Minimo? ſi nequeas paululo, at quāti queas:
Et ne te afflictes. PH. itáne ſuades? P. ſi ſapis,
Neque præterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas, & * illas quas habet, recte feras.
Sed ipſa egreditur noſtri fundi calamitas:
Nā quod nos capere oportet, hæc intercipit.

complere orationem, qui & ſecum loquitur, & dolore vexatur. Nā amat ἀποσιώπησιν nimia indignatio. vt Virgilius, Quos ego. ſed motos præſtat componere fluctus.
Apoſiopeſis.
Verba. ¶ Hæc verba.} Verba ἐμφατικῶς dixit, quæ ſcilicet nihil effectura ſint. ¶ Vna me hercle falſa lachrymula, quā oculos terēdo miſerè, vix vi expreſſerit.} Expreſſio ad αὔξησιν ducēs. & non, vera, ſed falſa: & non lachryma, ſed lachrymula: & non vltro flens, ſed oculos terendo, & non facilè ſed vi. & non extillauerit, ſed expreſſerit. Sic Virgilius, Captiq; dolis, lachrymiſq; coactis. ¶ Quā oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit.} Totum ſenſum verbis ſignificantibus protulit: vt Stridēti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Et: Vna dolo diuûm ſi fœmina victa duorū eſt. ¶ Nunc ego & illam.} Nunc, id eſt ſerò. vt Virgilius, Nunc ſcio quid ſit amor. Et, Nūc augur Apollo, Nūc Lyciæ ſortes. ¶ Et prudens, ſciens.} Prudēs eſt, qui intelligētia ſua aliquid ſentit. Sciens, qui alicuius indicio rem cognoſcit. Ergo prudens, per ſeſe: Sciens, per alios. ¶ Viuus, vidénſque pereo.} Mirè, & nouè, viuus pereo: & propterea ſic dixit, vt intelligam° occidor: & viuus, quaſi ſapiens & ſentiens. ¶ Viuus, vidénſque pereo.} Bene addidit videns. nam viuus perit, qui etiam dormiens opprimitur: videns autem, qui vigilans vim patitur & perit. Nam videre, pro vigilare poſuit. vt etiam Virgilius, cum de Sileno dicit, — iámque videnti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Ergo viuus, non mortuus: videns, non dormiens. ¶ Captum.} Saluſtius, Sin captus prauis cupidinibus. ¶ Quàm queas minimo.} Perſeuerauit in tranſlatione quā iamdudū ſumpſit à bello. ¶ Si ſapis.} Id eſt ſi ſapias, ad inferiora iungendum eſt: nam aliter non intelligitur. ¶ Noſtri fundi calamitas.} Propriè calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc eſt culmum ac ſegetem. ¶ Intercipit.} Propriè, quaſi totū capit. Plautus in Aulularia, Quæ mihi interbibere ſola ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem, & Pyrenæum poteſt.

Auxeſis. Nunc. * eas Prudens. Sciens. Viuus pereo. Videns pereo. Videre. Captus. Calamitas. Intercipere. Interbibere.

ADRIA. BARL. Quid igitur faciam.} Quintilianus vltimo capite lib. 11 inſtitutionum citat hunc locum. Illius verba ſunt hæc, Nec in geſtu perſequemur omnes argutias, nec in loquendo, diſtinctionibus, temporibus, affectibus moleſtè vtemur. Vt ſi ſit in ſcena dicendum, Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem, cum accerſor vltro? An potius ita me comparē, non non perpeti meretricum contumelias? Hîc enim dubitationis moras, vocis flexus, varias manus, diuerſóſque nutus, actor adhibebit. ¶ Quid igitur faciam?} Apparet & multa cogitaſſe adoleſcentem, & tandem in hæc verba prorupiſſe. Dialogiſmus eſt: ſit vbi ſecū diſputat quiſpiam, & volutat quid agat vel quid agēdū putet. Sic & Dido Virgiliana. En quid ago? rurſus ne procos irriſa priores Experiar? ¶ Ne nunc quidē.} Sypōtinus, ne quandoque copulatiuum eſſe dicit. Priſcian°, Inuenitur, inquit, pro neque, quæ copulatiua eſt coniunctio. Sub vna enim negatione copulat res, quomodo & nec. Terentius in Eunucho Nō eā? ne nunc quidem, pro neque nunc. ¶ An potius ita me comparem.} Confirmem, & conſtituam. ¶ Meretricum contumelias?} Inuidioſè ad pluralem tranſit. Et contumelia à contemnendo: ſignificat omnem, quæ dicto vel facto ſit iniuriā. ¶ Excluſit, reuocat, redeam? nō, ſi me obſecret.} Horatius amatorem puero comparans, non paruam huius ſcenæ partem in tertia Satyra libri ſecundi tranſtulit. Eius hæc ſunt verba, Porrigis irato puero cum poma, recuſat. Sume Cytelle: negat. ſi non des, optat. amator Excluſus qui diſtat? ait vbi ſecum, eat, an non, Quò rediturus erat non accerſitus, & hæret Inuiſis foribus. ne nunc, cum me vocet vltro, Accedam? an potius mediter finire dolores? Excluſit, reuocat, redeam? non ſi obſecret. ecce Seruus non paulo ſapientior, ô here quæ res, Nec modum habet, neque conſilium, ratione, modóque Tractari non vult, in amore hæc ſunt mala, bellum, Pax rurſum, hæc ſi quis tēpeſtatis propè ritu Mobilia, & cæca fluitātia ſorte laboret Reddere certa, ſibi nihilo plus explicet, ac ſi Inſanire paret certa ratione modóque. Cic. Tuſculanarum libro quarto de amoris inſania: Admonendus eſt, inquit, quantus ſit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla vehementior. Vt illa præteream, quæ ſunt furoris, hæc ipſa per ſeſe quam habent leuitatem, quæ videntur eſſe mediocria, iniuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. Incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quàm ſi des operam, vt cum ratione inſanias. Hæc inconſtantia mutabilitáſque mentis, quem non ipſa prauitate deterreat? ¶ Iniuriæ, ſuſpiciones.} Auguſtinus libro decimonono de ciuitate dei. Quid uidem illa, quæ in amore, inquit, vitia cōmemorat idem Terentius, iniuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, bellum, pax rurſum, nónne & res humanas vbiq; impleuerūt?

*me? ſine Dialogiſmus. Ne. Cōpare ſe. Cōtumelia. Amoris inſania.

¶ Actum

*Actum eſt.*

¶ Actum eſt, ilicet, Periſti.} Parœmiographus, Prouerbialiter, inquit, his verbis etiam hodie deſperatio ſignificatur. Donatus putat, Actum eſt, ſumptum à iure: Ilicet, à iudicio: Periſti, à ſupplicio. Nam hæc tria verba incremento quodam indicant deſperationem. Quoniam autem fas non erat reſcindere iudicum ſententiam, & eadem de re bis iudicium adipiſcier, vt ait Terentius: vulgo receptum eſt, vt de negotiis deſperatis, actum eſt, diceretur. Etiamſi poſtea repertum eſt, vt quidam per iudicem in integrum reſtituerentur. Aut certè ideo dictum, actum eſt, quod quicquid peractum eſt, hoc iam infectum eſſe non poteſt, iuxta prouerbiales ſententias, quæ teſtantur ne Deo quidem permiſſum eſſe, vt quod factum ſit, efficiat infectum. Plautus: Niſi quid rei præſidium apparas, acta hæc res eſt. Certum eſt moriri. Dicimus autem vel abſolutè, actum eſt, vel cum adiectione quapiam huiuſmodi: Actum eſt de republica, actum eſt de tuis omnibus, actum eſt de rebus humanis, actum eſt de tua ſalute ni vigilas.

*Ilicet.*

¶ Ilicet.} Ait Martius Salutaris, qui citatur à Chariſio, ilicet interiectionem eſſe, grauiter ingemiſcentis, & ita accipiendum illud in Eunucho Terentii, Actum eſt, Ilicet, periſti. Hæc Ioannes Pierius in caſtigationibus Virgilianæ lectionis, quem librum mihi ex vrbe Roma, dono miſit Arnoldus Leſſinianus iuuenis optimus, & meus olim diſcipulus, Romæ peſtilentia extinctus, quo anno deceſſit Adrianus Pontifex maximus huius nominis ſextus.

*Orationis defectio.*

¶ Egóne illam, quæ me, &c.} Donatus dicit eſſe eclipſim familiarem iraſcentibus. Ita enim complentur ſingula. Egóne illam non vlciſcar? quæ illum recepit? me excluſit? Priſcianus: Orationis quoque fit defectio, vt apud Terentium in Eunucho, Egóne illam? quæ illum? quæ me? deeſt enim cuique conſtructio plenæ orationis. Egóne illam digner aduentu meo? quæ illum præpoſuit mihi? quæ me ſpreuit? quæ me non admiſit heſterno die?

*Lachrymæ coactæ.*

¶ Falſa lachrumula.} Huiuſmodi lachrymas Virgilius libro Aeneidos ſecundo: coactas lachrymas vocat, in verſu illo de Simone. Credita res, captique dolis, lachrymiſque coactis. Ita enim legunt eruditi quidam.

¶ Nunc ego, & illam ſceleſtam.} Hæc vox Phædriæ ſerò ſapientis, alludit ad prouerbium: Malo accepto ſtultus ſapit. Amor, vt cæteræ cupiditates animi, morbus eſt, quo velut excæcati mortales, aut non perſpiciunt, aut ſi perſpiciunt, ſequi non poſſunt ea, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria.

*Viuus vidénſque.*

¶ Viuus vidénſque.} Hoc Marcus Tullius indicat prouerbiali figura dictum eſſe. Sic enim ſcribit in oratione pro P. Sextio: Ille Cyprius miſer, qui ſemper ſocius, ſemper amicus fuit, de quo nunquam ſuſpicio durior ad Senatum allata eſt, viuus, vt aiunt, vidénſque eſt cum victu ſuo ac veſtitu publicatus. ¶ Vt redimas captum.} Metaphora ab hoſtibus.

*Calamitas.*

¶ Noſtri fundi calamitas.} Propriè calamitatem ruſtici grandinē vocant, authore Donato, quòd comminuat calamum, hoc eſt culmum, ac ſegetem. Hinc factū eſt vt calamitas pro diſpendio accipiatur. Cicero pro lege Manilia. Nam in cæteris, inquit, rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. At in vectigalibus, non ſolùm aduentus mali, ſed etiam metus ipſe adfert calamitatem. ¶ Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.} αἰτιολογία eſt.

LATOMVS

Argumentum: Incipit à perturbatione & querela adoleſcentis, vt ſternat viam ad argumenti narrationem. Exprimitur autem immoderati amoris inſania, & quàm difficulter cordatus etiam animus, ex tam impotenti malo ſe eripiat. Porrò adoleſcens, militi riuali opponitur in fabula: ad explicandum argumentum, quo vita glorioſorum quorundam & ineptorum hominum, item meretricia improbitas continetur. ¶ Quid igitur.} Dubitatio deliberantis & perturbati.

*Nauiter.*

¶ Nauiter.} Id eſt, fortiter & ſtrenuè, nauium in morem. ¶ Here, quæ res.} Cordata admonitio Parmenonis. ¶ Suſpiciones, inimicitiæ.} Tranſlationes à bello. ¶ Egóne illam.} Apoſiopeſis ſecum cogitantis, & eſt proſopopœia. ¶ Falſa lachrumula.} Attende apta & ſignificantia verba ad amplificationem. ¶ O indignum.} Querela per exclamationem. ¶ Quid agas, niſi vt te redimas?} Reprehendentis, & perſtat in bellica tranſlatione. ¶ Sed ipſa.} Præparatio ad ſequentem ſcenam.

PETRVS MARS.

Quid igitur faciam, &c.} A vehementia illius amoris, cuius exceſſus meritò reprehenditur, cauendum eſſe docet hæc ſcena. Diſtrahit quippe animum, & à recto rationis iudicio detorquens, aufert libertatem, ad quam generoſus animus omni ſtudio debet contendere: & hominem, diuinum animal, ad gloriam & maxima quæque natum ita deprimit, vt irrationalibus ferè animalibus ſimillimū reddat, quo nihil poſſit excogitari abſurdius. Teſtis eſt Phædria nobilis adoleſcens, cuius rationis oculos meretricis illecebræ ſic perſtrinxerant, & ligauerant, vt ex amoris laqueo ſe extricare non poſſet, quamuis erratum ſuum diſpliceret. Tanta eſt huius ardoris potentia. ¶ Et ne te afflictes.} Afflictatio eſt ægritudo cum vexatione corporis.

RIVII caſtigatio. *Pertēdere.*

Neque perficies nauiter.} Sunt exemplaria, quæ hoc loco habeant pertendes, quod mihi vehementer arridet. Vtitur eo & aliàs Terentius velut in Heautontimorumeno, cū inquit, video non licere, vt cœperam hoc pertendere. Eodem modo Propertius in ſecundo: Quòd ſi pertendes animo veſtita cubare, Sciſſa veſte meas experiere manus. Verùm vtrocunque modo legeris, ſeu perficies, ſeu pertendes, ſententia probè conſtabit, vt & verſus. Nos relinquimus vulgatam lectionem.

DOLETI obſeruatio. *Accerſere.*

Cum accerſor vltro.} Accerſere aliquādo idem eſt quod accuſare: vt, accerſere aliquem crimine ambitus. Habet verò genitiuum, vel ablatiuum: ſed cum genitiuum habet, ablatiuum volunt ſubintelligi: vt ſi dicas aliquē accerſi maieſtatis, ſubaudiatur ablatiuus crimine. Aliquando verò pro vocare, vel aſciſcere, vel aſſumere eſt. Qua in re vel ad perſonas, vel ad res quadrat. Cicero in Familiar. Poſtridie mane à Panſa ſum accerſitus. Idem in Verr. Act. VI. Nunc verò in communi omnium gentium religione, inque his ſacris, quæ Maiores noſtri ab exteris nationibus aſcita, atque accerſita coluerunt, negligentes, ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, quî poſſumus? Idem de Aruſp. reſponſ. Quorum ludorum religio tanta eſt, vt ex vltimis terris accerſita in hac vrbe cōſederit.

*Cōparare.*

¶ An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias?} Comparare nonnunquam pro parare, cōponere, vel facere ponitur. Nonnunquā pro emere, nonnunquam pro comparationē facere, aliquando pro quærere, vel acquirere. Hîc autē pro inſtituere, vel conſtituere eſt. Et tam ad res, quàm ad perſonas, refertur. Pleniſſimè autem de hoc verbo videto variis & in primo, & in Secundo Commentariorum noſtrorum Tomo locis.

*Actum eſt.*

¶ Actum eſt.} Hac locutione perſæpe vtuntur Comici, dum rem in deſperatis habendam deſignant: vel cum eum rei finem volunt exprimere, vt nullum ſit reliquum remedium. Quæ res ſecundū

*ius ciuile dicitur: in quo cauetur, ne quis rem actam apud Iudices repetat. Itaque actum eſt dicitur in ea re, de qua iam lata ſit ſententia. Cicero Famil.* XIIII. *Nunc ſpes reliqua eſt in nouis Tribunis Plebis, & in primis quidem diebus: nam ſi inueterarit actum eſt.* ¶ *Dum tempus eſt, etiam, atque etiam cogita.* } *Tempus eſſe, locutio eſt aliquando expreſſiore elegantia carens. Cicero ad Quintum fratrem: Scio fuiſſe & moriendi honeſtius tempus, & vtilius. Aliquando tempus eſt, ponitur pro neceſſe eſt: vel ſequitur, vt: vel res poſtulat, vt Cicero de Oratore libro ſecundo: Si ego omnẽ vim Oratoris in argumentis, & in re ipſa comprobanda poſuiſſem, tempus eſſet iam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere.* ¶ *Dabis ei vltro ſupplicium.* } *Supplicium dare à Comicis dicitur, vt pœnas dare. Plautus: Dabitur pol ſupplicium mihi de tergo veſtro.* ¶ *Et prudens, & ſciens, viuus vidénſque pereo.* } *Mira eſt huius locutionis emphaſis. Similis eſt apud Latinos loquẽdi modus, ſcilicet, viuus, & præſens: quo loquẽdi genere, vel ad rei fidem augendam vtuntur, vel ad præſentiã magis exprimendam. Cicero de Oratore ſecundo: Vt duos ſummos viros iis, qui neutrum illorum viderint, eorum, quibus ambo illi Oratores cogniti ſint, viuorum, & præſentium teſte memoria commendemus. Idem Officiorum primo: Neque ſolum viui atque præſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt, atque docent: ſed hoc quidem etiam poſt mortem literarum monumentis aſſequuntur.* ¶ *Si ſapis, neque, præter quàm quas ipſe amor moleſtias habet, addas.* } *Habemus moleſtiam, cum moleſtia afficimur: habet etiam res moleſtiam, quæ moleſtiæ plena moleſtiam nobis exhibet. De vtroque exempla ex Cicerone producam. Famil.* XVI. *Habeo etiam illam moleſtiam, quòd Dolabella noſter apud Cæſarem eſt. Idem ad Atticum ſecundo: Iter eſſe moleſtum ſcio: ſed tota calamitas omneis moleſtias habet. Id eſt in calamitate omnes moleſtiæ poſitæ ſunt.* ¶ *Sed ipſa egreditur noſtri fundi calamitas.* } *Calamitatem propriè grandinẽ ruſtici dicunt, quòd calamum, hoc eſt, culmum, & ſegetem comminuat. Plinius libro decimooctauo Naturalis hiſtoriæ: Hordeum ex omni frumento minimè calamitoſum, quia tollitur, antequam triticum occupet rubigo. Vnde Cicero metaphoricè in Verrem, Actione ſecunda, ita inquit: Eadémque vi, & iniuria cum pecunias maximas cogeres, per omneis parteis prouinciæ, te tãquam aliquã calamitoſam tempeſtatem, peſtémq; peruaſiſſe demonſtro. Idem alibi de eodem. Quacunque iter fecit, eiuſmodi fuit, vt non legatus Populi Romani, ſed vt quædam calamitas peruadere videretur. Non potuit Cicero ſignificantius Verris Prætoris furta, ac rapinas & iniurias exprimere. Itaque factum eſt, vt calamitas pro diſpendio, & ſterilitate accipiatur. Cicero pro lege Manilia: Nam in cæteris rebus cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur. At in vectigalibus non ſolum aduentus mali, ſed etiam metus ipſe adfert calamitatem. Calamitas etiam in ludis ſcenicis dicebatur, cum fabula exigebatur, vt in prologo Hecyræ apud Terẽtium eſt. Hecyra, inquit, eſt huic nomẽ fabulæ. Hæc cũ data eſt noua, nouum interuenit vitium, & calamitas, vt neque ſpectari neq; cognoſci potuerit. Calamitas ſic propriis quibuſdam loquendi modis nonnunquam à Latinis ponitur. Sed generaliter eſt pro aduerſa, vel incommoda fortuna, aut pro incommodis rebus, aut ærumna, vel pernicie. Cicero ad Atticum: Quod me tã ſæpe, & tam vehementer obiurgas, & animo infirmo eſſe dicis, quæſo, ecquod tantum malum eſt, quod in mea calamitate non ſit? Verùm antequam ad alia pergam, hunc Terentij locum libet familiarius explicare. Egreditur, inquit Parmeno ſeruus, noſtri fundi calamitas: nam quod nos capere oportet, hæc intercipit. Id eſt, Thais noſtra pernicies, quæ Phædriam herum meum ſumptibus abſumit, ita ſanè, vt, quæ in nos liberalitate eſſe deberet, eam ipſa intercludat. ſcilicet ab eo auferendo, quæ in nos conferrentur.*

Left margin notes: Tempus eſt · Suppliciũ dare. · Viuus & præſens. · Moleſtiam habere. · Calamitas.

GLAREANVS.

*In quinto verſu prima de ſiquidem correpta eſt, quemadmodum apud Ouidium & Lucanum, & ſequente item ma ſcena apud hunc Poëtam, & ſcena prima actus quinti: Et in Heautontimorumeno ſcena ſecũda, actus tertij, ter corripitur. In decimoquinto: Suſpiciones ſecunda ſyllaba producitur contra dictionis naturam, vt ſæpe alibi apud hunc poëtam. In viceſimoquarto: Ei monoſyllabum eſt, & anapæſtus penultimo loco. In viceſimoquinto: O totum eliditur, vt in ſuperioris fabulæ, actus quinti, ſcena tertia, verſu quinto. In antepenultimo verſu l, eliditur in Illas, vt ſecundo loco ſit dactylus, inquit Eraſmus. Quanquam eadem ratione poſſet s, elidi in Addas, ſecundum quoſdam. At ego non dubito ſecundo loco creticũ ponere, quod & ſequente ſcena ſæpius conſpicitur, & nos indicabimus.*

IOANNES THEODORICVS.

*Noſtri fundi calamitas.* } *Hic nonnihil à Donato diſſidet Nannius. Eius verba ſubiiciam: Donatus, inquit, interpretatur calamitatem, grandinem, quòd calamum comminuat, nec dubium, quin optimè & rectiſſimè. Cæterum ætiologia illa, cur ſit calamitas, quum dicit: Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit, parum mihi cum hac interpretatione congruere videtur: grando enim non intercipit, ſed contundit & demolitur. Eſt autem Intercipere, quum quod alteri deſtinatum eſt, antè quàm ad eum perueniat, ab altero arripitur. Cogor igitur nonnihil oculos meos reflectere ad Idyllia Theocriti, vbi optimus Bucoliographus in Meſſoribus, puellam depaſtricem alieni patrimonij καλάμαιαν appellat, hoc eſt, locuſtam, quæ meſſem deſtinatam agricolis intercipere conſueuit.*

Right margin notes: Siquidẽ pri. correpta. · Suſpicio, ſecunda producta. · Calamitas. · Intercipere.

DONATVS

*Aliorſum.*

MISERAM *me. &c. néve aliorſum.* ❡ *Aliorſum, in aliam partẽ: vt ſeorſum, retrorſum dicitur.* ❡ *Quod heri intromiſſus non eſt.* ❡ *Hæc leuius, vt de facto ſuo loquens. At Phædria Excluſit, reuocat, inquit, redeam? non ſi me obſecret.* ❡ *Tremo, horreóque.* ❡ *Ex amore nimio.* Nimius ignis, effectum frigoris reddit: vt ex frigore nimio effectus ignis exiſtit: ſecũdum illud quod phyſici aiunt. hinc & Virgilius, Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. ❡ *Tremo, horreóque, poſtquam aſpexi hanc.* ❡ Natura magni caloris etiam horrorẽ incutit, vt nimiæ febres. ❡ *Accede ad ignem hũc.* ❡ Potius ignẽ meretricẽ accipimus, quàm aram Apollinis: vel quia amator vritur. vt Virgilius, At mihi ſeſe offert vltro meꝰ ignis Amyntas. Vel quia auida & auara eſt: vt ignis, alimentorũ. ❡ *Iam caleſces plus ſatis.* ❡ Nouè, ſed intelligitur Quàm, id eſt plꝰ æquo. vt alibi, Quàm nequid in illum iratus plus ſatis faxit pater. ❡ *Iam caleſces plus ſatis.* ❡ Nouè: ſed intelligitur, plus quàm ſatis. Hoc quidam putant at mihi de his videtur eſſe quę à veteribus geminabãtur: vt plerique omnes, hoc eſt omnes: & pleraque omnia, id eſt omnia. ſic & plus ſatis, pro ſatis. ❡ *Quis hîc loquitur?* ❡ Nõ imperitè intelligunt qui exiſtimant meretricem etiã hoc ſimulare, quòd nõ prouiderit Phædriam. Nam & perſonæ & dictis eius cæteris hoc conuenit: & tunc erunt gratiora omnia quæ ſuprà dixit. ❡ *Cur non rectà introibas?* ❡ Quaſi parum fuerit introibas: ſatis mirè additũ Recta. ❡ *De excluſiõe verbũ nullum.* ❡ Plus admirationis eſt, nec accuſationi, nec ſatisfactioni locum reliquiſſe meretricem, callidè diſſimulata iniuria. ❡ *Quid taces?* ❡ Et hoc callidè, quaſi innocens ne ſuſpicetur quidem quid ſuccenſeat adoleſcens. ❡ *Sanè quia verò ſemper, &c.* ❡ Tolle ſanè, & verò, & pronuntiandi adiumenta, vultúmque dicentis: & in verbis non negatio, ſed confeſſio eſſe credatur. Nam verò, ironiæ conuenit. vt Virgilius, Egregiam verò laudẽ, & ſpolia ampla refertis. ❡ *Aut quia ſum apud te primus.* ❡ Duo dixit quæ doleat: & quia clauſæ fores, & quia poſterior habetur, prælato milite. ❡ *At quia ſum apud te primus.* ❡ Subauditur, Non recta introiui. ❡ *Miſſa iſtæc face.* ❡ Alia diſſimulatio, & durior poſt admonitionem. ſed bene intelligit, qui hoc à meretrice ridente molliter, & oſculum porrigente dici accipit. ❡ *Quid miſſa?* ❡ Magna virtus poëtæ eſt, non ſentẽtias ſolùm de conſuetudine ac de medio tollere, & ponere in comœdia: verumetiam verba quædã ex cõmuni ſermone, quale eſt quod ait nunc Quid miſſa? ❡ *Vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum.* ❡ Vel amandi, vel non amandi ſcilicet. ❡ *Ac pariter fieret.* ❡ Pariter, ſimiliter. Saluſtius, Cui niſi pariter obuiam iretur. ❡ *Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet.* ❡ Si ambo amaremus. ❡ *Anime mi.* ❡ Mi, vocatiuus eſt ab eo quod eſt meus. Vide quàm familiariter hoc idem repetit blandimentum. Vult enim Terentius velut peculiare verbum hoc eſſe Thaidis. ideo totiens dictum eſt, Túne hîc eras mi Phædria? Ne crucia te obſecro anime mi Phædia. ❡ *Ne crucia te.* ❡ Hęc niſi amplectens adoleſcentem mulier dixerit, videbitur. Ne crucia ſine affectu dicere. Sed ſic, dicet Ne crucia te, eo geſtu, quaſi in eo etiam ipſa crucietur: nam ideo ſubiecit anime mi, hoc eſt animus meus. ❡ *Non pol quo quenquam plus amem.* ❡ Hoc totum nimis blandè, & cum * contractione adoleſcentis dicit meretrix. ❡ *Faciẽdum fuit.* ❡ Legendum, faciendũ, ſcribendum, totum hoc ſemper neceſſitati adiungitur. Virgilius, Aut pacẽ Troiano ab rege petendum. Et alibi, Arma acri facienda viro. ❡ *Credo, vt fit, miſera præ amore excluſit hunc foras.* ❡

*Ignis nimiꝰ frigefacit. Frigus nimium calefacit.*

*Ignis meretrix.*

*Plus ſatis.*

*Plerique omnes.*

*Verò.*

*Pariter.*

*Mi.*

**contrectatione*

*Faciundũ fuit.*

# ACTVS I. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

THaidis blando ſermone victus Phædria, pollicetur ſe biduum rus conceſſurũ, vt Thraſoni interim locus ſit apud illam.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena Thais ratione adducta, qua Phædriam excluſerat, eum ſibi reconciliat: & vt biduum rus abſcedat, militíque tantiſper concedat, ſuis blandimentis tandem impetrat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

EXorditur Thais à querela. Expoſtulat Phædria cum Thaide, quòd in amore ſibi non reſpondeat.

*Trimetri.*

THAIS *meretrix*, PHAEDRIA, PARMENO.

*MIſeram me, vereor ne illud grauius Phædria*
*Tulerit, néve aliorſum, atque ego feci, acceperit,*
*Quòd heri intromiſſus non eſt.* PH. *totus Parmeno,*
*Tremo horreóque, poſtquam aſpexi hanc.*
P. *bono animo es:*
*Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.*
T. *Quis hîc loquitur? ehem túne eras hîc mi Phædria?*
*Quid hîc ſtabas? cur non rectà introibas?*
P. *cæterum*
*De excluſione verbũ nullum.* T. *quid taces?*

PH. Sane quia verò hæ mihi patent ſemper fores,
Aut quia ſum apud te primus. T. miſſa iſthæc face.
PH. Quid miſſa? ô Thais, Thais, vtinam eſſet mihi
Pars æqua amoris tecũ, ac pariter fieret, vt
Aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet,
Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem.
T. Ne crucia te obſecro anime mi, Phædria.
Non pol, quo quenquam plus amem, aut plus diligam,
Eo feci: ſed ita erat res: faciundum fuit.
P. Credo, vt ſit, miſera præ amore excluſit hunc foras.
T. Siccine ais Parmeno? age. ſed, huc qua gratia
Te accerſi iuſſi, auſculta. PH. fiat. T. dic mihi
Hoc primum, potin' eſt hic tacere? P. egóne? optumè.
Verùm heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem:
Quæ vera audiui, taceo, & cõtineo optumè,
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt.
PLENVS rimarum ſum: hac atque illac perfluo.
Proin taceri ſi vis, vera dicito.
T. SAMIA mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
P. Poteſt taceri hoc. T. ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. P. ciuémne? T. arbitror:
Certum non ſcimus: matris nomen, & patris
Dicebat ipſa, patriam, & ſigna cætera
Neque ſciebat, neque per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, è prædonibus
Vnde emerat, ſe audiſſe abreptam è Sunio.
Mater vbi accepit, cœpit ſtudioſè omnia.

*Oratoriè, ac facetè additũ, miſera. Et cum illa à deriuatione cauſæ argumentetur, mirè à Parmenone correpta eſt, veriſimile nõ eſſe, vt quis quem amet, eundem poſſit excludere. ¶Excluſit hũc foras.} παρὰ προσδοκίαν intulit intuens puellam, & ei oſtendens Phædriam: vt oſtendat quàm falſa & repugnantia loquatur meretrix. ¶Age.} Corripientis eſt modò age, non hortantis aduerbium. ¶Te accerſi iuſſi.} Hoc eſt quod ſuprà ait, Non eam ne nunc quidem, cũ accerſor vltro? ¶Dic mihi.} Meretricia calliditate commẽdat quæ dictura eſt. ¶Egóne? optimè.} Bene, non expectauit ſeruus vt pro ſe dominus reſponderet Thaidi. ¶Verùm heus tu.} Aſtutè ſeruus reponit Thaidi vicem. Nam illa vt magnum voluit expectari quod dictura eſt, iſte vt falſum contemnit. ¶Meam aſtringo fidem.} Fidem promitto: quia vincula fidei dicuntur.*

Age.

Aſtringere fidem.

*¶Quæ vera audiui, taceo.} Mirè vicem Parmeno reddidit meretrici. Nam vt ſeruum difficile eſt tacere commiſſa: ita meretricem rarum eſt vera dicere. ¶Quæ vera audiui.} Figura παρασκευή. ¶Contineo optimè.} Propriè à metaphora vaſorũ tranſtulit verba. ¶Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt.} Falſum, eſt quo tegitur id quod factũ eſt. Vanũ, quod fieri non poteſt. Fictum, quod non eſt factũ, & fieri potuit. Vel falſum, eſt fictum mendacium ſimile veritati. Vanum, nec poſſibile, nec veriſimile. Fictum totũ ſine vero, ſed veriſimile. Falſum loqui, mendacis eſt: Fictum, callidi: Vanum, ſtulti. Falſum loqui, culpæ eſt. Fictũ, virtutis: Vanum, vecordiæ. Falſis decipimur: Fictis delectamur: Vana contemnimus. ¶Plenus rimarũ ſum.} Vilis atq; abiecta tranſlatio, & apta*

Paraſceue.
Continere.
Falſum.
Vanum.
Fictum.
Plenus rimarũ ſum.

*apud meretricem loquenti. tranſlata autẽ eſt ab aquario vaſe fictili. ¶Hac atque illac perfluo.} Contra, Contineo optimè. ¶Proin taceri ſi vis, vera dicito.} Vtrum te taceri, aut tuum dictum? an imperſonaliter, & infinito modo? ¶Samia mihi mater fuit.} Puduit dicere Thaidem, Meretrix mihi mater fuit. quod tamen ſignificauit, dicendo aliunde ciuem alibi habitaſſe. Nam ideo meretrices, peregrinæ dictæ ſunt in comœdiis. vt in Andria, Adeóne eſt demens ex peregrina? ¶Poteſt taceri hoc.} Id eſt, veriſimile eſt. Nec hoc, ad laudem proficit, ſed ad dedecus meretricis.*

Peregrinæ Meretrices.

*¶Poteſt taceri hoc.} Hoc, peregrinam naſci meretricem. & ideo poteſt verũ videri. ¶Puellam dono quidam.} Aetas & ſexus, amoris cauſa ſunt, cur eã Thais puellam diligat. ¶Puellam dono quidam mercator dedit.} Propter hoc oſtendit meretricem fuiſſe matrem: & dono ideo accipere puellam potuiſſe. ¶Ex Attica hinc abreptã.} Quia Athenis eſt cõſtituta ſcena. ¶Arbitror.} Bene arbitror, & nihil certi. quando enim auſurus eſſet Parmeno adornare Chæream ad vitiandum hanc virginem, ſi præſciſſet ciuem eſſe? ¶Matris nomen & patris dicebat ipſa.} Quæ infantis memoriæ proxima ſunt. Nã quid prius ætas illa, quàm patrem matrémq; cognoſcit? ¶Et ſigna cætera neque ſciebat.} Id eſt domum patris, regionémq; eius. ¶Neque per ætatem etiam potuerat.} Hoc ideo addidit, ne eſſet minus elegans, quę neſciret. ¶Hoc addebat.} Ad matris ſcilicet nomen & patris quod puella dicebat. ¶Vnde.} Id eſt, à quibus. vt Virgilius, Genus vnde Latinum. Et, Cauſam dicere prius, vnde petitur aurum. ¶E Sunio.} Sunium, promontorium eſt Athenien-*

Arbitrari.
Vnde.
Sunium.

* Docere & educare, ita vt ſi eſſet filia.
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego cum illo, quocum vno rem habebã tum hoſpite,
Abij huc: qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia.
P. Vtrunque hoc falſum eſt, effluet. T. quî iſtuc? P. quia
Neque tu vno eras contenta, neq; ſolus dedit.
Nam hic quoque bonam, magnámque partem ad te attulit.
T. Ita eſt: ſed ſine me peruenire quò volo.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam eſt profectus: te interea loci
Cognoui. tute ſcis, poſt illa quàm intumum
Habeam te, & mea conſilia vt tibi credam omnia.
PH. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiúmne id eſt?
T. Hoc agite amabo: mater mea illic mortua eſt
Nuper: eius frater aliquantum ad rem eſt auidior.
Is hanc vbi forma videt honeſta virginem,
Et fidibus ſcire, pretium ſperans, ilico
Producit, vendit. fortè fortuna adfuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Imprudens harũ rerum, ignarúſq; omnium.
Is venit: poſtquam ſenſit me tecum quoque
Rem habere, fingit cauſas, ne det, ſedulò,
Ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi
Apud me, ac nõ id metuat, ne, vbi acceperim,
Seſe relinquam, velle ſe illam mihi dare:
Verùm id vereri. ſed ego quantum ſuſpicor,
Ad virginem animum adiecit. PH. etiámne amplius?
T. Nihil: nam quæſiui. nunc ego eam mi Phædria,
Multæ ſunt cauſæ, quamobrem cupio abducere.
Primùm, quòd ſoror eſt dicta: præterea, vt ſuis
Reſtituam ac reddam. ſola ſum: habeo hîc neminem,

*Athenienſium, & in eo forum rerum venalium, ἐμπόριον. ¶ Mater vbi accepit. ❳ Hæc figura, in narrationibus βάσις dicitur, cum omnia pedetentim dicũtur inſinuãdi gratia. vt nunc, Matri mercator dono dedit. Mater vbi accepit. Et ſimul conuenit mulieri loquenti huiuſcemodi mora. ¶ Cœpit ſtudioſè omnia docere. ❳ Mirè: nam non docuit: ſed, cœpit docere. τῷ μελλησμῷ. Et vide quàm ſatis muliebriter. ¶ Mater vbi accepit. ❳ Accepit, ſimpliciter. aut audiuit ingenuam: vt capiendi & c a t Sed melius prius. ¶ Ita vt ſi eſſet filia. ❳ Ergo velut ſoror habenda eſt Thaidi: & ideo ſequitur, Sororem plerique eſſe credebãt meam. Et oratoriè cumulat dignitatem, & amorem puellæ: vt eius comparatione leniatur iniuria facta Phædriæ. ¶ Ego cũ illo, quocum vno rem habebam tum hoſpite. ❳ Totum dixit, & quòd hoſpitem, & quòd rem habebat. Et bene tunc, & non, nunc. Nam nunc, cũ duobus. ¶ Quocum vno tunc rem habebam. ❳ Id eſt conſuetudinem, amorem. ¶ Hoſpite. ❳ Id eſt Attico. ¶ Abij huc. ❳ Rhodo, Athenas ſcilicet. ¶ Qui mihi reliquit hæc quæ habeo, omnia. ❳ Hoc ideo, ne tantundem obſequij exigat Phædria. Ideo contrà Parmeno. ¶ Vtrunque hoc falſum eſt, effluet. ❳ Ipſe exponit hoc vtrunque quid dicat. & contradicendum eſt, quia præſens amator grauatur hoc dicto. ¶ Neq; tu vno eras contenta. Quippe quæ admiſeris militem. ¶ Neque ſolus dedit. ❳ Quippe quia nõ omnia tua illius fuere mortui. ¶ Nam hic quoque. ❳ δεικτικῶς. Non Phædria, ſed Hic dixit, tangẽs illum, & quaſi inuito illo hoc exprobret. ¶ Bonam, magnámque partem ad te attulit. ❳ Hæc dicuntur ἰσοδυναμοῦντα: vt

Abs te petere & poſcere. An potius bonã ſpecie, magnam quantitatem? & nunc diſcretiuè dictum eſt: nam ita aliàs bonam, pro magna & multa accipimus. ¶ Ita eſt. ❳ Non erat negandum quod dixit Parmeno meretrici ſatisfacere cupienti, & nõ tacenti culpam in conſcientia eſſe. ¶ Te interea loci cognoui. ❳ Oratoriè priorem amatorem facit militem, quàm Phædriam. Nam poſterius dicit hũc cognitum, per abſentiã militis. Ergo cum militi Phædria riualis ſuperductus ſit, conſequens eſt vt miles queri debuerit, non Phædria: & propterea nihil peccatum, ſi ordine ſeruato miles antepoſitus fuerit amatori, poſtmodum cognito. & hoc ſine puella, & munerum cauſa, multũ pro milite contra Phædriam valet. Sed vide meretricem, quia rem dixit peruerentem, quot & qualia blandimenta ſubiicit, dicendo, Túte ſcis poſt illa, quàm intimum habeam te, & cætera. ¶ Cognoui. ❳ Propriè cognoui. ¶ Túte ſcis poſt illa, & cæ. ❳ ἐπιπλοκὴ figura: nã hoc ad narrationem non pertinet. ¶ Et mea conſilia tibi vt credam omnia. ❳ Ex præſenti actu ſumpſit argumentum, quòd eum nunc tanquã conſultorem adhibuerit. Et bene, Credam, ſecundum illud, Potin' eſt hic tacere? ¶ Ne hoc quidẽ. ❳ Id eſt, hoc quoque falſum eſt. ¶ Dubiúmne id eſt? ❳ Me non taciturum ſcilicet. ¶ Hoc agite. ❳ Pro aduerbio corripientis eſt poſitum: aut certè pro adhortatione audientiæ præbendæ. Sic Plautus, Hoc agite ſultis ſpectatores. Et conuenit velut nutu audientiam ſignificantis, & geſtu hoc ipſum adiuuari. ¶ Hoc agite. ❳ Id eſt illud deſinite, & hoc attendite. ¶ Nuper. ❳ Vt adhuc amor flagrare videatur, addidit nuper. ¶ Aliquantulum ad rem eſt auidior. ❳

Baſis.
Res.
Bonus.
Magnus.

*Docere educere, ita vti ſi eſſet filia.
Epiploce.
Hoc agite.
Nuper.

Neque amicum, neque cognatum: quamobrem Phædria,
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum priores partes hoſce aliquot dies
Apud me habere. nihil reſpondes? PH. peſſuma,
Ego quidquam cum iſtis factis tibi reſpondeam?
P. *Hei noſter, laudo: tandem perdoluit: vir es.
PH. * At ego neſciebam quorſum tu ires? paruola
Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua:
Soror eſt dicta: cupio abducere, vt reddam ſuis.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt. denique
Ego excludor, ille recipitur: qua gratia,
Niſi illum plus amas, quàm me, & iſtã nunc times,
Quæ aducta eſt, ne illum talem præripiat tibi?
T. Egón' id timeo? PH. quid te ergo aliud ſolicitat? cedo
Num ſolus ille dona dat? * nunc vbi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?
Nónne vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quæſiui? eunuchum porrò dixti velle te,
Quia ſolæ vtuntur his reginæ: repperi.
Heri minas viginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria.
Ob hæc facta abs te ſpernor. T. quid iſtuc Phædria?
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxumè, veruntamen
Potius quàm te inimicum habeam, faciam vt iuſſeris.
PH. Vtinam iſtuc verbum ex animo, ac verè diceres,

Vultu accommodato ad reprehenſionem pronuntiandũ eſt. ⁋Ad rem auidior ⁅Propriè auidior. Et rem, pecuniã modò dicit. ⁋Is vbi hãc forma. ⁅ Ex aliena perſona vult oſtendere præter affectum, quanta ſibi æſtimanda ſit: & quãto munere miles Phædrię meruerat antepom. ⁋Et fidibus ſcire. ⁅Vetuſta ἔκλειψις. ⁋Pretium ſperans. ⁅Deeſt magnum. vt, Et ſtabulo frenos audire ſonantes. ⁋Producit ac vendit. ⁅ Propriè. Nã produci res venales dicuntur. ⁋Producit, ac vendit. ⁅ Hæc celeritas vẽdibilem indicat mercem. ⁋Fortè fortuna. ⁅ Id eſt bona fortuna. ⁋Hic meus amicus. ⁅ Quia locus eſt meritorum, non iam miles, ſed meus amicus. Vide enim quid ſequatur. Emit, inquit, Eam dono mihi, imprudens harum rerum. Hîc oſtenditur quàm auidus id faceret, ſi rem penitus noſſet. ſimul etiam oſtenditur quanta ſecreta dicat Phædriæ: vtpote quæ riualis neſciat. ⁋Imprudens harum rerum, ignaruſque omnium. ⁅ Prudentia, naturalis eſt: gnaritas, extrinſecus venit. Imprudens, per ſe: ignarus per alios. Hoc eſt, qui nec ſuſpicatus ſit, neque ex aliquo audierit. ⁋Poſtquam me ſenſit tecum quoq; rem habere. ⁅ Non dictum, ſed quaſi celatum. ⁋Senſit me tecum quoque rẽ habere. ⁅ Magno pondere dixit, tecum quoq;: tanquã iraſcendi iuſta magis ſit cauſa militi, quàm Phædriæ. nam ſenſit, & tecum, & quoque hoc ſignificat. ⁋Rem habere. ⁅Sic dixit, vt honeſtè res impura dicatur. ⁋Ne det, ſedulò. ⁅ Sedulò, ſine dolo, hoc eſt impensè. ⁋Ait. ⁅Semper ait dicimus, cũ vel inuiſa nobis, & audiẽtibus, vel vana dicta narramus alicuius. ⁋Si fidem habeat. ⁅Hoc eſt, ſi faciam aliqua, vnde credat ſe tibi præponi. ⁋Si fidem habeat. ⁅Si credere cogatur, id eſt ſi credat. Vnde fideiuſſor dicitur, hoc eſt author credendi. ⁋Se iri prępoſitũ tibi apud me. ⁅ ἀναστροφὴ in verbo Præpoſitũ iri, ac neceſſaria implicatio in his quæ dura dictu ſunt. ⁋Sed ego, quãtum ſuſpicor. ⁅ Alta & acuta inuentio. Scit meretrix hoc ſolo amatores inimicos eſſe, quòd idẽ diligunt. Magnificè igitur, vt riualis odiũ deliniret, vult perſuadere Phædriæ non ſe amari, ſed virginem. ⁋Ad virginem animum adiecit. ⁅ Cur hoc inferat? vt vel lædendi militis cauſa, Phædria patiatur eũ, quam amet, & nolit virginẽ dono dare. ⁋Etiámne amplius? ⁅ Mundat Terẽtius, vt ſolet, res huiuſmodi per ἔκλειψιν ſuam. ⁋Nihil. nam quæſiui nunc ego eã. ⁅ Optimè purgauit Terẽtius, quod mox liberalibus nuptiis fuerat obſuturum, ſi vitiatam virginẽ duceret Chærea. Neceſſariò ergo defenditur, tanquam quæ honeſtè nuptura eſt. ⁋Quamobrem cupio abducere. ⁅ Etiã hoc verbo gratificatur Phædriæ. non enim accipere, vt ab amico remunerante: ſed abducere, vt ab ſtulto & experte. ⁋Nunc ego eam mi Prædria. Multæ ſunt cauſæ. ⁅ Non indiligenter conſiderauerunt hanc meretricis orationem, qui illam inſtar cõtrouerſiæ retulerũt. Nam & principium eſt, Me miſerã, vereor ne illud grauius Prædria tulerit. Et narratio, Samia mihi mater fuit. Et partitio cum cõfirmatione. vt, Nunc ego eã mi Phędria, multę ſunt cauſę quãobrem cupio abducere. primùm, quòd ſoror eſt dicta, & cætera. Reprehẽſio quoque, Egóne id timeo. &, Egóne non ex animo miſera dico? Et concluſio per conqueſtionem: vt, Quam ioco rem voluiſti à me tandem quin perfeceris? Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum ſaltem

Res. Scire fidibus. * Heu Producere. * Aut *Haud Forte fortuna. Imprudẽs. Prudentia. Gnaritas. *nũcubi Ignarus. Rẽ habere. Sedulò. Ait. Fidem habeat. Fideiuſſor. Anaſtrophe. Eclipſis. Accipere. Abducere.

Potius quàm te inimicum habeam. ſi iſtuc crederem
Syncerè dici, quiduis poſſem perpeti.
P. Labaſcit victus vno verbo quàm citò!
T. Ego non ex animo miſera dico? quam ioco
Rem voluiſti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt concedas ſolum. PH. ſiquidem biduum,
Verùm ne fiant iſti viginti dies.
T. Profectò non plus biduum, aut. PH. aut? nihil moror.
T. Non fiet. hoc, modò ſine te exorem. PH. ſcilicet
Faciundum eſt quod vis. T. meritò amo te. PH. bene facis.
Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum,
Ita facere certum eſt: mos gerundus eſt Thaidi.
Tu huc Parmeno fac illi adducantur. P. maxumè.
PH. In hoc biduum Thais vale. THAIS. mi Phædria.
Et tu, nunquid vis aliud? PH. egóne quid velim?
Cum milite iſto præſens, abſens vt ſies,
Dies, noctéſque ames me, me deſyderes,
Me ſomnies, me expectes, de me cogites,
Me ſperes, me te oblectes, mecum tota ſis:
Meus fac ſis poſtremò animus, quando ego ſum tuus.
T. Me miſeram, forſitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi ſum conſcia, hoc certò ſcio,
Neque me finxiſſe falſi quidquam, neq; meo
Cordi eſſe quenquã chariorem hoc Phædria.
Et quidquid huius feci, cauſa virginis
Feci: nam me eius ſpero fratrẽ propemodum
Iam repperiſſe adoleſcentem adeò nobilem.
Et hodie is venturũ ad me conſtituit domũ.
Concedam hinc intrò, atq; expectabo, dum venit.

*ſaltem in concedas ſolum.* ¶ *Vt ſuis reſtituam ac reddam.* } *Reſtituimur iis, quibus nos volumus: Reddimur iis, qui nos volunt. Ergo reſtituimus volentem, Reddimus volentibus. Sed in hac vtrunque eſt.* (Reſtituere. Reddere.) ¶ *Sola ſum: habeo hîc neminẽ.* } *Sola ſum, ad familiariũ refertur abſentiã. Habeo hîc neminem, ad alienorum amicitiam: poteſt enim ſola domi eſſe, habere tamẽ aliquem foris. Et, habeo hîc neminem, plus ſonat, quàm neminem hîc habeo, Et, ſola ſum, ab iis quos natura conciliat per ſe. Habeo neminem eorum qui voluntate iunguntur.* ¶ *Neque amicũ.* } *Bene hoc apud amatorẽ: quia aliud eſt amator, aliud amicus. Amator, qui ad tẽpus: Amicus, qui perpetuò amat.* (Amator. Amicus.) *An quia in patris poteſtate eſt Phædria?* ¶ *Quamobrẽ Phædria.* } *In neceſſariis interponi nomen licet audientis.* ¶ *Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.* } *Hîc oſtẽdit ſpecialiter, cuiuſmodi amicos quęrat, ne Phædriam contemnere videatur.* ¶ *Parare amicos beneficio meo.* } *Quia parantur & ſuo, ſed minus diligunt.* ¶ *Id amabò adiuta me quo id fiat facilius.* } *παρέλκον. bis id poſuit.* (Parelcon.) ¶ *Adiuta me.* } *Mira coactio, pro pátere excludi, adiuta me, dixit.* ¶ *Sine illum.* } *Blandè, ſine illum, tanquam in manu eius ſit iniuriam non pati, & excludi militem. Non enim dixit fer, aut pátere, ſed, ſine.* ¶ *Priorcis parteis hoſce aliquot dies.* } *Honeſtè circumloquitur & oratoriè, ne dicat, Abi foras, atq; excludi te pátere.* ¶ *Nihil reſpõdes?* } *Iam ſilentiũ accuſat, quia ſcit nihil reſponſurum cõtrarium. Et ſatis blandè, Nihil reſpondes, dixit: tanquã qui debeas amoris vicem.* ¶ *Ego quicquam.* } *Facetè exprimitur illud, Amantium iræ, amoris redintegratio eſt.* ¶ *Tandẽ perdoluit.* } *Nimis doluit; id eſt perſenſit dolorem. Et tandem, quaſi qui nimis patiẽs fuit.* (Perdoluit.) ¶ *Tandẽ perdoluit: vir es.* } *Eleganter variauit perſonã ſecundam, & tertiam.* (Tandem.) ¶ *Vir es.* } *Non puer, ſed iam vir, qui meretricẽ contemnis.* ¶ *Paruula hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua.* } *Vide μίμησιν cum odio inductã, & deprauatam pronuntiatione: ita vt & ὁμοιοτέλευτα nõ vitarẽtur de induſtria. Paruula hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua, ſoror eſt dicta.* (Mimeſis.) ¶ *Hac nunc verba.* } *Id eſt, falſa dicta.* (Verba.) ¶ *Huc redeunt.* } *Vt excludar.* ¶ *Niſi illũ plus amas, quàm me.* } *Repudiatis cauſis, quas illa attulerat, per deriuationem cauſæ: hîc aliud dicit eſſe cur repellatur.* ¶ *Et iſtã nũc times, quæ aduecta eſt.* } *Adeò inquit amas militem, vt etiam inuideas ſi quam amauerit.* ¶ *Talẽ præripiat tibi.* } *εἰρωνεία ſtomachãtis amatoris.* (Ironia.) ¶ *Quid te ergo aliud ſolicitat?* } *Quid eſt, inquit, ſi hoc non eſt?* ¶ *Num ſolus ille dona dat?* } *Iam quaſi quæſtiones tractãtur. ſed ille munus aduexit.* ¶ *Nũc vbi meã benignitatẽ.* } *Poſſunt enim dona dari, ſed exigua, aut minus liberaliter. & ideo mentionem benignitatis adiecit.* ¶ *Nuncubi meam benignitatem.* } *Sed ille benignus eſt. Nuncubi, nunquid alicubi. Aut ſi, nunc vbi, legimus, erit aduerbium temporis: vt ſit vbi, quo in loco, qua in re.* (Nuncubi. Vbi.) ¶ *Nũcubi meã benign.* } *Intelligit ſe & dona obtuliſſe, & id benignè ſæpe feciſſe. nã plerunq; ingrata dona ſunt, in quibus benignitas non apparet: quæ aut in quãtitate rerũ eſt, aut in facilitate præſtantis.* (Benignitas.) ¶ *Claudier.* } *Claudi, aut claudicare. Saluſt. Neq; enim ignorãtia claudit res. et, Nihil ſocordia claudebat.* (Claudo.) ¶ *Nõne mihi vbi dixti, &c.* } *Plus dixit, vbi dixti cupere te: quàm ſi diceret, feciſti vt emerem.*

plus eſt enim id præſtitiſſe, quod qui acceperit, non auſus fuerit poſtulare. ¶Cupere te.} Vult rem parui pretij, ex illius cupiditate & ſuo labore perpendi. ¶Ex Aethiopia.} Nō Aethiopiſſam: ſed honeſtius ex Aethiopia. ¶Relictis rebus omnibus quæſiui.} Hæc iam omnia in beneficiis conſiderari ſolent. ¶Quæſiui.} Vide quemadmodum exhibeat: atque ærumnas ſibi difficilium munerum dicat impoſuiſſe meretricem. Ex Aethiopia ancillulam, inquit, dixti te cupere. Quid ego feci in re cœli, & ſolis, ac penè orbis alterius? quæſiui. non enim in promptu erat. Deinde, nō petiſti: ſed dixiſti. nec, velle te: ſed cupere. non nigram, ſed ex Aethiopia. nec dedi. ſed relictis rebus omnibus quæſiui. Quid hîc non exquiſitum? quod non ita expreſſum, vt nihil addi poſſit?

Porrò. ¶Porrò.} Deinde, vel poſtea, vel multo pòſt. ¶Eunuchum porrò velle.} Eunuchos à Perſis inſtitutos putant ex captiuis. A Babyloniis enim Hellanicus author eſt id habuiſſe. ¶Eunuchum porrò dixti velle te.} Vide quemadmodum vt maius faciat quod præſtitit, non ſemel imputat duo mancipia: ſed primò puellam, deinde Eunuchum. ¶Quia ſolæ vtuntur his reginæ.} Illam, quia ex Aethiopia, hunc, quia ſolæ his reginæ vtuntur. Quid tale Thaidi riualis dedit? ¶Reginæ.} Id eſt diuites ſed ἐμφατικώτερον eſt. ¶Quia ſolæ vtuntur his reginæ.} Variè Eunuchū dixit, & intulit his. vt, Si quiſquam eſt qui ſe placere ſtudeat bonis quàm plurimis, & minimè multos lædere, in his poëta hic nomen profitetur ſuū. ¶Reperi.} Plus eſt quàm emi. Et vide quàm propriis, & ampliſſimis verbis vſus eſt. quia & ancillā ex Aethiopia, & Eunuchum quo ſolæ vtuntur reginæ: illam quæſiui, & hūc repperi: neutrum enim horum facile poſitum erat. ¶Quia ſolæ vtuntur his reginæ.} Nota, cum Eunuchum in ſingulari numero præpoſuerit, His ſubiunxiſſe. ſed his non ad Eunuchū retulit, ſed ad delicias, aut quid tale: quia ſolæ vtuntur huiuſmodi deliciis ſeruitiiſq; reginæ. Et oratoriè hîc ſubdidit, quod in ancillula prætermiſit. quia nulla Aethiopiſſa honeſta dici potuit. Et reginas modò diuites dicit. vt in Phormione, Regem me eſſe oportuit. ¶Heri minas decem pro ambobus dedi.} Recentiora beneficia, grauiora aduerſum ingratos ſunt. Ergo à tempore inducitur exprobratio. ¶Pro ambobus dedi.} Melius amborum pretium dixit, quàm vt ſeparatim diceret, quantulo emerit ancillulam nigram: de qua mox dicetur, Hic ſunt tres minæ. Nam conſtat Eunuchum ſolum emptum eſſe minis viginti. vt ipſe Parmeno confitebitur ſeni. ¶Tamen contemptus abs te.} Et hoc ſeruatur in beneficiis. Nam maiora ſunt, ceſſantibus meritis eorum quibus præſtantur. ¶Ob hæc facta abs te ſpernor.} Sic Virgilius, —nos munera templis Quippe tuis ferimus, famámque fouemus inanem. Et, Vel quas tulit, cum interrogatione, aut cum increpatione proferri poteſt.

Eunuchi.

Regina.

Rex.

¶Ob hæc facta abs te ſpernor.} Hic duplex eſt pronuntiatio: vel per inuidioſam prolationem, vel per interrogationem. Et melius hoc modo, quàm interrogatiuè profertur: hic enim eſt multo grauior illo. ¶Quid iſtic?} Hoc aduerbium conſentire incipientis eſt. & eſt ἔκλειψις: deeſt enim remoramur, aut quid tale. ¶Cupio abducere.} Abducere dixit, tanquam ab ſtulto: nec per verum meritū, ſed per fraudem. Cicero, Per vim, atque dolum abducta ab Rhodio tibicine. ¶Atque hæc re arbitror.} Non dicit qua. hoc eſt, ex te. Veruntamen ſcit meretrix, contentione quadam negari. Ergo fingit ſe vinci, vt adoleſcentem molliat: & ipſa cedit, vt & ille remittat pertinaciā. ¶Potius, quàm te inimicū habeā.}

Quid iſtic? Eclipſis. Abducere. Inimicum habere.

Hoc totum loquitur, tanquam magis ipſa amet Phædriam, quàm ab illo ametur. ¶Te inimicum habeā.} Huic contrarium eſt. Vt te amicum habeam. ¶Faciam vt iuſſeris.} Nec voluntate, nec vultu cōſentientis hoc meretrix agit: ſed callidè tentat omnia. nam quia perſiſtendo non perficit quod expectabat: docet Phædriam etiam ipſum negligentius negare quod poſcitur. & adeò hoc ſubtile eſt, vt ſtatim impetrauerit. Peruulgatum eſt enim, Quod ſumma vi defenderis, cum extorqueretur: hoc idem poſtmodum remitte remittenti. ¶Vtinam iſtuc verbum.} Et iſtuc verbū, pro tota ſententia. Verbum pro dicto. Sed propriè ἀξίωμα. id eſt ſententia vel enuntiatio quæ vno ligatur, & aſtringitur verbo, verbum à veteribus dicebatur. ¶Ex animo, ac verè diceres.} Certè: quia eſt qui ex animo dicat, fallat tamē. ¶Potius quàm te inimicum habeam.} Tantum in animum Phædriæ hoc deſcendit, vt etiam repetat quod amica dixerat adulando. ¶Sincerè dici: quiduis poſſem perpeti.} Sincerum, purum, ſine fuco & ſimplex: vt mel ſine cera. Bene ergo, vt mel, blandimētum meretricis dulce fatetur: ſed negat eſſe ſincerum. ¶Victus vno verbo.} Vtinam iſtuc verbum. Et vno verbo, vt diximus, ſi accipe: vt verbum dictum intelligas, quod verbo cōplectitur, & completæ ſententiæ pronuntiationē, quod ἀξίωμα nominabatur. ¶Labaſcit.} Omnia inchoatiua triſyllaba, ferè media producta enuntiantur. ¶Victus vno verbo quàm citò!} Quàm citò ait, qui illū falſa lachrymula vinci crediderat poſſe. Plus factum eſt: vno victus eſt verbo, & citò. ¶Ego non ex animo miſera dico?} Quod ſenſit multū valuiſſe, hoc Thais inculcat animo amici ſui. Et Ego, vide quanta ſignificet. Conuenit hoc pronomen blandè multa exprobrāti. vt Virgilius, Méne fugis. ¶Quam ioco rem voluiſti.} Contra illud refertur quod ait Phædria, Nónne vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam: relictis rebus omnibus quæſiui? Sed hoc vehementius & diſertius, Quam ioco rē voluiſti. Non munus inquit, ſed quod plus eſt, rem, & nō feriò, ſed ioco, à facilitate præſtantis. Et voluiſti, non etiam dixiſti. Mirandum obſequium, ex voto animi pendens. Non expectat imperium: ne voluptati mora ſit, dum iubetur. Tum illud quod ait, Perfeceris: nónne pondus hoc verbi & potentiam Phædriæ circa amicam, & illius obſequium vehemens, & rerum difficultatem quæ extortæ ſint, monſtrat: atque omnem obterit querelam Phædriæ? ¶Ego impetrare nequeo hoc abs te.} Tu & ioco, & nō petiſti, cum perfeceris tamen. at ego hoc impetrare non poſſum. ¶Saltem vt concedas ſolum.} Argutè additum ſaltē, & ſolum. Et bene concedas, vt voluntatis ſit: ſic enim dixit ſuprà, Sine illū prioreis partes hoſce aliquot dies apud me obtinere. ¶Verùm ne fiant iſti viginti dies.} Facetè biduum decuplauit: & ſimul quia ex eadem ratione ſunt viginti, ex qua duo. & ex qua viginti: ducenti, duo milia. & ſic deinceps. ¶Profectò non plus biduum, aut.} ἀποσιώπησις ſecunda. ¶Hoc modo ſine te exorem.} Nouè nunc, non de te exorem, ſed te exorem, & hoc abſolutè. ¶Faciundū eſt quod vis.} Non quod oportet, ſed quod vis dicendo, multum addidit obſequio ſuo. ¶Bene facis.} In conſuetudinē venit, Bene feciſti, non iudicātis eſſe, ſed gratias agentis. ¶Meritò te amo.} Bene amoris mentionem ad auferendam ſuſpicionem contemptus Phædriæ fecit. ¶Rus ibo.} Et hoc amatorium eſt, odiſſe vrbem ſine amica. Nec dixit, Ibi ero: ſed ¶Ibi hoc me macerabo biduum.} Pronuntiandum eſt biduum, ac ſi dixiſſet Phædria biennio. ¶Ita facere certum eſt.}

Verbum. Axioma. Sincerum. Verbū pro dicto. Ego. Perficere. Apoſiopeſis. Exorare. Benefacis.

Ex his

Ex his apparet verbis, quàm ſibi amator hoc ægrè imperet. ¶Mos gerundus eſt Thaidi.} Cum pronuntiatione & geſtu: vt oſtēdat quæ vis amoris ſit, vt Thaidi mos geratur. ¶Huc fac illi adducantur.} Eunuchus & ancilla: figuratè illi: ſed præualet genus maſculinū. *Adducantur.* Adducantur, pro adducito eos. Et bene adiectum eſt. ne dilatis ob retentionem muneribus, non procederet actus fabulæ. & ſimul quia abſentia Phædriæ opus eſt, dum per Chaeream ludificatur meretrix. *Vale.* ¶In hoc biduum Thais vale.} Nunc vale abſceſſum ſignificat, non ſalutationem: nam ſi mera ſalutatio eſt, biduo ſolùm amicam valere optat. ſed præſcibere conatur quāto tempore abfuturus ſit: & ſimul oſtendit, quàm inuitus abſcedat. *Accuſatiuus tēporis.* ¶In hoc biduum Thais vale.} Accuſatiuo vtens caſu, expreſſit amatoris impatientiam. *Biduum.* Biduum dicens, præſcripſit de tempore. Et vale, maiorē vim habet ex dolore diſcedētis, quàm obſequio ſalutantis. ¶Et tu nunquid vis aliud?} Vale ſubaudiendum ſalutatorium. Et ſubintelligendum eſt poſt oſculum dici, Nunquid vis aliud? quaſi rectè factum. ¶Cum milite iſto.} *Iſte.* Iſto bene additum, quaſi odioſo. vt alibi, Iam verò mitte Demea tuā iſtam iracūdiam. Et Virgilius, Aut quid petis iſtis? Hæc enim pronomina, ſpernentis ſunt, odiūmque monſtrantis. *Cacozelon.* ¶Præſens abſens.} κακόζηλον. ¶Me deſideres.} *Auxeſis.* αὔξησις. quia plus eſt amore deſyderium. ¶Me expectes, me ſomnies.} *Epanaphora.* ἐπαναφορὰ prima. *Amare. Deſyderare.* Cum amare & deſyderare ſit voluntatis atque etiamnum obſequij: *Somniare.* ſomniare, ſatis amatoriè dictū eſt. ¶Me ſperes.} Cum me expectes, iam dixerit: quid ſibi vult iterum me ſperes? *Expectatio. Spes.* Inter ſpem, & expectationem hoc intereſt: quia expectatio, certorum eſt: ſpes verò, incertorum. Et expectatio, propinquarū rerum: Spes, longinquarum. Et expectatio, deſtinat tempus: Spes, non deſtinat. An me ſperes idem facere? Id eſt de te cogitare: *Spero.* vt ſit ſperes, credas: vt ſtatim in ſubditis inuenies. Nam eius fratrē ſpero iam propémodū reperiſſe. ¶Me te oblectes.} *Me.* Septimus caſus me. ¶Mecum tota ſis.} Toto animo. Nam illam nunc animum vult eſſe, non corpus. & ſimul quod ipſe ab eius corpore patitur: id vult militi eius mente contingere, tanquam penitus excluſo ab amica. ¶Quando ego non ſum tuus.} Animus ſcilicet. ¶Me miſeram, forſitan hic mihi.} Rectè Thais nunc partem argumenti exequitur tacitam apud Phædriam propter præſentiam ſerui: quem poëta vult ita neſcire, vt audeat ad vitiandam virginem ſubornare Chaeream. ¶Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.} Hic Terentius oſtendit virtutis ſuæ hoc eſſe, vt peruulgatas perſonas nouè inducat: & tamen à conſuetudine non recedat: vtputa meretricem bonam cum facit, capiat tamen, & delectet animum ſpectatoris. ¶Neque me finxiſſe falſi quicquam.} Aut dixiſſe debuit dicere, aut abundat *Fingere.* falſi, aut ideo quia & vanum aliquid fingi potuit: vt ſuprà, ſi vanum, aut falſum, aut fictum eſt. ¶Eſſe quenquam chariorem.} Melius quenquam, quàm ſi dixiſſet, militem quenquam chariorem. ¶Quenquam chariorem.} Quaſi meretrix non charum alterum, ſed chariorem negat.

¶Et quicquid huius feci.} Huius abſolutè, aut per ἔκλειψιν, vt deſit rei. *Huius.* In Hecyra Ne quid ſit huius oro. In Heautontimorumeno, Nihil me iſtius facturum patri. aut, quid petis iſtis? ¶Quicquid huius.} Rei ſubaudiendum eſt: quòd eum excluſi foras. *Spero.* ¶Spero propemodum.} Nouè ſpero, pro credo vel confido. *Propemodū.* Propemodum ideo, quia hominem quidem nouit, ſed fratrem eſſe virginis nondum probauit. *Adeò.* ¶Adeò nobilem.} Adeò, pro nimis poſitum eſt, aut pro expletiua particula. ¶Atque expectabo dum venit.} Futurum actum promittere voluit: non quo aliquis geſtus ſit expectantis.

*ADRIA. BARL.* Grauius.} Diminutiuè ſecundum quoſdam, id eſt aliquantulum grauiter. *Aliorſum.* ¶Aliorſum atque.} Sicut alius, ita & aliorſum, cum atque, venuſtius collocatur. Adrianus Cardinalis citat hunc locum. ¶Totus Parmeno tremo horreóque.} Horror vel gaudiorum, vel mœroris eſt. Timoris horror eſt, de quo Virgilius loquitur, Horror vbique animum, ſimul ipſa ſilentia terrent. Terentius: Totus Parmeno tremo horreóque, poſtquam aſpexi hanc. ¶Accede ad ignem hunc.} *Acyrologia.* Acyrologia eſt, quam Diomedes libro ſecundo deſcribens, Eſt, inquit, dictio minus conuenienter elata, vel non propriis dictionibus obſcurata ſententia. Vt accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. *Ignis meretrix.* Ibi nullus ſignificatur ignis, ſed meretrix. ¶Ad ignem hunc.} Philelphus in quadam epiſtola Thais, inquit, verbum dictum eſt quaſi dais, mutata d, litera in mutam aſpiratam th. *Thais vnde dicta.* Dais enim facem ſignificat, nomen dictum à verbo δαίω, quod inter alia ſignificata comburo ſignificat. Itaque rectè apud Terentium habetur. Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. ¶Plus ſatis.} Nicolaus Perottus, dicit poni pro eo quod eſt maximè. *Plus ſatis.* ¶Sanè verò.} Ironicum eſt. ¶Non pol quo quenquam plus amem.} Controuerſia ex ſtatu qualitatis, per conceſſionem criminis, & per reiectionem in neceſſitatem. *Præ, pro Propter.* ¶Præ amore.} Hic præ ſignificat propter. ¶Dic mihi potin' eſt hic tacere?} Callidè beneuolentiam captat, quaſi de rebus dictura, quæ efferri non poſſint. Potis nomen inflexibile eſt, vnde potiſſimus. ¶Plenus rimarum.} Foratilis ſum & pertuſus. ¶Hac atque illac perfluo.} Spargor, non contineo. *Perfluere.* Authore Vallenſi, perfluere eſt per medium alicuius fluere, vt ſi lagena malè materiata, maléque compacta ſit, perfluit, id eſt per eius medium, humor qui intus eſt fluit. Terentius: Hac atque illac perfluo, id eſt in modum non fidelis lagenæ, quæ mihi committuntur effundo. Sumpta eſt à vaſis metaphora. ¶Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.} Aperta & dilucida narratio. ¶Habitabat Rhodi.} Verita eſt dicere matrem ſibi meretricem fuiſſe, quod tamen ſignificatur, cum aliunde ciuem fuiſſe dicat, & alibi habitaſſe. Hinc meretrices in comœdiis peregrinas appellari videmus, vt in Andria. Adeón' eſt demens ex peregrina? Hæc Donat. interpretatio maximè placet. ¶Poteſt taceri hoc.} Nam ſimile veri eſt. ¶Abreptam.} vi abductam. Terentius cum diceret è prædonibus, vnde eam emerat, abreptam, Græcorum phraſim *Vnde.* eſt imitatus, apud quos ὅθεν pro ἐξ οὗ aliquoties accipitur. ¶E Sunio.} Sunium promontorium eſt Athenienſium, habet è regione Cyclades inſulas. Inſpice tabulas Ptolemæi. ¶Educare vt ſi eſſet filia.} Oratoriè cumulat dignitatem & amorem Pamphile, vt eius comparatione molliatur facta iniuria Phædriæ. *Res.* ¶Rem habebam.} Donatus ait rem habebam, id eſt conſuetudinem, amorem. Laurentius libro primo dialecticæ capite ſecundo, de ſignificationibus rei loquens. Tum, inquit, pudoris cauſa pro coitu accipitur. Vt apud Terentiū Thais. Quo cum vno tum rem habebam hoſpite. *Contentus ſum.* ¶Neque tu vno eras contenta.} Contentus propriè dicitur, cui in aliqua re etiam parua abundè ſatisfactum eſt. Vnde contentam naturā paruis & minimis rebus dicimus, cui paruæ ac minimæ res ſatisfaciunt. Si quis roget hoc modo, vis id facere? ineptè reſponderis, contentus ſum, pro volo.

¶Nam hic quoq;.} Hic dicens tangit Phædriã, quaſi inuito illo hoc exprobret. ¶Bonam magnámque.} Bonã ſpecie: magnam,quantitate:Donati eſt. ¶Interea miles.} Oratoriè priorem amatorem facit militem, quàm Phędriam. Nam poſterius dicit hunc cognitum per abſentiam militis. Cum igitur Phædia militi riualis adductus ſit,conſequẽs eſt, vt miles queri debeat,nõ Phædria. ¶Quàm intimum te habeã.} *Quàm.* Vallenſis,inquit, Quàm pro valde,ſuperlatiuo gaudet: pro quantum,poſitiuo:neq; contra hoc eſt quod dicit Terentius, *Intimus.* Quàm intimum. Nam hoc intimum accipi vult Laurentius pro poſitiuo. ¶Aliquantum eſt ad rem auidior.} Valla docet *Aliquantũ auidior.* tanto,quanto,aliquanto,multo,paulo,cæteráq; ſimilia,magis decere comparatiuos quàm poſitiuos:ſicut tantum,quantum,aliquantum multum,paulum, & reliqua magis poſitiuis quàm comparatiuis conueniunt. Sed quia,inquit,hæc tranſeunt in aduerbia, ideo nonnunquam his quæ exeunt in um, abutimur pro iis quæ deſinunt in o. ¶Et fidibus ſcire.} *Fides.* Porphyrio interpres Horatij,fides,inquit,chordæ dicuntur. *Fidicina.* Vnde & fidicinas comici dicunt cythariſtrias. ¶Si fidẽ habeat ſe iri præpoſitum tibi.} Præpoſitum iri vnde fit? A *Supinum cum iri.* ſupino præpoſitum, & imperſonali iri,non quòd ſignificetur quopiam iter,ſed ne ſine verbo motus ponatur ſupinum in um. Sic & in Andria, Qui poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo,nunquam &c. Sic dicimus,audiui Eunuchum prælectum iri, id eſt,audiui quod prælegetur Eunuchus Terẽtiana. ¶Ego quantum ſuſpicor, ad virginem animum adiecit.} Aſtuta Thais,vt riualis effugiat odium,conatur perſuadere Phædriæ, non ſe amari, ſed virginem.

*Cauſa quã obrem.* ¶Multæ ſunt cauſæ quamobrem cupio abducere.} Adrianus Cardinalis. Quis eſt, qui poſt auream illam Ciceronis inquit ætatem,non ita loquatur. Aliquam cauſam quæris, propter quã me domo extrudas. Antiqui verò illi ſic loquebantur, aliquam cauſam quæris,quamobrẽ me domo extrudas,aut cur me domo extrudas. Et vbi dicitur à pleriſq; ineptiſſimè,quid eſt,quòd me videre non potes? Antiqui di- *Quid eſt quamobrẽ.* cebant, quid eſt quamobrem, vel cur, vel quare videre me non potes? Terentius in Eunucho. Aliquam cauſam quærebat ſenex, quamobrem inſigne aliquid faceret. Idem in Adelphis. Nihil reperio,quamobrem lauder tantopere Hegio. ¶Id amabo adiuta me.} Donatus miram eſſe coactionem adnotauit, cum dicit, adiuta me,pro pátere excludi.

*Amabò, interiectio.* ¶Id amabò adiuta me.} Veteribus illis amabò interiectio amantis erat. Plautus, in Rudente: Quò amabò ibimus? Idem: Ite,inquam,domum amabò. Adferte menſam amabò. Cicero pronomen huic apponens in epiſtola quadam, Et amabò te,cum dabis, inquit, poſt hæc aliquid domum literarum,mei memineris. Idem Expecta,amabo te. ¶Sine illum.} Quàm blandè hoc meretrix! Sine illum,tanquam in manu eius ſit,iniuriam non pati, & militẽ excludi. eſt Donati. ¶Priores parteis.} Metaphora à perſonis comœdiarũ. ¶Tandem perdoluit. vir es.} Non puer iam,ſed vir, quia meretricem cõtemnere potes. ¶At ego neſciebam.} ἠθοποιΐα *Mimeſis.* eſt ſiue μίμησις, id eſt imitatio morum alienorum, quam Quintilianus annotat hîc fieri in dictis fit & aliquando in factis. ¶Paruula hinc eſt abrepta.} Subuerſio eſt, qua narratio tota ſubuertitur. Et eſt hîc ſimiliter cadẽs,cum dicit. Paruula hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua. ¶Iſtã nũc times.} Sic amas,inquit,militem,vt etiam inuideas, ſi quã ille amare cœperit aliam. ¶Quia ſolæ vtuntur his reginæ.} Diuites Sypontino teſte,qui hunc locum citat. ¶His.} Id eſt talibus deliciis. & quia antecedens Eunuchum diſcordat in numero cum relatiuo his, dicendum eſt ſenſu, non voce *Oratio ſen congrua, non voce.* congruam eſſe orationem. ¶Vtuntur his.} Antiquiſſimi illi ſubibus dicebant. Plautus in Curg. Paratiſſimi eſtis hibus. ¶Heri minas viginti pro ambobus dedi.} Optimè additum *Hibus.* eſt heri. recentiora nanque beneficia grauiora aduerſus ingratos ſunt. ergo à tempore exprobrationem inducit. ex Donato eſt. ¶Heri viginti minas pro ambobus dedi.} Mina *Mina.* Græca, quæ eadẽ & libra,& pondo dicitur duodecim vnciis & ſemis perfecta,decem coronatos conſtituit. Viginti ergo minæ, moneta Brabantica, trecentos ac quinquaginta renenſes valent,ſiue Fland. quinquaginta octo libras,ſex ſolidos,& VIII. groſſos. ¶Potius Quàm te inimicum habeã,faciam,vt tu iuſſeris.} Adnotat Donat. nec volũtate, nec vultu conſentientis hæc meretricem agere,ſed callidè tentare omnia. ¶Vtinam iſtuc verbum.} Verbum ſæpenumero Terentius dicit, quod Græci axioma vocant. ¶Potius Quàm te inimicum habeam.} Repetitio hæc oſtendit quantum in Phædriæ deſcenderit animum, quod adulando dixerat meretrix. ¶Labaſcit.} Valla dicit à labo, non à labor dictum eſſe verbum labaſcit. Labo primam corripit, alteram producit. ¶Labaſcit.} Vbi nunc illud? Heus noſter laudo vir es. Laurentius inter verba inchoatiua, quæ loco primitiuorum vſurpantur, numerat & labaſco,quod *Labaſco.* hîc ſignificat labare, id eſt ruere ac repentè cadere & deficere. Tranſlatum videri poteſt ab arboribus. ¶Victus vno verbo.} Oſtendit amatorum ſtultitiam, qui ſe vno verbo flecti patiuntur. ¶Non plus biduum.} Accuſatiuo comparatiuum iungitur, ſicut & ablatiuo, vt plus tres dies, *Plus.* ſicut plus tribus diebus. Vitruuius, Ita à pariete hæ diſtent, vt ne plus pateant palmum. Virgilius, Noctem non amplius vnam Falle dolo. ¶Bene facis.} Non iudicantis, ſed gratias agentis,apud antiquos erat. ¶In hoc biduum.} *In biduum vale.* Per hoc biduum,ſic dicere licebit, Vale in menſem,aut annum vnum. ¶Præſens abſens vt ſies.} *Præſens, abſens.* Corpore præſens, animo abſens,hoc eſt, mente peregrina cum milite. Colloquẽris cum illo,ſed me cogitabis. Vt qui amant abſentes,præſentes ſunt, veluti de Didone Virgilius in quarto: Abſens abſentem audítque vidétque. Ita qui oderunt quempiam, ab eo præſentes abſunt,corpore quidem præſentes,cæterùm animo ſemoti. Ex Chiliadibus. ¶Quicquid Huius feci,cauſa virginis feci.} A neceſſitate. ¶Adoleſcentem adeò nobilem.} Adeò pro valde vſurpant Latini,quando non ſequitur vt particula. *Adeò.* ¶Expectabo Dum venit.} *Dum.* Adrianus Cardinalis: Particula dum,inquit,coniungitur à perfectis illis authoribus,cum verbo expecto,mira cum elegantia. Cicero: Non expectaui dum mihi à te literæ redderentur. Idem: Expectabo,amabo te,dum Atticum conueniam.

*LATOMVS.* Argumentum.} Per occaſionem expoſtulationis narratur argumentum ſpectatori. ¶Horreo.} Frigeo. ¶Bono animo.} Ironica conſolatio & perfaceta ex verbi tranſlatione. Inſeritur perſona Parmenonis ad delectandum ſpectatorem. ¶Sanè quia.} Ironia, qua notat perfidiam excluſionis. ¶O Thais.} Querela quæ fit inuidioſior per optationem. ¶Ne crucia te.} Blanda purgatio meretricis à neceſſario. ¶Credo vt fit.} Ironica refutatio ab incredibili. ¶Verum heus.} Faceta præſcriptio, qua aptè reponit vicem dubitanti de taciturnitate ſua meretrici. ¶Plenus rim.} Tranſlatio à vaſis. ¶Samia mi.} Initium narrationis: nam quod præceſſit, præparatio fuit. ¶Abreptam è Sunio.}

Sunium promontorium Atticæ,& Athenienſiũ emporium. ¶Vtrũque hoc.} Vrbana interpellatio. ¶Ita eſt.} Non negat Thais,ſed præteritione reiicit. ¶Hoc agite.} Hortatio diſsimulantis, & ad inſtitutum reuocantis. ¶Tecum quoque.} Emphaſis. ¶Sed ego.} Acuta inuidiæ declinatio. ¶Multæ ſunt.} Cauſæ excluſionis Phædriæ, quibus cupit abducere puellã à milite. Et eſt Scopus narrationis. ¶Sola ſum.} Occupatio ad confirmationem vtilitatis, qua premollit aditum ad id quod mox ipſa poſtulatura eſt. ¶Peſsima.} Reprehenſio ab indigno. ¶At ego.} Imitatio eluſoria. ¶Qua gratia.} Ratiocinatio qua explanat cauſam,& eandem mox à ſigno confirmat. ¶Quid te ergo.} Interrumpit inchoatam defenſionem,& vehementi argumentatione obruit,per locum à remotione: detrectationem ſcilicet munerum nõ eſſe cauſam, ergo militis amorẽ ¶Quid iſtic.} Attende aſtutiã meretricis, tandem remittentis contentionem, vt quod odio non poteſt,gratia extorqueat. ¶Quàm ioco} Confirmatio à minori. ¶Aut.} Repetitio inchoatę adiectionis per indignationem,& mox recuſatio. ¶Egóne quid.} Amatoria & ridicula digreſsio Phædriæ. ¶Me miſeram} Ficta querela meretricis ad ſpectatores, & præparatio ad futurum congreſſum Chremetis,ruſtici adoleſcentis.

PETRVS MARS. Miſeram me &c.} Quantum blanda meretricum verba,& nequitia valeant ad perſuadendum, docet hæc ſcena. Adoleſcens quippe inter æſtus duorum affectuum poſitus,aſtu meretricis ſtatim victus eſt,cupiens illi morem gerere, à qua pellebatur. Ideo bene dixit Heraclitus,authore

*Voluptas.* Philoſopho, difficilius eſſe voluptati reſiſtere quàm iræ. Et Silius Italicus voluptatem ſic taxat.

Quippe nec ira deûm tantum,nec tela,nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.

*Acyrologia.* ¶Accede ad ignem hunc,&c.} Acyrologia,inquit Diomedes, eſt dictio minus conuenienter prolata, vel non propriis dictionibus obſcurata ſententia. vt: Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Ibi nullus ſignificatur ignis,ſed meretrix. ¶Abreptam è Sunio.} Sunium eſt promontoriũ Atticæ. ¶In Cariam eſt profectus.} Caria eſt prouincia minoris Aſiæ. ¶Hoc agite amabò,&c.} Amabò eſt aduerbium blandientis. ¶Labaſcit victus &c.} Id eſt,incipit cadere à conſtantia & propoſito.

RIVII caſtigatio. Proin taceri ſi vis.} Nos,proin tu taceri ſi vis,vera dicito: ex antiquis. Nec aliter Donatus,vt quidẽ Romana editio habet. ¶Docere,educare,ita vt ſi &c.} Hunc verſum ſic legendum ſuſpicor,Docere,educere,ita vti ſi eſſet filia. Educere inquam,non educare legendum puto: licet reclamanti-

*Educere.* bus cunctis & impreſsis & manu ſcriptis exẽplaribus. Nec enim aliter Iambici ratio conſtat: niſi trochæum admittere malis,quem pedem hoc metri genus reſpuit. Et perfacilis ſanè lapſus fuit,ſimilitudine vocum:præſertim cum alterum, nempe educare tritius fuerit,& magis imperitorum intelligentiæ obuium. Sed & poſtea vbi Phædria verba Thaidis μιμητικῶς repetit,præteritũ verbi educere ponitur: vt inde quoque coniectura duci queat, educere hoc loco eſſe legendum. Sic enim ibidem: paruola Hinc eſt abrepta,eduxit mater pro ſua. Sic inquam Phædria,videlicet ad hunc locum reſpiciens,& ad hæc verba Thaidis. Præterea rectè & more Terentiano iungi hæc verba, docere,educere,indicat locus ille ex Andria, vbi eorum participia iuncta ſunt. Bene & pudicè eius doctum atque eductum &c. Sed hîc ſuum quiſque iudicium, nõ meũ ſequatur, qui nihil ad probandum firmius & grauius habeã. ¶In Cariam eſt profectus.} In quibuſdam impreſsis additum eſt aduerbium loci hinc. Sed hoc forſan vix dignum quod admoneatur,nec ita multũ refert,addas,néc ne. ¶Sine illum prioreis parteis per hoſce aliquot dies.} Nos omittendam putamus præpoſitionem per,ex manu ſcriptis & Donato,citra detrimentum verſus. ¶At ego neſciebam quorſum,&c.} Ex manu ſcriptis quædam habent: Haud ego neſciebam, &c. velut Haſſenſtenianum, & cuius nobis copiam fecit Huterus. ſed prior lectio magis arridet.

DOLETI OBSERVATIO.

Vereor,ne illud grauius Phædria tulerit: néve aliorſum, atque ego feci,acceperit.} Non facilè dici poteſt,quàm variè vſurpetur hoc verbum, accipere,à Latinis. Sed ego tantùm de eo hîc ſcribam,quod ad hunc locũ quadret. Itaque accipere aliquid in bonam,vel in malam partẽ,eſt bene vel malè interpretari dictum, aut factũ alterius,quod ad nos pertineat: hoc eſt,de illa re bene, aut malè iudicare. *Accipere, pro iudicare, vel interpretari.* Huc pertinent, accipere aliorſum, aliter, in aliam partem, in eam partem, aſperè, durius, aut grauiter: id eſt,iniquo animo: cui contrarium eſt, accipere rectè, vel moderatè. Cicero ad Atticum tertio: Bonam in partem accipies. Idem ad Brutum: Quod dicam,in bonam partem accipias. Idem pro Archia Poëta: Ea, Iudices, à vobis ſpero eſſe in bonam partẽ accepta. Idem: Durius accipere hoc mihi viſus eſt,quàm vellem,& quàm homines belli ſolent. Idem: Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere. Terentius in Heautont. Aliter tuum amorem,atque eſt,accipis. ¶Bono animo es.} Id eſt,ne commouearis,ne perturberis. Animo igitur bono eſſe, idem eſt, quod alto,forti, & erecto eſſe animo. *Animo bono eſſe.* Cicero Familiarium decimo: Tu fac bono animo magnóque ſis. Idem: Bono animo ſint & tui,& mei familiares. ¶Vt hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet.} Nec dolor, nec dolere ſemper ad corpus referuntur, ſed etiam ad animum. Ponitur autem vel abſolutè,vel cum accuſatiuo,vel cum ablatiuo,vel cum præpoſitione de,vel cum datiuo,vt in hoc loco. *Dolere.* Brutus Attico: Dolet mihi,quòd non ſtomacharis. Terentius in Adelph. Hoc delictum admiſiſſe in me,id mihi vehemẽter dolet. ¶Iſtud abs te factum, nihili penderem} Pro non curarem. Hanc autem,& ſimiles locutiones ſuprà in Andria annotauimus in Actus tertij ſcena tertia,in dictione paruipẽdo. *Nihili pendo.* ¶Ne crucia te,obſecro,anime mi Phædria.} Cruciare,excruciare,diſcrucivre, verba ſunt à cruce deducta: quam certum eſt pro omni re à Latinis poni,quæ moleſtiam parte ex aliqua afferre poſsit, *Cruciare. Crux.* vt apud Terentium in hac Comœdia: An id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam deducar, & illis crucibus,quæ nos, noſtrámque adoleſcentiam habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis,nunc referam gratiam,atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur? A cruce igitur hæc verba profecta ſunt: quæ ſi aliquando ad corpus referantur (vt certè etiam referũtur) vt cruce torqueamus non neceſſe eſt: ſed re tantùm alia, quæ moleſtiæ ſit: vt apud Cæſarem libro ſeptimo,de bello. Gall. Romanos milites producit ſeruos,quos in pabulatione paucis antè diebus exceperat, & fame, vinculíſque excruciauerat. Cicero in Verrem Act. III. Ibi hominem ingenuũ,domi nobilem, Populi Rom. ſocium,atq; amicũ fame excruciatum ſemiuiuum reliquit. Si verò ad animum referatur,pro vehemẽter angere poni ſolet. Cic. Famil. XIIII. In maximis meis dolo-

tibus excruciat me valetudo tua. Ibidẽ: Nec me meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ, veſtræq;. ¶Non pol, quo quenquã plus amem, aut plus diligam.} Confundit hîc Terentius, quod perpetuò obſeruat Cicero: nimirum vt plus per amare, quàm per diligere exprimat, & deſignet. Ad Brutum: L. Clodius valde nos diligit, aut, vt ἐμφατικώτερον dicam, valde nos amat. Idem Familiariũ nono: Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantũ tamen acceſſit, vt mihi nunc deniq; amare videar, antea dilexiſſe. Idem Faml. XIII. Sed tamen, vt ſcires eum nõ à me diligi ſolùm, verùm etiã amari, eam ob rem tibi hæc ſcribo. Idem: Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus ſum, diliges. Sic vides Ciceronem amandi ſignificato cum emphaſi ſemper vti: diligendi paulo negligentius. Cui vſui contraria videtur hæc Terentij locutio. Sed quid poëtis non licet? Mirum verò eſt, id à Terentio profectum, alioqui primo linguę Latinæ puritatis, & proprietatis principe. ¶Sed ita erat res.} Pro id res ſe rebat, vel expoſtulabat. Alio verò ſenſu accipitur aliquando hæc locutio: & idem eſt, ita res eſt, quod ita res habet. ¶Vt fit.} Modus eſt loquendi, qui ferè vſurpatur, cum aliquid in more poſitum deſignamus, more quidem vel priuato, vel publico. Et ſic exponi poteſt, vt fit, id eſt fieri eſt ſolitum, vel, vt ſoles facere. Admittuntur autem pleraq; aduerbia. ſicq; loquuntur Latini: Vt ferè fit, vt plerunque fit. Vel per negationẽ: vt, non ferè fit, non temerè fit: & ſimilia.

*Diligere.* *Amare.* *Ita res eſt.* *Vt ſit.*

¶Lege hac tibi meam aſtringo fidem.} Fidem aſtringere nihil aliud eſt, quàm fidem dare, vel obligare: quæ locutiones cum ſuis Ciceronis exẽplis patent in Secundo Tomo noſtrorum Commentariorum. Extra hæc, hîc obſeruato, ea lege dici, pro ea conditione, vel eo pacto. Cicero in Familiaribus. Ea lege, & conditione nati ſumus, vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra. Idem in Tuſcul. Ea lege nos eſſe natos, certum eſt, vt nemo in perpetuũ eſſe poſſit expers mali. ¶Continuò palàm eſt.} Id eſt effutio. Palàm autem & clàm contraria ſunt. Significat igitur manifeſtè, apertè, in conſpectu, in ore, atq; oculis omnium. Quam particulam magis ad aduerbiorum, quàm ad præpoſitionum naturam accedere putarem: nẽpe quòd cum caſu vix reperiatur. Et interdum pro adiectiuo poni videtur: vt, cum dicimus palàm aliquid facere, pro planum facere, vel manifeſtum reddere. Cicero Poſt reditũ. Nondum palam factum erat, concidiſſe Rempublicam. ¶Neque ſciebat, neque per ætatem etiam potuerat.} Eſt diuerſus multum particulæ, per, vſus. Aliquando enim cauſam, inſtrumentum, facultatem, operam, officiúmque exprimit. Et tunc non ſolùm ad res, ſed etiam ad perſonas pertinet: neque magis in bonam partem, quàm in malam inclinat. Exempla autẽ iſtiuſmodi formari poſſunt: per literas aliquem cum aliquo colloqui: per literas petere: per vim violare: per aliquẽ recreari: per iniuriam eripere: per ſeruum negotium conficere: per iram aliquem interficere: per culpam in neceſſitatem venire: per ſimulationem aliquem prodere: per ſummum dedecus vitam amittere: per ſcelus adipiſci aliquid: & ſimilia. Nonnunquam tempus denotat, vel temporis tempeſtatem. vt, per hyemem ſe viæ committere: per dies quinq; eſſe venationes magnificas: per aliquot annos Rempub. vexari. Et in hac ſignificatione eſt hæc Terentij locutio. Sic etiam loquuntur reliqui omnes Latini. Cicero pro lege Manilia: Cum antè per ætatem nondum huius authoritatem loci contingere auderem. Idem: Nullam partem ſanæ, & ſaluæ Reipublicæ per ætatem guſtare potuiſti. Perſæpe concedentis eſt. Cicero in Familiaribus: Trahantur per me pedibus omnes rei. Idem pro Milone. Hoc neque per naturam fas eſt, neque per leges licet. Eſt etiam interdum rogantis, obteſtantis, vel commiſerantis, aut indignantis. Cicero pro Roſcio Amerino: Si tibi omnia mea tradidi, per Deos immortaleis quæ eſt iſta crudelitas? Idem: Eum obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipſius coniugem, & liberos, vt: &c.

*Fidẽ aſtringere.* *Ea lege.* *Palàm eſt.* *Palàm facere.* *Per.*

¶Quo cum vno rem habebam.} Scilicet, quem vnum habebam amatorem: vel qui vnus me meretrice vtebatur. Rem autem habere cum aliquo dicunt Latini honeſto loquendi modo, pro coniunctionem veneream cum aliquo habere: ita enim rerum turpitudinem verbis honeſtis tegimus: vt, liberis operam dare: quæ omnia quanquam re ipſa turpia ſunt, tamen ſic elata, minus turpiter ſonant. ¶Bonam, magnámque partem ad te attulit.} Bonam partem pro magna, vel maiori parte ſolent vſurpare Latini. Hîc verò vtrunque poſuit Terentius. Vt tamen ſatear elegantem eſſe locutionem, cum dicimus bonam partem pro magna: non minus etiam eleganter dicitur magna, maior, vel maxima pars. Hæc fusè docuimus in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum. ¶Tute ſcis poſt illa quàm intimum habeam te.} Suprà oſtendimus, quàm eleganter dicatur, habere aliquem in intimis. Hîc verò dicit Terentius intimum aliquem habere, pro in intimis habere: id eſt, vnicè amare & obſeruare. ¶Mea conſilia vt tibi credam.} Dixit in Andria conſilia ſua committere ſeruo futili. Vterque autem loquendi modus nihil aliud deſignat, quàm conſiliorum participem facere: vel conſilia ſua communicare. ¶Eius frater aliquantum ad rem eſt auidior.} Id eſt, paulo magis auarus. Vbi ſubintelligi poteſt, faciendam, vt ſit ad rem faciendam: hoc eſt, ad rem, & diuitias comparandas, vel amplificandas. ¶Fidibus ſcire.} Scire eſt cognitum habere. Sed interdum ea ſcimus, quorum ab aliis facti ſumus certiores. Interdum verò ſcire eſt ſcientia, & doctrina, arteque inſtructum eſſe. Dicimus autem ſcire aliquid, vel ſcire de aliquo. Iungitur etiam ablatiuo, & nonnulla aduerbia eleganter aliquando admittit. Vnde dicimus aliquẽ ſcire fidibus, muſica, Latinè, Græcè, & ſimilia. Cicero Philip. V. Sed fac ita non eſſe, num Latinè ſcit? ¶Forte fortuna affuit hic meus amicus.} Sæpe inter ſe iunguntur hæc duo nomina. Et ponitur fors fortuna pro felici caſu, & proſpero. In ablatiuo verò caſu pro aduerbio, quod eſt fortè. Cicero de Diuinatione ſecũdo: Quid eſt tandẽ, quod caſu fieri, aut fortè fortuna putamus? Terentius in Phorm. O fors, ô fortuna, quantis commoditatibus, quàm ſubitò hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem? Vbi Donatus: Fortuna dicta eſt incerta res: fors fortuna, euentus fortunæ bonus. Idem Donatus: Aliud eſt fortuna, aliud fors fortuna: nam fors fortuna eſt, cuius diem feſtum colunt, qui ſine arte aliqua viuunt. Terentius in Hecyra. Quæ fors fortuna eſt, nobis quæ te hodie obtulit, per eam te obſecramus ambæ, ſi ius, ſi fas eſt, vt aduerſa eius per te tecta, tacitáque apud omneis ſient. ¶Emit eam dono mihi.} Non minus elegans loquendi modus, emere alicui aliquid dono, quàm dare dono aliquid alicui. ¶Ad virginẽ animum adiecit.} Animum adiicere eſt idem, quod animum appellere, vel applicare. Et eodẽ loquẽdi modo dicitur, quo oculũ adiicere: quod eſt cupiditate rei viſendæ teneri: vel, vt vulgò dicitur,

*Rem habere cum aliquo.* *Pars bona.* *Intimũ aliquem habere.* *Cõſilia ſua alicui credere.* *Ad rẽ auidum eſſe.* *Scire fidibus.* *Fors fortuna.* *Emere aliquid dono alicui.* *Animũ ad aliquid adiicere.*

dicitur, oculum dirigere. Cicer. in Verr. Act. IIII. Qui iſtum
noſſent, partim ſuſpicabantur, partim planè videbant, adie
Id, ſuperua- ctum eſſe oculũ hæreditati. ¶ Id, amabo, adiuta me. ⁏ Quàm
caneè poſi- ſæpe ſupernacanee, non tamen ſine propria Latinæ linguæ
tum. phraſi hanc particulam, id, vſurpet Terentius, te antea ad-
monuimus: vt, cum dicit, id operam do, pro operam do, & ſi-
milia. Placet verò hîc nonnihil de dictione amabo, ſcri-
Amabò. bere. Itaque amabò, quandoque interiectio amantis eſt: a-
liquando etiam blandientis, aut rogantis: & caſum regit.
Sine caſu tamen Comicis ferè eſt proprium, licet apud Ora-
tores nonnunquam reperiatur. Cicero Famil. VII. Vrbani-
tatis poſſeßionẽ, amabò, quibuſuis interdictis defendamus.
Idem ad Quint. fratr. Sed caue, amabò, quicquam, quod ad
meum commodum attineat, niſi maximo tuo commodo co-
Amabo te. gitaris. Cum caſu. Cicero Famil. II. Sed, amabò, te, cura, &
cogita nihil noui, ſed illud idem, quod initio ſcripſi. Idem ad
Attic. V. Amabo te, incumbe in eam curam. ¶ Sine illum
Parteis ha- prioreis parteis hoſce aliquot dies apud me habere. ⁏ Id eſt,
bere prio- tibi in ea re præferri, vt ſcilicet excludaris, & ille admitta-
reis. tur per aliquot dies: nempe me fruatur, dum tu interea abe-
Ire, pro ſpe- ris. ¶ Ego neſciebam, quorſum tu ires. ⁏ Pro quorſum ſpectaret
ctare. tua oratio, tuus ſermo. Sic ferè loquitur paulo mox, cum di-
cit: Omnia hæc verba huc redeunt denique. Id eſt, in id ver-
gunt tua verba, vel eo diriguntur. ¶ Potius quàm te inimi-
Inimicum cum habeam. ⁏ Habeamus illos inimicos, quorum inimici-
habere. tias ſuſcepimus, vel quos iniuria aliqua læſimus. ¶ Dies no-
Dies noctéſ- ctéſque me ames. ⁏ Eſt dies & noctes, idem quod perpetuò,
que. vel aßiduè. Cicero Famil. IX. Tibi, mi Pæte, perſuade, me
dies, noctéſq; nihil aliud agere, nihil curare, niſi vt mei ci-
ues ſalui, liberíque ſint. Idem ad Att. VII. Equidem dies,
Biduum. noctéſque torqueor. ¶ Ibi me hoc macerabo biduum. ⁏ In ac
cuſatiuo temporis ita eleganter vſurpantur iſtæ dictiones
biduum, triduum, quatriduum. Cicer. Famil. VII. Cum qui-
dem biduum ita ieiunus fuiſſem, vt ne aquam quidem gu-
ſtarem. Idem Famil. XV. Biduum Laodiceæ fui.

GLAREANVS.

In ſexto verſu in pleriſque codicibus, quos nos vidimus,
ita legitur.

Quis hîc loquitur? Ehem tun' hic eras mi Phædria?

Quidam alterum Hîc reiecerunt. Sed propter carmen non
erat opus. fieri enim poteſt vt s, in Quis elidatur, vel Ehem
ſit monoſyllabum, & Tun' ratione interrogationis corripia-
tur. Et Donati item editiones illud habent. In ſequente ver
ſu abſque dubio d, eliditur initio in Quid. quod & Eraſmus
admonuit, & vel Introibas triſyllabum eſt, vel creticus eſt
loco quarto. ¶ Aut ego iſthuc abs te factum nihili pendere. ⁏
In iſthuc eliditur s, inquit Eraſmus. Poteſt &, meo quidem
iudicio, creticus primo in loco eſſe, vt ſæpius in hac ſcena. In
verſu continuò ſequente, O non eliditur in Obſecro. Dein in
quarto vel Eo monoſyllabum eſt, vel bacchius loco primo.
In quinto præpoſitto Præ eliditur, aut potius eius diphthon-
gus. In hoc verò carmine Proin tacer ſi vis, vera dicito. Ri-
uius poſt Proin addit Tu. Sic vel Proin monoſyllabum fue-
rit, vel bacchius loco primo. Idem hunc verſum.

Docere, educere ita vti ſi eſſet filia,

rectè emendauit, Educere legẽs pro educare, & Vti, pro, Vt, Educere.
Eraſmus tranſmiſit. ¶ Ne hoc quidem tacebit Parmeno. ⁏
Hunc verſum, vt excuſem, niſi primo in loco creticum po-
namus, non hercle habeo. Et eſt haud dubiè vnus ex illis, de
quibus Priſcian' admonuiſſe videri poteſt, quod nobis obii-
ciebat Eraſmus, cum in Andria actus quarti, ſcenę. I. ver-
ſus trochaicos trimetros catalecticos iudicarem, ille verò ne-
ſcio quos creticos per XIII. verſus eſſe contendebat. Quod
ſuperius admonuimus. In mox ſequente verſu vel Mea mo-
noſyllabon totum eliditur, vel creticus eſt loco quarto. Rur-
ſus in ſequenti creticus eſt, ſi Eius diſſyllabon legamus. Nam
ſi monoſyllabum faciemus, erit trochæus primo in loco, qui
hoc in carmine locum prorſus non habet. Nec libet præ po-
nere Eius monoſyllabõ propter ſenſum. Nuper enim ad prio
rem referendũ eſt: nempe ad Mortua eſt. Nam vt ad Produ
cit aut Vendit referatur, coactum nimis videtur. Relinqui-
tur igitur haud dubius creticus loco primo. In nono deinde
verſu Ait monoſyllabum eſt. In X. i, vocalis in Vbi non
eliditur, ſed corripitur. ¶ Cupio aliquos parare amicos bene-
ficio meo. ⁏ Cupio ſupereſt in trimetro, inquit Eraſmus. Ve-
rùm cum ſenſus abſque eo verbo conſtare nequeat, & alia
ſint effugia per huius Poëtæ licentiam, nos eo modo in tri-
metri rationem conuenire putamus, vt primo loco ſit proce-
leuſmaticus, & ſecundo loco vel creticus pro ſpondeo, vel
Prare dixit pro Parare, vt poſtlare pro Poſtulare, in An-
dria actus II. ſcena I. Eadem enim ratio eſt breuis vocalis in
vtroque verbo, hîc a, illic v. Lectori liberum eſto iudicium.
In tertio deinde verſu, vel l, eliditur in Illum, vel Prio, vna
erit ſyllaba, vel ſecundo loco erit creticus. ex his tribus ſe-
quere quod voles, nec aberrabis. Rurſus in tertio deinde
verſu, Ego quicquam, legendum, abſque n, vt ſit anapæſtus
loco primo, quanquam poteſt & Egón' legi, vt ſit bacchius
eo loco. Rurſus doinde in tertio verſu vel i, vocalis eliditur
in Neſciebam, vel, ſecundo loco erit creticus. Ac rurſus in
tertio dein verſu, quarto eius loco erit creticus, niſi medium
e, in Abducere elidere placet. quod mihi nõ videtur. Rur-
ſus in tertio dein verſu de Ego prior ſyllaba pertinet ad fi-
nem metri præcedentis, inquit Eraſmus. Creticus tamen lo-
co ſecundo poſitus hanc difficultatem facilè tollet. In con-
tinuò dein ſequente, legendum Niſi illum amas plus quàm
me. quod vetuſtus meus habet codex: & carmẽ rectè cõſta-
bit. In tertiò dein verſu rurſus Ego ad prius carmen elidi-
tur, inquit Eraſmus. At rurſus abſq; n, legendum, Ego, non
Egón'. In decimo dein verſu vel d, eliditur in Quid iſthic?
vel creticus eſt loco quarto. ¶ Nõ fiet hoc, modò ſine te exorẽ.
Ph. ſcilicet. ⁏ In tertio huius verſus loco proceleuſmaticus eſt
& τὸ hoc ambiguæ diſtinctionis, Donatus ad poſteriora re-
fert, & abſolutè dictũ exiſtimat. In tertio dein verſu s, eli-
dendum in Gerundus. Initio verò eius vel proceleuſmati-
cus cũ iambo eſt, vel tribrachys cum anapæſto. Sextum de-
inde carmen ita quidam legunt, Dies noctéſq; ames me, me
deſideres. At Riuius putat ita legendum, Dies noctéſq; me
ames, me deſideres. vt tertio loco ſit tribrachys, & Me corri
piatur, non elidatur. In tertio dein carmine, Meus monoſyl
labon eſt, aut potius bacchius loco primo.

DONAT. FAc ita vt iuſsi.} Iam amatoriũ multiloquium & vaniloquium continet iſta actio: nam & repetit quod iam dictũ eſt, & id facit magis & odioſè nimis. ❡Ab,rogitare? quaſi difficile ſit.} Deeſt vis,vel pergis: vt ſit,rogitare pergis? Vel te, ſi ipſum reſpicit. vel hunc,ſi auerſus hoc dicit: vt ſit, Ab,rogitare te? aut, rogitare hunc? Et diſtinctione interpoſita, inferendum vultuoſè. Quaſi difficile ſit id quod mãdat. Ita & ineptiam nimiam circa hoc ſolliciti amatoris expreſsit, & oſtendit nihil eſſe facilius, quàm deducere ad meretricem munera: cum cõtrà illud ſit difficilimum, poſcenti aliquid non dare. ❡Rogitare?} Subauditur te. Vt ſit, mirum eſt te rogitare, quaſi ſit difficile, complere quod iubes. ❡Aliquid inuenire poſsis.} Inuenire acquirere. Sic in Heaut. Nõ quæris patri quomodo obſequare: & vt ſerues quod labore inuenerit. Nam ideo à præcedenti etiam quæſtus dicitur. ❡Quàm hoc peribit.} Deeſt facilè: vt ſit, facilè hoc peribit. ❡Quod mihi eſt charius.} Pro, qui mihi ſum charior. Sed ego dixit abſolutè, occurrens huic pronomini quod. ❡Quin effectũ dabo.} Quin pro imò. vt in Heautõ. Quin nolo mẽtiare. ❡Sed nũquid aliud imperas?} In his ſeruus nihil vult, niſi coactus facere, propter maiorẽ dominum. ſic & alibi: Iubéſne, inquit? reſponderet ei Chærea: Cogo atque impero. ❡Munus noſtrũ ornato verbis.} ἠθικῶς non dixit meũ, quaſi & Parmenonis ſit. ❡Et iſtum.} Id eſt moleſtum & odioſum: nam hoc ſignificat iſtum. ❡Ab ea pellito.} Ab ea, ab eius animo. & non, pelli facito, ſed pellito. ❡Tametſi nullus moneas.} Properat ſeruus carpere vaniloquium domini. Et nullus, pro non. ſic in Hecyra, Nullus dixeris. Plautus in Trinummo: Nullus credas. ❡Ego rus ibo.} Et hoc iam dictum eſt: ſed oſtendit, quàm moleſtè id incipiat Phædria. ❡Cenſen' me.} Arbitraris: vt Cenſores, qui morum alienorum habent ſummum arbitrium. Et ideo hunc putant non cenſere, quia ipſe deſyderat fieri. ❡Poſſe obfirmare, & perpeti.} Verba ſunt deſperantis. non firmare, ſed obfirmare: non pati, ſed perpeti. ❡Téne?} Te quod ait, hanc vim habet, vt ſignificet perditũ amore Phædriam eſſe. ❡Nã aut iam reuertêre.} Modò iam pro ſtatim. ❡Te adigent horſum.} Hoc eſt ad vrbem agent. ❡Inſomnia.} Vigiliæ. Legitur & adiget, vt ſit inſomnia numeri ſingularis. ❡Vt defatiger vſq;.} Ordo eſt, vſq; vt defatiger. ❡Ingratus vt dormiã.} Id eſt, etiam inuitus & coactus. Nam ingratìs, non vltro ſignificat. quia vltronea grata ſunt: ingrata, quæ ab *inimicis fiunt, ac recuſantibus. ❡Nimis me indulgeo.} Me ſic veteres, quod nos mihi dicimus. Alibi, Te indulgebant, tibi dabant. ❡Tandem non ego illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduũ?} Sic cœpit, tanquam aliquid foret dicturus magnificũ: nõ autem eſt παρὰ προσδοκίαν, ſed verè amator magnũ hoc putat. ❡Vel totum triduũ.} Magna profeſsio virtutis, cũ biduo ſit opus, triduo poſſe durare. Et totum triduum, dicit vniuerſum triduum, εἰρωνικῶς quaſi ſit triduum in multo numero. ❡Vide quid agas. Sic dicitur magna aggredientibus. ❡Stat ſententia.} Et vultu & geſtu magis ſpectabile quod dixit ſtat ſentẽtia: vel maximè eo quòd tanto ſonitu hæc de ſe promittat Phædria cõtinuò rediturus, vel potius nõ acceſſurus ad villam. tãtum autem aberit, quãtum temporis opus eſt ad vitiandam virginem. ❡Quid hoc morbi eſt?} Excuſatio amoris quando non culpa, ſed morbus eſt. ❡Adeón' homines immutarier ex amore, vt nõ cognoſcas eundem eſſe?} More ſuo à plurali numero, ad ſingularem ſe conuertit. ❡Vt non cognoſcas eundem eſſe?} Non ſolent ſtulti induci adoleſcentes: & ideo ad amorẽ retulit ſtultitiam Phædriæ. ❡Minus ineptus, magis ſeuer°.} Niſi enim hoc eſſet, quid eſſet

Inuenire. Quæſtus. Quin. Iſte. Nullus, pro non. Cenſere. Cenſores. Iam. Inſomnia. Vſque vt. Ingratus. Ingratìs. Vltronea. *Inuitis. Indulgeo me. Vide quid agas. Amor morbus.

## ACTVS II. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

PHædria rus cõcedit, id quod Thaidi ſe facturum dixerat. Illius ex amore immutationem miratur Parmeno, & militis donum ita laudat, vt heri ſui Eunucho præferat.

ARG. PAVL. MALL.

HAec actio iam amatorũ multiloquium, vaniloquiúmque continet. Nam Phædria ſæpe repetit quod iam dictum eſt: & id facit magis, & odioſè nimis. Deinde rus proficiſcitur. Parmeno illius ex amore immutationé admiratur. Poſtremò militis donũ mirificè laudat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena, Phædria dat negotiũ Parmenoni, vt munera Thaidi parata, ei adferantur. Porrò vtitur polylogia amatoria amator.

*Trochaici, Iambicis admiſsis, hiſque partim Tetrametris, partim Trimetris, vno etiam Dimetro.*

PHAEDRIA, PARMENO.

*FAc ita vt iuſsi, deducantur iſti.*
*P. faciam. PH. at diligenter.*
*P. Fiet. PH. at maturè. P. fiet.*
*PH. ſátne hoc mandatum eſt tibi?*
*P. Ah, rogitare? quaſi difficile ſit.*
*Vtinam tam aliquid inuenire facilè poſsis Phædria,*
*Quàm hoc peribit. PH. ego quoque vnà pereo, quod mihi eſt charius:*
*Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. P. minimè: quin*
*Effectum dabo. ſed nunquid aliud imperas?*
*PH. Munus noſtrum ornato verbis, quòd po-*

eſſet quòd illum mulier præferret militi? aut quid relinqueretur proprium perſonæ militis, ſi & hic ſtolidus eſt? ¶Magis ſeuerus quiſquam, nec magis cõtinẽs.} Animaduerte vt amet Terẽtius Magis, addere poſitiuo, potius quàm comparatiuũ facere. Nam, neque ſeuerior, neque continentior, tam valuit dicere, quàm magis ſeuerus, & magis continens. ¶Hic quidem eſt paraſitus Gnatho.} Hæc apud Menandrum in Eunucho non ſunt, vt ipſe profeſſus eſt, paraſiti perſona & militis: ſed de Colace tranſlatæ ſunt. ¶Facie honeſta.} οἰκονομία, qua oſtenditur amaturus Chærea, ſiquidem hanc Parmeno ipſe miratur. ¶Facie honeſta.} Sic Virgilius, Et lætos oculis afflarat honores. Et mox idẽ, Ita me dij ament, honeſtus. ¶Ni ego hodie me turpiter hîc dabo, pro dedero. Virgilius, Quamuis ſolus auẽ cœlo deiecit ab alto. ¶Cũ meo decrepito Eunucho.} Facetè meo ad paraſitum retulit cũ pulchro munere venientem. Et præparatio eſt ad ducendum Chæream potius, quàm deformem Eunuchum. ¶Decrepito hoc Eunucho.} Decrepiti ſunt dicti, quorũ crepitu & plãgore familiæ, fuerant iam conclamata funera. ¶Hæc ſuperat ipsã Thaidem.} Hoc ſic accipias, non vituperari Thaidem, ſed tãquam ὑπερβολικῶς dici. Ideo addit ipſam, quaſi nimiæ pulchritudinis. Et bene ipſam, propter quam datur.

Magis, additum poſitiuo.

Occonomia

Honeſtus.
Honor.

Ni dabo.

Decrepitus

Hyperbole.

teris, &
Iſtum æmulum, quòd poteris, ab ea pellito.
P. Memini, tametſi nullus moneas. PH. ego rus ibo, atque ibi manebo.
P. Cenſeo. PH. ſed heus tu. P. quid vis? PH. cenſén' poſſe me obfirmare, &
Perpeti ne redeam interea? P. téne? non hercle arbitror:
Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te *adigent horſum inſomnia.
PH. Opus faciam, vt defatiger vſque, *ingratus vt dormiam.
P. Vigilabis laſſus: hoc plus facies. PH. abi ſis. nihil dicis Parmeno.
Eiicienda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo.
Tandem ego non illa caream, ſi ſit opus, vel totum triduum? P. hui,
Vniuerſum triduũ? vide quid agas. PH. ſtat ſententia.
P. Dij boni quid hoc morbi eſt? adeón' homines immutarier
Ex amore, vt non cognoſcas eundem eſſe? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens.
Sed quis hic eſt, qui huc pergit? atat hic quidem eſt paraſitus Gnatho
Militis: ducit ſecum vnà virginem huic dono: papæ,
Facie honeſta: mirum, ni ego me turpiter hodie* hîc dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho. hæc ſuperat ipſam Thaidem.

Vtitur eo frequenter Plautus. ¶Mollities animi.} Mollem dicimus, qui facilè vincitur à doloribus. ¶Me indulgeo.} Vetus eſt, pro mihi. ¶Vniuerſum triduum?} Amatori hoc magnum videtur, triduum abeſſe à Thaide. Omnis amatori longa eſt mora. ¶Quid hoc morbi eſt?} Excuſatur Phædria, quando non culpa, ſed morbus eſt. ¶Hoc nemo fuit minus ineptus.} Ab exemplo confirmat. ¶Magis ſeuerus quiſquam.} Seuerum Latini grauem dicunt, & hoſtem malorum morum. ¶Cum meo decrepito hoc Eunucho.} Donat. facetè, inquit, meo, ad Gnathonem retulit, qui pulchro cum munere veniebat. ¶Hæc ſuperat ipſam Thaidem.} Per hyperbolen nimia pulchritudo ſignificatur. ¶Superat.} Propriè ſupergredior ſignificat, hîc per metaphoram pro vinco accipitur.

Mollit.

* adiget

Seuerus.

* ingratis.

LATOMVS

Argumentum.} Mandat adoleſcẽs puellæ & Eunuchi deductionem ad Thaidem, & ipſe rus diſcedens perridiculè ſe confirmare nititur, Illudẽte interim Parmenone. ¶Facito vt iuſſi.} Inepta & ridicula ſolicitudo Phædriç. ¶Ab rogitare.} Indignatio ſtomachantis. & ſubaudi decet? ¶Ego quoq;} Defenſio à matori. ¶Munus noſtrum orn.} Id eſt, verbis commendato. ¶Tametſi nullus.} Pro fruſtra & non neceſſario. ¶Cenſén' poſſe.} Ridicula dubitatio deſperãtis. ¶Nam aut.} Faceta & irriſoria reſponſio. ¶Ingratus.} Inuitus. ¶Abi ſis.} Collectio ſuiipſius ac reprehenſio ad confirmationem. ¶Nimis me indulgeo.} Vetuſtè, per accuſatiuum, pro mihi. ¶Hui vniuerſum.} Exclamatio irridentis. ¶Deinde reliqua ad ſpectatores. ¶Sed quis hic.} Præparatio ad congreſſum paraſiti.

Ornare verbis.

*huc

ADRIA. BARL.

At.

At diligenter.} At particula hîc affirmat. ¶Rogitare?} Deeſt vis, vel pergis, vel non deſinis. quaſi dicat, Ridiculum eſt te hæc rogitare. Vnde his verbis at diligenter, at maturè, nimia circa hæc ſoliciti amoris ineptia exprimitur. ¶Quaſi difficile ſit.} Ad meretricem dona deducere, quæ ſemper eſt parata accipere. ¶Memini tametſi nullus moneas.} Identidem in Plautinis, ac Terentianis comœdiis occurrit, memorem mones, doctum doces, quibus idem re ipſa eſt, quamuis verbis nõnihil diſſimile, quod ait Parmeno, memini tametſi nullus moneas. ¶Vſque ingratis vt dormiam.} Vulgati codices ingratus habent, contra verſus conſiſtentiam. Lege igitur, ingratis, & eſt aduerbium ſignificãs id quod inuitus,

Ingratis.

PETRVS MARS.

Fac ita vt iuſſi, &c.} Amantium prodigalitatem, verba complurima & vana, inconſtantiam, debilitatem conſilij, & amoris imperium, amantiſque duriſſimam ſeruitutẽ hæc ſcena exprimit. Id quippe genus hominum ſeruit affectibus, qua ſeruitute nihil excogitari poteſt inferius. Vnde Seneca lib. VI. Epiſto. dicit: Nulla ſeruitus turpior eſt quàm voluntaria. Et Diogenes, dicere ſolebat, ſeruos dominis, malos autem cupiditatibus ſeruire. Ariſtippus dicebat: Nõ in-

Amantiũ miſeriæ.

Cupiditas.

gredi ad meretricem,ſed egredi non poſſe,turpe eſt. Et Habeo Laidem meretricem,ſed ab illa non habeor. Et: Etiam inter Bacchanalia pudicus nō corrumpitur.Et Diogenes inculcabat ſæpius,cupiditatem arcem eſſe omnium malorum.

Cenſere. ¶Cenſen' me poſſe obfirmare.} Cenſere, inquit Iuriſconſultus,eſt conſtituere,vel præcipere. Vnde dicimus: Cenſeo hoc facias,& ſenatum cenſuiſſe.Inde Cenſores. Cenſere, inquit Pompeius,nunc ſignificat putare,nunc ſuadere, nunc decernere.¶Non ego illa carcā.}Carere,inquit, Cicero in I.Tuſc. Carere. ſignificat egere eo,quod habere velis.Ineſt enim velle in carendo.Triſte eſt nomen ipſum carendi, quia ſubiicitur hæc vis: Habuit, non habet deſyderat,requirit,indiget.opinor hæc incommoda ſunt carentis. Caret oculis, odioſa cæcitas: liberis,orbitas.¶Eiiciunda hæc mollities.}Conſtans eſt, qui reſiſtit doloribus,qui proueniunt à cupiditate abſentiū voluptatū.mollis verò, qui facilè vincitur à doloribus, & qui luxu diffluit. Talis homo conſtanti opponitur. ¶Hoc nemo fuit minus ineptus.}Inepti homines dicuntur, qui non ſeruant decorum.¶Magis ſeuerus.} Seuerus dicitur grauis,& hoſtis malorum morum.Continens eſt, qui ſuperat & reiicit eas voluptates,à quibus plures ſuperantur.Incontinēs, qui ſuperatur ab his voluptatibus, quas multi non inepti,ſed ſeueri & graues ſuperarent.

Conſtans. Mollis. Ineptus. Seuerus. Continens. Incontinēs.

RIVII CASTIGATIO.

Aut mox noctu te adigent horſum inſomnia.} Monet Dona.legi,& adiget,vt ſit inſomnia numeri ſingularis, quo nomine Gel.quoque pro vigilia vtitur lib.VI.cap.IIII. (Inſomnia.)

¶Abi ſis,nihil dicis Parmeno.} In manu ſcriptis omnibus eſt:Ab nihil dicis &c. conſentiente ex impreſſis vetuſtiſſimo quoque,& in his Veneto & Lugdunenſi,neque mihi ſanè diſplicet.¶Nimis mihi indulgeo.}Sic quidem vulgò legitur,habéntque ita magno conſenſu exemplaria recentiora: ſed contaminata vera lectione,contra omnem veterum codicum fidem. Indulgeo me. Nos igitur,Nimis me indulgeo: vt Dona.legit, qui hoc modo veteres loqui conſueuiſſe hoc ipſo loco teſtatur.Conſentiunt pleraque ex impreſſis, velut Lugdunenſe & Venetum.Adnotauit & Sex.Pompeius me promi hi veteres dixiſſe. Antiquitatis imperiti & ignari, hunc locum, vt alia in Terentio multa,deprauarunt.

DOLETI OBSERVATIO.

Satin' hoc mandatum eſt tibi?} Mandare vulgò committere eſt.Cum tamen de priuatis dicitur, ponitur pro ſignificare,vel imponere,aut negotium dare. Breuiter, quotquot ab hoc verbo manant locutiones,in committendi,tradendi, Mandare. ſignificandi,vel imponendi ſignificatum inclinant.Vnde dicimus mandare honores,vel magiſtratus alicui,mādare vinculis,fugæ,literis,monumentis,hiſtoriis,memoriæ,& ſimilibus.De quibus vide variis locis, in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum.¶Ne iſtud tam iniquo patiare animo.} Pati. Pati ſignificat ferre,tolerare,vel ſuſtinere.In quo verbo eadem eſt aduerbiorum elegantia,quā eſſe in ferre ſuprà oſtendimus:exempláque profert (vt ferre) & cum laude,& cum vitio.Elegans verò præcipuè eſt, cum dicimus nos aliquid facilè pati,pro aſſentiri,vel nō ægro animo aut grauiter ferre. Sed iam exemplum proferam cum hoc Terentij loco conueniens.Cicero in Famil. Etſi periniquo patiebar animo,te à me digredi,tamen eo tempore me conſolabar, quòd &c.

Indulgere. ¶Nimis me indulgeo.}Indulgere eſt obſequi, vel in aliquē ambitioſum eſſe,ſibi placere vel aſſentari:vel eſt concedere, &,vt ſic dicam,obſequenter, delicatéque tribuere. Quòd autem dicit hìc Terentius,nimis me indulgeo, non dictum Terentij arbitror,ſed mendum apertiſſimum Bibliographorum:nam hìc legēdum eſt,mi,pro mihi: vt ſit nimis mihi indulgeo. Indulgeo mi. Non tamen ignoro,quod dicunt Latini indulgere ſeſe,ad meretrices relatum, cum ſeſe permittunt, & vendas offerunt amatoribus. Indulgere ſeſe alicui. Iuuenalis: Ardenti ſeſe indulſiſſe Tribuno.¶Stat ſententia.} Stat ſententia. Id eſt,in ſentētia cōſto,& perſeuero:vel certum eſt facere, quod conſtitui. Metaphora autem eſt ducta à rebus immobilibus.At verò in ſentētia conſtare,manere,vel perſeuerare,vſitatius dicunt Latini.Cic.Famil.I. Qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent,ſuam authoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent.Idē Philip.IIII. Reliquum eſt, Quirites,vt vos in iſta ſentētia perſeueretis. ¶Ducit ſecum vnà virginem huic dono.} Dono ducere aliquid alicui. Mirum eſt, quàm variæ locutiones ex dono ducantur.Vidimus, & annotauimus ſuprà,dono dare, dono emere aliquid alicui. Hìc autē obſeruandum eſt,ducere dono aliquid alicui.

GLAREANVS.

Vt in hac ſcena amatorium multiloquiū & vaniloquiū eſt authore Donato,ita carmina ſunt non vnius rationis,nec planè ſibi vbique conſtantia. Primus itaque verſus trochaicus eſt tetrameter acatalecticus, inquit Eraſmus, & rectè, meo quidem iudicio.ſed quod ſubiungit, niſi tollas è verſu Iſti,id verò non rectè.fieret enim tunc heptameter,cuiuſmodi nullum apud hunc reperias authorem. Verſus heptameter nullus apud Terentium. Secundus item eſt trochaicus tetrameter,ſed catalecticus, idem inquit Tertiū quinque verbis Ab cogitare quaſi difficile ſit, ait iambicū dimetrum.Si prior dimeter iambicus eſt,vtique hypercatalecticus eſt.Atqui ſi verbum Facile non legitur, quod Donatus ſupplendum in Quàm hoc peribit, quemadmodum quidam habent codices,exiſtimat, erunt duo trimetri troch. catalect.quales apud hunc poëtam binos ternóſue inueniri, ſæpe in his annotationibus teſtati ſumus, & ſuprà in Andria Act.III.ſce.II.ad hunc modum.

Ah rogitare,quaſi difficile ſit.Vtinam
Tam aliquid inuenire poſſis Phædria.

In verbo enim Tam,facile (vt ita loquar) intelligitur Facile.Sed lector ſequatur quod volet.Sequens deinde verſus trochaicus tetra.eſt catal.cum cretico in ſexto loco.niſi Mihi totum elidere malimus.Sextus autē ab initio ſcenæ verſus cum tribus ſequentibus eſt ſenarius iābicus trimet. Decimum Eraſmus ait iambicum ſcazonta catalecticum,in quo ſunt octo pedes & ſyllaba. Fefellit eum numerus.Nam pro octo pedibus & ſyllaba, ipſe ſeptē pedes accepit & ſyllabam. Sed ego puto initio huius verſus Memini,eſſe monometrū, deinde reliquū, quod ait Eraſmus, iambicum tetra. catalecticum,vt & ſequens eſt verſus.Sequitur deinde trochaicus tetra.catale. Perpeti,ne redeam interea?P.Téne? non hercle arbitror.Deinde ſequuntur quinque iambici tetra.catalectici, quorum priores quatuor Eraſmus iudicauit eſſe trochaicos,ſed non rectè. Nam de primo non eſt dubiū quin ſit iambicus.In ſecundo,Elide,inquit, duo s,ſed elide vt voles,nunquam ita hunc verſum torquebis, quin iambi trochæis contrarij venient. Ego meam de eo ſententiam dicam,penes Lectorem ſit iudicium. Primo quidem loco s, in Opus elidendum puto,vt Eraſmus, vt ſit proceleuſmaticus initio,opu' faci,ſecundo loco ſpondeus,tertio & quarto iambus,quinto ſpondeus, ſexto iambus. Hactenus bene conſtat verſus, ſed pro duobus iambis ſiue ſpondeo & iambo reſtat verbum Dormiam,quod pro cretico aut dactylo eſſe poſſit, ſed

*ſed in iambico, hoc loco nunquam ponitur, quare ego ſuſpicor aliquid deeſſe verſui. Itáque ſi vel Dein pro in monoſyllabum verbo Dormiam præponatur, verſus conſtabit, nec ſenſus perturbabitur. De ea tamen re cum nemine contendero. Fieri enim poteſt vt poëta ſtudioſè huic vaniloquo talem dederit ſermonem, vt eſt tota ipſius oratio. Sequẽs deinde verſus bene habet, ſed in Laſſus eliditur s, & in Abi poſterior ſyllaba corripitur, & Nihil monoſyllabum eſt. Quãquam abſque omni eliſione, verſus legi poteſt per treis bacchios tertio, & quinto, & ſexto locis. Eſt autem iambicus tetrame. catalect. non trochaicus. Ita continuò duo ſequentes iambici ſunt, non trochaici. Trochaici autem incipiunt ibi: Vniuerſum triduum, in quo Vide pyrrhichius eſt, quod & Eraſmus notauit. In ſequente autem carmine d, eliditur in Quid. rurſus in ſequente Eundem diſyllabum eſt. In Quarto à fine verſu, primo loco dactylus eſt, ſecundo ſpondeus, tertio trochæus, quarto & quinto anapæſtus, ſexto trochæus, deinde creticus ſiue trochaicus cum ſyllaba, vt ſic legatur verſus,*

*Sed quis hic eſt, qui huc pergit? at at hic paraſitus quidem eſt Gnatho.*

*Munus noſtrum ornato verbis, quòd poteris: &* IOANN. THEOD.

*Iſtum æmulum, quòd poteris, ab ea pellito.} Quòd, hoc in loco putat Nannius per craſin contractum eſſe, cuius plenum ſit, Quoad, hoc eſt, quatenus, quouſque. quod veteres cum genitiuo conſtruebant, Quoad eius fieri poteſt. Admonet præterea, Linacro nihil intereſſe inter hæc Imperatiua, orna & ornato, pelle & pellito. Antiqui tamẽ, inquit, quod in perpetuum volebant fieri, per futurum Imperatiui enũtiabant. Hinc eſt, quòd edicta legum hac formula vbique concipiuntur. Et haud ſcio, an hoc ipſum hîc à Terentio ſit obſeruatum. Donatus certè videtur tacitè aliquid huiuſmodi innuere. Pellito (inquit) ab ea, ab eius animo: & non, pelli facito, ſed pellito. Qui locus mihi de vitio ſuſpectus eſt: vt opiner legendum ad iſtum modum, Pellito ab ea, id eſt, ab eius animo: & non, pelle, ſed pellito. Sed ad veteres codices eſto prouocatio.*

Quod, pro Quoad. Imperatiui futurum.

*Vigilabis laſſus: hoc plus facies.} Adnotat idem Nannius hîc Græciſſare Terentium. Græcè enim vnico verbo id dicitur πλεονεκτήσει, hoc eſt, tantum proficies, hoc plus habebis.*

DONAT. *DII immortales homini homo quid præſtat!} In hac ſcena non ſtans, ſed quaſi ambulans perſona inducitur. Conſtitit tamen aliquantulum, intuens ſpectatores, dum ſecum loquitur. Exprimit autem paraſitũ: & ſub eius verbis corruptos mores in aſſentationem oſtendit, prorſus vt honeſtæ quoque perſonæ, in huiuſmodi culpa inuentæ ſint. vt alibi, Obſequium amicos, veritas odium parit. ¶Dij immortales.} Hoc tã mirè, & pro ſeculi ac temporum reprehenſione ſatyricè Terentius, quod apud eum ſtultum vocat ſimplicem paraſitus, & intelligentem malum. ¶Dij immortales.} Admirantis exclamatio eſt, cum paraſiti geſticulatione. ¶Dij immortales homini homo quid præſtat!} Morata narratio à sẽtentia incipi ſolet: quæ dicitur προμύθιον.* Promythiõ *¶Homini homo quid præſtat!} Alij diſtinguunt, quid præſtat ſtulto intelligẽs! Alij, Stulto intelligens quid intereſt! quia ſic veteres loquebantur. ¶Quid intereſt!} Hoc admirantis eſt, & ideo ſic pronũtiandum.* Conuenio. *¶Conueni hominem.} Conueniſſe, non vidiſſe tantùm, ſed etiam collocutum fuiſſe ſignificat.* Locus. Ordo. *¶Mei loci atque ordinis.} Loci, ingenuum: ordinis, pauperem. Illud natalium: hoc fortunæ eſt. ¶Hominem haud impurum.} Non dixit prodigum: quia hoc ipſum probat: ſed non auarum, non improbũ. Et ſic laudamus eos, in quibus nihil eſt quod magnopere efferamus. ¶Itidem patria qui abligurierat bona.} Hoc ioculari vultu dicitur. Et eleganter ex perſona paraſiti non culpatur quod comederit bona. ¶Abligurierat.} Suauibus eſcis conſumpſerat. Nã ἀπὸ τοῦ λιχνεύειν, eſt ligurire. & λίχνον Græci ſuaue appellant.* Abligurio. *¶Video ſentum.} Quàm bene video, poſtquam dixit conueni. & tẽpus mutauit & verbum.* Sentus. *¶Sentum.} Horridum. ¶Sentum.} Ad horrorem retulit. ¶Squalidum.} Ad ſordes.* Squalidus. *¶Aegrum.} Ad maciem.* Aeger. *¶Pannis anniſque obſitũ.} Ad veſtitum, & ad triſtitiam. Sed pannis & annis, μωρολογίαι paraſitorũ ſunt. ¶Pannis anniſque obſitũ.} Vel paraſitica vernalitate καθ' ὁμοιοτέλευτον dictũ. vel quia Homerus dixit αἶψα, γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι: & eſt miſeriæ ſenium deditum. Vnde huic magis triſtitia grauitáſque diſplicuit, aliena ſemper ab omnibus paraſitis.* Homœoteleuton. *¶Anniſque obſitum.} Bene addidit annis: quia vt quiſque miſerior eſt, ita ſenior videtur.* Obſitus annis. *¶Obſitum.} Vt ſentum dixit obſitum. μεταφορὰ ab agro. ¶Quid iſtuc ornati, inquam?} Scire nos conuenit,*

## ACTVS II. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

QVaſi ambulãtem Gnathonis perſonam inducit, ſub cuius verbis corrupti hominum mores oſtẽduntur, maximè aſſentatorum, qui patellam ſequuntur, & ad prandia præſto ſunt.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena, quæ tota moralis eſt, quaſi ambulans perſona inducitur. Exprimit autem paraſitum, ſub cuius verbis corruptos hominum mores in aſſentationẽ prolapſos oſtendit, adeò vt honeſtæ quoque perſonæ in eius culpa inuentæ ſint. Gnatho factum adulãdi inſtituit, deinde mira dicacitate & mordacibus ſalibus Parmenonem laceſſit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

PRoſopographia eſt inſignis in hac ſcena. Nam mirè ſplendidè Gnathonem deſcribit Poëta. Exordium ductum eſt à ſententia Paraſitica.

*Trochaici & Iambici Tetrametri Catalectici.*

GNATHO *paraſitus,* PARMENO.

DII immortales homini homo quid præſtat! ſtulto intelligens
Quid intereſt! hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi:
Conuéni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.
Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis anníſque obſitum.
*Quid iſtud ornati, inquam? quoniam miſer quod habui, perdidi: hem
Quò redactus ſum! omnes noti me atque amici deſerunt.
Hîc ego illum contempſi præ me. quid homo inquam ignauiſſime?
Itáne te paraſti, vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi?
Simul conſilium cum re amiſti? vidén' me ex eodem ortum loco?
Qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo eſt corporis?
Omnia habeo, neque quicquam habeo: nihil cum eſt, nihil deſit tamen.
At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati
Poſſum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.
Olim iſti fuit generi quondam quæſtus apud ſeclum prius.
Hoc nouum eſt aucupium: ego adeò hanc primus inueni viam.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec* ſunt: hos conſector: hiſce ego non paro me vt rideant,
Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul.
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque.

*Interrogatio in recto caſu, & in obliquo, quid differant.* — *cum recto caſu profertur interrogatio, non eſſe contumelioſum. Vt ſi dicas. Quis hic homo eſt? Si autẽ in obliquo, contemptum ſignificari. vt, Quid hoc eſt hominis? quid mulieris? quid ornatus? ¶ Quid iſtuc ornati, inquã? } Ornatus, τῶν μέσων eſt ad dedecus & ad turpitudinẽ. Vel ſimpliciter hoc accipe, vel* εἰρωνευτικῶς. *Et ornati, vt ſenati, antiquus genitiuus.* (*Ornati, genitiuus.*) *¶ Quod habui, perdidi. } Nõ dixit id, quod erat, comedi, aut conſumpſi. ¶ Hem, quò redactus ſum! } Vel habitũ ſuum, vel corpus oſtendens, hoc dicit. Nec quicquã hîc, niſi ex media conſuetudine collocatum eſt. ¶ Omnes noti me, atque amici deſerũt. } Sententioſè atque mordaciter in mores. ¶ Hîc ego illum contempſi præ me. } Hoc eſt illud, Homo homini quid præſtat, ſtulto intelligens! ¶ Itáne paraſti te. } Quàm obiurganter! tanquam in illo ſit, quòd miſer eſt. Et alibi, Nam nemo illorum quiſquam ad te venit, quin ita paret ſeſe, vt abs te blanditiis quamminimo precio ſuã voluptatem expleat. Et hoc propriè verbum ad exprimẽdam inhumanitatẽ & ignauiam factũ eſt. ¶ Vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi? } Sẽtentioſè, ad illud quod & Virgilius ait, Ponite ſpes ſibi quiſq;. ¶ Vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi? } Bene: quaſi qui rem à fortuna acceperit. ¶ Simul conſilium cũ re amiſti? } Virgilius, Nec, ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget. Et Saluſtius, Neque fortuna eget: quippe quæ probitatem, induſtriam, aliáſque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam poteſt. Ergo hæc interrogatio, increpãtis eſt: nec deſyderat reſponſionem. Nam conſilium, in bonis animi: Res in poteſtate fortunæ.* (*Conſilium. Res.*) *¶ Ex eodem loco. } Ex eadem fortuna. ¶ Qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo eſt corporis? } Hoc contra illud. ¶ Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis anniſque obſitum } Color ergo ad Sentũ: Nitor ad Squalidum: Veſtitus ad pãnis anniſque obſitum: Habitudo corporis, ad Aegrum refertur. ¶ Omnia habeo. } Ad Quod habui, perdidi. ¶ Neq; quicquam habeo. } Ad Mei loci atque ordinis hominem. ¶ Quæ habitudo eſt corporis? } Plautus in Epidico, Corpulentior hercle, atque habitior. ¶ Omnia habeo. } Ad induſtriam retulit. Neq; quicquã habeo, Ad fortunæ culpam. & item denuo, fortunæ crimen, Cum nihil eſt. Ad ſuam laudem, Nihil deſit tamen. ¶ Omnia habeo, neque quicquam habeo. } Alterũ horũ, neutrũmue poteſt cuiuis accidere: vtrumque nulli. ¶ Nihil cum eſt, nihil deſit tamẽ. } Figura* ὀξύμωρον. *Vt apud Virgilium, Sequitúrq; ſequentem, Et Cicero. Cum tacent, clamãt.* (Oxymorũ.) *¶ At ego infelix neque ridiculus. } Iam tranſit* ἀπὸ τοῦ μιμητικοῦ, πρὸς τὸ πραγματικόν. *¶ At ego infelix neque ridiculus. } Vehementer inuectus eſt in tẽpora & mores poëta ſub hac perſona in qua hominem ita inducit pœnitere probitatis ſuæ, vt ſe infelicem, non honeſtum dicat. Et nõ, nolo. ſed nõ poſſũ. ¶ Quid tu his rebus credis fieri? } Dũ quis ridetur aut vapulat. ¶ Tota erras via. }* παροιμίαν *per* μεταφοράν. (*Errare tota via.*) *¶ Apud ſeclum prius. } Scilicet cũ eſſent tẽpora meliora.* (*Seclũ prius*) *¶ Hoc nouum eſt aucupium. } Vide quid interſit, cum illud quæſtũ dicat, hoc aucupium. illud de ſapientibus, hoc de ſtultis. ¶ Inueni viam. } Adeò nouum eſt aucupiũ. ¶ Eſt genus hominũ. } Quia multi ſunt huiuſmodi non dixit, homines ſunt, ſed, eſt genus hominum. ¶ Hiſce ego non paro me vt rideãt. } Quia ille dixerat, Ego infelix neque ridiculus eſſe, neque*

** Qui iſtic ornatus, inquam, eſt?*

** ſunt tamen.*

que

Negat quis,nego:ait,aio. poſtremò imperaui egomet mihi
Omnia aſſentari. is quæſtus nunc eſt multo vberrimus.
P.Scitum hercle hominem: hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.
G.Dum hæc loquimur,interea loci ad macellum vbi * venimus, *aduentamus,
Concurrũt læti mi obuiã cupedinarij omnes,
Cetarij,lanij, coqui,fartores, piſcatores, aucupes:
Quibus & re ſalua, & perdita profueram, & proſum ſæpe:
Salutant:ad cœnam vocant: aduentum gratulantur.
Ille vbi miſer famelicus videt me eſſe in * tantum honorem, *tanto honore;
Et tam facilè victum quærere: ibi homo cœpit me obſecrare
Vt ſibi liceret diſcere id de me. ſectari iuſſi,
Si pote,tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula,paraſiti itidem vt Gnathonici vocentur.
P.Viden' otium, & cibus quid * faciat alienus? G.ſed ego ceſſo *Facit
Ad Thaidem hanc deducere, * rogitare ad cœnam vt veniat. *& rogare
Sed Parmenonem ante oſtium * Thaidis triſtem video, *Thais *poculenta
Riualis ſeruum: ſalua res eſt: nimirum * hîc homines frigent. *hi
Nebulonem hunc certum eſt ludere. P. * hice hoc munere arbitrantur *iice
Suam Thaidem eſſe. G. plurima ſalute Parmenonem
Summum ſuũ impertit Gnatho. quid agitur? P.ſtatur. G.video.
Nunquidnam hîc quod nolis vides? P.te. G. credo. at nunquid aliud?
P.Quidum? G.quia triſtis es. P.nihil equidẽ. G.ne ſis:ſed quid videtur
Hoc tibi mancipium? P.non malum hercle. G. vro hominem. P.vt falſus animi eſt.

que plagas pati poſſũ. ¶Sed his vltro arrideo.} Quid eſt, His arrideo? aut veluti pareo,id eſt obſequor: aut veluti dictis delector. Atque arrideo, non ſicut in paraſitis fieri ſolet, vt his arrideatur à regibus,cum potius ipſi dictis factiſque rideant alienis:hîc eſſe intelligendum etiam res ipſa indicat ex cõtrario.Nam quod ait ſuprà, His ego nõ paro me vt rideant.hoc è contrario oſtendit quod ſubiiciatur ex dictis. ¶Sed his vltro arrideo.} Vltro, verſa vice,an prior? an etiam inſuper,hoc eſt vltra? ¶Admiror ſimul.} Plus intulit,quàm ſi laudo dixiſſet. ¶Quicquid dicũt.} Nõ,quod dicunt: ſed,quicquid dicũt, id eſt bene vel malè: ne vel ſi intercluſa fuiſſet aſſentatio,ſe impediat,quòd cõtrariũ laudauerit. ¶Id rurſum ſi negant, laudo id quoq;.} Præclarè Terentius quòd à Satyrico de aliis diceretur, id hîc de ſe dicentem inducit facetius multo, quàm ſi aliter feciſſet: ſcilicet καταπτόμενος mores temporum iam tum vitiatos per aſſentationem:quòd ferè in pleriſque fabulis monſtrat.Vt etiam in Andria, Nam hoc tempore obſequium amicos, veritas odium parit. Et in Adelphis. Quòd te iſti facilem & feſtiuum putant, id nõ fieri ex vera vita:neque, adeò ex æquo & iuſto,ſed ex indulgendo,vel aſſentando, & largiendo. ¶Negat quis, nego.} Bene ſic dixit. negat & ait,cõtraria sũt. Vt Plau. in Rudẽte,Vel tu ais,vel tu negas. ¶Iis quæſtus nunc eſt multo vberrimus.} Quã ille apud ſeculũ prius fuerat. Et vide quemadmodum illiberalem vitã honeſtiore nomine nominauit aucupium: poſt etiam queſtũ nominauerit. * hic inducens. ¶Scitum hercle hominem.} Mirè Terentius lõge orationi interloquia quædam adhibet,vt faſtidium prolixitatis

Arridere.
Vltro.
Admirari.
Quicquid.
Aſſentatio mores corrumpit.
Ait.
Negat.

euitet, velut nunc Parmeno procul audiens Gnathonem, hæc loquitur. ¶Interealoci.} Duæ partes orationis cum cõiunctæ vnam fecerint,mutant accentum. ¶Concurrunt læti mihi obuiam.} Et multos & properos vno verbo oſtendit,& ex aduerſo ad feſtinantes. ¶Cupedinarij.} Varro humanum rerum,Numerius, Equitius Cupes inquit,& Aomanius Macellus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis,publicata ſunt bona,& ædes vbi habitabant dirutæ: éque ea pecunia ſcalæ deûm penatiũ ædificatæ ſunt. vbi habitabant, locus vbi vanirent ea quæ veſcendi cauſa in vrbem erant allata.Itaque ab altero macellum, ab altero forum Cupedinis appellatũ eſt. ¶Cupedinarij.} Omnes qui eſculenta & * poculata vendunt, à rebus cupidinis ob alimentum cupedinarij appellantur. Et ipſe ſubiecit qui accipiendi ſunt cupedinarij. ¶Lanij.} Qui laniant pecora:vnde & laniſtę dicti qui laniãdis præſunt gladiatoribus. Sic & Macellum à mactandis pecoribus dictũ. ¶Piſcatores.} Qui recentem piſcẽ præbent. ¶Fartores:} Qui inſitia & farcimina faciunt. ¶Cetarij.} Qui cete,id eſt magnos piſces venditant, & bolonas exercent ¶Cetarij, Lanij, Coqui, Fartores.} ἁμάρτημα comicum, In palliata Romanas res loquitur. ¶Quibus & re ſalua} Cum de meo impenderem. ¶Et perdita profueram.} Cum de alieno nanciſcor & expendo. ¶Sæpe.} Expletiua ſignificationis eſt. ¶Ad cœnam vocant:aduentum gratulãtur.} Vtrum ad emendam cœnã? an ad conuiuium? ¶Aduentum gratulantur.} Accuſatiuum caſum pro datiuo, pro aduẽtui gratulãtur. Et aduẽtus propriè expectatorũ,neceſſariorúmq; dicitur. ¶Ille vbi mi-

Interealoci
Macellum.
Cupedinis Forum.
Cupedinarij.
*Poculẽta.
Lanij.
Laniſtæ.
Macellum.
Piſcatores.
Fartores.
Cetarij.
Sæpe.
Gratulãtur aduentum.
Aduentus

G. Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe? P. hoc nunc dices,
Eiectos hinc nos. OMNIVM RERVM HEVS viciſsitudo* eſt.
G. Sex ego te totos Parmeno hos mẽſes quietum reddam,
Ne ſurſum, deorſum curſites, néue vſque ad lucem vigiles.
Ecquid beo te? P. mén'? papæ. G. ſic ſoleo amicos. P. laudo.
G. Detineo te: fortaſſe tu * profecturus aliò fueras.
P. Nuſquam. G. tum tu igitur paulum da mihi operæ, fac vt admittar
Ad illam. P. age modò, nunc tibi patent fores hæ, quia iſtam ducis.
G. Num quem euocari hinc vis foras? P. ſine, biduum hoc prætereat:
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu iſtas faxo calcibus ſæpe inſultabis fruſtra.
G. Etiam * nunc hîc ſtas Parmeno? ebo, númnam tu hîc relictus cuſtos,
Ne quis fortè internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet?
P. Facetè dictum. mira verò, militi quæ placeant.
Sed video herilem filium minorem huc aduenire.
Miror quid ex Peiræo abierit: nam ibi cuſtos publicè eſt nunc.
Non temerè eſt, & properans venit: * neſcio quid circunſpectat.

ſer famelicus videt me.} Hîc oſtẽdit quę res coëgerit ad diſcendum: & ſimul vide ſecundum vulgi opinionem loqui paraſitum. Miſerum & famelicum, hominem honeſtis moribus præditum. ¶Ille vbi miſer famelicus videt me.} Vide vt ſentẽtioſè demonſtret malos ex bonis contagione fieri, exẽplis in prauum præualentibus. Videt mihi hoc prodeſſe, & diſcere optat quod negabat ſe poſſe. ¶In tanto honore.} Quia concurrunt, ſalutant. Famelicus à fame & edendo dictus eſt, quaſi famedicus.

Contagio malos facit ex bonis.

* profectus

Famelicus.

¶Tam facilè victum quærere.} Quia ad cœnam vocãt. ¶Ibi.} Pro tunc. ¶Homo.} Mirè addidit homo. aut additũ ſuperuacuè Homo. Vt, Donat habere viro decus & tutamen in armis. ¶Vt ſibi liceret diſcere.} Quaſi diſciplinam aut artem. tantum authoritatis criminũ felicitas ſumpſit. ¶Diſcere id de me.} Magis, de illo, & de me veteres dicebant, quàm vt nos dicimus, à me, aut ab illo. ¶Sectari iuſsi.} Propriè. nam & ſectæ philoſophorũ ab eo dictæ ſunt. ¶Ex ipſis} Philoſophis ſcilicet. ¶Ex ipſis vocabula:} Vt Pythagorica, Platonica. Hoc igitur nõ eſt conſequẽs ad illud quod vult dicerẽ: niſi fortè diſciplinam pro diſcipulis poſuerit. ¶Paraſiti vt Gnatonici vocentur.} Nõ hoc intulit quod cæperat dicere: niſi fortè diſciplinam pro diſcipulis accipimus. ¶Vidén' otium & cibus quid faciat alienus?} Rurſus Parmeno & facetias dicit, & diſtinguit longiloquium paraſiti. ¶Quid faciat.} Legitur & quid facit: vt ſit figura per modos, pro, quid faciat. ¶Hanc deducere.} Propriè. Nam ducitur quis ad ſupplicium: Deducitur ad lætitiam. ¶Et rogitare ad cœnam.} Vide paraſitum magis optare ad cœnam Thaidem vocari, quàm munus capere. ¶Thaidis.} Legitur & Thais. ¶Salua res eſt.} Quia & ante oſtium, & triſtem video, ſalua res eſt. Nec hoc valet ad lætitiam, quòd Parmeno eſt, ſed quòd riualis ſeruus. ¶Salua res eſt.} Prouerbialiter. ¶Nebulonem.} Vel furem, quia nebulas obiiciat: vel mollem, vt nebulam: vel inanem & vanum, vt nebula eſt. ¶Hice.} Pro hi, vetuſtè. Virgilius, His certè neque amor cauſa eſt, vix

Ibi.

Diſco de illo.
Sectari.
Secta.

Diſciplina.

*quid circunſpectat?

Ducere.
Deducere.
Thais genitiuus.
Salua res eſt.

Nebulo.
Hice.

oſsibus hærẽt, quia hiſce debebat dicere. ¶Hice hoc munere arbitrantur.} Non immeritò Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus nouerit meretricis conſilium. ¶Summum ſuum.} ἔκλειψις. ¶Summum ſuum impartit Gnatho.} Hæc tota locutio, & parasiticæ elegantiæ, & ſimul εἰρωνείας plena eſt. Nam partit. & plurimam dicit ei ſalutem, quem ne exiguam quidem velit continere: & ſummum dicit eum, qui nec leuis amicus ſit ſibi: & Parmenonem Gnatho, non ego te. ¶Summum ſuũ.} Quàm venuſtè, quòd ſummum amicum non reſalutet Parmeno. ¶Quid agitur?} Pro blandimento, non pro interrogatione nunc ponitur. vt, O noſter, quid fit? ¶Quid agitur? ſtatur.} Pro, quid agis? ſto. Et facetè: nã ſtat, cui ingredi non licet. ¶At nunquid aliud?} Cum iurgio hic de illo reſpondit. & ideo repetit dictum Gnatho. ¶Quidum?} Interrogat interrogãtem, ne ipſe reſpondeat. ¶Nihil equidem.} Dicens nihil, mutauit vultum Parmeno in lætitiam. Ideo illi facetè Gnatho agenti hoc ipſum, ne ſis dixit: vt probaret triſtem fuiſſe. ¶Nihil equidem.} Pro non. & infrà, Nihil dixit vt ſequerer ſe. ¶Hoc tibi mancipium.} ταπείνωσις, mancipium dicit puellam, aut virginem. ¶Non malum hercle.} Inimica laudatio. ¶Vro hominem.} Sibi hoc geſtu & vultu paraſitico dicit, & pro eo quod eſt, dolere cogo. ¶Vt falſus animi eſt.} Similiter & Parmeno ſecum geſtu ſeruili. & animi, pro animo, ἀντίπτωσις veterum: qui ingẽs es virium, & diues es opũ amabant dicere. ¶Vt falſus animi eſt.} Ex hoc falſus animi eſt, quòd putat huiuſmodi munere capi poſſe Thaidẽ. ¶Quã hoc munus gratum Thaidi.} Mirè inſultat Gnatho: Quanto enim magis munus gratũ fuerit, tanto riualis excluſior. ¶Omnium rerũ heus viciſsitudo eſt.} Vide locum in quo erumpere dolor Parmenonis potuit, niſi cõmiſſa ſeruaret, & celaret Thaidis conſilium. ¶Sex ego te totos, &cæ.} Quid eſt totos? an diebus & noctibus? vtpote amatoris ſeruum: ac per hoc ſine vlla ceſſatione & intermiſsione. ¶Hos menſes.} Hos, qui nunc aguntur, id eſt hoc tempore. ¶Quietum reddam.}

Summum ſuum.

Quid agitur?
Statur.

Qui dum?
*tu

Nihil, pro non.
Mãcipium.
Tapinoſis
Vro hominem.
Falſus animi.
Antiptoſis.
Ingens virium.

Diues opũ.
Viciſsitudo rerum.

Facetè, quaſi hoc ipſe fecerit. & hoc eſt quod ait, Plurima
ſalute Parmenonem ſummum ſuum impartit Gnatho: tan-
Surſum deorſum curſitare. quam amico conſulat. [Ne ſurſum deorſum curſites.} Quod
eſt laboris [Neue vſque ad lucem vigiles.} Quod eſt exuij.
[Sic ſoleo amicos.} Hoc εἰρωνευτικῶς. [Detineo te.} Valde te-
Detinere. neo. [Fortaſſe tu profecturus aliò fueras.} Vult exprimere
confeſsionem, quòd ad Thaidem venerit, ſed intrare non
poſsit. [Paululum da mihi operæ.} Hoc quaſi ſupplicantis
Dare operam alicui. vultu ad irriſionem dicitur. [Paululum da mihi operæ.}
Propriè ſic dicitur, adiuua me. Sic in Adelphis, Hæc ope-
ra vt data ſit. [Nunc tibi patent fores.} Ex eo quantum li-
cere oportuit oſtendit, * quàm miſerè nihil illi
liceat Parmenoni. [Quia iſtam ducis.} Hoc quaſi ad Gna-
thonem, ſed lentè, ac ſub lingua murmurat. [Num quem
euocari hinc vis foras?} Quia ipſe intrare non poteſt.
[Sine biduum hoc prætereat.} Et hoc lentius. nam ſi ali-
ter pronuntiaueris, ſecreta produntur. [Qui mihi.} Mihi
Atticiſmus τῷ ἀττικισμῷ dictum eſt. [Fortunatus.} Vt ipſe videris ti-
Næ. bi. [Næ tu.} Næ, valde. [Inſultabis fores.} Saluſtius, Mul-
Inſultare fores. tos tamen ab adoleſcentia bonos inſultauit. [Næ tu iſtas
faxo calcibus. [Mira eloquentia, in qua vtraque ὑπερβολὴ
Hyperbole expreſsiſsima eſt. Nam neque vno digitulo minus aliquid
Numnam. dici poteſt: neque calcibus ſæpe inſultabis, aut amplius, aut
Quidnam. ingentius. [Num' nam.} Hîc nam abundat: vt quidnam.
Relictus. [Relictus cuſtos.} Bene relictus: quaſi ab excluſo. [Ne quis
fortè internuncius.} Propriè, internuncius. [Ne quis fortè
internuncius.} Ex his verbis datur intelligi paraſitum è do-
mo meretricia egredi. [Ne quis fortè internuntius clàm à
milite ad iſtam curſitet.} Et hoc facetè: quaſi ipſe ſibi Thai-
dem totam vendicauerit, quod miles facit. [Facetè di-
ctum.} εἰρωνευτικῶς. quia infacetè. [Mira verò militi quæ pla
Mira. ceant.} Mira, pro mirum. Virgilius, Nota tibi. & eſt εἰρω-
νεία. Quid mirum eſt, inquit, facetè loqui eum, qui militi
placeat? Poteſt tamen & pluraliter intelligi. [Sed video
herilem filium.} Non poteſt Terentius τρόφιμον propriè di-
cere: & ideo herilem filium dicit. [Miror quid ex Piræo a-
bierit. [Hîc cauſa oſtenditur, cur poteſt ignotus eſſe vici-
Miror. nis, & pro Eunucho fingi. [Miror.} Pro neſcio. [Miror quid
ex Piræo abierit.} Vt ex Piræo diſcederet, ſymbola amico-
rum, vt huc perueniret omiſſo negotio, aſpectus virginis fe-
cit. [Nam ibi cuſtos publicè.} Aduerſus prædonum incur-
Piræum. ſus illic excubabat iuuentus Attica. Piræum, vt Sunium,
eſt maritima & acceſſu littoris pars clementior. [Publicè
eſt nunc.} Nunc ambigua diſtinctione poſitum eſt. [Et pro-
perans venit.} Mirè locuturum antè formauit: vt geſtus ver
ba præcedant, verba habitum conſequantur. [Non temerè
eſt.} Vt Virgilius. Haud temerè eſt viſum.

ADRIA. BARL.

Stulto intelligens quid intereſt!} Adrianus Cardina-
Stultus. lis, Stultum id plerique iam putāt quod inſanum, cum in-
Inſanus. ter vtrumque non leue ſit diſcrimen. Eſt igitur ſtultus, ferè
Impurus homo. quod rudis, imperitus, ingenio hebes, aut tardus, vel incon-
ſtans. Inſanus autem, qui alienatæ mentis eſt. Cicero: Ne-
Sentus: que vult ita ſapiens, inter ſtultos videri. [Hominem haud
Obſitus. Impurum.} Pro improbo hic impurum accipit Nonius.
[Video ſentum.} Sentes ſpinæ ſunt. Hinc ſentus, qui lace-
ras veſtes habet. [Squalidum.} Squalor immundities, cor-
pus occupans. [Pannis anniſque obſitum.} Obſitus ager,
qui dumetis eſt obductus. [Qui abligurierat.} Liguriendo
abſumpſerat, ſuauibus eſcis abſumpſerat, vt Donatus ait,
qui ioculari quoque vultu hoc dictum exiſtimat. Haud e-
nim paraſitus culpat, quòd bona comederit is, quem obui- Præ.
um habuit. [Præ me.} Præ, & per appoſitionem, & compo-
ſitionem inuenitur. Significat aliquando idem quod ad, vt
hoc in loco, Præ me, id eſt, ad comparationem mei. [Ego il- Aduerbia localia pro temporalibus.
lum.} Priſcianus dicit aduerbia pleraque localia, pro tem-
poralibus vſurpari. Vt hîc, id eſt, tunc contempſi ego illum
præ me. [Qui color, nitor, veſtitus.} Singula per antithe-
ton opponit illis, video ſentum, ſqualidum, ægrum. & cætera.
[Omnia habeo.} Ad induſtriam retulit. [Neque quicquā
habeo.} Ad fortunæ culpam. Fortuna mihi ſedulò aduer-
ſatur, nouerca eſt: tamen induſtria mea perficio, vt neque
victus quotidianus, neque deſit amictus. [Tota erras via.} Tota erras via.
Prouerbium eſt in eos, qui vehementer aberrant: tranſla-
tum à viatoribus. qui nonnunquam ita ſolent aberrare à
via, vt non ſine diſpendio quidem, tamen quò tendebant
perueniunt. Nonnunquàm ſic aberrant, vt longè diuertant,
& in diuerſum tendant. [Apud ſeclum prius.} Tempus Seculum,
pro hominibus poſitum eſt. Vt cum dicimus, Incuria tem- pro hominibus.
porum periit Trogus Pompeius. Item, Hoc ſeculo nullum
fuit aliud neque doctius, neque latinius. [Eſt genus Homi-
num.} Poëta obliquè ſui ſeculi mores carpit. [Hiſce ego nō
paro me vt rideāt.} Neque enim vt dixi ridiculus eſſe, ne-
que plagas pati poſſum. [Negat quis, nego: ait, aio.} Aio Aio.
propriè ſignificat affirmo. [Scitum Hercle Hominem.} Hæc
Parmenonis interlocutio, ad excludendum tædium facta eſt.
Scitus qui ſciens eſt, & argutus. Vnde ſcitæ Platonis inter- Scitus.
rogationes dicuntur, aſtutæ, & vafræ, & cum magna arte
compoſitæ. [Interea loci ad macellum.} Donatus ait macel-
lum à mactandis pecoribus dictum. alij putant appella-
tum à Macello quodam, qui Romæ latrocinium exercuerit, Macellum.
quo damnato, Cenſores poſtea ſtatuerunt, vt in domo ea-
dem, obſonia venderentur. [Cupedinarij.} Qui cupedia ven
dunt, Et forum cupedinarium. Cupedia, id eſt, vbi lepores, Cupedia.
cuniculi, perdices, & aliæ id genus deliciæ epularum væ-
neunt. [Cetarij.} Qui maiores capiunt piſces. Cetus piſcis Cetus.
maximus in mari Atlantico. Hieronymus. Sicut fuit Ionas
in ventre ceti. Et Sabellicus noſter in hiſtoria Hebraica.
Ionas à nautis in ſubiectos fluctus deturbatur, exceptúſ-
que vaſtiſsimi ceti hiatu, in eius aluo triduo fuiſſe tradi-
ditur. Inuenire eſt & cete in neutro genere, & in numero
multitudinis, vt in Geneſi, Creauit deus cete grandia. Cete.
[Fartores.} Qui farcimina faciunt ex inſecta carne & adi- Fartores.
pe. Optima hæc, & gratiſsimi ſaporis conficiuntur in Selan- Aucupes.
dia. [Aucupes.} Probus dicit, aucupes huius aucupis, non
auceps inclinari: Tamen Catonis verſiculus habet, Fiſtula
dulce canit, volucrem dum decipit auceps. [Me eſſe in tan-
tum honorem.} Vetus eſt: pro in tanto honore. Cicero in po-
teſtatem dixit, pro in poteſtate. [Diſcere id de me.} Pro à
me veteres frequentius dicebant. Ita & audiui de patre
meo. [Tanquam.} Tanquam pro ſicut poſuit. [Diſciplinæ.} Tanquam,
Diſciplinam ſæpe pro ſecta accipiunt Latini. Gellius. Erat pro Sicut.
ibidem nobiſcum ſimul adoleſcens philoſophiæ ſectator, di- Diſciplina.
ſciplinæ, vt ipſe dicebat, Stoicæ. Idem, Phocion ex Peripate-
tica diſciplina haud ſanè ignobilis vir fuit. [Vocabula.} Vt
Platonici à Platone, & Pythagorici à Pythagora. [Para- Paraſitus.
ſiti.} Valla Eſt, inquit, paraſitus, qui omnia ad voluntatem
eius loquitur, in cuius cōtubernio eſt, omnia aſſentatur, om
nia illius facta ſimul & dicta laudat, nihil repugnat, nihil
facere recuſat, ventris gratia, in quo ſummū conſtituit bonū.

In principum aulis magna huiuſmodi copia eſt hominum. ¶ Vidén' otium,& cibus quid faciat alienus?} Tibicinis vitam viuis, in eum aciebatur olim, qui lautè quidem, ſed alieno viueret ſumptu. Tibicines enim quoniam in ſacris olim adhibebantur, adeſſe ſolent & in cœnis illis pontificalibus, idque immunes. Huc reſpexit Terentius, cum diceret: Vidén' otium,& cibus quid faciat alienus? ¶ Nimirum hîc homines frigent. } Frigidum latinè abſurdum dicitur, nec plauſu excipiendum. Cui facetum & plauſibile opponitur. Frigus etiam id appellamus, cum pro riſu,& gratia, vel ſperato fauore, res in diuerſum exiit. Cicero ad Q. fratrem: Pridie idus cum Appius ſenatum infrequẽtem coëgiſſet, tantum fuit frigus, vt populi conuitio nos coactus ſit dimittere. Frigus abſurdam rei ſpeciem ſignificat, quam incommodus conſequitur euentus. Eo ſignificatu Frigere apud Terentium accipitur, cum Gnatho dicit, Nimirum hîc homines frigent, de Parmenone, cui ſtanti ante oſtium Thaidis, ſuum herum præpoſitum iri putabat. ¶ Nebulonem hunc. } Nebulo vanus, vt nebula eſt, fœda quoque res eſt nebula. ¶ Iice hoc munere arbitrantur ſuam Thaidem eſſe. } Non immeritò Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus nouit meretricum conſilium. Priſcianus libro XII. legit hiſce pro hi, dicitque fuiſſe nominatiuum olim hiſce pluralem. Et arbitrantur, non arbitratur. Donatus legit, iſce pro iſ in nominatiuo ſingulari. ¶ Summum ſuum. } Ironiæ plena ſalutatio. Summum amicum non reſalutat Parmeno, an quòd intellexit ironiam? ¶ Quid agitur. } Blandimentum eſt, non interrogatio. ¶ Quia triſtis es. } A' corporis habitu. ¶ Hoc mancipium. } Mancipium dixit puellam forma eximiam, per Tapinoſin. Magna, tapinoſis, tenui ſermone recludit. Eſt humilitas magnæ rei, non id agente ſententia, quod demonſtratur. vt ſi dicas armatum militem, pro multis armatorum milibus: ſi de mari, gurgitem: ſi de vehementi iracundia, ſtomachum dicas. ¶ Non malum hercle. } Tapinoſis, frigida laudatio. ¶ Vt falſus animi eſt. } Animi pro animo per antiptoſin. Vidi codices qui genitiuum animi non habeant. ¶ Omnium rerum heus viciſsitudo eſt. } Viciſsitudo, hoc eſt per vices mutatio. Dictio vices variè accipitur. Vices ſunt alternatio. Aliquando pro loco capimus, vt faciam vice tua, id eſt, pro te. Item pro fortuna vel incõmodo. Tullius: Reipublicæ vicem doleo. Chiliadis primæ centuria VII. Parœmiographus. Hęc, inquit ſententia ſignificat in rebus mortalium nihil eſſe perpetuum, nihil ſtabile, ſed omnia velut æſtuario quodam fluxu, refluxúque, decedere, atque accedere. Et his vicibus fortunæ ab aliis ad alios transferuntur, imperia, opes, gloria, voluptas, eruditio, denique quicquid eſt, aut commodorum, aut incommodorum. ¶ Surſum deorſum curſites. } Huc atque illuc ad Thaidem ab hero, ruſum ab hero ad Thaidem intercurſites, ita vt ſolent amantium miniſtri. Huic planè ſimillimum eſt illud Hecyra: Curſari ſurſum prorſum. ¶ Tu igitur paulum da mihi operæ. } Hoc vultu quaſi ſupplicantis, ad irriſionem dicit Gnatho. ¶ Qui iſtam ducis. } Donatus vult hoc lentè, ac ſub lingua murmurari. ¶ Sine biduum hoc prætereat. } Dicendum & hoc eſt lentius, ne ſi clarè pronuntiaueris, ſecreta prodantur. ¶ Vno digitulo. } Vno digitulo aperire, & calcibus inſultare, vtrunque ſuperlationem habet. illo nihil minus, hoc nihil amplius dici poteſt. ¶ Ne quis fortè internuntius. } Qui inter plures medius ad aliquid tractandum, modò huic, modò illi per vices nuntiat, hunc internuntium Latini vocant. ¶ Facetè dictum. } Et hoc, & quod proximè ſequitur, ironicè dictum eſt. ¶ Miror quid ex Peireo abierit. } Miror pro neſcio. ¶ Ex Peiræo. } Portus eſt inter quem & Athenas, fluuius Iliſſus in mare decurrit. ¶ Ibi cuſtos publicè eſt nunc. } Donatus dicit aduerſus prædonum incurſiones, ſolitam in Peiræo excubare iuuentutem Atticam. ¶ Ex Peiræo abierit. } Hîc oratores vtuntur verbo decedere, quod propriè eſt à mandato cuſtodiæ ſuæ loco recedere. vnde conſules, proconſules, præſides, decedere dicebantur. Item præſidia ex vrbibus aut caſtellis. ¶ Non temerè eſt. } Hîc non temerè, non ſine cauſa ſignificat. Eraſmus in Panegyrico ad Philippum, eleganter mihi videtur vſus, pro vix vnquam. Verba ſunt illius. Non temerè priuata domus in officio perſeuerat, ſi pater familiâs diutulè foris ceſſauerit.

*Margin notes:* Tibicinis vitam viuere. — Frigidus. — Frigus. — Frigere. — Hiſce. Iſce. — Tapinoſis. — Viciſsitudo. Vices. — Surſum deorſum curſitare. — Internuntius. — Decedere. — Temerè.

LATOMVS.

Argumentum. Gnatho ex mandato militis deducens puellam ad Thaidem, fortè incidit in Parmenonem, in quem multa dicacitate illudit. ¶ Dij immortales. } Suis ipſius verbis deſcribitur Gnatho, ad exprimendam paraſiticam perſonam, & præparandum ſpectatorem. ¶ Hominem haud impurum. } Id eſt, ſordidum & auarum. ¶ Sentum. } Horridum, ¶ Quid iſthuc. } Proſopopœia. ¶ Quid homo. } Magnifica & ſuperba contemptio. ¶ Vidén' me ex. } Exemplum diſsimile à ſeipſo, ad amplificationem. ¶ At ego. } Obiectio ad purgationem. ¶ Tota erras. } Solutio & refutatio à temporibus. ¶ Ego adeò. } Cõfirmat ſuo exemplo, & id latius exponit. ¶ Quicquid. } Studium adſentationis ſcitè expreſſum. ¶ Cupedinarij. } Genus hominũ gulæ ſeruientium. ¶ In tantum honorem. } Vetuſtè. ¶ Tanquam philoſopho. } Ridicula comparatio, ¶ Sed ego ceſſo. } Præparatio ad cõgreſſum Parmenonis. ¶ Hiſce hoc. } Parmeno ſecum irriſoriè. ¶ Plurima ſalute Parmenonem. } Gnathonica ſalutatio. ¶ Te. } Facetum reſponſum, & inexpectatum. ¶ Vro hominem. } Ad ſpectatores. ¶ Hoc nunc dices. } Occupatio, cui reſpondetur prouerbiali ſentẽtia. ¶ Sex ego. } Irriſio. ¶ Sine biduũ. } Prædictio in digredientem. ¶ Etiam tu. } Reuerſus Gnatho hoc dicit. ¶ Facetè dictum. } Ironia. ¶ Peiræo abierit: nam ibi cuſtos pub. } Peiræus, portus Athenienſium, qui contra incurſiones publicè cuſtodiebatur.

*Margin note:* Impurus homo.

PETRVS MARSVS.

Dij immortales &c. } Mores paraſiticos, & adulatorum, aſſentatorúmque ſtudia & obſequia, quibus nonnulli ad id agendum impelluntur, quod reprehenditur in primis, & nullam prudentiam adeſſe teſtatur, cum aliis de ſe credat quod non habet, hæc ſcena teſtatur, quo genere hominum nihil eſt in vita ciuili pernicioſius. Vnde interrogatus Diogenes, quæ nam pernicioſiſsimè morderet belua: Ex feris obtrectator, ex mitioribus adulator, reſpondit. Cicero in Lælio, ſic ait: In amicitia nulla maior peſtis, quàm adulatio, blanditia, aſſentatio. Tum autem omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa: tollit enim iudiciũ veri, idque adulterat. Aſſentatio vitiorũ adiutrix, procul amoueatur, quæ non modò amico, ſed ne libero quidem digna eſt. Maxima autem culpa in eo eſt, qui & veritatẽ aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. Ariſtoteles lib. tertio Ethicor. dicit: Qui delectat emolumenti ſui cauſa, vt inde ſibi proueniat in pecuniis, & in his quę in pecuniis cõparantur, vtilitas, adulator vocatur ¶ Haud impurũ. } Purus homo dicitur, qui eſt ſine ſordibus & infamia. ¶ Qui abligurierat bona. } Ligurire, inquit Nonius, eſt deguſtare. Vnde abligurire, multa auidè cõſumere.

*Margin notes:* Adulatio. — Aſſentatio. — Adulator. — Purus homo.

¶ Videe

*Sentus.* ¶ Video ſentum. ⁊ Id eſt horridum, vt ſentes & ſpinæ. ¶ Pannis, anniſque obſitum. ⁊ Mucore & carie obductum, propter ſordidos pannos: & ratione ætatis obſitum, quæ in homine miſero ſemper videtur maior. ¶ Vidén' me ex eodem ortum loco? &c. ⁊ Id eſt, cuius natales non fuerunt tuis diſsimiles, aut clariores, tamen ego melius mihi conſului. ¶ Neque ridiculus &c.

*Ridiculus.* ⁊ Ridiculus eſt is, qui mouet aliis riſum ſua ſcurrilitate atque ineptiis. Et Iuuenalis queritur, paupertatem facere homines ridiculos. ¶ Quicquid dicunt laudo, &c. ⁊ Cicero ſic ait in Lælio: Quid poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius non modò ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur?

*In aſſentatores.* Negat quis, nego: ait, aio. Poſtremò imperaui egomet mihi omnia aſſentari, vt ait Terētius. Sed ille in Gnathonis perſona, quod ad amici genus adhibere omnino leuitas eſt. Maxima, inquit, culpa in eo eſt, qui & veritatem aſpernatur, & in fraudem obſequio impellitur. ¶ Sed his vltro arrideo &c. ⁊ Id eſt, mea ſpōte ita his hominibus ineptis & ſtultis, riſu aſſentior, vt potius irrideam, quàm irrideat. Et ſic oſtendit, ſe non eſſe ridiculum, ſed irriſorem. ¶ Negat quis, nego: ait, aio, &c. ⁊ Suprà dixit in Andria: Obſequium amicos, veritas odiū parit. Vnde Cicero in Lælio ſic ait: Sed obſequium multo moleſtius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit. ¶ Cupedinarij omnes, & cæter. ⁊

*Cupes. Cupediæ. Macellum. Cupedinarij.* Sextus Pompeius ſic ait. Cupes, & cupediæ antiqui lautiores cibos nominabant. Vnde & macellum forum cupedinis appellabant. Cupediæ, inquit, aut à cupiditate dictæ ſunt: vel, ſicut Varro vult, quòd ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. Macellum adpellabatur locus, in quo vendebantur res ad victum pertinentes. Vnde cupedinarij dicuntur, qui res tales vēdunt. Et exprimit Terētius, qui ſint cupedinarij.

*Cetarij. Lanij. Fartores.* Cetarij, inquit Nonius genus eſt piſcatorum, quod maiores piſces capit: dictum ab eo, quod cete in mari maiora ſunt piſcium genera. Lanij dicuntur à laniandis animalibus, beccarios nūc dicimus. Fartores dicuntur, qui immittunt & implent vt qui Lucanicas, ventrem Faliſcum, &c. id genus farciunt. Seneca libro decimo Epiſtolarum, ſic ait: Lignum quod ad emundanda obſcœna, adhærente ſpōgia poſitum eſt, totum in gulam farſit, & præcluſis faucibus, ſpiritum emiſit. Et fartores, authore, Sexto Pompeio, dicebantur nomenclatores, qui clàm velut infarcirent nomina ſalutatorum in aurem candidati.

*Sectari. Secta.* ¶ Sectari iuſſi. ⁊ Sectari, id eſt, ſequi me tanquam authorem nouæ ſectæ. Vnde dicuntur ſectæ philoſophorum, & ſectarius veruex, authore Pompeio, qui gregem agnorum præcedens, ducit. ¶ Tanquam Philoſophorum habent diſciplinæ. ⁊

*Diſciplina.* Diſciplinæ dicuntur ſectæ philoſophorum: Cicero in officiis: Sunt nonnullæ diſciplinæ, inquit: Et Plato in primo de Legibus, diſciplinam appellat educationē, quæ à pueritia deſiderari, amaríque virtutem facit: & illam, qua perfectus quiſpiam ciuis effectus, iure iam imperare ſciat, atque parēre. Et in quinto ſcribit: Diſciplina eſt puerorum educatio, quæ ad rectam legalémque vitam perducit. Maiores noſtri optimam viuendi in Republica diſciplinam appellauerunt. Vnde Cicero in Præfatione librorum, quos Oratorios inſcripſit, queritur ſe prima ætate incidiſſe in ipſam diſciplinæ veteris perturbationem.

*Paraſitus. Nebulo. Riuales.* Paraſitus Græcè, Latinè dicitur adulator & aſſentator. Nebulo, inquit Sextus Pompeius, dicitur, qui non pluris eſt quàm nebula. Riuales, inquit Nonius, dicti quaſi in vnum amorem deriuantes. ¶ Hoc tibi mancipium. ⁊ Mancipia, inquit Iuſtinianus Inſtitutionum libro primo, dicuntur ſerui, eo quòd ab hoſtibus manu capiuntur. ¶ Miror quid ex Piræo. ⁊ Piræus eſt portus Athenarum.

*RIVII caſtigatio.* Interea loci ad macellum vbi venimus. ⁊ Manuſcriptus codex, & de impreſsis Venetus, Lugdunenſis, plerique alij habēt, vbi aduenimus. In quibuſdam manu ſcriptis eſt, vbi aduentamus, quod & ipſum placet. Eſt autem verſus Tetrameter Catalecticus, cuius penultima in fine longa. Id quanquam nullius propè momenti, admonendum tamen putaui. Amplectatur quiſque, quod veriſimilimum ſibi videatur. Sequentes duos verſus ſic leges:

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, cetarij,
Lanij, coqui, fartores, piſcatores, aucupes.

*Aucupes. Auceps.* Hæc, niſi fallor, vera lectio eſt. Probus adnotauit Poētā hîc aucupes numero plurali dixiſſe, vnde docuerit ſingulari quoque aucupes dicendū, alioqui aucupetes dicturum fuiſſe. Errare igitur, qui auceps dicat. Sed, quod pace Probi dixerim, vtitur hac voce auceps & Plaut. in Aſin. & Cice. de Oratore, & Horatius alicubi: vt cæteros primæ notæ ſcriptores omittamus. ¶ Sectari iuſsi, tanquam philoſophorum, &c. ⁊ Hîc deſunt duo verba, Leges igitur, Sectari iuſsi, Si potis, vel, quod idem ſignificat, ſi pote: quomodo habet manu ſcriptum exemplar, & vetuſtiſsima quæque ex impreſsis, nec aliter ſanè verſus conſtat. Eſt autem tetrameter catalecticus, ¶ Paraſiti ita vt Gnathonici vocentur. ⁊ Nos ex antiquis, Itidem, vt Gnathonici &c. Verborum, vt opinor, ſimilitudo effecit, vt typographi ita pro itidē impreſſerint. Quare incuria magis quàm inſcitia locum deprauatū crediderim. ¶ Vidén' otium & cibus quid faciat alienus. ⁊ Sunt exemplaria quæ habeant, quid facit, velut Lugdunenſe & alia quædam. Monuit Donatus legi &, quid facit, vt ſit figura per modos, pro quid faciat. Sic in Adelph. Nunc vide, vtrum vis argentum accipere, an cauſam meditari tuam,

*Modi enallage.* pro, vide vtrum velis κατὰ ἐναλλαγὴν modi. Nam huiuſmodi interrogatiuæ particulæ quid, an, vtrum, ſi quando infinitæ fiant, vt ſit interdum. tunc ſubiunctiuum modum aut potentialem poſtulant, velut in Andr. Scio quid conere. & alibi, Dic quid velis. Vtrumque igitur hîc legi poteſt, & quid facit, & quid faciat. ¶ Ice hoc munere arbitrantur.

*Hiſce, nominatiuus pluralis antiquus.* ⁊ Nos, Hiſce hoc munere & cæt. Priſcian. enim, Inueniuntur, inquit, etiam nominatiuum pluralem hiſce proferentes antiqui. vt Terentius in Eunucho, Hiſce hoc munere arbitrantur ſuam Thaidem eſſe, in quo videntur euphoniæ cauſa, s, interpoſuiſſe. Eodem modo legit Donatus, monétque vetuſtè eſſe poſitum, nec aliter manu ſcriptus codex. ¶ Vro hominem. Par. vt falſus? ⁊ Sunt exemplaria in quibus deſideretur genitiuus animi,

*Falſus animi.* quem addendum eſſe cum carminis ratio docet, tum è Donati commentariis liquet. qui ἀντίπτωσιν eſſe ait veterum pro animo, quale illud Virgilij, O præſtans animi iuuenis, XI. Aen. Falſus autem animi, vel quòd putet huiuſmodi munere capi poſſe Thaidem, vt Donat. ait: vel, vt ego ſentio, quòd ſe Parmenonē vrere magnopere credat.

*Præſtans animi. Profectus.* Huic lectioni ſuffragantur vetuſti codices. ¶ Tu profectus aliò fueras. ⁊ Perperam quibuſdam in exemplaribus legitur profecturus, cum ſecus legendū vetuſta exēplaria doceāt. Profectus aliò fueras, id eſt, aliò proficiſci pararas. Eſt enim eiuſmodi locutio, qualis illa apud Liuium lib. V. Dec. IIII. Quintius quò profectus erat, Demetriadem contendit. Sic & aliàs idem. Similer Plautus in Aulula.

Nunc quò profectus ſum, ibo. id eſt, quò proficiſcebar, vel proficiſci ſtatueram.

DOLETI obſeruatio. Præſtare.

Homini homo quid præſtat! ſtulto intelligens quid intereſt!} Præſtare diuerſam habet ſignificationem: præſtamus enim fidem, beneuolentiam, officium, culpam. Interdum verò pro excellere ponitur: in qua ſignificatione vſus eſt multiplicis. Dicimus enim præſtare aliquem re aliqua: præſtare ad: præſtare, pro melius eſſe: præſtare alicui: præſtare alicui re aliqua: & præſtare aliquem re aliqua, pro vincere, & ſuperare cum ea ipſa re. De quibus omnibus vide in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum. Illhic item vide ſuo loco, quàm variè à Latinis vſurpetur, differre. Verùm vt hanc Terentij locutionem corroboremus, exempla aliunde afferre libet. Cicero Offic. I. Difficile eſt, cum præſtare omnibus cupiueris, ſeruare æquitatem. Idem de Amicitia: Namque hoc præſtat amicitia propinquitati, quòd ex propinquitate eſt. ¶ Hoc adeò ex hac re venit in mentē mihi.}

Venire in mentem.

Venire in mentem, recordationis ſignificationem habet, vel inuentionis ſpeciem: & variè, elegantérque à Latinis vſurpatur. Ponitur enim perſonaliter, vel impersonaliter. Atque in vtroque loquendi genere certa ineſt elegantia. Perſonaliter poſitum. Cum perſonaliter ponitur hic loquendi modus, veniunt nobis in mentem perſonæ, vel res ipſæ. Perſonæ. Cicero ad Att. VII. De Tullia, & Terentia, cum mihi Barbarorum aduentus in mentem venit, omnia timeo: cum autem Dolabella venit in mentem, paulum reſpiro. Res. Cicero Famil. II. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, exiſtimaui me ad te ſcribere oportere. Imperſonaliter poſitum. Venire in mentem, cum imperſonale eſt, tum ſummam elegantiam habet, cum genitiuo adiungitur. Igitur ſic diſtinguere potes, vt vulgaris vſus ſint exempla alia: alia venuſtiora, eáque genitiui. Vulgaris vſus exempla. Cicero Familiarium. IIII. Sæpius mihi veniebat in mentem queri, quòd ita viuerem, quàm gaudere, quòd viuerem. Ibidem: Non mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Cæſar detulerit. Genitiui exempla. Cicero Familiarium VII. Perſæpe mihi cogitanti de communibus miſeriis, in quibus tot annos verſamur, ſolet in mentem venire illius tēporis. Idem pro Quint. Idem dum cogitat, non minus ſæpe ei venit in mentem poteſtatis, quàm æquitatis tuæ. ¶ Conueni quendam mei loci, atque ordinis hominem.}

Ordo.

Ordo, cum hominum eſt, ponitur pro eo, quod vulgus ſtatū vocat: ſcilicet ad ſtatum hominis, vel genus vitæ, vel hominis fortunas refertur. Cicer. ad Att. IIII. Aliter video cēſeri Marcello, & cæteris noſtri ordinis. ¶ Patria qui abligurierat bona.} Abligurriendi ſimplex eſt

Ligurire.

ligurire: quod modò ſignificat deuorare: modò etiam cum quadam elegantia comedere, &, more ſenum, multo faſtidio ſuauiſſima quæq; deguſtare. Sed à cibis ad multa alia trāſfertur. Cicero Famil. XI. Cum quidam de collegis noſtris Agrariam curationem ligurirent, diſturbaui rem, totámq; nobis integram reſeruaui. Idem in Verr. Act. V. Reperietis hominem nec timidè, nec leuiter hæc improbiſſima furta ligurientem.

Abligurire.

Abligurire. Abligurire tranſlatè poſitum pro conſumere, vel conficere vſurpatur. Et in hac ſignificatione hîc intelligendum eſt: & apud Ciceronem in Catil. Orat. II. Iam non ſunt mediocres hominum libidines: inhumanę audaciæ, & intolerandæ: nihil cogitant, niſi cædes, niſi incendia, niſi rapinas. ſua patrimonia profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt, res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Legūt nonnulli obligurierunt: & nos etiam ſic aliquando legimus. ¶ Tota erras via.} Id eſt, prorſus, vel omnino. Ducta metaphora ab iter facientibus, qui cum aliquò ire conſtituerint, errore decepti aliò contendunt. ¶ Hanc primus inueni viā.}

Via.

Via, cum per tranſlationem ponitur, ferè ſemper pro ratione eſt, vel inſtituto. Cic. ad Q. fratr. Omnes vias pecuniæ norunt. Ibidem: Via iuris eiuſmodi eſt quibuſdam in rebus, vt nihil ſit loci gratiæ. Idem in Bruto: Quæ quidem res duplicē habuit docendi viam. ¶ Vbi videt me eſſe in tantum honorem.}

In honorē eſſe.

In honorem, pro in honore dicit: quemadmodum dicit Cicero in poteſtatem eſſe, pro in poteſtate eſſe. Vetus eſt hæc loquendi forma. In honore autem, eſſe ſæpe dicunt Latini. Cic. in Brut. Extat eius peroratio, qui epilogus dicitur: qui tāto in honore pueris nobis erat, vt eum etiā ediſceremus. ¶ Vt ſibi liceret diſcere id de me.}

Diſcere.

Diſcere eſt diſciplinam accipere, comprehendere, vel animo complecti: quod tamen ita diſtinguendum eſt, vt ad rem literariam & doctrinam pertineat: vel extra rem literariam, & doctrinam poſitum ſit, ac tantùm, in cognitione verſetur: ſcilicet vt ſignificet intelligere, cognoſcere, certiorem fieri. Iſta eſt huius verbi ſignificatio: vſus autem huiuſmodi eſt, vt vel abſolutè ponatur: vel accuſatiuum habeat: vel ablatiuum: vel infinitiuum alius verbi: vel cum ablatiuo, & præpoſitione de, iungatur: vt, in hoc loco, Quę vſus varietas eſt cōmunis ſignificationi vtriq;. Exempla vide in Primo Tomo noſtrorum Commētariorum. ¶ Video riualis ſeruū.}

Riuales.

Riuales à riuo ducūtur: & ſunt propriè, qui per eundem riuum aquam ducunt: inter quos ſæpe contentio eſt de aquæ vſu. Tranſlatè verò dicuntur, qui eādem amant. Quam tranſlationem nonnulli ſumptam volūt à beſtiis, quæ ſitientes, cum ex eodem riuulo hauſtū petunt, prælium contra ſe inuicem concitant. Vel à re ruſtica. Nam riuales propriè etiā dicuntur ij, quorum agros riuus aliquis determinat: qui incertitudine, & mutatione crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Hæc ſit tranſlationis ratio. Ex

Sine riuali diligere.

qua prouerbialis eſt loquendi modus, ſcilicet: Sine riuali diligere, vel amare. Sine riuali autem diligere dicuntur, qui ſtultè mirantur, quod nemo alius concupiſcat. Veluti Simia catulos ſuos & miratur, & amplectitur: & indocti Poëtæ ſuas nugas ſoli diligunt. Sūpta eſt allegoria ab amantibus, quibus eſt amica deformis, & quam alius nemo velit. Cicero ad Quint. fratrē. III. O dij, quàm ineptus, quàm ſe ipſe amans ſine riuali! ¶ Plurima ſalute Parmenonem impertit.}

Salute aliquem impertire.

Salute aliquem impertire, vel ſalutem alicui impertire, dicunt vſitatè Latini. De poſteriore locutione exēplum eſt apud Ciceronem ad Attic. II. Terentia affecta eſt tuis literis, & impertit tibi multum ſalutis. Pro ſalutem impertire dicit idem Cicero ſalutem dicere, nuntiare, aſcribere, mittere.

Salutem dicere.

Salutem autem dicere ponitur aliquando in malam partē, pro relinquere, vel refugere: vt apud Ciceronem Famil. VII. Ego multam ſalutem & foro dicam, & curiæ, viuámq; tecum multum, & cum cōmunibus noſtris amatoribus. ¶ Ne vſque ad lucē vigiles.} Vſitatius eſt genus loquendi, quàm

Lux quid ſignificet.

vſque ad diem. Certum eſt autē, lucem pro claritate, & lumine poni. Sed pro ipſa die etiā ponitur, & numeratur pro tempore. Cice. pro Milone: Centeſima lux eſt ab interitu P. Clodij, &, opinor, altera. Præterea, quanquam prima die, pro prima luce barbarè planè ponitur: die tamen pro luce

Dies pro luce.

Latinum eſt. Cicero ad Atticū. XIII. in epiſtola luculenta, qua librum conficit: Equidē credibile non eſt, quantū ſcribā die, quinetiā noctibus: nihil eſt enim ſomni. In ea ſignificatione

De die.

*cation e eleganter dicunt Latini de die. Terentius in Adelphis: Apparare de die conuiuium. Horatius: De medio potare die. Quod eo modo dicimus, quo de nocte: de multa nocte: de media nocte. Quid enim impedit, quominus dicamus de medio die nauem conſcendit, cum Latinè dicamus: Milo de media nocte cum magna manu in campum Martium venit?*

GLAREANVS.

*Huius ſcenæ priores* XXIII. *verſus, excepto vno aut altero, vt ordine dicemus, ſunt trochaici tetrametri catalectici: ſequentes deinde ad finem ſcenæ ſunt iambici tetrametri catalectici. In primo itaque verſu Di, eliditur. In ſecundo verſu d, initio eliditur in Quid, alioqui iambicus futurus. In quarto, qui abli, trochæus eſt, gurie, dactylus.*

*In Ligurio enim u producitur apud Horatium, contra eius formæ regulam. Sextus verſus d elidit in Quid, niſi bacchius ſit loco primo, & in hunc legitur modum, Quid iſtuc inquam ornati 'ſt, quoniam quod miſer habui, perdidi hem. In octauo vel Hic corripitur, cum videatur aduerbium, vel de Illum l abiicitur, vel, quod maximè nobis probatur, creticus eſt loco primo. Nonum carmẽ ita legit Eraſmus, Itáne te paraſti, vt ſpes nulla reliqua in te ſit tibi? Nã quòd ſiet, liber eius habet, librarij menda eſt. Erit autem ſic trochaicus tetra. catalectic. vt præcedentes omnes. Alij ita legunt, Itàne paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi? Atque ita eſſet iambicus tetramet. acatalect. ſicut ſequens verſus, niſi quis l, in Simul elidat, aut, quod malim, bacchius ſit loco primo. Sic enim trochaicus fieri poteſt, de l, elidendo Eraſmo viſum eſt. Idem tamen addit, In trochaico eliditur, inquit, u in Viden, niſi legas Vide. Ego Vide legendum puto, non Viden, ſiue verſus ſit iambicus ſiue trochaicus. Et per bacchium alteram leuiorem habet ſcanſionem. In duodecimo verſu Omnia habe, pro dactylo poni videtur, & alterum Nihil monoſyllabum, alterum diſyllabum eſt. Sunt & alia effugia, vel vt habeo ſit diſyllabum, vel vt Pæan primus ſit loco primo. ſed non eſt opus in re manifeſta pluribus. In decimoquinto, Fuit eſt monoſyllabum, vel creticus loco ſecundo. In decimonono ait Eraſmus d, in Sed elidi initio carminis, & fieri trochaicũ. At ſic ſex duntaxat eſſent pedes, ac ſyllaba. quare ego pro His, malim ipſis legere, & vel bacchium primum ponere, vel d, elidere, vt primo ac ſecundo loco ſit ſpondeus, tertio trochæus, quarto anapæſtus. Vicesimusprimus haud dubiè iãbicus eſt tetra. acatal. niſi quis, quod equidem malim, primo loco ponat bacchium. Sic enim fieret trochaicus tetramet. catalect. vt reliqui. In viceſimotertio, vel eliditur s, in Prorſus, vel, quod puto, creticus eſt loco quarto. ¶Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi ad. ʒ Hîc incipiunt iambici tetrametri catalectici, ad finem vſque huius ſcenæ. In primo hoc verſu pro Venimus, quod præſentis eſt temporis, alij Aduenimus legunt: ſed id parui refert. Secundus ac tertius verſus ferè in omnibus codicibus corruptè leguntur, aliis quædam tollentibus, aliis addentibus. Nos ita verè legendos exiſtimamus,*

*Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, lanij,*
*Coqui omnes, cetarij, aucupes, fartores, piſcatores.*

*Sic neque tollitur Omnes, quod Aldinus ſuſtulit codex, nec Aucupes, quod Deſiderius Eraſmus tollendum arbitratus eſt, cum veteres codices vtrunq; habeant, & ſenſus ita rectè conſtabit, nec minus carminis ratio. ¶Si pote tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis. ʒ Hoc carmen apocopatum erat in Aldino codice, ablatis initio duobus verbis, Si pote aut tribus fortaſsis, Si potis eſt. Vtruncunque tamen legas, verſus erit ſcanſu difficilis. Priore modo, phorum ha, erit dactylus abſque eliſione m, in rum. poſteriore, diſcipli, erit creticus loco ſexto. atque ea lectio mihi probatur, cum conſtanter omnes codices ita habeant. Tertius deinde verſus, s, in Cibus abiicit, ſi Faciat legamus. Sin Facit legatur, non abiicit. quam duplicem lectionem etiam Donatus indicat. In tertio inde verſu, niſi alter ordinauerimus ipſa verba, obueniet trochæus, Thai. Verùm poteſt verſus etiam ita legi, Sed Parmenonẽ Thaidis oſtium ante triſtem video. quæ Anaſtrophe ſi quem offendat, is ad i, e, adiiciendum curet Thaci Donatus indicat & Thais pro Thaidis legi, quod noſtræ lectioni congruit. Hæc ideo admonenda duxi, vt lector eo diligentius exemplaria vetera conſpiciat. Nam qui ante nos idem negotij tractarunt, ferè huiuſmodi vt leuicula, tranſiliunt. Quod nobis quoque facile factu viſum, ſi nõ lectoris vtilitas nobis magis cordi fuiſſet, cuius vtique habenda eſt ratio. In ſequenti verſu pro Hic legendum puto Hi, ídque lex carminis expoſcit. Rurſus in ſequente, Hiſce legit Priſcianus pro nominatiuo plurali, quod mihi non videtur, ſed vel Iſce hoc munere arbitratur ſingulariter legam, vel Ilice hoc munere arbitrantur, pluraliter, vt priore lectione ſolus Thraſo, altera etiam Gnatho notetur. Priſcianum nil moror, cum ſæpe corruptiſſimè citet authores. Rurſus in verſu continuò ſequente vel Suam monoſyllabum eſt, vel bacchius loco primo. In quarto deinde s, in Triſtis eliditur. poſt quem verſum in ſexto deinde, Deorſum vel diſyllabum eſt, vel creticus ſecundo loco. In illo autem Detineo te. fortaſſe tu profecturus aliò fueras, Profectus legendum cenſit Riuius. Et carmen ſanè id poſcit. In continuò deinde ſequenti verſu Paululum habet vetuſtus codex: ita ſcandendo Mihi totum eliditur. In continuo dein ſequente, ſecundo loco proceleuſmaticus eſt, Age modò, & vel Quia monoſyllabum totum eliditur, vel s, de Iſtum abiicitur, vel, quod magis probo, creticus eſt loco ſexo. Octauus à fine ita legendus eſt,*

Thais, pro Thaidis. — Hiſce. Iſce. Ilice. — Profectus.

*Qui mihi aperis nunc fores vno digitulo fortunatus.*

*In quinto à fine vel internuncius eſt tetraſyllabum, vel bacchius loco quarto. In penultimo d, eliditur in Quid, vel bacchius loco ſecundo, & Peiraeo legendum, vt primo loco ſit ſpondeus, ſecundo vel idem, vel Bacchius, tertio dactylus, quarto & quinto anapæſtus.*

IOANNES THEODORICVS.

Paraſitus.

*Neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. ʒ Paraſitus eſt, qui diuitum ſectatur menſas, quique ad eorum voluntatem omnia loquitur & facit, nihil repugnans ventris & cibi gratia. vnde & nomen habet, quaſi dicas ad cibum.* παρὰ, *ad:* σιτίον, καὶ σῖτον, *cibus:* σιτεῖα, *ſagina. Horum mores hæc ſcena ſcitiſſimè deſcribit. Apud vetuſtiſſimos tamen honeſtum fuit paraſiti verbum. Nam paraſiti vocabantur comites atque miniſtri Pontificum magiſtratuúmque, qui colligendo præficiebantur ſacro frumento. Hinc & locus in quo id recondebatur, paraſition dictum: vt docet Athenæus libro ſexto. Plutarchus in Solone author eſt, Solonis cenſeri proprium inſtitutum,* τὸ περὶ τῆς ἐν δημοσίῳ σιτήσεως, *quod ipſe (inquit)* παρασιτεῖν *vocauit. Nec eundem conuiuam ad hoc epulum admittebat ſæpius. Si is autem cui ſorte obuenerat, recuſaſſet, plectebatur. quòd illud plus*

*æquo appetentis eſſet, hoc ſuperbi ac faſtidioſi nimis & cõmunia contemnentis putaret. Vt verò nunc paraſitus appellatur, prodiiſſe primùm ab Alexide putat Caryſtius Pergamenus. Quin ante omnes paraſitum induxiſſe Homerus animaduertitur, quem appellaſſe φίλον εἰλαπιναστὴν videtur, id eſt amicum menſalem. Veteres poëtæ paraſitos*

Colax.

*dixere Colacas, id eſt adulatores. cibum enim κόλον vocabant: vt & κοιλία venter dicebatur. meminit Alciatus libro quarto: Parergων capite decimoſexto. Horatius quoque libro ſecundo, epiſtola prima, edaces appellat paraſitos. Criton comicus, teſte Athenæo, Delios vocat Phœbi paraſi-*

Paraſiti Phœbi.

*tos. Quàm religioſè coleretur Phœbus in inſula Delo, nemo neſcit. Ex quo & illud Martialis libro nono epigrãmat. viceſimonono, de celebratiſſimo illo Domitiani Mimo, cui nomen Latinus,*

*Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi,*
*Roma ſui famulum dum ſciat eſſe Iouis.*

*Porrò Mimi ſiue Hiſtriones, dicebantur Phœbi, ſeu Apollinis paraſiti, quia ſeruiebant poëtis, eorum ſcripta recitantes. Poëtarum enim præſidem eſſe Apollinem, quis ignorat? Ex his poëtæ verbis deprehendimus duplex paraſitorũ genus. Vnum, quod ridiculis dicteriis cibum alienũ captabat: qui à Plauto in Captiuis & deriſores & ridiculi appellantur. Alterum, quod verbera aliáſque indignitates vltro patiendo, victum quæritabat. Qualis apud Homerum Irus fuit, cuius antagoniſtam ſe Vlyſſes ſimulat. Iſti quoniã propter cibũ plagas & verbera facilè patiebantur, eleganti vocabulo nuncupantur à Plauto Plagipatidæ, ac Laco-*

Plagipatidæ.

*nes. Pueri enim Laconici ad aram Dianæ ſe inuicem vltrò*

Lacones.

*flagris concidere ſolebant. Cicero Tuſculanatũ ſecundo: Lycurgi leges laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Spartæ verò ad aram ſic verberibus accipiuntur, vt multus è viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam (vt, quum ibi eſſem, audiebam) ad necem: quorũ non modò nemo exclamauit vnquam, ſed ne ingemuit quidẽ. Hactenus Cicero. Huius meminit & Plutarchus in Lycurgo, multos etiam mori ſe vidiſſe teſtificans. Sed miſer iſte neutro generi ſe idoneum dicit. Proinde admonetur à Gnathone, nõ duplex tantum eſſe genus paraſitorum: ſed ſua etiam inuentione tertium exiſtere, liberum ab iſtis miſeriis, & extra ludibria poſitum, adulatores ſcilicet, qui vbique ad omnia aliorum & dicta & facta illud Euge accinunt: ſéq; iſtius diſciplinæ & ſcholæ dogmatiſten aſſeuerat ipſe Gnatho.*

*Miror quid ex Piræo abierit.* Piræum, vt Sunium (ait Donatus) eſt maritima & acceſſu littoris pars clementior.

Piræus. Piræeus.

*Hæc ille: Sed quoniã res mihi viſa eſt digna quæ pluribus explicetur, ſic habeto. Stephanus author eſt, veteres Piræũ dixiſſe, & inde poſſeſſiuũ Piræus, a, um, tribus ſyllabis: pro quo poſteriores Piræeus fecerũt, etiam triſyllabum, ſed cum diphthongo in tertia ſyllaba. ſic enim apud Strabonem & Suidam paſſim ſcribitur πειραιεὺς: cuius obliqui quatuor fiunt ſyllabarum. Statius libro duodecimo Thebaid.*

*Qui gelidum Braurona viri, qui rura laceſſunt.*
*Munichia, & trepidis ſtabilem Piræea nautis.*

*Ouidius libro quarto Faſtorum, pluraliter & genere neutro vſurpauit, hoc verſu,*

*Sunion expoſitum, Piræáque tuta receſſu.*

*Linquit, & in dextrum quà iacet ora latus. vbi legunt nonnulli Pyrrhæáque. Idem quoq; libro ſexto Metamorph. adiectiuo vſus triſyllabo, —iubet ille carinas*
*In freta deduci, velóque & remige portus*
*Cecropios intrat, Piræáque littora tangit.*

*Sed hîc pro Piræea, quidam legi putant Piræa, per ſyncopen. Alij Piræea quidem legunt, ſed ſic, vt penultima vocalis cũ vltima per Synizeſin pro vna, in ſcanſione ſumatur. Atque iiſdem de cauſis legi exiſtimant apud Terentium Piræo, pro Piræeo: Miror quid ex Piræo abierit. & rurſum Act. III. ſcena IIII. Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo. Quid autem ſit Piræeus, ex iis diſces quæ ſequuntur. Strabo libro nono: Piræeus Athenarum portus & emporium, abeſt à Scœnunte Iſthmi initio, ad ſtadia CCCL. ab Sunio autẽ ſtadia XXX ſupra CCC. Pauſanias in Atticis: Piræeus, inquit, municipium quondam fuit. Nam antequam Athenienſibus imperaret Themiſtocles, nauale ibi nullum extabat. Phalerum autẽ (hoc enim loco, minimo interuallo mare ab vrbe diſtat) nauale ea ætate fuit. Poſtquam verò rerum eſt potitus Themiſtocles, eiq; Piræei ſitus cõmodior ad nauigandũ eſt viſus (quippe qui tres portus pro vnico illo Phalero haberet) hunc illis, quò naues ſubducerent, apparauit. Idem etiam memoriæ prodidit in Themiſtoclis vita Plutarchus. ſed & Thucydides libro primo, ex cuius narratione poſſis hãc velut epitomen colligere. Principio Athenienſes Phalerũ portum habebant, muro coniunctum vrbi, qua parte mare minimùm ab vrbe aberat. Poſtea quum Medi in Atticam impetum facerẽt, Themiſtocles Athenienſium dux, prudentia & audacia vir ſingulari, animaduertẽs Piræeum longè commodiorẽ eſſe Phalero, vtpote qui pro vna tres ſtationes nauium haberet: ciuibus perſuaſit, vt relicto Phalero, Piræeum portum exædificarent. Huius ſententia à populo approbata, muro à portu ad vrbẽ denſiſſimo deducto, Piræeum vrbis inſtar muniuerunt: atq; vno eodémque muro Phalerum, Piræeum, Munychiámq; concluſerũt. Non fuit hic murus, vt alij, è calce aut lateritio opere factus: ſed ingẽtes lapides figura quadrãgula ſcitiſſimè inter ſe coaptati, ferreis laminis connectebantur. Tantáque latitudo eius erat, vt onuſti duo currus obuiam ſibi facti, liberè, nullo impedimẽto aut mora, progrederentur. Erat autem Munychia* Munychia.
*ad Orientẽ iuxta Athenas oppidulum, muro mœnibúſque cinctũ, cum elegantiſſimo portu. Erátq; locus omnis CCCC. nauium capax. Cic. ad Attic. lib. VII. epiſtola tertia: Venio ad Piræea. in quo magis reprehendendus ſum, quòd homo Romanus Piræea ſcripſerim, non Piræeum (ſic enim omnes noſtri locuti ſunt) quàm quòd IN addiderim. non enim hoc vt oppido præpoſui, ſed vt loco. Et tamen Dionyſius noſter, qui eſt nobiſcum, & Nicias Cous non rebatur oppidum eſſe Piræea. ſed de re videro. Noſtrum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt, quòd non vt de oppido locutus ſum, ſed vt de loco: ſecutúſque ſum, nõ dico Cæcilium, Manè vt ex portu in Piræeum (malus enim author Latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis, putabantur à C. Lælio ſcribi: Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræeũ. Et idem, Mercator hoc addebat, captum è Sunio. Quòd ſi δήμοις oppida volumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quàm Piræeus.*

DONATVS

*potiundæ

OCCIDI.} In hac ſcena nouus amor adhuc ephebi, & conſilum *demonſtrandæ virginis demonſtratur: tanta virtute poëtæ comici, vt hoc commentũ non quæſitũ eſſe, ſed occurriſſe ſua ſponte videatur. ¶ Occidi, neque virgo eſt vſquam. } Non habuit quid dicere debeat aliud, properãs & circunſpiciẽs, niſi occidi. ¶ Occidi. } Produc mediam ſyllabam verbi huius, & cõtrarium ſignificat. ¶ Neq; ego, qui illam è conſpectu amiſi meo. } Amatoriè, dum illam non inuenit, & ſe perdidit. ¶ Vbi quæram? } Hoc circũſpectantis eſt. ¶ Vbi inueſtigem? } Plus intulit. ¶ Quem perconter? } Hoc tertiũ plus intulit. nam vbi nec veſtigia reperiuntur, ſupereſt interrogatio ¶ Quam inſiſtam viam? } Si nec qui interrogetur apparet. ¶ Quam inſiſtam viam? } Et qua via, legitur. ¶ Vbi vbi eſt, diu celari non poteſt. } Ob nimiam ſcilicet formæ gratiã. ¶ O faciem pulchram. } Faciem modò, non partem corporis dicit: ſed totam ſpeciem, quæ apparet & cernitur. Virgilius, —quibus aſpera quondã Viſa maris facies. ¶ Deleo omnes dehinc ex animo mulieres. } πρὸς τὸ πιθανὸν argumentatus eſt, vt oſtenderet hunc grandem iam ephebum etiam amoris expertem non fuiſſe. Sic & alibi, Cum me ipſum noris, quàm elegans formarum ſpectator ſiem, In hac commotus ſum. ¶ Quotidianarum. } Hoc eſt leuium, & vſitatarum. eſt quippe huic cõtrarium, Noua figura oris. Papæ. ¶ Ecce autem alterum. } Sic dicimus, cum propter alterum, de altero venit in mentem. ¶ Neſcio quid de amore loquitur. } Vt iamdudũ Phædria loquebatur. ¶ O infortunatum. } Hoc dictum preſtruxit ad exitum fabulæ ac Cataſtrophen. Nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic ſenex per fallaciam Pythiæ, & indicium Parmenonis: atq; ita firmabuntur nuptiæ virginis, quã ducet Chærea. ¶ Hic verò eſt. } Vtrum ſenex, an Chærea? ſed ſenex potius. Hic verò eſt ſenex. ¶ Qui. } ſcilicet Chærea. ¶ Præ vt huius rabies quę dabit. } Præ ex cõparatione ſignificat. Ergo propriè, & eſt integra locutio: & ordo eſt, præut illa ſunt, quæ huius rabies dabit. Et bene Dabit, quaſi de re violenta. Vt, —dabit ille ruinam Arboribus. ¶ Præut huius rabies quæ dabit. } Hic ex parte characteris inſcius quidẽ eſt perſonæ Chæreæ, quem moribus coniicit ſeruus ardentiorem in amorem ferri poſſe ſimul ac cœperit. ¶ Præut huius rabies quæ dabit. } Et hîc oſtenditur iampridem motũ in res venereas Chæream, & magna poëtæ cura eſt, ne incredibile videatur, adoleſcentulum qui pro Eunucho deduci potuerit, tam expeditè virginem vitiaſſe. quocirca artifex ſummus, quod ætati non poteſt, naturæ attribuit Chęrcę: vt callidior ingenio, & ante annos amator, non libidinem in ſeſe, ſed quandam rabiem deſignauerit in venereos appetitus. ¶ Vt illum. } Pro vtinam ¶ Di deæque ſenium perdant. } Plus dixit ſenium quam ſenem. Nec mireris, poſt Seniũ, qui additum: ideo quia declinationem ad intellectum retulit. vt alibi, In Eunuchum ſuam. Et ſenex, ad ætatem refertur: ſenium, ad conuitium. ſic Lucilius ait, At quidem te ſenium, atq; inſulſe ſophiſta. ¶ Remoratus eſt. } A remora piſciculo, qui & ἐχενηΐς vocatur, Remoratio & remoratus dicitur. ¶ Tum autem, qui illum. } Tum autem, pro &. Duas vult enim cauſas eſſe, cur ſeipſum dij perdant: vnam, quòd reſtiterit: alteram, quòd ſenem peruerit, ius diu remanſerit à perſequenda virgine. Et nota flocciſecerim, & contemnere, & non contemnere ſignificare: vt nunc, Qui illum flocciſecerim. deeſt vel: vt ſit, vel flocciſecerim. ¶ Quid tu es triſtis? quid ve es alacris? } Prouerbiale eſt in hominẽ perturbatum & incerti vultus. Aut lætus es. nam ala-

Quærere.
Inueſtigare
Percõtari.

Facies.

Quotidiana forma.

Ecce autẽ alterum.

*qua inſiſtã via?

Præ.

Praut.

Dare.

Vt.

Seniũ qui.

Remora.

Remoror.

Tum autẽ.

Flocciſacere,

Alacris.

# ACTVS II. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

CHærea laudat fortè conſpectam virginem: quæritur ſubductam: Parmeno oſtendit quî fieri poſsit vt illa potiatur.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequẽti ſcena nouus amor Chæreæ ephebi oſtenditur, laus formæ virginis conſpectæ, conqueſtio Chæreæ: deinde conſilium eius potiundę per ſubornationem Chæreæ loco Eunuchi. Hæc omnia tanta equidem virtute Comici Poëtæ, vt hoc commentum ſua ſponte occurriſſe, non quæſitũ aut elaboratũ videatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena fit occaſio ad ſtuprandum puellam, quæ Thaidi data erat dono. Querela eſt quoque pathetica ob puellam in via amiſſam.

*Iambici Trochaicíq; tetrametri permixti. Senarij item aliquot in media Scena.*

CHAEREA, *adoleſcens*, PARMENO.

OCCIDI.
*Neque virgo eſt vſquam:*
*neque ego, qui illam è*
*conſpectu amiſi meo.*
*Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem perconter?*
**quam inſiſtam viam?*
*Incertus ſum: vna hæc ſpes eſt, vbi vbi eſt,*
*diu celari non poteſt.*
*O faciem pulchram. deleo omnes dehinç ex*
*animo mulieres.*
*Tædet harum quotidianarum formarum.*
P. *ecce autem alterum,*
*Neſcio quid de amore loquitur.* O *infortu-*

natum ſenem!
Hic verò eſt, qui ſi amare occeperit, ludum iocúmque
Dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit.
CH. Vt illum dij, deǽque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt,
Méque adeò, qui reſtiterim, tum autem, qui illum non flocci fecerim.
Sed eccum Parmenonem. ſalue. P. quid tu es triſtis, * quídve es alacris?
Vnde is? CH. ego neſcio hercule, neq; vnde eam, neque quorſum eam:
Ita prorſum oblitus ſum mei.
P. Quî quæſo? CH. amo. P. hem. CH. nunc te Parmeno oſtendes qui vir ſies.
Scis te mihi ſæpe pollicitum eſſe, Chærea aliquid inueni
Modò, quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt cognoſcas meam:
Cum in cellulam ad te patris penum * omne congerebam clanculum.
P. Age inepte. CH. hoc hercle factum eſt. * fac, ſis, nunc promiſſa appareant.
Siue adeò digna res eſt, vbi tu neruos intendas tuos.
Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum: quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt * graciles ſient.
Si qua eſt habitior paulo, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum:
Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas.
Itaq; ergo amantur. P. quid tua iſtæc? CH. noua figura oris. P. papæ.
CH. Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. P. anni? CH. anni ſexdecim.
P. Flos ipſe. CH. hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precariò
Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modò.
P. Quid, virgo cuia eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundẽ. P. vbi habitat?

*cris, l, litera pro d, poſita,*
*Adacrys.* *non triſtis, id eſt, ἄδακρυς intelligitur.* [ *Quídve es alacris?* ] *Et alacer, & alacris dicitur: vt habes apud Virgilium, Ego alacris, cunctóſque putãs excedere pugna.*
*Alacritas.* [ *Quídue es alacris?* ] *Alacritas, eſt mutatio quædam vultus geſtientis in ſpem aliquam.*
*Vnde is?* [ *Vnde is?* ] *Modò ad quid venis ſignificat. ſed*
*Eo, is.* *eo, de loco ad locum veteres dicebant, quod mox in ſubiectis probabitur.*
*quídni
[ *Quorſum eam.* ] *Bene, quia proxime dixerat, Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem percontet? quam inſiſtam viã? incertus ſum.* [ *Quorſum eam.* ] *Hinc vt diximus, manifeſtum eſt, Ire & aduentũ ſignificare.* [ *Ita prorſum oblitus ſum mei.* ] *Huic contrarium, Sum memor ipſe mei. Ergo oblitus mei, inſanus.* [ *Ita prorſum ſum obli-*
*Prorſus.* *tus mei.* ] *Prorſus: recta, id*
* omnem
*eſt omnino: nam prorſum, eſt porrò verſum, id eſt ante*
*Proſa oratio.* *verſum. hinc & proſa oratio, quam non inflexit cantilena.*
*faxis.
[ *Hem.* ] *Si cum H, Parmeno. ſi leniter, Chærea.* [ *Oſtẽdes qui vir ſies.* ] *Non, ſi vir ſies: ſed qui vir ſies:*
*Emphaſis.* *quod eſt ἐμφατικώτερον. ſi quæſiſſet quidem, qui vir ſies, an debeat præſtare qui virũ ſe ſic monſtraturus eſt?*
*Vir.* *Et vir modò, non ad ſexum, nec ad ætatem dicitur, ſed ad laudem.* [ *Qui vir ſies.* ] *In veteribus inuenitur.*
* Probus legit gracilæ.
[ *Sæpe pollicitũ eſſe.* ] *Polli-*
*Pollicitus.* *citum, quod promittentem vltro ſignificat, dixit. & ſæpe pollicitum ſe, an neceſſe ſit præſtare eum qui promiſerit?* [ *Chærea aliquid inueni.* ] *Induxit μίμησιν pragmaticè,*
*Mimeſis.* *more ſuo, non contentus dicere quid pollicitus ſit tantùm, ſed quo modo etiã, & quibus verbis.* [ *Modò, quod ames.* ]
*Modò.* *Tantummodo. quaſi hæc mora ſit promiſſis complendis.* [ *In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoſcas meam.* ] *An poſſit,*

*qui poſſe ſe affirmauit? plus eſt probaſſe quod promiſerit, quàm oſtẽdere quod poſſit.* [ *Cum in cellulam.* ] *Sic dicit anus.* * *quæ & acceperit beneficiũ.* [ *Patris penũ omne.* ] *Ipſum penum: non ex eo aliquid, ὑπερβολικῶς. Et hoc penu, & hic penus, & hæc penus, vt veteres dixerunt. Ergo & omnem & omne legitur.* *Hyperbole* *Penus.* [ *Congerebã clanculum.* ] *λάθρα ἢ κρύφα.* [ *Age inepte.* ] *Qui dubitas de promiſſis: an qui exprobres te multa eſſe largitum?* [ *Hoc hercle factum eſt.* ] *Inueni quod amem. hoc quod dicebas, inquit, moræ eſſe, iam factum eſt. amo.* [ *Promiſſa appareãt.* ] *Vtilitatem vt cognoſcam tuã.* [ *Siue adeò digna res eſt.* ] *Si perſona Parmenonis eſt, Siue abundat: & pro expletiua coniunctione modò eſt. In quibuſdam omnino non legitur. Adeò autem abundat, aut nimis ſignificat, vel* *Adeò.* *ſatis. Si Chærea dicit, hic ordo & ſenſus eſt, Fac ſi vis nũc, ſiue adeò digna res eſt, vbi tu neruos intẽdas tuos, vt promiſſa appareãt. vt ſit Sis ſi vis: & addatur Vt, quod deeſt. Fac vt promiſſa appareant.* *Sis.* [ *Vbi tu neruos intendas tuos.* ] *Vtrum obſcœnè hoc vt ſeruus? an μεταφορικῶς? vbi laborare ac periclitari debeas.* *Neruos intendere.* *Sed melius legũt qui hoc totum ad perſonam applicãt Chæreæ: & melius q̃ qui Parmenonẽ hoc putant loqui, Siue adeò digna res eſt vbi neruos intendas tuos.* *Noſter.* [ *Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum.* ] *Ciuiũ ſcilicet, id eſt terræ ac patriæ noſtræ. vt virgilius, Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris. Et Saluſtius, Noſtri fœda fuga, &c.* [ *Quas matres ſtudent.* ] *Hoc verbo oſtendit cultum induſtriæ, nõ pulchritudinem naturalem.* [ *Demiſſis humeris eſſe.* ] *Antiqui enim Græci etiam virginibus ſuis præbebant palæſtram*

*Demiſſis humeris.* — *Habitior.* *Habitudo.* *Habilis.* — *Bona natura.* *Reddere.* *Cura.* *Curatio.* *Curatura.* *Iunceus.* *Itenia.* — *Papæ.*

*læſtram, ad componẽda corpora. Vel, demiſſis humeris eſſe, liquidè & molliter deductis, neque extãtibus alæ in modũ. [Vincto pectore.] Caſtigato ac tenui, & velut vincto. Deeſt ergo velut. [Vt graciles ſient.] A ſingulari gracilis venit hęc declinatio. [Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore.] Non accipiendum eſt quaſi hoc dicat, Ad, hoc illas ſtudent matres demiſſis humeris eſſe, & vincto pectore, vt graciles ſient: quaſi hæc duo propter vnum illud fiant. ſed variè tria dixit, ne diceret * aut ſtudent illas demiſſis humeris, & vinctum pectus, vt graciles ſient. [Si qua eſt habitior.] Vnde & habitudo dicitur: vt, Quæ habitudo eſt corporis? nã habilior, aptior intelligitur. vt, Nanque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum. Ergo habitior, legendum eſt. [Pugilem eſſe aiunt.] Laus in virginem. [Deducunt cibum.] Mirè vituperauit formam, quam accurauerit fames. Et propriè deducunt. [Tametſi bona eſt natura.] Bona, id eſt plena, magna, & pinguis. [Reddũt.] Exhibent, perficiũt. [Curatura.] Cura, mẽtis eſt, Curatio, medicinæ: Curatura, diligẽtiæ. [Iunceas.] Tenues & pallidas. [Itaq; ergo amãtur.] Itaque inquit, nemo illas amat. εἰρωνεία eſt. aut verè amãtur: vt eo magis hæc amanda ſit, quæ naturæ beneficio, nõ factis comptibus, aut induſtria eſt pulchra. [Itaq; ergo amantur.] Atq; ita fit vt amentur: non naturæ merito, ſed induſtria. [Quid tua iſtæc?] Rectè. ſic enim ipſe dicet, At nihil ad noſtram hãc. [Noua figura oris.] Laudis genus eſt, noua: quia dixerat, Tædet quotidianarum harum formarũ. [Quid tua iſtæc?] Deeſt, qualis eſt, dic. [Papæ.] Interiectio mira ſubitò acci-*

CH. Ne id quidem. P. vbi vidiſti? CH. in via. P. qua ratione amiſti? CH. id equidẽ
Aduenieus mecum ſtomachabar modò: neq;
Quenquam ego hominem eſſe arbitror, cui magis bonæ
Felicitates omnes aduerſæ ſient.
P. Quid hoc eſt ſceleris? CH. perij. P. quid factum eſt? CH. rogas?
Patris cognatum, atque æqualem, Archidemidem
Noſtin'? P. quídni? CH. is, dum ſequor hanc, fit mihi obuiam.
P. Incommodè hercle. CH. imò enimuero infeliciter:
Nam incõmoda alia ſunt dicenda Parmeno.
Illum liquet mihi deierare his menſibus
Sex, vel ſeptẽ prorſum non vidiſſe proximis,
Niſi nunc, cum minimè vellem, minimèque opus fuit.
Eho, nónne hoc monſtri ſimile eſt? quid ais? P. maximè.
CH. Continuò accurrit ad me quàm longè quidem,
Incuruus, tremulus, labiis demiſſis, gemens:
Heus, heus, tibi dico Chærea, inquit. reſtiti.
Scin' quid ego te volebam? dic. cras eſt mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nunties
Patri, aduocatus manè mihi eſſe vt meminerit.
Dum hæc * dicit, abiit hora: rogo, nunquid velit.
Rectè inquit, abeo. cum huc reſpicio ad virginem,
Illa ſeſe interea commodùm huc aduorterat
In hanc noſtram plateam. P. mirum ni hanc dicit, modò
Huic quæ data eſt dono. CH. huc cum aduenio, nulla erat.
P. Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?
CH. Verum, paraſitus cum ancilla. P. ipſa eſt ſcilicet.
Deſine: iam conclamatum eſt. CH. alias res agis.
P. Iſtuc ago quidem. CH. noſtin' quæ ſit?

*Color verus.* *Solidum corpus.* *Succus.* — *Vi, clàm, precario.* — *Viclam.* — *loquitur* — *Neſcio.* *Tantundẽ.* *Ne id quidem.* *Amiſti.*

*pientis. [Color verus.] Quia non de cura eſt, ac de fuco, id eſt, naturalis, nõ fucatus. [Corpus ſolidum.] Quia nõ vitiatum. [Succi plenum.] Quia nemo deduxit cibum. nã ſuccus, eſt humor in corpore, quo abũdant bene valentes. Virgilius, Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis. Succus, propriè quaſi ſugus: quem ſibi ex alimentis membra ſugunt, vt ſe repleant. [Corpus ſolidum.] Plenum & forte, id eſt non flaccidum. [Succi plenum.] Succus, eſt interior pinguedo membrorũ. [Anni ſexdecim.] Vide quemadmodũ ætatẽ virginis maturæ poëta ex occaſione demonſtrauerit. [Hãc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precariò.] Hęc tria ſunt quibus nõ rite res agitur. Vel vi, vel clàm, vel precariò, Sine pretij mentione, vel quia virgo, non meretrix: vel quia nulla ephebo ſpes eſt fallendi ſenis. [Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precariò fac tradas.] Secundum ius locutus eſt: nam his tribus mala fide aliquid poſſidetur: vi, clàm, precariò. Vi, quia virgo. clàm, quia cuſtoditur. precario, quia pretium non habet Chærea. [Mea nihil refert, dum potiar modò.] Non hoc perſonæ attribuendum eſt, ſed affectui. non enim quia Chærea eſt, ſed quia amator, * de ſe cupit facere quemadmodũ potiatur. [Quid virgo, cuia eſt?] Vtrum ſerua, an filia? [Ne id quidem.] Pulchra varietas, Neſcio, Tantundẽ, Ne id quidem. [Qua ratione amiſti?] Figura συγκοπὴ, pro amiſiſti. [Qua ratione amiſti?] Si non remanſiſſet Chærea, ſed conſecutus virginem vidiſſet quò deducta eſſet prius, quàm Parmenonem conueniret: nõ ita procederet fabula, vt nunc procedit. irruiſſet enim in cognitionem meretricis importunè Chærea, nec pro Eunu*

dic mihi: aut
Vidiſtin'? P. vidi, noui: ſcio quò abducta ſit.
CH. * Eho Parmeno mi, noſtin'? P. noui. CH. * & ſcis vbi ſiet?
P. Huc deducta eſt ad Thaidem meretricē: ei dono data eſt.
CH. Quis is eſt tam potens cum tanto munere hoc? P. miles Thraſo
Phædriæ riualis. CH. duras fratris partes prædicas.
P. Imò enim ſi ſcias quod donum huic dono contrà comparet,
Tum magis id dicas. CH. quódnam quæſo hercle? P. Eunuchum. CH. illúmne obſecro
Inhoneſtum hominem, quē mercatus eſt heri, ſenem mulierem?
P. Iſtunc ipſum. CH. homo quatietur certè cum dono foras.
Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis vicinam. P. haud diu eſt.
CH. Perij, nunquámne etiam me illam vidiſſe? ehodum, dic mihi:
Eſt'ne, vt fertur, forma? P. ſanè. CH. at nihil ad noſtram hanc. P. alia res eſt.
CH. Obſecro hercle Parmeno, fac vt potiar. P. faciam ſedulò, ac
Dabo operā: adiuuabo. nūquid me aliud vis? CH. quò nunc is? P. domum,
Vt mancipia hæc, ita vt iuſsit frater, deducā ad Thaidem.
CH. O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.
P. Quid ita? CH. rogitas? ſumma forma ſemper conſeruam domi
Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus,
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdū propter dormiet.
P. Quid ſi nunc tute fortunatus fias? CH. quare Parmeno?
Reſponde. P. capias tu illius veſtem. CH. veſtem? quid tum poſtea?
P. Pro illo te * ducam. CH. audio. P. te eſſe

*Id. Mecum. * O *ſcis vbi ſiet? Felicitas aduerſa. Bonus, pro Magnus. Epitheta tribus de cauſis addūtur nominibus. Quidni? Ni, pro Ne. Ne, pro Nō. * deducā*

*cho adduceretur vlterius. ¶ Id equidem.} Deeſt ob, aut propter: vt ſit, ob id, aut propter id. ¶ Mecum ſtomachabar.} Bene mecū: quia acriorem dolorē ſuſtinet, qui ipſe ſibi iraſci cogitur. Mecū ergo. pro apud me, vel mihi. ¶ Hominē eſſe, &c.} Deeſt, q̃ me. ¶ Felicitates.} Felicitas aduerſa eſt, cū ex proſperitate, quod lædat, naſcitur. ¶ Cui magis bonę felicitates.} Bonæ, magnæ, nouæ. Dixit autē magnas felicitates ſibi aduerſari, eo quòd virginē tantæ pulchritudinis ex oculis amiſerit: nam vidiſſe eā, felicitatis iudicat. ſed amiſiſſe, aduerſæ felicitatis. & quòd Bonæ dixit, vel magnæ, vel nimiæ intelligūtur. vel ἐπίθετον eſt propriū & perpetuū felicitatū. ¶ Bonæ felicitates.} ἔμφασις eſt, eo q̀ felicitates pluraliter poſuit. ἐπίθετα autē de trib⁹ cauſis nominibus addūtur: diſcretionis, proprietatis, ornatus. Diſcretionis: vt Phrygiæ molimur mōtibus Idæ. proprietatis: vt, Terribili impexum ſeta, & dētibus atris. Ornat⁹: vt, Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam. } Quid hoc eſt ſceleris?} Propter hoc quod patior inquit. nunc enim ſcelus dicit à ſene commiſſum. ¶ Archidemidem noſtín'?} Hoc ſic pronuntiādum eſt, vt appareat ex ipſo nomine ſtatim odioſum neſcio quem occurriſſe, ac permoleſtū. ¶ Quidni?} Correptio eſt ab ſe manifeſta inquirentis. eſt enim ſenſus, Quid, niſi? aut cur nō nouerim? eſt enim quid ni, aut quid niſi, aut cur non: quia veteres ni pro ne ponebant, & ne pro nō, vt Plautus, Ni ſtulta ſis, pro ne. & ne vult, pro nō vult. ¶ Imò enimuero infeliciter.} Bene hoc interponit, quòd incredibile eſt tardiorem futurum amatorē inceſſu virginis. ¶ Nam incommoda alia ſunt dicenda.} Quæ minora ſunt ſcilicet, aut ſimilia. ¶ Illum li-*

*quet mihi deierare.} Liquidum eſt, conſtans, & manifeſtum, & certum. Et ſic liquet, pro liquidū eſt: vt claudit, pro claudū eſt. Vt apud Saluſtiū, Nihil ſocordia claudebat. Et eſt liquet verbum iuris: quo vtebātur iudices, cum amplius pronuntiabāt, obſcuritate commoti cauſæ magis quàm negotij ſimplicitate. Deierare, valde iurare: vt demiror, & deamo te Syre, ſi de producta legeris. ſi correpta, deos iurare intelligitur. ¶ Prorſum nō vidiſſe proximis.} Quia nō vidiſſe, dixit, Proximis præteritis intelligimus. Proxima enim nobis aut præterita, aut futura ſunt. nā præſentia ea ſunt, in quibus nunc ſumus. ¶ Niſi nunc cū minimè vellem.} Quia ſemper noluit, ideo nunc minimè, vtpote adoleſcens ſenem. ¶ Quàm longè quidem.} Benè longè dixit: quia à longè non potuit dicere: an ſubauditur erat, vt ſit, quàm lōgè erat? ¶ Minimé que opus fuit.} Sæpe enim nolumus tantùm, nūc etiam opus non eſt. ¶ Incuruus, tremulus, &c.} Vt omnia oſtēdat in contrariū ſibi verſa eſſe, etiam curſum attribuit ſeni. Labra, ſunt ſuperiora: labia, inferiora. Labræ aſinorum propriè dicuntur. Gemens autem, ob continuam tuſſim. Sic Lucilius, Ante fores autē, & triclinij limina quidam Perditus Tyreſia tuſſi grandeuus gemebat. Incuruus, valde curuus. Sic Virgi. Turnus vt infractos aduerſo Marte latinos Defeciſſe videt. Infractos enim, valde fractos ſignificat. nam in præpoſitio nunc auget, nunc minuit dictionem. Rectè etiam deformitatem deſcribit ſenis, qui præter ætatē poſt pulchram virginē fœdior videbatur. Et quàm importunè omnia? pro puella, ſenex occurrit: pro virgine incuruus, tremulus: pro pulchra, labiis demiſſis, gemēs: & cum amator ſit,*

*Liquet. Claudit. Deierare. Proxima. Præſentia. Labra. Labia. Labræ. Gemens. Incuruus. Infractus. In.*

illum dicam. CH.intelligo.
P. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modò:
Cibum vnà capias, adſis,tangas,ludas, propter dormias:
Quandoquidem illarum neque quiſquam te nouit,neque ſcit qui ſies.
Præterea forma, ætas ipſa eſt, facilè vt te pro Eunucho probes:
CH. Dixti pulchrè: nunquam vidi melius conſilium dari.
Age eamus intrò:nunc iam orna me, abduc huc,quantum potes.
P.Quid agis?iocabar equidem. CH.garris? P.perij.quid ego egi miſer?
Quò trudis? perculeris iam tu me. tibi equidem dico,mane.
CH. Eamus. P.pergin'? CH.certum eſt. P. vide ne nimum * calidum hoc ſit modò.
CH. Non eſt profectò:ſine. P. at enim iſtæc in me cudetur faba:ah,
Flagitium facimus. CH. an id flagitium eſt, ſi in domum meretriciam
Deducar,& illis crucibus,que nos noſtrámque adoleſcentiam
Habent * deſpicatā,& quæ nos,ſemper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam,atque eas itidem fallam,vt ab illis fallimur?
An potius hæc pati, æquum eſt fieri, vt à me ludatur dolis?
Quod qui reſcierint,culpent:illud meritò factum omnes putent.
P. Quid iſtuc? ſi certum eſt facere, * facias. verùm ne pòſt conferas
Culpam in me. CH.non faciam. P.iubéſne? CH. iubeo,cogo,atque impero.
P.Nunquam defugiam authoritatem tuam: ſequere. CH.Dij vortant bene.

*tor ſit, inaniter adoleſcenti ipſe iudiciū loquitur: dum feſtinandum ſit, remoratur. ⁋Labiis demiſſis.} Maiora labra,vnde Labeones. Alij labia interiora, & labra ſuperiora. ⁋Heus heus,tibi dico Chærea.} Tibi dico Chærea, non adderet, niſi videret Chæream diſſimulantem præterire. ⁋Inquit.} Aliter inquit pronuntiandum eſt, hoc eſt concitatè. nam ſenis verba aliter proferēda ſunt. ⁋Scin' quid ego te vol.} Hîc oſtēditur odioſa tarditas ſenis, apud feſtinantem Chæream. nam nō dicit, ſed promittit ſe dicturum. ⁋Vt diligenter nunties.} Diligēter. nihil tam abundanter, nihil tam moraliter dici potuit. ⁋Cras eſt mihi iudicium.} Huic moræ etiam illud additum, quòd cum debeat dicere quid velit, prius dicit quod non eſt neceſſarium, quare velit. ⁋Eſſe vt meminerit.} Nō, vt ſit: ſed, vt eſſe meminerit. O prolixitas! ⁋Dum hæc dicit.} Dat tempus verbis: quæ non potuit quāuis imitaretur, exprimere. ⁋Rogo nunquid velit.} Hoc eſt, ſignifico me abire. nā abituri, ne id durè facerent, Nunquid vis, dicebant his quibus cū cōſtitiſſent. Quid eſt ergo, Rogo nunquid velit? hoc eſt, dico quod abeuntes ſolent. ⁋Rectè, inquit.} Pro eo quod eſt nihil: & moraliter τῷ ἀττικισμῷ. ⁋Cum huc reſpicio.} In hanc partē ſcilicet, qua meretrix habitabat. ⁋Interea commodùm.} Tantum quòd, vel ipſo eodémque tēpore. ⁋Commodùm.} Vnà. Et hoc ſignificat: vt ſi dicas, eodem tēpore quo hoc agebatur Nam Interea, nūc coniunctio accipienda eſt: nō, vt aliàs, pro aduerbio ponitur. ⁋In hanc noſtram plateam.} Rectè: quia vicina eſt illis Thais, ad quam deducitur. ⁋Nulla erat.} Etenim ingreſſa iam fuerat. ⁋Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginē?} Interrogatiuè quidem: ſed ſic, vt ſcire videatur id quod quærit: ſed ad hoc quærere, vt quod ſcit, confirmet. ⁋Verùm paraſitus.} Verùm, modò inceptiua eſt, nō relatiua particula. vt in Andria, Verùm vidi cantharam ſuffarcinatā. ⁋Iam conclamatum eſt.} Tranſactum ac finitum. vt conclamata corpora nihil reliqui iam habent ad vitæ officia. ⁋Conclamatum eſt.} Manifeſtum ſignificat, ipſam idē * eſſe, vel pulchram eſſe, quia & ipſe dixerat, Hæc ſuperat ipſam Thaidem. vt in conclamatis funeribus nulla dilatio eſt doloris & luctus. vnde Lucanus ait, —corpora nondū Conclamata iacēt. Aut conclamatum, ſatis deploratū, ſatíſque vociferatū eſt: quia dixerat, O infortunatum ſenē, ſi & hic amare cœperit. Tanquā dicat, Iam occiſum patrē tandem ſcimus, iámq; deflemus. ⁋Alias res agis.} Rectè, quia dixit ille, Iam cōclamatum eſt. ⁋Alias res agis.} Aut non attendis ad id quod dico, ſignificat, vt nulla ſit in eo attentio. nam hinc natum eſt, Agite amabò. Aut nugatorias res agis, hoc eſt iocaris. quaſi dicat, vanas res agis. ⁋Scio quò abducta ſit.} Plus dixit q̄ interrogabatur: credo tædio interrogantis. nam properat, vt dicturus eſt, ad deducendum Eunuchum ad Thaidē cum ancilla ex Aethiopia. ⁋Scio quò abducta ſit.} Secunda ἀποσιώπησις. ⁋Eho Parmeno mi, noſtin'? & ſcis vbi ſiet?} Amatoriè ſatis repetuntur, quæ ſemel dicta ſuffecerant. ⁋Huc deducta eſt ad meretricem.} Et hoc confundit ſemel, cum aceruatim dicit, velut odio interrogantis ſæpius, & feſtinatione ad mandata Phædriæ peragenda. ⁋Phædriæ riualis.} Cum pronuntiatione addendū, quo magis doleat Phædria riualis. ⁋Duras fratris partes prædicas.} Scilicet contra æmulum & diuitem, & largiſſimū. Et partes duras, μεταφορικῶς ab actoribus ſcenicis. ⁋Comparet.} Hîc iam oſtenditur miles illuſtrior per riualis dona, quàm per ſua. Et eſt qualitas comparatiua. Comparet pro emat, aut comparandum putet. ⁋Tum magis id dicas.} Duras*

Labeones.
Diligenter.
Nunquid vis?
Rectè.
Atticiſm⁹.
Cōmodùm.
Interea.
Verùm.
Conclamatum eſt.
Alias res agere.
*callidū
Agite amabò.
*deſpectam.
Apoſiopeſis.
*faciam
Partes duræ.
Comparet.

*Parelcon.*

partes fratris eſſe. ¶ Quódnam quæſo hercle?} Curioſitatem addidit, παρελκόντων Quæſo & Hercle. Et vide quàm molliter, & ſine intellectu ſpectatoris, ad argumenti ſpectati ordinem poëta perueniat: vt de Eunucho facta mentione, conſilium naſcatur ſupponendi Chæreæ. ¶ Eunuchum.} Mirè Terentius primò ſimpliciter Eunucho nomen poſuit, huic quoque detracturus.

*Inhoneſtus*

¶ Inhoneſtum.} Fœdum: vt contrà, facie honeſta. vt apud Virgilium, Et lætos oculis afflarat honores. ¶ Hominem.} Opportunè hominem dixit, tanquam incerti ſexus. ¶ Senem, mulierem?} Non communi genere dixit ſenem: quippe qui alibi ſeparauerit dicendo, ſenex atque anus: ſed ſubdiſtinguendum eſt, vt ſit duplex vituperatio: vna ab ætate, quòd ait ſenex: altera à membrorum mollitie, quòd ait mulierem.

*Quatietur foras.*

¶ Quatietur certè cum dono foras.} Mirè cum dono: tanquam illi repulſæ cauſa donum futurum ſit. Tum deinde non reiicietur, ſed quatietur. Vide quàm contumelioſius dictum ſit, quatietur foras: vel verberibus impelletur foras, non expulſione, ſed detruſione. vel ſic dixit, foras quatietur, vt deſit Verſum, vt ſit, foras verſum verberabitur: vt verberetur, & fugetur foras.

*Feri canem foras.*

nam & peruulgatæ conſuetudinis dictum eſt, feri canem foras: hoc eſt, feriendo canem foras eiice. ¶ Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis vicinam.} Quomodo enim pro Eunucho veniet, ſi aut nouit, aut notus eſt? Etſi mulierem adoleſcens ne nouit quidem: ipſe multo maximè neſcietur.

*Oeconomia*

Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis vicinam. οἰκονομία contra illud, quòd meretrix vicina erat. ¶ Haud diu eſt.} Vicina ſcilicet. Et eſt cauſa, An veriſimile ſit neſcire potuiſſe vicinam. Et nota apud Terentium vicinas poni ſæpius adoleſcẽtibus meretrices, vt hæc ſit prima amoris illecebra. ¶ Nunquámne etiam me vidiſſe illam?} Artificioſè inculcat poëta τὸ πιθανόν. ¶ Eſt'ne vt fertur forma?} Hoc propter illud quod ſuprà diximus. Sed nimio lepôre Terẽtiano, iam illud agitur. Nam hîc oſtenditur veriſimile eſſe pro Eunucho creditũ apud vicinam meretricem Chæream, qui adeò ignotus ſit mulieri, vt nec ipſe eam nouerit: quod erat facilius & promptius. Et additur color, quòd & illa non diu vicina eſt, & quòd adoleſcens plurimum in Piræo commoratus eſt. ¶ Nihil ad noſtram hanc.} Moraliter noſtram dixit, pro meam. ¶ Alia res eſt} Non potuit melius ſuã vtrique gratiam reſeruare. nam & illa, & hæc amantur. ¶ Faciam ſedulò.} Mirè in promiſsis poſterioribus difficultas rei oſtenditur: cum primò faciam dixerit.

*Nũquid me aliud vis?*

¶ Nunquid me aliud vis?} Hoc dicere abeuntes ſolent. Et bene, Nunquid me aliud vis? quia feſtinat. & ſimul quia hinc naſcitur dolus fallendæ meretricis. ¶ Vt mancipia hæc, ita vt iuſsit frater, deducam ad Thaidem.} Vide Terentium, vt non quæſita eſſe hæc fallacia, ſed ipſa ſe obtuliſſe videatur.

*Iſte.*

¶ O fortunatum iſtum Eunuchum.} Iſtum ſæpe annotauimus, aut ad contemptum, aut ad odium referri, vt Virgil. Aut quid petis iſtis? &, Iſta quidem quia nota mihi tua magna voluntas Iuppiter.

*Dari in aliquam domum.*

¶ Qui quidem in hanc detur domum.} Quid facilius quàm imitari velle quod laudes? nec quiſquam, niſi qui cupit, eligitur pro Eunucho, qui Eunuchum putat eſſe beatum. Vide quàm molli deſcenſu ad hoc conſilium peruenitur. Res enim hoc ſuggerit potius, quàm Parmeno: ideo quia ſeruum hoc ſuadere Chæreæ, nimis temerarium fuit. ¶ Quid ita?} Potuit intelligere ſtatim ſeruus: ſed ad hoc interrogat, vt doceatur ſpectator. ¶ Videbit, colloquetur, aderit vnà, &cæ.} Amatoriè nimis, quinque lineas amoris

*Amoris quinque lineæ.*

executus eſt, adeóque diligenter, vt etiam ordinem cuſtodierit. ¶ Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus.} Mirè amator non ſimul effudit hoc bonum, ſed particulatim digeſsit: vt maior voluptas futura eſſe noſcatur. ¶ Videbit, colloquetur, aderit, &c.} Iſtæ enim ſunt amoris lineæ: etſi eas non omnes eſt perſecutus. ¶ Quid ſi nunc tute fortunatus fias?} Sic videtur Parmeno dicere, potius vt iocetur, quàm vt fieri credat poſſe. ¶ Capias tu illius veſtem.} Non ſemel oſtenditur quod futurum ſit: quia particulatim poteſt etiam quod turpe eſt, tamẽ mitti ad perſuaſionem. Simul in geſtum reſpicitur. Ergo non dixit, ibis pro Eunucho: ſed primò, capias illius veſtẽ. tum deinde hoc ipſum non aſpernante domino, pergit ſeruus ad cætera quę audaciora ſunt. ¶ Veſtem?} Quàm libenter audiat, repetitio dictorum per interrogationem oſtendit. ¶ Audio.} Id eſt, libenter hoc admitto, & conſentio. Vt in Phormione, Audio & fateor. & contrà, non audio.

*Audio. Intelligo.*

¶ Intelligo.} Audio & intelligo vim modò non vſitatam exprimunt ſcilicet, conſentientis immodicum affectum. ¶ Cibum vnà capias.} Bene ſeruus interturbauit ſuprà dictas amandi lineas & ordinẽ voluptatum, quippe qui amare non nouerit. ¶ Cibum vnà capias, Adſis, tangas, ludas, proptèr dormias.} Et ſi ſatis erat ſuperior verſus, tamen incentiua ſunt amoris etiam ſigillatim hæc enumerata, quæ vna ſententia ſuperior verſus oſtẽderat. ¶ Quãdoquidem illarum.} Pro ex illis. ¶ Quiſquam.}

*Illarũ quiſquam. Quiſquã in fœminino.*

Quia quæquã dicere, abſurdum eſt. ¶ Illarum quiſquam.} Quiſquam, multis exemplis probatur etiam fœminino genere veteres protuliſſe: ita vt in numeris & generibus hæc pronomina infinita ſint. ¶ Neque ſcit qui ſies.} Hoc eſt quod ſuprà callidè poëta præſtruxit. ¶ Forma atque ætas ipſa eſt.} Deeſt in te. ¶ Facilè, vt pro Eunucho probes.} Formam ſcilicet & ætatem. Formam, quia pulcher es: ætatem, quia ephebus.

*Probare.*

¶ Facilè vt pro Eunucho probes.} Probes, fingas, atque perſuadeas: vt in conſuetudine dicimus, Homo ſacrilegus pro innocente ſe probauit. Et Cicero, Hoc tu his probabis? Itaque deeſt te, quod ſubaudiamus. vt ſit, Pro Eunucho te probes. Probes, vt, Migrantes cernas. Aut probes, perſuadeas. Et ſimul honeſtè non dixit, quod erat rectum, vt Eunuchum probes: ſed pro Eunucho: ne eſſet contumelioſum in Chæream. ¶ Nunc iam orna me.} Hortatiuè orna dixit: non, deſpolia, aut exue me.

*Abduci. Duci.*

¶ Abduc.} Abducimur vnde volumus: Ducimur quò volumus.

*Quantum potes.*

¶ Quantum potes.} Deeſt, citò. ¶ Quid agis?} Callidè ſeruus non vult ſe authorem videri tanti facinoris. ¶ Quò trudis?} Comici ſemper ea oſtendunt fieri ab altero, verbis alterius perſonæ, quæ oſtendi per ſe ipſa non poterant. vt nunc manu agere Chæream Parmenone ipſo dicente cognoſcimus. ¶ Quò trudis?} Præbet ſe vi cogendum domino, quem compulit dictis.

*Percellere. Bene plauſtrum perculit.*

¶ Perculeris iam tu me?} Peruerteris. vnde prouerbium, Bene plauſtrum perculit. ¶ Tibi equidem dico, mane.} Sigillatim iſta pronuntianda ſunt: ex quibus intelligatur, non ceſſare Chæream quin adhuc impellat & trudat. ¶ Pergin'?} Quaſi verò ioco dixerit, non ſerio.

*Callidum. Nimium. Flagitium. Flamma. Flagito. Flagellum.*

¶ Ne nimium calidum.} Periculoſum. ſed melius callidum legitur. Nimium, prouerbiale: quia nimium propria vox eſt. ¶ Flagitium facimus.} Flagitium more militari dicitur, res flagitatione, hoc eſt increpatione digna. Nam flagitatio, à ſtrepitu dicitur: vnde flamma, & flagella, & flagitare, id eſt, perſonare intelligimus dici. Nam hæc omnia ſine ſonitu, crepituque non ſunt.

¶ An id

⁋ An id flagitium eſt?} An liceat? an deceat? Et prius, quia
In me hæc licet. ⁋ At enim iſtæc in me cudetur faba. } Id eſt, in me
cudetur hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa: vt labo-
faba. rat ſolum, in quo cuditur, id eſt batuitur faba, cùm ſiliquis
exuitur tunſa fuſtibus: vt in arcis more ruſticorum fit. Vel
quòd quidam malè coctam fabam, & quæ non madue-
rit, ſed dura permanſerit, ſupra caput coqui, velut ipſi fabæ
iratiſaxo comminuunt. tum vniuerſum malum, & omnis
dolor ad coquum peruenit. Simile & alibi à pulmento pro-
uerbium eſt, Tute hoc intriſti, tibi hoc eſt exedendum, ac-
cingere. ⁋ An id flagitium eſt? } Terentius laudat argu-
mentum huius fabulæ, in quo exemplum promitur, quod
proſit parentibus, obſit meretricibus: & ſimul deliberatio-
nibus tractans id faciendum. ⁋ Si in domum meretriciam
deducar. } Hoc tale eſt, nulla lex prohibeat, & defendatur
vt licitum. ⁋ Et illis crucibus. } Hoc iam ad illud perti-
net, vt oſtendatur decere, & primò à perſona eius cui fit.
Deſpicatus ⁋ Habent deſpicatam. } Contemptam atque deſpectam. &
ita eſt ἐπένθεσις, & μεταπλασμὸς. Vel certè alterius verbi
declinatio, ab eo quod eſt deſpicor, vt conſpicor. Saluſtius,
Cum interea Metellus monte digrediens cum exercitu con-
ſpicatur, primò dubius quidnam inſolita facies oſtenderet.
Referre gra ⁋ Nunc referam gratiam. } Non eas inquit, laceſſam, ſed
tiam. quod iuſtum eſt, vicem reddam: quaſi ipſe in aliis læſus ſit.
⁋ Vt ab illis fallimur. } Non dixit, alij falluntur. ⁋ An po-
tius hæc pati æquum eſt fieri?} Illic viciſſitudo extat in Pa
Syllepſis. ti dolos. ⁋ Vt à me laudatus. } σύλληψις. ſubauditur pati.
⁋ Quod qui reſcierint. } Ex conſequentibus argumentum.
nam illud factum vituperatio ſequitur, hoc approbatio.
⁋ Illud meritò factum omnes putent. } Bene non iudicent:
quia & hoc ipſum non ſatis probum eſt, vel meretricem
Quid iſtic? fallere. ⁋ Quid iſtic? } Aduerbium eſt ægrè concedentis.
⁋ Facias. } Pro facito. ⁋ Verùm. } Deeſt, vide. ⁋ Verùm, ne
Ne. poſt conferas. } Si Ne prohibentis eſt, nihil deeſt. ſi percon-
tantis, vt ſit, ne fortè, deeſt timeo. ⁋ Verùm, ne poſt conferas
culpam in me. } In hoc negotio non author vult intereſſe, ſed
Impero. ſeruus. ⁋ Cogo atque impero. } Euidenter oſtendit plus eſſe
Iubeo. imperare quàm iubere. ⁋ Nunquam. } Pro non. Vt nunquã
Nunquã. omnes hodie moriemur inulti. ⁋ Nunquam defugiam au-
Authorita thoritatem tuam. } Non, inquit, recuſabo facere, dum tu ta-
tẽdefugere. men author ſis facti.
ADRIA. Occidi. } Produc huius verbi mediam ſyllabam, & con
BARL. trarium ſignificat. ⁋ Qui illam è conſpectu amiſi meo. } Ex
Amor ex vidẽdo, mortalibus amor naſcitur, Senarius eſt prouerbia-
videndo. lis, admonens oculos amorem potiſſimùm conciliare. Non
enim amãtur incognita. Oculi præcipuè ſunt ad amandum
Oculi ad a- illices. in his enim peculiaris animi ſedes. In his aiunt poë-
mandũ il- tæ Cupidinem excubantem ſua iacula mittere. Quam pa-
lices. rœmiam dubio procul reſpexit Terentius, Chæream hoc loco
viſa duntaxat virgine, tam impotenter amantem faciens.
Iuuenalis prodigij loco refert de cæco amante, Qui nunquã
viſæ flagrauit amore puellæ. Qua propter piorum hominum
eſt, meminiſſe, haud quaquam eſſe tutum videre, quod nõ
Deleo. licet concupiſcere. In Chiliadibus. ⁋ Deleo omnes. } Delere
eſt totum leuare & remouere. ⁋ Ecce autem alter. } Vallen-
Ecce. ſis libro ſecundo elegantiarum: Ecce, inquit, accuſatiuo, non
memini me apud oratores legiſſe, ſed ne apud poëtas qui-
dem. Nam illud Terentij in Eunucho. Ecce autem alterum,
neſcio quid de amore loquitur, alter ſcribi debet non al-
terum, Donato quoque probante. Sed demus aliquando

reperiri, vt ſemel apud Plautum in Bacchidibus. Opus e-
rit tibi, aduocato triſti, iracundo, ecce me. Et apud Teren-
tium in Adelphis. Ecce me, qui id faciam vobis. Qui locus
annotanti Laurentio non occurrit. ⁋ Præ vt huius rabies
quæ dabit. } Præ aliquando ad comparationem vſurpatur, Præ.
vt præ illis nugæ erant omnia, id eſt ad comparationem il- Præ vt.
lorum. Præ vt huius rabies, id eſt ad comparationem illo-
rum, quæ huius rabies dabit. Plautus in Amphitryone:
Parum etiam præ vt futurum eſt prædicas. Idem alibi: Mo-
deſtior quidem nũc eſt de verbis, præ vt dudum fuit. ⁋ Hu- Rabies.
ius rabies quæ dabit. } Venereum appetitum, qui ante an-
nos erat in Chærea, non libidinem, ſed optimè rabiem vo-
cat. ⁋ Vt illum dij deæque. } Vt pro vtinam, execrando, vel Vt, pro vti-
optando. Plautus in Moſtellaria. Vt dij deæque omnes me nam.
peſſimis exemplis interficiant, niſi ego illam interfecero ſiti,
faméque ac gelu. ⁋ Senium perdant, qui me hodie remora-
tus eſt. } Qui relatiuum ad intellectum & hîc refertur. Se- Qui.
nium hoc loco eſt conuitium, & nimiam ſenectutem ſigni- Senium.
ficat. ⁋ Sed eccum Parmenonem. } Laurentius libro ſecun-
do, negat eccum, & eccam, ellum & ellam, rectè per prono-
mina ſic exponi, ecce eum, ecce eam, ecce illum, ecce illam.
ſed exponenda eſſe contendit, per aduerbia, hunc in mo-
dum. Eccum, ecce hîc, ſubintellige virum, de quo agebam,
&c. Et paulo pòſt. Eccum Parmenonẽ, inquit, id eſt ecce hîc
Parmenonem. ⁋ Quid ve es alacris?} Id eſt, lætus, & in ſpem
aliquam geſtiens. ⁋ Amo. } Quidam hîc volunt abſolutum
eſſe. Significat enim amore captus ſum. ⁋ Chærea aliquid
inueni modò, quod ames. } μίμησις. ⁋ Penum omnem. } Non
ex eo aliquid, vt Donatus ait. Eſt igitur hyperbole. Et di-
xerunt veteres Latini, hoc penus, hic penus. Vnde & penũ
omne legunt quidam. ⁋ Penum. } Hoc nomine continentur
omnia, quæ ad victum pertinent, ſed priuatum. ⁋ Clancu-
lum. } Priſcianus, ait, raram eſſe in aduerbiis diminutionẽ,
vt clanculum à clam. ⁋ Fac nunc promiſſa vt appareant. } Manus ocu
Oculatæ manus Plauto ſunt dictæ, quæ promiſſa, re exhi- latæ.
beri velint, non oratione promitti. Nam oculos habere, qui-
bus videant exhibita, aures nõ habere, quibus audiant pol-
licitationes. Ita lena quædam in Aſinaria Plautina, ado-
leſcenti montes aureos pollicenti, cũ illa nihil promiſſis com-
moueretur, inquit, oculatæ noſtræ ſunt manus, credũt quod
vident. Huc alluſit Chærea Terentianus: Fac nunc pro-
miſſa vt appareant. Habet & hæc Eraſmus in Chiliadibus.
⁋ Vbi tu neruos intẽdas tuos. } Omnibus neruis, id eſt ſum- Neruos in-
ma vi. Situm eſt enim in neruis robur. vnde ductũ hoc Te- tendere.
rẽtij, neruos intẽdere. ⁋ Demiſſis humeris eſſe. } Demiſſis Do- Demiſſi hu
natus interpretatur molliter deductis, non alæ in modũ ex- meri.
tantibus. ⁋ Pugilem eſſe aiunt. } Budæus in annotationibus Pugiles.
ſuis. Pollux, inquit, athletarũ nomine, intelligit & pugiles: ij
dicebãtur, qui pugilatum cæſtibus exercebant, quales Vir-
gilius libro quinto deſcribit: Idem Budæus, certo quodam
victu vtebantur, inquit, & neceſſario ad comparandas vi-
res, firmitatémque corporis. Huiſmodi victum Athleticum Vict⁹ athle
Ariſtoteles anancophagian appellat in politicis, quaſi cibi ticus.
ſumendi neceſſitatem. Panis quo vtebantur Coliphium di-
cebatur, à robore membrorũ. Celſus libro quarto: Athletico
victu pro valido, & ad vires firmandas accõmodato dixit.
Vnde Athletica habitudo, pro corpulenta, & firma dicitur.
Hinc illa apud Plautum, Pugilicè, & Athleticè valere, pro
optima & firmiſſima valetudine eſſe. ⁋ Tali curatura. }
Curatura diligentiæ eſt. Hoc differt, à cura, & curatione, Curatura.

Iunceus. ſed non rarò hæc confunduntur ab authoribus. ¶ Iunceas.} Exiles & macilentas. Donatus tenues & pallidas. ¶ Itaque ergo amantur.} Ironicῶs, pro non amantur. ¶ Tantundem.} Elegãs variatio. Neſcio hercle, Tantundem, Ne id quidem. ¶ Succi plenum.} Succus eſt interior membrorum pinguitudo. ¶ Vel vi, vel clàm.} Libro quinto digeſtorum titu. Quod vi, vel clàm, Vlpianus. Quid ſit, inquit, vi factum, Vi factum. aut clàm videamus. Vi factũ videri Quintus Mutius ſcripſit, ſi quis contra quàm prohiberetur fecerit. Et mihi videtur plana eſſe Quinti Mutij definitio. ¶ Vel precariò.} Libro Precariũ. eodem digeſtorum titu. de precario Vlpianus, Precarium eſt, inquit, quod precibus petenti vtendum tam diu conceditur, quàm diu is, qui conceſſit, patitur. Quod genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit. & diſtat à donatione, eo quòd qui donat, ſic dat, ne recipiat. Qui precariò concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cum ſibi libuerit precarium ſoluere. Paulo pòſt Iulianus Iuriſconſultus. Habere precariò, inquit, videtur, qui poſſeſſionem vel corporis, vel iuris adeptus eſt, ex hac ſolummodo cauſa, quòd preces adhibuit, & impetrauit precibus, vt ſibi poſſidere aut vti liceat. ¶ Precariò fac tradas.} Priſcianus, Multa, inquit, ex nominibus, ipſa terminatione, pro aduerbiis vſurpantur, vt precariò, conſultò, auſpicatò, meritò, & pleraque alia. ¶ Cuia eſt.} Cuius, cuia, cuium, dicebant veteres, vt Stomachari. meus mea meum. ¶ Stomachabar.} Adrian. Cardi. Stomachari, inquit, eſt indignari, & quaſi ex aliquo facto, dictòve offendi, ita vt ſtomachus inde moueatur. Hinc ortus eſt alius dicendi modus, cum dicitur non ſine ſtomacho illum vidi. Sed in verbo ſtomachor, præcipuè obſeruandum, accuſatiuo id quandoq; iungi, quandoque poni abſolutè, vt hîc apud Terentium, & apud Ciceronem. Ille verò, ſed ſtomachari deſinamus. ¶ Bonæ felicitates.} Donatus hũc locum doctiſſimè interpretatur, cuius ſunt hæc verba. Felicitas aduerſa eſt, cum ex proſperitate quod lædat naſcitur. Bonæ felicitates, magnæ, nouæ. Dixit autem magnas ſibi felicitates aduerſari, eo quòd virginem tantæ pulchritudinis ex oculis amiſerit. Nam vidiſſe eam, tantæ felicitatis indicat, ſed amiſiſſe, aduerſæ felicitatis. ¶ Aequalem.} Aequales dicimus qui eorundem ſunt annorũ. ¶ Archidemidem noſtrũ.} Sic pronuntiari hoc vult Don. vt appareat odioſum quem-Liquet, pro licet. piam ac moleſtum hominem occurriſſe. ¶ Liquet mihi deie.} Sunt qui putent liquet, hîc pro licet poſitum eſſe, quo modo veteres illi arquus pro arcus, coquus pro cocus, oquulus pro Quàm longè. oculus ſcribebãt. ¶ Quàm longè quidem.} Quàm pro quantum longè, non pro valde, nam ita ſuperlatiuum haberet. ¶ Rogo nunquid velit. ὑποτύπωσις odioſi ſenis. Dicitur Ciceroni ſub oculos ſubiectio, & quædam propoſita forma rerum, ita expreſſa verbis, vt cerni potius quàm audiri vi-Nunquid vis Romã? deatur. Adrianus Cardinalis: Nunquid Romam vis, nunquid me vis, modus fuit loquendi apud veteres, quem ſequentia ſecula omnino prætermiſerunt. Apud Romani ſermonis imperitos, receptum video, vt abituri dicant, placet aliquid. Terentium exprimere iuuenes aſſueſcant. Illud, placet aliquid, iis relinquant, quos fratralia magis delectãt. Cõmodum. ¶ Commodùm.} Idem eſt, ac ſi dicas, eodem tẽpore quo hoc agebatur. Interea, igitũr hoc loco nõ coniunctio, ſed aduerbium eſt authore Donato. Commodùm, inquit, Adrianus Cardinalis, id eſt quod opportunè, in tẽpore, aliquando vix, Plautus. Si iſtac ibis, commodùm obuiam venies patri. Cicero ad Atticum: Commodùm diſceſſeras heri, cũ Trebatius venit. ¶ Verùm Paraſitus cum an.} Verùm affirmandi ad- Verùm. uerbium eſt. ¶ Ipſa eſt ſci.} A conjecturis colligit. ¶ Iam conclamatum eſt.} Quòd mortuos olim & calida abluere, & per interualla conclamare conſueuerunt. Plinius di- Conclamatum eſt. cit hinc ortum eſſe, quòd ſolet plerunque ſpiritus vitalis tumeſt. excluſus putari, & homines fallere. Narrat & illud, quendam pyræ impoſitum, adhibitis ignibus arrectum eſſe, nec liberari potuiſſe. Vnde poſtea ſeruabantur cadauera ſeptẽ diebus, & calida abluebantur, & poſt vltimam conclamationem quaſi rebus deſperatis comburebãtur. Hinc Terentius dixit, Iam conclamatum eſt, pro tranſactum & finitum. ¶ Vidi, noui, ſcio.} Aſyndeton. ¶ O Parmeno mi.} Mi, vocatiuus. Priſciano authore, meus iuxta regulam vocatiuum facere deberet, ſed antiqui illi euphoniæ cauſa duas e e breues, in i, longam conuerterunt, vt ô mi Parmeno, ô mi Aeſchine, ô mi germane. ¶ Phædriæ riualis.} Riuales dicti ſunt Riuales. quaſi in vnum amorem deriuantes. Acron Horatij interpres, Riuales ſunt, ait, vnius meretricis amatores. Tractum & hoc ab antiquis. Riuales enim dicebantur, qui in agris riuum haberent communẽ, & propter eum ſæpe diſcreparent. ¶ Duras partes fratris prædicas.} Contra æmulum & prædiuitem, & largiſſimum. Partes duras, tranſlatum ab hiſtrionibus, qui partes in recitandis fabulis, ad quas erant Mulier. idonei, habebant. ¶ Senem, mulierem.} Mulierem dicit, quia vocem reddit acutam, vt mulier. Ariſtoteles in problematis. Cur, inquit, pueri, mulieres, ſpadones, ſeneſque, vocem reddunt acutam? An quod motus velocior, qui acutior eſt? Et cum genus idem ſit, motu facilius eſt, quod minus, quàm quod plus eſt. Quamobrem qui firma ætate ſunt, plus aëris trahere poſſunt, plus igitur illud, tardius permeans, vocem efficit grauiorem. Pueris & ſpadonibus contrà res euenit, quoniam minus aëris capiunt. ¶ Quatietur cum Quati foras. do foras.} Cum addidit, tanquam illi repulſæ cauſa domum futurum ſit. ¶ Quatietur.} Contumelioſum eſt quati, hoc eſt extrudi domo, & foras verſum verberari, quemad- Nihil ad noſtram. modum canem feriendo foras eiicimus. ¶ Nihil ad noſtram hanc.} Laurentius libro tertio: Nihil ad tuum equitatũ. Id eſt nihil ad comparationem tui equitatus. Cicero in oratore. Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium, id eſt ad comparationem Perſii. Vel potius parum eſt, vt ſit, in comparatione Perſij, parum doctus & in comparatione tui equitatus, parum boni equites. Ita & apud Terentiũ: Eſt'ne Thais vt fertur forma? Sanè, ſed nihil ad noſtram hanc. Non planè nihil, ſed parum potius accipiendum eſt. ¶ Deducam ad Thaidem.} Cõſilij, & noui motus occaſio. ¶ Videbit, colloquetur.} Donatus dicit quinque lineas amoris executum eſſe, adeóque diligenter, vt etiam ordinem cuſtodierit. ¶ Quid ſi nunc tute fortunatus fias.} Conſilium eſt. Videtur inquit, Donatus, dicere Parmeno potius vt iocetur, quàm vt fieri poſſe credat. ¶ Veſtem.} Repetitio verbi oſtendit Chæream libenter audire, quod Parmeno dicit, capias tu illius veſtem. ¶ Facilè vt pro Eunucho probes.} A facili & poſſibili. ¶ Quid ais? iocabar equidem.} Callidè ſeruus non vult tanti ſceleris author videri. ¶ Perculeris iam tu me.} Id eſt, proſtraueris, peruerteris. Ruſticorum parœmia eſt. vnde plauſtrum per- Percello. culit, in eos dici ſolet, qui impellunt aliquem, quò ſuapte Plauſtrum perculit. ſponte propendebat. Ductum eſt à plauſtris onuſtis, quæ quo exonerentur ſolent euerti. Fit autem id commodius in eam partem, in quam propter ſolum decliuius inclinant.

¶ Ne

¶Ne nimium calidum hoc.§ Perinde eſt ac ſi dicat σπεῦδε
Conſilium calidum. βραδέως. id eſt, Feſtina lentè, ſiue matura. Admonet enim affectus animi ratione velut habenis reprimendos eſſe, & vitandam præcipitem celeritatem, quòd huiuſmodi feſtinationis comites eſſe conſueuerunt, error & impotentia, iuxta illud: Multis malorum eſt cauſa præcipitantia. Parœmiographus ſic habet. Donatus prouerbium eſſe demonſtrat, quanquam anceps eſt lectio. Poteſt enim vtrunque legi & calidum, & callidum, vt prius illud ad feſtinatum conſilium, alterum ad nimis aſtutum referatur. Siquidem vtraque parum feliciter euenire ſolent: vel quæ nimium calent, id eſt quæ præcipitantius inſtituuntur, vel quæ nimium audacibus aguntur dolis. Qui callidum legunt, videntur reſpicere ad id, quod paulo ſuperius dixerat Chærea, nunquã vidi melius conſilium dari. Qui calidum legunt per vnicũ l. & mea quidem ſententia, rectius, Græcam figuram agnoſcunt. Quoniam θερμὸν illi tum ſceleſtum, tum præceps, & audax facinus vocant. ¶In me iſtæc cudetur faba.§ Parœmiographus Chiliadis primæ, cẽturia prima. Hoc eſt, inquit,
In me cudetur hæc faba. Donato interprete, in me malũ hoc recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Tranſlatum à faba, quæ cũ ſiliquis exuitur, ac batuitur, aut fuſtibus intertũditur, ita vt fit in areis more ruſticorum, non ipſa perinde laborat, ſed id demum in quo cuditur. Alij malunt ad malè coctam fabã referre, quæ ſi quando nõ maduerit, ſed dura permanſerit, ab iratis heris ſupra coqui caput ſaxo nõnunquam cõminui conſueuit, tanquã fabam vlciſcentibus, nõ coquum, cum vniuerſum interim malum ad coquum perueniat. ¶Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis.§ A meritis. ¶An potius hæc pati? æquum eſt fieri.§ Subiectio, de qua vide in Rhetoricis ad Herennium. ¶Nunquam defugiam authoritatem.§
Authoritas. Id eſt, poteſtatem, dignam quam ſequar, vt nonnulli interpretantur. Vt alij, iuſſum & imperium.

LATOMVS Argumentum, Chærea captus amore virginis, quam deduxit Gnatho, opera Parmenonis ſub habitu Eunuchi ad eam deducitur. Eſtq́; hîc velut nouum argumentum & occaſio noui motus in fabula. ¶Occidi.§ Querela ob amiſſam virginem. ¶O faciem pulchram.§ Exclamatio admirantis. ¶Ecce autem.§ Parmeno admonet ſpectatorem. ¶Præut huius.§ Pro illis. ſignificat enim comparationem, & hac figura Plautus ſæpe eſt vſus. ¶Quid tu es.§ Attende affectum ex vultu & feſtinatione. ¶Nunc te obteſtatio, quæ proſopopœia amplificatur. ¶Cum in cellulã.§ A merito, & omne penũ dixit συνεκδοχικῶς & per auxeſim, augendi cauſa. ¶Haud ſimilis virgo.§ Laus ex comparatione induſtriæ & naturæ, & eſt locus à rei præſtantia & dignitate, qui
Iunceus. refertur ad vtilitatem. ¶Iunceas.§ id eſt, graciles. ¶Quid tua iſthæc.§ Redditio comparationis, qua natura apponitur cultui, & totum ſpectat ad futuram deflorationem, vt veriſimile videatur adoleſcentem in aliena domo compreſſiſſe virginem, in quam tantum exarſerit. ¶Neque quenquam.§ Incuſatio fortunæ. ¶Perij.§ Dolentis & indignantis. ¶Imò.§ Correctio. ¶Illum liquet.§ Amplificatio indignantis à tempore. ¶Eho.§ Animaduerſionem poſtulantis, & habet vim epiphonematis. ¶Incuruus.§ Attende ὑποτύπωσιν odioſi ſenis, à ſtatu, forma & habitu corporis. Item à voce & loquela, per imitationem & proſopopœiam. ¶Mirum ni.§ Affirmatio agnoſcentis puellam. ¶Concla-
Alias res agis. matum.§ Verbum deſperationis tranſlatum à mortuis. lege Deſiderium Eraſmum in prouerbiis. ¶Alias res.§ Id eſt, decipis, nugaris. Inuitus enim audit hoc adoleſcens. ¶Homo quatietur.§ Contemptè & contumelioſè, & ad laudem virginis refertur. ¶Perij.§ Dolentis & anxij, quia virgo ad meretricẽ deducta ſit. ¶O fortunatum.§ Occaſio conſilij, quo pro Eunucho deducetur adoleſcens. ¶Præterea forma.§ Quia imberbes ſunt Eunuchi propter vitium corporis. ¶Quid agis?§ Callidè nunc reſilit, nec vult ſe authorem tanti facinoris videri. ¶Perculeris.§ Prouerbiale eſt: bene plauſtrum perculit. ¶In me cudetur.§ Prouerbium in eum, in quem malum quodpiam recidit. ¶An id flagitium.§ Refutatio à retaliandi iure. ¶Quod qui reſcierint.§ Occupatio quæ refellitur ſimplici contradictione.

PETRVS MARSVS.

Occidi, neq; virgo.§ Primos adoleſcentis ardores, & Venereos æſtus, poſthabita rei domeſticæ ac publicæ cura, hæc ſcena exprimit. Sectantur enim adoleſcentes, (vt ait Philoſophus libro ſecundo Rheto. ad Theodectẽ: quod & Horatius in arte Poëtica repetiit, cuiúſque ætatis mores diſcribens & ſtudia.) Venereas voluptates, & vehementer concupiſcunt, celeriter autem deſinunt. Eſtq́; illis amor vehemens, vt ſitis faméſque laborantibus. ¶Vt illum dij deæque ſenium, &c.§ Senium propriè, vt inquit Nonius, eſt tædium & odium, dictum à ſenectute, quòd ſenes omnibus odio ſint, & tædio. ¶Quid ve es alacris?§ Alacris, feſtinus. Aſconius Pedianus ait: Sunt qui alacrem, feſtinantem ac properũ dici putant, quaſi alis acrem. ¶Ad te patris penũ.§ Penum, id eſt, ea quę pater ad annuũ vſum in cellã penuariã repoſuerat. Gellius libro quarto cap. primo: ſic ait, Ea quæ ad edendum & bibendum in dies ſingulos prandij aut cœnæ cauſa parantur, penus non ſunt: ſed ea potius quæ huiuſce generis, longæ vſionis gratia contrahũtur & reconduntur, ex eo quòd nõ in promptu ſint, ſed intus & penitus habeantur, penus dicta. Penus quoque, inquit, variis generibus dictum, & variè declinatum eſt: nam & hoc penus & hęc penus, & huius peni & penoris & peninoris veteres dixerunt. ¶Fac ſis nunc, &c.§ Seneca ſic ait. Laterat animũ, & premit frequens commemoratio meritorum. ¶Neruos extendas tuos.§ Id eſt, vltimum conatum facias. ¶Habitior.§ Id eſt, pinguis. ¶Pugilem.§ Id eſt, aptam certaminibus. ¶Illa ſeſe interea commodum.§ Commodum, id eſt, ſtatim, & eodem tempore. Seneca libro ſexto Epiſtolarum, ſic ſcribit: Librum quem mihi promiſeras accepi, & tanquam lecturus ex commodo aperui, ac tantum deguſtare volui, deinde blanditus eſt ipſe vt longius procederẽ. ¶Iam conclamatum eſt.§ Id eſt, claris indiciis, manifeſtum id eſt, quod requærimus. Conclamare eſt ſimul clamare, vt fit in luctu funebri. Vnde Lucanus libro quinto.

—Sic funere primo
Attonitæ tacuere domus, cum corpora nondum
Conclamata iacent.

Parmeno intelligebat iam actum eſſe de Chærea, cum amaret, & de omni familia quæ videbatur cõclamata, cum heriles filij poſt meretrices inſanirent. Ideò Chærea dicit: Alias res agis, cum nõ planè intelligeret, quorſum hæc verba dixiſſet Parmeno, qui de cõclamato funere loqui videbatur. ¶Inhoneſtum hominem.§ Id eſt, turpem facie, ac illiberalem facie. ¶Vt pro Eunucho probes.§ Id eſt, probabiliter oſtẽdas te eſſe eunuchum, cum ſis adhuc imberbis, nec grauem habeas vocem Ariſto. lib. III. Hiſto. Animal. loquẽs de pilis, ſic ait: Congeniti ſunt pili capitis, ſuperciliorũ,

Senium. Alacris. Penum. Habitior. Cõmodum. Conclamatum. Inhoneſtus. Pilus.

& palpebrarum: poſtgeniti pubis, plurimùm poſt alarum, poſtremò mēti pili poſtgeniti. his qui ante pubertatē caſtrati ſunt, nō exeunt, & poſt pubertatem exciſis ſoli decidunt, præterquam pubis. Et libro quinto, loquens de voce, dicit:

*Vox.*

Magna ex parte vox marium fœminarúmque differt, eo quòd mares grauius ſonant quàm fœminæ. Et ea quæ caſtrantur, tranſeunt in fœminam. Et libro decimoctauo, dicit: Execta omnia in fœminam mutantur, & iuuenes atque fœminæ ſunt vocis acutæ. Plinius libro vndecimo loquens de voce ſic ait: Bobus tantum fœminis vox grauior. In alio omni genere exilior quàm maribus. ¶ Perculeris iam, &c.} Percello, lis, perculi, perculſum, percellere, cōmouere, & peruertere. ¶ Iſthæc in me cudetur.} Cudetur, id eſt, rumpetur

*Cudere.*

ſuper caput meum. Recidit, inquit, hoc ſcelus in me qui fui author. ¶ Deſpicatam.} Id eſt deſpectam, & modis omnibus contemptam.

RIVII *caſtigatio.*

*Inſiſtere viam.*

Qua inſiſtam via?} Donatus teſtatur vtrunq; legi, quam inſiſtam viam, & qua via. Vtrunque etiam in exemplaribus inuenio. In manu ſcripto tamen eſt, Quam inſiſtam viam. quomodo Virgil. VI. Æneid. Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen. vbi Serui. adnotauit addi huic verbo tum datiuum tum accuſatiuum. Eodem modo Plaut. in captiuis: Proinde omnes itinera inſiſtant ſua. Idem etiā verbo inſtare accuſatiuum adiunxit in Aſinaria, Rectam inſtas

*Inſtare viā*

viam, inquit. ¶ Ecce autem alterum.} Laurentius Valla libro ſecundo alter, hoc loco ſcribi debere, nō alterum cenſet, idque Donato quoque probante. Exemplaria ferè habent alterum, vt & manu ſcriptū. Ex impreſſis quædā alter, velut Argentoratenſe & Venetum. Nobis lectio Vallæ nō di-

*Flocciface-re.*

ſplicet. ¶ Tum autem, qui illum non flocciſecerim.} Hic locus, ni fallor, ex his eſſe credi poteſt, quos ſciolorum quorundam deprauauit temeritas & inſcitia. Donatus omiſſa negatione legit: Qui illum flocciſecerim. Deeſſe autem ait particulam vel, vt ſit: Qui illū vel flocciſecerim: perinde quaſi nihili pendere & ne flocci quidem facere debuerit, ob quod acutè ſubtilitérque Donatus: Flocci facere, inquit, & contemnere & nō contemnere ſignificat, vt nunc. Quæ doctiſſimi interpretis verba cum nō omnes intelligere exiſtimem, paucis in tranſcurſu declarare viſum eſt. Flocciſacit igitur,

*Floccus.*

qui aliqua ex parte contemnit & vilipendit Nam Floccus particula eſt lanæ, quæ inutilis à vellere diuellitur atque euolat, aut certè ſimile quiddam, ſi non prorſus nullius, at minimi profectò momenti, & quod ne vitioſa quidem nuce emeris. Itaque qui flocciſacit, contemnit ille quodammodo, vt dixi, & parui æſtimat, ſed non pro nihilo tamen omnino putat: cum floccus, vtcunque parui ponderis res, haud vtique nihil eſſe videatur. Hoc modò Terētius hîc vſus eſt, ob quod Donatus, Duas vult, inquit, cauſas eſſe, cur ſeipſum dij perdant. vnam, quòd reſtiterit: alteram, quòd ſenem perueritus diu remanſerit à perſequēda virgine. Hæc ille: vbi perueritum eſſe ſenem ſignificat flocci feciſſe. Cæterùm qui ne flocci quidem facit, is planè nihili pendit, pro nihilo habet, denique vſque adeo nullius pretij iudicat, vt ne pili quidem aut teruncij, vt Plautus ait, facere videatur. quo modo Terentius actus tertij Scena prima vſus eſt, & alioqui exempla paſſim obuia ſunt. Perperam igitur additum illud non aduerbiū, quod nec ſenſus requirit, nec deſiderat tetrameter. ¶ Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.} Hoc modo legit Priſcianus libro quinto, vbi nūc exemplaria ferè, penum omne. Quanquam Donat. quidem vtrumlibet, & omnem penum, & omne legi poſſe adfirmat. ¶ Si adeò digna res eſt.} Nos, Siue adeò. Ita plerique codices vetuſti, & præterea Dona. qui adnotauit illud ſiue abūdare, & pro expletiua coniunctione modò eſſe. ¶ Vbi tu neruos extendas tuos.} Donat. legit

*Neruos extēdere, intēdere, cōtendere.*

Neruos intēdas, quomodo in antiquis etiam reperio: pro eo quod eſt, vbi tu omneis expromas vires, & ſumma vi ſummóq; ſtudio adlabores atque adnitaris. Cicero ferè contēdere neruos dicere ſolet, vt in decimaquinta Epiſtola & II. Verr. ¶ Vincto pectore, vt graciles ſient.} Probus nobilis grammaticus legit: vt gracilæ ſient, atque ita prorſus legendum docet,

*Gracilæ nominatiuū pluralis.*

nam inter alia, Hoc, inquit, ſcire debemus, quòd omnia nomina Latina, lis, terminata, communia ſunt duorum generum. vt hic & hæc facilis, hic & hæc gracilis, imbecillis. Sed Terent. nouè, vt gracilæ ſient, à nominatiuo ſingulari hæc gracila Nā ſi à nominatiuo, lis, terminato poſuiſſet nominatiuū pluralem, les, terminabat, graciles. Tale eſt Saluſtianum illud imbecilla ætas pro imbecillis, & hoc Virgilij, Gens effrena virûm, pro effrenis. Sunt id genus alia pleraque, in quibus per enallagen inflexio variatur. At Donatus (dicet aliquis) à ſingulari gracilis hæc venit declinatio, inquit. Imò hercle hinc nos planè conijcimus, verum eſſe quod adnotauit Probus. Hoc enim mihi credas, ſi graciles legiſſet Donatus, nihil hîc eum adnotaturum fuiſſe. Quis enim neſcit graciles à ſingulari eſſe gracilis? Non de eo ſanè quiſquam dubitat, non hercle magis, quàm dulces eſſe à dulcis. Ea demum ferè adnotare ſolet Donatus, quæ rarius occurrunt in authoribus: quare eſt gracilæ nouè à Terentio dictum, vt monuit Probus, à fœminino gracila κατὰ ἀναλογίαν declinationis. Quocirca cum Donatus quoque ſic legeret, putauit hoc ſibi adnotandum, itidem vt Probus. Sed correctores iſti librorum id non animaduertentes, cum ſuſpicarentur Donatum corruptum, ſuarum eſſe partium duxerunt locum eum ſuæ reſtituere integritati, atque ita quod rectum erat, deprauarunt: quod & aliàs hoc in authore factum ſuo tempore admonebimus. Teſtatur autem

*Gracila.*

& Nonius Marcellus gracilla pro gracilis dictum eſſe à Lucilio Satyrarum libro octauo. ¶ Patris cognatum atque æqualem Archidemidem Noſtin'?} Hæc vera, vt opinor, lectio. Cæterùm manu ſcriptum exemplar Archimenidem habet, ſed mendosè, quanquam eodem modo alterū quoddam & ipſum calamo deſcriptum, ſicut & Haſſenſtenianum, aſtipulantibus ex impreſſis Veneto, Lugdunenſi, pleriſque aliis. Anſam errori dedit, ni fallor, Virgilianus ille Achimenides nomine haud multum diſſimili, aut certè Archæmedes ille Syracuſanus, notior videlicet quàm hic

*Archidemides.*

Archidemis. Ludit Plautus feſtiuiter more ſuo in Bacchidibus, cum velut à demendo Archidemidem dictū innuit his verbis: Adeón' me fuiſſe fungum, vt qui illi crederem? Cum mihi ipſum nomē eius Archidemidis Clamaret ademptūrum eſſe, ſi quid crederem. A Plauto autem Archidemidem hunc ſumpſit Terentius. ¶ Sex vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis.} Sic quidem vulgo. Nos omiſſa coniunctione vel, legendum ſuſpicamur: Sex ſeptem prorſum, &cæ. Ita enim exemplar manu ſcriptum, & alterum illud, cuius copiam nobis fecere Domini ab Haſſenſtein. Nec aliter ſanè metri ratio conſtat. ¶ Dum hæc dicit, abiit hora.} Manu ſcriptus codex habet: dum hæc loquitur. Quod autem ad ſenſum pariter & carminis rationē attinet parum refert vtrum legas. ¶ Quem mercatus eſt heri ſenem,

Heri, pro Heri.

nem, mulierem.§ Sunt exemplaria quæ habeãt here pro heri: cuius aduerbij meminit & Non. Marcellus VIII. & Fabius lib. I. cap. XII. Here, inquit, nunc e, litera terminamus: At veterum Comicorum adhuc libris inuenio: Heri ad me venit, quod idem in epiſtolis Auguſti, quas ſua manu ſcripſit aut emendauit, deprehenditur. Hæc Fabius. Repetitur idem apud Plautum in Amph. & apud Iuuenalem Satyra prima: Res hodie minor eſt, here quàm fuit, atque eadẽ cras Deteret exiguis aliquid. Meminit huius Priſcianus etiam lib. XV. Donat. quoque in Phormionem: Propter cognationẽ, inquit, e, & i, literarũ, nõ dubitauerunt antiqui & here, & heri dicere, & mane, & mani, & veſpere, & veſperi. De hac adfinitate literarũ nonnihil Gellius lib. X. cap. XXIIII. ¶ Dabo operam, adiuuabo, nunquid me vis? § Nos, Nunquid me aliud vis? ex Donato, & manu ſcripto exẽplari, & quibuſdam impreſsis. ¶ Iſthæc in me cudetur faba. § Nos, At enim iſthæc in me &c. ex Donato, & ex fide codicum veterum, idem exposcente & ſenſu & carminis ratione. ¶ An potius hæc pati? æquom eſt fieri, vt à me &c. § Alij aliter diſtingunt, quorum haud ſcio an probabilior ſit diſtinctio, quantum ex interprete conijcere licet. Tu vide Donatum. ¶ Quid iſthic? ſi certum'ſt facere faciam. § Nos, Quid iſthuc? ſi certum'ſt facere facias. Ita manuſcriptum volumen, nec aliter Donat. cuius hæc ſunt hoc loco verba: Quid iſthuc? aduerbium eſt ægrè cõcedentis. Facias pro facito. Verùm deeſt, vide. Hæc ille. Quid? quòd ſic aptius cohærent quæ ſequuntur: Ne poſt conferas culpam in me. Quis hîc non videt totũ locum à correctoribus iſtis deprauatum? Sed pergamus.

¶ Iubéſne? CH. iubeo, cogo atque impero. § Vetuſta exemplaria habent: Imò cogo atque impero. Citat eodem modo Nonius Marcellus: vt quidem habet Venetum exemplar, diſſentiente Brixiano. Sed enim quin alterum illud elegantius ſit, non cuiquam eſſe poteſt dubium, qui ſit iudicij acrioris. Relinquimus igitur vulgatam lectionem.

DOLETI OBSERVATIO.

Quotidianus.

Tædet harum quotidianarum formarum. § Quotidianus idem eſt quod aſsiduus, communis, quotidie accidens. Hîc verò pro vulgari ponitur. A priori ſignificato dicimus quotidianum ſermonem, vſum, victum: cultum, operam, & ſimilia: de quibus exempla, vide in primo Tomo noſtrorum Commẽtariorum. ¶ Præ vt huius rabies quæ dabit. § De hac particula, præ, quædam antea ſcripſimus. Eleganter verò iungitur cum vt: & tunc ſignificat id, quod dicunt Barbari, ad reſpectum, Plaut. in milit. Nihil hercle hoc quidem, præ vt alia dicam. Idem in Menæch. Modeſtior nunc quidem eſt, præ vt fuit dudum. ¶ Digna res eſt, vbi tu neruos intendas tuos. § Nerui propriè appellantur inſtrumenta, quæ & ſenſum, & motum, qui per voluntatem fit, in omnia animantis membra traducunt. Pro chordis etiam, & fidibus ponuntur.

Præ vt.

Nerui.

Item neruum appellant Latini vinculum ferreum, quo pedes impediuntur, & nonnunquam ceruix. Porrò autem neruus per tranſlationem perſæpe pro robore, & viribus ponitur: in neruis enim robur maximè conſiſtit. Vnde dicimus rem eſſe ſine neruis, quæ debilis eſt. In hac verò tranſlatione hæ ſolent vſurpari locutiones: intẽdere, vel contendere neruos: aut neruos adhibere: neruos incidere, vel elidere. Cicero Famil. III. Planè video fore neruis opus, ſapientiáque tua vehementer. Idem Famil. VI. Quæ conſolatio tanta eſt, quãtum in cuiuſque animo roboris eſt, atque neruorum. Idem in Verr. Act. II. Hoc me profiteor ſuſcepiſſe magnum fortaſſe onus & mihi periculoſum, veruntamen dignum, in quo omneis neruos ætatis, induſtriæque meæ contenderẽ. ¶ Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precariò fac tradas. § Precariò eſt prece, vel precibus. Et precariò habere aliquid dicitur, qui poſſeſsionem corporis, vel iuris eſt adeptus ex hac ſolum cauſa, quòd adhibuit preces, & impetrauit, quod ei poſsidere, aut quo vti liceat: veluti ſi me precariò rogauerit, per fundum meum ire vt tibi liceat: vel vt in tectum meum ſtillicidium, vel tignum in pariete immiſſum habeas. Cicero pro Cecinn. Ne id quidem ſatis eſt, niſi docet ita ſe poſſediſſe, vt nec vi, nec clàm, nec precariò poſſederit. Idem de Orat. Vt precariò, non vi, veniſſe videretur. ¶ Alias res agis. § Iſto loquendi modo vtebantur Latini, cum rei ſuperuacaneæ operam dari ſignificabant: vel, cum aliquid non præſenti animo audiri deſignabant. Cicero: Ita furebat, vt mirarer tam alias res agere populum, vt eſſet inſano inter diſertos locus. Idẽ, Vſq; cò animaduerti iudices iocari, atque alias res agere, antequam Chryſogonũ nominaui. Id eſt, ita oſcitanter ad cauſam attentos, vt alias res agere viderentur. ¶ At nihil ad noſtram. § Nihil pro non, vt ſit. Eleganti quidẽ forma eſt: ſed ad noſtræ venuſtatem, & eximiam pulchritudinem non accedit. ¶ Cibũ vnà capias. § Sic loquitur Cicero, pro edere, vel comedere. Famil. XVI. Si poſteaquam cibum cepiſti, videris tibi me poſſe conſequi, tuum conſilium eſt. Dicit idem Cicero cibũ capeſſere. De Nat. Deor. Animalia cibum partim oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt: partim: &c. ¶ Vt illis crucibus nunc referam gratiam. § Referre gratiam, licet ſæpius in bonam partem capiatur, maleficiũ tamen reddere aliquando ſignificat. Cicero in Saluſt. Nam quòd iſta inuſitata rabie in vxorem, & filiam meam inuaſiſti (quæ ſe facilius mulieres abſtinuerunt à viris, quàm tu vir à viris) ſatis doctè, ac peritè feciſti. Non enim ſperaſti me mutuam tibi gratiam relaturum, vt viciſsim tuos compellarem. Id eſt, par pari relaturum.

Precariò.

Alias res agere.

Cibum capere.

Gratiam referre.

GLAREANVS.

Occidi creticus eſt, inquit Eraſmus. Quæ deinde in hac ſcena ſequuntur carmina, varij generis ſunt. Quinque primi verſus ſunt iambici tetrametri acatalectici, in quorum tertio vel Diu monoſyllabum eſt, vel creticus eſt loco quinto. In quinto, verbum Quotidianarum ante harum ponetur, & alterum legẽdum, quamuis Valla lib. II. Elegantiarum Alter legit. Verùm ex multis illius libris video parum illi curæ fuiſſe Terentianos verſus ad carminum rationem citare: cuius rei ſi quis exemplum ex eo velit, videat lib. III cap. XLVIII. aut, vt alij XLIX. de Cœpit pœnitere, ad finem, vbi ex Heautontimorumeno hæc duo ita duo allegat carmina.

Ita me Dij bene amabunt, vt me tuarum miſertum eſt
Menedeme fortunarum.

Me pro à me, inquit, miſertum eſt, dixit. Cum carmẽ ita legendum,

Ita me Dij amabunt, vt tuarum miſeritum eſt
Menedeme fortunarum.

Nam priorẽ verſum ita corrupit, vt in rationẽ carminis nequaquam venire queat. Itaque huius viri, quãquam apud me multo maxima eſt, authoritate non terrebor. Sextus verſus trochaicus eſt tetrameter catale. in cuius tertio loco dactylus eſt, in quarto anapæſtus, ſi quidem o productum manet. Eraſmus præcedentem verſum, hoc eſt quintum huius ſcenæ ait trochaicum tetrametrum. quod ego non intelligo,

*etiamſi Quotidianarum verbum legatur ante Harum, vt quidam codices habent, niſi ti in Quotidie corripiẽdum putarit, quod non credo. Nã in Hecyra producitur. ipſe tamen, vt oſtendit codex ab eo emendatus, Harum præpoſuit verbo Quotidianarum. Sic Tædet trochæum facit, at reliqua carminis ratio nullo pacto conſtat. quod lector ipſe, ſimul atque in numerum carmen ſumet, facilè videbit. Septimus verſus eodem Eraſmo authore iambicus eſt tetrameter catale. at Amare verbum ponendum ante Cœperit. Octauus iambicus item tetrame. ſed acatalecti. eodẽ authore, in quo præut poteſt diſyllabum eſſe, & Huius monoſyllabum, aut contrà Præut monoſyllabum, ac Huius diſyllabum. Nonum idem Eraſmus ait iambicum tetrame. catale. Sed vel bacchius eſt loco primo, & creticus ſecundo, vel in illum l, eliditur, & Deæ monoſyllabum eſt. Sic fiet acatale. qualis & decimus verſus, eodem authore. Sed aduerbium Non, tollendum eſt. neque enim carmen patitur. Et Donatus quoque reiicit. Notauit hunc locum diligenter Riuius. In vndecimo verſu puto, ve & es, duas ad finem verſus particulas abundare, vt ſit acatal. vt priores. Duodecimus eiuſdẽ eſt generis, in quo, ſi modò rectè legatur, Ego erit iambus, Neſcio Dactylus, abſque eliſione, & Eam bis poſitum vtrinque diſyllabum. Decimustertius dimeter iãbicus, atque ita codex Aldinus ac Eraſmus diſtinxerũt. At ego malim priorem dimetrum eſſe, Vnde is? CH. Ego neſcio Hercule. Deinde integrum eſſe tetrametrum acatalecticum. Sed lector iudicet. Quartusdecimus in Amo vltimam vocalem non elidit, ſi Hem legatur: ſed eliditur, ſi Ehem. Vtranque lectionem exhibet Donatus. In decimoquinto vltimum verbum inueni eſt imperatiui modi. Sed particula Modò pertinet ad ſequentem verſum, in quo primo ac quinto locis eſt proceleuſmaticus.*

*Rurſus in continuò ſequente aut s, eliditur in verbo Patris, aut creticus eſt loco tertio. In decimooctauo τὸ Hoc, ante aduerbium Hercle ponendum. In decimonono plerique codices habent Intendas pro Extendas. In viceſimoprimo*
*Gracilæ.* *Gracilæ pro Graciles legit Donatus, at nihil ad carmen. In viceſimoſecundo Si qua eſt habitior, cum verbo ſubſtãtiuo, quod omiſerant quidam, legendum. In viceſimotertio, verbum Eſt poſt Natura, niſi creticum malis loco ſecundo, ponendum, & iunceas legendum per i conſonantem ab initio, non per v, authore Eraſmo, hoc eſt Iunceas, nõ Vinceas. In viceſimoquinto, vel v in Verus eliditur euaneſcítque, vel primo loco eſt bacchius. Sequentes inde duos verſus Eraſmus ſenarios catalecticos vtrunque iudicat. Ego ſequentem abſque dubio acatalecticum, non catalecticũ puto: priorem autem vix iudicari poſſe, niſi vel in Flos elidamus s, & in Precariò a cõtra naturam corripiatur, vel tu pronomen ſuperfluum putemus, vt ſic fiat verus ſenarius, quemadmodum ſequens, acatalecticus. Verùm neque s, in Flos, natura longa vocali, facilè eliditur, neque a in Precariò corripi poteſt, quod apud Plautum producitur. Neque Tu temere amouendum eſt, quod omnes habent codices, & iuuenis deſiderium maximè depoſcit, imò ſi quid amplius ad affectum fuerit. Ideóque facilè adducor vt magis veriſimile putem, omiſſum eſſe verbum Parmeno, cõmuni illo errore quo perſonarum nomina vel penitus ſcribuntur, cum in cõtextum orationis pertinent, vel primis duntaxat literis, cum verba ſubſequentia ad eas attinent. Indéque vel temere omittuntur, vel temere inſeruntur, vt Daue, in Andria, vocatiuus omiſſus Act. II. ſcena III. Et Geta item vocatiuus in Phormione Act. II. ſcena I. Itaque hunc quoque verſum eſſe iãbicum tetrametrum acatalecticum, vt priores, atque ita legendum exiſtimo, cum anapæſto in tertio & quarto locis; Flos ipſe. C. hanc Parmeno tu mihi vel vi, vel clã, vel precariò. Quid Eraſmus legerit, mihi non conſtat. Qui deinde ſequitur verſus, iambicus tetrameter eſt catalecti. tribrachyn habens ante vltimam ſyllabam. Rurſus ſequens iambicus tetra. eſt, ſed acatale. Eraſmus vtrunque catalecticũ putauit, ſed ipſius codex conuincit non ita eſſe. ¶ Aduenien s mecum ſtomachabar modò. § Sequuntur deinde XXIX. trimetri iambici, quorum primi duo mihi ſatis ſuſpecti ſunt, magis tamen poſterior, quia Arbitror mediam poſitione producere videtur, contra omnium Poëtarum, ac adeò huius conſuetudinem. In quinto Archidemidem legendũ Riuius admonet, & rectè. In ſexto Mihi diſyll. ſecundam elidit. In ſeptimo v, eliditur in Enimuero, vt ſæpe aliàs, vel creticus eſt* *Sex ſeptem*
*loco tertio. In decimo Sex ſeptem, abſque Vel legendum, authoribus Eraſmo ac Riuio. In vndecimo s, eliditur in Opus. In viceſimoprimo, Illa, priorem ſyllabam à ſuperiore carmine elidit. vtrinque tamen creticus eſſe poteſt abſque eliſione. In XXII. In noſtram plateã legendum, nõ In hanc noſtram, inquit Eraſmus. Loco primo poteſt tamen bacchius eſſe. In vltimo eius generis verſu legi poteſt, Eho Parmeno mi, vt ſint duo anapæſti, vel ô Parmeno mi, vt ſint ſpondeus ac anapæſtus. ¶ Huc deducta eſt ad meretricem Thaidem. § Quindecim hinc ſequuntur trochaici tetra. catale. in quorum primo Meretricem verbum ponendum ante Thaidem; & Et monoſyllabum erit. In quarto Aldinus codex habet Imò enim ſi ſcias. quæ lectio placet, quanquam veteres codices, Imò enim ſi ſcias, legũt. quæ lectio per creticum excuſationem ſuſcipit in primo loco poſitum, pro trochæo vel ſpondeo. In quinto rurſus variant codices. Quidam, vt Aldi, legunt, Tum magis id dicas. ſic fiet iambicus tetra. acatale. Alij, Tum magis dicas, vt s, in Magis elidatur, ac primo loco ſit dactylus. Et ſic fiet trochaicus tetra. catal. vt alij ſunt, & præcedentes & ſequentes verſus. quod mihi magis placet. In ſexto ad finem, Mulierem ante Senem ponendũ. Nec minus procedet Donati diſtinctio in expoſitione: & Here ſecunda vocali in fine, non Heri tertia legendum. In ſeptimo verſu trochæus erit in ſecundo loco, tribrachys in tertio, in quarto ſpondeus. In octauo verſu d, eliditur in Sed. In decimo, niſi s, elidatur in Res ad finem eius, vt ſit ante extremam ſyllabam tribrachys loco trochæi, vt ſæpe in hoc carminis genere fieri ſolet, aut niſi Res ante Alia ponatur, quod malim. Nam & dactylus eodem in loco reperitur, non video quomodo verſus cõſtet. In vndecimo tres trochæi ſunt ordine, & tres deinde anapæſti. In duodecimo verſu quidã codices non habent Aliud; & ſanè ſic carmẽ melius habet. Et in Commento Donati additum videri poteſt. In ſequente dein verſu, τὸ Vt, initio poſitum, eliditur à priore verſu.*

*¶ Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus. § Qui nũc ſequuntur verſus omnes ſunt iambici tetra. acatal. excepto fortaſis decimo, quem trochaicum faciunt, in quo tamen ſi Dixiſti legamus pro Dixti, erit itidem iambicus vt cæteri, quod equidem malim, quàm abſque neceſſitate miſcere, etiamſi haud ſum neſcius omnes Dixti legere, atque adeò Eraſmum ipſum in adagio Dixti pulchrè. Sed hic de ratione carminis fortè nihil tum cogitauit. In ſecundo verſu vel m, in Cum, non eliditur, vel a, in Ea productum, corripitur, non eliditur: vt ſæpe fit. In quarto Illius eſt diſyllabum. In*

quinto Pro corripitur, non eliditur. In ſexto s, in Quibus biicitur. In nono codices euariant. In quibuſdam legitur Præterea forma & ætas ipſa eſt, ſiue Atque ætas ipſa eſt. Sic pro eliditur. In pleriſque coniunctio omittitur, ſic Pro corripitur, non eliditur: niſi quis trochaicum putet eſſe. De decimo iam admonuimus. In decimoquarto carminis ratio melius conſtabit, ſi Calidus vnico l, legas, quàm ſi Callidus duplici ll. Idem ſentit Eraſmus in Adagio Ne nimiū calidum. In decimooctauo prima ſyllaba à ſuperiore verſu eliditur, & bene habebit carmen. Eraſmus pro Deſpicatā Deſpectam legi poſſe innuit, vt conſtet verſus. Sed id non eſt neceſſe. Inſequēte verſu Eas monoſyllabū eſt. In antepenultimo d, eliditur. Quod ferè fit, quoties Quid iſthic ponitur.

IOANN. THEOD. Demiſsis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient.} Cælius Rhodiginus lib. IIII. cap. IIII. de pectore verba faciens, nōnihil adnotat è Galeno, quod ad huius loci faciat explanationem, ſic enim ait. Verùm haud prætereamus parte iſta Galeni ſententiam ex ſecundo De morborū interſtitiis: Et thoracis, inquit, parietes ab nutricibus plerumque deprauantur, dum ipſos educatione prima nimium arctè extrinſecus vinciunt. Maximè verò, inquit, quotidie apud nos fieri intuemur in virginibus. nam iis dum ſtudent nutrices coxas augere ac latera, vt magnitudine thoracem exuperent, vittis quibuſdam totum comprehendunt, ac omnes ſcapularum partes & thoracis cohibent vehemētius, ac comprimūt. Quo fit, vt quum aliquando non æquè omnes intendantur, aut pronum in anteriorem partem reddatur pectus, aut poſteriores partes ad ſpinam quæ pertinent, gibbæ reddantur. Fit illud quoque, vt velut perfractum, ac ad latus adductū fiat dorſum, ita vt altera quidem ſcapularum non aucta, ſed parua, & compreſſa ſatis appareat. Ex iis verò de medici nobiliſsimi ſententia repetitis, Terentio in Eunucho lucem inferri multam, nemo non videt:

Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarū, quas matres ſtudent
Demiſsis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient.

Hæc Cælius.

Ipſa eſt ſcilicet.} Bembi codex habet, ipſa eſt ilicet. Idem non procul à fine ſcenæ ſic diſtinguit: Age, eamus intrò nūc iam: orna me, & cætera.

DONAT. Magnas verò agere gratias.} Hic ſermo ſic prodit, vt poſt ſcenam inchoatus eſſe videatur. Cōtinet autem aſſentationem paraſiticā, & ſtultitiā glorioſi militis. ¶ Agere.} Plus ſonat infinitus modus finito. ¶ Ingenteis.} Vide quantum adiiciat paraſitus: ille, magnas dixit: hic reſpondit, ingenteis. Ille, læta eſt: hic, triumphat. ¶ Id verò ſeriò.} Id, ob id: vt, Id amabo adiuta me. Aliàs παρέλκεται, id eſt productionis locus eſt. ¶ Quam abs te datum eſſe.} Maioris eſt gratiæ, tātum potuiſſe amorem militis, vt meretrix minus lætaretur ob lucrum. ¶ Triū phat.} Vt militaribus dictis tangit militem paraſitus! ¶ Huc prouiſo.} Tertia perſona venit in ſcenam: ſed ſeparatim loquitur & ſecum. ¶ Sed eccum militem.} Iniurioſe militem, honorificè proprio nomine dicitur: vt in ſubiectis, Audire vocem viſa ſum modò militis. ¶ Eſt iſtuc datum.} Fato decretóque cōceſſum: vt, Non dabitur regnis eſto prohibere Latinis. ¶ Vt grata mihi ſint quæ facio omnia.} Gratæ nobis ſunt aut res, aut perſonę: ſed nunc res dicit. ¶ Aduorti hercle animum.} Approbat dictum & hoc, Ait, aio. ¶ Vel rex ſemper maximas mihi agebat.} Quàm intempeſtiuè miles ad regem trāſitum fecit, cum de meretrice agatur. ¶ Quæ facio omnia.} ἔκλειψις, vel σύλληψις. ¶ Vel rex.} Vt in Hecyra, Vel hic Pāphilus iurabat quoties Bacchidi, quàm ſanctè. ¶ Vel rex ſemper maximas.} Subauditur gratias: ab eo quod ſuprà dixit, Magnas verò agere gratias Thais mihi. ¶ Partam gloriam.} Id eſt quæ paritur: vt, Vectus equo ſpumante Sages. ¶ Qui habet ſalem.} Sal neutraliter, condimentum eſt: maſculini, ſapientia. ¶ Verbis in ſe ſæpe transmouet, qui habet ſalem.} Mirè adulator hoc attribuit militi, quod minimè habet vel verba, vel ſaltem. ¶ Quod in te eſt.} Quod tu habes. ¶ Habes intelligis. quod enim tenemus corpore, habemus animo: quódque item animo habemus, intelligimus. ¶ Habes.} Pro intelligis. Sic dicitur accipe, & da. Habes etiā, id eſt dicis: vt Saluſtius, Tarteſſum Hiſpanię ciuitatem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gandirum habent. ¶ Rex te ergo in oculis. ſcilicet Geſtire. Verum.} Vide inconditam properationē laudari ſe cupientis, adeò vt nō ſinat verba impleri, quin præfeſtinet Scilicet & Verū dicere. ¶ Credere omnem exercitū.} Magis ridebis, ſi conſideres militem motum eſſe.

* qui. ¶ Credere omnē exercitum, conſilia.} Sub obtentu militis ea ſtultitia, deſcripſit breuiter comitem regium acceptúmque impera-

Infinitus modus.
Ingens.
Id, pro ob id
Datum.
Gratus.
Eclipſis.
Syllepſis.
Vel rex.
Parta gloria.
Vectus.
Sal.
Habeo, pro intelligo.

## ACTVS III. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

Aſſentatur Gnatho, aſſentanti credit Thraſo, ſéque, & facta ſua immodicè iactitat. Conſulit item Gnatho ne miles purget ſe Thaidi de amore Pamphilæ, imò potius augeat ſuſpitionem, ita par pari relaturus.

ARG. PAVL. MALL.

In hac ſequenti ſcena continetur aſſentatio paraſitica & ſtultitia militis glorioſi, eiuſdémque ſummis in rebus iactantia. Inſuper Gnathonis conſilium, ne ſcilicet Thraſo ſe purget erga Thaidem de amore Pamphilæ, imò potius ſuſpicionem augeat quoad poſſit, vt par pari referatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena admodum luculenta glorioſi militis Thraſonis deſcriptio eſt.

*Senarij.*

THRASO *miles*, GNATHO, PARMENO.

MAGNAS verò agere gratias Thais mihi?
G. Ingenteis. T. aín' tu? lęta eſt? G. non tam ipſo quidem
Dono, quàm abs te datum eſſe: id verò ſerio
Triumphat. P. huc prouiſo, vt, vbi tēpus ſiet,
Deducam. ſed eccum militem. T. eſt iſtuc datum
Profectò, vt grata mihi ſint quæ facio omnia.
G. Aduortì hercle animū. T. vel rex ſemper maximas
Mihi agebat, quidquid feceram, aliis non itē.
G. Labore alieno magnam partam gloriam
Verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalē,
*Qui in te eſt. T. habes. G. rex te ergo in oculis. T. ſcilicet.
G. Geſtire. T. verum credere omnem exercitum,
Conſilia. G. mirum. T. tum ſicubi eū ſatietas
Hominum, aut negotij ſiquando odium ceperat,
Requieſcere vbi volebat, quaſi. noſtin'? G. ſcio.
Quaſi vbi illam expueret miſeriam ex animo. T. tenes.
Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. G. hui,
Regem elegantem narras. T. imò ſic homo eſt
Perpaucorum hominum. G. imò nullorum arbitror,
Si tecum viuit. T. inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum: ego non flocci pendere:
Illi inuidere miſerè. verùm vnus tamen
Impensè, elephātis quem Indicis præfecerat.
Is vbi moleſtus magis eſt, quæſo inquā Strato
Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?
G. Pulchrè me hercle dictum & ſapienter: papæ!
Iugularas hominē. quid ille? T. mutus illico.

tori. Nā qui nunc credit exercitum, credit & conſilia. Virgilius, Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus, Seu pacem, ſeu bella geram, tibi maxima rerum, Verborúmque fides. ¶ Cōſilia. } αὔξησις. plus enim eſt conſilia, quàm totus exercitus. ¶ Mirum. } Melius per εἰρωνείαν pronuntiamus mirum. quaſi dicat, quis non crederet tali viro? Sed poteſt etiam ſimpliciter pro admirantis geſtu accipi. ¶ Vbi ſatietas hominum, aut negotij, ſiquando odium ceperat. } Reip. princeps duas res patitur, homines & negotia, id eſt perſonas & res hominum. ¶ Satietas hominum, aut negotij ſiquando odium ceperat. } Propriè reddidit & decenter, hominum ſatietas, negotij odium. Non enim par erat, Reip. principem hominum odio laborare. ¶ Quieſcere vbi volebat } Bono verbo vſus eſt. Nā ceſſat deſidioſus: & Requieſcit defeſſus. ¶ Quaſi. noſtin'? } Gratè expreſſit ſtulti infantiam militis, qui antè vult intelligi quod ſentit, quàm ipſe dicat. Et propriè hoc morale eſt ſtolidi, ſiue ruditer loquentis. ¶ Quaſi. noſtin'? } ἀποσιώπησις pro habes hoc? hoc eſt, quod ſuprà intelligis? ¶ Quaſi vbi illam expueret miſeriam. } Vbi pro quando, & in his, & ſuprà. ¶ Expueret. } Expuere eſt cum faſtidio aliquid reiicere & expellere. Nam expuere eſt extrà pus mittere, id eſt foras. Nam pus, eſt omnis humor corpori oneroſus. ¶ Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi. } Hoc ſuperat, vt qui eſſet miniſter magnarū rerum, id eſt conſiliarius: voluptatum quoque regis particeps eſſet. Et vide quo ſignificatu dicatur me, & conuiuam, & ſolum, & abducebat: nā non vocabat. Et ſibi quaſi nō propter me, ſed vt ſibi bene eſſet. ¶ Tum me cōuiuam. } Id eſt, cum ſatietas hominum eſſet, cum odiſſet

Mirum.
Ceſſare. Requieſcere.
Vbi, pro quando.
Expuere.
Pus.
Sibi.

negotia. ¶ Regem elegantem narras. } Qui eligere ſciat, aut qui ipſe ſit eligendus. ¶ Perpaucorum hominum. } Aut qui paucis vtitur, aut de paucis eſt, aut qui paucis placet, hoc eſt bonis & ſapiētibus, qui ferè pauci ſunt. ¶ Imò nullorum arbitror, ſi tecum viuit. } Hoc auerſus, ne miles audiat. Poteſt tamē & aliter intelligi, maximè cum milite. ¶ Inuidere omnes mihi. } Plus poteſt ad ſignificandum infinitum tempus, quàm finitum. ¶ Ego nō flocci pendere. } Quòd morderēt clanculum, vel quòd inuiderent. ¶ Conuiuam ſolum abducebat. } Vt — Solam nam perfidus ille Te colere. Significat autem ſæpiuſcule factum. ¶ Illi inuidere miſerè. } Miſer enim eſt, cui animæ miſeria ineſt. ¶ Verū vnus. } Propriè vnus. nam vnus ex multis dicitur. Et mirè eſt facta nullius ponderis repetitio, ad inertiam loquentis exprimendam. nam poſtquā dixit, Inuidere omnes mihi: repetit, Illi inuidere miſerè. Quin & impensè & miſerè idem ſignificant: & mox tamen ſine vllo auctu addidit, Verùm vnus tamen Impensè. Aut plus eſt miſerè, quàm impensè. ¶ Elephantis quem Indicis præfecerat. } Et hoc ſtultè: cum hoc ad dignitatem ſumit, & ſic pronuntiat, vt magna eſſe præfectura videatur hæc ipſa: & hoc à ſtolido milite ſic profertur, tāquam magnum hominem velit eſſe qui ſibi inuideret. Et Indicis πρὸς ἀντιδιαστολὴν Maurorū, qui & mitiores ſunt. ¶ Is vbi moleſtus magis eſt. } More ſuo magis addidit, ne diceret moleſtior. ¶ Quæſo inquā Strato. } Strato, nomen accommodatum militiæ. ¶ Eóne es ferox? } Cauſale eſt, ideóne ſignificans. Quia habes imperium in belluas. } Mirè extulit, imperium in belluas. Sic Virgilius, — illa ſe iactet in aula Aeolus, & clau

ſo

Elegans.
Perpaucorum hominum homo.
Infinitum tempus.
Flocci pendere.
Miſer.
Vnus.
*Quod. i. quæ res.
* Geſtare.
Impensè.
Miſerè.
Magis.
Strato.
Eóne.

G. Quídni eſſet? P. dij veſtram, fidem, hominem perditum
Miſerúmque, & illum ſacrilegum. T. quid, illud Gnatho
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
Nunquid tibi dixi? G. nunquam: ſed narra obſecro.
Plus milies iam audiui. T. vnà in conuiuio
Erat hic, quem dico, Rhodius adoleſcẽtulus:
Fortè habui ſcortum: cœpit ad id alludere,
Et me irridere: Quid * ais inquam, homo impudens?
LEPVS TVTE ES, & pulpamentum quæris. G. ha, ha, hæ.
T. Quid eſt? G. facetè, lepidè, lautè, nihil ſupra.
Tuum * obſecróne, hoc dictũ erat? vetus credidi.
T. Audieras? G. ſæpe, & fertur in primis. T. meum eſt.
G. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero.
P. At te dij perdant. G. quid ille quæſo? T. perditus.
Riſu omnes qui aderant emoriri: denique
Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.
T. Sed heus tu, purgón' ego me de iſtac Thaidi,
Quòd eam me amare * ſuſpicatur? G. nihil minus,
Imò magis auge ſuſpicionẽ. T. cur? G. rogas?
Scín' ſiquando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut ſi laudat, te vt malè vrat? T. ſentio.
G. Id vt ne fiat, hæc res ſola eſt remedio:
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuò. ſiquando illa dicet, Phædriam
Intromittamus comeſſatum, tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam, tu huius contrà. denique,
*Par pari referto, quod eam mordeat.
T. Si quidem me amaret, tum iſtuc prodéſſet Gnatho.
G. Quando illud quod tu das, expectat atque amat,

ſo ventorum carcere regnet. ¶ Pulchrè me hercle dictũ. ❡ Immodica laudatione vertit etiam ſi quid facetè dictũ eſt. ſufficeret enim pulchrè, quod eſt ſapiẽter. Quòd &, Iugularas hominem: pulchrè tangit militem, iugularas dicendo, non occideras: quaſi gladio, non verbo vſus ſit.
*Pulchrè.*
¶ Mutus ilico. ❡ Tã hoc ſtultum eſt, quàm ſi diceret, ſtatim nihil. Rectè autem diceret, Ex illo mutus fuit. Tale eſt & illud, Tacere feſtinat.
**agis*
¶ Quídni eſſet? ❡ Hoc eſt, vt poſſet eſſe iugularas. ¶ Hominem perditum? ❡ Deeſt, ô: vt ſit, ô hominem perditum! ſed ſic melius ſonat: maioris enim ſtuporis eſt, boc modo pronuntiatum.
*O elegãter in oratione deeſt.*
¶ Hominem perditũ, miſerúmque, & illum ſacrilegum. ❡ Vide quãtum addiderit, qui non hominem ſimpliciter, ſed perditum, & miſerum illum: nec malum, ſed ſacrilegum dixerit.
**ne obſecro.*
¶ Tetigerim. ❡ Luſerim, fatigauerim. nam tãgere, cum multa, tum etiam hoc ſignificat.
*Tangere.*
¶ Nunquam: ſed narra obſecro. ❡ Callidè paraſitus intelligit ad hoc ſe interrogatũ, vt audire poſtulet. ¶ Plus milies audiui. ❡ ὑπερβολή. aut ſuper futura * vt æquatur: aut ſubiacet, vt tãtum non milies cõuenit ſtultum eundem & immemorẽ eſſe qua & intelligentia eſt.
*Hyperbole*
**ſuſpicata eſt?*
¶ Fortè habui ſcortum. ❡ Vide quemadmodũ miles, dũ multa ad dictum ſuum peruenire fateatur, interim quã contemptus ſit atque deriſus. Abdomen in corpore fœminarum, patiens iniuriæ coitus, ſcortum dicitur: ideo quia ſcorta ſunt dura coria. A parte ergo ſui meretrices ſcorta dicuntur: vel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Græcè palpitare intelligitur: quod illæ faciunt ſaltando aſsiduè: vel potius criſſando, vt Lucretius ait, ob eam cauſam vt concinnierẽ Venerem exhibeant viris: aut ſibi abigãt conceptum, quod in vuluam fœmine, in ipſo coitu non ſe mouẽtis incidit.
*Scortum*
**par pro pari*
*Lepus.*
¶ Lepus tute es, & pulpamentũ quæris. ❡ Lepus pro infamia multa ponitur: vel quòd magis à poſteriori parte, hoc eſt armis, pulpamẽtum de ſe præbeat, cum in conuiuio carpitur appoſitus. vt Horatius ait, Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos. Vel quòd venantur illum, & perſectãtur canes: quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intelligimus: vt ipſe Terentius ait, Ceruam videre fugere, ſectari canes. Vel quòd illum ſic fugiant omnes, cõſtituat vt hunc libido effœminata. Vel quod à phyſicis dicatur incerti ſexus, ac eſſe modò mas, modò fœmina.
*Canes amatores.*
¶ Lepus túte es, & pulpamentũ quæris. ❡ Quod in te habes, hoc quæris in altero. & eſt τρόπος ἀλληγορία
*Pulpamentum quæris.*
¶ Ha, ha, he. ❡ Paraſitus hic interiectionem riſus addidit: quo magis nunc primum hoc audiſſe credatur.
*Ha, ha, he.*
¶ Quid eſt? ❡ Hæc interrogatio geſtũ vultúmque continet cuiuſdam alacris & certi, quòd laudandus ſit. ¶ Facetè. ❡ Facetus eſt q facit verbis quod vult.
*Facetus.*
¶ Lepidè. ❡ Lepidus, qui politus eſt vt λεπίς, id eſt lamina.
*Lepidus.*
¶ Lautè. ❡ Lautus, qui mundus & ſplendidus eſt.
*Lautus.*
¶ Tuúm ne obſecro hoc dictũ erat? ❡ Et dicta, & prouerbia, & adagiones, quòd rem agant, facetis hominibus aſcribuntur: & hoc laudis genus eſt, ad potiores referre quod alter probatur dixiſſe.
*Dicta. Adagia. Adagiones.*
¶ Vetus credidi. ❡ Quia omnia vetera magna ſunt. ¶ Sæpe. ❡ Non ex ipſo: nam eſſet contrarium ſuperiori. ¶ Meũ eſt. ❡ Non ſenſu tantummodo, ſed verbis quoque ipſis agreſte eſt, quod nunc dicit, Meum eſt. ¶ Dolet dictũ imprudenti adoleſcenti & libero. ❡ Deeſt mihi: vt ſit, dolet mihi. Et dictum, participiũ eſt, id eſt quod dixiſti. addidit enim paraſitus, quo grauius ſit dictum, commiſerationem eius in quem dictũ

Iamdudum amat te: iamdudum illi facile fit
Quod doleat:* metuet ſemper, quem ipſa nūc capit
Fructum, ne quando iratus tu aliò conferas.
T. Bene dixti. at mihi iſtuc non in mentem venerat.
G. Ridiculum,* non enim cogitaras. cæterùm
Idē hoc tūte melius quāto inueniſſes Thraſo!

* metuat

*nec

eſt, vtpote imprudentem adoleſcētem & liberum. Scit enim homines ſtultos malos videri velle. Et vide paraſitum in iiſdem verſari, cum ait ſuprà, Iugularas, hîc dolet dictum. ¶ Imprudenti. } Scilicet qui minimè crederet tali ſe percuti poſſe conuitio: aut cum tali viro ſibi rem futuram, & ſic laudat militem vt miſeratione iam dignus ſit adoleſcens. Tam feſtiuè * vt etiam miſereri inimicorum vacet. ¶ At te dij perdāt. } Nouè inquit Parmeno, non ipſi, ſed de ipſo loquitur, non audiente eo. εἰρωνικῶς * Parmeno hic malè facit, at te dij perdāt, inquit. ¶ Riſu omnes qui aderāt emoriri. } Diſciplina eſt comicis, vt ſtultas ſententias, ita etiam vitioſa verba aſcribere ridiculis imperitiſque perſonis. vt Plautus, Latronibus ego denumerem ſtipendium, inquit, ex perſona militis. Itaq; hîc emoriri dixit. At verò Atticus adoleſcens in hæc, At emori cupio. vide igitur poëtam pro loco ac tempore ſcire quid dicat. ¶ Metuebāt omnes iam me. } Ne cui dicerem, Lepus tūte es, & pulpamētum quæris. Aut, Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas? ¶ Nō iniuria. } Hoc ſic pronuntia, quemadmodū illud ſuprà, Quidni eſſet? ¶ Purgón' ego me de iſtac Thaidi? } οἰκονομία ad litem futuram inter militem & Thaidem. ¶ Quòd me eam amare ſuſpicatur? } Quia apparet illam militi quoque κτ' τὸ σεσιωπωμένον oſtendiſſe, quòd dixit Phædriæ, Imò auge magis ſuſpicionē, hæc erit cauſa reiiciendi militis. ¶ Scín'. } Monentis eſt dicere ſcín', vel ſcito. ¶ Si quando illa mentionem. } Siquando & prima ſyllaba acui poteſt, & media, tamen variat ſententiam. ¶ Id vt ne fiat. } Modò ne, non ſignificat. ¶ Hæc res ſola eſt remedio. } Si te ſuſpicetur amare Pamphilam. ¶ Vbi nominabit. } Et locum & tempus ſignificat Vbi ¶ Tu pamphilam continuò. } Hîc magna οἰκονομία eſt, qua Terentius præparat quemadmodum iurgium inter Thaidem militémq; & Gnathonem per duas partes ſeparat fabulæ. Et bene Continuò: vt intelligat meretrix non tam Pamphilam amari, quàm ſibi vicem dari. ¶ Pamphilam cantatum prouocemus. } Eleganter, quia ille foris eſt, hæc intus: illum intromittamus, illam prouocemus. Hæc eſt in verbis, poëtæ germana proprietas. ¶ Tu huius cōtrà. } Hîc contrà, vicem ſignificat. ¶ Quod eam mordeat. } Quod par. Aut abſolutè Quod, quæ res. ¶ Si quidem me amaret, tum iſtud prodeſſet Gnatho. } His verſiculis perſonam militis & Gnathonis cōtinētibus οἰκονομία inducitur, quòd veriſimile ſit, facilè militem ferre poſſe anteponi ſibi Phædriam, qui ſe ſemper intellexerit non amari: nam ſi hoc tollas, aut excludendus eſt Phædria, aut ex dolore militis in hac fabula ſit exitus tragicus. Et hoc miles, vt ſapiens, locutus eſt. Ergo meminiſſe conuenit ridiculas perſonas non omnino ſtultas & excordes induci à poëtis comicis. nam nulla delectatio eſt, vbi omnino, qui deluditur, nihil ſapit. Stultitia autem eſt in his quatuor modis: aut non venire in mentem quod oportet: aut ſi venerit, non tenere: aut bonum conſilium amittere: aut malū admittere. Vide ergo, vt hoc quod commodè miles viderat, non tenuerit, totúmque amiſerit. Hoc autem idcirco interpoſuit poëta, vt oſtenderet quid veneni haberet aſſentatio: per quam non modò errantes decipiuntur, ac præcipites eunt: verùm etiam ſapiētes interdum, ſaniq́ue euertuntur. ¶ Quando illud quod tu das, expectat. } Hac ſentētia tollitur militi quod rectè ſenſerat: nec perſuadetur tamen, quòd ametur ab amica. ¶ Iā dudum te amat. } Vel nimium, & valde, vel iampridem. ¶ Quod doleat. } Hoc ad illud referetur quod ſuprà dixit. Par pari referto, quod eam mordeat. ¶ Nequando iratus tu aliò conferas. } Et hîc locum pro perſona poſuit: vt ne diceret, ad aliam. ¶ At mihi iſtuc non in mentem venerat. } Sic pronunciandum eſt, quaſi militi monſtri ſimile videatur: ſapiens dictum, alij prius veniſſe in mentem, quàm ſibi. ¶ Ridiculum. } Vel hominem, vel dictum ſignificamus. ¶ Cæterùm hoc tute melius Quanto inueniſſes Thraſo! } Scilicet, ſi cogitaſſes.

Oeconomia — Scín'. — Scito. — Siquando. — Vt ne. — Vbi. — Contrà. — Quod. — Oeconomia — Aſſentationis venenū.

Iamdudū. — Ridiculum

Magnas verò agere. } Antea depinxit Paraſitum, nunc inſulſum & ineptum Thraſonē deſcribit. ¶ Ingēteis. } Omnia aſſentator auget, Thraſo magnas hic ingenteis dicit. Thraſo an læta ſit rogat, hic triūphare eam reſpondet. ¶ Triumphat. } Id eſt exultat, militare verbū eſt. ¶ Eſt iſtuc datū. } Id eſt, facto decretóq; cōceſſum eſt. ¶ Vel rex mihi. } Intempeſtiuus eſt à meretrice, ad regem tranſitus. ¶ Labore alieno magnam partam gloriam. } Hæc Terentij verba retulit Eraſmus in opuſculo quodam ſuo ad hunc modum. Magis etiam ſapiūt, qui aliena pro ſuis edunt, & alieno magno partam labore gloriam, verbis in ſe tranſmouent. ¶ Qui habet ſalem. } Alluſit Gnatho ad prouerbium, Salſitudo non ineſt illi. quod in infacetos, ac ſtupidos iaciebatur, fatuum militem, & inſipidum intelligi volēs, cui in calce huius fabulæ, ſimili ironia, Atticam tribuit eloquentiam. ¶ Qui habet ſalem. } Mira adulatio, tribuens militi, quod non habet. ¶ Quod in te eſt. } Quod habere ſalem in te eſt. ¶ Qui habet ſalem. } Seruius in primum Aeneidos. Salem autem quo vtimur, ſingulari numero tantum dicimus. Cum iocos ſignificamus, pluralem tantùm ponimus numerum. Hinc Lucanus. Non ſoliti luſere ſales. Aliquando & vrbanitatem vnitatis numero ſignificamus. Vt Terentius, Qui habet ſalem, quod in te eſt. Id eſt, quæ res in te eſt. Sal enim maſculini generis eſt, non neutri. ¶ Rex te ergo in oculis. } Ferre & eſſe in oculis, modus eſt loquendi, quo valde diligere & diligi ſignificetur. Cicero de aruſpicum reſponſis, de Clodio loquens homine ſibi inuiſo. Ferebant, inquit, in oculis hominem, quidam boni viri, & de me optimè meriti, ſed illi vt ego arbitror, furoris ignari. Quidam hîc putant omiſſum verbum ferre, rurſus alij dicunt nihil deeſſe. hi non geſtire, ſed geſtare legunt, vt ſit rex te in oculis geſtare, pro in oculis geſtabat, & ferebat. quomodo mihi legiſſe videtur Donatus, quandoquidem ſic annotat. Vide inconditam properationem laudari ſe cupientis, adeò vt non ſinat verba impleri. quibus verbis haud dubiè Donatus cenſet geſtare verbum referendum eſſe ad id quod præceſſit. nam geſtire in oculis aliquem, neſcio quid ſibi velit. ¶ Exercitum & conſilium. } Eſt auxeſis. plus enim eſt conſilia, quàm totum credere exercitū. ¶ Quaſi. noſtín'. } Apoſiopeſis eſt infantis militis. ¶ Vbi expueret miſeriam. } Expuere hîc eſt cum contemptu expellere. ¶ Tum me conui-

ADRIA. BARL. — Ingens. — Triumphare. — Transmouere in gloriam alienam. — Sal. — Sales. — Quod. — Ferre in oculis. — Geſtare in oculis. — Expuere.

nam

*nam ſolum abducebat ſibi. Gnà. Hui, regem elegantem narras.* ⁋ *Militis & Gnathonis colloquium nos doceat cauere, ne adulatione, blanditiis, & quorundam leuium hominum aſſentationibus circumueniamur, nihil ad veritatẽ, ſed ad voluptatem omnia loquentium, qua peſte nulla certè maior eſſe poteſt, his præſertim, qui plurimum diuitiis & dignitate, in aliqua præſtanti rep. valent. Quicquid enim dixeris feceriſue, ſine diſcrimine laudant, & aſſentando extollunt. Vis ſcire qualem ſe præbeat aſſentator? verbis abſoluam duobus. Rides? ille maiore cachinno concutitur. Idem flet, ſi lachrymas cõſpexit amici.* ¶ *Homo eſt perpaucorum hominũ.* ⁋ *Donatus, aut qui paucis vtitur, inquit, aut de paucis eſt, aut qui paucis placet, hoc eſt, bonis & ſapientibus, qui ferè pauci ſunt. Parœmiographus. Qui ſuis quibuſdã ſunt moribus, neque faciles ad cuiuſuis hominis conuictum, perpaucorum hominum homines dicũtur.* ¶ *Imò nullorum arbitror.* ⁋ *Hoc auerſus Gnatho dicere videtur, ne miles audiat. Correctio eſt.* ¶ *Ego non flocci pendere.* ⁋ *Flocci facere, & ne flocci quidem facere, idem eſt, quod ne tantuli quidem facere. Eſt autem floccus particula lanæ, quę inutilis à vellere diuellitur, atque euolat, aut certè ſimile quiddam nullius momenti.*

*Perpaucorũ hominum homo.*

¶ *Elephantis Indicis.* ⁋ *Gignit Elephantes India, gignit & Aphrica, ſed maiores India quàm Aphrica. ſtolidus miles hoc ita pronuntiat, tanquam magnum hominem eſſe velit qui inuidet.* ¶ *Quo pacto Rhodiũ tetigerim.* ⁋ *Tetigerim accipit Donatus pro luſerim aut fatigauerim.* ¶ *Plus milies audiui.* ⁋ *Hyperbole eſt, pro ſæpius iam audiui eũ dicere.* ¶ *Tute lepus es, & pulpamẽtum quæris.* ⁋ *Dictum eſt à milite in adoleſcentem Rhodium, qui ſcorto ſuo alludebat ipſe ea ætate, qua ſcorti vicibus fungi poſſet. Donato allegoria hæc variè exponitur, indicãti prouerbium hoc in molles quadrare. Lepus enim à poſteriore parte, hoc eſt, à lumbis & clunibus pulpamentum de ſe præbet, eáque corporis parte lautiſſimus eſt: vel propterea putauit conuenire in molles, quòd leporem canes, amatorum inſtar ſequantur: vel quòd Phyſici dicant incerti ſexus eſſe leporem, modò marem modò fœminam: ob cynedicam fœditatem, quæ innuitur. Locum hũc tectius, ſi ſapiunt, præceptores enarrabunt, aut potius pretereibunt. Sine diſpendio enim ignorari poteſt, & non intelligi, hoc Thraſonis dictum. Eſt docenda quidem, non corrumpenda iuuẽtus.* ¶ *Tuum'ne obſecro hoc dictum.* ⁋ *Valla, dictum vocatur, inquit, quod Græcè ſcomma dicitur. Quale eſt illud Terentiani Thraſonis in adoleſcentulum, quod Gnatho vetus dictum crediſſe ſe ſimulat, id eſt veterem facetiam, ac vetus ridiculum.* ¶ *Vetus credidi.* ⁋ *Omnia enim vetera magna ſunt.* ¶ *Meum eſt.* ⁋ *Donatus, non ſenſu tantùm inquit, ſed verbis etiam ipſis agreſte eſt quod nunc dicit, meum.* ¶ *Dolet dictum imprudenti.* ⁋ *Hoc paraſiti eſt, & commiſerationem habet eius, in quem dictum eſt.* ¶ *Riſu omnes aderant emoriri.* ⁋ *Prouerbiales ſunt hyperbolæ. Emori riſu, diffluere riſu, pro vehementer ridere. Ho. Odiſſ. II.* Αὐτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον, *id eſt, Deinde procorum ſplendida turba, Præ riſu emoriens nimio ſuſtollit ad alta Aſtra manus.* ¶ *Emoriri.* ⁋ *Priſcianus libro ſecundo. Deponentia in rior deſinentia orior, & morior, tam ſecundum tertiam, quàm ſecundum quartam coniugationem declinauerunt authores. Orior oreris, orior, oriris: morior, moreris, moriris. Luca. in. IIII. Non gratis moritur iugulo qui prouocat hoſtem. Ennius, Nunc eſt ille dies cum gloria maxima ſeſe Nobis oſtendit, ſeu viuimus, ſiue morimur. Terentius in Eunucho. Riſu omnes qui aderãt emoriri.* ¶ *Quod eam me amare ſuſpicata eſt.* ⁋ *Amphibologicus eſt ſermo, & qui in duas perfectas ſententias trahi poteſt. Quod vitium maximè reprehendit Quintilianus.* ¶ *Par pari referto.* ⁋ *Monet hæc parœmia, vt tales ſimus in alios, quales in nos illos experimur: & meritum, merito ſimili retaliemus. Non incõcinnè tunc quoque vſurpabitur, ſiquando verba verbis, blãditias blanditiis, promiſſa promiſſis penſabimus. Sumptum videri poteſt à potationibus veterum Græcorum, apud quos æqualibus cyathis bibere mos erat. Erat hæc vox* ἴσον ἴσῳ, *id eſt, par pari, ſolennis inter propinandum, quod ſignificabat, aut pares eſſe cyathos, aut tantundem additum aquæ, quantum ineſſet vini.* ¶ *Par pari.* ⁋ *Si quando vocabulum vnum, bis eadem in oratione ponendum eſt, proximo ſibi ſine vllo medio, venuſtè apponitur. vt amore amor, clauus clauo truditur. Tu par pari referto, & alto loco Terent. Mulier mulieri magis congruit.* ¶ *Iamdudum te amat.* ⁋ *Seruius in* IIII. *Aene. dicit, iamdudum, aliquando pro nimium accipi, hunc aduocans Terentij locum, Iamdudum te amat.* ¶ *Tute aliò conferas.* ⁋ *Locus pro perſona poſitus. Nam aliò ad aliã ſignificat.* ¶ *Ridiculum. non enim cogitaras.* ⁋ *Monſtri ſimile eſt apud glorioſum militem, ab alio quicquam inuentum eſſe acutius, quod ipſum fugiat, quod non prius ipſe multo antè tempore excogitarit.*

*Lepus tute es, & pulpamentum quæris.* — *Dictum.* — *Emori riſu.* — *Emoriri.* — *Morior.* — *Par pari referre.* — *Iamdudũ.*

LATOMVS.

*Argumentum. In hac ſcena ſtultè blanditur ſibi Miles, & Gnatho paraſitico more illi adſentatur. Deinde conſilium dat quomodo ſe gerat erga Thaidem.* ¶ *Agere.* ⁋ *Agebat.* ¶ *Labore alieno.* ⁋ *Ironica & mordax adſentatio.* ¶ *Qui habet ſalem.* ⁋ *Gratiam, leporem.* ¶ *Geſtire.* ⁋ *Pro geſtiebat, cupiebat.* ¶ *Regem elegãtem.* ⁋ *Totum irriſoriè & in regem & in Thraſonem.* ¶ *Ego nõ flocci.* ⁋ *Minus quàm flocci.* ¶ *Quæſo inquam.* ⁋ *Ridicula increpatio per proſopopœiam.* ¶ *Dij veſtram.* ⁋ *Ad ſpectatores Parmeno.* ¶ *Tetigerim.* ⁋ *Corripuerim.* ¶ *Lepus tute es.* ⁋ *Prouerbium in mollem, & muliebria patiẽtem.* ¶ *At te dij.* ⁋ *Ad ſpectatores.* ¶ *Emoriri.* ⁋ *Pro emori, & eſt de induſtria corruptum, ad indicandam militis imperitiam.* ¶ *Id vt ne fiat.* ⁋ *Hoc conſilium Gnathonis pertinet ad œconomiam futuræ litis inter militẽ & Thaidem, eritq; occaſio Epitaſeos huius partis fabulæ.*

*Sal.* — *Geſtire.* — *Emoriri.*

PETRVS MARSVS.

*Magnas verò agere, &c.* ⁋ *Stolidum animum glorioſi militis, qui ſe ignorans, & aliunde pendens, opinionibus inflatur & irridetur, in maximíſque verſatur erroribus, hæc ſcena exprimit. Cicero libro primo Offic. ſic ait. Deforme etiam eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Et in Lælio ſic ſcribit: Nec paraſitorum in Comœdiis aſſentatio nobis faceta videretur, niſi eſſent milites glorioſi. Magnas verò gratias agere Thais mihi. Satis erat reſpondere, magnas: Ingentes inquit. Semper auget aſſentatio, id quod is, ad cuius voluntatem dicitur, vult eſſe magnum.* ¶ *Salem qui in te eſt.* ⁋ *Salem id eſt, ſapientiam: & ſales dicuntur animi ſolatia.* ¶ *Regem elegantem nar.* ⁋ *Elegantem, id eſt prudentia excultum, & ſcientem habere delectum perſonarum. Gnathonicè tamen dictum eſt.* ¶ *Verum vnus tamen impenſè.* ⁋ *Id eſt, valde inuidebat Gel. lib.* XIX. *cap.* VII. *ſic ait: Iulius Paulus Poëta, vir bonus, & verũ literarũmq; impenſè doctus. Et paulo pòſt: Impenſè fieri incipit.* ¶ *Et pulpamẽtum quæris.* ⁋ *Pulpamentum condimentum eſt, quod fit ex pulpa leporis,*

*Ingẽs, plus eſt quàm magnus.* — *Elegans.* — *Impenſè.* — *Pulpamẽtũ.*

Facetè. Lepidè. Lautè.

& clunibus maximè. Senſus eſt: Tu es id, quod quæris in ſcorto. ¶ Facetè.} Id eſt, iocoſè, cum occulta quadam elegantia. ¶ Lepidè.} Id eſt, iucundè atque venuſtè, id eſt cum gratia. ¶ Lautè.} Id eſt ſplendidè, magnificè, ac omni apparatu, ſolertis acuminis, & vrbani ingenij, verba ſunt adulatore digna.

### RIVII CASTIGATIO.

Quod, pro quæ res.

Qui habet ſalem, qui in te eſt.} Nos, quod in te eſt. Ita enim Donatus, Seruius, Acron, Priſcianus, No. Marcellus, alij, vt mirum videatur ſecus quoſdam legiſſe, contra tot grãmaticorum velut conſpirantium conſenſum, interpretantur quod, quæ res. Eodem modo habent peruetuſti aliquot, cum deſcripti, tum excuſi typis codices. Eraſmus in poſtrema Chiliadum editione, qui in te eſt, legit, ſed aliter in ſuperiori bis próinde quaſi hoc demum rectius ſit. ¶ Quid ais inquam, homo impudens.} Hic locus vnius literæ omiſſione deprauatus eſt. Legendum eſt enim, Quid agis, inquam, vt & manu ſcriptum habet exemplar, & ex impreſſis Venetum. Atque hoc ſanè modo aptius etiam quadrant, quæ ſequuntur, Lepus túte es, & pulpamentum quæris. Qui locum deprauarunt (niſi ſi incuria magis corruptum credere libet) ij videlicet reſpexerunt ad illud quod proximè præceſſit, Et me irridere. ¶ Denique Par pari referto, quod eam mordeat.} Nos,

Tu par pari referto.

Tu par pari referto &c. Sic enim pleraque non peſſimæ fidei exemplaria, vt apparet, ſed quæ ſine vllis mendis eſſe, ipſe quidem contendere non auſim: inter quæ etiam Lugdunenſe & quoddam Lipſicum, quibus cum ratio metri conſentit. Et cum ante toties repererit illud tu. velut: Tu Pamphilam continuò. &, Tu Pamphilam cãtatum prouocemus. &, Tu huius contra &c. aptè hîc quoque repetere videtur. Ser. in explicatione illius Virg. I. Aeneid. Quando hæc te cura remordet: hunc locum citans, legit quod eam remordeat. Verùm haud ſcio, an ſit memoriæ lapſus. quamuis eodem modo habeat exemplar manu ſcriptum è bibliotheca Dominorum ab Haſſenſtein. Et mirè quadrat ad illud, quod proximè antecedit, Tu par pari referto.

### DOLETI OBSERVATIO.

Triumphare.

Id verò ſerio triumphat.} Triumphabant Imperatores deuictis à ſe hoſtibus, cum publica lætitia, ſummo honore, curru triumphali in capitolium veherentur, vt illic Ioui gratias ob victoriam agerent. Quæ ſignificatio huius verbi propria eſt: ſed transfertur ad alia, ſcilicet cum ita nobis omnia in ſententia ſunt, vt triumphare videamur. Cicero ad Atticu. I. Nihil impetrarat reus, plus accuſatori dabatur, quàm poſtulabat: triumphabat. Idem: meum factum probari abs te, triumpho, & gaudeo. Terentius in Heautontimorumeno. Triumpho, ſi licet me latere tecto. Idẽ in Phormione: Triumpho, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor mali. ¶ Labore alieno magnam partam gloriam, verbis ſæpe in ſe transmouet, qui

Quod in te eſt.

habet ſalem, quod in te eſt.} Errare mihi videntur, qui hanc particulam, quod, faciunt relatiuam ſalis. Non enim eſt intelligẽdum, aut exponendũ, quod ſcilicet ſal: ſed velut nouã ſententiam ordiaris, ſic exponito: Quod in te eſt, id eſt, quod in te eſt poſitum, vel qua re maximè excellis. ¶ Rex te ergo

Ferre in oculis. Eſſe in oculis.

in oculis?} Ferre, vel geſtare in oculis, aut eſſe in oculis modus eſt loquendi apud Latinos, quo valde diligere, vel diligi ſignificatur. Cice. ad Q. fratrem: Balbum, qui eſt iſtius rei, quemadmodum ſcribis, adiutor, in oculis fero. Idem de Aruſp. reſpon. Ferebant in oculis hominem. Idem ad Atti. VI. Itaque publicanis in oculis ſumus. ¶ Sicubi eum ſatietas hominum, aut negotij ſi quando odium ceperat.} Capit nos rei ſatietas, cuius ſatietate afficimur. Cicero de Diuina. I. Nec ſatietas capere eos poſſet. Capit item nos rei odium, quam odio habere incipimus. Sed vſitatius dicimur odium capere, vel ſuſcipere. De hoc vide in Primo Tomo noſtrorum Commentariorum. ¶ Me conuiuam ſolum abducebat ſibi.} Donatus in Adelphis Terentij locum illum explicans: Vbi ergo illum quæram? credo abductum in ganeum: ita hoc verbum exponit. Volẽtes, inquit, ducimus: abducimus verò inuitos. Ego Donati expoſitionem non probo. Abducere enim aliquãdo eſt ſine vi: vt, cum nos abducimus vel à moleſtiis, vel à ſolicitudine, vel ab angoribus: niſi dicere velis etiam tum vim ineſſe, quod animum angori deditum, ſi ab angore abducamus, vi abducere videamur. Sed hæc frigida. Abducere igitur interdum eſt remouere, vel auertere: vt, cum dicimus ſeruos, vel diſcipulos, vel legiones abduci: in quibus locutionibus ineſt ſubornatio, vel ſpes quædam conditionis melioris oſtenſa, vel ſaltem ſtatus mutatio, aut loci. Interdum verò ad cœnas, & conuiuia totum refertur, vt in hoc Terentij loco: & in Heautontim. E naui egredientem illico abduxit ad cœnam. ¶ Si quando illa mentionẽ Phædria fecit.} Facimus rei alicuius mentionem, vel de re aliqua. Cum genitiuo. Cicero Famil. XIII. Nemo eſt, qui vnquam mentionem tui ſine ſumma tua laude fecerit. Cum præpoſitione de. Cicero ad Quint. fratr. De te à Sipilo mentio eſt honorifica facta. Idem pro Quint. Cum ſtatuiſſes de pecunia mentionem facere. ¶ Tu par pari referto, quod eam mordeat.} Mordere, propriè eſt dentibus lædere vel vulnerare. Translatè poſitum dupliciter accipitur. Mordet enim, quod affert moleſtiã. Mordet quoque, quod irritat, vel lædit. Cicero ad Attic. XI. Quòd rogas, vt in bonam partem accipiam, ſi qua ſunt in tuis literis, quæ me mordeant, ego verò in optimam. Idem: Valde me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. Terentius paulo antè: Inuidere omnes mihi, mordere clanculum. Idem in Adelph. Principiò ſi id te mordet, ſumptum filij quem faciunt, quæſo facito hæc tecum cogites. Præterea, te obſeruare volo, in eadẽ eſſe ſignificatione, quod dixit Terentius non ita admodum ſuprà: Te vt malè vrat, Id eſt, ſollicitet, angat tibi moleſtiam afferat.

Satietas capit nos. Odium rei capit nos. Abducere. Mẽtionem facere. Mordere. Vrere, pro angere.

### GLAREANVS.

Omnes huius ſcenæ verſus ſunt iambici trimetri acatalectici. In quinto d, eliditur in Sed. In vndecimo D. Eraſ. cũ Donato & multis veteribus legit Quod in te eſt, pro Quæ res, & d, eliditur in Quid. In decimonono inter ſinit dictionem ſequente vocali: ſed bis duntaxat elidenda eſt, idque in quouis placuerit loco. In viceſimoquinto, Eo monoſyllabum eſt, niſi ſit bacchius loco primo. In viceſimoſexto, Me hercle, triſyllabum. In viceſimo ſeptimo, malim d, elidere in Quid, quàm s, in Iugularas, quemadmodum & in viceſimonono, rurſus d, eliditur in Quid, quàm illic creticus tertio, hîc bacchius loco quinto eſſe poteſt. In triceſimo ſexto s, eliditur in Lepus, & ha, ha, he, triſyllabum eſt.

Ita in trigeſimooctauo s, eliditur in vetus. poteſt tamen bacchius vtroque in loco carmen excuſare abſque eliſione.

In quadrageſimo haud dubiè, nam t, elidere eſt inauditum, primo loco eſt bacchius, non iambus. In quadrageſimoprimo vel At eliditur à ſuperiore carmine, vel d, eliditur in Quid, aut creticus eſt loco tertio. In decimooctauo à fine, Suſpicionẽ poſuit, vt natura habet verbi. In duodecimo à fine, In pertinet ad præcedens carmen. In IX. à fine Tu

initio legendum eſt,&, Quod eam, monoſyllabum (ſiquidem remordeat legatur) eſt. Nā d, eliditur, & eam in vnam contrahitur ſyllabam. Eraſmus ſupplet vel Sic, vel Mox. Sed Riuius Tu anteponit: quod magis probo, quando antea toties antè poſitum Tu legitur. In penultimo verſu, Nec enim rectè legitur pro, Non enim. admonuit hoc etiam Eraſmus, & in vltimo, Idem, à priore verſu eliditur.

IOANN. THEOD. Labore alieno magnam partam gloriam &cæ. Bembus admonet hæc carmina in peruetuſto illo ſuo codice aliter legi, nempe ſic,

*Labore alieno magno partam gloriam*
*Verbis ſæpe in ſe transfert, qui habet ſalem,*
*Quod in te eſt. T. habes. G. rex te ergo in oculis. T. ſcilicet.*
*Gn. Geſtare. Th. vero: credere omnem exercitum,*
*Conſilia.*

Lepus tute es, &c. Lepus tute es &c. Hoc dictum, quod Gnatho vetus eſſe credidit, Thraſo ſuum eſſe dicit, Liuij eſt Andronici, Flauio Vopiſco ſi credimus. ſic enim ait in Numeriano: Poëtæ comici plerunque ſic milites inducunt, vt eos faciant vetera dicta vſurpare. Nam & Lepus tute es, & pulpamentum quæris, Liuij Andronici dictum eſt: multáque alia, quæ Plautus Cæciliúſque poſuerunt. Hactenus ille. Proinde caſtigandus eſt Petri Criniti locus, De honeſta diſciplina libr. XIX. cap. VIII. Conſulibus autem Claudio Centone Appij Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano, primus omniū Liuius Andronicus poëta fabulas docere Romæ cœpit, poſt Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè C. et LX: poſt Menādri, annis circiter quinquagintaduobus. Claudium & Tuditanum Coss. ſequuntur Q. Valerius, & C. Manilius: quibus natum eſſe Q. Ennium poëtam M. Varro in primo de poëtis libro ſcripſit. Author Gellius lib. XVII. cap. vltimo. Idem teſtatur M. Tullius in Bruto. Liuij Andronici tēpus.

Par pari referto. Viderunt multi ſyllabā deeſſe ad carminis integritatem. Proinde admonuit Eraſmus legi poſſe: Par ſic pari referto, aut par mox pari referto. Riuius legit, Tu par pari referto. quam lectionem probat Glareanus. Manutius ex vetuſtiſſimo codice Pauli Boti Regienſis hunc in modum reſtituit: Par pro pari referto.

DONAT. AVdire vocem viſa ſum modò militis. Hîc inducitur multiplex concurſus diſsimilium perſonarum, & tamen virtute & conſilio poëtæ diſcretarum, vt confuſio nulla ſit facta ſermonis: ſimul etiam pro ſe cuique accommodata mirè repreſentatur oratio. Audire vocem viſa ſum modò militis. Omnes ſenſus viſa dicuntur, ab eo quod eſt certiſsimū oculorū. Ergo viſa ſum, ſēſi. vt Virg. — viſæq; canes vlulare per vmbram, Aduentante dea. Salue mi Thraſo. Quia ſecum, militis: quia apud illū, Thraſo. Eſt quædā actio, cuius nomē honeſtum eſt: ſicut orator, philoſophus. eſt quædam, cuius nomen offenſum eſt, vt miles, lanarius. Visa.

Meū ſuauium. Tria ſunt oſculādi genera, Oſculum ſcilicet, baſium, & ſuauium. Oſcula officiorum ſunt: Baſia, pudicorum affectuum: Suauia, libidinum vel amorū. Osculum. Basium. Suauium. Meū ſuauium. Cum oſcularetur, dixit. Quid agitur? Et hoc blandimenti genus eſt poſt oſculum. ſed duri eſt & agreſtis: infert enim, Ecquid nos amas? Et Ecquid, aliquantulúmne ſignificat: & ideo illa plurimum recitat. Cicero in Catilinā: Quid eſt Catilina? ecquid attēdis? Ecquid animaduertis horum ſilentiū? Quid agitur? Ecquid.

De fidicina iſtac? De, propter: vt ſit, propter fidicinam. Et vide nō puellā, ſed fidicinam, quaſi ab amatore dictam, & eo amatore, qui quaſi memor ſit artis qua delectatur: & quia puella ſit æmula meretricis: nam meretricum eſt fidicinam eſſe. De, pro propter. Fidicina meretrix.

Quàm venuſtè! quod dedit principium! Bene reprehendit Parmeno. nam in beneficiis debet obliuiſci qui dedit, & meminiſſe qui accepit. Et eſt grauis εἰρωνεία, Quàm venuſte! Plurimum merito tuo. Facetè meretrix amorem ſuum non ad auaritiam retulit, ſed ad officium. Et cum de fidicina inquit, te amē, præcipuè merito tuo. Alij ſic reſpondere intelligūnt, vt ipſa de fidicina gratias agat. nā cum ille dixerit, Ecquid nos amas? Illa reſpondit, Plurimum. Quòd autem de fidicina hæc dixit illè, ſubiecit hæc, Merito tuo: id eſt quoniam mereris, dando eam. Sed melius eſt, vt præter munus meritū dixerit: quanquā multi munus meritum intelligant. vt eſt illud Virgilij, Quique ſui memores alios fecere merendo. id eſt gratos ſibi reddidere munerando. Meritum.

Eamus ergo ad cœnam. Decuit paraſitum de cœna etiam importunè admonere, cum quadā ἐμφάσει velut magnæ rei. Hem alterum. Bene alterū quia duo ſunt. Hem alterū. Si hic reprehendatur miles, alterum dictum: ſi paraſitus, alterum hominem. vult enim Parmeno & paraſito eſſe verſutior, & debet eſſe, cum peioris conditionis ſit. Ex homine hunc natū dicas. Rectè reprehēdit Alter.

## ACTVS III. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

PArmeno Eunuchum & Aethiopiſſam, Phædriæ munera tradit Thaidi, & vti iuſſus erat verbis ornat. Eidem Thraſo & Paraſitus inſultant.

ARG. PAVL. MALL.

HIc inducitur multiplex concurſus diſſimilium perſonarum, tamen ita virtute Poetica diſcretarum, vt nulla confuſio ſermonis ob id fiat. Simul etiam quæ cuique accommodata videntur, mirè repræſentat oratio. Deinde Parmeno Phædriæ munus laudat, Thraſo Gnathóque contrà contemnunt.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena colloquitur Thais cum Thraſone, Thaidi à Phædria fert munera Parmeno. Thais cum milite ad cœnam abit.

*Senarij.*

THAIS, THRASO, PARMENO.
GNATHO, PYTHIAS *ancilla.*

AVDIRE vocem viſa ſum modò militis.
Atque eccum. ſalue mi Thraſo. THR. ô Thais mea,
Meum ſuauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina iſtac? P. quã venuſtè! quod dedit
Principium adueniens! THA. plurimum merito tuo.
G. Eamus ergo ad cœnam: quid ſtas? P. hem alterum,
Ex homine hũc natum dicas. THA. vbi vis, non moror.
P. Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeã.
Iturâne Thais quopiam es? THA. hem Parmeno,
Bene feciſti: hodie itura. P. quò? THA. quid, hunc non vides?
P. Video, & me tedet. vbi vis dona adsũt tibi
A Phædria. THR. quid ſtamus? cur nõ imus hinc?
P. Quæſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quæ volumus, conuenire & colloqui.
THR. Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.
P. Res indicabit. heus iubete iſtos foras
Exire, quos iuſſi, ocyus. procede tu huc.
Ex Aethiopia eſt vſque hæc. THR. hîc ſunt tres minæ.
G. Vix. P. vbi tu es Dore? accede huc. hem Eunuchum tibi,
Quàm liberali facie, quàm ætate integra?
THA. Ita me Dij ament, honeſtus eſt. P. quid tu ais Gnatho?
Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraſo?
Tacent: ſatis laudãt. fac periculum in literis,
Fac in palæſtra, in muſicis: quæ, liberum
Scire æquum eſt adoleſcẽtem, ſolertem dabo.
THR. Ego illum Eunuchum, ſi ſiet opus, vel ſobrius.
P. Atque hæc qui miſit, non ſibi ſoli poſtulat

*Parmeno duos, quorũ vnus, beneficiũ Thaidi exprobrat, alter pro beneficio, cœnam oſtendit, tanquam ad eã currendum ſit. nã hoc ſignificat, Quid ſtas? quaſi ſit cauſa properandi. ⁋ Vbi vis, nõ moror. ʒ Ad, Eamus ad cœnam Vbi vis retulit: ad Quid ſtas, Non moror. ⁋ Quaſi nunc exeam. ʒ Mirè, nunc exeam, quippe qui iamdudum procul ſteterit. ⁋ Hem alterum ʒ Alterum, non reſpectiuè, ſed abſolutè. ac ſi dixiſſet, aliud dictum, vel alterum ſtultũ. ⁋ Iturâne Thais, quopiam es? ʒ Vt experiatur Thaidis animum, fingit neſcire quò eat. ⁋ Hem Parmeno. ʒ Vide deprehenſam meretricẽ velle blandimentis ſatisfacere Parmenoni. ⁋ Bene feciſti. ʒ Quid bene fecit Parmeno? an quaſi perturbata hæc loquitur, etiam de nihilo blandiens: vtpote meretrix & faceta? An quòd illuſerit conuitio? ⁋ Hodie. ʒ Dulciter additum hodie, quaſi cum exceptione: quo ſe ſignificat nõ perpetuùm obſecuturam militi, & vt quæ promiſerit, biduum tantum abfuturum Phædriam. ⁋ Quid? hunc nõ vides? ʒ Si dixerit militem, lædit præſentem: ſi amicum, lædit Parmenonem. Mirè igitur pronomen inuenit. ⁋ Video, & me tædet. ʒ Opportunè Parmeno fatetur odium militis, vt retundat ab eo amorem Thaidis. ⁋ Vbi vis dona adſunt tibi. ʒ Nil potuit exitioſius militi contingere, quã vt continuò riualis mitteret munus, & poſterior, & corã ipſo. ⁋ Dona adſunt tibi à Phædria. ʒ Cũ illa ſub pronomine celauerit nomen militis, ex arte Parmeno pronũtiauit, à Phædria. ⁋ Quid ſtamus? ʒ Quid ſtamus, ad moram refertur. ⁋ Cur non imus hinc? ʒ Vbi ſeruus riualis eſt Parmeno. ⁋ Quid ſtamus? ʒ His verbis miles inſulſus dolere ſe indicat.* Pace tua. *⁋ Pace quod fiat tua. ʒ Pace, aut gratia, aut voluntate: & deeſt cũ. & ſic locutus eſt, quaſi bellum his verbis omnibus indixerit. ⁋ Pace quod fiat tua, Dare huic quę volumus, cõuenire & colloqui. ʒ Propriè: quia pax, datio, deditio, conuentio, colloquium, militiæ verba ſunt: & inuidioſè ſic ait, quaſi per eum non accipere liceat dona Thaidem.* Datio. Deditio. Conuentio Colloquium. *Et ſic pronuntiandum, vt ſubaudiatur vel: vt ſit, vel dare, vel cõuenire, & colloqui: vt inter hoſtes ſolet. Saluſtius, Quæ pacta in conuẽtione non præſtitiſſent. Et alibi, Cuius ad verba voluntate, colloquio militib⁹ permiſſo, corruptio facta paucorum, & exercitus Syllæ datus eſt. ⁋ Conuenire & colloqui. ʒ Sic pronuntiandũ eſt, vt quaſi dicat, liceat per te miles, quod etiam inter hoſtes, & in bello licet. ⁋ Dare huic quæ volumus. ʒ Hęc ſingula cum inuidia pronuntianda ſunt. ⁋ Perpulchra credo dona. ʒ εἰρωνεία de fiducia pulchræ virginis. ⁋ Noſtris ſimilia. ʒ Et his ſimilia, & horum ſimilia, dicimus.* Similia his, & horum. *⁋ Res indicabit. ʒ Scit Eunuchi nomen poſſe contemni: & ideo videri vult potius, quàm ſperari munera ſua, id eſt Chæream. ⁋ Iubete iſtos foras exire, quos iuſſi, ocyus. ʒ Cum fiducia & alto vultu pronuntiat: & feſtinat ne occupet miles præ abire, quàm videat. Et eſt ordo, ocyus exire. ⁋ Procede tu huc. ʒ Bene procede dixit,* Procedere. *non accede, aut veni: vt appareat dignitas in inceſſu. Et callidè ab inferiore incipit munere, hoc eſt à puella ad Chęream venturus, ſimul vt à vero mancipio incipiens, ad falſum ſine ſuſpicione tranſiret. ⁋ Ex Aethiopia eſt vſque hæc. ʒ Quod Thais cupiebat. nã ſuprà, Nónne vbi dixi cupere te ex Aethiopia ancillulã, Vſq; additum,* Vſque. *vt lõginquitas monſtraretur. & hoc eſt quòd facit, Munus noſtrum ornato verbis quòd poteris. ⁋ Hîc ſunt*

tres

*Te viuere, & ſua cauſa excludi cæteros:*
*Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas*
*Oſtentat: neque tibi obſtat, quod quidã facit.*
*Verùm vbi moleſtum non erit, vbi tu voles,*
*Vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur.*
THR. *Apparet ſeruũ hunc eſſe domini pauperis*
*Miſerique.* G. *nã hercle nemo poſſet, ſat ſcio,*
*Qui haberet quî pararet aliũ, hunc perpeti.*
P. *Tace tu, quem ego puto eſſe infra omnes infimos*
*Homines: nam qui huic animum aſſentari induxeris,*
E FLAMMA *te petere cibũ poſſe arbitror.*
THR. *Iámne imus?* THA. *hos prius introducam, & quæ volo*
*Simul imperabo:* * *poſtea continuò exeo.*
THR. *Ego hinc abeo, tu iſtanc opperire.* P. *haud conuenit*
*Vnà ire amica cum, imperatorem in via.*
THR. *Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es.*
G. *Ha, ha, he.* THR. *quid rides?* G. *iſtuc quod dixti modò:*
*Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.*
*Sed Thais exit.* THR. *abi, præcurre, vt ſint domi*
*Parata omnia.* G. *fiat.* THR. *diligenter Pythias*
*Fac cures, ſi Chremes huc fortè aduenerit,*
*Vt ores, primũ vt maneat, ſi id nõ cõmodũ eſt,*
*Vt redeat, ſi id non poterit, ad me adducito.*
PY. *Ita faciam.* THA. *quid, quid aliud volui dicere?*
*Hem, curate iſtam diligenter virginem.*
*Domi adſitis facite.* THR. *eamus.* THA. *vos me ſequimini.*

*poſt huc

*tres minæ.} Callidè munus ad pretium reuocauit: vt ad auaritiam conuerteret meretricem: ne officio donantis, & gratia leniretur. & ideo non dixit, tribus minis valet, ſed, hîc ſunt tres minæ: quaſi iam vẽdenda ſit. ¶Ex Aethiopia eſt vſque.} Hîc oſtendit quid ſit ex Aethiopia, addendo vſque: vt ex longinquitate dignitas muneris ponderetur. & quid erit iã criminis in colore, quã do ipſe dicere gloriatur vnde ſit? Et mirè ab inferiore cœpit, vt αὔξησιν doni faceret in Chærea: & turpi præcedente lenocinium comparat ſecuturo pulchro. Vſque, modò aduerbium, de loco eſt vt, Siculo proſpexit ab vſq; Pachinno. ¶Vix.} aut difficilè ſignificat, aut non: vt ſit, nec hoc. Lucilius, Carcer vix carcere dignus. ¶Vbi tu es Dore?} Tanquã quærat eum vt nomen indicet: quo audito magis diſſimulet Chæreã. ¶Accede huc.} Vultu eo dicitur, quo debuit dicere & dicto æmulorũ læſus, & confidentia deſtitutus, velut in eo duntaxat conſpectu Chæreæ cõfidens. ¶Hẽ Eunuchũ tibi.} Mirè: poſtquam dixit, Eunuchũ velle dixti te, quia ſolæ vtũtur his reginæ. Repperi. ¶Quã liberali facie?} Non narratiuè laudat, ſed per interrogationẽ, quæ maior fiducia eſt. ¶Quàm ętate integra?} Id eſt qua florẽt puberes. vt Virg. — atq; integer æui Aſcanius. ¶Ita me dij ament.} Iurauit ideo, vt nõ amore Phædriæ ſed veritate cogi ad laudãdũ videatur corã milite. ¶Honeſtus.} Pulcher. Virg. & lętos oculis afflarat honores. ¶Honeſt⁹.} Hîc ſubdidit, quod in ancilla prætermiſit, quia Aethiopiſſa honeſta dici non potuit. ¶Nunquid habes.} Habes pro inueniſti. ¶Quod contemnas?} Plus eſt contemnas, quàm vituperes. & deeſt, in hoc: vt ſit, nũquid habes quod in hoc cõtemnas? ¶Tacent: ſatis laudant.} Taciturnitas, confeſſionis genus eſt, præſertim cõtra aduerſarij interrogationem. Ideo tacere hoc, vel quaſi laudis argumentum eſt: quia ſuprà tacere vituperauit: ideo & ipſe ſic ait, Quid tu ais Gnatho? nũquid habes quod contẽnas? ¶Tacent: ſatis laudant.} Et, Quid tu Thraſo? quia ſuprà cõtempſerat puellam. ¶Fac periculũ in literis, fac in palæſtra, in muſicis.} Si totum ſingulariter diceret, eſſet ὁμοιοτέλευτον Litera, paleſtra muſica. ¶Quæ liberum ſcire æquum eſt.} Quondam liberi pueri his artibus erudiebãtur. Et eſt figura ἔκλειψις: deeſt enim, His. ¶Solertem.} Id eſt diſertum. Vtrum hac ſolertem? vt Horatius, Doctę ſermones vtriuſque linguæ. An aſſumẽdũ eſt His extrinſecus? ¶Solertem.} Deeſt his. Solers, quaſi totus ex arte cõſiſtẽs. vt ὅλος ἀρετή, quod latinis verbis, quaſi ſolus in arte ſit. Huic iners cõtrarium. Nã ſolers, quaſi ὅλος ἀρετὴ dictus. ὅλον ſolũ, vt ἓξ ſex, & εἷς ſus dicimus. ¶Ego illum Eunuchũ, ſi ſiet opus, vel ſobrius.} Hoc vt militare eſt, ita importunũ pręſente Thaide, extra quã, miles ſi ſaperet nihil amatoriè cõtemplari debuit. Sed & hoc accedit ad eius odiũ, præterquàm q̃ iã in ſuſpicione eſt amicæ ſuæ, quòd fidicinam magis diligat. Et hoc mirè, quòd nemo prior Eunuchum eſſe Chæreã, quàm miles, credidit adeò ſtultus etiã nomine ipſo appellauit. Sed ſtatim ſtultè miles, primo quidem conuitium ipſi Eunucho facit: in quo poteſt iam lædere amicam. deinde atteſtatur hoc dicto pulchritudinem huius muneris. Quid igitur proficit. Satis autẽ ioculare eſt, ſi cogites Chæreã eſſe, qui hæc de ſe audiat, & tacere cogatur. ¶Vel ſobrius.} Honeſta ἔκλειψις, propter mulieris præſentiam. vt Virgilius, Nouimus, & qui te. Et ipſe in Heauton. Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam. Hoc tamen miles coactus à Parmenone dicit, quia reprehenſus eſt tacuiſſe. ¶Atq; hæc qui miſit} Id eſt tanta munera. hoc enim Hęc ſignificat. ¶Non ſoli ſibi poſtulat.} Hoc eſt, iſtũ æmulum quòd potes, ab ipſa pellito. ¶Sua cauſa excludi cæteros.} Nihil potuit dici inuidioſius. Non enim dixit Phædriã, ſed cæteros, quaſi futuri amatores fuiſſent, niſi metueretur exemplum Phædriæ. ¶Neq; pugnas*

Marginal notes: Vſque. — Vſque. — Vix. — Aetas integra. — Honeſtus. — Habere. — Taciturnitas. — Homœoteleuton. — Liberorum artes. — Solers. Iners. — Eclipſis. — Hac.

*narrat.}Deſcriptio militis,tantùm excepto nomine.⁋Neque
cicatrices.} Inſigne fœditatis, Nam apud meretricem quid
aliud cicatrices valent? Nam cicatrices etſi ſemper glorioſæ
ſint,non tamẽ etiam apud meretrices,quibus poſt pretiũ for-
ma placet.vt Saluſtius quoq; fatetur,Hæc ſunt virtutis in-
ſignia:deboneſtamento tamen eſſe corpori maximè lætaba-
tur.⁋Neque tibi obſtat.} Qui à te repellat amatores tuos.
Quidam. ⁋Quod quidam facit.} Quidam rectè. nam & figuratum,
& aptum ſententiæ eſt, & contemptum indicat hoc verbũ.
⁋Vbi moleſtum non erit.} Ad ſuperiora retulit quod nunc
dicit:ſcilicet ad,Non ſibi ſoli poſtulat te viuere, & ſua cau-
ſa excludi cæteros:neque pugnas narrat,&c. ⁋Vbi moleſtũ
non erit,vbi tu voles.}Ad,Neque tibi obſtat: Vbi tempus
tibi erit.Et mirè occupat animum meretricis,cum illam hu-
ius impulſu inducit facere,quicquid durè fecit excludendo
Phædriam.Hic igitur qui ſcit præcepta de beneficiis æſtimã
dis, intelligit oratoriè in vtranque partem dicta omnia.
⁋Verum vbi moleſtum.} Vtrum tibi moleſtum,an aliis?ſed
aliis,quia illaturus eſt. ⁋Vbi tempus tibi erit.} Non ama-
tori.Et,vbi tu voles:non vt nunc in milite pateris.⁋Vbi tem
pus tibi erit, Sat habet ſi tum recipitur.} His dictis & mi-
litem repulit ab animo meretricis, & commendauit ado-
leſcentem: & perfecit ne iniuria videatur apud Thaidem,
quod ſponte ſuſceperit Phædriam. ⁋Apparet ſeruum hunc
domini eſſe pauperis.}Triſtiores enim ſunt ſerui pauperum,
& ob hoc ipſum nequiores.& hoc melius erat:quanuis illud
aliter paraſitus exponat.⁋Domini pauperis miſeríque.} Be-
ne additum miſeri: quia non continuò pauper etiam miſer
eſt.⁋Nam hercle nemo poſſet.}Secundum illud,Ait,aio:ap-
probat paraſitus quod miles dixit. Et eſt ordo, Nam hercle
ſatis ſcio, nemo poſſet & hunc perpeti, qui haberet quî pa-
raret alium ſeruum.⁋Nam hercle nemo poſſet.}Aliam cau
ſam ſubtiliorem aſſignat paraſitus,quàm quam dixerat mi
Quî. les.⁋Qui haberet quî pararet.} Prius Qui, pronomen, ſe-
quens,aduerbium eſt.⁋Quem ego eſſe puto infra omnes in-
fimos homines.} Multum dixit, infra infimos omnes homi-
nes,nam hac ſententia vult illum hominem ſeruis etiam eſ-
ſe peiorem:quia & ſeruus,homo.vt in Phormione. Seruum
hominem cauſam orare leges non ſinunt. ⁋Qui hunc ani-
Animum mum aſſentari induxeris.} Propriè:nam animus inducitur
inducere. aduerſum obiectas difficultates.⁋E flamma te petere cibum
poſſe arbitror.⁋Vnde ſine damno,aut malo nihil poteſt au-
ferri.⁋E flamma.}Hoc intelligit, non ex foco, ſed ex medio
igni, vel incendio flammæ. Nam antiquum verbum eſt,
Cibum è Petere cibum è flamma.mordétque vtrumque ſimul:vt ne-
flamma pe ſcias quem peius vituperauerit, huiúſne famem, an illius
tere. immanitatem, vel voraginem. Et ſimul vide conuitium
redditum vnde coniectum eſt: id eſt de paupertate & ege-
Iam. ſtate.⁋Iám ne imus?} Odium Parmenonis, & ſtomachum
Poſt. militis iſta indicat feſtinatio.& Iam, increpatio moræ eſt.
⁋Poſt huc continuò exeo.} Legitur & poſtea, & poſt: vt ſit
poſt, pro poſtea * quomodo pro poſtremo poſt.
⁋Ego hinc abeo.} Conſequens erat, vt offenderetur miles
tam diligenter riualis munus ſuſcipiente meretrice. ⁋Vnà
ire amica cum imperatorem in via.} Vide προπαρασκευὴ
futuræ litis inter Thaidem & militem. ⁋Cum amica.} Mi-
rificè amicam dixit non meretricem. ⁋Imperatorẽ in via.}
Congruè in militem:quaſi ipſe ſit, ſub quo eſt. & hîc ſeruat
Parmeno quod ſibi mandatum eſt, Et iſtum æmulum quòd
poteris,ab ea pellito.Et bene mutat nomina, hinc ad hono-
rem,hinc ad inuidiam.Hanc,non meretricem,ſed amicam
dixit:hunc non militem, ſed imperatorem. ⁋Quid tibi ego
multa dicam?}Non habuit aliud miles ſtultus: & redit ad
illa quæ ſuprà dixit, Domini pauperis miſeríque. ⁋Domini
ſimilis es.}Ineptus iocus, in quo ſeruus iniuriæ vice domi- Similis
no comparatur.⁋Quid rides?}Et hoc eo vultu dicitur,qua- domini.
ſi ſibi conſcius ſit miles, facetè dicti conuitij. nam non quòd
neſciat cauſam riſus,eò interrogat quid riſerit, ſed ideo, vt
denuo laudetur. ⁋Et illud de Rhodio dictum.} Hoc eſt il-
lud,Eorum ingenia admiror ſimul. Et huic,vt apparet,ſit a-
micior:ideo facilius ab amica,quàm à paraſito ſeparabitur.
⁋Abi,præcurre,vt ſint domi parata omnia.}Nõ dixit quæ:
quia intelligitur.⁋Fiat.}Faciam,vel fiet,diceret ſeruus,Li- Fiat.
ber verò, fiat: tanquam & ipſe iubeat ſibi. ⁋Domi vt ſint
parata omnia.}ἔλλειψις ἠθικὴ, in qua plus vultu ſignifica-
tur,quàm verbis. ⁋Si Chremes huc fortè ad me venerit.}
οἰκονομία ad litem futuram, & exitum fabulæ. Et hoc non Ad me.
audit miles:nam ſi audiret,nimis iraſceretur.⁋Ad me ad- Quid,quid
ducito.}Modò vbi ſum ſignificat. ⁋Quid,quid aliud volui Quẽ, quẽ?
dicere?}Pro,quid aliud?hinc eſt illud Ciceronis, Quẽ,quém-
nam?rectè admones.Polycletum eſſe dicebant.⁋Curate di-
ligenter iſtam virginem.} Hæc res eſt quæ faciet virginem
claudi,in lectulo collocari & obdormire. ⁋Curate iſtam di-
ligenter virginem.}Ridiculum, cum contrà euenturum ſit.
⁋Vos me ſequi.}κωφὰ πρόσωπα ſunt puellæ quæ ſequũtur.

Audire vocem viſa.}Apuleius libro, de deo Socratis,ci ADRIA.
tans hæc Thaidis verba, Qui dicit, inquit,vocem ſe quam- BARL.
piam audiuiſſe, aut neſcit vnde exorta ſit,aut in ipſa ali-
quid addubitat, aut eam quiddam inſolitum demonſtrat
habuiſſe. ⁋Meum ſuauium.} Quidam hîc putant ſuauium Suauium,
non accipi pro oſculo,ſed ſuauitate,vt ſit idẽ cum illo Plau- pro Suaui-
tino,Spes mea,mel meum,ſuauitudo mea, cibus,gaudium. tas.
⁋Ecquid nos amas?} In voce, ecquid Priſciano authore,n,
mutatur in c. Eraſmus primo de copia commentario. Quis,
inquit,pollet idem, quod aliquis, ſed his fermè præcedenti- Ecquid.
bus dictionibus, ſi, ne, num, & vbi, & cæteris ſimilibus.
⁋De fidicina iſtac.}Budeo authore,de,ſignificat pro vel pro- De.
pter.Horatius in ſatyra,Miſſi magnis de rebus vterque le-
gati.loquens de Mecœnate & Cocceio. ⁋Quàm venuſtè.}
Id eſt,minimè venuſtè. Nam vt Cicero dixit. Odioſum ſanè
genus hominum eſt officia exprobrantium, quæ meminiſſe
debet is,in quem collata ſunt,non commemorare qui contu-
lit.Et Seneca Quàm dulce eſt,inquit, & pretioſum, ſi gra-
tias ſibi agi non eſt paſſus, qui dedit, ſed dediſſe dum dat
oblitus eſt.Qui dedit beneficium taceat, narret qui accepe-
rit.⁋Merito tuo.}Facetè meretrix amorem ſuum non ad a-
uaritiam retulit,ſed ad officium:cum inquit, de fidicina te
amem,tum præcipuè merito tuo. ⁋Eamus ergo ad cœnam.}
Optimè ſeruat decorum perſonæ,cum paraſitus de cœna eti-
am importunè admonet.⁋Alterum ex homine hunc natum
dicas.} Nanque ſolet ſimilis filius eſſe patris. ⁋Pace quod Pace quod
fiat tua.}Quod ſine moleſtia tua fiat, quod ſine incommodo fiat tua.
tuo fiat,quod inter nos liceat,quod pace fiat tua, & huiuſ-
modi loquendi modi,orationem Latinã candidam & lucu-
lentam efficiunt.Parrheſia hîc eſt, quam figuram vocat licẽ
tiam Cornificius. Fit quando aliquid liberè dicitur, apud
quos vereri debeas.Sic Cic.pro Marcello.Et hoc,pace dicam
tua.Vide Quintilianum lib.IX.capite.II.⁋Res indicabit.} Res indi-
Id eſt experimẽto atque exitu perſpicietur ſermonis veritas. cabit.
Pindarus in Nemeis: ἐν δὲ πείρᾳ τέλος διαφαίνεται ὧν τις
ἐξοχώτερος*

ἐξοχώτερος γίνεται. Id eſt, in experimento verò tandem apparet, quibus ſit aliquis præſtantior. ¶ Ex Aethiopia eſt vſque hæc.} Præpoſitio vſque coniungitur plerumque cum alijs præpoſitionibus, a, ab, ad, ex. ¶ Ex Aethiopia.} Longinquitas loci, munus commendat. Ergo dixit ex Aethiopia. ¶ Hîc ſunt tres minæ.} VIII. libræ, XV. ſolidi groſſ. hoc eſt, quinquagintaduo renenſes & decem ſtuferi, ſiue octo libræ Flandricæ & XV. ſolidi. ¶ Hem Eunuchum tibi.} Quid ſi en legatur? Spado & Eunuchus idem ſignificant, hoc tamē

*Honeſtus.* elegantius, & magis Atticum eſt. ¶ Honeſtus eſt.} Hîc honeſtus pulchrum ſignificat. ¶ In Muſicis.} Parœmiographus.

*Tibijs canēdi ars olim ſordida.* Olim, inquit, tibijs canendi artem non diſcebant ingenui, tanquam ſordidam, ſed hanc ſola mācipia exercebant, quæ plerunque ex Arabia producebantur. Deinde ingenuis adeò placere cœpit, vt indoctus haberetur quiſquis huius eſſet ignarus, donec Alcibiades tibias abijceret, oris deformitate conſpecta ad ſpeculum. Dicat quiſpiam, non rectè igitur Menander qui poſt Alcibiadem vixit, hac in fabula muſicam ponit, inter ea quæ liberum adoleſcentem decent. Bona verba, quaſi non alia inueniantur inſtrumenta muſica quibus canere potuerit Chærea. Donatus citharam inter honeſtas artes enumerari oſtendit, cum ſcribit libro ſexto in campis Elyſijs, Orpheum tractare citharam, neque in ſextū tantùm, verùm etiā in primum Aeneid. cum cithara in regio conuiuio perſonantem facit Iopam Virgilius. Interpretis verba ſunt hæc. Ludi autem Didonis, nihil turpe, nihil dictu obſcenum habuerunt. Nam citharæ artem inter honeſtas numerari conſtat. per hanc Orpheus plurimum potuit, hanc graues & prudentes amant, hanc diligunt muſæ, quibus tradentibus in vſum hominum venit. ¶ In muſicis.} Parœmiographus Chiliadis tertiæ Cēturia VI. Adagio. LXXVIII. dicit poëticam muſicæ confinem eſſe arti, & muſicam artem poëticen vocari à Terentio. ¶ Adole-

*Solertia.* ſcentem ſolertem.} Id eſt ſcientē. Solertia enim dicitur ingenitum acumen, & naturalis aptitudo ad aliquid celeriter percipiendum. ¶ Ego illum Eunuchū vel ſobrius.} Aliquando pudoris cauſa, vel propter cuiuſpiam præſentiam aliquid ſubticemus. ¶ Atque hæc, qui miſit.} Hîc eſt quod aliàs dixit Phædria. Iſtunc æmulum quod potes, ab ea pel-

*Infra omnes homines eſſe.* lito. ¶ Quod quidam facit.} Per contemptum Thraſonē intelligit. ¶ Quem ego eſſe infra infimos omnes puto homines.} Id eſt, qui meo iudicio omnibus extremæ notæ hominibus vilior es, qui mea ſententia non es dignus, vt abie-

*Cibū ē flamma petere.* ctiſſimo omnium mortalium matulam porrigas. ¶ E flamma te petere cibum poſſe arbitror.} Id eſt quiduis facturū, paſſurúmque cibi cauſa. Prouerbium eſt & apud Catullum, qui loquēs de quadam Rufa, Sæpe quā in ſepulchretis, inquit, vidiſtis ipſo rapere de rogo cœnam. ¶ Hos prius introducam, & quæ volo Simul imperabo, poſtea continuò

*Tēpus præſens.* exeo. ¶ Exeo.} Præſenti verbo celeritas operis oſtēditur. Ita & Cicero quarta in Catilinam Inuectiua. Nunc antequam ad ſententiam redeo. oſtendit excurſionem qua vſurus eſt, fore breuem, qualem eſſe debere Fabius præcipit libro quarto inſtitutionum. ¶ Domini ſimilis es.} Dici ſolet, cum ſerui dominorum ferocitatem repræſentant, aut diſcipuli præceptoris reſipiunt arrogantiam, aut miniſtri principum faſtū. breuiter, quoties qui ſubſunt, eorum exprimunt mores, ſub

*Quid aliud volui dicere.* quorum imperio degunt. In Chiliadibus. ¶ Quid aliud volui dicere?} Ita loqui ſolemus, ſi quid memoria exciderit, quod alteri mādare habebamus in animo. ¶ Vos me ſequimini.} Sunt puellæ quæ ſequuntur.

*LATOMVS* Argumentum. Hîc variæ inducuntur perſonæ, ſed ita diſtinctæ, vt facilè inter ſe dignoſcantur. Exhibetur autem Thaidi munus Phædriæ à Parmenone, in quod ineptè cauillatur Thraſo, adſentāte interim Gnathone. ¶ Quàm venuſtè!} Ironia Parmenonis ad ſpectatores. ¶ Quid hunc vides?} Tacita correptio. ¶ Vbiuis dona.} Hoc clarè dicitur. ¶ Quæſo hercle.} χαριεντισμός. ¶ Hîc ſunt tres.} Extenuatio ad contemptum. ¶ Mina valebat decem coronatis. ¶ Vel *Mina.* ſobrius.} Verecunda eclipſis, ad moderandum obſcenum dictum inepti militis. ¶ Atque hæc.} Obliquè deſignat Thraſonem. ¶ Nam hercle.} Adſentatio Gnathonis. ¶ E flamma te cibum petere.} Prouerbium. ¶ Haud conuenit.} Ironica approbatio. ¶ Diligenter Pythi.} Oeconomia & præparatio ad ſequentem ſcenam. ¶ Quid? quid aliud.} Repetitio quærentis ſecum & cogitabundæ.

*PETRVS MARS.* Audire vocem, &c.} Aſtus meretricius, verba ſubdola, & ſimulatus pro tempore ad fallendum affectus, necnon amantium, ſiue ſtultitiæ, ſiue inſidiæ, ac commētum ad zelotypiam excitandam, exprimuntur hac ſcena. Meretrix quippe ſimulata fronte pluribus arridet, vt plures ſpoliet: & æmulationis ſemina ſpargit, vt inde abundantiorem habeat meſſem. Conducit nanque meretricio quæſtui, complures habere amatores inuicem zelotypos: vt illorum ardore & ſtultitia fruatur. Vnde Plautus in Ciſtellaria dicit: Meretrix eſt fortunati oppidi ſimillima, non poteſt ſuam rē obtinere ſola ſine multis viris. Et paulo pòſt: Adſimulatè amare oportet. Nam ſi amas, extemplo melius illi multo quē amas conſulas, quàm rei tuæ. ¶ Quàm venuſtè, &c.} Cicero in Lælio, ſic ait: Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit. Seneca ſcribens de clemen- *Beneficiū dati exprobratio.* tia, ad Neronem. Quàm dulce, quàm pretioſum eſt, ſi gratias ſibi agi non paſſus qui dedit, ſed dediſſe dum dat, oblitus eſt? Qui dedit beneficium, taceat, narret, qui acceperit: non tantùm ingratum, ſed iniuſtum eſt etiam, beneficiū ſuperbè datum. Et graue tormentum eſt, debere cui nolis. Fabius Verrucoſus inquit, beneficium ab homine elato aſperè datum, panem lapidoſum vocat. ¶ Eunuchum tibi quàm li- *Facies liberalis.* berali facie!} Id eſt, ingenua, non ſeruili, ac ætate iuuenili. ¶ Honeſtus eſt.} Id eſt, pulcher, & venuſtus, tum forma, tum ætate. *Honeſtus.* ¶ Adoleſcentem ſolertem.} Id eſt, ſcientem. Solertia dicitur ingenij acumen, & naturalis aptitudo ad id cele- *Solertia.* riter percipiendum, quod prudentia dictat. Comes huius eſt ſagacitas, quæ acutè ſentit atque diſcernit, quod prudentia iuſſerit. Solers, inquit Sextus Pompeius, dicitur in omni re prudens. Solertia, inquit Philoſophus libro ſexto Ethices, eſt bona quædam coniectatio, quæ ſine ratione fit, & citò.

*RIVII caſtigatio.* Ehem Parmeno bene feciſti, hodie itura.} Nos, Bene pol feciſti. ita nanq; Donatus non refragante veterum codicum fide, nec carminis ratione. In hodie, contrahitur die, vnam in ſyllabam. ¶ Quem ego eſſe puto infra omnes, &c.} Nos tace tu, quem ego eſſe infra infimos omnes puto homines. Sic conſentiunt vetuſtiſſimi quique codices, cúmque his Donat. vt rationem carminis omittam, quæ idem expoſcit. Perperam igitur inuerſus fuerat verborum ordo. Dicitur autem (vt hoc obiter explanem) infra infimos omnes eſſe, qui ſit lō- *Infra omnes infimos eſſe.* gè abiectiſſimus omnium: quo modo Ouid. in. V. Triſt. Non adeò cecidi, quamuis abiectus, vt infra Te quoque ſim, in-

ferius quo nihil eſſe poteſt. id eſt, quo vilius & magis abiectum nihil. Cicero tertio de legibus: Homo omnium infimus & ſordidiſſimus. ⸿Vt ſint domi parata omnia.⸾ τὸ omnia nõ eſt in manuſcriptis, nec interpres addit, cuius verba ſunt: Abi, præcurre, vt ſint domi parata. Non, inquit, dixit quæ, quia intelligitur. Paulo pòſt. Vt ſint parata domi. Et hæc ἔκλειψις ἠθικὴ: in qua plus vultu ſignificatur, quàm verbis. Verſus etiam ſine illo probè conſtat.

**DOLETI obſeruatio.** Ecquid nos amas de fidicina iſtac?⸾ Amare de, pro ob, ſæpe dicunt Latini. Cicero Familiarium decimoſexto: Amo

**De, pro Ob.** te omnibus quidem de maximis cauſis. Idem ad Quintum fratrem: De mancipiis valde te amo. Idem ad Atticũ ſeptimo: De Numeriano multũ te amo. ⸿Plurimum merito tuo.⸾ Meritò quandoq; eſt aduerbium abſolutum. Nonnunquam vim aduerbij habet. & adiectiuo iũgitur, & ita loquimur:

**Merito tuo.** Merito tuo te amo, vel odi. Cicero pro Seſtio: Cæſar, qui à me nullo merito alienus eſſe debebat, inimiciſſimus eſſe ſaluti meæ, ab eodem quotidianis cõcionibus dicebatur. Vatinius Cicer. Familiarium quinto: Scis meam fortunam neſcio quo modo facile obtrectatores inuenire, non meo quidem meher cule merito. Titus Liuius de bello Maced. Frater me accuſat nullo meo in ſe merito. Id eſt, offenſa. ⸿Pace quod fiat

**Pace tua.** tua.⸾ Pax præter vulgarem ſignificationem interdum ponitur pro venia: & in hoc ſignificato ſæpe cum venia iungitur. Cicero pro Font. Illæ nationes in bellis gerendis à Diis immortalibus pacem, ac veniam petunt: iſtæ cum ipſis Diis immortalibus bella geſſerunt. Idem pro Rabirio: A Ioue pacem, & veniam peto, precórque, vt &c. Ex hac pacis ſignificatione eſt, quod dicimus: pace tua. Honeſtus quidem reprehenſionis modus, prius capta venia: & tunc pace tua idem eſt, quod tua venia, vel te non iraſcente, te non læſo, te non offenſo. Cicero pro Milone: Pace tua, Patria, dixerim: metuo enim, ne ſceleratè dicam in te, quod pro Milone dicam piè. Idem de Oratore primo: Tu vix vllam cæteris oratoribus, pace horum dixerim, laudem reliquiſti. ⸿Quem ego eſſe infra infimos omneis puto.⸾ Id eſt omnium abiectiſſimum, & contemptiſſimum. Quod ad particulam, infra per-

**Infra.** tinet: infra, & ſupra contraria ſunt. Refertur verò eleganter aliquando ad perſonam, ſiue ad dignitatem. Quo loquendi genere dicimus aliquid infra nos eſſe, pro dedecere dignitatem noſtram: vel vilius eſſe, quàm vt conueniat officio, & dignitati noſtræ. Barbari quidam particulam hanc ad numerum, & ad tempus perſæpe referunt: quam tu barbariem diligenter vitabis, ſi germanam latinitatem amas. Cice. de Finib. Ducere omnia humana infra ſe ſapiẽs debet. Ibidem: Vt omnia, quæ homini accidant, infra ſe iudicet.

**GLAREANVS.** Et huius quoque ſcenæ verſus ſunt iambici trimetri acatalectici. In tertio verſu vel Meum eſt monoſillabum, vel bacchius loco primo. In nono verſu Ehem legendum, vt rectè annotauit Riuius. Idẽ in decimo verſu, Bene pol feciſti, legit. Et in hodie contrahit die in vnam ſyllabam. Eraſmus autem d, elidit in Quid. At Aldinus codex aliter hoc carmen legit, nempe in fine ſic, Quid, hunc vides? Eraſmus ante vides, ponit negationẽ, Quid, hũc nõ vides? Quod mihi non placet, & pluſculum gratiæ habet, ſi negatio auferatur. In XXI. vel Ais monoſyllabum eſt, vel s, eliditur in Honeſtus. In XXIII. malim s, elidere in Satis, quàm i corripere in Periculum, quia conſuetius eſt. Poteſt & bacchius eſſe loco ſecundo. In XXVII. vel Sua monoſyllabum eſt, vel bacchius loco tertio. In XXXVI. Riuius verſum ita legit.

Tace tu quem ego eſſe infra infimos omnes puto.

Atque ita habent etiam mei veſtutiores codices, & carmen ita expoſcit. In quadrageſimoſecundo: idem Riuius ita legit, Vnà ire cum amica imperatorem in viam. Ita vt m, nõ elidatur, & tertio loco ſit tribrachys. Et planè ita habent vetuſti codices. In ſeptimo à fine, Omnia ſuperfluit, vt rectè admonuit Riuius. In ante penultimo verſu, vel proceleuſmaticus eſt initio, vel d, in altero Quid eliditur. In vltimo verſu domi non eſt reiiciendum, ſed vel pæan quartus loco tertio, vel eamus diſyllabum.

**DONATVS** PROFECTO quanto magis magisque cogito.⸾ Hæc perſona apud Menandrum, adoleſcentis ruſtici eſt, & inconſequens oratio eſt: ſed conceditur ſecum loquentibus multa tranſcendere, quæ taciti intelligunt. eſt enim integrum hoc modo, profectò quanto magis magiſque cogito, nimirum intelligo vel inuenio, quod dabit hæc Thais mihi magnum

**Nimirum.** malum. Poteſt autem Nimirũ & pro confirmatione accipi vt nihil deſit: vt ſit nimirum, ſine dubio, pro certo. ⸿Nimirum dabit hæc Thais mihi malum.⸾ Solue nimirum: & fac, non eſt mirum: & ſtatim conſequens

**Aſynthetõ** erit per ἀσυνδετον tota ſententia, quaſi dixerit, non eſt mirum: & ſubdiſtinctione interpoſita mox intulerit, Dabit hæc Thais mihi ma-

**Ni.** gnum malum. nam ni, ne ſi-

**Ne.** gnificat: & ne, non. Ni pro ne: Virgilius, —læti diſcrimine paruo Ni teneant. Ne pro non: Plautus, Ne vult inquit, pro non vult. ⸿Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum.⸾ His verbis intelligitur ſe ſentire paulatim labi in amorem meretricis, quamuis inuitum, & adhuc retinentem mentem. ⸿Roget quis, quid tibi cum illa?⸾ Prius intulit, quàm interrogauit. ⸿Vt

**Manere.** vbi manerẽ.⸾ Manerem modò, nõ dormirem, ſed remanerem ſignificat. ⸿Et rem ſeriam velle agere mecum.⸾ Scilicet quæ non poſſet nũc agi, cum operetur. An rem ſeriam magis agendam tunc putabat, cum rem diuinam feciſſet? ⸿Dolo malo omnia

**Dolus.** fieri hæc.⸾ Dolus à lædendo dictus, id eſt à dolãdo, id eſt minuendo. nam & δόλος Græcè, læſio dicitur: &

**Dolones.** dolones, tela quædam bellica:

**Dolare.** & dolare fabri lignum eſt aſcia cædere. Quòd autem addidit malo: aut ἀρχαϊσμὸς eſt, quia ſic in duodecim tabulis à

## ACTVS III. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

CHremes probatus adoleſcens amari ſe à Thaide ſuſpicatur, quem amorem effugere ſtudet.

*bulis à veteribus ſcriptum eſt: aut* ἀπίθετον *doli eſt perpetuũ: aut diaſtole eſt, quia eſt & bon⁹, quo à medẽtibus falli ægros, non tamen decipi, Lucretius poëta teſtatur.* [Dolus bon⁹ & malus.]

*¶ Accumbere mecum.} Mecum penes me ſignificat.* [Mecum.]

*¶ Mihi dare ſeſe.} Non poteſt magis ſignificari profuſa petulantia.* [Dare ſe alteri.]

*¶ Sermonẽ quærere.} Sermonem quærimus, quando non ſolùm quod dicamus quærimus, verumetiã quomodo alter nobis reſpondeat & obloquatur: puta cũ deficientibus ſermocinandi cauſis, quota ſit hora, & ſatis rectè quis valuerit, percontamur.* [Sermonem quærere.]

*¶ Quàm pridem pater mihi & mater mortui eſſent.} Hoc propter ætatem puellæ inquiſitum eſt.*

*¶ Huc euaſit.} Tanquam impudenter contenderit ad hanc inquiſitionẽ.* [Euaſit huc.]

*¶ Iam diu.} Iam olim.* [Iam diu.]

*¶ Et quàm longè à mari.} Hoc ideo meretrix inquiſiuit, vt ſciret vtrum rapina prædonibus fuiſſet; quippe ad mediterraneum locũ, qui acceſſus eſſe potuit piratis. Sed tamen non abhorret à ſuſpicione huius meretricis, quòd & ſcire vellet cuius pretij fundum habeat Chremes, hoc eſt, quàm amœnum, vel quàm maritimum.*

*¶ Sperat ſe à me auellere.} Bono vſus eſt verbo auellere, tanquam à pertinaciter retinente.* [Auello.]

*¶ Quid habuiſſet, cum periit.} Cum, pro quando: aut, cum periret.* [Cum.]

*¶ Hæc cur quæritet.} In geſtu, ac vultu id quod reſtat oſtenditur. nam deeſt, neſcio.*

*¶ Hanc ſe intendit eſſe.} Propriè intendere, eſt crimen in aduerſarium iacere.* [Intendere.]

*¶ Maiuſcula eſt.} Diminutiuè dixit, vt oſtenderet vtranque eſſe primæuam.*

*¶ Miſit porrò orare.} Porrò, pro poſtea.* [Porrò.]

*¶ Vt venirem ſerio.} Vtrum, vt venirem ſerio, an orare ſerio?*

*¶ Aut dicat quid vult.} Pro quid velit. In Hecyra, Ac vide q̃ immerito ægritudò hæc oritur mihi abs te Soſtrata.*

ARG. PAVL. MALLEO.

HÆC ſequens ſcena continet Chremetis probati adoleſcentuli ſuſpicionem de Thaidis erga ipſum amore, quem ſanè ſubterfugere obnixè conatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

OCcaſio, qua Thraſo eiicitur. Etenim puella Thaidi dono data, ciuis Attica deprehenditur.

*Senarij.*

CHREMES, PYTHIAS.

*PRofectò quãto magis magiſque cogito,*
*Nimirũ dabit hæc Thais mihi magnum malum,*
*Ita me video ab ea aſtutè labefactarier.*
*Iam tum cum primùm iuſsit me ad ſe accerſier:*
*(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem.)*
*Vbi veni, cauſam vt ibi manerem, repperit:*
*Ait rem diuinam feciſſe, & rem ſeriam*
*Velle agere mecum. iam tum erat * ſuſpicio,*
*Dolo malo hæc fieri omnia: ipſa accumbere*
*Mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere.*
*Vbi friget, huc euaſit, quàm pridem pater*
*Mihi & mater mortui eſſent, dico iam diu.*
*Rus Sunij ecquod habeam, & quàm longè à mari.*
*Credo ei placere * hoc: ſperat ſe à me auellere.*
*Poſtremò, ecqua * in die parua periſſet ſoror.*
*Ecquis cum ea vnà: quid habuiſſet, cũ periit:*
*Ecquis eam poſſet noſcere. hæc cur quæritet,*
*Niſi illa fortè, quæ olim periit paruula*
*Soror, hanc ſe intendit eſſe, vt eſt audacia?*
*Verùm ea ſi viuit, annos nata eſt ſedecim,*
*Non maior. Thais, ego quàm ſum, maiuſcula eſt.*
*Miſit porrò orare, vt venirem ſerio.*
*Aut dicat quid volt, aut moleſta ne ſiet:*
*Non hercle veniam tertiò. heus, heus. P. hic quis eſt?*
C. *Ego ſum Chremes.* P. *ô capitulum lepidiſſimum.*

[* ſuſpectio. * ,hoc * Inde]

*¶ Aut moleſta ne ſiet.} Aut hoc moraliter (nam cui hoc imperat?) aut cum quo hoc agit?*

*¶ Heus heus, hîc quis eſt?} Hæc ſeparatim pronuntianda ſunt. nam apparet inter hæc verba pulſatam ianuã perſonare.*

*¶ Ego ſum Chremes.} Vide quantũ diſtet, ac varia ſit huius ruſticitas, Ego ſum Chremes: à faceta meretricis diſciplina:*

*¶ O capitulum lepidiſsimũ.} Nam ruſticũ eſſe ſtatim magis apparebit, vbi dixerit, Rus eo: &* [Capitulũ.]

*¶ Dico ego mihi inſidias fieri.} Blandimentum ruſticus inſidias putat:*

*¶ Rus eo.} Pro potiore negotio rus poſuit: & maior negatio eſt, quàm ſi diceret, Nõ huc venio.*

*¶ Nõ poſſum inquam.} Plus eſt, quàm nolo.* [Nõ poſſum.]

*¶ Dum redeat ipſa.} Ipſa, vel domina, vel ipſa de qua agitur.*

*¶ Nihil minus.} Deeſt faciam.*

*¶ Malam rẽ hinc abis.} Hoc aduerbialiter dixit: quemadmodum dicimus Domum ibis. Et apparet illum manu tactum eſſe qui ſic iraſcitur, quia dixit Pythias, Cur mi Chremes? quaſi dicat, Cur meus ſic indignatus eſt adoleſcens? nã ab eo quod eſt meus, vocatiuus mi facit.* [Abis malã rem.] [Mi.]

*¶ Amabo, vt illuc transeas, vbi illa eſt.} Vide nõ eſſe otioſum, quòd omnia prætenta ſunt potius, quàm res importuna fieret, vt ad militis domum Chremes deduceretur. neque enim hoc conueniebat perſonæ Bacchiali: quoniam aut infacetum & præter vſum, aut importunum: ideo hoc ipſum Doriæ præcepit.*

*¶ Vt illuc transeas, vbi illa eſt.} Vt breuem viam demõſtraret, non eas: ſed transeas, dixit.* [Tranſeas.]

*¶ Amabò.} Interiectio eſt amantis: ſic verbum ſonat.* [Amabò.]

*Roget quis, quid tibi cũ illa?} Politus eſt loquendi modus, pro quo indocti dicunt, ſi aliquis me rogaret aut peteret.* [ADRIA. BARL.] [Roget quis]

*¶ Quampridem pater mihi.} Pauciſsimi ho-*

C. Dico ego mihi inſidias fieri. P. Thais maximo
Te orabat opere, vt cras redires. C. rus eo.
P. Fac amabo. C. non poſſum inquam. P. at apud nos hîc mane,
Dum redeat ipſa. C. nihil minus. P. cur mi Chremes?
C. Malam * rem abis hinc? P. ſi iſtuc ita certum eſt tibi,
Amabo, vt illuc tranſeas, vbi illa eſt. C. eo.
P. Abi Doryas, citò hunc deduce ad militem.

Quampridem. Quamdudum. Maiuſcula quàm. *in rem.

die modũ rogandi plenè aut rectè obſeruant, quo admirandi illi veteres vtebãtur, quampridem, quamdudum venit ille? quẽ loquendi modum latiniſſimum, plerique ignorantes dicunt, quamdiu eſt quod venit? ¶ Thais quàm ego ſum maiuſcula eſt. } Priſcianus de verbis diminutiuis agens, volénſque oſtendere diminutiua etiam comparatiuorum, ad aliquid debere comparari: Terentius inquit, in Eunucho ſic habet: Thais quàm ego ſum maiuſcula eſt, id eſt, paulo maior. ¶ Hîc quis eſt. } Quidam legunt Ecquis eſt. ¶ Dico ego mihi inſidias fieri. } Blandimentũ Pythiæ ruſticus inſidias putat. ¶ Maximo te orabat opere. } Veteres dicebant olim in ablatiuo magno opere, quodam modo, qua re. Sed hæc poſtea cõtractione facta, mutata ſunt in aduerbia. ¶ Malam rem hinc abis. } Apparet Chremetem manu tactum eſſe, qui ſic iraſcitur.

LATOMVS.

Argumentũ, Chremes frater virginis ſuſpicatur ſe captari à Thaide, & cuncta pro ingenio ruſticè ac malignè interpretatur. Deinde deducitur ad Thaidem, quo facta oritur occaſio epitaſeos inter ſcortum & militem. ¶ Profectò quanto. } Inducitur ruſticus adoleſcens. ¶ Vbi friget. } Quærendo ſermone deficit. ¶ Verùm ea ſi viuit. } Argumentum ab ætate ad refellendam ſuſpectam fraudem. ¶ Dico ego mihi. } Hoc ſecum ruſticus. ¶ Malam rẽ hinc abis }. Imprecatio in attrectantem, & ſubtracta eſt in præpoſitio.

PETRVS MARS.

Profectò quanto magis, &c. } Meretricias artes, dolóſque multiplices, cautè vitandos eſſe monet hæc ſcena: ne irretiti dent pœnas, & impudẽtiæ meritò accuſentur, & vitioſam perſonam hæc tali diſpoſitione lucrari docet, vt mala ſemper præſumatur, quamuis interdum mala non ſit. ¶ Labefactarier. } Labes dicitur macula. Et labefactare, eſt maculare & inficere. ¶ Suſpitio dolo malo &c. } Seruius iuriſconſultus, vt eſt in volumine Digeſtorum, dicit dolum malum, eſſe machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud ſimulatur, & aliud agitur. Labeo ſic definit: Dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallẽdum, decipiendum alterum adhibita. Dolus malus dicitur ad differentiam, quoniã veteres etiam bonum dolum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant, maximè ſi aduerſus hoſtem latronémve quis machinaretur. ¶ Rem ſeriam. } Id eſt, grauem, & minimè iocoſam. ¶ Accumbere mecum. } Id eſt, mecum ſedebat. ¶ Vbi friget. } Deſinit ardor ille meretricius blandiẽdi, ſermonémq; quærendi. Vnde dicitur opus etiam frigere, cum intermittitur: feruere, cum celeratur, & fit cum diligentia. ¶ Vt eſt audacia meretricum. } Scilicet quæ ſine pudore audent omnia. ¶ Ventrem ſerio. } id eſt, ſine nugis, & iocis. ¶ O capitulum lepidiſſimum. } Id eſt, iucundiſſimum nobiſque chariſſimũ, & non inuenuſtum. ¶ Nihil minus. } Subaudi faciam, id eſt non manebo. ¶ Amabo vt illuc trãſeas, vbi illa eſt. } Id eſt, per tranſitum illuc eas, vbi eſt, Thais. Dixerat enim Chremes: Rus eo. & ſic oſtendit non eſſe incommodum Chremeti illuc iter facere, vbi erat Thais.

Labes. Labefactare. Dolus malus. Accũbere. Frigere. Feruere. Lepidus.

RIVII caſtigatio.

Ait rem diuinam feciſſe ſe. } Nos ex antiquis omiſimus illud ſe pronomẽ: quod & ſenarius reſpuit, & additum apparet à ſciolis iſtis, omnia ſuis gloſſis contaminantibus. ¶ Rus Sunij & quod habeam & quàm longè à mari. } Nos ex manu ſcripto & pleriſque alijs legimus: Rus Sunij ecquod habeã. pro nunquod. Et paulo pòſt: Ecqua inde parua periſſet ſoror. Rurſus ibidem: Ecquis poſſet eam noſcere. pro num aliquis. Atque hęc vera lectio eſt.

Ecquis.

DOLETI caſtigatio.

Ita me video ab ea aſtutè labefactarier. } Labefacto à labe dicitur: ſed vt labes duplicem ſignificationem habet: ita etiam labefactare. Nam & turpificare ſignificat & violare, vel comminuere, & damnum inferre. De priori ſignificato, Cicero Familiariũ duodecimo: Nec vero poſtea deſtiti labefactare eum qui ſumma cum tua iniuria, contumeliáque Reipublicæ prouinciã abſens obtinebat. Idem pro Cluentio: Quorum fidem pretio labefactare conata ſit, tenemus. De poſteriori ſignificato, Cicero Famil. quinto: Quæ cogitatio erat aliquantum labefactata, atque conuulſa. Idem in Verrem actione quinta: Labefactarat vehementer oratores iam ſuperior annus, proximus verò funditus euerterat. ¶ Iam tum erat ſuſpicio, dolo malo hæc fieri omnia. } Dolus eſt fraus, ſiue machinatio, quæ fit ad aliquem fallendum. Quo vocabulo nunc tantum in malis vtimur. Antiqui autem etiam in bonis rebus vtebantur. Vnde adhuc dicimus ſine dolo malo: nimirum quia ſolebat dici & bonus. Veteres eum dolum pro ſolertia accipiebant, maximè ſi aduerſus hoſtem, latronémve aliquid machinaretur. Cicero ad Attic. Agere cœpit cum eius fratre de iis rebus, quas eum dolo malo accepiſſe diceret. Idem in Top. Dolus malus eſt, cũ aliud agitur, aliud ſimulatur. ¶ Mihi ſeſe dare. } Profuſam petulantiam hîc deſignat Terentius. Eſt autem dare ſe, idem quod ſtudere, vel inſeruire, ſequi. Cicero ad Atticum ſeptimo: An cuncter, & tergiuerſer, & iis me dem qui tenẽt, qui potiuntur? Idem ad Atticum nono: Optimatibus tuis nihil confido, nihil iam ne inſeruio quidem: video, vt ſe huic dent. ¶ Sermonem quærere. } Id eſt, captare. Sic enim loquitur Terentius in Heaut. Ita animum cœpi attendere, hoc modo ſermonem captans. ¶ Vbi friget, huc euaſit. } Pro, vbi videt me parum animum ad eius verba & ſermonem aduertere, oratione alia vſa eſt. Frigere autẽ extra propriam ſignificationem dupliciter cum maxima venuſtate trãſfertur. Eſt enim aliquando idem, quod ſordere, vel nullius pretij eſſe: aliquando frigere eum dicimus, qui remiſſior ſit, & fractior. Cicero Familiariũ vndecimo: Planè iam Brute frigeo: organum enim erat meum Senatus: id iam eſt diſſolutum. ¶ Dico ego mihi inſidias fieri. } Inſidias facere, idem eſt quod inſidias ſtruere, tẽdere, parare, vel comparare. Cicero ad Quint. fratr. Pompeius hæc intelligit, nobiſcúmque communicat, inſidias vitæ ſuæ fieri. Idem: Multæ mihi inſidiæ terra marique factæ ſunt: quas partim mea diligentia deuitaui, partim amicorum ſtudio, officióque repuli.

Labefactare. Dolus. Dare ſeſe alicui. Sermonem quærere. Frigere. Inſidias facere.

GLAREANVS

GLAREANVS.

*Eiuſdem cum ſcenis prioribus rationis ſunt verſus. In priore Magis s, eliditur. Tertius verſus ita legendus, Ita me aſtutè ab ea video labefactarier: vbi habet codex vetus. Et bene habet carmen. In ſeptimo, Ait monoſyllabum eſt. In octauo ſuſpicio ſecunda ſyllaba producitur, vt aliâs apud hunc Poëtam. In duodecimo, Mihi monoſyllabum totum eliditur. In decimoquarto, Ei eſt monoſyllabum. In decimoquinto, Periiſſet tetraſyllabum eſt, non triſyllabum. In ſeptimo verſu à fine, Mihi monoſyllabum totũ eliditur. In penultimo quidam malunt de Illa l, elidere, quàm s, de Tranſeas. Sed ego puto bacchium eſſe loco quinto.*

DONATVS

HERI *aliquot adoleſcẽtuli coimus in Peiræo.* } *In hoc prologuto inſinuatio perſonæ eius eſt, cui narraturus eſt Chærea, quæ à ſe poſt ſcenam facta ſunt. Fit autem hoc populi cauſa, vt ſpectator auribus accipiat quod ſubiicere oculis poëta non potuit.* [ *Coimus.* } *Coimus,* (Coite.) *conſenſimus, ac pepigimus: ne ſit ſolœciſmus. In Peiræo, pro in Peiræum.* [ *Heri aliquot adoſcentuli.* } *Bene inuenta perſona eſt cui narret Chærea, ne vnus diu loquatur: vt apud Menandrum.* [ *Vt de ſymbolis eſſemus.* } *Plautus in Menæbmis, Minore nũquam fui diſpendio. Sed melius eſſemus, producta e litera.* [ *Præfecimus.* } *Id eſt* συμποσίαρχον *fecimus.* [ *Dati annuli.* } *Nihil interim de ſcorto. apparet enim ephebos eſſe.* [ *Præterit tẽpus.* } *Quia tempus conſtitutũ eſt.* [ *Quo in loco.* } *Quia locus conſtitutus eſt.* [ *Homo ipſe.* } *Quia Chæream ei rei præfecimus.* [ *Cæteri dedere.* } *Cæteri, exceptis me atque illo.* [ *Quis nam hinc à Thaide exit?* } *Cauſa ſciſcitãdi eſt admiratio de habitu commutato, & vix agnitus Chærea.* [ *Quid hoc hominis eſt?* } *Vide an longam narrationem poſſit audire, qui nondum amico narrat, & iam affectus pendet.* [ *Is eſt, an nõ? ipſus eſt.* } *Vide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atq; ornatu fallere, qui ab Antiphone vix agnoſcitur.* [ *Quid hoc hominis eſt?* } *Quòd à Thaide ephebus exit.* [ *Qui hic orna.* } *Quia Eunuchi veſte indutus eſt.* [ *Quid illud mali eſt?* } *Quòd timidus egreditur.* [ *Quid ſit ſciſcitari.* } (Sciſcitari.) *Sciſcitari, eſt occulta magis & ſecretiora mirari, ac velle cognoſcere. vt, Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi, Mittimus.*

## ACTVS III. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

INducit perſonam cui narraturus eſt Chærea quæ intus patrarit. hoc ideo fit, vt populus percipiat auribus, quod honeſtis oculis ſubiici nequit. Oſtendit item Poëta iuuenes plerunque congredi vt genio indulgeant, curentque cuticulam. Hinc Ariſtoteles in Rhetoricis: Iuuenes, inquit, ſodales magis quàm alios amant. Gaudent enim conuiuiis, & lucra non deſiderant.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hoc proloquio eſt inſinuatio illius perſonæ, cui narraturus eſt Chærea quæ à ſe retro poſt ſcenam facta ſunt. Hoc autem fit potiſſimùm populi gratia, vt id auribus percipiat, quod poëta honeſtè oculis obiicere non potuit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

NArratur quoddam factum, quod obiter vſu venit. Porrò prodit Antipho, vt ſit perſona cui Chærea quæ fecit, narret.

*Iambici Tetrametri Catalectici.*

ANTIPHO *adoleſcens.*

HEri aliquot adoleſcentuli coimus in Peiræo,
In hunc diem vt de ſymbolis eſſemus: Chæreã ei rei
Præfecimus: dati annuli: locus, tempus conſtitutum eſt.

ADRIA. BARL.

*Coimus.* } *Per præteritum Donatus interpretatur, conſenſimus & pepigimus.* [ *In Piræo.* } *Non tẽpero mihi quin huic potiſſimum parti, appingam quæ Cicero ad Atticum ſuum in quadam epiſtola ſcribit. Ita ſunt eius verba. Venio ad Piræa, in quo magis reprehendendus ſum, quòd homo Romanus Piræa ſcripſerim, non Piræum. Sic enim omnes noſtri locuti ſunt, quàm quòd, in, addiderim. Non enim hoc vt oppido præpoſui, ſed vt loco. & tamen Dionyſius noſter qui eſt nobiſcũ, & Nicias Cous, nomẽ rebatur oppidi eſſe Piræa. Sed de re videro; noſtrum quidem ſi eſt peccatum, in eo eſt quòd nõ vt de oppido locutus ſum, ſed vt de loco. Secutúſque ſum non dico Cæcilium. Mane vt ex portu in Piræum (Malus enim author Latinitatis eſt) ſed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam ſermonis, putabantur à C. Lælio ſcribi. Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræum. & idem, Mercator hæc addebat, captam è Sunio. quod ſi oppida volumus eſſe, tam eſt oppidũ Sunium, quàm Piræus. Sed quoniam Grammaticus es, Si hoc mihi ζήτημα perſolueris, magna me moleſtia liberaris. Hactenus Cic. Poſui autem verba hæc lubẽtius, quòd putarem plurimum cõmendationis Terentio acceſſurum, ſi quicunque liberales has literas amplectũtur, poëtæ huius fabulas, tanti viri manibus tritas eſſe cognoſcerent.* [ *De ſymbolis.* } *De ſignificato vocis huius, dixi in Andria.* [ *Eſſemus.* } (Eſſemus.) *Comederemus cœnam, in quã ſuam quiſque partem conierat.* [ *Quid hic ornatus eſt?* } *Veſtem enim Eunuchi indutus erat.* [ *Quid illud mali?* } *Quod timidior exit.* [ *Quid ſit ſciſcitari.* } *Sciſcitari eſt occulta magis & ſecretiora velle cognoſcere.*

Præteriit tempus:quo in loco dictum eſt,pa-
rati nihil eſt,
Homo ipſe nuſquam eſt:neque ſcio quid dicã,
aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negotij cæteri dedere, vt il-
lum quæram:
Idq́ue adeò viſam ſi domi eſt.quis nam hinc à
Thaide exit?
Is eſt,an non eſt? ipſus eſt.quid hoc hominis?
qui hic ornatus eſt?
Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari ne-
que coniicere.
Niſi quicquid eſt,procul hinc libet prius quid
ſit ſciſcitari.

*Virgil. Suſpenſi Euripilum ſcitatũ oracula Phœbi, Mittimus.*

LATOMVS.

*Argumentum.} Inducitur hîc adoleſcens, cui per occaſionẽ narrabitur res geſta in domo Thaidis. Et eſt præparatio ad ſequentẽ ſcenam. ⸿Dati annuli, locus.} Pignora commeſſationis. ⸿Ipſus eſt.} Admiratur habitum Eunuchi.*

PETRVS MARS.

*Heri aliquot adoleſcentuli &c.} Adoleſcentulorum amicitia, & id quod in primis eam facit & continet, hac ſcena exprimitur. Ariſtotel. libro octauo Ethices, ſic ait: Iuuenum amicitia eſt ob voluptatem. Viuunt enim cum affectu, & id maximè ſequuntur, quod ſibiipſis eſt iucundum & præſens. Et in ſecundo Rhetor. ad Theodecten, ſic ſcribit: Iuuenes amãt ſodales magis quàm alios, quia gaudent conuiuiis, & lucra nondum deſiderant.*

Eſſemus. *⸿Eſſemus.} Id eſt, comederemus cœnam, in quam quiſque*
Symbolum *ſuam partem coniecit. ⸿De ſymbolis.} Id eſt, partibus & coniectis in cœnam. ⸿Aut quid coniectem.} Id eſt, cogitem,*
Cõiectare. *& pro vero affirmem. Cõiectare eſt dirigere intellectum ad veritatem: quod proprium eſt hominis ſolertis & ſagacis.*
*⸿Nunc mihi hoc negotij cæteri dedere, &c.} Id eſt, laboris*
Negotium. *& prouinciæ. Cic. in Oratione, qua gratias agit Senatui de reditu ſuo, ſic ait: Vlciſcẽdæ iniuriæ facilior eſt ratio quàm beneficij remunerandi, propterea quòd ſuperiorem eſſe contra improbos, minus eſt negotij quàm bonis exæquari.*

RIVII CASTIGATIO,

*Id'que adeo viſam ſi domi'ſt.} Manuſcriptum exemplar habet: Ibo ad eum viſam, &c. quicum faciũt vetuſtiſſima quæque de impreſſis. Sed nos nihil ſumus immutare auſi ob neſcio quem ſcrupulum. Quamuis conſentiat & Haſ-*
Si, pro An. *ſenſtenianum. Cæterum illud ſi, hoc loco, pro an ponitur: éſtque Græca ἐναλλαγὴ, pro viſam an domi ſit.*

DOLETI OBSERVATIO.

Coire. *Heri aliquot Adoleſcentuli coimus in Piræo.} Coire hîc in bonam partem ſonat. Apud Antiquos autem verbum erat crimino ſum. Lege enim Cornelia conſtituta erat accuſatio aduerſus eos, qui in accuſationes, condemnationéſque coierant. quo capite legis Corneliæ à Sylla ſic appellatæ, nec plebs, neque Equeſter ordo tenebatur: ſed Senatores tantùm, & qui magiſtratus geſſerant. Verba legis in oratione Ciceronis pro Cluentio hæc extant. Qui Tribunus militum legionibus quatuor primis, quíve Quæſtor Tribunus Plebis (& deinceps magiſtratus omnes enumerãtur) quíve in Senatu ſententiam dixit, dixerit: qui eorum coit, coierit: conuenit, conuenerit: quo quis iudicio publico condẽnaretur: &c. Idem ad Pontifices: Collegia mediusfidius Trib. Pleb. tota reperientur hoc iure firmato, quæ coëant de hominum locupletiſſimorum bonis, prędia præſertim populari, & ſpe largitionis oblata: id eſt, qui in abdito conſilia agitent, de euertendis locupletum fortunis.*

*Interdum addito accuſatiuo vtitur eodem verbo Cicero: vt, pro Roſcio Amerino. Auaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipis, cognatíque fortunis cum alieniſſimo. Interdũ præpoſitionem, de, admittit, vt patuit exemplo proximo Ciceronis ex oratione ad Pontifices. Interdum etiam cum. Cicero ad Atticum primo: Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat, & Bibulus cum hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe coniungi. Idem poſt Reditum: Cum hoc coire auſus es? Nonnunquã etiam cum inter iungitur. Cæſar de bello Ciuili, Reliqui coëunt inter ſe.*

GLAREANVS.

*Huius ſcenulæ verſus ſunt iambici tetrametri catalectici. In primo Peiræo pro Peiræeo ponitur: quod admonet* Peiræo, pro Peiræeo. *Donatus. quanquam hoc corruptum in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus. Vult enim Donatus pro tetraſyllabo Peiræeo, poſitum eſſe triſyllabum Peiræo, non accuſatiuum pro ablatiuo, vt non rectè hæc nuper emendarunt. In ſecundo verſu Ei monoſyllabum eſt. In tertio s, in Locus eliditur. In ſexto: Mihi Monoſyllabum totum eliditur, & Vt coniunctio poſt Illum ponenda. In ſeptimo: Riuius, Ibo ad eum, in quibuſdam exemplaribus legi affirmat, atque ita meus quoque habet vetuſtus codex. In octauo d, eliditur in Quid, & s, in Ornatus. Item in penultimo vel d, in Quid eliditur, vel bacchius eſt loco primo. In vltimo Prius monoſyllabum eſt, vel bacchius loco quinto.*

IOANNES THEODORICVS.

Niſi quicquid eſt, &c.} Niſi, hoc in loco putarim poſitũ *pro Sed. vt in Andria quoque Act. IIII. ſcen. I.* Niſi pro ſed.

*Quamobrem? P. neſcio: niſi mihi deos ſatis*
*Scio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim.*

*Sic locutus eſt Cicero libro vndecimo ad Atticum, epiſtola viceſimatertia: Tuas literas expectabam: niſi illud quidem mutari, ſi aliter eſt ac oportet, non video poſſe. Idem lib. XIII. Epiſtolarum famil. epiſt. I. Nec cur ille tãtopere contẽdat, video, nec cur tu repugnes: niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt, quàm illi, laborare ſine cauſa. Rurſus eodem lib. ad Q. Philippũ Procoss. epiſt. LXXIII. De re nihil poſſum iudicare: niſi illud mihi certè perſuadeo, te talẽ virũ nihil temerè feciſſe.*

NVNQVIS

# ACTVS III. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

PArmeno Eunuchum & Æthiopiſſam, Phædriæ munera tradit Thaidi, & vti iuſſus erat verbis ornat. Eidem Thraſo & Paraſitus inſultant.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIc Chærea nimio perfuſus gaudio, quòd virgine potitus eſt, Antiphoni fortè obuio, ſuam felicitaté miro affectu narrat: precatúrque ſibi vt conſilio auxilióq; ſit, quo ea deinceps quoque potiri poſsit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena eſt pulcherrima narratio facti Chæreæ.

*Trochaici & Iambici Tetrametri permixti.*

CHÆREA, ANTIPHO.

*NVnquis hîc eſt? nemo eſt.*
*nunquis hinc me ſequitur? nemo homo eſt.*
*Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? prô Iuppiter:*
*Nunc eſt profectò, interfici cum perpeti me poſſum,*
*Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.*
*Sed neminémne curioſum interuenire nunc mihi,*
*Qui me ſequatur:* quoquo eam rogitando obtundat, enecet,*
*Quid geſtiam, aut quid lætus ſim quo pergam, vnde emergam, vbi ſiem*

DONATVS

NVNQVIS *hîc eſt? nemo eſt.*} *In hac ſcena, verba geſtum, vultúmque indicāt exeuntis: cui obuia perſona obiicitur, ſub cuius occaſione ſpectatoribus geſta narrabuntur.* ¶ Nunquis *hîc eſt? nemo eſt. Nunquis hinc me ſequitur?*} *Duo metuit, ne quis obuius comprehēſor occurrat, & ne quis ſui perſecutor exiſtat.* ¶ *Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium?*} *Erumpere quaſi actiuum verbum poſuit pro neutrali: vt ſit, Licétne mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quaſi exire.*

*Erumpo.*

*Mihi, pro à me.* ¶ *Nemo homo eſt.*} *Quamuis per nemo, homo intelligatur: tamē addidit homo, vt veteres ſolēt,* τῷ ἀρχαϊσμῷ. ¶ *Erumpere.*} *Vtrum me erumpere, pro emittere poſuit? An erumpere pro exclamare? vt erumpere vocem dicitur, qui exclamat. nam, Prô Iuppiter, dicturus eſt.* ¶ *Nunc eſt profectò tempus.*} *Ordo & ſenſus hic eſt, Nunc eſt profectò tēpus, cū perpeti me poſſum interfici. Hoc autem cur ipſe dixerit, ſtatim ſubiicit cauſam.* ¶ *Cum perpeti me poſſum.*} *Animaduertendū eſt quòd ſi Cum, coniunctè legeris, quādo ſignificat: ſi ſeparatim, dum ſignificat.* ¶ *Nunc eſt profectò.*} *Figuratè, at coniunctè lege ſine diſiunctione.* ¶ *Contaminet vita ægritudine aliqua.*} *Mirè vitæ crimen oſtendit: velut ipſa ſit campus, poſſeſſióque fortunæ inſtabilis variorum.* ¶ *Sed neminem curioſum, &c.*} *Apparatus ad intentionem futuræ narrationis dicitur.* ¶ *Qui me ſequatur.*} *Id cupit gaudens, quod triſtibus moleſtū eſt. nam cōtrà Menedemus grauatur narrare quæ dolet.* ¶ *Obtundat.*} *Odioſè inſtet, ac repetat, moleſtus & odioſus fit.* ¶ *Enecet.*} λωφωνότερον, *quàm enicet.* ¶ *Quid geſtiam.*} *Deeſt quærens: vt ſit, rogitando obtundat, & enecet quærens, quid geſtiam. Geſtire, eſt motu corporis monſtrare quid ſentias. Conſtat autem à pecudibus ad homines eſſe tranſlatum.* ¶ *Quid geſtiam.*} *Geſtire propriè, eſt ſenſum corporis geſtu indicare: quod magis brutorum eſt animalium. Virgilius, Et ſtudio in caſſum videas geſtire lauandi.* ¶ *Aut quid lætus.*} *Propter quid.* ¶ *Vnde emergam.*} *Propriè dixit emergam, vt ex luſtris atq; inhoneſtis locis, vtpote meretricis domo. Cicero, At ne tum quidē emerſiſti lutulēte Cæſoni, ex miſerrimis naturæ tuæ ſordibus?* ¶ *Veſtitū hunc nactus.*} *Bene nactus dixit: vt qui nō ſumeret, niſi ſuaſiſſet hæc occaſio.* ¶ *Adibo atq; ab eo gratiā, &c.*} *Senſus & ordo hic eſt, adibo, atque ab eo gratiam hanc inibo. Gratiam inire, eſt dare beneficiū, ac per hoc alicuius inire gratiam, id eſt amicitiam. ſed hæc eſt elocutio: Gratiā ab eo inibo, pro eius gratiā merebor. Nā ab eo amat Terentius pro eius ponere. vt in Andria, Hæc primùm animaduertēda ab eo iniuria eſt, id eſt eius iniuria. Inire autem gratiam, eſt mereri gratiā. Plautus, Iniet tamen ſolidam & grādem gratiā.* ¶ *Quid eſt quòd ſic geſtis?*} *Facetè repetit verba eius interrogationis, vt ſciat ſe iampridem eſſe preſentē.* ¶ *Quídue ſibi hic veſtitus quærit?*} *Facetè & figuratè dictum eſt. ſic & alibi, Vt pernoſcatis quid ſibi Eunuchus velit.* ¶ *Quid eſt quòd lætus ſis?*} *Vide aliud eſſe geſtire, aliud lætū eſſe.* ¶ *Quid tibi vis?*} πρὸς τὸ, *Quid mihi velim.* ¶ *Satin' ſanus?*} πρὸς τὸ, *Sanus ſim, an inſaniam.* ¶ *Quid me aſpectas? quid taces?*} *His duabus interrogatiunculis deſcripſit vultum dicturi.* ¶ *O feſtus dies hominis, amice ſalue.*} *Decet à ſalutatione incipere luculentè dicturum. Illud autem veriſimile eſt, & percuſſum re noua, & audiendi cupidum, immemorem extitiſſe ſalutandi.* ¶ *O feſtus dies.*} *Vtrū quia cauſa eſt feſti ac læti diei? an quia ipſe tantus ſit, quātus eſt feſtus dies?* ¶ *O feſtus dies hominis.*} *Pro, homo feſti diei. Sic dicitur etiam ſcelus homo. Ennius,*

*Mibi.*
*Nemo homo.*
*Archaiſmos.*
*Cum.*
*Obtūdere.*
*Enecet.*
*Enicet.*
*quique iam
*Geſtire.*
*Quid,*
*Emergere.*
*Gratiam inire.*
*Ab eo, prò eius.*
*Quid ſibi.*
*Geſtire.*
*Lætū eſſe.*
*Feſtus dies.*

z

Veſtitum hunc nactus, quid mihi quæram: ſanus ſim, ánne inſaniam?
A. Adibo: atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.
Chærea, quid eſt quòd ſic geſtis? quídue ſibi hic veſtitus quærit?
Quid eſt quòd lætus ſis? quid tibi vis? ſatíne ſanus? quid me
Aſpectas? quid taces? C. ó feſtus dies hominis: amice
Salue: nemo eſt quem ego magis nunc cuperem videre, quàm te.
A. Narra iſtuc quæſo quid ſiet. C. imò ego te obſecro hercle vt audias.
Noſtin' hanc, quam amat frater? A. noui, nẽpe opinor Thaidem.
C. Iſtam ipſam. A. ſic commemineram. C. quædam hodie eſt ei dono data
Virgo: quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho:
Cum ipſum me noris, quàm elegans formarũ ſpectator ſiem?
In hac commotus ſum. A. aín' tu? C. primam dices ſcio, ſi videris.
Quid multa verba? amare cœpi: fortè fortuna domi
Erat quidam eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque is deductus etiam tum ad eam. ſubmonuit me Parmeno
Ibi ſeruus, quod ego arripui. A. quid id eſt? C. tacitus citius audies.
Vt veſtem cum eo mutem, & pro illo iubeam me illuc *ducier.
A. Pro eunuchón'? C. ſic eſt. A. quídnam ex ea re tandem vt caperes commodi?
C. Rogas? viderẽ, audirem, eſſem vnà quacum cupiebam Antipho.
Num parua cauſa, aut parua ratio eſt? traditus ſum mulieri.
Illa ilico vbi me accepit, læta verò ad ſe abducit domum:
Commendat virginem. A. cui? tibine? C. mihi. A. ſatis tutò tamen.

*O pietas animi. ¶ Quem ego nunc magis. } Bene additum magis. vt his amicis ſe antepoſitum intelligat: quos cum optet videre Chærea, tamen eum magis, adeò vt alius amicis antepoſitum neminem cupit. ¶ Imò ego te obſecro hercle vt audias. } Bonum compendiũ, ne multa diceret ad commendandum, vt ſolet, narrationem futuram. ¶ Imò te obſecro hercle vt audias. } Bene contulit verba: vt ex his appareat quid agere velit. Ille dixit quæſo: hic obſecro. ¶ Noſtin' hanc quam amat frater? } Quæritur an veriſimile ſit Antiphoni notam eſſe Thaidem, quam frater ipſe neſciuerit. Sed intelligere debemus modò notitiam non vultus, ſed famæ poſitam eſſe: quam famam potuit ex Phedria & Antipho ſcire. At verò aliam notitiã negauerat Chærea ſibi fuiſſe cum Thaide, hoc eſt viſus, vultus, oris, & corporis. ¶ Noui, nempe opinor Thaidem. } Veriſimile eſt hæc ſcire Antiphonem, qui adeò ſit familiaris Chereæ. Et eſt ordo hic, noui, nempe opinor Thaidem. ¶ Opinor Thaidem. } Optimè & ab illo tacitum, & ab hoc nomen ablatum eſt: vt appareat quàm nouerit, & quàm poſſit aſſequi quæ dicentur. ¶ Faciem prædicem, aut laudem? } Prædicamus, vt res ſunt: Laudamus extollendo. Vel prædicamus voce: Laudamus argumẽtis. ¶ Quàm elegans formarum ſpectator ſiem. } Elegans ſpectator eſt, qui ſit cunctantis, & faſtidioſi iudicij: cui non quid placet facilè. ¶ Quid ego eius tibi. } Ordo hic eſſe debet, Quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho? in hac commotus ſum, cum me ipſum noris quàm elegans formarum ſpectator ſiem, vt ſit ſenſus, In hac cõmotus ſum: ille ſcilicet qui, vt ſcis, formas ſolet eligere, ac faſtidire pro merito. ¶ Spectator. } Probator: vt pecuniæ ſpectatores dicuntur. ¶ In hac cõmotus ſum. } Non eſt conſequens: eſſet autem, ſi diceretur, In hac commotum me ſcias. Erit ergo ordo, & ſenſus qui ſuprà. ¶ Primùm dices ſcio. } O fiduciam elegantiæ, & de alienis oculis iudicare. ¶ Quid multa verba? amare cœpi. } Ordine egit. nam prius eſt commoueri: inde amare. Et bene non antè dicit quid aggreſſus fuerit, niſi amoris mẽtione prælata: quo cogẽte nihil eſt infectum cupientibus. ¶ Submonuit. } Leuiter monuit, & rectè, quia arripui dicturus eſt. Et totum optimè: nam vt non erat boni adoleſcentis, hanc technam reperire: ſic ab illo repertam, fuit planè veri amatoris arripere. ¶ Tacitus ſis, citius audies. } In oratione ſolemus corripere extra ordinem percontanteis. & bene celeritatẽ promiſit, qua facilè tenetur auditor. Et mirè, tanquam ſola interrogatio moræ ſit. ¶ Et pro illo iubeam me illuc ducier. } Iubeam amico dixit, tanquam inter honeſta ſit, quod vtile ſit. & turpe factum plerunq; perſeuerante impudentia releuatur. ¶ Quidnam ex ea re tandem vt caperes commodi? } Tranſit à reprehenſione facti, ad cauſam ipſius facti. ¶ Num parua cauſa, aut parua ratio eſt? } Sic illata interrogatio eſt, quaſi ad hanc annuere, & vultu conſentire Antipho ſit coactus. ¶ Læta verò ad ſe abducit domum. Commendat virginem. } Omnia mirè, quòd læta, quòd abducit, quòd domum, quòd commendat virginem. Specta ſingula, & mirare virtutem poëtæ. hic enim commendandus eſt locus erroris initium continens apud Thaidem * conuitiũ. ¶ Tibine? } Non interrogat, ſed*

Noſco.

Prædicare.
Laudare.

*deducier.

Spectator elegans.

Spectator.

Submonere

C. Edicit, ne vir quiſquam ad eam adeat: & mihi, ne abſcedam, imperat,
In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola: adnuo,
Terram intuens modeſtè. A. miſer. C. ego inquit ad cœnam hinc eo:
Abducit ſecum ancillas: paucæ, quæ circum illam eſſent, manent
Nouitiæ puellæ. continuò * hæc adornant, vt lauet: *hæ
Adhortor, properent: dum apparatur, virgo in conclaui ſedet,
Suſpectans tabulam quandam pictam, * vbi inerat pictura hæc, Iouem *ibi
Quo pacto Danaë miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoq; id ſpectare cœpi: & quia conſimilem luſerat
Iam olim ille ludum, impendiò magis animus gaudebat mihi,
Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atque per alienas tegulas
Veniſſe clanculum per impluuium fucum factum mulieri.
At quem deum? qui templa cœli ſumma ſonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego illud verò ita feci, ac lubens.
Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatum interea virgo:
It, lauit, redit, deinde illam in lecto illæ collocant.
Sto expectans, ſiquid mihi imperent. venit vna, Heus tu, inquit, Dore,
Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito, dum * lauamur. *lauamus:
Vbi nos lauerimus, ſi voles, lauato. accipio triſtis.
A. Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium vellem:
Quis eſſet ſtatus, flabellum tenere te aſinum tantum.
C. Vix elocuta eſt * hoc, foras ſimul omnes proruunt ſe: *hæc

ſed miratur. ¶ Satis tutò tamen. } Quid hîc facit tamē? *Tamen.* Vtrum hoc, etſi meretrix, tamen ſatis tutò agit? An, etſi Chæreæ, ſatis tutò tamen: quia nullus accedet alius? *Edicere.* ¶ Edicit. } Edicimus *Iubere.* * iubemus: vel iure * dicimus. edicta enim, imperatoris ſunt. ¶ Et mihi ne abſcedam, imperat. } Certè nullus vir accedit. *Manere.* ¶ Maneā ſolus. } Remaneam, perſeuerémque in loco, ac per hoc ſim Miſer, vtpote dono datus, & ſeruiens meretrici. & eſt εἰρωνεία. ¶ Ego inquit ad cœnam hinc eo. } *Mimeſis.* μίμησις ad imprudentiam mulieris exprimendam, quæ hoc die erit ſecura de cuſtode Eunucho. ¶ Abducit ſecum ancillas. } Memoriter: nam dixerat abiens, Vos me ſequimini. ¶ Paucæ quæ circa illam eſſent. } Relictæ nonnullæ, vt lauari poſſit ea virgo, quæ ſub viri huius occaſione nuptura eſt. hoc enim totum ſic inducit Poëta, vt non abhorreat à legitimis nuptiis, in ea præſertim quæ vxor futura eſt. *Manere.* ¶ Manent. } Pro remanent, ἀφαίρεσις. ¶ Nouitiæ puellæ. } αὔξησις nouitiæ, & puellæ. ¶ Continuò hæc adornant vt lauent. } Hæc pluraliter, pro hæ. *Hæc, pro hæ.* vt in Phormione, Hæc illæ erant itiones. *Adornare.* Adornāt autem ex medio ſignificatu pro apparant. ¶ Dum apparatur. } Imperſonaliter dixit. & dum apparatur, pro dum apparetur. & Sedet pro ſedebat. ¶ Virgo in conclaui ſedet. } *Conclaue.* Conclaue, eſt ſeparatior locus in interioribus tectis: vel quòd intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhærentia triclinio. ¶ Suſpectans tabulam quandam pictam. } Bene accedit repentè pictura, adhortamenta aggrediēdæ virginis: ideo quia non ad hoc venerat Chærea, vt continuò vitiaret puellam, ſed vt videret, audiret, eſſétque vnà: cum nihil amplius cogitaret, auſus incitatúſque dum picturam cerneret. ¶ Iouem quo pacto. } Mira inuentio, qua hæc pictura domui tribuitur meretricis aduerſus omniū pudicitiam amorum, contra parſimoniam, contra dignitatem, contra pudicitiam. ¶ Miſiſſe aiunt. } Bene aiūt: & quia fabula eſt, & quia tam turpis Ioui, quàm apta meretrici. ¶ Quo pacto Danaë miſiſſe aiunt quondam in gremium imbrem aureum. } Quæ aptior pictura domui meretricis ad amatorum illecebras, quàm hæc, quæ exemplum continet amoris, & amoris puellæ, & amoris ad Iouem pertinentis: & amoris non gratuiti, nec paruo propoſiti, ſed auro in gremium fluente venalis? Tum quòd in gremium Danaë etiam ipſe Iupiter, vt ſplendidus imber illabitur: nōne videtur meretrix dicere adoleſcentulis illam corporis partem authore Ioue velut inauratam fuiſſe? ¶ Imbrem aureum. } *Imber aureus.* Non rorem vel pluuiam, ſed imbrē addiderat. ô auaritiā meretricis! ¶ Egomet quoque id ſpectare cœpi. } Moris eſt ad id oculos vertere, quod videmus: & eum quē aſpicimus, intueri. ¶ Iam olim ille ludum. } Bene non ſcelus, ſed ludum dixit. ¶ Impendiò. } *Impendiò.* Id eſt magis magiſque luſerat. & luſerat ludum. *Ludere ludum.* vt Hunc oro ſine me furere ante furorem. figura ἀρχαϊσμὸς. *Archaiſmos.* ¶ Deum ſeſe in hominem conuertiſſet. } Philoſophicè nūc Terentius demonſtrauit quam cladem moribus hominum, & ciuitatibus afferant, figmenta poëtarum, cum exempla ſcelerum afferant peccaturis? *Poëtarū figmēta quid noceāt moribus.* ¶ Atque per alienas tegulas. } Hic apparet Iouē ſeparatim, ſeparatim aurum fuiſſe pictum. ¶ Deum ſe in hominem conuertiſſe. } Vtrū quia Iupiter humana

Abeunt lauatum, perſtrepunt, ita vt fit domi ni vbi abſunt.
Interea ſomnus virginem opprimit: ego limis aſpecto
Sic per flabellum clanculum, & ſimul alia circunſpecto,
Satin' explorata ſint. video eſſe. peſſulum oſtio obdo.
A. Quid tum? C. quid tum fatue? A. fateor. C. an ego occaſionem
Mihi oſtentatam tam breuem, tam optatam, tam inſperatam
Amitterem? tum pol ego is eſſem verè, qui aſſimulabar.
A. Sanè hercle vt dicis. Sed interim de ſymbolis quid actum eſt?
C. Paratum eſt. A. frugi es: vbi? domi'? C. imò apud libertum Diſcum.
A. Perlongè eſt: ſed tãto ocyus properemus. muta veſtem.
C. Vbi mutem? perij, nam domo exulo: nunc metuo fratrem,
Ne intus ſit: porrò autem, pater ne rure redierit iam.
A. Eamus ad me: ibi proxumum eſt vbi mutes. C. rectè dicis.
Eamus: & de iſtac ſimul quo pacto porrò poſſim
Potiri, conſilium volo capere vnà tecum. A. fiat.

*forma aurum infundens pictus erat in tabulis, non pro Ioue aurum? An in hominem, ideſt hominis audaciã, atque flagitia? ¶ Atque per alienas tegulas. } Satis comico charactere locutus eſt, & preſſo ſtilo. ¶ Veniſſe clanculum per impluuium. } Hæc omnia non vt difficilia factu, ſed vt humilia, & Ioue indigna proferuntur, vt meritò ſequatur, Ego homuncio hoc non facerem, quod non ſolum non Ioui, ſed ne homini quidem, niſi furi, aptum erat?*

*Fucum facere.*

*¶ Fucum factum. } Id eſt, vt fucum faceret, hoc eſt inſidias & fraudem. ¶ Fucũ } aſtutam fraudem. & mulieri, pro fœminæ.*

*Mulier, pro fœmina.*

*¶ Qui tẽpla cœli ſummo ſonitu cõcutit. } Ab authoritate perſonæ, vt fit in exemplis. ¶ Sonitu concutit. } παρῳδία de Ennio.*

*Parodia.*

*¶ Templa cœli. } Sententia tragica: ſed de induſtria, nõ errore. ¶ Ego homuncio hoc non facerem? } Oratoriè, vt Iouem extulit, ita detraxit ſibi: vt puta, Ille eſt de⁹, & magnus: ego non homo, ſed homuncio. ¶ Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatum. } Seruauit ordinem nuptiarum: & proprio verbo, quaſi de nuptura dixit.*

*Accerſo.*

*¶ Accerſitur &c. } Vt alibi, Quàm mox virginem accerſo? Nam ipſe illam eſt habiturus vxorem. ¶ Dũ hæc mecum reputo. } Hîc oſtendit non ſibi primùm hæc nunc in mentem veniſſe, ſed tunc etiam cogitata, cum eſſet in domo meretricis. ¶ It. lauit. redit. } συντομίᾳ qua ſolet, vtitur.*

*Syntomia.*

*¶ Deinde illam in lecto illæ collocant. } Vide an aliquid deeſt ita legitimis nuptiis: nam & ipſum verbum Collocarunt proprium eſt, & aſcribitur pronubis.*

*Collocare.*

*¶ Sto expectans, ſi quid mihi imperent. } ἐνέργεια. non enim dixit ſtabam.*

*Energia.*

*Expectare.*

*¶ Expectans, deſiderans. } Et mirè omne tempus executus eſt ſalua veritate, in qua Virgilius negligens inuenitur: cum poſt occiſum Mezentium, non facta noctis mentione, ſtatim intulit, Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.*

*Mimeſis.*

*¶ Cape hoc flabellum. } Præclarè non ſenſum, ſed verba ipſa per μίμησιν induxit, per quam puellaris error exprimitur.*

*Ventulum alicui facere.*

*¶ Ventulum huic ſic facito, dum lauamur. } Demonſtratiuum, & geſtu explicandum. ¶ Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito. } Quàm particulatim, cum qua diligentia, & δεικτικῶς iubet, quaſi nouitio & imperito! ¶ Vbi nos lauerimus. } Vide vſum verbi tam citò variatum, dum lauamur: &, vbi nos lauerimus. ¶ Accipio triſtis. } Id eſt, triſti ſimilis: vt, Nanque vt conſpectu in medio turbatus inermis Conſtitit.*

*Triſtis.*

*¶ Si voles lauato. } Quaſi ſatiſfacientis eſt, cum ſolum illum relinquant cũ virgine. ¶ Accipio triſtis. } Bene triſtis, tanquam aliud magis vellet, hoc eſt lauare, aut ludere: metuit enim ne quod cupit, prodatur gaudio. ¶ Os tuum impudens. } Licet iocanti & amico conuiciũ iocundè facere. ¶ Qui eſſet ſtatus. } Statura corpori aſcribitur: Status ad habitum refertur. Ergo ſtatus eſt σχῆμα: Statura, longitudo corporis.*

*Satura.*

*Status.*

*Schema.*

*¶ Te aſinum tantum. } Quia hoc miniſterium, delicatorum ſeruorum eſt.*

*Proruunt ſe vbi.*

*¶ Omnes proruunt ſe. } Verbo neutrali quaſi actiuo vſus eſt. ¶ Vbi abſunt. } Vbi, & temporis & loci poteſt eſſe. ¶ Interea ſomnus virginem occupat. } Vtpote cõpreſſam ſomno, & oblectatam flabello, atque ab Eunucho nihil metuentem.*

*Limis.*

*¶ Ego limis aſpecto. } Limis, ſi nominatiuus ſingularis eſt, tranſuerſus ſignificat: ſi ſeptimus pluralis, deeſt oculis. Nam limis, eſt tranſuerſus: vnde limen dicitur quoque, quòd ingredientibus exeuntibúſque tranſuerſum eſt.*

*Limen.*

*Cũ igitur diſſimulant homines ſe videre quod vident, & non recta facie, ſed tranſuerſa intuentur: limes dicuntur aſpicere. ¶ Sic per flabellum clanculum. } Sic, δεικτικὸν eſt, & neceſſariò additum. nam & limis & per flabellum ſine demonſtratione parum intelligitur. ¶ Limis aſpecto. } Cum limi dicantur obliqui generaliter: hoc tamen propriè de oculis dicitur. ¶ Peſſulum oſtio obdo. } Scilicet vt amoueret, arcerétque auxilium virginis. ¶ Quid tum fatue? } Quid enim præter vitium ſupereſt, vbi amator eſt adoleſcens, & virgo dormiens & incluſa? Gratè explicata narratio eſt, quam audientis curioſitas finit, & cuius in extrema parte maior attentio eſt. ¶ Fateor. } Me fatuum, qui hoc quæſierim, ſubauditur. ¶ An ego occcaſionem mihi oſtentatam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatam. } Vide quanta dixerit: non voluntatem, ſed occaſionem: non animaduerſam, ſed oſtentatam: non hanc, ſed tantam: non anguſtam, ſed breuem: non appetitam, ſed exoptatam: non repentinã, ſed inſperatam. Et bene inſperatam: aliud enim ſibi promiſerat, vt ſuprà diximus, non quod pictura occaſióque perſuaſit.*

¶ Tum

⸢Tum pol ego is eſſem.⸥Eunuchus ſcilicet.⸢Sanè hercle vt
dicis.⸥Deeſt,ita eſt.⸢Sed interim de ſymbolis?⸥Bene memor
eſt perſonæ quam induxit Poëta,per hanc interrogationem.
Frugi es. ⸢Sed interim de ſymbolis?⸥ * ⸢Frugi es.⸥Vtilis,
& neceſſarius: vt fruges humano generi. Frugi eſt ergo, in
Diſcus. quo eſt aliquid quo fruamur,id eſt vtamur.⸢Diſcum.⸥No-
men eſt proprium Diſcum. ⸢Sed tanto ocyus properemus.⸥
Properemus dixit pro ambulemus.⸢Muta veſtẽ.⸥Hæc οἰκο-
νομία eſt ad id,quod in domum Thaidis rediturus eſt Chæ-
rea.⸢Vbi mutem?⸥Vultu oſtendit quòd ſubaudiatur,neſcio.
⸢Nam domo exulo.⸥Deeſt propè,aut veluti:vt ſit,propè iã.
Exulo. Exulo duobus modis dicitur.& de loco in quo exul eſt,& de
loco ex quo eiectus eſt.⸢Nunc metuo fratrẽ.⸥Cauſas oſten-
dit cur domo penitus veluti exulet. ⸢Pater ne rure redie-
Zeugma. rit.⸥Præparatur iam interuentus ſenis:& eſt ζεῦγμα ad ſu
periora. nam & hîc metuo eſt ſubaudiendum.⸢Ibi proxi-
mum eſt.⸥Hoc eſt domus mea. ⸢Rectè dicis. eamus.⸥ Ipſa
verba quodam modo feſtinationem ſonant . ⸢Quo pacto
Porrò. porrò.⸥Porrò,poſtea,deinceps.

ADRIA. Iámne erumpere.⸥Retentum proferre. Nonius rumpe-
BARL. re legit. ⸢Ne hoc gaudium cõtaminet.⸥Hyperbaton eſt,tur
Erumpo. batus vocum ordo dicitur . Eſt & ætiologia . Cauſa eius,
quod dixit , Nunc eſt profectò interfici. ⸢Quid geſtiam?⸥
Geſtire eſt lætitiam animi,cum quodam corporis motu ex-
primere. ⸢Vnde emergam?⸥ Donatus vt ex luſtris, inquit,
atque inhoneſtis locis,vtpote meretricis domo.⸢Gratiam ab
eo inibo.⸥Pro eius gratiam merebor. Et Terentius adeò a-
mat,ab eo, pro eius dicere. Sic & in Andria. Ea primùm
ab illo animaduertenda iniuria eſt. ⸢Elegans formarũ ſpe-
Spectator. ctator.⸥ Hoc eſt,probator. Sic & pecuniæ ſpectatores dici-
mus. Et Angelus Politianus in epiſtola quadam : Lauren-
tius ipſe medices, inquit, elegans ingeniorum ſpectator.
⸢Viderem,audirem,eſſem vnà in vnis ædibus.⸥A commo-
dis.⸢Mihi ne abſcedam,imperat.⸥Egregiè excogitatum hoc
à poëta , meritóque laudant omnes hunc locum erroris.
⸢Hæc adornãt vt lauet.⸥ Donatus legit,Hæc adornant,vt
lauet: additque pronomen hæc, aliquando numero plura-
li de fœminis dici. Eſt enim ſermo apud Terentium de no-
uitiis puellis.⸢Adornant vt lauet.⸥ Mos antiquorum erat,
ſingulis diebus lauari , vnde ditiores ferè in domibus ſuis,
priuata balnea habebãt.⸢Quo pacto Danaë miſiſſe,aiunt,
in gremium imbrem aureum.⸥ Lactantius inſtitutionum
diuinarũ libro primo: Danaën violaturus Iuppiter,inquit,
aureos nummos largiter in ſinum eius infudit . Hæc ſtupri
merces fuit.At poëtæ qui quaſi de deo loquebantur,ne au-
thoritatem creditæ maieſtatis infringerẽt, finxerunt ipſum
Imber aureus. in aureo imbre delapſum,eadẽ figura,qua imbres ferreos di
cunt , cum multitudinem telorum ſagittarúmque deſcri-
Danaës fabula. bunt. Quidam fabulam Danaës ſic referunt . Acriſius
pater Danaës,accepto oraculo, mortem ſibi futuram ab eo,
qui ex filia natus eſſet, illam in turri clauſit. Iuppiter verò
in aurum verſus, eam vitiauit, ex quo congreſſu natus eſt
Perſeus: qui poſtea Acriſium in ſaxum vertit.Hæc fabula
de aureo imbre Danaës,in hoc compoſita eſt,vt monſtrare-
tur nihil eſſe,quod non auro atque pecunia expugnari poſ-
ſet. Meminit eiuſdem Ouidius libro quarto Metamorpho-
ſeos,his verbis.Neque enim Iouis eſſe putabat Perſea,quem
pluuio Danaë conceperat auro. Meminit & Horat. XVI.
Ode ad Mecœnatem, quid aurum poſſit oſtendere volens.
Incluſam Danaën turris ahenea, Robuſtæque fores,& vi-
gilum canum Triſtes excubiæ,munierãt ſatis Nocturnis ab
adulteris, Si nõ Acriſium virginis abditæ Cuſtodem paui-
dum Iupiter & Venus Riſiſſent, fore enim tutum iter, &
patens,Conuerſo in pretium deo. Aurum per medios ire ſa-
tellites,Et perrumpere amat ſaxa, potentius ictu fulmineo.
De eadem re Prudentius quoque ſic habet,contra Symma-
chum. Per tectum diues amator Imbricibus ruptis,vndan-
tis deſuper auri Infundens pluuiam , gremio excipientis a-
micæ.Item Quintil. Fama eſt Iouem olim in imbrem au-
reum conuerſum, puellæ in gremium deſcendiſſe . ⸢Fucum
factum.⸥ Fucum facere, pro eo quod eſt impoſturam facere, Fucum facere.
& artificioſa diſſimulatione deludere, frequens eſt apud bo
nos authores.In his Terentij verbis,factum,ſupinum eſt,nõ
participium.Nam fucus genus herbæ eſt,quàm Græci φῦκον
vocant, tingendis lanis vtile. Vnde ſimpliciter, fucum, pro Fucus.
colore reperire eſt, & fucare pro colorare,maximè ſi colorem
non natiuum , aut genuinum, ſed artificioſum, & velut
adulterinum ſignificamus. Proinde medicamentum illud,
quo cuti ſuperinducto vitia formæ diſſimulant mulierculæ,
quaſiq; perſonam aſſumunt,vocant fucum.Vt autem fucus,
eſt color arte additus : ita perſona , facies eſt non vera, ſed
appoſititia. Vnde eleganter dictum eſt à Seneca, vt perſo-
nam malit , quàm faciem, id eſt videri malit , quàm eſſe.
Lactantius grammaticus in ſeptimum Thebaidos,hunc ci-
tans locum, non fucum factum , ſed furtum, legit . ⸢Im-
pendiò magis.⸥ Id eſt magis atque magis . Cicero ad Atti- Impendiò magis.
cum : At ille impendiò magis odit ſenatum . ⸢Fucum fa-
ctum mulieri.⸥Hîc docemur,quantam cladem moribus af-
ferant amorum picturæ: quales tamen hodie plures vide- Amorũ picturæ.
mus, in domibus diuitum & aulicorum,quàm de Chriſti po
tentibus factis. ⸢At quem deum?⸥Cardinalis dicit parti-
culam,at,interdum cum admiratione laudare,vel vitupe- At.
rare per interrogationem. Cicero in epiſtola ad Petum: Ha
buiſſes enim non hoſpitem ſed contubernalem , at quem vi-
rum?non eum,quem tu ſolitus es promuſcide conficere.⸢Qui
templa cœli, &c.⸥ Iouis eſt periphraſis. Et templa, ipſum
cœlum ſignificat. ⸢Qui templa cœli.⸥ Rodolphus Agrico- Templum
la adnotauit,templa à templando,id eſt, à conſpiciendo di- vnde dictũ.
cta eſſe. Quia veteres antequam templa conderent, tem-
plabantur, id eſt,videbant, quale ſe augurium præberet,
vt templum id feliciter fieret . Vel quia contempla, id eſt,
eminentia & conſpicua erant.⸢Cape hoc flabellum.⸥ Fla- Flabellum.
bellum inſtrumentum eſt,quo ventilatio fit per æſtatem ad Muſcariũ.
refrigerandum corpus . Hoc & muſcarium dicimus, à mu-
ſcis abigendis.⸢Heus tu,inquit,Dore cape hoc flabellum.⸥
Mimiſis eſt. ⸢Peſſulum oſtio obdo.⸥ Marcellus Virgilius in Peſſulũ oſtio obdere.
commentariis in Dioſcoridem libro primo,capite primo, ex-
plicans hunc locum,de peſſulis,ita inquit,Exigit nunc ope-
ram noſtram , & medicinæ iocos ſuos miſceri cupit Comi-
cus noſter , qui in Eunucho ſua, clauſa cum adoleſcente in Vide Cæliũ
cubiculo puella, peſſulum oſtio obdidit: non foribus ſeram, lib.quarto.
aut vectem,ne quis amoris ſui curſum impediret,obiiciens, cap.7.
ſed ex peſſulorum ratione,qui mulierum naturalibus in ple
riſque morbis & vitiis ſubiiciuntur, inceptam iam Vene-
rem feſtiuè deſcribens. Maior enim ioci vis,in oſtij ambi-
gua & ancipiti voce eſt, in qua cogitandum poëta audien-
tibus reliquit, cubiculíne, an virginis oſtio peſſulum obii-
ceret.Sciebant enim tunc omnes,dum turpitudinem in vo-
cibus etiam eſſe aliqui exiſtimant, pudori parcentes, fœmi Oſtium.
narum naturalia,portam & oſtium appellaſſe,audierántq; Porta.

*fortè in ſignando caſtigandóq; tragico ſcelere, & quale cum Ioca ſta matre filius Oedipodes exercuit, Et Romanus Cæſar ſomniaſſe ſe credidit, præcepiſſe antiquiores Græcorum ſapientes, non licere homini ingredi per portã, per quam exierit. Oſtióque huic & portæ, non ex cuſtodia domus, ſed ex medicinæ diſciplina peſſulum Eunuchus obdidit. Cuius diminutiuam appellationem, veluti omnibus certiorẽ nos imitati, peſſulos diximus eos, quos Græci peſſos dicũt, quos lib. V. cap. XXI. Celſus his verbis deſcripſit. Vt ea, quæ feminus ſubiiciuntur, peſſos Græci vocant. Eorum hæc proprietas eſt: Medicamenta compoſita molli lana excipiuntur, eáque lana naturalibus conditur. Multóque certius Paulus Aegineta, quo capite de ſuppreſſis menſibus agit, ſic peſſulum definiens. Pectita lana peſſulus eſt: quodcunque aliud teres digiti humani forma, quo medicamenta ſuſtinẽtur, vtitúrque his præcipuè ad ciendas muliebres purgationes. In quem vſum fortè Dioſcorides innuit peſſulis miſceri irides. Nam ſi cum vino potæ id præſtant, ſubditæ etiam præſtare poterunt, hæc ille. Budæus quoque in annotationibus in Pandectas, tit. de ædilitio edicto ex lege, quæ bis in menſe, peſſorum mentionem facit.* ¶*Accipio triſtis.*} *Non triſtis, ſed triſti ſimilis, nam inuitus.* ¶*Proruunt ſe.*} *Authore Priſciano quædam verba, cum ſint actiua, in paſſiua quoque & abſoluta ſignificatione inueniuntur, vt proruo. Budæus in annotationibus ſuis, ait, Terentium proruere dixiſſe, pro proripere, quod ſignificat raptim ſeſe ex conſpectu cuiuſpiam auferre, & eundi impetum hæc verba ſignificant.* ¶*Ita vt fit, domini vbi abſunt.*} *Reſpexit ad prouerbium, Frons occipitio prior. Significat abſentibus heris miniſtros omnia facere indiligentius, & peccare licentius.* ¶*Ego limis aſpecto.*} *Deducitur limen à limus, quod tranſuerſum ſignificat: nam limina in oſtio tranſuerſa collocantur. Vnde cum diſſimulant ſe homines videre, quod vident, & non recta facie, ſed tranſuerſa intuentur, limi dicuntur aſpicere.* ¶*Limis aſpecto.*} *Deeſt oculis.* ¶*Peſſulum oſtio obdo.*} *Id eſt, oppono, operio, occludo. Peſſulus, quaſi paruus pes inſtrumentum, quo clauditur oſtium. Ouidius primo Faſtorum dixit: Pace fores obdo, id eſt, claudo vectibus ſeu obicibus ianuas.* ¶*Quid tum fatue?*} *Rem turpiculam ſupprimit: vt Seruius in quarto Aeneid. notauit, hunc citans locum locum.* ¶*Frugi es.*} *Veteres frugi hominem dicebant probum, & conſummatè officioſum. Contrarium autem huius, ſignificare volentes, nequam hominem appellabant, id eſt, prodigum, aſotum, libidinoſum, improbum, nihili, & ſceleſtum.* ¶*Eamus ad me.*} *Terentius non rarò perſonam pro domo vſurpat.*

Peſſi. — Proruo. — Obdo. — Peſſulus. — Frugi. — Nequam. — Ad me.

LATOMVS.

*Argumentum, Narrat Chærea Antiphoni quid egerit in domo Thaidis. Et hæc eſt expoſitio Protaſeos alterius partis fabulæ.* ¶*Nunquis hîc.*} *Verba circunſpectantis & exultantis adoleſcentis, dum egreditur domum Thaidis: & totus locus patheticus eſt, exordij vice.* ¶*Emergam.*} *Prodeam, nempe ex ganeo & meretricis domo.* ¶*O feſtus.*} *Salutatio.* ¶*Noſtin' hanc.*} *Narratio lætitiæ plena.* ¶*Virgo.*} *Laus per admirationem.* ¶*Summonuit me.*} *Extenuat rem verbo, vt ſtudium ſuum augeat, & liberet inuidia Parmenonem.* ¶*Quam cum.*} *Anaſtrophe.* ¶*Satis tutò.*} *Ironia.* ¶*Solus cum ſola.*} *Agnominatio ad venuſtatẽ.* ¶*Miſer.*} *Ironicõs.* ¶*Adornant.*} *Apparant.* ¶*Suſpectans.*} *Pictura congruens domui meretriciæ.* ¶*Factum.*} *Supinum.* ¶*At quẽ deum.*} *Amplificatio à maieſtate, & eſt argumentum à maiori.*

¶*Ventulum huic ſic facito.*} *Ventilato periphraſticõs.* ¶*Tu equidem iſthuc.*} *Iocus adridentis.* ¶*Proruunt ſe.*} *Proiciunt.* ¶*Ego limis.*} *Obliquè, nomen pro aduerbio.* ¶*Fateor.*} *Confeſſio intelligentis.* ¶*Vbi mutem.*} *Præparatio ad ſcenam ab hinc nonam.*

Proru.

PETRVS MARS.

*Nunquis hîc eſt?*} *Adoleſcentis voti compotis, & cupientis animi ſui lætitiam cæteris notam eſſe, vt ipſe amorem capiat, voluptatem, geſtictem lætitiam, hæc ſcena exprimit: illius decorum ſeruans, qui propter ætatem, imbecillitatémque conſilij, ac ſenſitiui appetitus vehementiam, nihil magis exoptat quàm optata voluptate frui: calore naturali, & voluptatum illecebris ipſum impellentibus. Denique quantum exempla maiorum in vtrãque partem poſſint ad mores, docet exemplo Chæreæ, quem Iouis authoritas ad vitiũ virgini inferendum accendit* ¶*Dum apparatur virgo in cõclaui, &c.*} *Conclauia, inquit Sextus Pompeius, dicuntur loca, quæ vna claue clauduntur.* ¶*Impendiò magis, &c.*} *Impendio, id eſt, multo. Gellius libro ſeptimo: ſic ait: Sed & eum impendio magis ex rebus rebus geſtis, quàm ex illo oſtento, virum eſſe virtutis eximię credendum eſt. Et lib. vlt. ſic ſcribit: Quod verò dixi quædam eſſe impendio molliora.* ¶*Clanculum per impluuium, &c.*} *Impluuium, inquit Aſconius Pædianus, eſt locus ſine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum poſſit.* ¶*Mihi deum in hominem, &c.*} *In hominem, id eſt, humanos affectus, quæ cõuerſio & fictio moribus nocet plurimum. Quapropter Cicero in prima Tuſculana, ſic ait: Neq; Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait propter formam, vt Ioui pocula miniſtraret. Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat, diuina mallem ad nos. Et Ariſtoteles libro primo Ethices, dicit: Nam cum dij ad nos referuntur, ſanè videntur ridiculi. Diuus ille Plato lib. II. de Repu. loquens de fabulis, ſic ait: Deorum pugnas, & cætera id genus, quæ Homerus ſcripſit, minimè in ciuitatem recipere debemus: ſiue per allegoriam dicta hæc ſint, ſiue ſine allegoria. Non enim adoleſcens hæc dignoſcere poteſt. Sed quæ in ea ætate opinionibus accipiuntur, altius inhærent, difficiliúſque eradicari conſueuerunt. Et in primo de Republica, dicit: Fabulam de Ganymede vehementer culpamus, quod aduerſus Iouem ficta ſit, vt cum ab eo Leges earum originem habuiſſe credantur, eum deum imitantes qui leges condidit, hac etiam voluptate fruantur. Sed fabula quidẽ valeat, Cicero lib. I. Offic. ſic ait: Luxuria verò cum omni ætati turpis eſt, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Si autem & libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt, quòd & ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium impudentiorẽ intemperantiam.* ¶*Ego limis aſpecto, &c.*} *Id eſt tranſuerſus & obliquus. Limus, inquit Sextus Pompeius, obliquus, id eſt, trãſuerſus. Vnde & limina.* ¶*Peſſulum oſtio, &c.*} *Peſſulum lignum quod oſtio obiicitur.* ¶*Frugi es.*} *Id eſt, vtilis, vt fruges, quibus vtimur.*

Conclaue. — Impendiò. — Impluuiũ. — Poëtarũ fabulæ reiicienda. — Frugi.

RIVII caſtigatio.

*Qui me conſequatur quoquò eam.*} *Nos qui me ſequatur, vt & Donat. & libri emendatiores, inque his manu ſcripti. Tametſi alterum illud mihi quidem non diſplicet, duntaxat quod ad ſenſum attinet. Haſſenſtenianũ habet, Qui me ſequatur, quique iam rogitando obtundat, enecet.* ¶*Nemo eſt, quem ego magis nunc cuperem videre quàm te.*} *Nos ad hunc modum ex obſeruatione vetuſtæ lectionis: Salue. nemo eſt omnium, quem ego magis nunc cuperẽ quàm te. Nam & perperam additum videtur in recentioribus*

verbum

verbum videre, & omiſſus genitiuus omniũ, quem Donat. quoque addit, vt & Veneta habet, & Romana editio. Iam frequens eſt iſta apud bonos authores locutio, Te cupio, vt ſubaudias videre, vel mihi dari, vel ſimile verbum, vt Cicero, Te ipſum cupio, nihil opportunius potuit accidere. Tale fermè eſt illud ex Andria, Dauom video. nemo eſt quem mallem omnium. Quòd ad carminis rationem attinet, ſcito verſum hunc probè conſtare. Miſcet autem hac ſcena Comicus Iambica cum trochaicis, quod facilè ſentit, qui harum rerum non prorſus rudis ſit. ¶ Tacitus ſis, citius audies. } Nos, tace ſis. Alij, tacitus, citius audies, omiſſo verbo ſis. ¶ Illa ilico vbi me accepit, læta adſe adducit domũ. } Nos, Læta verò ad ſe abducit domum, ex Donato & manu ſcripto exemplari. Et mirè adſenſum facit particula verò, haud abſque detrimento tum verſus (eſt autem octonarius) tum elegantiæ in libris hiſce recentioribus omiſſa. Iam & verbum ipſum abducit, pro quo ferè adducit nũc legitur, venuſtius eſt magiſque figuratum, quàm alterum hoc, quod indocti ſuppoſuere. Nam ſimilis hæc fermè locutio eſt, atq; illa apud Virg. IIII. Aenei. Quo regnum Italię Libycas auerteret oras. quò de Seruium eo in loco vide. Eodem modo Terẽt. in Adelph. Ad me abducta eſt domum. Sic ſæpe aliàs. Et Plautus in Amph. Ego huc ab naui mecum abducam Naucraten. Sed hoc ipſum quidem poſt etiam in peruulgatis quibuſdam oſfendi. ¶ Continuò hæ adornant vt lauet. } Hic quoque ſciolorum temeritate vitiatus eſt locus. Nos igitur, Hæc adornãt, ex Donato, conſentientibus vetuſtis codicibus. Eſt autem ἀρχαϊσμὸς quomodo in Phor. Hæcine erant itiones crebræ? Monuit Don. in Andria etiam legi, Hęc nuptiæ non adparabantur mihi, vbi nunc, hæ nuptiæ, legitur. Sic enim veteres dicere ſolitos. ¶ Et ventulum huic ſic facito, dum lauamus. } Interpres legit, dum lauamur, cuius verba ſunt: Vbi nos lauerimus. Vide, inquit, vſum verbi tam citò variatũ, dum lauamur, & vbi nos lauerimus. ¶ Quis eſſet ſtatus flabellum tenere te. } Nos, Qui eſſet ſtatus, vt habent magno conſenſu codices vetuſti. Nec ſecus legiſſe videtur Donat. vt quidem omnes fermè conſentiunt editiones. ¶ An ego occaſionem mihi oſtentatam, tam breuem &c. } Ex impreſſis quędam habent, Mihi oſtentatam, tantam, tam breuem. Eodem modo legit Donat. cuius hæc ſunt in hunc locum verba. Vide, inquit, quanta dixerit, non voluntatem, ſed occaſionem: non animaduerſam, ſed oſtentatam: non hanc, ſed tãtam: non anguſtam, ſed breuem: non adpetitam, ſed exoptatam: non repentinam, ſed inſperatam. Hæc ille. Metri tamen ratio repugnare videtur, quo minus ſic legi poſſit. Manu ſcriptum volumen, quod adhuc penes nos eſt, ad hunc modum habet, An ego mihi occaſionem Oſtentam, tantam, tã breuem, tam optatam, tam inſperatam. Ita & hic & ſuperior verſus probè conſtat. Eſt autem vterque tetrameter catalecticus. Iam oſtentum participialiter poni pro oſtentatũ, adnotauit libro decimotertio Sex. Pompe. Et me hercle facilè crediderim ita legiſſe Donatum, nec enim temerè addidit tantam exemplar manu ſcriptum, cuius nobis copia facta à nobilibus Dominis ab Haſſenſtein, habet oſtentam, quo minus iam dubitandum de hoc puto. ¶ Sed tanto ocyus properemus. } Hæc non Antiphonis ſunt, vt recentiora exemplaria habent, ſed Chareæ verba, & quæ ſequuntur duo, Muta veſtem, rurſus Antiphonis ſunt. Ita ex obſeruatione antiquorum, & in his manu ſcriptorum, idem expoſcente ſenſu.

*Te cupio.* — *Abduco.* — *Hæc, pro Hæ.* — *Oſtentus.*

*DOLETI obſeruatio.* *Feſtus.*

O feſtus dies hominis. } Id eſt, ô celebrande mihi dies. Vel: ô ſacer habende mihi dies, propter felicitatem, quę mihi in eo obtigit. Feſtus autem vix ſine die ponitur. & generaliter idem eſt feſtus dies, quod feriæ. Ac eleganter dicimus feſtum diem agere. Dies igitur feſti ſunt in quibus ab opere ceſſatur, quacunque cauſa ſint indicti, aut inſtituti. Cicero ad Quin. fratr. Fuit Senatus frequentior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri, ſub dies feſtos. Idem in Verr. Act. IIII. Huius nomine etiã dies feſti agitantur pulchra illa Verrea. ¶ Quid ex ea re tandem vt caperes commodi? } Commodum, cum ſubſtãtiuum eſt, idem ſignificat, quod vtilitas, vel bonum. Dicit autem Terentius commodum capere, vt dicunt Latini fructum capere, vel percipere. Plures locutiones ex hoc nomine manãtes vide in primo Tomo noſtrorum Commẽtariorum. ¶ Fucum factum mulieri. } Quàm variæ ſint fuci ſignificationes, vide in ſecundo Tomo noſtrorum Commentariorum. Hîc verò ſcito poni pro fraude, & deceptione, & id tranſlatè ſæpe fit à Latinis. Ducta autem metaphora eſt ab ea fuci ſignificatione, cùm pro vnguento ponitur, ſiue ornamento, quo mulieres tinguntur, & colorãtur, vt vitia corporis emendent. Cicero ad Att. Prenſat Galba, ſine fuco, & fallaciis. Idem de Orat. Color non ſanguine diffuſus, ſed fuco illitus. Idem in Brut. In his omnibus ineſt quidam ſine vllo fuco veritatis color. ¶ Tum equidem iſtud os tuum videre vellẽ. } Os certo modo loquendi ab illis Antiquis pro audacia, & temeritate, vel impudentia ponitur. Cicero Famil. IX. Noſti os adoleſcentioris Academiæ. Idem pro Quintio: Mihi videtur ore duriſsimo eſſe, qui præſente Roſcio geſtum agere conetur. Idem in Verr. Act. IIII. Noſtis os hominis, noſtis audaciam. Idem pro Planc. Quæ cum ita ſint, iam ſuccumbam, Laterenſis, iſti ori tuo nimio. Plura de hoc nomine vide in II. Tomo noſtrorum Commentariorum. ¶ Ego occaſionem, tam inſperatam amitterem? } Sic loquitur Cicero ad Attic. XV. Maximas amiſſas occaſiones dicebat. Idem pro Cecin. Suadebant amici, nullam eſſe rationem, amittere eiuſmodi occaſionem.

*Commodũ capere.* — *Fucum facere.* — *Os, pro impudentia.* — *Occaſionem amittere.*

GLAREANVS.

Omnes huius ſcenæ verſus ſunt tetrametri, & omnes iãbici catalectici acatalecticique, præter primos duos trochaicos catalecticos. Tertius quartúſque ſunt iambici catale. quatuor inde ſequentes iambici acatalectici. Nonus cum quatuor ſequentibus rurſus catalectici. Triginta inde verſus rurſus acatalectici. Reliqui deinde ad finem vſque ſcenæ XXIII numero rurſus catalectici. Scio Eraſmum aliquot trochaicos præterea numeraſſe, ſed ordine oſtendemus iudicium noſtrum. In V. verſu, Ne, poſt Curioſum omittendum non eſt. Hunc Eraſmus ſenarium acatalecticum iudicauit, cum tamen Ne, nõ omitteret. Sed caſu hoc ille neglexit, Alioqui niſi hoc opus præcipitaſſet, quî hoc ignorare potuit? Eſt itaque tetrameter non ſenarius. quod lector facilè iudicabit. In VI. pro Quoquò eam, quidam codices habẽt, Quique iam. quod & Riuius & Eraſmus annotarunt. In X. verſu d, eliditur in Quid, vt ſit catalecticus cum cæteris, alioqui acatalecticus futurus, ſed σκάζων. In XII. creticus eſt loco quinto. In XIII. verſu Riuius genitiuum Omnium adiicit, verbum Videre reiicit, atque ita legit, Salue, nemo eſt omnium quem ego magis nunc cuperem quàm te. Quam lectionem probo. Verùm addere & hoc debuit, trochaicúſne an iambicus cenſeatur. Nam ſi ſic legamus, iambicum fieri prohibet τὸ Omnium: contrà, trochaicum fieri catalecticum

probibet Quàm te. At ego iambicum puto, & in Omnium vel σωιζησιν vel creticum, & o, in Ego licenter longum, vt ſit iambicus catale. tetra. vt alij. Niſi quis dictionum alium inſtituat ordinem. ¶ Narra iſtuc quæſo quid ſiet. ❳ Hîc incipiunt triginta illi iambici tetrametri acatalectici, Quorum ſecundum Eraſmus trochaicum tetra. catale. iudicauit, atque ita legit. Noſtin' hanc, quam amat frater? A. noui, nēpe opinor Thaidem. Atqui hîc initio bis trochæus eſt ac ter ſpondeus, in ſexto iambus: qui in trochaico locum non habet. Neque enim de Nempe prima corripi poteſt. In vetuſto codice legitur, Vt opinor. Sed nihil ad carmen. Ergo creticus hîc nobis ſuccurrat oportet, qui ſecundo loco poſitus hunc ſoluit nodum, ſiquidem trochaicus eſſe debeat, vt tradidit Eraſmus. Poterat tamen & iambicus tetrameter fieri, ſi primo loco eſſet creticus, & Ais, poſt verbum Opinor addatur. quod tamen vix auſim. Quartum verſum eiuſdem generis iambi. puto, vt primo loco ſit ſpōdeus, ſecundo anapæſtus, & Eius diſyllabum. Eraſmus trochaicum fecit, Eius monoſyllabo facto, vt in præcedenti ei monoſyllabum eſt. At nos quotquot in vnum ordinem rationabili cauſa cogere poſſumus, ſedulò laboramus. Lector quod volet ſequatur. In octauo huius generis verſu, e, verbi Erat à ſuperiore carmine eliditur, vt rectè admonuit Eraſmus. In X. pro Tacitus Riuius legit Tace ſis. In XI. Pro, corripitur, non eliditur, & creticus loco ſecundo. In XII. rurſus Pro, initio corripitur, non eliditur. Et in medio eius, Quid d, amittit, & Ea monoſyllabum. Nec addendum, Nam, ad Quid. In XV. Vero, non eſt omittendum. In XXI. verſu, primo loco iambus eſt, & ſecunda ſyllaba in Nouitiæ producitur, vt apud Iuuenalem, Satyra. III. Et Hæc legendum authore Donato, non hæ. Et erit iambicus tetrameter acatalecti. vt cæteri, non trochaicus catalecticus, vt Eraſmus exiſtimauit. In vigeſimoſeptimo proceleuſmaticus erit quinto loco, Magis ani. quāquam ſunt alij item modi elabendi. In ſequenti vel Deum monoſyllabum eſt, vel bacchius eſt loco primo. In XXVIII. Clanclum diſyllabum eſt, & verſus ita legendus, Per impluuium veniſſe clanclum, fucum factum mulieri. Eraſ. pro Clanclum legendum exiſtimauit Clam, vt eſſet iambicus verſus catalect. ſed nos acatalecticum putamus vt cæteros. In XXIX. Deum diſyllabum eſt. In XXX. verſu, loco ſexto tribrachys eſt, ro ita. vt o de Vero non elidatur, ſed corripiatur. ¶ Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatum. ❳ Iam ſequuntur iābici tetrame. catalectici ad finē vſque ſcenę. numero XXIII. vt diximus. Quorum ſecundum idem Eraſmus trochaicum catalecticum exiſtimauit. Ego Redit triſyllabum legam, & Collocarunt tretraſyllabum, vt Donatum legiſſe puto, & veteres habent codices, eritque iambicus tetrame. catalecti. vt cæteri. In ſeptimo Riuius, Qui eſſet, legēdum rectè cenſet. Sed carmen non indicat. Ego puto verſum, vt alios catalecti. iambicum. Sed Flabellulum diminutiuum à diminutiuo formatum, legendum, quod aptum ſanè eſt iocanti, & amico conuicium iucundè facienti, vt verbis Donati loquar. Alioqui carmen non conſtabit. Miror autem ad eum nihil annotaſſe Eraſmum. In X. verſu proceleuſmaticus eſt loco quinto. Decimumtertium ac XIIII. rectè emendauit Riu. vt Mihi ſit in priore verſu ante verbum Occaſionem, monoſyllabum, & totum elidatur. In II. verò verſu Oſtentam, tātam, tam breuem, legatur. In XVI. eliditur d, in Sed.

*Clanclum.* *Flabellulū.*

DONAT. ITa me dij bene ament. ❳ Ea perſona quæſita eſt, quæ terribilem credat militem: & eo magis in experiendo vanus ac ridiculus eſſe poſſit. ¶ Ita me Dij bene ament. ❳ Hoc loco quid poſt ſcenam geſtum ſit, hoc eſt in conuiuio militis, ancilla demōſtrat: vt iam quæ in proſcenio agantur, ex his poſſimus agnoſcere. ¶ Ne quam ille hodie inſanus. ❳ Illū & ille inſanus, ſic effertur, vt omnibus inſuauis miles eſſe noſcatur. ¶ Nam poſtquam iſte aduênit. ❳ Inſtanter admonet, qui ſcilicet ſit Chremes. ¶ Militē rogat. ❳ Et hoc quaſi de odioſo militem dixit, non Thraſonem. ¶ Continuò iraſci. ❳ Vt riuali. ¶ Neque negare audere. ❳ Vt amicæ poſcenti. ¶ Inſtare, vt hominem inuitet. ❳ Vide impudentiam meretricis. primùm petit vt iubeat eū admitti, poſtea vt inuitet, quod eſt maius. ¶ Id faciebat retinēdi illius cauſa. ❳ Admonet ſpectatorem, ne exiſtimet alteri riuali iniuriā fieri Phędriæ. Et ſimul eſt hîc παρασκευὴ virginis agnoſcēdæ, inuitat triſtis. ¶ Manſit ibi. ❳ Adoleſcens ſcilicet, & manſit, pro remoratus eſt, id eſt accubuit, nec receſsit, Manſit ſignificat. Simile eſt, Manſit, paſſus eſt. Sic Chremes manſit immoratus. * conuiua neceſsitate diſceſsit accipiendus eſt. ¶ Triſtis. ❳ Inuitus, nō libenter. Vt è contrario Virgilius, Vobis lætus ego hunc candētem in littore taurum Conſtituam ante aras, voti reus. Et accipio triſtis, eodem modo. ¶ Sermonem occipit. ❳ Sermonem, colloquiū dicit. ¶ Adductū æmulum. ❳ Plus dixit adductum, quàm admiſſum: & ſimul quia videbat furibundum Chremem, & totum crimen reuocat ad Thaidē. & hæc eſt cauſa cur à milite in eius domo nullā rixam patiatur Chremes. ¶ Huic ægrè. ❳ Huic Thaidi, non adducto. ¶ Heus, inquit, puer. ❳ Hîc oſtenditur quod ſuprà apparatum eſt. ¶ Acce rſe Pamphilā. ❳ Non, prouoca, ſed, accerſe: quia non eſt aptum militi. ¶ Vt delectet hîc nos. ❳ Quaſi dicat, quod hęc non facit: ſed delectare, fidicinę eſt: quia ſuprà de

*Maneo.* *Triſtis.* *Latus.* *Sermo.* *Adduci.*

## ACTVS IIII. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

DOryas ancilla hîc narrat, quid in conuiuio militis actum ſit.

ARG. PAVL. MALL.

HIc Doryas inducitur, quæ terribilem credat militē, vt eo magis vanus poſtea ridiculúſque eſſe poſſit: tū quid poſt ſcenam, id eſt, in conuiuio militis geſtum ſit, ancilla demonſtrat. è quibus profectò ea quæ in proſcenio gerentur, agnoſcere poterimus.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

NArrat Doryas ancilla, quid in cõuiuio militis Thraſonis actum ſit. Eſt verò ſtatus cõiecturalis, nam in controuerſiam venit, an Thraſo vel turbã facturus ſit, vel vim Thaidi illaturus.

*Trochaici & Iambici Tetrametri permiſti.*

DORYAS.

ITA *me Dij bene ament, quantum ego illum vidi, nonnihil timeo miſera,*
*Ne quam ille hodie inſanus turbam faciat, aut vim Thaidi.*
*Nam poſtquam*iſte aduenit Chremes adoleſcens frater virginis,*
*Militem rogat, vt illũ admitti iubeat: ille continuò iraſci,*
*Neque negare audere. Thais porrò inſtare, vt hominem inuitet.*
*Id faciebat retinendi illius cauſa: quia illa quæ cupiebat*
*De ſorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.*
*Inuitat triſtis:* manſit ibi: illa cum illo ſermonem occipit:*
*Miles verò ſibi putare adductum ante oculos æmulum:*
*Voluit facere contrà huic ægrè. heus, inquit, puer Pamphilam*
*Accerſe, vt delectet hîc nos. illa exclamat, minimè gentium:*
** In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.*
*Interea aurum ſibi clàm mulier demit: dat mihi vt auferam:*
*Hoc eſt ſigni, vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio.*

*de illa dixerat, Et fidibus ſcire. Et bene Hîc: quaſi inſuauiter nunc tractemur.* ¶ *Illa exclamat.* } Non *reſpondit, inquit: ſed, exclamat.* ¶ *Minimè gentium.* } *Hoc magis mirũ, minimè gentiũ, quàm nuſquam gentium.* ¶ *In conuiuiũ illam?* } ἐμφατικῶς. *vt, cantando tu illum?* ¶ *Illam.* } *Deeſt, accerſas: & eſt figura* ἀποσιώπησις. ¶ *Miles tendere.* } *Propriè dixit tendere. quod ſignificat pertinacem contentionem. Virgilius, Vaſto certamine tendunt.* ¶ *Inde ad iurgiũ.* } *Subauditur, vẽtum eſt.* ¶ *Interea aurum ſibi clàm mulier demit.* } Ne *aurum pro virgine, quod retinebat, amitteret. vel aurũ demit, vt eſſet ad fugam expeditior, vel ad rixam. Et opportunè mulierem dixit, non Thaidem: vt oſtenderet malitiam ſexus.* ¶ *Hoc eſt ſigni, vbi primùm poterit.* } *Ad quam rem ſigni? Vtrum hoc eſt ſigni. Quamobrẽ metuã ne quam ille hodie inſanus turbã faciat, aut vim Thaidi? An hoc eſt ſigni, Vndè ſcio quòd vbi primùm poterit, ſe illinc ſubducet? Erit igitur ſubaudiendũ ſic, Vnde & quòd: vt ſit, Vnde ſcio quòd vbi primùm poterit.*

*Minimè gẽtium.*

*Ille.*

*Apoſiopeſis.*

*Tendere.*

*Mulier.*

ADRIA. BARL. *Ille continuò iraſci.* } *Suſpicaces ſunt, qui amant, neque riuales ferunt. Vnde Tibullus, Poſſem riualem non ego ferre Iouem.* ¶ Neque *negare audere.* } *Vt petenti amicæ.* ¶ *Vt hominẽ inuitet.* } *Impudentia meretricis oſtenditur, petentis primùm, vt Thraſo Chremetem admitti iubeat, poſtea vt inuitet, quod maius eſt.* ¶ *Voluit facere contrà huic ægrè.* } *Voluit malum malo compenſare. Et huic, nõ ad Chremetem modò adductum, ſed ad Thaidem refertur.* ¶ *Heus, inquit, puer.* } *Hîc fit quod ſuprà monuerat Gnatho.* ¶ *Vt delectet hîc nos.* } *Quod Thais minimè facit. Delectare enim fidicinæ eſt. Et ſuprà dixit fidibus hãc ſcire. Ergo vt delectet hîc nos, vbi excipimur inſuauiter.* ¶ *Minimè gentium.* } *Pleonaſmos, adiectio ſuperuacua ad plenam ſignificationem. Qualiſcunque adiectio, pleonaſmus dici poteſt authore Fabio.* ¶ *In conuiuiũ illam?* } *Bene in conuiuium illam? Nam in terra Græcia mos non erat, vt pudicæ mulieres, inter conuiuas viros, menſæ aſsiderent, teſte cum Cicerone, tum Probo Aemilio. In Verrina quadam Cicero. Poſtquam ſatis calere res inquit, Rubrio viſa eſt, quæſo Philodeme, cur ad nos, filiã tuã intrò vocari non iubes? Homo qui & ſumma grauitate, & iam id ætatis, & parens eſſet, obſtupuit hominis improbi dicto. Inſtare Rubrius. Tum ille, vt aliquid reſponderet, negauit moris eſſe Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberet mulier. Probi verba ferè ſic habẽt. Quos enim Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium, aut cuius non materfamiliâs primum locũ tenet ædium, atq; in celebritate verſatur; quod multo fit aliter in Græcia. Neque enim in cõuiuio adhibetur, niſi propinquorum, neque ſedet niſi in interiore parte ædium.* ¶ *Interea aurum ſibi clã demit mulier.* } *Vt ad fugam expeditior eſſet. Sic Donatus interpretatur. Cuius verba indicant loqui ancillã de auro quo ad corporis maiorem ornatum vtebatur meretrix.* ¶ *Se illinc ſubducet ſcio.* } *Budæus in annotationibus hunc aduocans Terẽtij locum. Subducere, inquit, eſt ſenſim & clanculum diſcedere, ita vt nullus animaduertat.*

*Ægrè facere alicui.*

*Minime gẽtium.*

*Mulieres in Græcia non diſcumbebant cum viris.*

** illẽ*

** manſit. ibi illa*

*Autum.*

*Subducere.*

LATOMVS *Argumentum. Ancilla indicat quid actũ ſit inter Militem & Thaidem, & eſt narratio occaſionis epitaſeos.* ¶ *Ita me dij.* } *Verba ancillæ ad ſpectatores.* ¶ *Neque negare aude.* } *Indicatur militis ſeruitꝰ apud ſcortum.* ¶ *Triſtis.* } *Inuitus.* ¶ *Huic ægrè.* } *Id eſt moleſtè, quod doleret militi.* ¶ *In conuiuium illam?* } *Eclipſis corripientis, ſubauditur accerſas.*

** Túne in*

*Ægrè.*

PETRVS MARS. *Ita me dij ament &c. Muliebrem timiditatem, cautionẽ meretriciam, & hominis ſtolidi, zelotypíque importunitatem, & impetum animi ad iurgia præcipitẽ, hæc ſcena exprimit.* ¶ *Adductũ ante oculos æmulum.* } *Aemulatio, inquit Cicero in quarto Thuſculanarum, Duplex illa quidem dicitur, vt & in laude, & in vitio hoc nomen ſit. Nam & æmulatio, virtutis imitatio dicitur. Sed ea nihil hoc loco viti-*

*mur,eſt enim laudis.Et eſt æmulatio ægritudo,ſi eo quod cō cupierit,alius potiatur,ipſe verò careat.*

RIVII caſtigatio. *Ita me Dij bene ament.*} Nos ex Haſſenſteniano omittendum putamus aduerbiū bene, quod & metri ratio exigit.Cōſentit Venetum exēplar, & quædā editiones Donati.

DOLETI obſeruatio. Aegrè facere alicui. *Voluit facere contra huic ægre.*} Aegrè facere, pro moleſtiam iniicere,vel dolorem, nouè dicit hîc Terentius. Sic dicit aliquando Cicero benignè alicui aliquem facere, pro beneficium conferre,vel beneficio afficere.

GLAREANVS.

*Vix alia apud hunc authorem ſcena eſt,in qua carminū ratio minus conſtet, atque in hac admodum parua.Riuius primum duntaxat carmen attigit, de quo rectè admonet omittendum eſſe aduerbium bene, quod veteres codices non habent.De cæteris nihil,οὐδὲ γρῦ,quaſi omnia bene habeant, quod fortaſsis in ipſius codicibus fuit. At in noſtris quòtquot mihi videre contigit, nihil certi conſtat. Et Eraſmus primum quidem verſum iambicum tetrame. catalecticum iudicauit, Cum(ſiquidem Bene aduerbium non omittatur, vt eius oſtendit codex)ſit hypercatalecticus. Secundum rectè iudicauit trochaicum catalecti.Tertium rurſus iambicū tetrameter catalecticum ait, cum ſit acatalecticus potius,ſi quidem Iſte pronomen non omittatur, & in Chremes nulla fiat eliſio. Quartum trochaic.tetramet.acatalect.facit Sic,*

*Militem rogat,vt illū admitti iubeat,ille continuò iraſci.*

*Mirum verò carmen, quod quo modo ille in numerū poſuerit, fateor ingenuè me neſcire,maximè cū velit eſſe trochaicum. De ſequenti idem iudicauit. Sextum verſum ait octonariū catalecticum, non adiecto,iambicúſne ſit,an trochaicus.Si iambicū faceret, fieret tetrameter hypercatalecticus,*

*Id faciebat retinēdi illius cauſa,quia illa quæ cupiebat.*

*Si Illius diſyllabum fecerimus, vna abundabit ſyllaba in ratione iambica.Sin triſyllabum,duæ, in ratione trochaica acatalectica,tres in catalectica.Reliquos deinde omnes trochaicos facit tetra.catalec.præter quartū à fine, quem vult iambicum tetrametrum. Hæc ita ille digeſsit, meo quidem iudicio,non ſatis commodè. Itaque ego quid ſentiam breuibus aperiam, relinquens lectori iudicium. In primo itaque verſu, cum Riuio omittendum cenſeo aduerbium Bene, vt ſint initio duo anapæſti,& tertio loco creticus:niſi malimus l,de Illum abiicere. In tertio pronomen Iſte tollendum puto,quod prorſus nihil ad rem facit. Quartum verſum finio in verbo Continuò,vt ſint quatuor trochaici tetrametri catalectici ad hanc formam,*

*Ita me Dij ament,quantum ego illum vidi, nonnihil timeo miſera*
*Ne quā ille hodie inſanus turbā faciat,aut vim Thaidi.*
*Nam poſtquam aduênit Chremes adoleſcens frater virginis,*
*Militem rogat,vt illum admitti iubeat.is continuò*

*Hactenus integrè conſtant hi quatuor trochaici catalectici. Nunc ſequuntur quatuor iambici tetrame.item catalectici, quos vt certius indicium lectori ſit, non piguit ſubſcribere,*

*Iraſci,neque negare audere.Thais porrò inſtare*
*Vt hominem inuitet,id faciebat retinendi illius cauſa.*
*Quia illa,quæ cupiebat de ſorore eius indicare,*
*Ad eam rem tempus non erat,inuitat triſtis,manſit ibi.*

*Et hi verſus integrè conſtant, nec vlla ſyllaba claudicant. Nunc ſequitur trochaicus vnus trimeter catalecticus, qualeis aliquando poëtam hunc immiſcere ſuprà oſtendimus, quos Eraſmus ægrè admittebat,negare tamen non potuit.*

*Illa cum illo ſermonem illico occipit.*

*Nec probo Aldinam editionē hoc in loco, quæ verbum Occipit reiecerat,Nec alias,quæ pronomen Illa omiſerant,cum veteres libri vtrunque habeant. Nunc deinceps ſequuntur trochaici ſex tetrametri catalectici. In ſecundo Puere legendum.* Puere. *Sed tertium,vt dixi,Eraſmus iambicum tetrametrum facit,eliſa prima ſyllaba de Accerſe,à ſuperiore verſu.quā opinionē non reiicio.Ego tamen malim in eo verſu vel Accerſe vel Exclamat tollere,quorum neutrum opus eſt ad ſenſum, vt ita fieret trochaicus tetra. catalect. vt alij. Verùm quia Donatus vtriuſque in Commentario meminit,non puto pertinaciter hoc aſſerendum:niſi quis exiſtimet,quod Docti putant, multa illi commentario aſſuta.* Commētatio Donati multa aſſuta. *Verùm res non eſt tanti.Certè Thais verbum Accerſe non repetit. In conuiuium illam? vnde facile ſuſtulerim.Et videntur multæ in hac ſcena Apoſiopeſes, vt perſonæ humilis ac ſecum ſubmurmurantis,ac inde fortaſsis cauſa poëtæ fuit, vt carmen ita variarit.Sed lector noſtram hanc diligentiam boni conſulat oro.*

## ACTVS IIII. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

SEcum cogitās Phædria, quæ ſit intercepti amoris paſſurus incommoda, ſi totum biduum ruri māſerit, vincente amore in vrbem redit. Et iam tempus eſt, vt reuocetur in ſcenam, completis omnibus, quæ illius deſide-

DONATVS

*DVm rus eo, cœpi egomet.*} Hîc nunc cauſa narratur,cur ſtatim in vrbem redeat Phædria, qui diſceſſerat abſuturus biduum ad tollendum iurgium militis, & importunè redit. *Dum rus eo.*} Iam tempus eſt reuocādi in ſcenam Phædriā, poſtquam acta ſunt omnia, quæ illius abſentiam deſiderabant. *Cœpi egomet mecum.*} Ordo, Cœpi aliam rē ex alia re cogitare. Inter vias. *Inter vias.*} Figuratè,& nouè inter vias. *Et ea omnia in peiorem partem.*} Vtrum ſubaudiatur,cogitare?an ibant aut vergebant,aut quid tale? *Dum hæc puto.*} Id eſt Puto. exiſtimo.vt Virg.Multa putans,ſortémq; animo miſeratus iniquā. Et eſt ἀφαίρεσις, pro reputo. Reputo. Putamus enim inſtantia:Reputamus præterita. *Vbi ad ipſum veni diuerticulum.*} Diuerticulum, Diuerticulum. eſt vbi iter de via flectitur. & propriè diuerticula dicūtur in via domicilia,ad quę de itinere diuertendum ſit. *Conſtiti.*} Plus eſt nunc ſcientem ſtetiſſe,quàm præteriſſe neſciētem. *Hem,biduum hic manendum eſt?*} Hem.

Interiectio

rabant abſentiam. Simul hîc amantium inconſtantiam exprimit,rure tam citò recurrens Phædria.

ARG. PAVL. MALL.

RAtiocinantem & cogitabundum Phædriam inducit,ſecum reputantem, quid incommodi perpetietur intercepti amoris, ſi totum biduum ruri permãſerit. Sed vicit amor, eáque gratia importunè in vrbem regreſſus fingitur,vt iurgium militis tollatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Narrat Phædria,cur tam ſtatim in vrbem redeat.

*Senarij.*

PHAEDRIA.

*DVM rus eo ; cœpi egomet mecum inter vias,*
*Ita vt fit ; vbi quid in animo eſt moleſtiæ,*
*Aliam rem ex alia cogitare,& ea omnia in*
*Peiorem partem. quid opus eſt verbis? dum hæc* puto,*
*Præterij imprudẽs villam. longè iam abierã,*
*Cum ſenſi, redeo rurſum : malè verò me habens,*
*Vbi ad ipſum veni diuerticulum,conſtiti:*
*Occœpi mecum cogitare,Hem, biduum hîc*
*Manendum eſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?*
*Nihil eſt,quid nihil? ſi non tãgendi copia eſt,*
*Eho,ne videndi quidem erit? ſi illud nõ licet,*
*Saltem hoc licebit,certè extrema linea*
*Amare,haud nihil eſt, villam prætereo ſciẽs;*
*Sed quid hoc eſt, quòd timida ſubitò egreditur Pythias?*

*Interiectio laborantis animi.* Biduum. *Biduum ſic pronuntia,vt longum, nimiúmque tẽpus. Tum deinde hic,tãquam in loco ſolo, atque triſti.* ¶ *Soli ſine illa?* } *Aut ſine alio oble ctamento?* ¶ *Sine illa.* } *Satis amatoriè.* ¶ *Sine illa.* } *Iam cauſa eſt cum biduum grauetur loco triſti, cur ſolatiũ conquirendum. Sunt autem qui idem putent ſoli eſſe,& ſine illa : vt ſine illa* Exegeſis. *ἐξήγησις eius ſit quod dixerat,Soli.* ¶ *Nihil eſt:quid nihil?* } *Amantium diſputationes intermiſcent quædam conſilia ſanæ mentis,quæ tamen ſtatim reſurgentis amoris ſæuitia deuincũtur.* Eho. ¶ *Eho,ne videndi quidem erit?* } *Eho,ridiculè adduum : tanquam omnino nõ ſecum loquatur,* *reputo. *ſed cum altero.* ¶ *Saltem hoc licebit.* } Licebit. *Bene bis dictum licet licebit : quaſi de re magna loquatur:totum ergo amatoriè.* Linea extrema. ¶ *Certè extrema linea.* } *Et hoc rectè:quia quinque lineæ perfectæ ſunt ad amorem.Prima viſus,ſecunda loqui,tertia tactus, quarta oſculari, quinta coitus. An ſic dixit extrema linea, quemadmodum dicatur longis lineis quid fieri? id eſt de longinquo.* Lineis longis aliquid facere. ¶ *Amare haud nihil eſt.* } *Amare modò frui amore dicit.* Amare, pro frui amore. *Plautus in Bacchidibus, Prius hîc adero, quàm te amare deſinam.Et, Sine te amem.* ¶ *Villam prætereo ſciens.* } *Sciẽs quidem,ſed non minus amator quàm prius.* ¶ *Sed quid hoc eſt,quod timida ſubitò egreditur Pythias?* } *Ex his verbis perſona in ſcenam veniens,& locutura deſcribitur.* Timidus. *& Timida,modò ægra,turbata,commota. Plautus,Manum ex mari timidè. Et hic ipſe,Vxorem inquit Philumenã pauitare neſcio quid dixerunt. Timidũ aliud naturale,aliud euentu eſt:vt,Addit ſe ſociam,timidíſque ſuperuenit Aegle.*

ADRIA. BARL. *Inter vias.* } *Nouè dixit,pro inter eundum. Sic & Turpilius.Me miſerã,quòd inter vias epiſtola excidit mihi. Infelix inter tuniculam & ſtrophium collocaram.* Inter vias. ¶ *Præterij imprudens villam.* } *Budæus in annotationibus, villam ruſticam dicit eam eſſe villæ partem, quam villicus, colonus, vel vinitor, vel arborator,ſibi habitandam obtinet, & familiæ villaticæ,atque inſtrumento omni condendo,aut continendo.* Villa ruſtica. ¶ *Ad ipſum veni diuerticulum.* } *Diuerticula vocamus ſemitas tranſuerſas, quæ ſunt a latere viæ.* Diuerticulũ *Dicuntur propriè domicilia,ad quę de via ſolent diuertere peregrè abeuntes aliquò.* ¶ *Nihil eſt,quid nihil?* } *In amantibus quædam ſunt interdũ ſanæ mẽtis conſilia, quæ tamen ſtatim reſurgens amoris ſæuitia deuincit.* ¶ *Certè.* } *Pro ſaltẽ.* Certè. ¶ *Certè extrema linea amare.* } *Id eſt,amore frui. Quinque partibus conſtat fructus amoris,viſu,alloquio, tactu, oſculo,concubitu.* Linea extrema. *Terentius hîc extremam amoris lineã dixit pro prima,quemadmodum Plautus. Ab extremo narrare incipiam, hoc eſt, à principio. Ita Sipõtinus interpretatur.* Extremus, pro primo. *Similiter Cicero in Rhetoricis ad Herenniũ, de narratione, Rem breuiter narrare poterimus,ſi inde inceperimus,vnde neceſſe eſt. & ſi nõ ab vltimo initio repetere volumus. Ab vltimo,idem eſt quod remotiſſimo,à rebus præſentibus,id eſt à penitus primo.* Vltimum initium. ¶ *Haud nihil eſt.* } Haud nihil eſt. *Eraſmus primo de copia commentario. Non nihil eſt vel aſpicere, id eſt,aliquid eſt.*

LATOMVS. *Argumentum. Redit à villa Phædria ſecum loquẽs quid egerit,& aduentu eius inchoatur Epitaſis alterius partis fabulæ.* ¶ *Dũ hæc puto.* } *Cogito,reputo.* ¶ *Diuerticulũ.* } Diuerticulum. *Deflexus viæ ad villam, vuegſcheid.* ¶ *Manendũ eſt ſoli.* } *Cogitatio incerti amantis,qui tamẽ amoris impotẽtia vincitur, vt ante ſtatutum tempus redeat.*

PETRVS MARS. *Dum rus eo,&c* } *Vis amoris,& illius inconſtantia,qui in caſtris militat Cupidineis ac Venereis,compede vinctus eſt,adeò, vt ſui iuris non ſit, hac ſcena exprimitur. Idcirco Cleret a lena apud Plautum in Aſinaria,ſic adoleſcentem alloquitur:Fixus eſt hic apud nos animus tuus clauo Cupidinis. Remigio,velóque quantum poteris,feſtina & fuge: Quàm magis te in altum capeſſis,tam æſtus te in portum referet.* ¶ *Præterij imprudens villam.* } Villa. *Villa eſt domus ruralis,ſic dicta à via,prope quam poni debet propter commoditatem importandi aliquid,& exportãdi.* ¶ *Vbi ad ipſum veni diuerticulũ.* } Diuerticulum. *Diuerticula ſunt loca,vnde deflectimus iter ad villam, quæ non multum diſtat à via publica. Eſt igitur diuerticulum, deflexus à via. Vnde Iuuenalis per tranſlationem dicit : A diuerticulo repetatur fabula.* Diuerſoria. Diuortia. *Inde diuerſoria,& diuortia apud Virgiliũ.*

*Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota.*

*Haud nihil eſt.* } *Quaſi dicat:Aliquid eſt, frui amoris affectu eo modo,qui pro temporis conditione conceditur.* ¶ *Videndi.* } *Subaudi,ſi ad ipſum contactum venire non datur rei concupitæ vel amatæ.*

RIVII caſtigatio. Puto.

Dum hæc reputo, Prætereo imprudens villam.} Nos, Dũ hæc puto, vt in veteribus libris habetur, ſuffragante Donato, qui ἀφαίρεσιν eſſe ait pro reputo. Virg. Multa putans, ſortémque animo miſeratus iniquam. Putamus enim inſtãtia, inquit, reputamus preterita.

DOLETI obſeruatio. Præterire.

Dum hæc puto, prǽterij imprudens villam.} Præterire Latinis eſt idẽ quod prætergredi, vel vltra id progredi, quò iter præfinitũ ſit. Multas tamen habet elegãtes per tranſlationem ſignificationes. Proprium igitur eſt, cum dicimus agrum, vrbem, villam, & ſimile aliquid præterire, id eſt trãſgredi. Tranſlatum autem eſt, cum dicitur ætas, vel tempus preteriri: aut aliquis præteriri in petitione magiſtratuum, id eſt, quando non habetur eius ratio: vel quando abſens ſecundum præſentem non tractatur.{ Si non tangendi copia eſt.} Id eſt, ſi non datur, vel ſi non licet tangere. Copia autem, vt antea oſtendimus, modò eſt rei cuiuſlibet abundantia, vel vbertas, & opponitur inopiæ. Modò pro facultate ponitur, Modò pro manu militari: idque in plurali frequentius. Cum verò pro facultate eſt, ex eo manat, copiam ſui facere. Et copiam ſui facit meretrix, cum ſe proſtituit, vel quæ venereos admittit.

Copia.

Copiam ſui facere.

GLAREANVS.

In quarto huius ſcenæ verſu, Puto legit Donatus, & pro Reputo poſitum ait: & κτ͂ τὴν ἀφαίρεσιν ablatam eſſe re initio. In ſeptimo carmine Diuerticulum, tertia ſyllaba correpta eſt. In nono vel l, de Illa abiicitur, vel tertio loco eſt creticus pro dactylo. In x. Nihil primò diſſyllabum, ſecundò monoſyllabum. Vltimum carmen authoribus Eraſmo ac Riuio trochaicum eſt tetrame. catalecti. Sed in Subitò o, non eliditur. quod ſi d, in Quid elidatur, & eſt tollatur, erit vt reliqui, iambicus: & celeritas non minus per iambum atque per trochæum ſignificatur.

IOANN. THEOD.

Extrema linea.} Quæ ſit amoris extrema linea, parum conuenit inter huius loci enarratores. Extremum (ait Sypũtinus) nonnunquam ſignificat initium alicuius rei. Plaut. Ab extremo narrare incipiã, hoc eſt, à principio. Sic Virgi. Et tu ſanguinis vltimus author, id eſt, primus. Hæc Sypuntinus. At Eraſmus in Chiliadibus ſic: Quoniam olim initium vnde curſus incipiebatur, ducta linea notabatur, rurſus extremum linea ſignabatur, idcirco à linea incipere, ſiue ad lineam redire dicebantur, qui rem ab initio repetebant: & quod in quaque re poſtremum eſt, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phædria: Certè extrema linea amare, haud nihil eſt. Et Tertullianus libro quem aduerſus Hermogenem ſcripſit, vocat eum ignorantium extremam lineam, quòd vltimus eſſet hæreticorũ. Siquidẽ adhuc erat in viuis, quum ea ſcriberet Tertullianus. Quẽ innuit Eraſmus Tertulliani locum, is ad verbum ſic habet: Adiiciam & ego propter non intelligentes, quorum Hermogenes extrema linea eſt. Quod hunc in modum exponit Rhenanus: In ſpatiis olim in quibus curſus publicè fiebat, initium & finis lineis notabantur. Hinc quicquid poſtremum eſt, extrema linea prouerbialiter dici cœpit. Ergo quum Tertullianus Hermogenem hîc vocat, non intelligẽtium extremam lineam, imperitiſſimum accipe. Horatius epiſtolam ad Quintum ſic claudit, Mors vltima linea rerum eſt. Simul tacitè alludit ad artem Hermogenis penicillo lineas ducere ſoliti: nam pictor erat. Sic infrà de Materia loquens, Si in loco, inquit, ergo intra locum: ſi intra locum, ergo determinatur à loco intra quem eſt: ſi determinatur, habet lineam extremam, quã quantum propriè pictor agnoſcis finem eſſe omni rei cuius linea extrema eſt. In libro aduerſus Praxean, vocat Deum extremam lineam vniuerſitatis. Hæc Rhenanus. Glareanus verò lib. ſecundo Dodecachordi cap. VIII. hac de re ita diſſerit. In primis, ait, notandum, antiquitus ita fuiſſe tetrachorda, vt etiamnum noſtra ætate conſpiciuntur, quatuor chordis inſtrumenta: vbi grauiſſimus neruus & maximus, imò craſſiſſimus, erat ſupremus: acutiſſimus verò ac minimus, ſanè infimus. Quam ego Lyræ formam puto, nec Citharam cum Lyra idem inſtrumentum, vt quidam malè (de licentia tamen nõ loquor) exponunt. In Cithara enim nerui ſunt vigintiquatuor, vt ſuperiore libro oſtendimus, & contrario ordine atque in Lyra diſpoſiti: Nam in Cithara grauiſſima quæque atque maxima chorda eſt infima; acutiſſima verò ſuprema. At in Lyra, ſiue illa trichordos, ſiue tetrachordos, ſiue hexachordos ſit, contraria omnia. Hinc illa varia appellatio, grauiſſimæ, extremæ, imæ, ac vltimæ chordæ. In tetrachordo enim ſuprema eſt grauiſſima, ideóque dicta hypate: acutiſſima verò eſt infima, & eadem vltima. Neque verò voces illæ, extremum, primũ, vltimúmque nos turbare debent. Nam aſcendendo, in Cithara, grauiſſima chorda eſt prima, acutiſſima vltima ac extrema: contrà deſcendendo ſuprema eſt prima, & grauiſſima eſt vltima ſiue extrema: quod in cæleſtium ſphærarum ordine luce clarius patet, & multis aliis in rebus. Et ipſi authores ſæpe ita locuti ſunt. vt Terentij illud probat: Certè extrema linea amare, haud nihil eſt. vbi per extremam lineam intelligit primam, nempe videre. Nam quod Donatus in commentario addens ait, An ſic dicit extrema linea, quemadmodum dicitur longis lineis fieri? id eſt, de longinquo, nimis argutum eſt. Item Horatius quum in Sermonibus de Tigellio diceret: — modò ſumma Voce, modò hac reſonans quæ chordis quattuo ima. per imã grauiſſimam innuit, hoc eſt ſupremam in tetrachordo: quæ quod ad ſonos attinet, grauiſſima eſt: ſed ſi ad locum conferas, eſt ſuprema. Quod & Porphyrio innuens, A tetrachordo, inquit, hoc ſumptum videtur, in quo eſt grauiſſimi ſoni chorda, quæ hypate dicitur. Non me latet, quid eum in locũ garriat Acro. Hactenus Glareanus. Porrò ne quid lector deſyderet, habeat Nannij quoque ſuper hac cõtrouerſia iudicium. Mirum, ait, & hoc quoq;, Phædriã vt parceret oculis ne amicã videret in alterius poteſtate, rus concedere voluiſſe: nũc hoc ipſum videre, pro aliquo fructu amoris exiſtimare, & appellare iſtã vſurpationẽ oculorũ, extremam amoris lineam. Cæterùm vnde linea pro gradu ſiue ordine dicatur, & quid huic metaphoræ occaſionem dederit, nõdum ad liquidum inueni: niſi hoc ipſum ſit, quod iam dicam. Eſt autẽ ea pars theatri vbi ſpectatores ſedent, primùm diuiſa in cuneos, poſtea in lineas, quaſi in quædam interſepta, ne compreſſio alicubi orta in totum theatrum inundet, & vniuerſos ſpectatores affligat. Vnde illud quoque Ouidij ad puellã vitabundam alterius conſeſſus, ait, — Cogit nos linea iungi. Atque ita factum arbitror, vt vltima linea pro vltimo ordine dici cœperit, atque ex eodem fonte emanaſſe illud: — Mors vltima linea rerũ eſt. Aliã opinionẽ habet Eraſ. in hoc ipſo adagio, refértq; ad carceres, quod mihi parũ probatur. Hæc Nãnius. Ab Eraſmo ſtare videtur Porphyrio exponens illud Horatianum, — Mors vltima linea rerum eſt. Linea, inquit, finis. Terentius, Extrema linea amare, haud nihil eſt. Quod autem attinet ad Ouidium, eius carmen ſic habet Amorum lib. tertio, eleg. ſecunda: Quid fruſtra refugis? cogit nos linea iungi. Hæc in lege loci commoda Circus

Extrema linea.

Cithara & Lyræ diſcrimen.

habet.

*habet. Rurſus De arte libro primo,*

*Proximus ad dominam nullo prohibente ſedeto:*
*Iunge tuum lateri, quàm potes vſque, latus.*
*Et bene te cogit, ſi nolit, linea iungi.*
*Qua tibi iungenda eſt lege puella loci.*

*Lineam, inquit Merula, longum appellat ſedendi locum, quaſi quandam lineam, veluti eam quæ in theatris diſiungebat proſcenij pulpitũ, & orcheſtræ regionẽ: vt docet Vitruuius lib.* V. *cap.* VI. *Per lineam, ait Micyllus, funiculum, aut ſimile aliquid intelligo, quo ſedilia alia ab aliis in Circo diſtincta fuere: non ſedendi longum locum, vt cõmẽtator. Dominicus Marius Lineam interpretatur, ſedile ipſum theatri. In quem hæc annotat Micyllus: Lineam exponit hoc loco Cõmentator ipſum ſedile: opinor, quòd ſedilia ipſa ordine, & quaſi ad lineam fabrilem conſtructa fuere. Sed tu vide, nũ re ipſa linea quãdã ſedentes coërcuerit, ne alius alio plus in hãc vel illã partem inclinaret. Hactenus Micyllus. Cælius Antiquar. lect. lib.* V. *cap.* XIIII. *exponens illud Quintiliani lib.* XI. *cap.* III. *Tranſire in diuerſa ſubſellia, parum verecundum eſt. Nam & Caßius Seuerus vrbanè aduerſus hoc facientes; lineam popoſcit: Quid, ait, ſit hac parte linea, videri ambiguum, ſcio. Ego longurium accipio. ſic enim longiores perticas, aut robuſtiora ligna, quæ in ſtabulo equis interponuntur, ne conſurgant in pugnam, aut ſe mutuo feriant, appellari obſeruauimus. Varro rei ruſticę lib. ſecundo, Itaq; in ſtabulis & humore prohibere oportet humum, clauſa habere oſtia & feneſtras, & inter ſingulas equas à præſepibus interiicere longurios qui eas diſcernant, ne inter ſe pugnare poßint. Hæc & plura Cælius. In his tam multis támque diuerſis habet lector, quò ſuum exerceat iudicium.*

*Longurius.*

DONAT. *VBI ego illum?} In hac ſcena operæpretium delectationis eſt ſpectatoribus ex querela ancillę Thaidis, atq; errore Phędriæ. {Vbi ego illum?} Hoc initio oſtenditur tanquam perſequentem fugientem, progreßam eſſe perſonã. {Scceleroſum.} Sceleroſus, eſt multorum: Sceleſtus, vel vnius. Sceleroſus, propriè author eſt ſceleris: Sceleratus, in quo ſcelus ſit conſtitutũ vel cõmiſſũ. {Sceleroſum atq; impiũ.} Sceleroſum in Thaidẽ, Impiũ in virginẽ. {Audax facinus facere.} Facinus facere, figura ἀρχαϊσμὸς. {Hoc quid ſit, vereor.} Pro duobus vnũ dixit. ſ. vereor, pro neſcio, & vereor. {Quinetiam inſuper.} Accuſatio facti. {Scelus.} αὔξησις. Plus enim eſt ſcelus quã ſceleſtus. Vt Lucilius, Carcer vix carcere dignus. {Poſtquam ludificatus eſt virginem.} Argumentum ab his quæ ſunt poſt negotium geſta. Et mirè, Poſtquam ludificatus eſt, diſcidit dixit: cum ille videlicet, dũ virgo reluctatur, hoc fecerit. Et mirè expreßit vitium illatũ virgini ab eo quidem, qui vitiare iã poſſet: ſed tamẽ eiuſmodi adoleſcẽtulo, cuius propter teneras adhuc vires ad explendã Venerẽ lõgiore noxa aduerſus virginẽ vtendũ fuit. Nam ideo præter occaſionem familiæ diſcedentis, tempus, locus, &c. attributa negotio etiam ſomnus virginem opprimens adiuuat Cheream. Et mirè ludificatus potius, quàm complexus eſt, aut tale aliquid quod amorem indicaret. {Veſtem omnem miſerę diſcidit.} Adeò vt non amore fecerit, ſed iniuria. Et vide, vt ex his appareat multum virginem reluctatã eſſe. {Tum ipſam capillo conſcidit.} Multò melius: quàm ſi diceret, capillum illi conſcidit. {Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem.} Nónne credis Pythiam id comminari, quod à virgine minus factum ſit? quod, quia puella, nõ potuit. {Vnguibus.} Quibus armatur hic ſexus. {In oculos.} Quaſi amatori. {Venefico.} Mutanti homines, & ex virginibus mulieres faciẽti. An venefico, amatori? quia amor, venenum occultum eſt. vt Virgil. Occultum inſpires ignem, falláſque veneno. Et, longúmq; bibebat amorem. {Abſente nobis turbatũ eſt domi.} Aut ſub diſtinguendum eſt, & ſubaudiendum me, aut ἀρχαϊσμὸς figura eſt, abſente nobis, pro nobis abſentibus. Põponius, Sine ergo iſthuc, præſente amicis inter cœnam. Varro in Marcellum, Id præſente legatis omnibus, exercitu, pronũtiat. {Abſente nobis.} Cum ſic dicit, pro præpoſitione ponit abſente: ac ſi diceret, coram amicis. {Quid feſtinas?} Pro properas, turbaris, & trepidas? Saluſt. Feſtinantibus in ſumma inopia patribus. {Egón' quem quæram?} Deeſt rogas. {Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit.} Aut ἀντίπτωσις: vt, Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt. Aut quem cum interrogatione pronuntiandum, vt ſit qualem. {Eunu-*

*Sceleroſus.*
*Sceleſtus.*
*Sceleratus.*
*Facinus facere.*
*Archaiſmos.*
*Vereor, pro neſcio.*
*Scelus.*
*Auxeſis.*
*Conſcidit capillo.*
*Inuolare vnguibus alicui in oculos.*
*Veneficus?*
*Venenum, amor.*
*Abſente nobis.*
*Archaiſmos.*
*Præſente amicis.*
*Feſtinare?*
*Antiptoſis.*
*Eunuchum quem dediſti.*

# ACTVS IIII. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

PAmphilam ab Eunucho vitiatam, magnoperè queritur Pythias: miratur Phædria, atque ita ex illius querela, & huius errore, multum delectationis ſpectator capit.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequẽti ſcena operæ pretium erat, aliquid delectationis ex querela Pythiæ, & errore Phædriæ ſpectatoribus offerre. Nam magnopere ancilla de ſtupro Eunuchi conqueritur, quod certè Phædriæ difficile creditu videbatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Pythias mutatis verbis factum Chæreæ paulò antè narratum, rurſum narrat. Exordium eſt Patheticum.

*Iambici Tetrametri miſti Trochaicis, Senarius vnus atque alter. Dimeter vnus.*

PYTHIAS, DORYAS, PHAEDRIA.

A

VBI ego illum ſceleroſum miſera atque impiũ inueniam? aut vbi quæram?
Hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum?
PH.perij:hoc quid ſit vereor.
PY.Quinetiam inſuper,ſcelus,poſtquam ludificatus eſt virginem:
Veſtem omnem miſerè diſcidit:tum ipſam capillo conſcidit.
PH.Hem.PY.qui nunc ſi detur mihi,
Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem venefico!
PH.Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi.
Adibo.quid iſtuc?quid feſtinas,aut quẽ quæris Pythia?
PY.Hem Phædria, egón' quem quæram?abi hinc quò dignus es
Cum donis tuis tam *lepidis. PH. quid iſtuc eſt rei?
PY.Rogas me?eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit!
Virginem,quam heræ dederat dono miles,vitiauit.PH.quid ais?
PY.Perij.PH.temulenta es. PH. vtinam ſic ſint,qui mihi malè volunt.
D.Hau obſecro mea Pythias,*quid iſtucnam monſtri fuit?
PH.Inſanis: quî iſtuc facere eunuchus potuit?PY.ego illum neſcio
Qui fuerit:hoc quod fecit,res ipſa indicat.
Virgo ipſa lachrymat:neque cũ rogites,quid ſit,audet dicere.
Ille autem bonus vir nuſquam apparet:etiam hoc miſera ſuſpicor,
Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. PH.nequeo mirari ſatis,
Quò ille abire ignauos poſsit longius, niſi ſi domum
Fortè ad nos redierit.PY.viſe amabo num ſit. PH.iam faxo ſcias.
D.Perij,obſecro tam infandũ facinus mea tu

chum quem dediſti.} Quidã volũt quẽ diſtinguere, quaſi dicat qualem: ſed neſciunt hac figura multum veteres vſos eſſe. Eunuchũ enim ad dediſti verbum,retulit.Nũc ergo addit propter aliud ἀξίωμα aſſumẽdum extrinſecus,is Eunuchus.Nã quoties vno nomine, aut pronomine diuerſæ declinationis enuntiationes comprehendũtur, neceſſe eſt quod alteri accommodatũ fuerit,ab altero diſcrepare.¶Quem dediſti, quas turbas.} Et quem, & quas ſic accipe, quaſi dixerit, qualem Eunuchum,

Quis, pro qualis. & quales turbas. ¶Quid ais?} Hoc admirantis eſt magis quàm interrogantis.

Temulẽtus Temetum. ¶Temulenta es.} Ebria: à temeto, quo nomine antiqui graue vinum appellabant,

Tentare. mentem. eo quòd tentaret mentem, id eſt labefactaret.Virgilius — tenuíſque Lagæos Tentatura pedes olim, vincturáque linguã.

* inlepidis.

¶Vtinam ſic ſint,qui mihi malè volunt.} Bene nõ ebriam eſſe,in maledictum vertit: quaſi verò temulentam eſſe, felicitatis ſit.An nõ negat ſe eſſe ebriam,ſed nõ vino,verùm malo ebriam vult intelligi?

Mea. Mea tu. Amabo. ¶Mea Pythias.} Mea, & mea tu, & amabo, & alia huiuſcemodi, mulieribus apta ſunt blãdimẽta.

* quod

¶Quid iſtucnã monſtri fuit?} Quippe monſtrum eſt omne cõtra

Monſtrum. naturã. Si igitur Eunuchus eſt,& vitiauit virginem, cõtra rerum naturam factum eſt, & rectè monſtrum eſt. Et ordo eſt,Quidnam iſthuc monſtri fuit? ¶Quî iſthuc facere Eunuchus potuit?} Iſthuc facere honeſtius apud puellam, quàm ſi vitiare dixiſſet: & poteſt videri aliquid nutu ſignificare.

¶Ego illum neſcio qui fuerit.} σύλληψις Bene vita-

Syllepſis. uit Eunuchi nomen, vt vitiaſſe virginem obtinere poſſit.¶Virgo ipſa lachrymat.} Nunc oſtendit quid fecerit: & oſtendit argumẽtis.¶Neque cũ rogites quid ſit, audet dicere.} Quid ſi verberata eſſet? ſed non puderet queri.Hæc autem iniuria apud virginem nõ habet nomen.¶Bonus vir.} εἰρωνικῶς non enim iam Eunuchus. ¶Nuſquam apparet.} Neſcias vtrum fuga eius quæratur, an culpa. ſed conſtat hæc argumenta eſſe,quòd ipſe virginem vitiauerit.¶Bonus vir.}Bene vir: quia hoc illum eſſe contẽdit.¶Etiam hoc miſera ſuſpicor.}Bene etiam: qui & hoc ſuſpicatur virginem vitiatam.¶Nequeo mirari ſatis.} Bene hic omnes ſuſpiciones ad Eunuchum quem nouit, reuocat. neſcit Chæream ſiquidem hunc eſſe. Et mira locutio, pro eo quod eſt,neſcio.¶Ne-

Nequeo mirari ſatis, pro Neſcio. queo mirari ſatis quò ille abire ignauus poſsit longius. ¶Viſe amabo nũ ſit.} Domi ſubaudiendum eſt,aut,num ſit quod dicis.¶Sed nihil poſſe.}Vt voluntatis rei ſint, nõ etiam facti.¶Verùm miſeræ non in mẽtẽ venerat.}Non, nihil poſſe eos, ſed amatores eſſe maximos. ad partem enim ſententiæ pertinet quod dicit,Non in mentem venerat:non ad totum quod audiuiſſe ſe dudum.Etiam niſi penitus negatiuè conſideraueris, controuerſia inerit. ſi enim nihil poſſe audieras, quid eſt quod in mentem nõ venerit vt vitares?vtrũ igitur amatores mulierum eſſe maximos audieras?quod ipſum vitandũ fuit.Neq; enim hoc ſatis eſt ad pudicitiã, ſtuprũ vitaſſe,cũ impudica fieri, vel ſolo oſculo poſsit, quã omnino integrã & illibatã

Verum. velis.An verũ, non erit coniunctio,ſed nomen? vt illud quaſi falſum audierit: hoc autem, quod verum inuentum eſt,nõ ipſa ſuſpicata ſit.

In mentem venire. Nam in mentẽ venire, nõ reminiſci tãtũ,ſed etiã cogitare ſignificat.Sic Cic.In mẽtẽ tibi nõ venit,cauſam publicã ſuſtinere,id eſt nõ cogitas nõ ſuſpicaris.¶Verũ miſere.}

Si

Si verum pro coniunctione accipimus, ſubaudiendū erit amatores mulierum eos eſſe maximos. ∇In mentem non venerat.} Non quod audieram: ſed, quod hic fecit. An non aliud in mentem venerat? nō ſcilicet facturum fuiſſe quod fecit. ∇Non in mentem venerat.} Aut non erat cogitatum: aut non erat recordata. Nam illum aliquò concluſſem.} Mirè concluſiſſem dixit, vt ſæuam feram. ſic alibi, Concluſam hic habet vxorem ſæuam. ∇Neque illi commiſiſſem virginem.} Si vel amatorem tantum meminiſſem.

*poteſſe

ne audiui quidem.

PY. At pol ego amatores audieram eſſe mulierum eos maximos,

Sed nihil* poſſe. verùm miſeræ non in mentē venerat:

Nam illum aliquò concluſſem, neque illi commiſiſſem virginem.

quem cadit, quod quiddam ſignificat, quod ex ipſo profectum videtur, quod aut antè fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt ſit ſecutum.

LATOMVS.

Argumentum. Accuſatur ab ancilla Eunuchus deprehenſo facinore, quod vix credit Phædria. ∇Poſtquam ludificatus eſt.} Honeſtè pro vitiauit. Et eſt exaggeratio criminis à conſequentibus. ∇Vt ego vnguibus.} Comminatio apta mulieri. ∇Hem.} Incuſatio Phædriæ. ∇Eunuchum.} Antiptoſis. ∇Hoc quod fecit.} Transfert argumentum à perſona ad rē, & ſignis explanat. ∇Aliquò cōcluſſem.} Odioſè, tanquam feram. & eſt ſinæreſis, pro concluſiſſem.

Ludificari.

ADRIA. BARL.

Scelerosus.

Scelerosum.} Copiam ſignificat, id eſt, immodicis, multiſqueſceleribus coopertum. ∇Impium inueniam.} Impium, quia virgini vitium obtulit. ∇Poſtquam ludificatus eſt virginem.} Priſcianus de verbis loquēs, quæ à ſuis primogenitis, & ſignificatione, & coniugatione diſſident, in ipſis numerat & ludificor. ∇Veſtem omnem miſera diſcidit.} Hæc verba indicant multum reluctatam eſſe virginem. ∇Miſeræ.} Dic eſſe datiuum, vel aduerbium, pro vehementer. ∇Vnguibus.} Quibus armatur ſexus fœmineus. ∇In oculos.} Quaſi amatori. Sic apud Plautum in Aſinaria paraſitus Artemonæ mulieri. In oculos inuadere optimum eſt. ∇Venefico.} An ideo dixit, venefico, quod ex virgine mulierem fecerit? an venefico amatori, quod occultum venenum ſit amor. Vnde Virgilius in primo Aeneidos, Occultum inſpires ignem, falláſque veneno. ∇Abſente nobis.} Quidam putant, abſente, hoc loco non eſſe nomen adiectiuum, nec participium, ſed antiquam præpoſitionem, pro clam. vt præſente, pro coram. Donatus aut diſtinguendum eſt, inquit, aut ſubaudiendum, me, aut Archaiſmos figura eſt, abſente nobis, pro abſentibus nobis. dicitur autem Archaiſmos antiquitas ab archæos, id eſt antiquus ſiue priſcus, licet indoctum vulgus exiſtimet archaiſmon, præpoſitionis tantum figuram eſſe. Priſcianus adnotauit, εἰπέ μοι id eſt dic mihi, Atticos dicere etiam ad multos, & huic ſimile eſt quod Terentius habet, Neſcio quid abſente nobis turbatum eſt domi. Et quod Plautus in Amphitryone, Nec nobis præſente aliquis niſi ſeruos Aphricanus adeſt. Si in actione hanc abſente nobis inuenerit puer.

Abſente nobis.

Archaiſmos.

∇Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit?} Per interrogationem cum admiratione hic totus legendus eſt locus, & ita vehementior eſt oratio, hoc modo. Eunuchum quem dediſti nobis? id eſt qualem dediſti nobis? quaſi dicat ſubornatum, non verum. quas id eſt quales turbas dedit? nā virginem vitiauit. ita ſi interpreteris, nihil opus erit dicere, Eunuchum pro Eunuchus, hoc eſt, caſum pro caſu poſitum eſſe. ∇Virginem quam Hera dederat dono miles.} Propoſitio accuſationis. Trapezontius libro primo Rhetoricorum, capite de confirmatione & confutatione, agens de cauſis quæ non conſiſtunt, hoc eſt quæ ab oratore quoniam ſuſcipi non debeant, nec cauſæ quidem dicendæ ſunt, numerat inter eas & impoſsibile: quod eſt, cum id dicitur quod ſit contrà rerum naturæ fidem: vt ſi quis Apollinem mentiri dicat, vel infans accuſetur adulterij, quòd cum vxore concubuerit aliena, cuiuſmodi & hoc quod dicit Pythias vitiatam ab Eunucho virginem. ∇Hau obſecro.} Dolentis vel indignantis interiectio eſt. ∇Virgo ipſa lachrymat.} A ſigno. Cicero in libro de inuentione. Signum eſt, inquit, quod ſub ſenſum ali-

Eunuchum quem dediſti.

Hau.

PETRVS MARSVS.

Vbi illum ego ſcelerosum, &c.} Iram muliebrem, & animum vindictæ in primis cupidum, imprudentiam, & poſt factum pœnitentiam, hæc ſcena exprimit. Arrogat quippe ſibi multū fœmina: & læſa furit, vt tigris raptis catulis, inſidiatur vt vulpecula, & rumpitur, ſi vlciſci non datur, nihilque habēs ad vindictam, propter animi mobilitatem ſuſpirat. Vnde dicit Iuuenalis: Nemo magis gaudet vindicta, quàm fœmina. Oppoſitum facit animus generoſus, & magnus, de quo ſic ſcribit Seneca: Si magnanimus fueris, cum inimicum in poteſtate tua videris, vindictam putabis vindicaſſe potuiſſe. Scito enim honeſtum & magnum vindictæ genus eſſe ignoſcere. Ariſtoteles in quarto Moraliū, de Natura viri magnanimi, ſic ait: Nec eſt memor mali ſibi illati, non eſt enim magnanimi meminiſſe, præſertim mala, ſed potius deſpicere. ∇Poſtquam ludifica. &c.} Plautus in Bacchi. Mea cauſa de auro ludificatus eſt. ∇Vnguibus facilè, &c.} Inuolare, eſt irruere, & inſilire, inquit Nonius, à volatu: à vola, id eſt, media manu dictum.

Inuolare.

Quod iſthuc nam mōſtrum fuit?} Nos ex Donato & antiquis: Quid iſthuc nam mōſtri fuit? tametſi ſenſus quidem & verſus vtrunque patitur. ∇Viſe amabò num ibi ſit.} In manuſcriptis non eſt particula ibi. Sed nec Dona. addit, cuius verba ſunt: Viſe amabò, num ſit. Domi, inquit, ſubaudiendum eſt: aut num ſit quod dicis. Proinde tollendum cenſeo τὸ ibi: quod à ſciolo quopiam additum apparet, volente locum explicare. ∇Iam faxo ſcies.} Hîc cetera ferè exemplaria habent, ſcias, cum prior lectio probè conſtet. ſic enim & in Phor. Iam hic faxo aderit, inquit. Et Plautus in Amphitryo. Magè iam faxo mira dices. Ruſus ibidem: Familiaris accipere faxo haud familiariter. Sic aliàs ſæpe. ∇Sed nihil poſſe.} Nos obſeruatis veteribus libris calamo deſcriptis, & citatione doctorum: Sed nihil poteſſe: vt omittam, quod ſic melius conſtet Octonarius. Quin & Priſc. monuit antiquos dixiſſe infinitiuo modo poteſſe, vbi nos poſſe, ſubiungitque hoc è Terentio exemplum, quo id comprobet. Reperitur poteſſe apud Plautum etiam in Ciſtellaria, & in Trucul. Vbi Dinarchus: An cenſuit, inquit, Celare ſe poteſſe, grauida ſi foret? Præterea in Menæchmis.

RIVII caſtigatio.

Faxo.

Poteſſe.

Hoccine Tam audax facinus facere eſſe auſum?} Multæ ſunt apud Latinos voces, quæ & in bonā, & in malā partē capiūtur: vt, inſignis, nobilis. Etenim pro nominibus, quibuſcū iunguntur, ſignificationē naciſcūtur. Aliæ etiā ſunt voces, quę & obſcœnè, & honeſtè ſonāt: de quibus elegāter di-

DOLETI obſeruatio.

ſputat Cicero in IX. Epiſt. Famil. cum ad Papirium Pætum de verecundia, & libertate loquendi ſcribit. incipit autem epiſtola, Amo verecundiam. Sed de hoc nimia. Subſtantiua etiam ſunt, quorũ duplex eſt vſus: vt, facinus. Nimirum aliquando in bonam, aliquando in malam rem vſurpatur. In bonam partem. Cicero pro Rabirio: Id facinus pulcherrimum eſſe arbitrarer. Idem Philipp. II. Statim illa mirabilia facinora effecit. In malam partem. Cicero in Catil. Nullum iam tot annos facinus extitit, niſi per te: nullum flagitium ſine te. Idem pro Cluentio: Quid vnquam Habitus in ſe admiſit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? Idem: Sceleſtum, Dij immortales, ac nefarium facinus. Quod autem ad locutiones pertinet, quæ ex hoc nomine manant, dicunt Latini, adducere, vel impellere ad facinus: facinus facere, conficere, efficere, committere, admittere, ſuſcipere, obire. De quibus vide exempla in primo Tomo noſtro. [Quas turbas dedit?] Eleganter hic dicit turbas dare, pro turbas commouere, aut efficere. Id quod tam plenum eſt nouitatis, quàm elegantiæ. [Qui mihi malè volunt.] Extra vulgarem huius verbi vſum, elegans eſt, cum dicunt Latini bene, vel malè alicui velle: id eſt, amicum, vel inimicum eſſe. Aliquando in ea ſignificatione nullum aduerbium admittit, ſed ſenſum metimur ex ſubiecto propoſiti. Cicero ad Att. VI. Planè volo his Magiſtratibus, quorum voluntatem in ſupplicatione expertus ſum.

*Facinus facere.* *Turbas dare.* *Velle malè alicui.*

GLAREANVS.

Et hac ſcena vix eſt alia carminum varietate magis admirabilis. Primo verſu aut creticus eſt loco quinto, aut i cõtrahitur in Impium, aut u de Inueniam eliditur, vt ſit iambicus tetrameter catalec. Deinde ſecũdo carmine prima ſyllaba à priore verſu eliditur, & eiuſdem eſt rationis. In tertio vel s bis eliditur in Scelus, ac Ludificatus, vel creticus eſt locis tertio ac ſexto, & eſt trochaicus tetra. catale. Quartus eſt iambicus tetra. acatalect. Quintus dimeter iambi. acatalec. Sextus rurſus iambicus tetra. acatalec. Septimus trochaicus tetrame. catalecti. Octauus rurſus iambicus tetrame. acatale. Deinde ſequuntur duo ſenarij iambici, in quorum poſteriore vel tuis monoſyllabum eſt, & d, eliditur in Quid, aut creticus eſt locis ſecundo & quarto. Vndecimus eſt rurſus iãbicus tetrame. acatalec. Duodecimus ambiguus eſt. Si Vitiat legas pro Vitiauit, vt Virgilius, Fumat pro Fumauit, III. Aenei. erit trochaicus tetrame. catalect. Sin Vitiauit legas, & primo loco creticum pro dactylo conſtituas, erit iambicus tetra. catalec. Eraſmus & præcedentem & hunc iambicos tetrametros ſcripſit, ſed non adiecto, catalecticíne an acatalectici ſint. Tertiuſdecimus trochaicus eſt tetrameter catalect. In decimoquarto ſi Hau totum elidas, erit trochaicus tetrame. catalec. vt proximè præcedens. Sin hau corripiatur, non elidatur, erit iambicus tetrameter acatalc ſicut eſt ſequens, nempe decimuſquintus. Decimuſſextus ſenarius eſt iambicus. Qui deinde ſequuntur, iambici ſunt tetrame. acatalec. Quorum in ſecundo vel s, eliditur in bonus, vel creticus eſt loco ſecundo. In quarto Quo corripitur, non eliditur. Eraſmus trochaicum iudicauit eliſo Quo. Verùm cum in hac ſcena alioqui mira ſit miſtio, hoc quoque facilè admiſerim. In quinto Rediit legendum, nec eſt inſuetum Niſi cum indicatiuo. Poſt Num, quidam codices habent Domi, quod Donatus ſupplet, nec carmen patitur. In ſexto anapæſtus eſt primo loco, triſyllabo Perij. deinde ſpondeus, o longo in obſecro, vt ſequente ſcena, verſu nono. Eraſmus tamen trochaicum catalecticum iudicauit. In penultimo Poteſſe idem legit, & carmen ſanè id poſtulat.

DONAT.

EXi foras ſceleſte. [Iocundus error, in quo non dubitet Phædria ipſum eſſe qui quæritur: verùm inſuper ſic aggreditur, tanquam ſit ipſe. [Sceleſte.] Quale eſt, ſceleſtum appellari qui nihil ſciat. [Reſtitas.] Neceſſariò reſtitat, qui miratur ſe protrahi. [Fugitiue.] Et ſceleſtum, & fugitiuum increpat, in hunc crimẽ trãſferens Chæreæ. [Malè conciliate.] Opportunè adoleſcens hic exprobrat munus magno emptum. Malè, magno ſignificat. vt Plautus in Amphi. Hæc mox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto malè. Ergo malè conciliate, magno empte ſignificat. nam omnis conuentio, conciliatio nominatur. Conciliatum ergo, magno emptum. [Os vt ſibi diſtorſit.] Et hic memor adoleſcens inſinuandi muneris, dicit illum ſibi os diſtorſiſſe, qui natura ſit pulcher. Os autem dicimus illi diſtorquere, quem natura pulchrum deturpamus. [Quid huc reditio eſt?] Eleganter ei reditio obiicitur, qui reuera loco ſe non mouerit. [Quid huc reditio eſt?] Sic veteres. Plautus in Trinummo. Quid tibi interpellatio, aut incõſilium huc acceſſio eſt? Cæcilius ἁρπαζομένῃ, Quid tibi aucupatio eſt argumentum, aut de meo amore verbificatio eſt patri? [Quid veſtis mutatio?] Nam liberi veſtem habebat, vt pote Chæreæ: ſerui verò atque Eunuchi depoſuerat. [Paululum ſi ceſſaſſem Pythia.] Familiare eſt iratis auertere ſe ad aliã perſonam, ab ea in quã cõmoueãtur. [Ita iam adornabat fugã.] Vt ſuprà, Adornat vt lauent. [Habéſne hominẽ amabò?] Hęc omnia Pythias cernens Eunuchũ, loqtur. id enim erit iocundũ vt quęrat illũ quẽ videt. [Quid ni habeam?] Quid ni, quid niſi: hoc eſt, cur nõ habeam? [Vbi eſt?] Dorionẽ contemplata, dicit, Vbi eſt? quia nõ ipſum, ſed alterũ nouit. [Rogitas? nõ vides?] Stomachatur

*Sceleſtus.* *Reſtitare.* *Malè.* *Conciliatus.* *Os diſtorquere.* *Reditio huc.* *Acceſſio huc.* *Adornare fugam.* *Quidni.*

## ACTVS IIII. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

HIc ridiculo quodam & periucundo errore ſpectatores oblectantur. Phædria enim credit Eunuchum quæri, quem dono Thaidi dederat, & hunc iratus adoritur vt virginis ſtupratorem, ſignis tandem & argumentis comperit à Chærea fratre perpetratum ſcelus.

ARG. PAVL. MALLI.

IN hac ſequenti ſcena, facetus & iucundus error eſt, quandoquidem Phædria credit eſſe Eunuchum ipſum qui quæratur. Proinde ſic indignatus eum aggreditur, vt ſecum iniuriam expoſtulet: tum ſignis & argumentis cõperit Chæream in fratrem ſcelus perpetraſſe.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN præſenti ſcena idem tractatur, quod in præcedenti tractatum eſt. Indignatur Phædria Eunucho, quem tumultus authorem eſſe ſignificatur.

*Iambici Senarij. Præterea Trochaici Tetrametri Catalectici.*

PHAEDRIA, DORVS, PYTHIAS, DORYAS.

*EXi foras ſceleſte: at etiam reſtitas?*
*Fugitiue prodi: malè conciliate.* DO. *obſecro.* PH. *oh,*
*Illud vide os vt ſibi diſtorſit carnufex,*
*Quid huc reditio eſt? quid veſtis mutatio eſt?*
*Quid narras? paulùlum ſi ceſſaſſem Pythia,*
*Domi non offendiſſem, ita iam ornabat fugã.*
PY. *Habéſne hominem amabò?* PH. *quidni habeam?* PY. *O factum bene.*
D. *Iſtuc pol verò bene.* PY. *vbi eſt?* PH. *rogitas? non vides?*
PY. *Videam obſecro, quem?* PH. *hũc ſcilicet.* PY. *quis hic eſt homo?*
PH. *Quid ad vos deductus hodie eſt.* PY. *Hunc oculis ſuis*
*Noſtrarum nunquam quiſquã vidit Phædria.*
PH. *Non vidit.* PY. *an tu hunc credidiſti eſſe obſecro*
*Ad nos deductum?* PH. *nanque alium habui neminem.* PY. *hau,*
*Ne comparandus hic quidem ad illum eſt: ille erat*
*Honeſta facie & liberali.* PH. *ita viſus eſt*
*Dudum, quia varia veſte exornatus fuit:*
*Nunc eo tibi videtur fœdus, quia illam non habet.*
PY. *Tace obſecro, quaſi verò paulum interſiet.*

*tur vterque errans mirificè: illa, quòd Eunuchum credidit, Chęreã videns: hic, quòd Eunucho obiecit, quod commiſit Chærea. ¶Hunc ſcilicet.} Hic iam tangens Eunuchum, dicit Phædria. ¶Hũc oculis ſuis noſtrarum nuſquam quiſquam vidit.}*
*Archaiſmos.* *ἀρχαϊσμὸς eſt figura, pro noſtrum, vel noſtrarum, id eſt quæ familiæ noſtræ ſunt: vt parum ſit non vidiſſe Thaidem, niſi addatur, ne familiarum quidem vllam eſſe,*
*Quiſquam* *quæ hunc viderit. ¶Quiſquã.} Antiqua locutio eſt. ¶Nõ vidit.} Totidẽ iiſdémque verbis repetit. Et interrogatio ſtuporem admirantis oſtendit, & iam veluti conſentientis. ¶Nanque alium habui neminẽ.} Bene ad illud quod ait, An tu hunc,*
*Hau.* *quaſi ex multis. ¶Hau, ne comparandus hic quidem eſt.} Hau interiectio eſt conturbatæ fœminæ, nec conſtãtis ſibi. ¶Ille erat honeſta facie & liberali. τῷ ἰδωτισμῷ erat, quaſi de mortuo: aut*
*Erat.* *qui non eſt, ſcilicet Thaidi, quia fugit. ¶Honeſta facie & liberali.} Commodè deſcriptus eſt Chærea. ¶Nũc eò tibi videtur fœdus.} Facetè, fœdus videtur, non enim eſt. ¶Tace obſecro.} Aptè dictum eſt tace, fœmineo ſtomacho: quaſi impudenter aſſiſtenti formæ improbæ, & argumenta inaniter pertinacitérque inuocanti. ¶Tace obſecro.} De conſuetudine dictum eſt tace, & bene additur obſecro: ne tace ipsũ, videatur iniuria. ¶Quẽ tu verò videre velles Phædria.} Commota aduerſus Phædriam, cogitur eum laudare, cui irata eſt: & ideo totum callidè. ¶Quem tu verò videre.} Facetè, quaſi nec hunc, nec ipſum qui miſit, conſpectũ velit. ¶Quem tu.} Quem, talem. & breuiter forma eius laudata eſt: cum prolixius illius ſit deſcribenda deformitas. ¶Quem tu*
*Verò.* *verò videre.} Verò, pulchrè.*

*Pulchrè enim eſt cuius forma, nec odium, nec conuitium commeruit. Lucilius in ſatyra. * ex facie florem delegeris. ¶Quem tu videre.} Quare tu? an quia iſte iam nõ velit videre, iratus ſcilicet ob vitiatam virginem? An tu, quaſi ſpectator elegãs formarum, & qui amator ſis Thaidis? ¶Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex.} Sic hoc totum pronuntiandũ, quaſi iraſcatur huic, propter quẽ laudauerit Chæ* *Vietus.*
*ream. ¶Vietus.} Mollis, flaccidúſque, & flexibilis corpo* *Vimina.*
*re. vnde & vimina & vimẽ* *Vimenta.* *Vites.*
*ta, & vites, & vietores di-* *Vietores.*
*cuntur, & viere, religare di* *Viere.*
*citur: quia vietis virgis magis religare poſſumus quidlibet. Lucretius aranea dixit vietam veſtem. id eſt putri mollitia præditam. ¶Ve-* *Vetus.*
*tus.} Ad vituperationem modò non ad laudem ponitur: vt, Veteris poëtæ maledictis reſpondeat. Vetus eſt: cuius diminutiuum eſt ve-* *Vetulus.*
*tulus. ¶Veternoſus.} Mor-* *Veternoſus.*
*bo vetere confectus, id eſt veterno: quales ſunt qui hydropem patiuntur. Et rectè. Nam ſæpe Eunuchi in ſenecta veternoſi ſiunt, & citò hoc laborant morbo. ¶Se-* *Senex.*
*nex.} Ex morbo ægritudinéque rugoſus. ¶Senex.} Vtrũ ſenex? an quia ita videtur ob deformitatem? ¶Colore muſtelino.} Errauit Teren-* *Terẽtij erratum.*
*tius, non intelligens Menandricum illud, οὗτοσὶ δὲ γαλεώτης γέρων. ait autem, Stel-* *Stellio.*
*lionem, animal quod lacertæ non diſsimile eſt, maculoſo corio. namque ad id genus coloris facies exprimitur eunuchorum corporis: quia plerique lentiginoſi ſunt. Hinc ergo errauit ideo, quia γαλῆ Muſtela dicitur, γαλεώτης Stellio, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει νεφέλαις, ἤδη γαλεώτῃ καταχέσαντι σωκράτους. Ego Adeſionem ſequor, qui rectè intellexit, Terentium ſcientem, muſtelino colorẽ eunuchum dixiſſe coloratũ*

Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus,
Quem tu verò videre velles Phædria.
Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex,
Colore muſtellino. PH. hem, quæ hæc eſt fabula?
Eò redigis me, vt quid *egerim egomet neſciã. (Neſcio. *emerim)
Eho tu, emín' ego te? DO. emiſti. PY. iube mihi denuo
Reſpondeat. PH. *roga. PY. veniſtín' hodie ad nos? negat. (*rogo)
At ille alter venit annos natus ſedecim,
Quem ſecum abduxit Parmeno. PH. agedũ, hoc mihi expedi
Primum: iſtam, quam habes, vnde habes veſtem? taces?
Monſtrum hominis, non dicturus? DO. venit Chærea.
PH. Fratérne? DO. ita. PH. quando? DO. Hodie. PH. quàm dudum? DO. modò.
PH. Quicum? DO. cum Parmenone. PH. noráſne eum prius?
DO. Non, nec quis eſſet, vnquam audieram dicier.
PH Vnde igitur fratrem meum eſſe ſciebas? DO. Parmeno
Dicabat eum eſſe, is dedit hanc mihi. PH. occidi.
DO. Meam ipſe induit: poſt vnà ambo abierunt foras.
PY. Iam ſatis credis me eſſe ſobriam, & * nihil mentitam tibi? (* mentitã nihil?)
Iam ſatis certum eſt virginem vitiatam eſſe? PH. age nunc bellua,
Credis huic quod dicat? PY. quid iſti credam? res ipſa indicat.
PH. Concede iſtuc paululum: audín'? etiam nunc paululum. ſat eſt.
Dic dum hoc rurſum, Chæreán' tuam veſtem detraxit tibi?
DO. Factũ. PH. & ea eſt indut⁹? DO. factũ. PH. & pro te huc deductus eſt? DO. ita.
PH. Iupiter magne, ó ſceleſtum atque audacẽ hominem. PY. Væ mihi,
Etiam nunc nõ credis indignis nos eſſe irriſas

velut ſubliuido: quia verè eunuchi, aut ex candidiſſimis lẽtiginoſi fiũt, vt ex Gallis, & huiuſmodi occidentalibus: aut ex fuſcis, ſubliuidi, vt ex Armeniis, & aliis orientalibus. ⁋ Vt quid egerim, egomet neſciã. ⸗ Pro nõ meminerim, vel nõ agnoſcã. ⁋ Eho tu, emín' ego te? ⸗ Miro ſtomacho quod ipſe fecit, id ex alio conatur audire: quatenus hæc audiat, an hoc fecerit. * dubitatiuè. ⁋ Mihi denuo reſpondeat. ⸗ Hoc eſt quod in Rhetoricis Cicero ait, Contra firmam argumẽtationem, aliam æquè firmam, aut firmiorem opponimus. hæc eſt autem æquè firma. Denuo autem, ad reſpondeat, pertinet non ad Iube. ⁋ Denuo reſpõdeat. ⸗ Iube verò, mihi denuo reſpondeat, intelligendum eſt. ⁋ Roga. ⸗ Mirè vtriuſque fiducia confertur, & apud vtrumque eſt veritas, cum vterque fallatur. ⁋ At ille alter venit. ⸗ Bene inſtat, quaſi ex parte iã obtinuerit Pythias. ⁋ Agedum hoc mihi expedi. ⸗ Hæc Plautina ſunt cum in iiſdẽ lõga ſit diſputatio ſed mirè à Terentio proferuntur ad eius exemplum: & quod eſt plus, carẽt Plautinis nugis. ⁋ Agedum. ⸗ Dũ, παρέλκον eſt, & adiuuat ex animo loquentem. ⁋ Taces? ⸗ Et rectè tacet: quia metuit Chæream. ⁋ Monſtrum hominis. ⸗ Bene eunucho dictum eſt monſtrum hominis, hoc eſt nec mas, nec fœmina exiſtens. Sic & ſuprà, ſenem, mulierem dixit. ⁋ Modò. ⸗ Nota modò apertè pro præterito tempore dictum eſſe, id eſt iandudum. nam qui vitiauerat virginem, nõ modò, ſed longè antè veſtem mutauit cum eunucho Phædriæ. ⁋ Quicum? ⸗ Præpoſitio cum, his dictionibus ſupponitur, quicum, nobiſcum, vobiſcum. Cæteris verò, ita vt ipſum nomẽ præſcribit, præponitur: vt, cum, amicis, cum exercitu, cum aduocatis.

Parelcon. Dum.

Monſtrum hominis.

Modò.

Cum.

⁋ Vnde igitur fratrem meũ eſſe ſciebas? ⸗ Vt pote nouitius: & eum qui ex Peireo raro diſceſſerit, & longo interuallo εἰς τὸ ἄστυ venerit. Et hæ ſunt obliquæ interrogationes: quibus vti oratores videmus, cum deriuare teſtimonium nituntur. Et ideo ſic ait Phædria, vt fruſtretur omnia quæ confeſſus eſt Dorus. vult enim fratri eſſe conſultũ. ⁋ Parmeno dicebat eum eſſe. ⸗ Propè infirmatũ teſtimonium eſt. quod enim ſic ait, Parmeno dicebat eum eſſe, falſum eſſe poteſt. Et mirè ſic ait: vt, Sola mihi talis caſus Caſſandra canebat. Sic autẽ dicimus, quando non ſemel quod factum fuerit, ſed ſæpius demonſtramus. ⁋ Iam ſatis credis me eſſe ſobriam? ⸗ Quia ſuprà dixit, Temulenta es, & quaſi grauem iniuriam hoc dicto paſſa ſit, memoriter dictum retulit: vt, En ego victa ſitu. &, Pulſus ego. ⁋ Iam ſatis certum eſt virginem vitiatam eſſe. ⸗ Ordine ait, cum primum de ſe, tum de aduerſario loquitur. ⁋ Credis huic quod dicat? ⸗ A perſonæ qualitate derogat fidem. nam quid credendum eſt ſeruo, Eunucho, fugitiuo? ⁋ Quid iſti credam? res ipſa indicat. ⸗ Hic à perſona, quæ cõuincebatur, oratoriè ad factum ſe retulit. ⁋ Concede iſtuc paululum. ⸗ Ad ſe verſum dicit iſtuc: vt longè ſit à Pythia. Eunucho enim dicit Phædria. ⁋ O ſceleſtum atque audacem hominem? ⸗ Chæream ſcilicet vel Parmenonem. ſed ſic pronuntiandum eſt, vt putet ancilla de Eunucho dici, hoc ipſo quòd præſto eſt. ideo illa infert, Væ mihi, indignis nos eſſe irriſas modis? ⁋ Væ mihi. ⸗ Hoc totum, Væ mihi, quidam à Pythia, vſque ad irriſas modis? dici exiſtimant. ⁋ Mirum ni tu credas quod iſte dicat. ⸗ Vtrum an ſerua quod ſeruus? an ſtulta quod ſtultus? fœmina quod Eunuchus?

modis?

PH. Mirũ ni tu credas quod iſte dicat, quid agam neſcio.

Heus tu negato rurſum: poſſúmne hodie ex te exculpere

Verum? vidiſtin' frater Chæream? DO. non. PH. non poteſt ſine

Malo fateri, video: ſequere hac, modò ait, modò negat.

Ora me. DO. obſecro te verò Phædria. PH. I intro. DO. hoi, hei.

PH. Alio pacto honeſtè quo modo hinc abeã neſcio:

Actum eſt ſiquidem. tu me hic etiam nebulo ludificabere?

PY. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quàm me viuere.

D. Sic eſt. PY. inueniam hodie, parem vbi pol referam gratiam.

Sed nunc quid faciundum cenſes Doryas? D. de iſtac rogas

Virgine? PY. ita, vtrum taceámne, an * prædicem? D. tu pol ſi ſapis,

Quod ſcis neſcis, neque de Eunucho, neque De vitio virginis:

Hac re te omni turba * euolues, & illi gratũ feceris.

Id modò dic, abiiſſe Dorũ. PY. ita faciam. D. Sed videón' Chremem?

Thais iam aderit. PY. quid ita? D. quia cum inde abeo, iam tum incœperat

Turba inter eos. PY. aufer aurum hoc, ego ſcibo ex hoc quid fiet.

Eunuchus? ¶ Mirum ni tu. } Clarè dicit. quidam preſſius putant. ¶ Heus tu negato rurſum. } Rurſum, non ad negationem pertinet, ſed ad interrogationem: vt ſit, rurſus interrogatus. Rurſus, retro, id eſt è contrario, ac per hoc contrarium ſuperioribus dicito. ¶ Non poteſt ſine malo fateri, video. } Ampliatio, & dilatio quæſtionis argumento eſt nihil cõſtitiſſe. Adde, quòd pœnã minatur nõ tanquã iã incerto, ſed falſo teſti. Deinde ipſum Fateri cõſideremus quale ſit. Non eſt teſtis fateri, ſed rei. Hic igitur vt in illũ culpã trãsferat vniuerſã, fateri dixit, nõ indicare vt ipſe reus nõ alieni facti teſtis eſſe dicatur. ¶ Nõ poteſt ſine malo. } Quaſi nec hæc fuerit, nec illa confeſſio, in quib⁹ nulla veritas ſit. ¶ Sequere hac. } Quaſi ad tormenta. ¶ Modò ait, modò negat. } Teſtis aut ab aduerſario cõuicitur falſitatis, aut à ſeipſo, ſi variauerit dicta. Ergo priora, quia non potuere conuinci, ab inconſtantia teſtis, præſidium defenſionis inquiſitum eſt. ¶ Ora me. } Hoc lentius: vt ſit cauſa nõ ſæuiendi. ¶ Obſecro te verò Phædria. } Bene verò. nam quia ille dixerat, vt ſimularet preces: hic annixus verò addidit, oſtendens ſeriò ſe rogare, & ex animo: nõ vt ille iubebat, dolo. ¶ Intro. } Terribiliter, dummodo eum ſummoueat. ¶ Intrò. } Vtrũ intro, domum ad Phædriã? an ad Thaidem? ſed, non oportet ad Thaidem intelligi, ne celandarum rerum index teneatur. ¶ Hoi, hei. } Bene hoi hei χετλιασμὸν ruſticum poſuit: vtpote & ſerui, & nouitii. & eſt deploratio ab eis ſic dicta. ¶ Actum eſt ſiquidem. } Hoc rurſus clarè. & ſic dicit tanquam adhuc iratus Eunucho ſuo. ¶ Alio pacto honeſtè. } Contra officium fuit mentiri docuiſſe ſeruum, & affuiſſe mendacio liberalem adoleſcentulum. Sed vide quemadmodum defendatur, dum ſe mentiri coactum dicit, dum conſulit honeſtati. Hanc autem cauſam longæ ſermocinationis, ad hoc induxit artifex Poëta, vt apud omnes iam certum ſit, à Chærea vitiatam virginem, ne vllo errore impediantur vlterius nuptiæ, vel finis fabulæ differatur. ¶ Alio pacto honeſtè. } Nullo alio ſcilicet, niſi per hanc fallaciam. ¶ Quàm me viuere. } Deeſt magis: vt ſit, magis ſcio, quàm me viuere. ¶ Inueniam hodie pol. } Hæc eſt προοικονομία ad futurũ exitum fabulæ: nam dum ſe vlciſcitur Pythias, fit indicium patri Chæreæ, & confirmãtur nuptiæ. ¶ Vtrũ taceámne an prædicem? } Tertium παρέλκον: abundat enim aut vtrum, aut ne: aut certè hoc fit, vt ſit figura τμῆσις. ¶ Tu pol ſi ſapis, quod ſcis neſcis. } Non poſſumus neſcire quod ſcimus. ſed ita, vt Cõcordia diſcors. & Virgi. Sequitúrq; ſequentem. ¶ De Eunucho. } Quid fuerit. Tu pol ſi ſapis, quod ſcis neſcis. } Videamus, cur noluit poëta de vitio virginis continuò ſcire Thaidẽ: vtrũ, ne improuiſo malo vehementius commoueatur, ac doleat: an vt ex eiuſdem virginis habitu, vultúque iſta cognoſcat, quod eſt actuoſius: an quod proximum vero eſt, vt illam & Thais & frater ignorantes vitiatam, animoſius aduerſus militem defendant repetitum eam venientem cum tanto ſtrepitu ac minis. Nam quo ore præterea diceret Thais Chremeti de ſororis pudore ſolicito, Educta eſt ita vti téque, illáque dignum eſt: ſi ſciret eam virginem non eſſe? ¶ De Eunucho. } Quòd Chærea ſit, non eunuchus. ¶ Quod ſcis neſcis. } Vnde in Heauton. Neſcias quod ſcis, ſi ſapis. Et hoc eſt quod κακόζηλον dicitur. ¶ Quod ſcis neſcis. } Prouerbiale eſt. & multũ apud dialecticos tractatum: vt, facio, & non facio: &, amicus ſum, & non ſum: & audio, & non audio, & cætera huiuſmodi. ¶ De vitio virginis. } Quòd iam mulier facta ſit. ¶ Hac re & te omni turba euolues. } Cauſa quæſita cur ante iurgium cum milite, Thais neſciat vitiatam virginem. ¶ Et illi gratum feceris. } Cui, niſi virgini? cuius crimen, vt ſuprà ſilentio texeris, præſertim tacentis iniuriam ſuam, & ſic dolentis amiſſam virginitatem, vt nec confeſſionem ſuæ calamitatis ſubire poſſit. ¶ Id modò dic. } Id pro hoc, ſubiunctiuum pro præpoſitiuo. ¶ Thais iam aderit. } Bene dixit, aderit, huic enim aderit Thais. ¶ Quia cum inde abeo. } Aliã cauſam ex alia ſuppoſuit: quaſi diceret, video cauſã.

Exi foras ſceleſte. } Spectator errorem intelligẽs Phædriæ, non ſine riſu audit, ſceleſtum & fugitiuum appellari, qui

Rurſus. Fateri. Sequi. Ora me. Verò. Hoi, hei. Quàm. Præconomia. Vtrum ne. Parelcon. Tmeſis. Quod ſcis, neſcis. *prædicam? *exolues Quod ſcis, neſcis. Cacozelon. Id. ADRIA. BARL.

nihil ſciat. Fugitiuus ab affectu animi & propoſito intelligendus eſt, non autem ab effectu, id eſt, à fuga ipſa. *Fugitiuus.* Fuga enim id eſt effectus, non continuò fugitiuum facit, niſi comes quoque ſit affectus: quemadmodum & vice verſa affectus non fugitium facit, niſi ſequente effectu. Fugere enim non ſolum conſilij, ſed & facti eſt. ¶ Etiam reſtitas? § A reſiſto eſt deductum. Et reſtitat, qui protrahi ſe miratur. ¶ Prodi malè conciliate. § Id eſt, magno pretio empte. *Diſtorqueo.* ¶ Os vt ſibi diſtorſit carnufex. § Id eſt diuersè torſit & inflexit. ¶ Hunc oculis ſuis. § Pleonaſmus eſt, & vim habet aſſeuerandi. ¶ Noſtrarum nunquam quiſquam vidit. § Noſtrarum, id eſt, quæ noſtræ ſunt familiæ. Quiſquã pro quaquam dixit. *Quis, cõmunis generis.* Nam quis antiquitus, etiam communis generis fuit. Vnde & Plautus in Aulularia, Dic mihi, ſi audes, quis ea eſt, quam vis vxorem ducere? ¶ Hau. § Corripientis, aut perturbatæ mentis interiectio eſt. *Fœdus.* ¶ Videtur fœdus. § Id eſt, deformis & fœda ſpecie. ¶ Tace obſecro. § Donato authore, fœminino ſtomacho dicitur, quaſi impudenter aſſiſtẽti, formæ improbiori, & argumenta inaniter pertinacitérque afferenti. Et obſecro addidit, ne quod dixit, tace, iniuria videatur. ¶ Quem tu verò videre velles. § Formam Chæreæ laudat, prolixius deſcriptura eunuchi deformitatem.

¶ Hic eſt vetus, vietus. § Collatio perſonarum. Varro de lingua Latina, Viere, inquit, eſt vincire, vnde Ennius: *Viere.* Ibant viere veneream corollam. Viere Feſto alligare ſignificat. Vnde vimina, & vaſa viminea. Donatus hunc in locum, Vietus, inquit, mollis, flaccidúſque, & flexibilis corpore. *Vietus.* Porphyrio Horatij interpres, hoc loco putat, vietus, accipiendũ pro neceſſitate intortus & incuruus. Quidã accipiunt vietus, pro naturalibus deſtituto viribus. Fortunatianus in dialecticis ſuis. Vites adminicula, quibus innituntur, nexibus prehendunt. Hinc per ſimilitudinem, incuruum ſenem, vietum Terentius appellauit. *Vetus.* ¶ Vetus. § Ad vituperationẽ æui dicitur. Vt in prologo huius fabulæ, veteris poëtæ maledictus reſpondeat. ¶ Veternoſus. § Hæc contemptim de Eunucho dicuntur. *Veternus.* Veternus morbus eſt, ex nimio otio perpetuum ſomnum inducens. Lectionum antiquarum author Cælius, docens, cur ſolidum veternum dixerit poëta Catullus, Ariſtotelem citat, quærentem cur alæ omnium maximè partium noſtri corporis malè oleant, cuius rei cauſa ſit quòd omnium minimè reſpirare poſſint. Nam locis eiuſmodi, odor malus contrahi maximè ſolet. Quoniã putredo quiete interioris qualitatis conſiſtit, ſiue quòd immobiles inexercitæque habentur. Maronianus interpres veterni nomine, hydropiſin intelligendam putat, quæ plus nimio reddit pigros homines, & ignauia marceſcentes. *Veternoſus* Vnde & pro deſidia quandoque poſitum inuenimus, & veternoſum, pro deſide, vt hoc loco apud Terentium. Probus etiam pro graui accipit ſomno, quem medicorum ſcholæ lethargum vocant ſi marcor adſit, & vt inquit Celſus, inexpugnabilis dormiendi neceſſitas. ¶ Senex. § Pro eo qui ſit morbo & ægritudine rugoſior, non quòd talis eſſet Eunuchus, ſed ita videretur ob deformitatem. ¶ Colore muſtelino. § Quem hîc Terentius dixit colorem muſtelinum, eundem alij luteum & *Muſtelin' color.* flammeum vocant, alij cereum. Muſtelinus color, ſubluteus, ſubliuidus, & ſubrufeſcens eſt cuiuſmodi comparet in veſtibus cruore commaculatis. Muſtela dirum animal ex cauernis & hypogæis, hoc eſt ſubterraneis cauis ſerpentes extrahens, & conficiens. In principio pugnæ huius, ruta munit ſeſe. ¶ Fraterne? Do. ita. § Quod vulgò parum eruditi dicunt Ita, nos Etiam reſpondemus. Si quis obiiciat reperiri Ita apud Terentium Ita, reſponde dictum ab improbius reſpondẽte. quod genus eſt illud, ſic erit. *Ita. Etiam.* ¶ Credis huic quod dicat? § A perſonæ qualitate fides derogatur. quis enim ſeruo credat? & eunucho, & fugitiuo? ¶ Monſtrum hominis. § Bene mõſtrũ, nec enim mas, nec fœmina Eunuchus eſt. ¶ Iam ſatis credis me ſobriam eſſe? § Temulentiæ crimen à ſe deprecatur. ¶ O ſceleſtum atque audacem hominem. § In Chæreã, qui ſcelus patrauit, vel in Parmenonem, qui conſilium dedit. ¶ Heus tu negato rurſum. § Rurſum non ad negationem, ſed interrogationem pertinet. hoc ſenſu, rurſum interrogatus nega. Et ſummiſſa voce dicitur. ¶ Modò ait, modò negat. § Donatus hoc loco, Teſtis, inquit, ab aduerſario conuincitur falſitatis, aut à ſeipſo, ſi variauerit dicta priora. ¶ Ora me. § Hoc lentius, vt cauſa non ſæuiendi ſit. ¶ Hei hei. § Vox lachrymas emittentis, & timentis ſupplicium. *Hei, hei.* ¶ Intro. § Ad Phædriã ingredi Dorus videtur, non ad Thaidem. ¶ Hanc technam. § Fallaciam & artem, hoc eſt, eius factum conſilio, & inſtinctu, quicquid factum eſt. ¶ Alio pacto honeſtè quo modo hinc abeam neſcio. § Pulcher hic locus eſt: Phædria enim ſe mentitum eſſe fatetur, ſed ea gratia, vt honeſtati conſuleret. ¶ Inueniam hodie parem vbi pol referam gratiam. § Hoc faciet in ſcena illa, Proh deûm fidem, facinus fœdum. vbi vt terreat Parmenonem, confinget intus à Chremete miſeris modis colligatum Chæream ob vitiatam virginem. ¶ Quod ſcis neſcis. § Hoc prouerbio certa in tacendo fides ſignificatur, dum quis quod ſcit, perinde continet ac diſſimulat, quaſi neſciat. *Quod ſcis, neſcis.* ¶ Quod ſcis neſcis. § Non vult Doryas de vitio virgini oblato ſtatim ſcire Thaidem, vt illam, & Thais, & frater, ignorantes vitiatam, maioribus animis aduerſum militem defendant, qui cum magno ſtrepitu, ac minis repetitum eam veniet. Præterea quo ore Thais Chremeti, de ſororis pudore ſolicito diceret, educata eſt ita, vt téque, illáque dignum eſt, ſi ſciret eam non eſſe virginem? ¶ De vitio virginis. § Quòd iam mulier facta ſit. ¶ Quia cum inde abeo. § ἀπολογία. ¶ Aufer aurum hoc. § Id eſt mundum muliebrem. *Aurum.*

*LATOMVS.* Argumen. Hîc proditur dolus Chæreæ per Eunuchum, pro quo deductus fuerat, anxio & conſternato Phædria, ne id grauiter ferat Thais. ¶ Exi foras. § Increpatio in Dorum, quem virginem vitiaſſe putat Phædria. ¶ Paulum ſi ceſſaſſem. § Familiariter auertit ſe ad Pythiam, vt ſolent irati. ¶ Noſtrarum nunquam. § Facetus error de Eunucho. ¶ Quia varia veſte. § Id eſt, Gedeylt. ¶ Colore muſtelino. § Flauo, bleychgeel, ad ſimilitudinem muſtelæ. *Muſtelinus color.* ¶ Monſtrum hominis. § Increpatio. ¶ Occidi. § Hoc ſecum Phædria metuens Thaidem. ¶ Concede iſthuc. § Hoc ſummiſſe ad Dorum. ¶ Negato rurſum. § Et hoc ſummiſſè. ¶ Sequere hac. § Quaſi ad tormenta. ¶ Alio pacto. § Indicat ſpectatori quid egerit. ¶ Inueniam hodie. § Oeconomia ad futuram ludificationem Parmenonis. ¶ Sed nunc. § Conſultatio. ¶ Quòd ſcis neſcis, neq; de Eunucho, &c. § Prouerbiale, quo ſumma taciturnitas ſignificatur. ¶ Sed videóne Chremem? § Præparatio ad ſequentem ſcenam.

*PETRVS MARS.* Exi foras ſceleſte, &c. § Amantis diligentiam, vt aliquid amico gratificetur, & inſeruiat, nec non vehementiam in multam irrogandam rei amatæ gratia, atque muliercularum commenta & cautionem, ne in caput proprium delicta recidant, hæc ſcena exprimit. Quiſque enim natura duce, niſi inſaniat, pro temporis ratione ſibi cauet: eſt nanque incaſſum

caſſum

taſſum illa prudētia, quæ rebus ſuis proſpicere neſcit. ⸿At etiam reſtitas fugitiue, &c.⸾ Vlpianus libro viceſimoprimo Digeſtorū de Aedilitio edicto, ſic ait: Aiunt Aediles, Qui mancipia vendunt, certiores faciunto emptores, quid morbi vitiíque cuique ſit, qui fugitiuus erróve ſit. Et Cicero libro tertio Officiorum ſic ait: Qui ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto ædilium. ⸿Hic eſt vetus, vietus &c.⸾

*Vietus.* Vietus inquit Sextus Pompe. dicitur languidus ſine vi, & naturalibus priuatus viribus. Cicer. in Catone maiore: Sed neceſſe fuit, eſſe aliquid quaſi vietum & caducum. ⸿Veternoſus.⸾

*Veternoſus.* Veternoſus dicitur is, qui morbo & incommodo ſenectutis laborat. Vnde Virg. in Geor. Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno. Veternoſus etiam, authore Pom. dicitur is, qui graui premitur ſomno. Cato inquit, veternoſum, hydropicium intelligere voluit, cum dicit: Veternoſus quàm plurimum bibit, tam maximè ſitit. ⸿Tam ſcito hanc eſſe technam.⸾ Id eſt, artem & fraudem. Techna Græcè, Latinè dicitur vas & machinamentum: & technicus, dicitur artificioſus: & τεχνιτεύω, eſt aliquid artificioſe molior.

**RIVII caſtigatio.** Ita iam ornabat fugam.⸾ Sic nunc legunt omnes, neque aliter legendum ſuſpicor. At Donatus, Adornabat fugam, inquit, vt ſuprà, Adornant vt lauet. Habent eodem modo exemplaria manu ſcripta, & item ex impreſsis Venetum, Lugdunenſe, Argentoratenſe, & alia quædam, vt de tanto omnium inter ſe conſenſu mirer. Vtrum legendum potius alij iudicent. ⸿Vt quid egerim egomet neſciam.⸾ Ita quidem vulgo, &, ni fallor, rectè, quamuis Dona. ſecus legiſſe videatur, videlicet emerim pro illo egerim: quē cum faciunt plerique ex impreſsis, & quidem vetuſtiſsimi codices. velut Lugdunenſis & Venetus: vt de cæteris taceam. ⸿Norás ne eum prius? Do. non.⸾ Et manu ſcripta exemplaria, & multo maxima pars de impreſsis ſequentem verſum hîc habent: Non, nec quis eſſet vnquam audieram dicier. Suſpicor autem eſſe adulterinum, & propterea nota quadam ſignandum, quo poſsit à cæteris internoſci ac diſcerni. Quanquam locutio illa, audieram dicier, reperitur etiam in Senariis illis ænigmaticis apud Aulum Gellium libro duodecimo capite ſexto: Præterea verſus, cuius tandem cunque ſit, ad vnguem factus eſt: ſed neſcio quo pacto parum hîc prolixitas decere Eunuchum videtur. ⸿Poſſúm ne hodie ex te &c.⸾ Lege: poſſúm ne ego hodie ex te exculpere verum? addito pronomine, vt manu ſcripta exemplaria conſentiunt.

**DOLETI obſeruatio.** Quid huc reditio eſt? quid veſtis mutatio?⸾ Varium eſſe huius particulæ, quid,

*Quid, pro quare.* vſum apud Latinos, multis exemplis in ſecundo Tomo noſtro. Commen. oſtendimus. Hîc ergo tantum habeto, exponi poſſe pro quare? quamobrem? ob quid? aut quò ſpectat, vel pertinet reditio? Sic alibi Teren. Quídnam Pamphilum exanimatum video? ⸿Iam ornabat fugam.⸾

*Fugam ornare.* Pro fugam ornare dicit Cicero fugam parare. Ad Atticum ſeptimo: Itaque fuga, quæ parabatur, repreſſa eſt. ⸿Hunc oculis ſuis noſtrarum nunquam quiſquam vidit.⸾

*Oculis ſuis videre.* Oculis ſuis nihil hîc præter emphaſim deſignat: nam ſatis erat, vidit: qua enim corporis parte videmus, niſi oculis? Ea verò eſt linguæ Latinæ proprietas, vt dicamus, noſtris oculis videre, vel vidiſſe: hiſce oculis vidi: meis auribus audiui: & ſimilia, quæ tantùm ad maiorem affectus expreſsionem, & ad fidem magis, magiſque faciendam ita inculcantur. ⸿Omni te turba euolues.⸾

*Euoluere.* Propriè euoluimus inuoluta, & complicata, vel implicata. Hîc autem tranſlatæ eſt ſignificationis, ponitúrque pro liberare, & explicare: nimirum vt ſenſus ſit, omni te turbatione, & moleſtia vacuam reddes. Præterea tranſlatè aliter hoc ſæpe verbum vſurpat Cicero: vt, cum dicit euoluere libros, poëtas, naturam rerum, exitum rei alicuius.

GLAREANVS.

Hac in ſcena vnde ſexaginta ſunt verſus, quorum XXXV. ſunt ſenarij iambici, ſequentes deinde vigintiquatuor: trochaici tetrametri catalectici. In quinto ſenariorum legendum Paulum diſyllabum. In ſexto, ſi Adornabat legatur, vt Donati lectio habet, Iam aduerbium omittendum eſt. Dein ſequentis verſus prima ſyllaba ha à ſuperiore verſu eliditur, niſi quis malit pæana ſecundum locó primo. In nono Hic pronomen corripitur, vt ſexto Aenei. Hic vir hic eſt. In decimotertio proceleuſmaticus eſt loco quarto, q' ali' habu. Niſi quis Alium ponat ante Nanque. In decimoſeptimo mirè torſerunt ſe quidam. Eraſmus ait trochaicum eſſe tetramet. catalect. At ego puto Eo tollendum de carmine, & vel s, elidendum in Fœdus, vel creticus eſt loco quarto, erítque ſenarius vt alij. Neque verò illud Quia ſemper expoſcit ante ſe Eo, vt in proximo antè hunc verſum, Ita viſus eſt Dudum, quia varia veſte exornatus fuit. Ita hîc, Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Et Gnatho ſuperius, Age modò, nunc tibi patent fores hæ, quia iſtā ducis. Aliquando tamen habet, vt Thraſo, Eóne es ferox, quia habes imperium in beluas. In vigeſimo tertio: vel Eo monoſyl. vel pæan ſecundus loco primo: & Emerim legit Donatus, non Egerim, quod alij item notarunt. Viceſimumquintum iambicum ſeptem pedum adſcripſit Eraſmus, quale haud dubiè nullum apud hunc authorem inuenitur. Sed ego illud hodie expungendum exiſtimo; quod ab ſciolo aliquo adiectum opinor, collatione duorum locorum. Nam paulo antè dixerat Pythias, Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus. Et paulo pòſt, ipſe Dorus Phædriæ interroganti quando Chærea veniſſet, ait, hodie. Verùm in priore loco Pythias liberè loquitur, in poſteriore Phædria omnia exactè interrogat vt Dominus, quod hoc in loco Pythiæ vt ſeruæ, non licuit. Nam neque Dorum Poëta facit ipſi reſpondere, & quanquam data interrogandi poteſtate, tamen cum dixiſſet Veniſti ad nos? continuò ſubiungit, Negat. Quid breuius à poëta dici potuit? Ideóque, & hic verſus ſenarius erit vt cæteri, & Veniſti, non Veniſtin' legendum, ad hunc modum.

Reſpondet. PH. roga. PY. veniſti ad nos? negat.

In vigeſimoſexto, l, de Ille abiicitur, niſi quis, quod malim, bacchium loco primo poſitum contendat. In vigeſimoſeptimo, Mihi monoſyl. totum eliditur. In vigeſimooctauo, putat Riuius m, non elidi in quam, vt ſecundo loco eius verſus ſit dactylus. In trigeſimo, vel a in Ita longatur contra conſuetudinem: vel, quod malim, o in quando non eliditur. Triceſimum ſecundum, Non, nec quis eſſet, nunquam audieram dicier, quidam codices non habent, & nominatim Aldinus: negationem tamen Non, ſequenti verſui præponunt, ac ſeptenarium faciunt. quod ego non probo. quanquam ſunt alia effugia vt Meum monoſyllabum totum elidatur, & Scibas pro ſciebas legatur, vt eſſe ſci, ſit creticus. Verùm lectoris eſto iudicium. In trigeſimoquarto verbum Veſtem omitti non debet, vt quidam omiſerunt. In decimoquinto vel Meam monoſyllabum totum eliditur,

*vel Induit diſſyllabum eſt, vt voluit Eraſ. vel creticus eſt loco ſecundo, quod ego puto. ⁋ Iam ſatis credis me eſſe ſobriam? § Qui nunc ad finem vſque ſcenæ numero viginti-quatuor ſequũtur, verſus trochaici ſunt tetra. cata. vt diximus. In quorum primis duobus s, eliditur in Satis, vt primo ſtatim loco ſit dactylus, non trochæus. quidam verò legunt Iam ne ſatis. atque ita faciunt iambicos tetrametros acatal. vtrunque. Verùm cum alij ſint omnes trochaici, hos etiam trochaicos exiſtimamus. Habuit hoc Poëta pro voluptate, opinor, vt ambiguos verſus faceret quoties geminaret Satis, vt in Andria act. V. ſcen. I. ſtatim ab initio videre liquet. Verùm ipſi iidem nobis illic trochaici ſunt dicti. In tertio verſu d, eliditur in Quid. In quarto priore duntaxat loco Paululum triſyl. legendum eſt, poſteriore Paulum diſylla. niſi creticum ponas loco tertio. In quinto Tuam monoſyllabum eſt, aut creticus loco quarto. In octauo aut s, eliditur in Credis, aut creticus eſt loco tertio. In nono d, in Quod. alioqui iambicus tetrame. acatalecti. erit, vt annotauit Eraſmus. Decimus elidit Heus à ſuperiore verſu, legendúmque, poſſũm ne ego hodie. vt annotauit Riuius. Quòd ſi Heus à ſuperiore verſu non elidatur, erit iambicus tetrame. acatalecti. Eraſmus non rectè adſcripſerat troch. cum ſecundo ſtatim loco ſit iambus, niſi Heus à ſuperiore verſu elidi admonuiſſet, quod non fecit. In decimotertio elide quod voles, modò nullum pedem triſyllabum ponas. In decimoquarto Riuius ait o non elidi quinto in loco propter aſpirationem. At Eraſmus elidit, ſed deſiderat ſyllabam fortè Nunc. Decimuſſeptimus verſus ita legi debet, vt Pol ſit quarta dictio. Eraſmus voluit Hodie primam* Hodie. *eſſe productam, quia, pro Hoc die dicatur. quod ego minimè credo, nec eſt vllus author, qui primam eius produxerit. Quod ſi neceſſitas hîc nos vrgeret, eſſet cur non repugnandum cenſerem. At nihil eiuſmodi nos hîc vrget, ideóq; temerè hoc non admittam. In decimooctauo ante vltimum verbum, Rogas, idem rectè addit Me. In decimonono idem ait Tu ſupereſſe. Quod qua ratione dixerit, ſanè non intelligo. Et verſus ipſe eo pacto in nullum carmen veniet. Ego potius puto, Prædicam media longa legendum à tertia coniugatione ſubiunctiuum, non à prima prædicem, media correp. atque id ita expoſcere carmen, licet ſenſus alterum malit, & tu neceſſarium eſſe ad carminis rationem, tantum abeſt, vt ſuperſit. In viceſimo primo (quod vetuſtus meus habet codex) Et geminatur admodum decorè, vt poſt duas voces Hac re primum ponatur, deinde poſt verbum Euolues. porrò uel l, in Illi abiicitur, vt quinto loco ſit anapaſtus: vel, quod malim, bacchius, vt maneat l.*

DONATVS

*At at.*

**A**T AT *data hercle verba mihi ſunt.* § *Hîc ſemigrauis inducitur vino Chremes, priorum memor, titubans in præſentibus, vt ferè adpoti ſolent.* ⁋ *At at.* § *Interiectio eſt paulatim percepti, atque intellecti mali.*

*Dare verba.*

*⁋ Data verba.* § *Fraus facta.* ⁋ *Data hercle verba.* § *A milite, an à meretrice, cuius iampridem dolum malum in omni re ſuſpicatus eſt? an magis à vino, quaſi captioſo aliquo, data verba ſunt? quia bibere, dulce eſt: ebriũ fieri, turpiſſimum. adeò his quæ ſequuntur, quaſi ſubtilem fraudem ebrietatis inducit Plautus de vino,*

*Vinum.*

*Pedes captat primò, luctator doloſus. Virg. de vua. Tentatura pedes olim, vincturáque linguam.* ⁋ *Ac dum accubabã.* § *Hîc verba data ſunt.* ⁋ *Quam videbar mihi eſſe pulchrè ſobrius.* §

*Pulchrè ſobrius.*

*Nihil elegantius, non dixit videbar mihi tunc eſſe ſobrius: ſed, vt hoc ipſum iam erroris eſſet, ac vinolẽtiæ accumulatio, Videbar, inquit, mihi nimium ſobrius.* ⁋ *Pulchrè.* § *Fortiter ac nimis.* ⁋ *Neq; pes.* § *Ad inceſſum.* ⁋ *Neque mens.* § *Ad facta, ac dicta.* ⁋ *Satis ſuũ officium facit.*

*Satis facit.*

§ *Bene: nõ enim omnino non facit, nam hoc inſani eſt: ſed, non ſatis facit: quod eſt ebrietatis.* ⁋ *Quis eſt? ehem Pythias.* § *γνωμικῶς. & ſatis miro exemplo mutatam credit, poſtquam ipſe mutatus eſt.* ⁋ *Quanto nunc formoſior videre mihi, quàm dudum.* § *Hoc multum Academicos iuuat, qui aiunt, prout habiti fuerimus atque affecti, ita nobis aliud atque aliud videri: & ideo nihil certi comprehendi poſſe.*

*Certè. Pol.*

⁋ *Certè tu quidem pol.* § *Et certè, & pol, hæc dixit, vt appareret hãc verè loqui quæ ſobria eſt: illum verò ex vino falli. Et honorificè, atque vt ſobria, non dixit temulentior, aut laſciuior, ſed alacrior.* ⁋ *Verbum hercle hoc.* § *Verbum,*

*Verbũ, pro prouerbio.*

*prouerbiũ, vt idem in Andria, Verbum illud verum eſt, vulgò quod dici ſolet.* ⁋ *Sine Cerere & Libero friget Venus.* § *Hoc ſi ad ſententiam reuoces, non conueniet ebrio: ſi ad petulantiã quam *. ſic antè dictum eſt. Nam & improbior factus eſt: & cum tropicè locutus ſit, tamen ordinem naturalem ſeruauit: nã primùm cibus, deinde potus, poſtremò libido venerea.*

*Ceres. Bacchus. Venus. Frigere.*

*Friget autem, quia omnis eiuſmodi voluptas in calore ſanguinis conſtituta eſt, qui his rebus alitur. Et friget propriè, non, adhæret: tranſlatum enim hoc prouerbium, à picatione vaſorum, quæ frigida picẽ non tenent:*

*cum*

## ACTVS IIII. SCENA V.



### ARG. ADR. BARL.

A Cœna militis, vino ſemigrauis egreditur Chremes adoleſcens: in cuius perſona Terentius exprimit egregiè temulentorum cõſuetudinem, qui priorum memores, in præſentibus titubant.

### ARG. PAVL. MALLEO.

HIC Chremes vino ſemigrauis inducitur, exprimẽs egregiè temulentorum cõditionem, priorum memor, in præſentibus titubans, quemadmodum egregriè compoti ſolent.

### ARG. CHRISTOPH. HEG.

DEſcriptio Chremetis ſubebrij & ſemigrauis ſomno.

*Iambici Octonarij Acatalectici.*

CHREMES, PYTHIAS.

AT data hercle verba mihi ſunt, vicit vinum quod bibi:
Ac dum accubabā, quàm videbar mihi eſſe pulchrè ſobrius!
Poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit.
PY. Chreme. C. quis eſt? ehem Pythias, vah quanto nunc formoſior
Videre mihi, quàm dudum. PY. certè tu quidem pol multo * hilarior.
C. Verbum herclè hoc verum eſt, SINE CERERE & *Libero friget Venus.
Sed Thais multo antè venit? PY. an abiit iā à milite?
C. Iam dudum ætatem, lites ſunt inter eos factæ maxumæ.
PY. Nihil dixit tum, vt ſequerere ſeſe? C. nihil, niſi abiens mihi innuit.
PY. Eho nónne id ſat erat? C. at neſciebam id dicere illam, niſi quia
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extruſit foras.
Sed eccam ipſam. miror vbi ego huic anteuerterim.

*alacrior.
*Baccho

*cum alia multa meliora ſint ad vſum frigida, vt ferrum, argentum, aurum, & cætera huiuſmodi: nam ſic alibi, Vbi friget, huc euaſit. Et vide tres μετωνυμίας, Cererē, Liberum, Venerem. ⁋Sed Thais multo antè venit? ⁋ Interrogatiuè pronuntiandum hoc. Et ſcias de his interrogationibus hanc ipſam eſſe, in quibus ita quærimus, vt qui interrogantur, reſponſuri nobis, ſe neſcire videantur. ⁋Iandudū ætatem. ⁋ Quia iandudum infinitæ moræ eſt: addit ætatem, vt oſtendat multum abiiſſe temporis, vt factum eſt. ⁋Iandudum ætatē. ⁋Pro longinquo tempore. Lucilius, Vt multos menſéſque diéſque, Non tamen ætatē. ⁋Aetatem. ⁋Diu lōginquóque tempore, ac prolixo, vt eſt ætas. nam ſic dicimus de die, & dieculam, aliquantulam moram. ⁋Nihil dixit tum, vt ſequerere ſeſe? ⁋Nihil, pro non. Virg. Deponunt animos nil magnæ laudis egētes. ⁋Nihil, niſi abiens mihi innuit. ⁋ Apparet, quaſi iratam diſceſſiſſe Thaidem à milite, & tamen ſic iratam, vt illi ira conſilium nō ademerit. Innuit, inquit, cū abiret. ⁋Eho nonne id ſat erat? ⁋Adeò ſimplex hic inducitur adoleſcens, vt à Pythia reprehendi poſſit. nam quid opus fuit dicere, ſi innuit? ⁋At neſciebam id dicere illam. ⁋ Dicere pro velle, vel ſignificare. Sic alibi, Quaſi tu dicas factum id conſilio meo. ⁋Niſi quia correxit miles quod intellexi minus. ⁋ Hoc videtur facetius & ſapientius, quàm dici ab ebrio, ruſtico, & adoleſcente debuiſſet. Hoc vitium tunc ſit, cum poëtæ ingenium ſuum in perſonas conferūt. ⁋ Quod intellexi minus. ⁋ Veriſimile hunc tantùm extruſum fuiſſe, non etiam vapulaſſe: quia miles Thaidi magis, quàm huic iraſcitur. ⁋Miror vbi ego huic anteuerterim. ⁋ Id eſt hunc præceſſerim. Vbi, in qua parte viæ.*

*Iandudum ætatem. — Aetas. — Diecula. — Nihil, pro Non. — Dicere, pro velle. — Anteuertere. — Vbi.*

ADRIA. BARL. *At at. ⁋ Donatus interiectionem dicit eſſe, percepti atq; intellecti mali. ⁋Data verba. ⁋Fraus facta eſt non à milite, non à meretrice, ſed à vino, quaſi captioſo aliquo. Plautus de vino. Doloſus, inquit, luctator eſt, pedes captat primulum. Horatius in odis: Iuſſus abire domum, ferebar incerto pede. ⁋Vicit vinum quod bibi. ⁋Pontanus in libris de obedientia: Cibo, inquit, & potu, ſic vtemur, vt reficiamur quidem, non impleamur, ne dicendum ſit, quod Terentius ille, Vicit me vinum quod bibi. ⁋Sine cerere & Libero friget Venus. ⁋ Diomedes de re metonymia loquēs, quot modis fiat, etiam tum fieri dicit, cum per inuentorem, dominantémve, inuētum, vel ſubiectum intelligitur. Vult enim per Cererem, panē intelligi: vinum, per Bacchum; per Venerem, concubitum. Ariſtoteles Venerē Baccho adiunctam dixit, propterea quod Veneris cupiditatem, vinum accendat. ⁋Sine Cerere & Libero. ⁋Quæ parœmiographus ſcribit in hoc adagium, minimè duxi omittēda. Sic habet. ⁋Verbū hercle hoc, verum eſt. Sine Cerere & Libero friget Venus. ⁋ Dicūtur hæc ſub perſona Chremetis, adoleſcentis ruſtici, qui ſobrius oderat meretrices, pòſt, idem potus nō abhorret. Cibus enim & potus, irritamenta ſunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Liberum pro vino, Venerem pro libidine dixit, continenter in figura perſiſtens. Nam illud ipſum verbum, friget, metaphoram habet, quam Donatus à picatione vaſorū, mutuò ſumptam autumat, quòd frigida pix nō adhæreat. Frigida profectò nimiúmque affectata interpretatio, quod quidem, tanti viri pace dixerim, ſi modò illius eſt interpretamentum. Ardent amantes, & frigent quæ languent. Horat. Non enim poſt hac alia calebo fœmina. Et frigent in vxores mariti, qui nō admodum amant. Diuus Hiero. Terentianam ſententiam craſſiore Minerua explicans, Diſtento ventre, ait, diſtenduntur ea, quæ ventri adhærent: ſignificans libidinem eſſe gaſtrimargiæ comitem. Peculiariter autem vinum irritat libidinem. Ideóque Paulinæ literæ vetant, ne vino inebriemur, quòd in eo ſita ſit libido. ⁋Sine Cerere & Libero friget Venus. ⁋Tria philoſophi cenſent, laudem fugienda ſequenti: intemperātiam cibi, intemperantiam potus, intemperantiam venereorum. Pudicitiæ, ac ſtudiis amicæ ſunt frugales menſæ. In cibo igitur ac potu, optimum fuerit ſequi nautarum ſolertiam, qui in naui oneranda eiuſmodi temperamentū ſeruant, vt neq; pondere nimio preſſa, fluctibus obruatur, neque nimia læuitate ſuſpenſa, lateribus vacillet, & flantium nequeat ferre ventorum impetum. In omni quippe vitæ tenore, modus eſt vtilis. Temperatè viuendum cenſet & medicorum rex Hippocrates. Neque enim rectè vnquam valent, nec longæui eſſe, neque egregium quicquam aut cœleſte meditari poſſunt, qui gulæ ac ventri ſtudent.*

*Vinum. — Sine Cerere. — Baccho friget Venus. — Frigere. — Tēperantię cōmēdatio.*

*Dolenda res eſt, tam multos paſſim videri, quorum magis ſit in patinis, quàm in paginis animus.* ❡ *Friget Venus.* ❵ *Poëtæ Vulcanum fingunt Veneris maritum, quòd venereum officium, non niſi calore conſiſtat. Vnde illud: Frigidus in Venerem ſenior.* ❡ *Sine Cerere & Libero friget Venus.* ❵ *Per contrarium, Cerere & Baccho adhibitis, calet Venus, paſcitur libido conuiuiis, nutritur delicijs, vino accenditur, ebrietate flammatur. Hinc Ariſtophanes vinum eſſe dixit lac Veneris, quòd immodicus vini vſus, rei venereæ ſit incitamentum. Sic Ouidius: Vina parant animos Veneri.* ❡ *Sine Cerere & Libero.* ❵ *Marcus Tullius libro ſecundo de Natura deorum, citans hoc Terentij: Quicquid magnam, inquit, vtilitatem generi humano adferret, id non ſine diuina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itáque tum illud, quod erat à deo natum, nomine ipſius dei nuncupabant, vt cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Ex quo illud Terentij, Sine Cerere & Baccho friget Venus.* ❡ *Iamdudum ætatẽ.* ❵ *Donatus dicit, iamdudum, infinitæ eſſe moræ, & propterea poëta appoſuit accuſatiuum ætatem, vt multum abiiſſe temporis oſtendat.* ❡ *Nihil dixit tum.* ❵ *Nihil pro non, hîc poſitum eſt.* ❡ *Id dicere illam, niſi quia.* ❵ *Dicere, id eſt, velle, ſignificare.* ❡ *Vbi ego huic anteuorterim.* ❵ *Qua via parte ego hanc præceſſerim.*

*Vulcanus cur Veneris Maritus.*

*Vinum, lac Veneris.*

LATOMVS.

*Argumentum, Hæc ſcena per occaſionem argumenti exprimit naturam ebrietatis, qua ſæpe labefactantur obſtinati animi, & in luxũ ſoluuntur.* ❡ *At at.* ❵ *Interiectio paulatim intellecti mali.* ❡ *Vah quanto nunc formoſior.* ❵ *Arridentis cũ geſtu.* ❡ *Sine Cerere & Libero friget Venus.* ❵ *Prouerbialis allegoria, figurata tribus metonymiis.* ❡ *Iamdudum.* ❵ *Iam longo tempore.*

PETRVS MARS.

*At at, data herclè verba mihi ſunt: &c.* ❵ *Ebrietatis cauſa & effectus hac ſcena exprimuntur. Corrumpitur quippe iudicium rationis, & linguæ, pedúmque titubatio ſequitur, quo nihil turpius excogitari poteſt. Quapropter Stoici, quos Cicero in Tuſculanarum diſputationibus ſequitur, omnium malorum fontem eſſe intemperantiam, officiorum verò temperantiam dicunt. Ideo dicitur à Græcis, conſeruatrix mentis & prudentiæ. Plato libro ſexto de Legibus, ſic ait: Bibere vſque ad ebrietatem, neq; alibi vnquam decet, præterquam in ſolennitatibus eius Dei, qui largiens eſt vinum.*

*Ebrietas.*

RIVII CASTIGATIO.

*An abiit iam à milite?* ❵ Nos ex antiquis: *An ne abiit &c.* Leue hoc quoque, non tamen prætereundum.

DOLETI OBSERVATIO.

*Neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit.* ❵ *Sic loquitur Cicero ad Atticum nono: Hoc officium ſæpe, & ſæpius mihi facturus videor: ita de me mereris. Terentius item in Adelphis: Meum officium facio, quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo.* ❡ *Iandudum ætatem, lites inter eos factæ ſunt maximæ.* ❵ *Iandudum ætatem, ſubdura eſt loquendi forma, pro longo tempore, vel iandiu. Et quædam exemplaria ſunt, quæ, ætatem, non habent. Ad hæc, hîc obſeruato, litem fieri, pro turbã fieri, vel commoueri, dici. Scito quoque litis ſignificationem tam extra forum iudiciale vſurpari, quàm in foro.* ❡ *Miror, vbi ego huic anteuerterim.* ❵ *Anteuertere eſt propriè antecedere: vt fit in via. Paulo minus propriè, bene propriè tamen, dixit Cicero de Natura Deorum ſecundo: Neque à Sole longius vnquã vnius ſigni interuallo diſcedit tum anteuertens, tum ſubſequens. Hoc eſt, ſiue ſolem præcedat, ſiue ſequatur. Tranſlatè, vt ſequitur, vſurpant Latini. Cicero de Amicitia: Atque id ipſum cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit. Cæſar de Bello Gallico libro ſeptimo: Qua re nuntiata, Cæſar omnibus conſiliis anteuertendum exiſtimauit, Id eſt, omnia poſthabenda cenſuit.*

*Officiũ ſuũ facere.*

*Litẽ fieri.*

*Anteuertere.*

GLAREANVS.

*Huius ſcenæ verſus ſunt omnes iambici tetrametri, acatalectici, præter ſextum fortaſſis, vt mox dicemus, trochaicum tetrametrum catalecticum, & vltimum ſenariũ iambicum. In ſecundo, Mihi monoſyllabum totum eliditur. In tertio s, eliditur in Satis. In quarto vel Ehem monoſyllabum eſt, vel s, in Quis eliditur. quod equidem malim, vt ſeruemus in voce Ehem illum, quem repentinum ſignificat, affectum. Quintus verſus malè habet in omnibus quæ mihi quidem videre contigit exemplaribus, cum Donatus eum rectè legerit, nempe pro hilarior, alacrior. Cæterùm in vetuſtis codicibus Quidem verbum non habetur. Vt carmen commodè hoc pacto legatur,*

*Videre mihi, quàm dudũ.* PY. *certè tu pol multo alacrior.*

*Mirum autem, neque Eraſmum neq; Riuium id annotaſſe. Sextus verſus iambicus erit tramet. acatalect. vt cæteri, ſi, e, in Cerere nõ elidatur. Sin ipſum elidamus, erit trochaicus tetrameter catalecticus fortaſſis quia tropus eſt, vnum hunc alterius generis eſſe voluit, vt poſtea ſæpe oſtendemus.*

*In ſeptimo rectè annotauit Riuius, An'ne abiit, legendum, pro An abiit. An enim corripitur. Horatius,*

*Quis ſcit an adiiciant hodiernæ craſtina ſummæ*
*Tempora Dij ſuperi?*

*Quæ ſyllaba hoc Terentij loco producitur. eſt enim ſecunda de iambo, vt in numerum ponenti hoc carmen facilè patebit. In nono, Mihi monoſyllabum totum eliditur. In decimo, vel Neſcibam, legendum pro neſciebam, vel creticus eſt pro dactylo loco quarto. In penul. & d, eliditur in Quod, & s, in Minus. In vltimo ſimiliter d, in Sed.*

CREDO

DONATVS CREDO equidem illum iam aſſuturum eſſe, vt illam à me eripiat. } Vides vt ex ipſis appareat verbis, quàm concita, & recens à litigio veniat Thais. Itaque nec nominat militem, nec virginẽ: ſed pronomine vtrunque ſignificat, quaſi in medio conſtituta negotio. vt parenti filius, Ergo in hac vtrunque eſt, & reddi & reſtitui. ¶ Hem. } Extimuit adoleſcens cum ſororem ſuam in domo meretricis eſſe audiuit: cui rei ſtatim occurrit Thais. ¶ Educta. } Subauditur eſt. ¶ Vti téque illáque dignum eſt. } Bene purgauit quod ex faſtu meretricio expectabatur. non inquit, vt me dignum eſt. ¶ Quid ais? } Rectè: quia mirum apud meretricem liberaliter educatam. ¶ Hanc tibi dono do. } Melius dixit, quàm Dono: vt donum placidius videatur & præſtantius. ¶ Neque repeto pro illa quicquam abs te pretij. } Ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonſtrauit oratoriè dicens ſeriò non eſſe facturam. ¶ Et habetur, & refertur à me Thais. } Qui habet apud ſe gratiam, nondum retulit. Retulit, qui deſtitit habere. Multum ergo hîc dixit, & habetur gratia, & refertur. Quem ſenſum tranſtulit Saluſtius in bellum Iugurthinum. Arma, pecuniam ſume, vtere: & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, ſemper apud me integra erit. ¶ Ne prius quàm hanc à me accipias, amittas Chreme. } Hoc in Comœdia licet more vulgi dicere. Cæterùm non poteſt amitti quod nondum acceptum ſit. An quia iandudum ſumptum ſit? ¶ Nam hæc ea eſt, quam miles à me vi nunc ereptum venit. } Non ad deterrendum, ſed ad præparandum animum adoleſcentis hæc dicit, quem audacem putat, aliter ac res ipſa eſt. nam mox Thais mutabit orationem, & dicet, Qui cum res tibi eſt, peregrinus eſt: Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum, hîc habens minus. ¶ Cum monumentis. } Monumenta ſunt quæ Greci dicunt γνωρίσματα καὶ ἀπόγραφα. ¶ Viden' tu illum Thais? } Longè videre, timoris eſt indicium. ¶ Vbi ſita eſt? } Trepidantes perſonas immiſcuit. ¶ In riſco. } Ciſta pelle contecta, nomen phrygium. ¶ Quantas copias. } Propriè

Hem.

Dono dare.

Gratiam habere. Gratiam referre.

Amittere.

Monumentum.

Riſcus.

# ACTVS IIII. SCENA VI.



ARG. ADR. BARL.

COlloquuntur Thais & Chremes, contra militem ſe muniunt, quem venturum putant, vt virginem eripiat. Timidior hîc Chremes inducitur quàm Thais.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena habetur colloquiũ Thaidis & Chremetis armantium ſe ad bellum contra militem, quem rapturum virginem formidabant: & inducitur Thais longè animoſior ipſo Chremete.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena eſt præparatio eius turbæ, quam Thraſo faciet, oppugnaturus domum Thaidis. Exordium eſt Patheticum, nam minatur ſuperbo militi Thais.

*Octonarij, Miſcuit autem more ſuo Trochaicos Iambicis. Eſt & dimeter vnus.*

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

CREDO *equidem illum*
*iam aſſuturum eſſe, vt*
*illam à me eripiat: ſine*
*Vt veniat: atqui ſi illam*
*digito attigerit vno, oculi illico*
*Effodientur: vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias,*
*Et magnifica verba, verba dum ſint: verùm enim ſi ad rem conferantur, vapulabit.*
C. *Thais ego iandudum hîc adſum.* T. *ô mi Chreme, teipſum * expectabam.*
*Scin' tu turbam hanc propter te eſſe factam?*

*expecto

Aſſuturũ eſſe. ¶ Aſſuturum eſſe. } Id eſt aduenturum: vt, Aſſuit & Mneſtheus. ¶ Sine vt veniat. } Quaſi dicat ſine * nullus & comminantis eſt: vt, Sine modò.

Digito attingere. ¶ Atqui ſi illam digito attigerit vno. } Moris comminantium eſt, ad exiguũ reuocare cõmiſſa, quæ ſe vlturos prędicent. ¶ Oculi illico effodientur. } Et fœmineæ minæ ſunt, & libidinoſos quàm maximè, nã hunc ſuſpicatur amatorem eſſe virginis. Sic & alibi, Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolẽ veneſico. In oculos autẽ maximè ſæuire fœminas, & tragœdiæ ferè omnes, & Comœdiæ proteſtantur. ¶ Vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba. } Non dixit, vſque adeò illum poſſum amare: ſed, quàm inſuauis iam diu ſit, oſtẽdit, dicẽdo, ferre poſſum. Et citò oſtẽdit quæ ſit amicitia militis. Ineptias inquit, & magnifica verba.

Verba. ¶ Verba dum ſint. } Hoc eſt, quæ vim non admiſceant rerũ.

Verba ad rẽ conferre. ¶ Verùm enim ſi ad rem conferantur, vapulabit. } Si diſceſſerit à verbis: & rem experiri cœperit, vapulabit. Et bona locutio: vt ſi dicas, verba ad rem contulit, hoc eſt, agere quod dicebat aggreſſus eſt. ¶ Ad me? qui? quaſi iſtuc. } Et ruſticus, & timidus, & pudens commotus eſt, meretriculæ dicto. ¶ Hæc atq; huiuſmodi ſum multa paſſa. } Mulier facunda meretrix, hæc imputat adoleſcenti quæ vidit, & alia quibus interfuit.

Reddere. Reſtituere. ¶ Reddere, & reſtituere. } Propriè redditur cupientibus, vt domino ſeruus: Reſtituitur cupiens, vt patriæ ciuis. Redditur, & reſtituitur, cupiens cupientibus,

& adeò ad te attinere hanc
Omnem rem? C. ad me? qui? quaſi iſtuc.
T. quia dum tibi ſororem ſtudeo
Reddere & reſtituere, hæc atque huiuſmodi ſum multa paſſa.
C. Vbi ea eſt? T. domi apud me. C. hem.
T. quid eſt?
Educta ita vti téque illáque dignum eſt. C. quid ais? T. id quod res eſt:
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretij.
C. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vti merita es, gratia.
T. At enim caue, ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas Chreme.
Nam hæc ea eſt, quam miles à me vi nunc ereptum venit.
Abi tu, ciſtellam Pythia domo effer cum monumentis.
C. Videń tu illum Thais? P. vbi ſita eſt? T. in riſco. odioſa ceſſas?
C. * Militem ſecum ad te quantas copias adducere?
At atat. T. num formidoloſus obſecro es mi homo? C. apageſis,
Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui viuat, minus.
T. Atque ita opus eſt. C. hau metuo, qualem tu me eſſe hominem exiſtumes.
T. Imò hoc cogitato, quicum res tibi eſt, peregrinus eſt,
Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hîc habens minus,
C. Scio iſtuc: SED TV QVOD CAVERE poſſis, ſtultum admittere eſt.
Malo ego nos proſpicere, quàm hunc vlciſci accepta iniuria.
Tu abi, atque oſtium obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum.
Volo ego adeſſe hîc aduocatos nobis in turba hac. T. mane.
C. Melius eſt. T. mane. C. omitte, iam iſtic adero. T. nihil opus eſt iſtis Chreme:
Hoc dic modò, ſororem illam tuam eſſe, &

*Copiæ.* dixit copias: nam ſic dicuntur legiones in vnum collectæ. conuenit tamen rudi & ruſtico adoleſcenti ſex homines copias dicere: Militem ſcilicet, Paraſitum, Donacem, Syriſcum, Simalionem, Sangam. [Num formidoloſus es mi homo?] *Formidoloſus.* Formidoloſus, & terribilis, & timidus intelligitur. *Apageſis.* [Apageſis.] Plautus in Trinummo, Apage amor. [Atque ita opus eſt.] Vt minus formidoloſus ſis. [Metuo qualem tu me hominem exiſtimes.] Videtur ebrius factus hic Chremes iam etiam diſplicere nolle mulieri. nā idcirco fatetur ſe timere malam opinionem Thaidis de ſe. *Metuo.* Et metuo qualem Tu me exiſtimes, nouè dixit: pro, metuo ne ignara ſis.
[Pegrinus eſt, minus potens quàm tu.] Quàm * poſtquam tamen ipſa nō eloquitur, quid efficiatur: ex eo quod ait, Peregrinus eſt, minus potens quàm tu: bene ſic dixit: quia tardum fuit dicere, ille impotens, tu potens, & cat. ** militū* [Sed tu, quod cauere poſſis, ſtultū.] Oſtendere vult Terentius plures ſententias ad timiditatē congruere, quàm ad audaciam. nam & mox dicturus eſt, Omnia prius experiri, quàm armis, ſapientem decet. Quia ex prouidentia timor, ex audacia temeritas prouenit.
*Admittere* [Admittere.] Fieri ſinere. & melius dixit, quàm *Pati.* pati. hoc generale eſt. nam nunc admittere, pati fieri ſignificat. [Malo ego vos Proſpicere.] Prouidere ne *Proſpicere.* fiat: id eſt proſpicere & cauere. ab eo quod præcedit id quod ſequitur. [Accepta iniuria.] Hîc cauſa oſtenditur, cur illud malit. [Oſtium obſera intus.] *Oſtium obſera.* Pauidi conſilium nihil aliud continet poſt clauſtra & fugam. *Sera.* nam ſera & clauſtrum ianuæ. [Tranſcurro ad forum.] *Tranſcurrere.* Tranſcurro dixit, nō curro: vt proximitatem fori oſtēderet. [Volo ego] Quaſi minus timeat: cupio non inquit, ſed, volo. [In turba hac.] Vide timidum turbam appellare, quam mulier nō timet. [Melius eſt.] Fugæ occaſionem hîc cupit dari. [Mane.] Hoc geſtu iam adiuuatur. [Omitte, iam iſtic adero.] Ex huius verbis apparet etiam manu comprehenſum eſſe adoleſcentem. [Omitte, iam adero.] Quia cauſam probari non videt, celeritatem redeundi pollicetur. [Nihil opus eſt iſtis Chreme.] Iſtis, vtrum aduocatis? an iſtis omnibus, quæ dixiſti? *Iſte.* Virgilius. Aut quid petis iſtis? [Hoc dic modò, ſororem illam tuam eſſe.] Ordine eſt executus: primò vtrum perſonam habeat, Dic ſororem, inquit, illam tuam eſſe. Vtrū negotium habeat, Et te paruam virginem amiſiſſe. Cur hodie agat. Nunc cognoſce. Et vnde probet, Signa oſtende. Hæc omnia ſic pronuntianda ſunt, vt & iuſta & factu facilia demonſtrentur. [Si vim faciet, in ius ducito hominem.] Et rectè: quia violento ciuiliter reſiſti ſolet. *Animo præſenti.* [Fac animo hæc præſenti dicas.] Hęc non dicerentur à Thaide, niſi in illius vultu pauor nimius appareret. [Faciam.] Adiuuandum pronuntiatione. faciam enim, timidè dictū eſt. [Attolle pallium.] His verbis Chremetis demonſtrauit nimium liberaliter pauidi adoleſcentuli animum. [Atolle pallium.] Vel quia ſimplex eſt, vel quia ebrius, pallium trahit Chremes. [Perij, huic ipſi patrono opus eſt, quem defenſorem paro.] Hæc meretricis querela rudem adoleſcentulum magis & boneſtè natum, quàm culpādum eſſe demonſtrat.

ADRIA. BARL.

Illum.] Irata, illum non nominat Thais, eſt paraſceue motus

te paruam virginem
Amiſiſſe, nunc cognoſſe, ſigna oſtende. P. adſunt. T. cape:
Si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin'? C. probè.
T. Fac animo hæc præſenti dicas. C. faciā.
T. attolle pallium.
Perij, huic ipſi eſt opus patrono, quem defenſorem paro.

*ue motus eius, quem miles excitabit oppugnaturus ædes. [Sine, vt veniat.] Eſt comminantis, perinde ac ſi diceres, ſi venerit, excipiam eū vt dignus eſt. [Oculi ilico effodientur.] Fœmineas audi minas. Libidinoſis ita minari ſolent. Thraſonem enim ſuſpicatur virginis accenſum amore, & maximè in oculos ſæuire conſueuit genus fœmineū. [Verba dum ſint.] Verba eſſe dicuntur, ſi vim nullam admiſceas. [Si ad rem conferentur.] Id eſt ſi à verbis diſcedens, rem experiri, & quod dixit agere cœperit, vapulabit. [Ad me? qui quaſi iſtuc.] Hoc commotū ſignificat adoleſcentem ruſticum, dicto meretriculæ. Et illud, quaſi iſtud imperfectum eſt. [Hem.] Donatus dicit extimuiſſe adoleſcentem cum ſororem ſuam audit eſſe in domo meretricis, cui rei ſtatim occurrens Thais, educta eſt, inquit, vti te & illa, non vt me dignū eſt. [Educta eſt vti téque illáque dignū eſt.] Argumentum ab educatione. Quale & illud Ciceronis in oratione poſt reditum habita. Habet autem magiſtros, non ex ineptis &c. [Quid ais?] Non interrogat, ſed miratur, apud mulierem vulgati corporis liberaliter educatam eſſe ſororem. [Ne priuſquam hanc à me accipias, amittas Chreme.] Hoc ex vulgi more dictum videri poteſt. Quis enim amittit, quod nondum accepit? [Hæc ea eſt, quam miles nunc ereptum venit.] Donatus hæc dici ait, non vt terreatur, ſed vt præparetur adoleſcentis animus, quem audacem exiſtimat. [Monumentis.] Intellige literas, quibus contineatur ſororem hanc eſſe Chremetis. [In riſco.] Riſcus Donato ciſta eſt pelle contecta, in qua ſeruare velit ille ciſtellam cum monumentis, Seruio feneſtra dicitur parua in pariete, Troianum eſt vocabulum. [Quantas video copias.] Quam aptum hoc ruſtico adoleſcenti de ſex hominibus copias dicere. [Num Formidoloſus obſecro es mi homo?] Laurentio Vall. hæc nomina formidoloſus, laborioſus, operoſus actiuè pariter & paſſiuè vſurpantur. Hîc formidoloſus accipitur pro eo qui formidat. [Peregrinus eſt, minus potens, minus notus.] Argumentum ducit à fortuna. non enim eſt idem incredibile in diuite, ac paupere, propinquis amicis, clientibus, abundante, & his omnibus deſtituto. Sic Cicero in oratione pro lege Manilia, ſuadet à fortuna Pompei vt eum bello Mithridatico præficiant. [Nemo eſt omnium qui viuat minus.] Cum omnis viro turpis ſit formido, bene amolitur à ſe timoris opinionem. [Peregrinus eſt minus potens quàm tu.] Vbi timidum eſſe Chremetem Thais animaduertit, non vt prius animum eius præparat, ſed orationem mutans, hic eſt peregrinus, inquit, & minus potens quàm tu. [Sed tu quod cauere poſſis, ſtultum eſt admittere.] Melius eſt ventura & imminentia populſare mala, quàm his quæ venerunt remedia quærere. Columella, Quemadmodum ſapientis eſt, inquit, fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, ita dementis eſt, ipſum ſibi malam facere fortunam. [Adeſſe hîc aduocatos.] Aduocatus eſt quicunque adeſt alteri in cauſa officij gratia. [Mane.] Vi conatur eum Thais retinere apprehenſa illius veſte, hinc illud Omitte. [In ius ducito.] In ius dixit pro in forum, ad prætorem ducito quemadmodum Lucanus medias leges, pro medio foro dixit. [Animo præſenti.] Modus eſt loquēdi cum non ignauè, ſed accuratè, & ſedulò quippiam agitur. [Fac animo hæc præſenti vt dicas.] Hæc non diceret Thais, niſi pauorem nimiū loqueretur vultu Chremetis. Animo præſenti, id eſt, præſidenti. Cice. de oratore. Animus acer, & præſens, & acutus. [Attolle pallium.] Bene pallium trahit, qui in conuiuio meretricis temeto largius ſe inuitauerat. [Huic ipſi opus eſt patrono.] De differentia inter patronū & aduocatum, lege Vallam.*

*Verba.* — *Riſcus.* — *Ius, pro foro* — *Animò præſenti.*

LATOMVS

*Argumentum. Thais inſtruitur ad pugnā aduerſus militem, & Chremetem confirmat. Et eſt epitaſis huius partis fabulæ. [Vſque adeo.] Apta comminatio in militem. [Quaſi iſtuc.] Subaudi norim. [Hem.] Extimeſcentis, quia ſoror apud meretricem eſt. [Et habetur &c.] Pulchra gratiarum actio. [Cum monumentis.] Id eſt, tabulis ac reliquis teſtimoniis, quibus probetur libera virgo. [Apageſis.] Interiectio remouentis, & eſt Græcū origine, ἀπάγω. [Imò hoc cogitato.] Confirmatio ex collatione perſonæ. [Sed tu quod.] Prudens ſententia, à tuto. [In ius ducito.] In iudicium.*

*Hem.* — *Monumenta.* — *Apageſis.* — *Ius, pro iudicio.*

PETRVS MARS.

*Credo equidem illum iam affecturum eſſe, &c.] Meretricis confidentiam & ad omne facinus audaciam perditam, nec non ſtudium, & artem captandi fauoris in aliqua difficultate, ac primos motus in poteſtate noſtra non eſſe, Chremetis exemplo hac ſcena docet, & exprimit. [In riſco.] Riſcus, inquit Nonius, eſt locus in parietibus anguſtus.*

*Riſcus.*

RIVII caſtigatio.

*Sine vt veniat.] Nos omiſſa particula vt: ſine veniat: ex Donato, & obſeruatione vetuſtæ lectionis. [Qui ſi illam digito attigerit.] Nos, Atqui ſi illam digito &c. quo modo omnia vetera exemplaria conſentiunt. [O mi Chreme teipſum expectabam.] Nos, expecto, vt & manu ſcripti habent codices, aſtipulātibus ex impreſſis Lugdunenſi, Veneto, aliis plerıſque: Eſtque ea haud dubiè verior lectio. [Et habetur & refertur à me tibi &c.] Sic ferè exemplaria: & rectè quidem, quantum ex Donato conijcere licet. Verùm Tho. Linacer, ni codex mendoſus ſit, ita hunc verſum citat: Et habetur & referetur à me Thais, ita vti merita es, gratia. cum quo conſentit manu ſcriptum volumen. [Atat, num formidoloſus obſecro es mi homo?] Nos atat tribuimus Chremeti, vt ſit timentis, quomodo habent libri emendatiores. Ita aptè ſequetur, quod ait Thais: Num formidoloſus obſecro es, &c. [Egón' formidoloſus? nemo eſt hominum, qui viuat, minus.] Pleraque antiqua exemplaria, & in his Haſſenſtenianum, habent: Nemo eſt omnium, qui metuat minus. Verùm alterū illud rectius eſſe credo: Nam ſic Plautus quoque in Aul. Homo nullus eſt ſceleſtior te qui viuat hodie. Sic & aliàs ſæpe. [Hau metuo, quē tu me &c.] Exemplaria, & ex impreſſis pleraq; habent: qualem tu me eſſe hominē exiſtumes. Conſentiūt omnes editiones Donati. Nos quidem cum vulgata lectio probè quadret, & elegan-*

*Atat.*

tior præterea videatur, nec eam reſpuat carminis ratio, vt hoc ſeorſum adnotādum putauimus: ita quo temeritatis crimen effugeremus, vulgatam illam lectionem reliquimus. CH. Melius eſt. TH. mane. CH. omitte, iam iſthic adero. TH. ¶Nihil opus eſt Chreme.} Nos ſic legendum putamus: Omitte, iam adero. TH. nihil opus eſt iſtis Chreme. Ita habet manuſcriptum exemplar: & rectè, vt ego ſentio. Perperam enim interiectum eſt aduerbium Iſthic & omiſſum pronomen Iſtis: quod ipſum Donatus addit omiſſo aduerbio. Eius verba ſunt: Nihil opus eſt iſtis. Iſtis, inquit, vtrum aduocatis? an iſtis omnibus quæ dixiſti? Sunt præterea exemplaria, quæ vtrunque habeant, & iſthic & iſtis: ſed tum minus conſtat trochaicus: quod facilè ſentiet, qui hunc in ſuos digerere volet pedes.

DOLETI obſeruatio. *Aduocatus.* Volo ego adeſſe hîc aduocatos nobis in turba hac.} Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuā commodat amico: aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſentis cauſam nouit, & ſic tuetur, vt ſuam. Cicero ad Quintum fratrem: Milo affuit, ei Pompeius aduocatus venit, Idem ad Atticum primo: Credo te ex acclamatione Clodij aduocatorū audiſſe, quæ conſurrectio Iudicum facta ſit. *Patronus.* ¶Huic ipſi eſt opus patrono.} De patroni ſignificato nonnihil in proxima annotatione tetigimus. Multa verò vide in primo Tomo noſtro. Commēta. lingua Latinæ, Colū. 624. Vbi quidem cognoſces, patronum non magis eſſe accuſati, quàm accuſantis: idque contra Vallam.

GLAREANVS. Hîc verò ingens hæc iudicandorum horum carminum difficultas incidit, quæ in nullis, quod equidem ſciam, codicibus bene ſunt digeſta. Sed & Eraſmus & Riuius leui, vt dici ſolet, brachio attigerunt. Alter ſat habuit adſcribere primo verſui, trochaicus tetrameter catalecticus. Ad alios nihil. Riuius admonet initio legendum Sine veniat, non Sine vt veniat. Et, Atqui ſi illam digito attigerit. non, Qui ſi illam. Et Expecto in quinto deinde, vt vulgo legitur, verſu, non Expectabam. Cætera item ad carminis rationē explicandam nihil facientia. Sextum tamē à fine ſcenæ verſum admonet eſſe trochaicum. Quare audendum mihi hoc in loco, ſolita tamen modeſtia, nullius honeſti viri iudicium fugiens. Primi itaque quinque verſus ſunt trochaici tetrametri catalectici, atque ita legendi,

Credo equidem illum iam affuturum eſſe, vt illam à me eripiat, ſine
Veniat, atqui ſi illam digito attigerit vno, oculi ilico
Effodientur, vſque adeo illius ferre poſſum ineptias,
Et magnifica verba, verba dū ſint. Verùm enim ſi ad rē
Conferetur, vapulabit. C. Thais ego iamdudū hîc adſum.

Primus tamen verſus, ſi iam vocem, pones poſt verbum Affuturum, iambicus tetramet. acatalect. eſſe poteſt. Sin autem vt vulgo habetur, legas, trochaicus erit: neceſſe tamen eſt vel l, de Illam abiicere, vt quinto loco ſit anapæſtus, vel potius (quod nunc toties admonuimus, & ſæpius admonebimus) bacchius erit eo loco. Secundus verſus à verbo veniat incipit. quidam verò codices habent Illi, datiuum poſt vocem Vno. atque ita ſit iambicus tetramet. acatalect. vt prior, ad hunc modum,

Veniat, atqui ſi illam digito attigerit vno, illi oculi ilico.

Lector in vtroq; ſequatur quod volet. In tertio Ego ſuperfluit, niſi ponatur ante Vſque adeo. quod durum fuerit. & Illius diſſyllabum, vt aliàs ſæpe Hactenus omnia probè, atque communi adeò & conſueta ratione conſtant. Verùm in ſequentibus duobus penultimæ ſuæ vtriuſque ſyllabæ Lectorem morantur, cum contra rationem huius verſus ſint longæ: atq; ea haud dubiè in cauſa fuere, cur nemo hæc attingere auſus fuerit. Verùm hîc duo ſunt effugia. Alterum, vt dicamus trochaicos σκάζοντας raros quidem illos, at non diuerſa ratione, atque in iambicis fieri ſolent, inſtitutos. Alterum nō minus verum, vt dicamus d, elidi in Ad rem, & in Adſum. nam ſic vocalis natura correpta relinquetur. quæ ratio in multis aliis huic poëtæ inſtituta, hîc aptè locum habet. Lectori liberum eſto iudicium, cui ſi hæc noſtra partitio non placuerit, anſam tamen datam ſciat, vt aliam facilius ipſe perquirat. In Thais etiam s, elidendum cenſeo. Nunc ſex iambici tetrametri catalectici ſequuntur, de quibus iudicium noſtrum ſubiiciemus, ſed ipſorum prius poſito ordine.

O mi Chreme, teipſum expecto ſcin' turbam hanc propter te eſſe
Factam? & adeò ad te attinere hanc omnem rem? C. ad me? qui? quaſi iſtuc.
T. Quia dum tibi ſororem ſtudeo reddere, & reſtituere, hæc
Atq; huiuſmodi ſum multa paſſa. C. vbi ea eſt? T. domi apud me. C. hem: T. quid eſt?
Educta ita vti téque illáque eſt dignum. C. quid ais? T. id quod res eſt.
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretij.

In primo verſu Riuius & Eraſmus Expecto pro Expectabam legendum cenſent. Ego etiam Tu reiiciendam particulam propter carmen exiſtimo, nec exigit ſenſus. In ſecundo dactylus eſt initio, deinde ſpōdeus quinque ſyllabis in duas concluſis, niſi bacchium loco ſecundo ponas. In tertio, Tibi, iambus eſt. In quarto, Domi poſteriore ſyllaba breui non eliſa, ſed d, in Quid tollendum, niſi quis velit eſſe iambicum acatalecticum inter catalecticos reliquos, vt & præcedens, quod non reiecero. In quinto, verbum Eſt, ante Dignum ponendum, & vel s, in Ais elidendum, vel d, in quid.

Vltimus egregiè conſtat. Hactenus vehementer luctati videmur cum non paruis mendarum monſtris: quæ nūc ſequuntur, facilia ſunt, ſed ordine tamen differenda. Proximi nanq; duo verſus ſunt iambici tetrametri acatalectici. Et in priore quidem Thais nō habetur in quibuſdam exemplaribus, nec adeſſe debet. In ſequenti verò Caue, ſecunda ambigua ſyllaba poteſt & trochaicam rationem facere. Tertius haud dubiè trochaicus eſt tetramet. catalect. Niſi quis m literam in Nam elidi nolit. Deinde ſequuntur duo Iambici tetra. catalect. Sed Abi ſecunda ſyllaba correpta, niſi bacchium loco primo cōſtituas. ¶Militem ſecum ad te quantas copias adducere?} Qui deinceps ad finem vſque ſcenæ ſequuntur verſus, omnes ſunt troch. tetra. catal. In primo quidam Miltum pro militem legunt, ſed nihil ad carminis rationem. In ſecundo ter legendum eſt At at at, vt ſit primo loco anapæſtus, non iambus, qui hîc locum non habet, *At at at.* & ſunt verba timentis Chremetis, non Thaidis, vt rectè habet codex Eraſmi, & admonuit etiam Riuius. In quarto s, eliditur in opus, alioqui iambicus fuerit. Præterea Qualem legendum ex Donato, non Quem. In ſexto duo priora minus minus s, amittūt vt ſit trochaicus. poteſt enim ita ſcādi vt ſit iambicus. Septimus verſus, ſiquidē trochai-

cum

*cum eſſe voluerimus, ita legendus, Iſtuc ſcio, ſed tu quod cauere poßis, ſtultum admittere eſt. Vt primo loco ſit ſpondeus, ſecundo anapæſtus, tertio rurſus ſpondeus, quarto tribrachys, & cauere tertiæ ſit coniugationis. Verùm, vt ſuperiore ſcena vnus trochaicus erat inter iambicos verſus γνώμην habens, ita fortaßis hic vnus iambicus eadem ratione inter multos trochaicos, & hæc verò propior fuerit opinio. In nono, ſecunda de Abi corripitur, non eliditur ſequente vocali. Decimum verſum Riuius rectè ex Donati lectione emendat, abiecto verbo Iſthic. In opus etiam s, eliditur. In quinto à fine Tuam monoſyllabum totum eliditur, niſi, quod malim, creticus ſit loco quarto. In vltimo eliditur s, in verbo Opus; aut bacchius eſt loco tertio.*

DONATVS

*HANCINE ego contumeliam.} Hîc rurſus inepti vanitas militis demonſtratur, ad amicam tanquam ad hoſtilem exercitum pergẽtis irritato animo, cõcitato curſu, inclinata chlamyde, trepidi & quatientis caput. Et hæc verba pro hortatu imperatoris accipienda ſunt: quãdoquidem omnia de exercitu transfertur.*

Cõtumelia. *Contumeliam verò propriè, & vt miles. Saluſtius, Ne qua contumelia, &c. ¶Contumeliam in me accipiã Gnatho.} Apparet Gnathonem, & dehortatorẽ eſſe certaminis, & ad pocula militem prouocare: maximè cũ videat perſuaſiſſe iſta conſilia, vt hoc certamen moueretur. ¶Mori me ſatius eſt.} Ridicula præſumptio, tanquã aduerſus meretricem, iurgia nunquam Thraſo ſumere auſus eſſet, niſi morte propoſita. Ergo velut mortis contemptu, opus eſt ad tale prælium. ¶Mori me ſatius.} Tanquam aliter miles aduerſus mulierem audere nõ poſſet, vel quia nihil, vel quia amator. ¶Mori me ſatius eſt.} Quaſi ille ſibi dicat, vel moleſtum eſſe certamen, vel amicam non eſſe lædendam. ¶Tam inſignẽ.}*

Inſigne. *Inſignem, vt miles dixit, quia inſignia armorũ ſunt. ¶Simalio.} Et hoc concitè pronunciandum eſt. ¶Sequimini.} Huiuſmodi militia per tumultũ repentè ſuſcipitur,*

Euocatio. *& dicitur euocatio, vbi dux alloquitur ciues, Qui rem publicã ſaluã vultis, me ſequimini. Vnde Virgilius ſic ait, -deſuetáq; bello Agmina in arma vocat ſubitò, ferrúmque retractat. Ipſe vocat pugnas, ſequitur tum cætera pubes. ¶Primùm ædes expugnabo.} Debet hîc eſſe vociferatio vana ad hoc, & verbum militis cum quodam motu ingenti, & per immanès minas ſine vlla vi rerum. Vanáque comminatio eſt, velle ędes expugnare: cum foris ſit meretrix. ¶Malè multabo.} Vide ordinem belli. Primò expugnatio mœnium, tum recuperatio captarum rerum. demum pœna prædonum.* Belli ordo. *¶Pulchrè.} Poſtquam non obtinuit quod volebat Gnatho, aſſentatur ad omnia, vide autẽ manifeſtam irriſionẽ ex ipſo genere laudandi. nam quid eſt in ædium expugnatione recti? quid in virginis ereptione probitatis? quid in malè multanda muliere, pulchritudinis? Sed hoc eſt quod ait ſuprà de ſeipſo paraſitus, Quicquid dicũt, laudo. ¶In mediũ huc agmen, &c.} Mirè cõpoſita ad contemptũ nomina legionariorũ ſunt. nam Donax ab arundine, veluti ſit inanis & fragilis, nomen ſortitus eſt.* Donax. *¶Simalio.} A ſimo, vel à ſimia deriuatũ eſt, ob fœditatem oris vel naſi.* Simalio. *¶Syriſcus.} Iã diminutiuũ eſt à Syro.* Syriſcus. *¶In mediũ huc.} Ridiculè ſatis, armaturas leues nõ putat aduerſus Thaidẽ idoneas, & ideo agmen cũ vecti vult venire in mediũ. An ideo cũ vecti, quia ad expugnationẽ venitur ædiũ? ¶Tu Simalio in ſiniſtrũ cornu: tu Syriſce in dextrũ.} Hîc agmẽ inſtruitur. Facetũ autem eſt, cũ à rebus magnis res ridiculæ deriuẽtur. ¶Cedò alios.} Non reliquos dixit, ſed alios, quaſi multi ſint.* Alij. *¶Sanga.} Nec ſangarius ſaltem, vt nomen eſſet.* Sanga. *¶Manipulus furum.} Manipulus propriè eſt militis.* Manipulus. *Cum Romani & Latini ſub vno Centurione bellum aggreſſuri deputabantur, ſibi ſertum vel coronam, ex manipulo herbæ vel huiuſmodi conficiebant, quem pro ſigno ſequebantur. Meritò ergo centurionem videns manipulum deſiderauit: hoc eſt*

## ACTVS IIII. SCENA VII.



ARG. ADR. BARL.

INepti militis vanitatem optimè hîc exprimit Terentius, cum furenti ſimilis ad amicam tanquam ad hoſtilem pergit exercitum. ridiculum eſt in primis illud, quod acie inſtructa ad pugnam progreditur. nec multo pòſt Gnathonis conſilio facilè dimittit exercitum.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIc inepti militis vanitas demonſtratur, qui ad amicam, tanquam ad hoſtilem exercitum pergit concito curſu, irritato animo, quatienti capite, furenti ſimilis: aciem inſtruit, ad pugnam progreditur. Gnathonis tamen ſuaſu facilè exercitum dirimit, & verbis contendit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena ridiculum motum dat Thraſo. A ſubiectione exorditur. Nam gradatim ab vno ad aliud deſcendit.

*Tetrametri partim Iambici Acatalectici, partim Trochaici, Catalectici.*

THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

*HAncine ego, vt contumeliam tã inſignem in me accipiam Gnatho?*
*Mori me ſatius eſt. Simalio, Donax, Syriſce, ſequimini.*

Primùm ædeis expugnabo. G. rectè. THR. virginem eripiam. G. probè.

THR. Malè multabo ipſam. G. pulchrè. THR. in medium huc agmen cum vecti, Donax:

Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dextrum.

Cedò alios, vbi centurio eſt Sanga & manipulus furum? S. eccum adeſt.

THR. Quid ignaue? periculón' pugnare qui* iſtuc huc portes, cogitas?

S. Egóne? imperatoris virtutem noueram, & vim militum:

Sine ſanguine hoc fieri non poſſe, qui abſtergerem vulnera.

THR. Vbi alij? S. qui, malùm, alij? ſolus Sannio ſeruat* domum.

THR. Tu hoſce inſtrue: hîc ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo.

G. Illuc eſt ſapere. vt hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco.

THR. Idem hocce Pyrrhus factitauit. CH. *vide tu Thais quam hic rem agit.

Nimirum conſilium illud rectum eſt de occludendis ædibus.

THA. Sanè quòd tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt.

Ne metuas. THR. quid videtur? G. fundā tibi nunc nimis vellem dari,

Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes: facerent fugam.

THR. Sed eccam Thaidem ipſam video. G. quàm mox irruimus? THR. mane.

OMNIA PRIVS *experiri, quàm armis, ſapientem decet.

Quî ſcis an quæ iubeam, ſine vi faciat? G. dij veſtram fidem,

Quāti eſt ſapere! nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.

THR. Thais primum hoc mihi reſponde, cū tibi do iſtam virginem.

Dixtin' mihi hos dies ſoli dare te? THA. quid tum poſtea? THR. rogitas,

Quæ mihi ante oculos amatorem coràm ad-

---

* iſtum
*domi
Paromœon Solus.
*vidén'
Seruat domum.
Seruat domi.
Malū, interiectio.
*conſilio exper.
Poſt principia ſtare.

coquum videns, cōiuias deſiderat: qui apparauerat, quotiens locus affuit, id eſt conuiuium eſt conſtitutum. Alij manipulum furum, coci diſcipulos dici putant. ¶ Eccum adeſt. § Pro ſe, ac pro diſcipulis Sanga. ¶ Quid ignaue. § Apparet coquum ad repentinum ſtrepitū ſic exiſſe, vt ad artem ſuam fuerat expeditus. ¶ Egóne? § Hæc cauſa eſt. ¶ Imperatoris virtutem noueram, & vim militum. § Hoc plus habebit ſalis, ſi ſic intellectum fuerit, vt Sanga vno eodémque tēpore, & quærat quid dicat, ſimúlque reſpondeat, hoc noueram ſine ſanguine fieri non poſſe, ſcilicet ἀπροσδοκήτως. Quid igitur ſi hoc ſciebat? ¶ Qui abſtergerem vulnera. § Quaſi hoc fuerit auxilij genus. Quid hoc eſt? vnde vulnera? quorum vulnera? vtrum vtriuſque partis? An, quod magis ridiculum eſt, ſuorum? ¶ Solus Sannio ſeruat domū. § Hæc figura παρόμοιον dicitur. ¶ Solus Sannio ſeruat domum. § Vt, Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat. ¶ Seruat domi. § Pro remanet vt obſeruet. Nam ſeruat domum, rectum erat: nō ſeruat domi, ſi cuſtodit intelligeretur. Vel ſeruat, pro ſedet: ab eo quod ſequitur, id quod præcedit. nam non ſeruat, niſi qui prius in eo loco ſederit. ¶ Qui, malum. § Malùm per παρένθεσιν ſuauiter infertur. Plautus in Epidico, Quæ, malùm, hæc impudentia eſt? Et non interponitur malum, niſi oculis conuerſis ad eum qui id quod reprehendimus, dixerit. Malum nunc interiectio eſt. ¶ Poſt principia. § Magnificè ad riſum commouendum. nam dicere debuit, poſt vos. Et hunc locum ſibi optimum elegit, vt timidus. ¶ Poſt principia. § Militare dictum eſt. Et ambigunt multi, an in extremo agmine ſit hic locus, an in medio.

¶ Inde omnibus ſignum dabo. § Tanquam nō omnibus dari poſſit, ſi aliūde detur. ¶ Ipſus ſibi cauit loco. § An loco ſimpliciter, quia poſt principia? an loco, in loco, oportunè & εὐκαίρως? Terentius in Adelphis, Pecuniam in loco negligere, interdum maximum eſt lucrum. An pro de loco? ¶ Idē hoc Pyrrh' factitauit. § Irridet quidem Poëta: veruntamen oſtendit officium imperatoris hoc eſſe, ne ſe in periculum proiiciat. Sic Saluſtius, Et in prælijs actu promptus. Et hoc totum quaſi in palliata: ſed conceſſum poëtis fuit. Pyrrhus autem peritiſſimus ſtratagematon fuit: primúſque quemadmodum ea diſciplina per calculos in tabula traderetur, oſtendit. ¶ Nimirum conſilium illud rectum eſt. § Illud rectum eſt. Et noua locutio, & ſuperiori ſimilis, Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malū. pro ſine dubio rectum eſt. ¶ Sanè quod tibi nūc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt, ne metuas. § Figurata locutio, & præterea ὑπέρβατον inter mixtū. nam hic ordo eſt. Sanè hic nebulo eſt, ne metuas. An hic erit ordo & ſenſus, vt ſit dictū, Ne metuas, ſanè qui tibi vir videtur eſſe, hic nebulo magn' eſt. Et rectè: nā obterretur adoleſcens, & ætate militis, quòd iā vir eſt: & magnitudine, quòd magnus corpore: quę vtraq; in illo vana eſſe, meretrix vt experta denuntiat. Nebulo autē, vel inanis, vel vanus, aut mollis, vt eſt nebula, dicitur. Et hoc εἰρωνικῶς dictū eſt. Meretrix fruſtra metuentem corripiēs Chremetem, Sanè, inquit, quòd tibi nunc vir videatur eſſe, & deeſt, Non eſt: vt ſit, Non eſt quòd tibi nūc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Sic & alibi, Si te in platea hac offendero pòſt vnquam, nihil quod dicas mihi, alium quærebam, iter hac

Loco. In loco.
Pyrrhus.
Calculorū ludus.
Nimirum.
Hyperbaton.
Nebulo.

duxti tuum?

THA. Quid cum illo agas? THR. & cum eo clàm ſubduxti te mihi?

THA. Libuit. THR. Pamphilam ergo huc redde, niſi vi mauis eripi.

CH. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas, omnium? G. ah quid ais? tace.

CH. Quid tu tibi vis? THR. ego non tangam meam? CH tuam autem furcifer?

G. Caue ſis: neſcis cui nunc maledicas viro.

CH. non tu hinc abis?

Scin' tu vt tibi res ſeſe habeat? ſi quicquam hodie hîc turbæ cœperis,

Faciam vt huius loci, dieíque, meíque ſemper memineris.

G. Miſeret tui me, qui hunc tantum hominẽ facias inimicum tibi.

CH. Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. G. ain' verò canis?

Sicine agis? THR. quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt?

CH. Scibis: principiò eam eſſe dico liberam. THR. hem. CH. ciuẽ Atticã. THR. hui.

CH. Meam ſororem. THR. os durum. CH. miles, nunc adeò edico tibi,

Ne vim facias vllam in illam. THA. ego eo ad Sophronam

Nutricem, vt eam adducam, & ſigna oſtendam hæc. THR. tún' me prohibeas,

Meam ne tãgam? CH. prohibeo inquam. G. audín' tu? hic furti ſe alligat.

CH. Satis hoc eſt tibi. THR. idem hoc tu ais Thais? THA. quære qui reſpondeat.

THR. Quid nunc agimus: G. * quin redeamus: iam hæc tibi aderit ſupplicans

Vltro. THR. credín'? G. imò certè: noui ingenium mulierum:

Nolunt, vbi velis, vbi nolis, cupiunt vltro. THR. bene putas.

G. Iam dimitto exercitum? THR. vbi vis. G. Sanga, ita vti fortes decet

Milites, domiq; fociq; fac vicisſi vt memineris.

S. Iam dudum eſt animus in patinis. G. frugi es. THR. vos me hac ſequimini.

---

hac habui. periſti. Vt ſit, Nõ eſt quod dicas mihi. ¶ Quid videtur? } Non diceret miles ſi ſtaret in ſententia: ſed iam videtur timore mutatus. ¶ Quid videtur? } Dubitandi eſt quod dictum ſit, Quid videtur? Ego ſanè hoc militem puto dicere, quem paulatim à violentis atque acribus principiis ad terrorẽ deſidiámque perducit timor. Nã primò ipſe præcedit, vtpote qui dicat: Sequimini. Dum denique propius deuẽtum eſt, poſt principia refert pedem. Pòſt iam nihil ipſe audet, ſed quærit conſilium paraſiti. Denique, vbi cominus res gerẽda eſt, dixit Mane, & cõtinet irruentes. Ad poſtremum diffiſus, neſcit quid agat, ad paraſitum ſpectans, Quid agimus, inquit? ¶ Fundam tibi nunc. } Mirè paraſitus hoc ait: vel quia militẽ nolle videt: vel quia audet impugnare, conſilium formidoloſum, & aptũ metuenti dedit, ſubtiliter tamen: nam funda pugnant, qui cominus non poſſunt: & ex occulto, qui non audent palàm. Sed honeſta cauſa, nõ quia timeas inquit, ſed vt fugiant: tanquam niſi hoſtes fugerint, non ſit tutum accedere. ¶ Fundam tibi. } Non dixit haſtam, aut lanceam: ſed ſagittam, fundam, quæ nimium longè iactatur. vt ex hoc interuallo pauorem oſtenderet non audentis accedere. Et mirè tibi, tanquam ipſe paraſitus nec hoc audeat. Sunt autem qui putent hæc à Thaide ad Chremetem dici, ſed malè. non enim conueniunt iſta meretricis dictis ſuperioribus: niſi quia mouet me, quòd ex occulto dicit: quaſi conſtet ei iamdudum videri militem, & ipſum non vidiſſe cum qua pugnaturus ſit. ¶ Vt tu illos. } Meretricem ſcilicet cum ſuis vt alibi, Nos prius introducant. ¶ Facerent fugam. } Deeſt rurſus Vt. ſic, Vt facerent fugam, vel ἀσυνδέτως illatum eſt. ¶ Facerent fugã. } Deſiderat cõiunctionẽ Enim vt ſit, Facerent enim fugam. ¶ Vt cæderes. } Pro cædendo cogeres, vt facerent fugam. ¶ Sed eccã Thaidem ipſam. } Eccam & ipſam, figura ἔμφασις: quaſi eccam principem belli: & ipſam, contra quam pugnaturus eſt. ¶ Quã mox irruimus? } Hoc paraſitus, irridens militem dixit. Et irruere propriè dicuntur, qui cum furore prælium ineunt. ¶ Omnia prius experiri quàm armis, ſapientem decet. } Animaduerte quantã vim habeant ad delectandũ in Comœdiis ſeueræ ſententiæ, cum à ridiculis perſonis proferuntur: quale eſt apud Plautũ, vbi miles ſuã formam admirans, ait, Nimia eſt miſeria, nimis pulchrum eſſe hominem. ¶ Quã armis. } ἀνακόλουθον: pro, quã arma. Aut ἔλλειψις eſt, ſi ſubaudiamus agere. Et mirè non dixit me: ſed, ſapientem. quod magis ridiculum eſt. ¶ An quæ iubeam. } Et mirè, nõ, velim: ſed, iubeam dixit. iubeam pro velim: vt, Iubeo Chremetem. ¶ Dij veſtrã fidem. } Bona ἀναλογία: qui leuiora laudauerat, hic exclamare iam debet. Et hoc eſt quod ſuprà ait, Id rurſum ſi negant, laudo id quoque. Nã negat rurſum malẽ pugnandum eſſe, qui ſuperius retineri nõ poterat, quin in prælium vel moriturus irrueret. ¶ Dij veſtram fidem, Quanti eſt ſapere! nũquam accedo, quin, abs te abeam doctior. } Mirè egit perſonam admirantis per trinam ἀποστροφὴν. ad deos, vt, Dij veſtram fidẽ. ad ſeipſum, Quanti eſt ſapere! ad militẽ, Nunquã accedo, quin abs te abeam doctior. Et ridiculè paraſitus, nunquam accedo ad te, dixit, qui nunquam recedit. ¶ Quin abs te abeam doctior. } Nimis impudens aſſentatio, ſe fieri doctiorem ex militis ſapientia. ¶ Thais primum hoc mihi reſponde. }

Marginal notes: Funda pugnare. Ex occulto pugnare. *quid? redeamus. Vt. Facerent fugam. Eccam ipſam. Irruere. Iubere. Apoſtrophe.

Omiſſa contentione repetendæ virginis. non enim iam puellam, ſed pactum exigit, vt amator. ¶Cum tibi do.} Pro, cum tibi darem. ¶Quid tum poſtea?} Aut dixi, reſpondendum erat, aut, non dixi. Sed vide contumaciam meretricis in contemptionem perſonæ militis interrogantem. interrogare maluit, quàm per inductionem capi. ¶Rogitas?} Contentionis genus interrogatiuę. ¶Quæ mihi ante oculos coràm.} Vtrum ſignificat inepti militis dictum? An ante oculos, minus eſt quàm coram? ¶Ante oculos coram.} Poteſt ante oculos, & longè tamen intelligi: Coram proximitatẽ ſignificat. ¶Quid cum illo agas?} Omnino meretrix non putat illum idoneum, cui reddenda ſit ratio, cuique ſe purget: adeò apud illam amicitiæ eius pertæſum eſt. Nam errant qui dicunt eam ſe velle militi reconciliare. ¶Et cum eo clàm ſubduxti te mihi.} Inuidioſè, & cum eo: nã vt ſuprà legimus, excluſit, Chremem. ¶Subduxti te mihi.} Furtim ſubtraxiſti mihi. Virgil. Et fidum capiti ſubduxerat enſem. ¶Libuit.} Superbum eſt, & meretricium verbum. Sic de Chelidone Cicero ait, Libenter ait ſe facturam. ¶Huc redde.} Idioma eſt, pro contumelia repoſcentis. ſic & in Hecyra, Renumeret dotem huc: eat. ¶Niſi vi mauis eripi.} Vtrum niſi pro non, & ſi: vt ſit, ſi non tibi illam mauis eripi. ¶Tibi illam reddat?} Se primum interponit Chremes, vt adoleſcentulus potuit iam fracto milite. ¶Aut tu illam tangas? omnium.} Ait vtrunque Chremes. nam quia dixit, niſi ſi tibi mauis eripi, ait, Tu illam tangas? & addidit, Omnium, & ἀποσιώπησις ſecũda. ſic autem loqui ſolent plus geſtu, quàm verbis conciti. ¶Tibi illam reddat? aut tu illam tangas?} Magna vis in pronominibus ſignificatio eſt. vt, Cantando tu illum? ¶Quid tu tibi vis?} Rectè. cum Thaide enim loquebatur, non cum hoc. ¶Ego nõ tangam meam?} Bene addidit meam. hinc enim probatur iniuſtè dictum, Tu illam tangas? ¶Tuam autem furcifer?} Incongruè, vt imperitus adoleſcens liberum ſeruilibus conuitiis exagitat. ¶Caue ſis, neſcis cui maledicas nunc viro.} Animaduerte paraſitum neque tacere omnino, ne defuiſſe patrono videatur: neque in aliena cauſa rixam in ſe transferre. ¶Non tu hinc abis? ſcin' tu vt tibi res ſeſe habeat?} Hoc paraſito, illud militi Chremes. ¶Caue ſis.} Quia imperatiua verba, ſunt contumelioſa: addebant veteres, ſis: quod ſignificat ſi vis. ¶Scin' tu?} Non paraſito, ſed militi dicit. ¶Faciã vt huius, loci, dieique, meique ſemper memineris.} Moris eſt magnas eſſe minas hominũ meticuloſorũ, Specta ergo quã acriter timidus cõminetur. ¶Huius loci, dieiq;, meiq;} Loci, in quo læſus. Diei, quo cæſus. Mei, à quo cæſus. ¶Miſeret me tui.} Hîc paraſitus nunc quaſi monitor Chremeti reſpõdet. ¶Qui hunc tantũ hominẽ facias inimicum tibi.} Ne nũc quidẽ paraſitus à militis aſſentatione diſcedit. ¶Diminuã ego caput tuum hodie, niſi abis.} Ruſticius dixit, caput tuũ Diminuã, quàm ſi diceret, diminuã tibi caput. ¶Ain' vero canis?} Hoc verbo impudentibus inimicis conuitium fieri ſolet. nam militare dictum eſt in hoſtem, canis: & apud Homerum pro graui contumelia in aduerſarium dicitur, velut in illo loco, τιμὴν ἀρνύμενοι μενελάῳ σοί τε κυνῶπα. ¶Quis tu hómo es? quid tibi vis?} ἐπιτροχασμὸς figura eſt, vbi multa terribiliter interrogantur: vt, State viri, quæ cauſa viæ, quiue eſtis in armis? Quóue tenetis iter? ¶Scibis.} Non obſequenter, ſed figuratè dicitur ab irato. ¶Principio eam eſſe dico liberam.} Quo tollitur, Tuam videri. ¶Scibis.} Et ſcies & ſcibis dicitur poſt productionem tertiæ coniugationis. ¶Principio.} In tria diuiſit officium defenſionis ſuæ. In aſſertoris, Principio eam eſſe dico liberam. In cognitoris, Ciuem Atticam. In fratris, Meam ſororem. Et bonus eſt ordo, libera, ciuis, nobilis. ¶Ciuem Atticam.} Quo etiam negotium poteſt ei fieri qui ſe pro domino geſsit in ciuem. ¶Hui.} Hui, hem, & cætera huiuſmodi generis ſannæ ſunt aduerſus eos quibus iraſcimur. ¶Meam ſororem.} Quo conſtat præſto eſſe defenſionem puellæ. ¶Os durum.} Quaſi ex omnibus hoc ſit impudentius, quod & ſororem ſuam dicat. ¶Os durum.} Os impudens: vt contrà, mollis frontis dicuntur, qui ſunt reuerentes. ¶Nunc adeò edico tibi.} Vt ſuperbè, quaſi militi, nã edictum Prætoris dicitur & Imperatoris. ¶Miles nunc adeò edico tibi.} Miles contumelioſè dixit. De iis enim eſt officiis, quæ ſuo nomine contumelioſa cenſentur. ſicut in Adelphis. Delibera hoc, dum ego redeo, leno. ¶Ne vim facias vllam in illam.} Seruauit præcepta meretricis: adeò vt meminerit. Si vim faciet, in ius ducito hominem. ¶Ego eo ad Sophronam.} Hoc lentius à Thaide Chremeti. ¶Prohibeo inquam.} Non ſatis exercitatè adoleſcens totidem verbis dictum repetit militis. ¶Audin' tu? hic furti ſe alligat.} Gnatho occaſionem finiendi litigij iamdudum quærit ob deſiderium menſæ & cibi: & ideo quaſi de iure conſilium ſuggerit, hunc reum militis eſſe poſſe, qui paratus eſt alienam rem ſuam dicere, & id in iure profiteri, hoc eſt apud Prætorem. Ergo furti ſe alligat, id eſt reum ſe efficit fraudis. Nam μεταληπτικῶς furtum pro omni fraude, & dolo accipimus & iniuria. ¶Alligat.} Aſtringit, illaqueat, & obnoxium facit. Omne igitur quod fraude fit furtum eſt. Sic Virg. Furta paro belli. id eſt inſidias. &, Dulcia furta, id eſt, adulteria. Omne malum factum. Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Furtũ duobus modis dicitur: Vno, cum omne maleficium generaliter ſignificatur: altero, cum res ſurrepta demonſtratur. Nunc ergo furtum, maleficium eſt. ¶Satis hoc eſt tibi.} Ad repetendam ſcilicet virginem, ſumendámque iniuriæ vindictam. ¶Quære qui reſpondeat.} Et, contempſit interrogantem: & indixit inimicitias profeſſione iracundiæ, cum dixit indignum militem. ¶Idem hoc tu ais.} Id eſt hoc quod Chremes, & tanquam Chremes. Et ipſam circunuenturus interrogat, quod illa intelligens malitioſè ait, Quære qui reſpõdeat. ſatis contumelioſe: illud enim quæritur, quod difficilè reperitur. Ergo non modò indignus es, inquit, cui ego reſpondeam: ſed vix inuenies qui te dignum reſponſo iudicet. ¶Quid nũc agimus?} Vide vt euanuerit actio militis. Primò dixit, Omnia prius experiri quàm armis ſapientem decet. Pòſt, idem hoc tu ais, Thais? Et poſtremò, Quid nunc agimus? Et, Quid nunc agimus, Conſilium quærẽtis eſt. ¶Quid nunc agimus?} Languidi atque defeſſi eſt. ¶Quid nunc agimus?} Vbi eſt illud quod ait, Primùm ædes expugnabo? &c. Sed vani impetus hunc exitum ſemper accipiunt. ¶Quin redeamus.} Quin, modò imò. Non abeamus inquit, ſed redeamus: vt irritos conatus vno verbo oſtenderet. ¶Credín'?} Ex parte cõſentit qui ſic interrogat. ¶Credín'?} Credere, dubitãtis eſt: Certum eſſe, fidentis. ¶Vbi nolis, cupiunt vltro.} Plus intulit ſpei, non reuocando verbum quod expectabatur, hoc eſt volunt: ſed cupiunt. Ergo variauit: non enim intulit, volunt vltro. ¶Bene putas.} Hoc eſt, rectè putas, ſapis, vel intelligis. Virg. multa putans, ſortémque animo miſeratus iniquam. Vel conicis. Vel putas diſputas. Vel putas, cogitas. ¶Iam dimitto exercitum.} Dimitti exercitus dicitur, vel pace facta, vel vexatis hoſtibus. Ridicula ergo magnificẽtia verborum

eſt,

Margin notes (left column): Cum do. — Rogitas? — Ante oculos. — Coràm. — Subducere — Libuit. — Libenter. — Huc redde. — Niſi. — Apoſiopeſis. — Sis. — Diminuere caput. — Canis. — Epitrochaſmos. — Scibis.

Margin notes (right column): Hui. — Hem. — Os durum. — Frontis molles homines. — Edictum. — Vim facere in aliquam — Alligare ſe furti. — Furtum. — Alligare. — Quærere. — Quid nunc agimus? — Quin, pro imò. — Abire. — Credere. — Certum eſſe — Bene. — Putare. — Dimittere exercitum

cum ſint facta deformia.¶ Sanga, vti fortes decet milites, do
mique focique fac viciſsim vt memineris.} Vt mirè in co-
quum, qui focum curat in domo, quia milites hi fortiter pu-
gnant, qui ſunt memores domorum. Vide ergo quàm vtrun-
que comicum. Ad ineundum prælium, réſque bellicas Do-
Domi. nax primus eſt. ad res domeſticas, Sanga qui coquus eſt.¶ Do
Foci. mique, focique.} Domi & foci, genitiui ſunt. Cæcilius, Decora
domi. Plaut. Quanquam domi cupio, operiar tamen.¶ Iam-
dudum animus eſt in patinis.} Hîc aperuit cauſam poëta
Frugi es. cur & inuitus Gnatho iret ad litem, & libens domum re-
Fruges. deat.¶ Frugi es.} Vtilis & neceſſarius. à frugibus, quæ quòd
Fructus. his fruamur, dictæ ſunt. Inde fructus & frumentũ. Frui au-
Frumẽtum tem, eſt veſci, à frumine, quæ eſt ſumma pars gulæ: à qua re,
Frui. etiam his quæ nec cibo nec poculo ſunt, frui dicimur κατα-
Frumen. χρηστικῶς: vt pote rebus venereis, & delectatione odoris, vi-
ſus, auditus, & cæteris.

ADRIA. Hanccine ego contumeliam.} Franciſcus Philelphus in
BARL. epiſtola quapiam ad Iacobum Antiquarium de perſonarũ
nominibus in comœdiis: Thraſo, inquit, audax eſt. Nam θρα-
σὺν audacem eſſe ſignificat. & paulo pòſt: Thraſo igitur non
vt vir fortis, ſed vt audax & temerarius, Thaidis ædes op-
pugnaturus, inſtruit nebulones ſuos, habétque ſermonem cũ
Gnathone, hoc eſt maxillone. Nomen ſanè paraſito conuenī-
ens. Gnathos enim maxillam ſignificat. Eadem ratione dici
à nobis poteſt. Maxillo qui magnas habet maxillas.¶ Sim-
alio.} Idem Simalio, inquit, à Simo deriuatum nomen. Hu-
iuſmodi figura naſi, inter ſpecies pulchritudinis habetur.
Donax. ¶ Donax.} Non Dorax, vt in vulgatis codicibus habetur, ſed
Donax legendum cenſet Philelphus. Eſt autem Donax, in-
quit, arũdo illa fragilis, & inanis, qua piſcamur appenſo ha-
Dorax. mo. Aut igitur Donax, inquit, vt homo fragilis inducitur et
inanis, aut potius, vt piſcator, ita à Donace hoc eſt, ab arũdi
ne illa appellatus. Quòd ſi Dorax à poëta inductus eſſet, de-
ſcẽderet à Doris, quod prima ſyllaba correpta, cultrũ ſignifi
cat coquinariũ, quo pecudes & cętera huiuſmodi animalia
decoriãtur.¶ Primũ ędes expugnabo.} Cũ vociferatione hoc
dicitur à milite. & optimè ſeruauit ordinẽ belli Terent. Pri
mum enim vrbis mœnia expugnantur, res deinde captæ re-
cuperantur, ad poſtremum prædones trucidantur.¶ Rectè,
probè, pulchrè.} Ex ipſo laudandi genere manifeſta eſt irri-
ſio. Nam in domus expugnatione quæſo quid rectum? in vir
ginis ereptione quid probitatis? in malè multata muliere,
quid pulchritudinis? Et hîc eſt, quod de ſe ipſo ait Gnatho,
Vectis. quicquid dicunt, laudo.¶ Cum vecti Donax.} Vectis in au-
ferendi caſu, vecte vel vecti faciens, inſtrumentum ſignifi-
Syriſcus. cat ad aliquid euertẽdum.¶ Tu Syriſce in dexterum.} Phi-
lelphus in epiſtola, quam dixi: Syriſcus inquit nomen eſt di-
minutiuum à Syro. Nam Syrorum genus ſeruile eſt.¶ Vbi
centurio eſt Sanga & manipulus furum?} Idem in eadem
epiſtola. Sangam dicit coquum eſſe ita nominatum à San-
gario flumine Phrygiæ. Nam & Phryges ſeruiles ſunt. Et
Fur. quia coquus erat, tanquam aliis honoratiorem, vocat eum
centurionem. Itaque rectè ſubdit, interrogans vbi ſit mani-
pulus furum, hoc eſt, ſeruorum. Nam fur non ſolùm eum ſi-
gnificat, qui clàm & per inſidias aliena ſurripit, verum e-
tiam ſeruum. Vnde Virg. Quid domini facient, audent cum
talia fures?¶ Vbi centurio Sanga & manipulus furũ?} Au-
thore Vegetio de re militari. lib. II. Antiquitus cohortes in
centurias diuidebantur. Rurſus ipſæ centuriæ, quæ à nume
ro centenario dictæ ſunt, in contubernia ſecabantur, vt mi-
litibus decem vnus quaſi ſupereſſet decanus, qui contuber
nij caput nominaretur. Contubernium autem manipulus Manipulus
vocabatur, ab eo, quòd coniunctis manibus pariter dimica- Peniculus.
bant.¶ Quid ignaue peniculó ne pugnare?} Omne id quo ad
aliquid mundandum eluendúmque vtimur, penicillum ſi-
ue peniculum vocamus, præſertim ſi ex ſpongia ſit factum,
Hîc Donatus adnotat coquum ad repentinum ſic exiſſe ſtre
pitum, vt ad artem ſuam expeditus fuerat.¶ Qui, malum,
alij.} Hîc malum interiectionis vim obtinet. Veteres cum Malum, in-
arguere quempiam aut caſtigare vellent, ita ſunt vſi. Vnde teriectio.
& Lactantius, Quæ, malum, vanitas? Item ſi ſic loquamur:
Quæ, malum, iſta tua dicacitas? quæ, malum, hæc impuden-
tia.¶ Solus ſannio ſeruat domum.} Sanniones olim diceban
tur, qui aſpectu, moribus, & geſtibus fatui eſſent. Fatuum Sannio.
Thraſo domi reliquerat, cordatiores eduxerat.¶ Hîc ero poſt
principia.} Sumptum eſt à bellis, in quibus ſummum pericu Principia.
lum eſt iis, qui ſtant in prima acie. Erat autem hic locus ti-
mido conueniens, id quod ridẽs Gnatho: Illuc, inquit, eſt ſa-
pere, &c. Vege. lib. II. de re militari. dicit principes in acie
milites propriè appellari principia.¶ Idem hoc Pyrrhus fa- Pyrrhus.
ctitauit.} Pyrrho Annibal Pœnus inter imperatores ſecun
das dedit, quòd caſtra metari primus docuerit. Ad hoc ne-
mo elegantius loca ceperit, præſidia diſpoſuerit. Hinc Teren
tius, Idem hoc, ait, Pyrrhus factitauit. Ridetur quidẽ Thra-
ſo, ſed interim, vt vult Donatus, poëta oſtendit officium im-
peratoris eſſe, ne ſe temere in periculum iniiciat. Per contra-
rium Pyrrhus non ita fecit vt timidus hic nebulo, in caſtris
metandis peritiſſimus erat. Vir ille tamen ad pugnam, præ-
miſſis militibus, nõ ſemper in caſtris timidus latuit, qui Ro
manos vicerit exercitus, qui cum potẽtiſſimis regibus bella
geſſerit, qui in acie vulnera acceperit, qui nouiſſimè dum
Antigonum in vrbe clauſum expugnare conatur, inter con-
fertiſſimos violentiſſimè dimicans, ſaxo de muro iactato oc-
cubuerit.¶ Hic nebulo Magnus eſt.} Nebulones mendaces
dicuntur, & vani vt nebula. Thais hoc loco ſæuas & glorio- Nebulo.
ſas Thraſonis minas pro nihilo ducit, magnum nebulonem
appellans. Et ſanè huiuſmodi minæ & inanes clamores, Thria.
Thriorum ſtrepitui ſimiles ſunt. Dicũtur autem Thria Gręc
cis ficulna folia, quæ incenſa minacem quendam edere ſtre-
pitum conſueuerunt, & formidandum iis qui antea non au-
dierint, alioqui inanem & contemnendum. Vide parœmio-
graphum Chiliade prima in adagio, Complurium Thriorum
ego ſtrepitum audiui.¶ Fundam tibi nunc vellem dari.}
Funda inſtrumentum è funiculo factum, quo fundũtur, hoc Funda.
eſt, iactãtur lapides. Hinc funditores nominati, qui magnis Funditor.
dimicant fundis.¶ Procul hinc ex occul. cæde.} Ex hoc inter-
uallo pauorem oſtendit, non audentis accedere, & militum
timiditatem ludit.¶ Quàm mox irruimus?} Vt irridetur ſto-
lidus miles. Eſt autem irruere, cum furore prælium inire.
¶ Omnia prius experiri, Quàm armis ſapientem decet.} Ita Anacolu-
ſi legas, Anacoluthon eſt. quod fit, cum ab ea quæ ponitur thon.
in protaſi, diſsidet vox quæ adhibetur in Apodoſi. Anaco-
luthon armis pro arma. Nec minus in illo Terentij. Nos om-
nes quibus eſt alicunde obiectus labor, omne quod interea
tempus, nuſquam id reſcitum eſt, lucro eſt.¶ Dij veſtram fi-
dem.} Hoc eſt quod dixerat: id rurſum ſi negant, nego.¶ Nũ-
quam accedo, quin abs te abeam doctior.} Nimis impuden-
ter aſſentatur, cum dicit ſe fieri doctiorem ex eius congreſſu,
& colloquio, qui ne micã quidem ſalis habeat.¶ Mihi ante
oculos amatorem adduxiſti.} Expoſtulatio ex ſuſpicione eſt,

BIBLIOTHÈQUE CHATEAUROUX

quia Chremetem adductum in conuiuium, riualem ſuum Phædriam eſſe putauerat. ¶Libuit.} Superbum audis & verbum meretricium. ¶Tu eam tangas omnium?} Apoſiopeſis. Tale eſt illud in Andria Simonis ad filium. Quid ais omnium? Et nunc primùm ſe admiſcet Chremes vt adoleſcentior, fractum videns militem. ¶Tuam autem furcifer?}

*Furcifer.*

Plutarchus in vita Coriolani, oſtendens furcifer quis dicatur: Maxima vero, inquit, hæc peccanti ſeruo inferebatur pœna, vt is plauſtri lignum, cui temo affigitur, ſpectãte vicinia, ferens circumageretur. Quod vbi factum erat, infidus à domeſticis & vicinis exiſtimatus, furcifer appellabatur. ¶Si quicquam hodie hîc turbæ cœperis.} Sunt qui legant feceris & placet magis hæc lectio. Nam turbam cœpi, quis Latinorum dicit? niſi ſubaudias, facere: vt ſit, Si quid turbæ cœperis facere. ¶Os durum.} Frontem pudori ſacram habuit antiquitas, & faciem item. Vnde effrõtes, inuerecundi: & qua fronte audebis hæc facere? quo ore obiurgabis filium? & os impudens, os durum, os ferreum, cum impudẽtiam ſignificamus.

*Frons pudori ſacra.*

*Os durum.*

Donatus contrà dicit mollioris dici frontis, qui ſont reuerẽtes. ¶Ego eo ad Sophronam nutricem &c.} Summiſſius hæc dicuntur, vt Thais audiat, non Thraſo. ¶Hic furti ſe alligat.} Idem illud furti ſe obligat, vel obſtringit.

*Furti ſe obſtringere.*

Gellius Noctium Atticarum libro ſeptimo: Quod cui ſeruandum datum eſt, ſi id vſus eſt, ſiue quod vtendum acceperit, ad aliam rem atque accepit vſus eſt, furti ſe obligauit. Idem: Qui alienum tacens lucri faciendi cauſa ſuſtulit, furti obſtringitur, hoc eſt, furtum facit, vel cõmittit. Donatus furtum pro maleficio dictum annotauit. ¶Quære qui tibi reſpondeat.}

*Quære qui tibi reſpondeat.*

Satis dictum contumelioſè, hunc enim habet ſenſum. Non modò indignus es, cui ego reſpondeam, ſed vix inuenies, qui te dignum reſponſo iudicet. ita Donatus interpretatur. ¶Iam dimitto exercitum?} Quàm diuerſum hoc à præcedentibus! Vbi nunc magnifica illa verba, primùm ædes expugnabo, virginem eripiam, maléq; mulctabo ipſam? Nec dimitti ſolẽt exercitus, niſi aut pace compoſita, aut vexatis hoſtibus. Sed vani impetus huiuſmodi exitum ſemper accipiunt. ¶Iamdudum animus eſt in patinis.} Vide quàm ſui habeat ſimilem exercitum miles. Donax in re domeſtica primus, Sanga cocus eſt. Si non alios paucis antè annis apud Ticinum habuiſſet bellatores Cæſar Carolus, non tanta gloria, Gallorum viciſſet ac profligaſſet exercitũ. Ex qua victoria tamen homines quidam dicaculi, & malè de rebus iudicantes, luſori eum aſſimulant, quod multa bene iecerit, ſed cadentibus vti neſcierit, quòd gratis captiuos, quòd ipſum quoque regem ad ſe in Hiſpanias adductum, acceptis ab eo filiis obſidibus dimiſerit, quòd accīſis Gallorum rebus, regni fines nõ occeperit inuadere, ferróque & igni vaſtare omnia.

*Impudens Barlandi mendaciũ.*

Hoc ego exemplum haud vulgaris clementiæ & liberalitatis in Cæſare noſtro eſſe puto. Maximos hic tum reges tum duces imitatus eſt, Scipionem qui Hiſpanos captiuos ſine pretio, & Maſiniſſæ nepotem dimiſit donatum magnificentiſſimè. Ptolemæum regem imitatus eſt qui fugato Demetrio, quos bello ceperat Demetrij amicos, vnà cum eius ſupellectile nulla interpoſita mora, domum remiſit, miſſis qui dicerent de imperio & gloria magnis viris certandum eſſe. Pyrrhũ Epirotarum regem eſt imitatus, qui abſque pretio captiuos Romanis reddidit. Hæc animi altitudo tantopere laudata philoſophis, magnos diuis ſimillimos reddit principes. ¶Focique fac viciſſim vt memineris.} Para nobis lautum aliquod conuiuium.

LATOMVS.

Argumentum. Miles ridiculè oppugnat domum Thaidis. ¶Rectè, probè, pulchrè.} Attende ironicam adſentationem ex ipſo verborum genere. ¶Manipulus.} Hoc commodè quaſi in cunctantes. ¶Imperatoris virtutem.} Salsè & irriſoriè reſponſum. ¶Illuc eſt ſapere.} Hoc ad ſpectatores, indicans militis timiditatem, ſed audit miles, & exemplo defendit. ¶Fundam tibi.} Attende Gnathonis vrbanitatem in ludendo milite. ¶Omnia prius.} Sententia ad palliandam timiditatem. ¶Quid tamen poſtea.} Superba & apta meretrici reſponſio. ¶Omnium.} Apoſiopeſis maledicentis. ¶Canis?} Aptum conuitium in maledicum.

*Canis.*

¶Os durum.} Id eſt, hominem impudentem, iuxta prouerbium, pudor in oculis. Et eſt inſimulatio vanitatis. ¶Audin' tu?} Et hoc irriſoriè in militem. ¶Quære qui.} Contumacia meretricis. ¶Nolunt vbi.} Scitè expreſſum muliebre ingenium. ¶Exercitum.} Magnificè ad riſum. ¶Animus eſt in patinis.} Alludit ad prouerbium animus eſt in coriis.

PETRVS MARSVS.

Hanccine ego &c.} Inanem oſtentationem militis glorioſi, & verba ſeſquipedalia, & ante periculum audaciam, & in ipſa re timiditatem, necnon mores Gnathonicos, ac meretricis vehementiam, hæc ſcena exprimit. Ariſto. lib. IIII. Moralium, ſic ait: Audaces quidem fortes ſunt ante ipſa pericula, & volunt ea: ſed cum in ipſis ſunt, tergiuerſantur, Fortes autem in ipſis quidem periculis feruidi ſunt, antea verò quieti. ¶Donax, Syriſce &c.} Donax Latinè dicitur fiſtula, calamus, arundo, tibia: & donachium, dicitur arundinetum: & donachodes, arundinoſus.

*Donax.*

Quin abſtergêrem vulnera.} Nos, Qui abſtergêrem. Sic Priſ. nec aliter verſus, vt nihil de ſenſu dicam, qui idem expoſcit. Eſt autem verbum abſtergerem in hoc verſu coniugationis ſecundæ: eſt enim Quaternarius Iamb. qui ſtare non poteſt, niſi penultima verbi huius producatur: vt adnotauit Priſc. Apud Quint. Curtium quoque lib. IX. abſtergeri in ſecunda reperitur: vt & extergeri apud Marcum Varronem lib. III. de re ruſtica.

*RIVII caſtigatio.*

*Abſtergeo.*

¶Solus Sannio ſeruat domum.} Hæc lectio eſt in omnibus fermè exemplaribus, & impreſſis & calamo deſcriptis. Cæterùm Donatus legit, Solus Sannio ſeruat domi. Eius verba ſunt: Seruat, pro remanet vt obſeruet. Nam ſeruat domum rectum erat: non, ſeruat domi, ſi cuſtodit intelligeretur. Vel ſeruat, pro ſedet, ab eo quod ſequitur id quod præcedit. nam non ſeruat, niſi qui prius in eo loco ſederit. Hæc Donatus. vnde colligitur, ſeruat domi, legendũ hîc eſſe. Quanquam & alterum illud probo, vt ſit pro eo poſitum, quod eſt, cuſtodit domũ: quomodo Apuleius VI. Met. Ante ipſum, inquit, limen & atria Proſerpinæ ſemper excubãs, ſeruat vacuam Ditis domum. Rectius eſſe puto, quod legit Dona. ſed à ſciolis inſolentia ſermonis offenſis deprauatum apparet. ¶Vt hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco.} In antiquis erat: Ipſus ſibi cauit loco: quæ verior lectio eſt, adſtipulãte præſertim Donato. Fuit apud vetuſtiſſimos quoſque magis in vſu ipſus quàm ipſe, vt teſtatur Quintus Palæmon, vbi de pronomine agit: & Priſcia. libro decimotertio.

*Ipſus, pro Ipſe.*

Ita in Andria: Ipſus mihi Dauos, qui intumus eſt eorum cõſiliis, dixit. Et alibi: Ipſus eſt, inquit. ¶Idem hoc Pyrrhus factitauit.} Nos, idem hoc iam Pyrrhus &c. quo modo manuſcriptum volumen, & de impreſſis Lugdunenſe. Nec aliter ſanè Dõn. Romæ, & alter item Venetiis excuſus: vt omittã quod idem Octonarius expoſcit. niſi nulla colliſione vti vo-

les

*les.[ Sanè quòd tibi nunc vir videatur eſſe.} Cætera exemplaria ſic ferè habent: Sanè qui tibi nunc vir videtur eſſe, hic nebulo magnus eſt. In Veneto, Lugdunenſi, & pleriſque aliis deeſt verbum eſſe. Sed prior lectio, ni fallor, verior eſt, quantum ex Donato conijcere licet: qui adnotauit figuratā eſſe locutionem, & præterea* ἀπροσδόκητον *intermixtum. Idem: Meretrix, inquit, fruſtra metuentem corripiens Chremetem: Sanè, inquit, quòd tibi nunc vir videatur eſſe. & deeſt, non eſt, vt ſit: Non eſt quòd tibi nunc vir videatur eſſe: hic nebulo magnus eſt. Sic & alibi: Si in platea hac te offendero pòſt vnquam, nihil eſt quòd dicas mihi, alium quærebam, iter hàc habui, periſti. vt ſit, Non eſt quòd dicas mihi. Hæc Donatus. [ Omnia prius experiri, quàm armis ſapientem decet.} Sic habet vera lectio: quam & interpres agnoſcit, cuius verba ſunt: Quàm armis,* ἀναχόλουθον *pro quàm arma: aut* ἔλλειψις *eſt, ſi ſubaudiamus agere. Hæc ille. Perperam igitur à quibuſdam adiectum eſt, verbis: quod Venetus codex habet. ab aliis conſilio. quomodo citat aſtipulante exemplari Haſſenſteniano, Non. Marcellus: niſi quis Aldo erratum adſcribere malit, qui eam vocem de ſuo adiecerit. quod & aliàs facere libenter ſolet, præſertim obſequundante ſenſu, vt hoc loco. Videbatur enim ſimile illi, quod apud Libanium ait Menelaus:* πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ὅπηπερ δῆ ἀνθρωπινώτερον δήπουθεν. *[ Diminuam ego tibi caput.} Inoleuit hæc lectio incuria magis typographorum, quàm inſcitia cuiuſquā. Nos ex antiquis: Diminuam ego caput tuum hodie niſi abis. Eodem modo Dona. quod ex hiſce verbis eiuſdē liquet. Ruſticius, inquit, dixit, caput tuum diminuam, quàm ſi dicat diminuam tibi caput. Plautus vtroque vſus eſt. Nam in Rudente: Si præter hæc verbum faxis hodie, inquit, ego tibi comminuam caput. Idem in Amph. Hac tegula tuum diminuā caput, vt cum dētibus linguam excrees. [ Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam.} In hoc Trochaico integrum deſiderari pedem, quis tam* ἄμουσος, *quin ſtatim ſentiat? Legendum igitur ad hunc modum ex veterum codicum obſeruatione: Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego ad Sophronam eo. Sunt qui hæc poſtrema Thaidis eſſe verba putarint, & propterea per haſce literas, TH. notarint loquentis perſonam, ſed errarunt. Sunt enim Chremetis verba: quod ex Donato liquet, aſtipulātibus antiquis exemplaribus, idem etiam expoſcente ratione metri. Donat. hoc loco: Ego ad Sophronam eo, hoc, inquit, lentius dixit ad Thaidem Chremes. Ita ille, vt exemplar habet Venetum, Argentoratenſe, Moguntinum. In Romano deprauatus eſt hic locus. Iā verò nutricem à Chremete fuiſſe, non à Thaide adducēdam quis non videt? Id quod Chremes facit actu. V. ſce. III. Vnde Thais poſtea: Iam frater ipſe hîc aderit virginis. Nutricem accerſitum iit, Porrò verſus ab hoc tertius ſic legēdus eſt:*

*Satin' hoc eſt tibi? THR. Idem hoc tu ais Thais? TH. quare qui reſpondeat.*

*Sic manu ſcriptum: nec aliter metri ratio. Omiſſum eſt in recentioribus quibuſdam nomen Thais, & inuerſus nonnihil verborum ordo. [ Sanga, vti fortes decet.} Lege: Sanga, ita vti fortes decet, quo modo eſt in manu ſcriptis omnibus, & in impreſſis quibuſdam. Nec aliter editiones Donati. Et præterea magis Terentianum. Amat enim comicus noſter hæc duo coniungere, ita, vti. Exempla paſſim obuia.*

*Diminuere caput.*

DOLETI OBSERVATIO.

*Contumeliā accipere.*

*Hanccine ego vt cōtumeliam tam inſignem accipiam?} Sic loquitur Cicero in Verr. Act. IIII. Hoſtis eſſet tanta contumelia accepta, niſi tecum colluſiſſet, & tuæ potius exiſtimationi ſeruiſſet, quàm ſuæ. Itaque actiuè dicimus contumeliam alicui imponere, vel intorquere: & accipere dicitur qui cōtumelia vexatur. [ Malè mulctabo ipſam.} Mulctare generaliter eſt condemnare, pœna afficere, vel lædere, & opprimere. Quod ſæpius cū ablatiuo iūctum reperias, quàm cum genitiuo. Cicero in Verr. Act. III. Qui iuratus apud vos dixit, multos ciues Romanos in Latumiis iſtius imperio crudeliſſimè per vim morte eſſe mulctatos. Idem poſt Redit. Quòd ſi mihi æternā eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer: morte me ipſe potius, quàm ſempiterno dolore mulctaſſem. [ Vbi eſt manipulus furum?} Id eſt, reliqua ſeruorū cohors. Manipulus autem verbum eſt militare. Et hîc fures pro ſeruis accipit: quemadmodum apud Virgilium: Quid domini faciant: audent cum talia fures? [ Hîc ego ero poſt principia.} Principium eſt initium, primordium, vel prœmium. Quod nomen modò ad numerum, modò ad tempus, modò ad fundamentum refertur. Extra verò vulgatem ſignificatioñem ponunt Latini principia pro loco in caſtris, à principibus militibus ſic appellato. Inde poſt principia eſſe: id eſt, in tuto, citráque periculum. Sumptū à bellis, in quibus tutiſſimus locus eſt poſt principia: ſiquidem in prima acie ſtabant haſtati: in ſecunda principes, hos ſequebantur ſcutati omnes, maximè inſignes armis. Poſt hos triarij: quemadmodum indicat Tit. Liui. Decadis primæ lib. VIII. Itaq; nullus in acie locus tutior erat, quàm poſt principia. Et eam ob rem dicit Terentius: Tu hoſce inſtrue: hîc ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo. Erat autem hic locus timido nebuloni conueniens. Id quod ridens Gnatho: iſtud, inquit, eſt ſapere: vt hoſce inſtruxit, ipſe ſibi cauit loco. Tit. Liui⁹ ab Vrb. condita lib. II. Quia à tergo erāt cliui, in eos poſt principia, integris ordinibus tutus receptus fuit. [ Facerent fugam.} Fugam facimus, cum alios fugamus. Facimus etiam fugam, cùm fugimus. De quibus vide exempla in I. Tomo noſtrorū Commenta. linguæ Latinæ. [ Hic furti ſe alligat.} Alligare propriè eſt ad aliquid ligare: vt, alligare vitem palis, vel ad palos. Vnde iocus ille Ciceronis: Quis alligauit fratrem meū enſi? Propria eſt igitur ea alligandi ſignificatio: qua & dici poteſt caput, vulnus, vel membrum aliquod corporis læſum alligari, poſtquam curatum eſt. Cicer. in Verr. Act. VII. Producuntur, & ad palum alligantur. Idem de Diuinat. Alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. Longè plura ſunt, & venuſtiora tranſlata huius verbi exempla: vt, alligare ſe furti: alligare ſe ſcelere: alligare ſe ſtipulatione. Tu exempla vide in Secundo Tomo noſtro.*

*Mulctare.*

*Fures, prō ſeruis.*

*Principia ꝑ pro loco in caſtris.*

*Poſt principia eſſe.*

*Fugam facere.*

*Alligare.*

GLAREANVS.

*Huius ſcenæ verſus omnes ſunt tetrametri. Sed primi XVIII. iambici acatalectici, ſequētes deinde omnes trochaici catalectici. quanquam in his poſterioribus quidam ita ambigui, vt etiam iambici acatalectici videri queant: quod in tranſcurſu obiter dicemus. In ſecundo igitur verſu ait Eraſmus elidi s, in verbo Satius, quod non puto neceſſe. Primo enim loco iambus eſt, ſecundo dactylus, tertio rurſus iambus, quarto rurſus dactylus, quinto anapæſtus. In ſeptimo verſu idem ait d, elidi in Quid, quod placet. Sed & vel s, elidendum cenſeo in Iſtuc, niſi iſtum legamus, vt idem annotauit, vel bacchius eſt loco quinto. denique Periculōn' legēdum, non Periculóne, & Qui abſtergerem, non Quin. meminit & Priſci. lib. IX. de præterito ſecundæ coniugationis.*

In.x.uerſu Donatus Domi legit, quod vulgo Domũ. Verùm hoc nihil ad carminis rationem. In XI. vel s, eliditur in verbo Omnibus, vel creticus eſt loco ſexto. In XIII. pro Hocce Riuius Hoc iam legit, & præcedente verſu Ipſus pro Ipſe. Ita etiam codices mei vetuſti habent, quãquam id nihil ad carmen. In XVI. vel eliditur s, in Nimis, vel creticus eſt loco ſexto. [Omnia prius experiri, quàm armis, ſapiẽtem decet.] Hic incipiunt trochaici Quorum primus, trochæum loco primo, ſecundo verò tribrachyn habet. Quintus, vel creticum habet loco ſecundo, Mihi monoſyllabo toto eliſo, aut poſtea diſyllabum fuerit, & tribrachyn ante vltimam habet ſyllabam. In ſexto verſu, initio trochæus eſt, & Mihi diſyllabũ. Ita ſeptimus verſus, initio trochæũ habet Quid cũ, & m, non eliditur. & Cum illo, bis in antiquo legitur codice, non, Cum eo, ídque requirit carmen, vt quarto loco ſit ſpõdeus, niſi quis rurſus m, non elidat, & quarto loco anapæſtum eſſe contendat. Iambus enim illic locum non habet. Nonus vt iacet, iambum trochæúmque impeditos habet: ſed vt fiat trochaicus quemadmodum cæteri, primo loco bacchium conſtituamus, ſecundo trochæum, tertio creticum. Idem iudicium eſt de ſequente verſu iambico, qui trochaicus eſſe poterit, ſi vel Meam monoſyllabum fecerimus, Tuam verò diſyllabum, vel amphibrachyn loco quinto conſtituamus. In vndecimo Caue, in duodecimo Tibi vel iambi vel pyrrhichij idem diſcriminis facient, quanquam in duodecimo quidam libri Seſe geminatum legunt, vt ſine dubio ſic ſit iambicus. quod mihi non probatur. In decimotertio Huius, in decimoquarto Tui vel monoſyllaba, vel diſyllaba, rurſus idẽ diſcriminis iambici trochaicíque facient. In decimoquinto malim verbum Ego, ſecunda breui, vt ſit trochaicũ. Decimuſſextus & ipſe ambiguus eſt. Si enim Tu homo es, anapæſtus fuerit, & Rei monoſyllabum, erit trochaicus. Sin tu homo es, iambus, & Rei diſyllabum, iambicus acatalecti. erit. Eraſmus ait creticos videri. In decimoſeptimo Eam, in decimooctauo Meam idem diſcrimen fecerit, quanquam in XVII. loco tertio, in XVIII. loco primo amphibrachys eſſe poterit. Decimuſnonus haud dubiè trochaicus eſt. Atque ita etiam Eraſmus iudicauit. Riuius vt hunc verſum in numerum poſuerit, haud equidem intelligo. Ego Sophronam primam longam puto, & hoc in carmine, & Actus V. ſcena. I. in Phormione bis. Item Eo ante Sophronam legendum, ſecus atque exiſtimauit Riuius, vt ſit primo loco ſpondeus, ſecundo anapæſtus, tertio trochæus, quarto ſpondeus, quinto trochæus, ſexto anapæſtus, dein trochæus & ſyllaba. Viceſimus & ipſe haud dubiè trochaicus eſt: Ita viceſimuſprimus, ſi vel Meam monoſyllabum fuerit, vel amphibrachys loco primo, Sin diſyllabum, iambicus fuerit. Viceſimuſſecundus ad idẽ habet, Ais vel monoſyllabum pro trochaico, vel diſyllabum pro iambico: quanquam ſi iambicum facere velimus, Tu corripiendum, non elidendum erit, & Thais vocatiuus nequaquam omittendus eſt. Sed malim, vel Ais monoſyllabum facere, vel creticum loco tertio, vt fiat trochaicus, quemadmodum omnes ſequentes haud dubiè ſunt trochaici. In vltimo tamen verſu, verbum Eſt legendum poſt animus, vt poſt primum ſpondeum ſit tribrachys. Atque ita veteres codices omnes habent.

Sophrona.

DONAT.

PErgin' ſceleſta mecum perplexè loqui?] Nũc demũ virgo vitiata eſſe cognoſcitur à Thaide opportunè, poſtquam magnopere & defenſa eſt, & retenta. Nam ſtatim conſequentur nuptiæ eius, & Chæreę, qui illam vitiauit. [Perplexè loqui.] Ideo perplexè, quia ſtatuerat crimẽ virginis celare. [Scio, neſcio, abiit, audiui.] Mirè ex dictis omnibus pauca decerpit, & oſtendit quid perplexè dixerit: & ſtomachũ ſæuientis expreſſit. [Scio.] Flere puellam. [Neſcio.] Vitiatam. [Abiit.] Eunuchus. [Audiui.] Domi hoc admiſſum. [Ego non affui.] Cum hæc fierẽt. Acriter iratorum eſt, ea repetere quæ proximè dixerint quibus iraſcuntur. vt, En ego victa ſitu, veríque effœta ſenectus [Nõ tu iſtuc &c.] Non eſt hîc interrogatio. [Virgo cõſciſſa veſte lachrymans obticet.] Hæc omnia rixã eſſe ſignificauerant. [Virgo obticet.] Tacemus cõſilia. vt, Nec tacui demẽs. Reticemus dolores: vt, Ne vere, ne retice. Obticemus quorũ nos pudet: vt in Phormione, Heu quidnã obtices? [Eunuchus: abiit.] Nõ Chærea, ſed Eunuchus: non fugit, ſed abiit, dixit. [Quamobrẽ? quid &c.] Hęc ἀσιώδητα inſtantis dominæ vultũ habitúmq; demonſtrãt. [Quis fuit igitur?] Hæc cunctatiuè pronuntianda ſunt: aut quia inuita indicat: aut dubitat de nomine ignoti: aut trepidat per timorẽ: aut vt non videatur affuiſſe, cũ fuerit factũ: aut quia nõ libẽter dicat eius nomẽ, cui iraſcitur. Sed ego agnoſco ancillarum cõſuetudinem, quæ obliuioſæ ſunt. [Iſte ephebus.] Ephebus nomen, ad ætatem retulit, non ad facinus cõmiſſum. [Ephebus.] Citò oſtendit, cur iſte Eunuchus creditur. [Quid ais venefica?] Redit rurſũ ad iracundiam. aptum conuitium & comicum in ancillas, venefica, lupa, vipera, & ſacrilega, &c. [Quid is obſecro ad nos?] Nõ rogantis eſt Obſecro, ſed dolentis. [Niſi amaſſe credo Pamphilam.] Deeſt quòd: vt ſit, niſi quòd. [Num id lachrymat virgo?] Vt ſuprà, id vero ſerio triũphat: pro ob id. [Id opinor.] Callidè Pythias opinor dixit, cum ſciat. [Quid ais ſacrilega?

Perplexè loqui.

Tacere.
Reticere.
Obticere.

Ephebus.

Obſecro.
Niſi credo.

Id.

## ACTVS V. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

EX Pythia ancilla Thais, à Chærea vitiatã cognoſcit Pamphilam.

ARG. PAVL. MALL.

HIc demum virgo à Chærea vitiata eſſe cognoſcitur, & id quidem opportunè, poſtquam cõtra militem defenſa eſt, ac retenta, vnde ſtatim ſequẽtur nuptiæ eius & Chæreæ, qui illam vitiauit. Is in fine ſcenæ vt hæc tractentur, interuenit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena deſtomachatur Thais in ancillam, quòd non apertè, quid domi ſe abſente factum ſit, narret.

*Senarij.*

THAIS, PYTHIAS.

PErgin' ſceleſta mecum perplexè loqui?
Scio, neſcio: abiit: audiui: ego nõ adfui.
Non tu iſtuc mihi dictura apertè es quicquid eſt?
Virgo conſciſſa veſte lachrymans obticet.
Eunuchus abiit: quamobrem? quid factum eſt? taces?
P. Quid tibi ego dicam miſera? illum eunuchum negant
Fuiſſe. T. quis fuit igitur? P. iſte Chærea.
T. Qui Chærea? P. iſte ephebus frater Phædriæ.
T. Quid ais venefica? P. atqui certò comperi.
T. Quid is obſecro ad nos? aut quamobrem adductus eſt? P. neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilam. T. hem miſera óccidi.
Infelix, ſi quidem tu iſtæc vera prædicas.
Num id lachrymat virgo? P. id opinor. T. quid ais ſacrilega?
Iſtúcne interminata ſum hinc abiens tibi?
P. Quid facerem? ita vt tu iuſti, ſoli credita eſt.
T. Sceleſta, LVPO OVEM commiſiſti, diſpudet
Sic mihi data eſſe verba. quid hominis illic eſt?
P. Hera mea tace tace obſecro, ſaluæ ſumus:
Habemus hominẽ ipſum. T. vbi is eſt? P. hem ad ſiniſtram, vidés
Ne? T. video. P. comprehendi iube, quantum *poteſt.
T. Quid illi faciemus ſtulta? P. quid faciam rogas?
Vide amabò ſi non cùm aſpicias, os impudens
Videtur. T. non eſt. P. tum quæ eius confidentia eſt.

*trilega?} αὔξησις. nam primò ſceleſta, deinde venefica, poſtremò ſacrilega. ¶ Iſtúcne interminata ſum?} Satis moraliter, Iſtúcne interminata ſum: pro, Num iſtuc tibi cõminata ſum? ¶ Iſtúcne interminata ſum hinc abiens tibi?} Apparet hæc poſt ſcenam eſſe mandata. nam ſuprà non meminit: ſed dixerat, Tamẽ hos prius introducã: & quæ volo ſimul imperabo, poſtea continuò exeo. ¶ Ita vt tu iuſti, ſoli credita eſt.} Dixerat enim prius Cherea, Edicít ne vir quiſquã ad eam adeat, & mihi ne abſcedam, imperat. ¶ Iuſti.} συγκοπὴ καὶ μεταπλασμὸς, pro iuſſiſti.* Ouem lupo cõmittere. *¶ Sceleſta, ouem lupo commiſiſti.} Bene dilatum tot occaſionibus prouerbium, perſonæ Thaidis aſcriptum eſt. continet enim fœmineam reuerentiam, & meretriciũ ſenſum, reditque rurſus ad minora conuitia: quia videt ſe eſſe conuictam. & eſt prouerbium, Ouem lupo commiſiſti. ¶ Sic mihi data eſſe verba.} Videtur plura fuiſſe dictura: niſi ſuperueniſſet Cherea.* Quid hominis eſt? *¶ Quid hominis illic eſt?} Per genitiuum caſum iniurioſè dicitur: per nominatiuum honorificè. ¶ Quid hominis illic eſt?} Non cõtinuò agnoſcit hunc hominem meretrix: quia etſi adhuc Eunuchi veſte indutus eſt, attamẽ exuit ſpadonis inceſſum: vultum habitúmque mutauit: & præter veſtem, totus in Chæream rediit. ¶ Hera mea tace obſecro.} Blandè, ac puellariter arridet.* *potes. Tace. *¶ Tace.} Non ſilentium indicentis eſt, ſed ſecuram facientis: vt, Tace, egomet conueniam ipſum.* Homo. *¶ Habemus hominem.} Mirè hominem dixit, vt reum.* Iube comprehendi. *¶ Iube comprehendi.} Pro comprehẽde. Iube enim velle ſignificat. ¶ Et quantum potes.} Deeſt citò. ¶ Quid illi faciemus?} Subauditur, comprehenſo. ¶ Quid faciam rogas?} Moraliter expreſſit puellæ ſtupentis verba, & non habentis quid reſpondeat ad ea quæ dicta ſunt.* O impudẽs. *¶ Vide amabò, ſi non cùm aſpicias, os impudens videtur.} Mirè*

*ab eo quod reſpondere cœperat, ad aliud tranſit, mirata confidentiam Chæreæ: Non eſt impudens inquit, non eſt niſi ſimilis impudenti. Sic alibi, Seueritas ineſt in vultu, atque in verbis fides.*

*Mecum Perplexè loqui?}* ADRIA. *Quidam perplexè loquũtur,* BARL. *dum verum diſſimulant, &* Perplexè loqui. *hoc indicio ſæpius deprehẽditur vanitas, velut hoc loco. ¶ Scio.} Lachrymare puellã. ¶ Neſcio.} Vitiatam. ¶ Eunuchus abiit.} ¶ Audiui.} Hoc domi patratum. ¶ Ego non adfui.} Multùm irati ſolent verba repetere, quæ proximè dixerint, quibus iraſcuntur. ¶ Iſte ephebꝰ.} Refer ad ætatem, non ad commiſſum facinus. ¶ Quid ais venefica?} Eraſmus in 1. de copia comment. auxeſim eſſe dicit,* Auxeſis. *quando ſacrilegum pro ſcelerato, & Veneficam pro mala dicimus. ¶ Niſi amaſſe credo Pamphilam.} Hîc ſubaudi quod. vt ſit, niſi quod. quẽadmodum aliàs etiã loquitur. ¶ Quid ais ſacrilega.} Gradibus creuit oratio, ſceleſta, venefica, ſacrilega. ¶ Ouẽ* Ouem lupo cõmittere. *lupo commiſiſti.} Cicero in Philip. O præclarum cuſtodẽ ouium, vt aiunt, lupum. Parœmiographus. Cõcinnè hoc vtemur, inquit, quoties ei aliquid ſeruandum cõmittitur, cuius gratia cuſtodẽ magis oportebat adhiberi, aut quoties inimico negotiũ committitur, quique nobis peſſimè velit, propterea quòd lupus, & agnus genuino quodam odio diſſident. ¶ Diſpu-* Diſpudet. *det ſic mihi data eſſe verba} Plura fortaſſe dictura fuit. Thais, niſi Cherea ſuperueniſſet. ¶ Quid illic hominis eſt.} Non ſtatim agnoſcit hominẽ Thais, nã veſtẽ Eunuchi indutus venit. ¶ Quid illic hominis?} Per gignendi caſum iniurioſè, per nominatiuũ honorificè loquntur, authore Donato. ¶ Hera mea tace obſecro.} Blãdè hoc & puellariter. & tace dicens, non ſilentiũ indicit, ſed ſecurã facit. ¶ Quid illi faciemus?} In quibuſdã codicibus eſt, quid illo faciemus? In qua locutione Priſcianus dicit antiptoſim eſſe. ¶ Cõprehẽdi*

*Quantum potes.* *iube quantum potes.* } *Quantum potes, pro ocyſsimè dixit.*

LATOMVS.

*Argumentum Redit fabula ad complendam epitaſim Antiphonis.* Nam *Thais expoſtulat cum ancilla quòd virgo vitiata ſit.* ¶ *Quid tibi ego dicam.* } *Timida reſponſio.* ¶ *Obſecro ad nos?* } *Subaudi venit, & eſt dolẽtis interrogatio.* ¶ *Ita vt tu iuſti.* } *Syncope pro, iuſsiſti.* ¶ *Ouem lupo.* } *Prouerbium.* ¶ *Quid hominis?* } *Interrogatio admirantis.* Nam *videt Chęream Eunuchi veſtem indutum, & eſt paraſceue ad ſeq. ſce.* ¶ *Quid illi faciemus?* } *Agnito adoleſcente, mox illi conciliatur Thais.*

*Iuſti, pro iuſsiſti.*

PETRVS MARS. *Pergin' ſceleſta &c.* } *Perplexos ancillarũ dolos & meretricum curioſitatem, diligentiã & coniecturam, hac ſcena exprimit. Meretrix nanq; callida, & longo rerũ vſu edocta, minimo ſigno id quod eſt, cõiectat. Vnde callidi dicũtur illi, quorum animus vſu concalluit, vt manus aſsiduo opere.*

*Callidus.*

RIVII *caſtigatio.* *Quid facerem? ita vt tu iuſsiſti, ſoli credita eſt.* } *Haſſenſtenianum exemplar habet: Ita vt tu iuſti, ſoli credita eſt: quam eſſe puto veram lectionem.* Nam *& Don. Iuſti, inquit* συγκοπὴ ϗ μεταπλασμὸς, *pro iuſsiſti.* ¶ *Hera mea tace obſecro, ſaluæ ſumus.* } Nos *ex obſeruatione Lugdunenſis exemplaris, quod tamen plurimis interdum ſcatet mendis: Hera mea tace tace obſecro, ſaluæ ſumus.* Nec *aliter carminis ratio cõſtat: Et mirè ad ſenſum facit iſta repetitio, vel potius cõgeminatio verbi. In eodẽ ſic: quę proximè ſequuntur reperi.*

*Habemus hominem ipſum. TH. vbi is eſt?*
*PY. hem ad ſiniſtram. vidén'? TH. video.*
*PY. comprehendi nunc iube, quantum potes.*

*Conſentit cum illo exemplar Argentoratenſe, & alia pleráque. Verùm, ne quid diſsimulem, videtur mihi aduerbiũ nunc ab aliquo inſulſo & temerario caſtigatore ad explendum metri hiatum interiectum: qui nõ ſenſerit verſum probè ſtare, ſi legas vidéſne, vti particula ne, addatur ad initiũ inſequentis, & omittatur nunc: quod nec habent manuſcripti codices, nec magnopere ad ſentẽtiam facere videtur. Sed hæc coniectura eſto.* ¶ *Quid illi faciemus?* } *Sic codices omnes & calamo deſcripti & excuſi formulis. Priſcia. verò legit: Quid illo faciemus? aitque pro illi poſitum eſſe, quomodo apud Ciceronem* III. *Verr. Quid illo Myoparone factum ſit, pro illi. &, Quid hoc homine faciatis? Nos nihil ſumus immutare auſi, qui nihil prætereà ad probandum grauius firmiúſque habeamus.*

*Quid illi faciemus.*

DOLETI *obſeruatio.* *At qui certò comperi.* } *Compérire eſt deprehendere, reperire, vel inuenire. Conſtructionem autem variam habet: nam dicimus comperire de re aliqua: comperire ex: comperire per: comperire teſtibus, vel certis indiciis: & comperire aliquid Cicero in Famil. Ex multis audiui: nam comperiſſe me non audeo dicere. Idem ad Att. Scripſit, ſe id certis authoribus comperiſſe.* ¶ *Tum quæ eius confidentia eſt?* } *Confidens, & confidentia tam in bonam, quàm in malam partem capi poſſunt.* Nam *confidens dici poteſt de audaci: vel de forti homine. De ea re ſic ſcribit Cicero queſt. Tuſcul.* III. *Qui fortis eſt, idem eſt fidens: quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis eſt: qui autem fidens eſt, is profectò non extimeſcit: diſcrepat enim à timendo confidere.*

*Comperire.*

*Confidens.*

GLAREANVS.

*Senarij ſunt omnes iambici. In ſeptimo verſu proceleuſmaticus eſt loco tertio. In decimo verſu s. in Adductus eliditur. Quidam libri extra rationẽ carminis, habẽt Aut, ante Quamobrem. quod codex Aldi non habet. In duodecimo ſiquidem prima corripitur, vt duabus huius comœdiæ primis ſcenis. In decimoquarto Iſtucine pæan primus eſt, quanquam vltima hic eliditur. In decimoquinto, Donatus Tu iuſti, legit pro Iuſsiſti. In ſequente ad idem quidam Commiſti pro Commiſiſti legendum putarunt: ſed illi carmẽ non rectè legerunt. Lupo enim ante Ouem legendum, Donatus hercle haud quãquam tacuiſſet, qui priori carmine tam diligẽter de Iuſti diſſeruerit. In ſeptimo à fine Quid illud hominis eſt, veteres habent codices, pro Quid hominis illic eſt. Illic ſanè hic locum non habet. fortè Illi pro Illic quis legendum contendat, vt i, corripiatur, non elidatur. Et in Phormione ſecũda ſcena Illi pro Illic inuenitur. interea dum ſedemus illi, interuenit, authore Donato. In ſexto à fine Tace geminandum, vt Eraſmus & Riuius rectè admonuerunt In quinto à fine verbũ Siniſtrã, bacchius eſt, & bene habet carmen. In quarto à fine, vel Comprehendi triſyllabum eſt, vel Iube ſecunda corripitur. In antepenulti. Illo pro illi Priſcianum legere Riuius ait. In vltimo Eius monoſyllabum. & duo verba, Non eſt, Thaidis eſſe volunt.*

*Siquidem.*

*Illi, pro Illic.*

# ACTVS V. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

THais cum Chærea contendit ob vitiatam Pamphilam, deinde cõdonat noxã, petenti vxorem, quam vitiauerat.

DONAT. *APud Antiphonem vterque.* } *Rediens in viciniam ſuam, cauſam reddit Chærea, cur non mutauerit veſtem. Oportuit autem, & de neceſsitate argumenti fuit, Chæream non mutaſſe ueſtem: vt cum meretrix virginem à Chærea vitiatã audierit, & eum cũ turpi habitu incedẽtem intueretur, eum reum vitiatæ virginis putaret. Apud antiphonem dixit, pro in domo eius.* ¶ *Vterq; , pa. & ma.* } Nõ, *vterque pater, & vtraq; mater, ſed vterque parens: quia pater & mater.* ¶ *Quaſi dedita opera domi erant.* } Non *tam mirum, ſi domi erant: ſed illud magis mirum, quòd in ea domus parte qua in ædes introeũdum erat adoleſcentulo.* ¶ *Vt nullo modo introire poſſẽ.* } *Superius cauſa continetur cur nõ mutauerit veſtem: Inferius autẽ cur huc redierit.* ¶ *Quin videret me.* } *Quin modò pro quominus.* ¶ *Dum ante oſtium ſto.* } *Antiphonis ſcilicet.* ¶ Notus *mihi quidam obuiã venit.* } *An notus, qui me poſſet agnoſcere? an qui me nouerit, id eſt amicus?* ¶ *Quantum queo.* } *Deeſt velociter.* ¶ *In angiportũ.* } *Vide illũ nõ vitaſſe*

*Apud Antiphonem.*

*Vterque parens.*

*Quin.*

Notus.

*Quantum queo.*

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena continetur Chæreæ poſt fugam comprehenſiõ: deinde contentio inter Thaidem ipſúmque: tum redeunt in gratiam. Pythia tamen renitente, demum de nuptiis cum Pamphila contrahendis tractant.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena, Thais vbi expoſtulauit cũ Chærea, quod puellam vitiarit, mox ab eo placatur.

*Senarij omnes.*

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS.

*APud Antiphonem vterque, mater & pater,*
*Quaſi dedita opera domi erãt, vt nullo modo*
*Introire poſſem, quin viderent me. interim*
*Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam*
*Venit: vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,*
*In angiportum quoddam deſertum, inde item*
*In aliud, inde in aliud: ita miſerrimus*
*Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.*
*Sed éſtne hæc Thais quam video? ipſa eſt. hæreo.*
*Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?*
*T. Adeamus. bone vir Dore ſalue: dic mihi,*
*Aufugiſtín? C. hera, factum. T. ſatín' id tibi placet?*
*C. Non. T. credín' te impune * abiturnm? C. vnam hanc noxiam*
*Mitte: ſi aliam vnquam vllam admiſero, occidito.*
*T. Num meam ſæuitiam veritus es? C. non. T. quid igitur?*
*C. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.*
*T. Quid feceras? C. paululum quiddam.* T. eho paululum impudens?*
*An paululum hoc tibi eſſe videtur, virginem*
*Vitiare ciuem? C. conſeruam eſſe credidi.*
*P. Conſeruam? vix me contineo quin inuolem in*

In. *vitaſſe ſub vna clauſula bis In dicere, in pedes, in angiportum.* Angiportu. *Angiportum dicebant vicum non peruium, viam publicam. ¶ In angiportum quoddã deſertum.} Deeſt fugiens.* Miſer fugitando. *¶ Ita miſerrimus fui fugitando.} Id eſt fatigatus, laſſus, & languidus ſum dum fugio. Et honeſta locutio eſt: vt, miſer amando, miſer currendo. ¶ Ne quis me cognoſceret.}* Cognoſco. *Nota impropriè dictum pro agnoſceret. ¶ Sed éſtne hæc Thais quam video?} Iampridem ipſe viſus, nũc primũ videt.* Hæreo. *¶ Hæreo.} Incertus remaneo, atque defigor. Primus metus adimit conſilium: ſed recogitatio reddit confidentiam. ¶ Quid mea autem?} Colligit ſe rurſus ad impudentiam Chærea. & vide ſi non eadem eſt audacia in Chærea, quæ in ſuſcipiẽdo facinore fuit.* Eclipſis. *& ἐλλειπτικῶς quid mea autẽ. ¶ Quid faciet mihi?} Opportunè ſe confirmauit, quia ſi extimuiſſet & fugiſſet, nihil nuptiæ promouerẽtur. ¶ Bone vir Dore.} Hoc totum figuratè dixit, vt meretrix, & ſubtiliter. Nãſcit Chæream eſſe quem alloquitur, non eunuchum. Et hîc magna occaſio datur meretrici adeundi adoleſcentis, qui habitum non mutauit: & adhuc quaſi eunuchus, & ſeruus eſt. ¶ Bone vir Dore ſalue.} Maior obiurgatio eſt per hanc diſsimulationẽ Thaidis aduerſus Chæream, quàm ſi illum id, quod eſt, appellet. ¶ Hera, factum.} Non potuit ſubtilius reſpondere Chærea, quàm accommodarè ſe interrogãti. ¶ Satín' id tibi placet?} Hoc poteſt & non figuratè dici, ſed apertè.* Noxia. Noxa. *¶ Vnam hãc noxiam mitte.} Triſſyllabo nomine noxiam dixit, quaſi noxam. Alibi aliter, Domnam dixit extra noxam. ¶ Si aliam vnquam admiſero vllam, occidito.} Verba ſeruorum, quib⁹ nihil horribile eſt poſt præſentes plagas. Et non, cædito, ſed, occidito: & non, alias dixit, quaſi illa * dixerit adhuc irriſor es vti fugitiuus. ¶ Num meam ſæuitiam veritus es?} Vt fugeres. ¶ Hanc metui ne me criminaretur tibi.} Perfectè imitatus eſt verba fugitiuorũ, quę apud dominos faciunt comprehenſi. ¶ Vitiare ciuẽ?} Bene intulit ciuẽ: quod plus eſt quàm virginem vitiare. αὐξητικῶς gradatim facta. ¶ Conſeruam eſſe credidi.} Locus erat vt diceret, Seruam eſſe credidi, ſed admirabiliter cõſeruam dixit. & hoc ipſum, miſerabiliter pronuntiandũ eſt: tanquam miſerabiliter crediderit conſeruã eſſe quæ ciuis erat: atque eam quaſi conſeruam vitiare debuerit. ¶ Conſeruã?} Opportunè ſtomachabatur Pythias, facta mentione conſeruæ. ¶ Vix me contineo quin inuolem in capillum.}* Inuolare in capillum. *Minę iſtæ propriæ fœminarum ſunt, & in ſe, & in alios vnguibus ſæuientium. vt, Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis. Sed inuolem, ab auibus tractũ eſt. vt apud Virgilium, Prædam pedibus circumuolat vncis. Ergo hoc geſtu, & dicto, & corporis motu eſt adiuuandum. ¶ Inuolem in capillum.} Apparet more veterum intonſum eſſe.* Intõſi erãt veteres. *¶ Etiam vltro deriſum aduenit.} Mirè nunc addidit accuſationem, quod non ſaltem fugeret. ¶ Debeam credo iſti quicquam furcifero.}* * habiturum? *Subauditur verò, aut εἰρωνικῶς pronuntiãdum eſt. Sanè debere dicimus pœnas pro iniuria, ei cui iniuriam fecerimus:* Debere pœnas alicui. *quas ſe non debituram Chæreæ vt furcifero dicit Pythias, ſi illi cædem intulerit in ſeruili habitu cõſtituto. ¶ Si id fecerim} Si inuolauerim in capillum eius.* * PY. *¶ Miſſa hæc faciamus.} Hęc ſcilicet iocularia & futilia. ¶ Non te dignum Chærea feciſti.} Artificioſè meretrix ab eo quod licuit ad id quod oportuit tranſit: nec tractat*

Capillum: mōſtrum, etiam vltro deriſum adueniт.
T. Abi hinc inſana. P. quid ita verò? debeam
Credo iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim,
Præſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum.
T. Miſſa hæc faciamus. non te dignū Chærea
Feciſti. nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.
Neque * edepol quid nunc cōſilij capiam ſcio
De virgine iſtac: ita conturbaſti mihi
Rationes omnes, vt eam non poſſim ſuis,
Ita vt æquū fuerat, atque vt ſtudui, tradere:
Vt ſolidum párerem hoc mihi beneficium Chærea.
C. At nunc dehinc ſpero æternam inter nos gratiam
Fore Thais: ſæpe ex huiuſmodi re quapiā, & EX MALO PRINCIPIO magna familiaritas
Conflata eſt. quid ſi hoc quiſpiā voluit deus?
T. Equidem pol in eam partem accipióque & volo.
C. Imò ita quæſo. vnum hoc ſcito: contumeliæ
Non me feciſſe cauſa, ſed amoris. T. ſcio.
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea,
Neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciam.
C. Te quoque iam Thais, ita me Dij bene ament, amo.
P. Tum pol tibi ab iſtoc hera cauendum intelligo.
C. Non auſim. P. nihil tibi quicquam credo. T. deſinas.
C. Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Nūc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix ſies
Te mihi patronam * cupio Thais. te obſecro.
Emoriar ſi non hanc vxorem duxero.
T. Tamē ſi pater. C. ah quid? volet, certò ſcio
Ciuis modò hæc ſit. T. paululum opperirier
Si vis: iam frater ipſe hîc aderit virginis.
Nutricē accerſitū iit, quæ illā aluit paruolā.
In cognoſcendo tute ipſe aderis Chærea.

*quid ſit legitimum, ſed quid honeſtum. Itaque totam illam partem facti accuſandi omittit. & ab accidentibus perſonæ adoleſcētis obiurgat. ſcit enim vno verbo obſtari poſſe, Licuit mihi, in domo meretricia ſcilicet: ne videatur irrationabilis audacia illa ingenui à poëta inducta eſſe. ⸿Nō te dignū.⸾ Dignum, pro dignè. aut deeſt facinus: vt ſit, nō te dignum facinus feciſti.* Dignum. *Mira accuſatio mixta laudi & blandimento.* *æpol *⸿Nam ſi ego digna ſum.⸾ Deeſt & : vt ſit ordo, Nam etſi maximè. Et bene additum eſt maximè: vt appareat quod etſi digna pati ſit meretrix: non tamen maximè digna pati Thais eſt. ⸿At tu indignus qui faceres tamē.⸾ Rectè dixit: quatuor enim ſunt modi in huiuſmodi rebus: ita vt aut vterque dignus ſit, aut vterque indignus: aut alter dignus, alter indignus: aut con trà. ⸿Neq; edepol quid nunc conſilij Capiam ſcio de virgine iſtac.⸾ Intelligit Thais amari virginem ab hoc: & ideo ſic ait, vt conciliet nuptias: nā ſatis ſigni eſt, quòd Eunuchi habitū propter hāc ſumpſit. Et vide quemadmodum ad captionem nuptiarū res eant: quod tamen dicere non audet Thais: ſed oſtēdit adoleſcenti cōiecturis, quem tentat, ſciens amantem virginem: & viam oſtendit petendæ ſibi vxoris. ⸿Hoc mihi beneficium Chærea.⸾ Blādè nomen repetitum eſt, Chęrea. ⸿At nunc dehinc ſpero.⸾ Nunc iam Chærea vera veris æquiparans, recedit à iocularibus. ⸿Sæpe ex huiuſmodi re.⸾ Hoc eſt turbulenta. ⸿Quapiam.⸾ Quacunque, vel aliqua. ⸿Quid ſi hoc voluit quiſpiam deus.⸾* *capio Quiſpiam. *Pleraque repentinis impulſionibus nata, mirìſque prouentibus deo aſcribi ſolent: vt, Deſcendo, ac ducente deo flammā inter & hoſtes Expedior. Et, Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. Et Saluſtius: Vt tanta repente mutatio non ſine Deo videretur. ⸿Quid ſi hoc quiſpiam voluit deus?⸾ Vult amorem intelligi deū. ⸿Equidem pol in eam partem accipióque & volo.⸾ Vt æterna inter vos ſit gratia, & ex malo principio compleatur magna familiaritas. ⸿Et volo.⸾ Euenire ſubauditur, & eſt σύλληψις tertia. ⸿Imò ita quæſo.⸾ Vtrum meretricem, an deos quæſo? vtrunque* Syllepſis. *enim accipi poteſt. ⸿Vnum hoc ſcito. ſcio.⸾ Vnde hoc ſciat Thais, ineptè quæritur, cum ipſa res clamet nunquam hanc conditionem ſubiturum Chæream, vt pro Eunucho etiam ſeruo, ſe fingeret ſine amoris impulſu. ⸿Nunc ignoſco tibi.⸾ Quòd culpa non ſit hominis, ſed amoris. ⸿Non adeò inhumano ingenio ſum.⸾ Hoc eſt immitis non ſum, quantum pu tas: vt, Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.* Inhumanū ingenium. *⸿Neq; tam imperita. Id eſt, nō experta.* Imperitus. *⸿Vt quid amor valeat, neſciam.⸾ Non inhumana, quia homo. non imperita, quia meretrix. Et neque tam imperita inquit: quaſi dicat, Neque tā pudica ſum vt quid amor valeat, neſciā. ⸿Te quoque iam Thais.⸾ Bene quoque: nō enim iā hanc ita amat, vt negligat illam: ſed hanc illius cauſa. ⸿Pol tibi ab iſto hera cauēdum.⸾ Facetè. tanquam qui ſoleat capillum & veſtem eius cōſcindere, quam amauerit. ⸿Non auſim.⸾ Pro, non audebo: & eſt verbum huius* Auſim. *temporis tantum. ⸿Non auſim.⸾ Vtrū propter ætatem? an propter fratrem ſuum Phædriam potius? ⸿Nihil tibi quicquā.⸾ παρέλκον quartum. aut nihil, pro non.* Parelcon. Nihil. *⸿Deſinas.⸾ Pro eo quod eſt, deſine. aut deeſt fac: vt ſit,* Deſinas. *fac deſinas. ⸿Ego me tuæ cōmendo & committo fidei.⸾ Satis amatoriè, vt appareat nunc maximè captum Chæream,*

C. Ego verò maneo. T. viſne interea, dum is venit,
Domi operiamur, potius quàm hîc ante oſtium?
C. Imò percupio. P. quam tu rem actura obſecro es?
T. *Nam quid ita? P. rogitas? hûc tu in ædeis cogitas
Recipere poſthac? T. cur non? P. crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo. T. abu, tace obſecro.
P. Parum perſpexiſſe eius videre audaciam.
C. Non faciã Pythias. P. non pol credo Chærea,
Niſi ſi commiſſum non erit. C. quin Pythias
Tu me ſeruato. P. neque pol ſeruandum tibi
Quicquam dare auſim, neque te ſeruare. apage te.
T. Adeſt optimè ipſe frater. C. perij hercle, obſecro
Abeamus intrò Thais: nolo me in via
Cum hac veſte videat. T. quamobrem tandem? an quia pudet?
C. Id ipſum. P. idipſum? virgo verò? T. I præ, ſequor.
Tu iſtic mane, vt Chremem introducas, Pythias.

*Commendare. Cõmittere.*

*Chæream, ac mancipatum virgini. Commendamus nos cognitis: Committimus ignotis. Ergo ἀνάθεσις eſt maioris officij, fideique circa Thaidem. ¶ Te mihi patronam cupio. } Te adiectum, vim habet, & ex animo ſupplicantis, habitum adoleſcẽtis oſtẽdit. ¶ Emoriar, ſi non hanc vxorem duxero. } Vide amatorem adoleſcentulum, cui in ipſo flore nihil dulcius vita eſt, ipſam deſpicere, ſi ſibi vxor non datur. ¶ Tamen ſi pater. } ἔλλειψις, aut ἀποσιώπησις ſecunda. ¶ Quid? ab volet, certò ſcio. } Quid? deeſt dicat. ſed iſta omnia ad confirmationem valent. ¶ Ciuis modò hæc ſit. } Mirè hîc in votum conuerſum eſt, quod timere potuit non ducturus vxorem. ¶ Paululum operirier ſi vis, iam frater ipſe hîc aderit virginis. } Adeò citò probari poteſt. ¶ Ego verò maneo. } Modò verò, conſentientis eſt aduerbium, aliàs cõfirmãtis, aliàs cõiunctio, aliàs particula ironiã iuuans: vt, Egregiã verò laudem, & ſpolia ampla refertis Túque puérque tuus. ¶ Domi potius opperiamur, quàm hîc ante oſtium. } Nõ ignara illecebrarũ meretrix, non ſolùm Chæream retinet: verùm etiam vocat, vbi virgo eſt. & ſatis callidè interrogat an velit: quaſi neſciat velle. ¶ Imò percupio. } Amatoriè, non volo: ſed percupio. ¶ Hunc tu in ædes. } Pronomen in his plus valet quàm accuſatio. ¶ Hunc tu in ædes cogitas. } Mirè: cum illa iam velit, cogitas dixit, volens vt recogitet. ¶ Cogitas in ædes recipere poſthac? } Per ancillæ verba vult oſtendere quàm ſit tractandorum adoleſcentium perita meretrix. ¶ Poſthac. } Poſt hoc factum, poſt hanc audaciam. ¶ Crede hoc meæ fidei. } Puellariter dixit, meæ fidei. ¶ Dabit hic aliquam pugnam. } Pro ſtupro: vt, At non in Venerẽ ſegnes, nocturnáque bella. Vt, Verecúrque bella. & ingens facinus. Vt Lucilius, Vicimus ô ſocij, & magnam pugnauimus pugnam. Dabit autem, propriè pro inducet: vt, Magnam dabit ille ruinam. ¶ Abu, tace obſe. } Abu interiectio eſt perturbatæ mulieris: vt apud Græcos ἰοῦ. ¶ Parum perſpexiſſe videre eius audaciam. } Parum εἰρωνεία eſt. Et non ſenſiſſe, ſed perſpexiſſe dixit: vt iam non ſit experienda illius audacia, quæ ſit perfectè cognita. ¶ Non faciam Pythias. } Bene & moraliter appoſitum, Pythias. ¶ Non pol credo Chærea, niſi ſi commiſſum non erit. } Iocularitèr, vt ille, Pythias, dicit: ita hæc, Chærea. ¶ Quin Pythias. } Iterum*

**Nam quid, pro Quidnã*

*Quid?*

*Verò.*

*Percupio.*

*Poſthac.*

*Dabit pugnam.*

*Do, das. Abu. Perſpicere. Sentire.*

*nomen vultuosè eſt additũ. Quin, pro imò. ¶ Neque pol ſeruandum tibi quicquam dare auſim. } Totum garrulè & geſticuloſè, vt puellam cum adoleſcentulo fabulari videas. ¶ Adeſt optimè ipſe frater. } Optimè, opportunè. Et nõ eſt additum, cuius frater: vt pote in re manifeſta. ¶ Nolo me in via cũ hac veſte videat. } Subtiliter adoleſcẽs, quia nihil profecerat dicendo, percupio: inuenit cauſam qua tandẽ ingredi poſſit. ¶ Quamobrem tandẽ? } Pro tamen. Interrogatio hæc increpationem continet impudentiſſimi facti. ¶ An quia pudet? } Hæc interrogatio, irriſionis plena eſt in eum quem nihil pudet. ¶ Idipſum. } Hoc veluti moleſto vultu dicitur: adeò vt imitetur dictum, vultúmque eius Pythias. ¶ Virgo verò. } Verò εἰρωνικῶς. nam εἰρωνεία eſt: vt, Egregiam verò laudem. ¶ Virgo. } Quaſi qui minimè pudicitiæ ſtatum, ac verecundiæ virginalis veneretur. ¶ I præ, ſequor. } Manifeſtum eſt cur meretrix docta capiendorum iuuenum, præire velit Chæream, & in conſequendo ipſa ſit tardior. vult enim liberum ſine arbitris cum puella eſſe colloquium, & licitum amorem. Niſi fortè putamus Terentium hæc ſine cauſa feciſſe, qui ſit artificioſiſſimus poëta. nam neque ipſa ingreditur cum Chærea, neque ingredi ſimul permittit Phædriam. ¶ Tu iſtic mane, vt Chremem introducas. } Relicta eſt Pythias ob multas cauſas: & in primis vt poſſit per eam deluſus Parmeno, pauore ſuo ſenem compellere ingredi ad meretricem, & præſentem fieri ad confirmandas nuptias.*

*Quin, pro Imò.*

*Optimè, pro opportunè.*

*Tandem, pro tamen.*

*Verò Ironiã*

ADRIA. BARL.

*Ego me in pedes quantum queo. } Dare ſe in pedes, dare ſe in viam, modus eſt loquendi veterum, hoc eſt pedibus fugam agere, & ad iter ſe parare. Plautus. Mé ne vis dem ipſe in pedes? Cicero Terentianæ vxori: In viam, quòd te des, hoc tempore nihil eſt. ¶ Abiturum. } Legitur & habiturum. ¶ In angiportum. } Angiportum, via eſt intra vrbem anguſtior, non facilè peruia, quaſi vicus inter domos. Veteres enim, domos, partim portus vocabant, à portando. Antiqui vſi ſunt in ſecunda, nos in quarta declinatione vtimur. De angiportu dicetur & in Adelphis. ¶ Virginẽ vitiare ciuem? } Auxeſis eſt in hoc, quòd addidit ciuẽ. Locus eſt à conditione. ¶ Quin inuolem in capillum. } Sic pugnant*

*Dare ſe in pedes, in viam.*

*Angiportũ*

mulieres. Alioqui inuolare nonnunquam ſonat furari. Huc
Inuolare. redde pallium mihi meum quod inuolaſti. Catulli eſt. ¶Si
hoc aliquis voluit deus? } Apud Rhetores purgatio eſt, cum
Purgatio factum quidem conceditur, ſed culpa remouetur: quæ tres
Rhetorica. habet partes, imprudentiam, caſum & neceſsitatem. factum
quod manifeſtarium eſt non purgatur, niſi dicas, dij uoluerunt, erat in fatis, vel non eram meæ mentis, nec conſilij, ſed
furore trahebar amoris. De purgatione, Trapezuntium vide
lib. I. Rhetoricorum. ¶Contumeliæ non me feciſſe cauſa ſed
amoris. } Rodolphus Agricola lib. III. de inuentione dialectica. cap. I. Perſæpe, inquit, non tam benè, aut ſecus, de re
quæ facta eſt exiſtimamus ex re ipſa, quàm ex animo, aut
opinione eius, qui fecit. Vnde ſcitè apud Comicum dictũ eſt.
Pugna, pro Vnum hoc ſcito, cõtumeliæ me non feciſſe cauſa, ſed amoris.
ſtupro. ¶Dabit hic pugnam aliquam denuò. } Pugnã dixit pro ſtupro, quale eſt illud. At nõ in Venerem ſegnes, nocturnáque
bella. Et dabit, poſuit pro inducet. ¶Non faciam Pythias,
Non pol credo Chæreo. } Iocularitér vt ille Pythias, ita hæc
Chærea dixit. ¶Quin Pythias. } Quin ſignificat imò, & Pythias vultuosè pronuntiandum eſt. ¶Adeſt optimè ipſe frater. } Optimè ſignificat opportunè, neque addidit cuius frater adſit, vt in re manifeſta & nota. ¶An quia pudet? } Ridet Chæream Thais, quòd vereatur non in grauibus, ſed le-
I præ. uiſsimis rebus. ¶I præ. } Rurſus anaſtrophe eſt. ¶Tu iſtic mane. } Iubetur foris manere Pythias, vt per eã deluſus Parmeno ſuo pauore, ſenem Lachetem cõpellat introire ad meretricem, & præſentem fieri ad confirmandas nuptias. Donati eſt.

LATOMVS.

Argumentum. Expoſtulat Thais cum Chærea, ſed deprecante illo, & virginem vxorem petente, facilè conciliatur. Et eſt initium cataſtrophes in hac parte fabulæ. ¶Ego me in pedes. } Eclipſis, ſubaudi conieci. ¶Sed eſt' ne hæc. } Deliberatio ſubita. ¶Hera factum. } Accommodat ſe adoleſcẽs ad interrogationem meretricis, & tota deprecatio ironiam ſapit. ¶Conſeruam. } Hoc pertinet ad contumeliã ancillæ, vnde non immeritò iraſcitur. ¶Miſſa hæc faciamus. } Seria obiurgatio, poſt longam cauillationem. ¶At nunc dehinc. } Defenſio ex comparatione vtilitatis, quæ ſententia confirmatur & excuſatur neceſsitate. ¶Te quoque. } Gratiarum actio. ¶Ego me tuæ. } Imploratio auxilij ad ducendam puellam. ¶Ciuis modò hæc ſit. } Promittit teſtimonia libertatis. ¶Tu me ſeruato. } Ironia. ¶Apage te. } Iocularitér remouentis.

PETRVS MARSVS.

Apud Antiphonem &c. } Timorem iuſtæ reprehenſionis, quæ maximè decet ingenuũ Ephebum, ac meretricis indulgentiam in his delictis, quæ amoris ardorè committuntur, hæc ſcena exprimit: monens vnumquẽque decorum ſuum ſeruare debere, nec ſolum id eſſe conſiderandũ, an quiſpiam ſit pœna dignus, ſed etiam an deceat ſe talem pœnam irrogare. Digna quippe eſt meretrix contumelia, ſed non om-
Angiportũ nium eſt illam inferre. Tales enim perſonæ relinquẽdæ ſunt vt aut à viliſsimo quoque, aut iuſta carnificis manu puniãtur. ¶Quantum queo in angiportum. } Portus, inquit Iuriſconſultus, appellatus eſt concluſus locus, quò importantur merces, & inde exportantur, eáque nihilominus eſt ſtatio concluſa atque munita. Inde angiportus, dicitur. Varro ſic ait: Quod exitum non habet, ac peruium non eſt, Angiportum: & idem anguſtum ab angendo, & alibi dicit: Hinc angiportum, quia nil in eo poteſt agi. Sextus Pompeius ſic ait: Angiportus eſt iter compendiarium in oppido, eo quòd ſit anguſtus portus, id eſt, aditus in portam.

RIVII CASTIGATIO.

Venit, vbi vidi, egomet in pedes, quãtum queo. } Sic quidem & manu ſcriptum habet, & multò maxima pars ex impreſsis, quo modo ſi legas, erit primo loco proceleuſmaticus. Dare ſe in
Citatum tamen reperi hunc locum ad hunc modum: Ego me pedes.
in pedes, quantum queo: pro in fugam me protinus confero: vel, fuga me inde proripio: vt ſubaudiatur, do ſiue conijcio. Reperitur autem apud Plautum, dare ſe in pedes, pro aufugere, vel fugæ ſe mandare, vt Cæſar loquitur: vel, vt Liuius, capeſſere fugam, & fugam petere. Terentius fugam facere
dixit ſuperius. Idem ſimpliciter fugere dicitur. ¶Credin' te Impunè ha-
impune abiturum? } Nos impunè habiturum. Ita volumen bere.
Terentianum, cuius nobis copiam fecit vir nobilis & clariſſimus D. Guntherus à Bunauu EQu. non reclamantibus aliis quibuſdam ſpectatæ fidei libris. Sed & poſtea: Si quidem iſthuc impunè habueris, inquit. Eſt autem impunè habere idem quod inultum auferre: vt alibi Terentius loquitur. ¶Vnam hanc noxiam mitte & cætera. } Manu ſcriptum exemplar, cuius iam meminimus, habet ad hunc modum: Vnam hanc noxiam Amitte. ſi aliam admiſero vnquam, occidito. Eodem modo alterum quoddam & ipſum calamo deſcriptum: cuius nobis copia facta à viro doctiſsimo humaniſsimóque Io. Muſtero: Quod exemplar, etſi innumeris propè ſcateat mendis, tamen vſui fuit pleriſque in locis. Allatum ferunt in Germaniam ex Syria vſque: verum librarij inſcitia, & neſcio cuius interpretis temeritate multo deprauatiſsimum eſt: vt & illud quod olim nobis commodauit Nicolaus quidam Fribergenſis, homo & doctrina & integritate præſtans: quod nunc, opinor, domeſticum poſsidet Leonardus Natherus, vir me herclè cùm eruditus, tum noſtri perſtudioſus. Sed ad inſtitutum. Donati exemplaria Italica habent hoc loco admitte, quo modo Argentoratenſe quóque: vnde ſuſpicor legendum amitte, quod per inſcitiam incuriámque typographorum commutatum ſit in admitte, vna adiecta litera: quod & aliàs factum deprehendi. Haſſenſtenianum habet ſimpliciter mitte: cætera ita vt alij manuſcripti codices, quorum iam meminimus. ¶Quid ita verò abeam? Credo iſti quicquã &c. } Hîc multa deeſſe, quis non tandem videat? cum ex his verbis nullus exiſtat ſenſus. Nos igitur, Quid ita verò? debeam (credo) iſti pœnas furcifero, ſi id fecerim: Præſertim cùm ſe ſeruum fateatur tuũ: ex Donato, cuius hoc loco verba ſubiiciam: Quid ita verò? abeam ſubauditur. Verò autẽ εἰρωνικῶς pronuntiandum eſt. Sanè debere dicimur pœnas pro iniuria ei, cui iniuriam fecerimus: quas ſe non debituram
Chæreæ vt furcifero dicit Pythias, ſi illi eadem intulerit in Credo, ver-
ſeruili habitu conſtituto. Si id fecerim, ſi inuolauerim in ca- bum ironię
pillum eius. Hactenus Donatus, cui hoc addendũ, illud ver- accommo-
bum credo εἰρωνικὸν eſſe hoc loco, quomodo apud Græcos in- datum.
terdum οἶμαι: quod diligenter adnotauit Budæus. Ita Cicero vtitur pro Deiotaro: At, credo, hæc homo inconſultus & temerarius non videbat: quis conſideratior illo? quis rectior? quis prudentior? Sic idem ſæpe aliàs. Quid? quòd aptius omnia, ſi hoc modo legas, cohærent. Alióqui quem tandem locum hîc habere poterat illa particula præſertim? Sed de hoc quidem aliorum eſto iudicium. ¶Et quid ſi hoc quiſpiam voluit deus? } Perperam addita videtur illa, &, coniunctio in recentioribus codicibus. Nam nec Donatus nec antiqua exẽ

plaria

*plaria habent, & verſus reſpuit, niſi contrahatur quiſpiam in duas ſyllabas. Quare omittendam puto.*

DOLETI OBSERVATIO.

*In pedes ſe cõiicere, vel dare.*

*Ego me in pedes.* } *Id eſt, fugere cœpi, quàm celerrimè potui. Verbum autem hîc ſubintelligi poteſt, dedi, vel conieci. Aliter verò deſilire ad pedes dicit Cæſar in Commentariis ſuis. Conſuetudine, inquit, ſua ad pedes deſilierunt, ſuffoßiſque equis reliquos in fugam coniecerunt.* [ *Vnam hanc noxiam mitte: ſi aliam vnquam admiſero vllam, occidito.* }

*Noxia.*

Noxia *vel culpam, vel damnum, aut fraudem, aut vitium ſignificat. Eo autem loquendi modo dicit Terentius noxiam admittere, quo dicunt Latini ſcelus, vel flagitium admittere. præterea ex hac dictione aliæ locutiones manant: ſcilicet, noxiæ eſſe, pro vitio, & culpæ dari: in noxia eſſe, pro culpam in ſe admittere: noxia carere, vel vacuum eſſe: noxiam remittere, pro condonare.*

*Criminari.*

[ *Ne me criminaretur tibi.* } *Criminari: id eſt, crimini dare. Et criminamur tam delicta, quàm eum, qui deliquit. Iungitur etiam cum accuſatiuo, & aliquando præpoſitionem admittit. Cicero in Verrem Actione ſeptima: Iam non libet omnia criminari. Idem: Apud quem tu etiam nos criminari ſoles.* [ *Vt ſolidum párerem hoc mihi beneficium.* }

*Beneficium ſibi párere.*

*Id eſt, vt ſolidam inirem gratiam à Chremete, & reliquis virginis parentibus.* [ *Ex malo principio magna familiaritas conflata eſt.* }

*Conflare.*

*Conflare propriè eſt ſimul flare vt à ventis fieri videmus, cum maximo impetu flant. Per tranſlationem vero dicunt Latini conflare æs alienum, pro contrahere debitum, vel facere ſe debitorem alienæ pecuniæ: conflare bellum: conflare exercitum: conflare manum: conflare amicitiam, familiaritatem: conflare ſocietatem: conflare pactionem: conflare negotium alicui: conflare mendacium, pro adornare mendacium conſenſu, & coitione multorum: conflare inuidiam: conflare periculum: conflare accuſationem, vel iudicium: conflare ſeditionem: conflare tumultum: conflare infamiam alicui: conflare crimen: conflare ſuſpitionem: conflare pecuniam. Ea ſunt ex hoc verbo pulchra loquẽdi genera, quæ variis locis in vtróque noſtrorum Commentariorum Tomo exactius comprobamus.*

*Pugnam dare.*

[ *Dabit hic aliquam pugnam denuò.* } *Id eſt, vim iterum virgini, ſi iam virgo appellanda ſit, quam vitiat Phædria, faciet. Alludit autem ad id turbæ, & pugnæ, quod fit in violanda inuita virgine. Dicunt verò ſæpius Latini pugnam facere, conſerere, committere.*

GLAREANVS.

*Et hi ſenarij ſunt omnes. In tertio verſu vel Introire triſyllabum eſt, vel creticus eſt loco primo. In quinto ſi Egomet legatur, primo loco proceleuſmaticus erit, & Venit præſentis temporis. In decimo aut Mea monoſyllabum totum eliditur, aut creticus eſt loco tertio. In duodecimo Eraſmus ait, primam de Aufugiſtin' pertinere ad verſum præcedentem. At ego in ea ſum opinione, Quæcunque per apocopen ne habent, ea corripi vſu, quanquam ratione ac natura ſint producta. Sic Aufugiſtín' & Satín' in hoc carmine ſunt breuia vſu, quem Terentius mordicus obtinet poſt Ennium ac cæteros.*

*In', per apocopen corripitur.*

*In decimotertio, Habiturum legit Riuius pro abiturum. Decimoquarto ita legit, Amitte, ſi aliam admiſero vnquam, occidito. In Eraſmi codice ſic legitur, Mitte ſi aliam vnquam admiſero vllam, occidito. Lector ſequatur quod volet. In decimoquinto: Meam monoſyllabum eſt: niſi in his creticum quis eſſe contendat, quemadmodum in decimoſeptimo malim Paululum legere per creticos, quàm Paulum, quod Eraſmus voluit, qui alioqui verſum non conſtare putauit. Ego autem puto diminutiuorum hîc maximam rationem habendam, eáque minimè amouenda, quod lector ex impudentis Chæreæ verbis ſanè intelligit. Viceſimumſecundum ac tertium rectè emendauit Riuius ex Donati lectione,*

*Abi hinc inſana. P. Quid ita verò? debeam,*
*Credo, iſti pœnas furcifero, ſi id fecerim.*

*Aldi codex hîc peſſimè corruptus erat. In viceſimoſeptimo, edepol primam corripit, vt ſæpe alibi. Quanquam per amphibrachyn excuſari poteſt prima in edepol hîc longa.*

*Edepol, prima correpta.*

*In triceſimoſecundo, aut Vt, à ſuperiore eliditur verſu, aut loco quarto proceleuſmaticus eſt. In ſequente Dehinc diſyllabum eſt. In triceſimoquarto: Huiuſmodi triſyllabum eſt, & præpoſitio Ex, ante Malo verbum in vetuſtis codicibus non eſt. nec requirit vel ſenſus vel carmen. In quadrageſimoquarto, pro Iſtoc quidam legunt iſto. & poſt verbum Cauendum addunt Eſſe, quod carmen non reſpuit, nec ſenſus. In quadrageſimoſexto: Fidei diſyllabum eſt.*

*Aedepol.*

*In quinquageſimo: Ah, quid, legendum, non Quid ah.*

*In duodecimo à fine rurſus Fidei diſyllabum eſt, & vel primo loco proceleuſmaticus, vel Mea monoſyllabum. In ſequente denuo Abú, vnus pes eſt, &, vt puto, creticus, alioqui carmen non conſtabit. In decimo à fine, Eius monoſyllabum. In nono Pythia in vocatiuo legendum, & à breue videtur. nam prima de Pythia vbique producta eſt, imò in continuò ſequente carmine. Porrò in ſexto à fine Ad à ſuperiore carmine eliditur, vt inquit Deſiderius Eraſmus, cui nos ſubſcribimus. quanquam & bacchius primo loco eſſe poteſt.*

*Pythias, primã producit.*

DONATVS QVID, *quid venire in mentem.* } *In hoc loco cogitantis diſputatio eſt apud ſeipſam Pythiæ, quatenus Parmenonem dolo poſſit vlciſci.* ¶ *Quidnam?* } *Sic Cicero, Sed earum rerũ artificem, quem? quemnam? recte admones. Polycletum eſſe dicebant.* ¶ *Qui referam.* } *Qui, quomodo, vel vt.* ¶ *Qui hunc ſuppoſuit nobis?* } *Propriè ſuppoſuit. nam vt ſubduci dicuntur quæ nolumus amittere, ita ſupponi quæ non deſideramus. Sic Plautus, Ei pro ſcorto ſupponetur hircus vnctus nautea.* ¶ *Moue verò nutrix.* } *Verò pro interiectione poſuit ſtomachantis.* ¶ *Video: ſed nihil promoues.* } *Hinc eſt illud Virgilianum, Illa gradum celerans ſtudio propetabat anili. Scilicet non re celerabat, ſed ſtudio.* ¶ *Promoues.* } *Proficis.* ¶ *Amabò quid ait? cognoſcitne?* } *Exhibitũ ſpectatori eſt quid poſt ſcenam geratur, id eſt agnitio puellæ.* ¶ *Ac memoriter.* } *Plus intulit quàm interrogabatur: nam magna ſunt ſigna in quibus anilis memoria non erat.* ¶ *Ac memoriter.* } *Reſponſionis breuitas attulit compendium perquirenti, ne plura interrogaret.* ¶ *Nam illi faueo virgini.* } *Quaſi dicat, illi faueo, non Chæreæ. & ſimul cauſa eſt cur illũ vlciſci cupiat: quia ſcilicet multum illi fauet.* ¶ *Virum bonum.* } εἰρωνεία. ¶ *Eccum Parmenonem incedere video.* } *Res odio dignior, nouitate ſcilicet inceſſus.* ¶ *Vide vt otioſus ſit.* } *Inuidet illi ſecuritatem, quem ſollicitum redditura eſt: non enim ulla alia erit vindicta poſt, præter iſtam.* ¶ *Vide vt otioſus ſit.* } *Vultu dicit, & geſtu eum eſſe ſecurum. Et mirè poëta lætum deſcribit, vt repentè oſtendat eſſe commotum.* ¶ *Si diis placet.* } *Proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicuius rei.* ¶ *Spero me habere.* } *Pro habiturã. aut ſpero pro credo more ſuo.* ¶ *Meo modo.* } *Id eſt, vt volo.* ¶ *Ibo intrò, De cognitione vt certum ſciam.* } *Eleganter defatigare Parmenonem nõ neceſſarium putat, ſed ex occaſione. Nam poſt eũ dicit ſe ire intrò exitura autem, vt ipſum in timorem coniiciat.*

*Qui.* *Subducere.* *Supponere.* *Verò.* *Promoueo.* *Otioſum eſſe.* **æpol* *Si diis placet.* *Spero me habere.* *Modo meo.*

ADRIA. BARL. *Quid, quid venire in mentem.* } *Scio eruditos quoſdam hîc legere, non quicquid, ſed quid, quid, ſenſu rogantis ſe ipſam. Verba ſunt ſecum cogitantis, & varia in mentem reuocantis.* ¶ *Sacrilego illi gratiam.* } *Et bona & mala & bonæ & mala rei gratia eſt. Nam ſicut dicimus amicitiæ gratia, ita & Saluſtius dixit, opprobrij gratia. Cicero, religionis, & ſupplicij gratia.* ¶ *Qui hunc ſuppoſuit nobis.* } *Quæ non deſideramus, ea ſupponi dicit Donatus.* ¶ *Video, ſed nihil promoues.* } *Alludit ad prouerbium Callipides, qui in moliendis negotiis cũ multa ſe facturũ minaretur, nihil tamen conficeret. Sic & Soſtrata ſedulò mouens ſeſe, nihil promouet.* ¶ *Si diis placet.* } *Iunge præcedenti, non ſequentibus. Ciceroni indignitatem denotat.* ¶ *Vide vt otioſus ſit, ſi diis placet.* } *Offenditur ſecuritate Parmenonis.* ¶ *Si diis placet.* } *Donat. proprium eſſe dicit exclamãtis indignitate rei cuiuſpiam.* ¶ *De cognitione vt certũ ſciam.* } *An vera inuẽta ſit Chremetis ſoror.*

*Gratia eſt, & bonæ & malæ rei.* *Callipides.* *Si diis placet.*

LATOMVS *Argumentum, Data opera dilatatur cataſtrophe, admiſſa Parmenonis ludificatione ad delectandum ſpectatorem.* ¶ *Quid, quid venire.* } *Repetitio quærentis & cogitabundæ.* ¶ *Suppoſuit.* } *Falſum pro vero adduxit.* ¶ *Virum bonũ.* } *Ironia.* ¶ *Vide vt otioſus ſit.* } *Securus, qui nihil mali timet.* ¶ *Si diis placet.* } *Ironia indignantis.*

*Otioſus.*

PETRVS MARS. *Quid, quid venire, &c.* } *Meretriciæ ancillæ diligentiam in excogitanda fraude, ac doloſam conſultationem, vt par pari referatur, hæc ſcena exprimit.*

RIVII caſtigatio. *Moue verò ocyus Te mea nutrix.* } *Tò mea, non eſt in manu ſcriptis, nec in vetuſtiſſimis ex impreſſis. Adnotauit Donatus particulam verò pro interiectione ſtomachantis hîc accipi: qua*

## ACTVS V. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

Pythias ſecum cogitat, quo dolo Parmenonem vlciſci poſsit.

ARG. PAV. MALLEO.

Hoc in loco eſt diſputatio Pythiæ apud ſeipſam cogitantis, quemadmodum Parmenonem dolo poſſit vlciſci.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Deliberatio eſt, nam ſecum deliberat puella, quibus modis factum Chæreæ vlciſcatur.

*Senarij.*

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

QVid, quid venire in mentem nunc poſſit mihi,
Quidnam? quî referã illi ſacrilego gratiam,
Qui hũc ſuppoſuit nobis? C. moue verò ocyus
Te nutrix. S. moueo. C. video, ſed nihil promoues.
P. Iámne oſtendiſti ſigna nutrici? C. omnia.
P. Amabò quid ait? cognoſcitne? C. ac memoriter.
P. Bene *edepol narras: nã illi faueo virgini.
Ite intrò: iandudum hera vos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video. vide vt otioſus ſit, ſi diis placet.
Spero me habere, q̃ hũc meo excruciẽ modo.
Ibo intrò, de cognitione vt certum ſciam:
Pòſt exibo, atq; hunc perterrebo ſacrilegum.

*quæ aliàs ferè ironiæ conueniat.*

DOLETI obſeruatio. *Qui hunc ſuppoſuit nobis.} Supponere ſignificat ſubiicere, ſubiungere, vel ſubornare. Eſt etiam adulterinum* Supponere. *loco veri ſubmittere: vt, ſupponere falſum teſtamentum: id eſt, pro alio fraudulenter ponere. Propriæ verò, & tranſlatæ ſignificationis eſt. Exempla igitur vtriuſque ſignificationis diſtinguēda ſunt. Propriæ ſignificationis. Cicero ad Atticum octauo: Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolæ Domitij. Idem in Verrem: Tum iſte in eorum locum alios ſubſtituere, & ſupponere cœpit. Tranſlatæ. Cicero pro Roſcio Amerino: In mandatis operæ noſtræ vicaria fides amicorū ſupponitur. Idem pro Deiotaro: Hieras cauſam omnem ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum. ¶ Cognoſcitne? C. ac memoriter.}* Memoriter *Memoriter eſt ſine ſcripto, & ex memoria, quod Barbari dicunt corde tenus, vel mente tenus, vel per cor. Cicero in Vatin. Memoriter reſpondeto ad ea, quæ de te ipſo rogaro. Idem de Oratore primo: Memoriter multa ex orationibus Demoſthenis præclarè ſcripta pronuntians docebat illum, & cæt. Idem de Diuinatione ſecundo: In quo noſtra quædam Aratea memoriter pronuntiata ſunt. ¶ Hunc perterrebo ſacrilegum.} Sacrilegus eſt, qui aliquid è ſacro abſtulit: vel hoſtis ſacrorum. Vel accipitur tranſlatè pro nefario, & ſcelerato. Cicero de Aruſp. reſp. Impurum iſtum, & ſacrilegum diutius ferre non debemus.* Sacrilegus.

GLAREANVS.

*Eiuſdem generis cum prioribus. In tertio verſu Mea reſpuit carmen. In ſexto Edepol prima breuis eſt, vt præcedente ſcena, & ſæpe aliàs, atque haud ſcio, ſit'ne tunc ſcribendum per diphthongum, an abſque diphthongo potius, niſi quis amphibrachyn concedat vtrinque, vt paulo ante admonuimus.* Edepol, prima breui.

DONATVS

Aſtu. Dij voſtrã fidem. Epimone.

REVISO *quidnam Chærea, &c.} Aſtu. pro aſtutè, modò aduerbium eſt: aliàs nomen: vt, An in aſtu venit? ¶ Dij voſtram fidem.} Modò non inuocantis eſt, ſed admirãtis. & eſt figura ἐπιμονὴ per ἐκφώνησιν facta. ¶ Nam vt omittam quòd ei amorem difficillimum & chariſſimum.} Cum dicere deberet, quòd ei amorem & difficillimum & chariſſimū confeci: primò quaſi oblitus dicti ſuperioris, tranſit ad virginem. deinde addit cauſam ex abūdanti. Quòd ſi dixiſſet, amorem confeci:* Conficio. *poſſet intelligi confeci, expediui, perfeci. At verò virginem confeci, quid intelligemus, niſi hoc vnum, quòd inſultat Parmeno cõfectam virginem, quaſi dicat ſuperatam atq; deuictam? Nam propriè hoc verbum cõuenit gladiatoribus iis, qui grauiſſimis vulneribus occubuerunt. Sic Cicero in Catilinam, Gladiatori illi confecto & ſaucio. Conuenit ergo ſeruilibus verbis, & velut iocoſè, vernilitérq; iactanti rem confectam eſſe in puella virgine, & non exhibere Chæreæ damnum vel negotium. ¶ A meretrice auara: virginem quam amabat.} ἀποσιώπησις ſecunda. Difficillimū, quia virginem quã amabat: Chariſſimum, quia à meretrice auara. ¶ Id verò eſt.} Verò, niſi ornatiuum eſſet, nihil ſignificaret. ¶ Palmarium.} Palma dignum.* Verò. Palmatiū. *¶ Meretricum ingenia.} Optimè, non meretricis dixit, ſed potius meretricū. ¶ Maturè.} Citò, & ante tempus. ¶ Vt cum cognorit.} Suauiter non nouerit, ſed cognouerit, dixit: quod eſt plenæ perſpicaciæ. ¶ Maturè vt cū cognorit.} Bene addidit maturè. Ferè enim citò cognouiſſe obfuit: ſed id ad illecebram fuit quòd * cognitus eſt citò. ¶ Quædum foris ſunt.} Apud amantes ſcilicet. ¶ Nihil videtur mundius.} Bene videtur: nō enim ſunt. ¶ Nec magis compoſitum quicquam.} Bona varietas. nã hæc omnia per magis aduerbium profert: nec omnia per comparatiuū gradū. ¶ Nec magis elegãs.} More ſuo, ne diceret compoſitius, aut elegantius: vt ſuprà, hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeuer⁹. ¶ Quæ cū amatore ſuo cū cœnant.} Vnum cum, præpoſitio eſt: alterum coniunctio. & dicitur hæc figura λειπότης. ¶ Liguriūt.} ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod ſecundū Græcos ſuaue intelligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter, & moræ ſenū multo faſtidio ſuauiora quæq; deguſtat. ¶ Harum videre ingluuiem.} Ordo erat, harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam, quàm inboneſtæ ſolæ ſint domi, id eſt cum ſolæ ſint, vt inboneſtæ atq; auidæ cibi: quę cum foris ſunt, cœnant ſcilicet. ¶ Quo pacto ex iure.} Ex pro, cum, poſitū eſt. aut deeſt madidum, aut maceratum, aut emollitum. nam apparet & ſordidū eſſe & quaſi atrum durūmque panē, qui ex iure heſterno ſit comedendus, Cui contrarium Saluſtius poſuit de delitiis mili-*

Maturè. Cognoſcere. Noſcere. Videtur. Magis compoſitus. Magis elegans. Cum. Liptotes. Ligurire. Ex, pro Cū.

## ACTVS V. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

GLoriatur Parmeno quòd Chæream pro Eunucho ad Thaidem deduxerit, meretricum ſordes cõmemorat, quam rem iniquo fert animo Pythias.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIc Parmeno gloriatur Chæreã pro Eunucho ſubornaſſe, ita vt virgine præter ſumptum & diſpendium potitus ſit. Deinde meretricum ingenia, & ſordes commemorat: quare Pythiam, quam non adeſſe percipit, prius ſatis commotam, magis irritat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

EXultat Parmeno ſeruiliter de facto quodã ſuo. Confirmatio enim, in qua eſt occupatiuncula quædam.

*Senarij.*

PARMENO, PYTHIAS.

REuiſo quidnam Chærea hîc rerum gerat.
Quòd ſi aſtu rem tractauit, dij voſtram fidem,
Quantam, & quàm verã laudē capiet Parmeno!

Nam vt omittam, quòd ei amorem difficillimum, &
Cariſſimum ab meretrice auara: virginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio. tum hoc alterum
Id verò eſt, quod ego mihi puto palmarium,
Me repperiſſe, quo modo adoleſcentulus
Meretricũ ingenia, & mores poſſet noſcere,
Maturè vt cum cognorit, perpetuò oderit.
Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans:
Quæ cum amatore ſuo cũ cœnant, liguriunt.
Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi,
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent:
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis.
PYTH. Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus
Vlciſcar, vt ne impune in nos illuſeris.

*tum loquens, Panes enim in dies mercari, inquit.* ¶ *Ex iure heſterno panẽ atrum vorent.* } *Hoc eſt, vt quidã volunt, ex antiquitate mucidum: quaſi dicat, panẽ mucidũ heſterno iure, accipientes deglutiũt.* ¶ *Ego pol te pro iſtis dictis &c.* } *Miro artificio Poëtæ, & ab initio non placatur Pythias, nec in gratiã redit Chærea. Et inſuper, nunc mirè à Parmenone irritatur magis: vt per eam Parmeno terreatur, & per Parmenonẽ ingredi ad Thaidem cogatur ſenex: & demum per ſenem nuptiæ confirmentur. Hæc ergo artificibus & eruditis, cætera ſpectatoribus Poëta exhibet.*

*Panis ater.*

ADRIA. BARL. *Nam vt omittam.* } *Occupatio eſt, quæ fit cũ id maximè dicimus, quod nos nõ dicere ſimulamus.* ¶ *Sine ſumptu.* } *A commodo.* ¶ *Palmarium.* } *Id eſt palma dignum. Priſcianus. Palmarium, inquit, quod in palma eſt, hoc eſt, in laude. Hac voce frequenter Budæus vtitur, Palmarium ſibi eſſe ratus, hoc verbum expoſuiſſe, quod Placentinus ſe non intellexiſſe faſſus eſt.* ¶ *Meretricũ ingenia, & mores.* } *Ab vtili.* ¶ *Dum foris ſunt.* } *Foris cœnant apud amatores ſuos.* ¶ *Cùm cœnant, ligurīunt.* } *A lingo fit ligurio, quod nunc ſignificat auidè multa conſumo. vnde liguritores, qui conſumptis dapibus catillos etiam lingunt. Nunc idem eſt quod cum quadam mora atque elegantia comedo, vt per ſe cibus in ſtomacho liqueſiat.* ¶ *Harum videre ingluuiem.* } *Ingluuies dicitur gulæ voracitas. Seruius, ingluuiem interpretatur, ventris capacitatem.* ¶ *Ex iure heſterno.* } *Deeſt madidũ aut emollitum. Et atrum poſuit pro mucido, vt ſit mucidum panẽ vorant, ex iure heſterno madidum ſiue emollitũ.* ¶ *Vt ne impunè nos illuſeris.* } *Adrianus Cardinalis. Elegantiſſimè inquit, hæ binæ particulæ idem ſignificant, quod ne particula ſola. Et dicendi modus quo literatiſſimi viri illius felicis ſeculi vtebantur, pro ratione eſt. Terentius in Eunucho. Vlciſcar, vt ne impunè in nos illuſeris. Idem non multò pòſt. Itaque vt ne id videã miſera, huc effugi foras.* ¶ *Iure Heſterno.* } *Valla pridiano legendum putat.* ¶ *Pro iſtis dictis & factis.* } *Dictis, quòd ita in meretrices inueheris. factis, quòd Chæream Eunuchi loco adduxeris.*

*Occupatio. Palmariũ. Ligurire. Ingluuies. Ater panis. Vt ne.*

LATOMVS *Argumentum, Exultatio Parmenonis pertinet ad augendam mox ipſius perturbationem.* ¶ Nam *vt omittam.* } *Enumeratio ad amplificationem, quæ gradatim attollitur.* ¶ *Palmarium.* } *Palma dignum.* ¶ *Harum videre ingluuiẽ.* } *His verbis irritatur Pythias.*

PETRVS MARS. *Reuiſo quidnam Chærea hic rerum agat, &c.* } *Seruilis iactantia, quæ in proprium caput recidit, ac meretricij mores domi foriſq;, circa victũ maximè, hac ſcena exprimũtur. Serui quippe natura ſunt arrogantes, & ſeſe efferunt inſolentius, ſi quid illis ad votum ſucceſſit, quod tamen fraude ac malitia, non virtute & prudentia factũ eſt: & meretrices arte ac dolis tractant amantes. Elegantiã nanq; ac victus frugalitatem in loco ſimulant, cum domi nihil ipſis immundius, nihil voracius, nihil fœdius. Ingluuies, voracitas & guloſitas dicitur.*

RIVII caſtigatio. *Virginem quam amabat, eam confeci ſine moleſtia, &c.* } *Gulielmus Budæus ſic citat, Virginẽ quã amabat, eam confeci vt potiretur ſine moleſtia: cũ quo faciunt pleraq; exemplaria, & quidem ea, quæ emẽdatiora aliis videri poterant, velut Haſſenſteinianũ: Sed, ne quid diſſimulẽ, illud, vt potiretur, antiquiſſimi quique codices non habent: & cum verſus omnino reſpuit, tũ Donatus ipſe omiſit: cuius hoc loco ſubiiciã verba, vt quæ eius fuerit ſentẽtia, planius perſpiciatur: Primò, inquit, quaſi oblitꝰ dicti ſuperioris, trãſit ad virginẽ: Deinde addit cauſam ex abundanti. Quòd ſi dixiſſet amorẽ confeci, poſſet intelligi confeci, expediui, perfeci: at verò virginem confeci: quid intelligimus? niſi hoc vnũ, quòd inſultat Parmeno confectam virginem, quaſi dicat ſuperatam atque deuictã, nam propriè hoc verbum, conuenit gladiatoribus his, qui grauiſſimis vulneribus occubuerunt. Sic Cicero in Catil. Gladiatori illi cõfecto & ſaucio. Conuenit ergò ſeruilibus verbis, velut iocosè verniliterque iactanti rem confectam eſſe in puella virgine, & non exhiberi Chæreæ damnum vel negotium à meretrice auara. Ita Donatus: Mihi videntur hæc verba, vt potiretur, è margine, vbi adſcripta fuerint ad explanandam ſententiam, tranſlata perperam in contextum: id quod non rarò factum videmus ignorantia librariorum. Sanè exemplar manuſcriptum ea in margine tantum adiecta habet, ídque nõ einſdem, qui cætera exarauerit, manu. Conſimiliter in altero exemplari eodémque peruetuſto irrepſit verbum ſurripui, ſed perperam: quod facile ſentiet, qui modò emunctæ ſit naris. Sic enim habet: Quòd ei amorem difficillimum & cariſſimum à meretrice auara ſurripui. Voluit, credo, aliquis ſententiam abſoluere, quæ pẽdere adhuc videretur, atq; adeò adiecit illud ſurripui: id deinde irrepſit, vt dixi, in contextum.* ¶ *Id verò eſt, quod mihi puto palmariũ, &c.* } *Nos addito pronomine: quod ego mihi puto, &c. quomodo habent & manu ſcripta & impreſſa quædam exemplaria: vt omittam quod ad ſenſum momenti aliquid facere videatur, τὸ ego.* ¶ *Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiã.* }

*Hæc*

*Hæc vera haud dubiè lectio eſt. Cæterùm ex manuſcriptis alterum illuuiem habet, alterum inluuiem. Credo librarium*
Illuuies. *vocum ſimilitudine deceptum illuuiem ſcripſiſſe, obſecundante præſertim ſententia, cum ſtatim ſequatur ſordes: cuius ſignificatio non multũ abhorret ab illuuiei ſignificatione. Eſt enim illuuies velut ſqualor immunditiéſque corporis: quæ Græcè ἀλουσία dicitur, Latinis itidem à non lauãdo dicta. Vnde Curtius quarto: Ablue corpus, inquit, illuuie æterniſque ſordibus ſqualidum. Verùm, ne quis erret,*
Ingluuies. *ingluuies ſignificat hoc loco voracitatem. Sordes autem non*
Sordes. *propriè immunditiem corporis, ſed inopem miſerúmque victum meretricum ſignificat: : quæ cùm ſolæ domi ſunt, ſine vllo vitæ nitore lautitiáque agant. Id ita eſſe & præcedentia docent: Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, Nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegãs &c. & illa ſequentia: Quàm inhoneſtè ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. Opponitur autem ſordibus, quemadmodum hîc accipitur elegantia. vt quidem ea voce antiqui vtebantur: de quo Gellius*
Elegans. *libro XI. capite ſecundo: Erat enim elegans lautus & ſplendidus, & qui nimis læto amœnóque cultu victúque eſſet.*

DOLETI OBSERVATIO.

Laudem capere. *Quam veram laudem capiet Parmeno? } Laudem capiet hîc dixit, pro laudem aſſequetur, vel adipiſcetur. Et eo modo dixit, quo dicunt Latini fructum capere, vel percipere. ¶ Id verò eſt, quod ego mihi puto palmarium. } Palma; præter alias ſignificationes, quas habet proprias, pro victoria perſæpe ponitur: & ideo victoribus traditur præmio, quòd, vt palma non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſum pondus, ita ipſi non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. Itaque in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ, quoniam eiuſmodi ingenij lignum eſt, vt vrgentibus, aut opprimentibus non cedat. Cicero pro Roſcio Amerino: Alter plurimarum palmarum vetus, ac nobilis gladiator habetur. Ab hac palmæ ſignificatione ducitur palmarius, a, um: & id appellatur palmarium; quod palma dignum eſt.* Palma. Palmariũ.

GLAREANVS.

*Eiuſdem generis. In quarto verſu initio eſt anapæſtus, deinde dactylus. In octauo, Riuius addit Ego, quod placet, vt ita legatur verſus,*

*Id verò eſt quod ego mihi puto palmarium.*

*In nono tribrachys eſt loco quarto. Et pp geminandum in Repperiſſe. In decimotertio s, eliditur in Magis, niſi ſit creticus. In decimoquarto, ſi gu longa fuerit in Ligurio, vt ſuprà in huius fabulæ Actus ſecundi Scena ſecunda: & apud Horatium, primo loco certè erit creticus Quæ cum ama.*

DONATVS
Proh fidem deûm.

PROH *fidem deûm. } Vim magnam oſtendit, deorum implorans fidem: quaſi in hoc negotio nihil poſſit humanum conſilium. ¶ Proh fidem deûm. } Simulata perturbatione ſui Parmenonẽ terret Pythias. ¶ Proh fidem deûm. } Hæc ſingula pronuntianda ſunt pauido &*
Fœdus, pro crudelis. *attonito vultu. ¶ Fœdum. } Crudele, Saluſtius, Fœdi oculi. ¶ O infelicem adoleſcentulum. } Plus eſt miſeriam adoleſcẽtis dicere Pythiam, quàm iraſci ei. ¶ O ſceleſtũ Parmenonem. } Vt verba ſunt, perit profectò miſer adoleſcens, cum in eodem peccato iraſcitur Parmenoni Pythias, non Chæreæ. ¶ Miſeret me. } Hæc omnia quaſi ſecum loquitur: & fingit ſe neſcire quòd aſſiſtat Parmeno. ¶ Quæ futura exẽpla di-*
Exemplum *cunt in eum indigna? } Graues pœnæ quæ poſſunt cæteris documento eſſe, exempla*
Indignum. *dicũtur. ¶ In eum indigna. } Modò per indigna, fœda, crudeliáque ſignificat. vt Virgilius, Atque illi Miſenum in littore ſicco, Vt venere, vidẽt indigna morte peremptum. ¶ Quæ illic turba eſt? } Quæ loquitur, Aut quam oſtentat ex vultu ac dictis. Sed apparet, vultũ Pythiæ*
Turba. *turbam dicere. vt in Andria, Sed quid Pamphilum exanimatũ video? Vereor quid fiet: opperiar vt ſciam nunc, quidnam hæc turba triſtitiæ adferat. ¶ Rogitas audaciſſimè? } Totum hoc terribile eſt in geſtu ac vultu Pythiæ, & nimis vſitatum & fœmineum. ¶ Perdidiſti iſtum quem adduxiſti, &c. } Artificioſè nõ accuſat quid peccauerit aduerſus Thaidem, quaſi ex pœna adoleſcẽtis plus doleat, quàm iraſcatur Parmenoni. ¶ Dũ ſtudes dare verba nobis. } Bene, ſtudes dare, neq; enim dediſti. ¶ Quid ita? } Deeſt dicis: vt ſit, quid ita dicis:* Quid ita?
*¶ Scis eam hinc ciuem eſſe? } Eam, abundat: quemadmodum ſuprà, Quam amabat virginem, eam confeci ſine moleſtia. ¶ Et fratrem eius eſſe apprime nobilẽ? } Hæc ad terrorem & gratiam auċta ſunt. Nam primò, virginem poſuit, pòſt ciuem, ad vltimum nobilis ſororem.* Ciuis hinc.
*¶ Neſcio. } Perturbatur Parmeno: nec negare potuit, nec cõſentire volebat: ſed quaſi defenſionis loco dixit, Neſcio. ¶ Atqui ſic inuẽta eſt. } Facile eſt vt credat, qui dicit Neſcio. Ergo Pythias non laborat, vt ſuadeat ciuem eſſe. ¶ Atqui ſic inuẽta eſt. } Magnum horrorem incutit audienti, non accuſando, ſed miſerando Chæream. ¶ Frater violentiſſimus. } Hoc in-*

## ACTVS V. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

PArmenonem terret Pythias, confingens intus colligatum à Chremete Chæream, propter oblatũ Pamphilæ vitium.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena Pythias ſimulata perturbatione ſui Parmenonem, vt ſuprà propoſuit, terret: Atque in principio vim magnam oſtendit, deorum implorans fidem, quaſi in hoc negotio nihil proſit humanum conſilium. Parmeno tandem Pythiæ minis territus, rem omnem ſeni aperire molitur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

RIdiculè exagitatur Parmeno ab ancillula, vt maior ſit riſus in fabulæ Cataſtrophe.

uentũ eſt, quod daretur ad nobilem. ¶ Colligauit primò eum. ‡ Mira tarditas, ad torquendum Parmenonem: ſimul etiã relictus ad ſuccurrendum locus. ¶ Atq; equidem orante, vt ne id faceret, Thaide. ‡ Adeò violentiſsimus. & rectè hoc additum, ne ſperet auxilium à Thaide. ¶ Nunc minatur. ‡ Minatur vt ſuccurri poſsit ei qui non ſit paſſus. ¶ Minatur porrò ſeſe. ‡ Deeſt factu- rum. ¶ Quod mœchis ſolet. ‡ Deeſt fieri. ¶ Quid ita tantum? ‡ Nimis callidè Pythias hunc dicit violentum: & tamen iniuſtum, audacémque dici non patitur, ſed defendit, vt magis terreat Parmenonem. ¶ Quis homo pro mœcho vnquam. ‡ Cauſa finalis, virginem ciuem apud meretricem vitiauit: mercedem offert: petitur ad ſupplicium. ¶ Neſcio. ‡ Quàm aſtutè dixit, neſcio: ne laborans ad contradicendum, amitteret fidem ſimplicis perſonæ, ac vera dicentis: vult enim magis nũtij officio fungi, quàm perſuadentis. ¶ Dico, edico. ‡ *Dico, Edico* αὔξησις: vt ſuprà, Vbi quærã, vbi inueſtigem? ¶ Dico. ‡ Tibi Pythias. ¶ Edico. ‡ Omnibus tuis. Ergo ad vniuerſos vtrunque refertur, & dico & edico. ¶ Obſecro an is eſt? ‡ Inſultantis. vt in Phormione, Hiccine eras? nam ſciebat eum eſſe. ¶ Ne quam in illum Thais vim fieri ſinat. ‡ Quàm bene prouidet Pythias. ¶ Atque adeò autem cur non egomet intrò eo? Pythias, vide Parmeno, quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas. ‡ Totum hoc ad id addidit, vt ſenex intromittatur ad cõfirmãdas nuptias: ſed poëta hoc agit, perſonæ neſciunt. ¶ Quid ve incipiam? ‡ Facimus mediocria, Incipimus ingentia. *Facio. Incipio.* ¶ Ecce autem video rure redeuntem ſenem. ‡ Choragij eſt adminiſtratio, vt opportunè in proſceniũ. ¶ Dicam huic, an non? ‡ Hoc non eſſet

*Trochaici Tetrametri Catalectici.*

PYTHIAS, PARMENO.

*Prob ſidem deûm, facinus fœdum, ô infelicē adoleſcentulum,*
*O ſceleſtum Parmenonē, qui iſtum huc adduxit.* PA. *quid eſt?*
PY. *Miſeret me: itaque vt ne viderem, miſera huc effugi foras.*
*Quæ futura exempla dicũt in eum indigna?* PA. *O Iuppiter*
*Quæ illæc turba eſt? númnam ego perij? adibo. quid iſtuc Pythia?*
*Quid ais? in quem exempla fient?* PY. *rogitas audaciſsimè?*
*Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro Eunucho adoleſcentulum,*
*Dum ſtudes dare verba nobis.* PA. *quid ita? aut quid factum eſt? cedò.*
PY. *Dicam: virginem iſtam, Thaidi hodie quæ dono data eſt,*
*Scis eam hinc ciuem eſſe, & eius fratrem apprimè nobilem?*
PA. *Neſcio.* PY. *atqui ſic inuenta eſt: eam iſte vitiauit miſer.*
*Ille vbi id reſciuit factum frater violentiſſimus.*
PA. *Quidnam fecit?* PY. ** conligauit primùm eum miſeris modis.* PA. *hem,* **colligauit*
*Conligauit?* PY. *atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide.*
PA. *Quid ais?* PY. *nunc * minatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet.* **minitatur*
*Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim.* PA. *qua audacia*
*Tantum facinus audet?* PY. *quid ita tantum?* PA. *an non hoc maximum eſt?*
*Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia*
*Deprehendi quenquam?* PY. *neſcio.* PA. ** ac ne hoc neſciatis, Pythias:* **at*
*Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum herilem filium.* PY. *hem.*

verſimile, niſi dubitaſſet. Quid enim ad Chæreã pertinet, dubitat. ¶ Scio paratũ: ſed neceſſe eſt. ‡ Hæc cauſa dubitãdi fuit: quòd hinc Parmenonis, illinc adoleſcẽtis periculum cernitur. ¶ Sapis. ‡ Sapis dicit, non videns quid futurum ſit: ſed tantũ deriſiſſe contenta. ¶ Sed neceſſe eſt. ‡ Dicere ſubaudiendum eſt: vt ſit, Sed neceſſe eſt dicere. & ἀσυνδέτως inferendum eſt quod ſequitur. *Aſyndeton* Deeſt enim propterea, vel quid tale.

Prob deûm fidẽ. ‡ Deûm fidẽ implorãs, magnã Chæreæ factã vim oſtendit, & ſic dicit, Prob deûm fidem, quaſi nihil humanũ proſit conſiliũ in hoc negotio, quaſi in hominibus nihil ſit ſpei, vt huic malo ſuccurrãt. ¶ Facin⁹ fœdum. ‡ Poſuit fœdũ, pro crudeli. Et loquitur ſecum hæc omnia fingens ſe neſcire, ꝙ adſtet Parmeno. ¶ In quem exempla fient. ‡ A Philoſophis tria pœnarum genera commemorãtur, quibus peccata punimus. Vnum eſt, cũ caſtigandi gratia pœna adhibetur. Alterum, vbi dignitas, & authoritas eius, in quem peccauerit quiſpiã, tuenda eſt, vt ſi conſulem læſeris, aut ſenatorem, ne prętermiſſa punitio contemptũ pariat, & honorem leuet. Tertium genus eſt, cum neceſſariò animaduertitur in aliquem propter exemplum, ne impunitate, ſcelera augeantur, vt cæteri à ſimilibus peccatis, metu cognitæ pœnæ terreantur. Hinc veteres exempla pro maximis grauiſsimíſq; ſupplicijs vſurpant. ¶ In quem exempla fient. ‡ Latini præpoſitionẽ in, ſæpe accuſatiuo iungunt loco ablatiui, vt hîc, in quẽ, pro in quo exempla fient. Et in Adelphis. Vereor in os te laudare amplius, pro in ore. Hinc rectè dicitur, Qui in feriendo nomiſmate paulum modò aliquid fraudis admiſit, horrendis exemplis pœnas

*ADRIA. BARL.* *Pœnarum tria genera.* *Exempla.* *In.*

Obſecro an is eſt? PA. ne quam in illum Thais vim fieri ſinat:
Atque adeò autem cur non egomet intrò eo? PY. vide Parmeno
Quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas. nam hoc putant,
Quicquid factum eſt, ex te eſſe ortum. PA. quid igitur faciam miſer?
Quídve incipiam? ecce autem video rure redeuntem ſenem:
Dicam huic, an non? dicam herclè, etſi mihi magnum malum
Scio paratum: ſed neceſſe eſt huic vt ſubueniat. PY. ſapis.
Ego abeo intrò: tu iſti narrato omnem rem ordine, vt *factum ſiet.

*facta ſit.

plis pœnas legibus dare cogitur. Item, Romani olim atrociſſimo ſupplicio necabant, qui nō ex vſu publico geſſiſſet imperium. Vtinam extaret ſimilis aliqua lex, quæ in pernicioſos pueritiæ moderatores dignū aliquod exemplum ſtatueret. [Dum ſtudes dare verba nobis.] Quaſi dicat, nō potuiſti dare verba nobis, ſed tibi potius data ſunt. [Scis eā hinc ciuem eſſe?] Lenè agit Pythias, vt tanto maiore cruciatu Parmenonem afficiat. [Colligauit? Hem.] Ad omnia credenda timor idoneus eſt, quo faciente, nonnunquam & impoſſibilia credunt homines. [Quod mœchis ſolet.] Terentius, mœchum dixit Græcè, quem Latinè vocamus adulterum. Sic poëta Catulus mœchari, pro adulterium committere. Huic verbo euangeliorum interpres accuſandi caſum dedit, cum diceret. Iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Quem loquendi modum Eraſmus nō probat: Et dicit hic poëta, Minatur ſe facturum, quod mœchis ſolet, vt ſubueniri poſſit ei, qui nondū ſit paſſus. [Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia deprehendi quenquam.] Vtitur deriuatione cauſæ, & legum licentia. [Obſecro an is eſt?] Simulat ſe admirari, ne ſimulatè agere videatur cum Parmenone. [Neque illi proſis, & tu pereas.] Non vult ingredi Parmenonē. Senex enim admittendus eſt, vt confirmet nuptias. [Neceſſe eſt huic vt ſubueniat.] Donatus legit, me huic, & ſupplet dicere.

Mœchus.

LATOMVS.

Argumentum, Facetè terretur Parmeno à Pythia, vt magis ridicula ſit cataſtrophe. [O ſceleſtum Parme.] Ficta exclamatio ancillæ. [Exempla.] Id eſt, pœnæ, ſupplicia, quę aliis documento eſſe poſſint. [Scis eam hinc ciuem eſſe.] Attende tarditatem narrantis ad torquendum Parmenonem. [Colligauit.] Repetitio commoti & indignantis. [Id quod mœchis.] Honeſta periphraſis. [Quis homo pro.] Differentia à loco, qua negat mœchum eſſe, & eſt defenſio ex finitione. [At ne hoc.] Interminatio. [Hem.] Ficta commotio. [Vide Parmeno quid.] Conſilio poëtæ rectè prohibetur Parmeno ne ingrediatur, ſed ſenex potius, vt conficiantur nuptiæ. [Sapis.] Irriſoria approbatio.

PETRVS MARS.

Prò Deum fidem, &c.] Lenæ calliditatem in excogitandis fraudibus, vímque perſuadendi, nec non ſerui non vndique circunſpecti credulitatem, hæc ſcena exprimit. Primum malitiæ adſcribendum eſt, poſtremum verò imprudentiæ, quæ rem animúmque loquentis non conſiderat, ſed facili credulitate decipitur, quod maximè dedecet. Exitus enim talem imprudentiam reprehendit. Chryſolus ſeruus apud Plautū in Bacchidibus ſic ait: Nequius nihil eſt, quàm egens conſilij ſeruus, niſi habet pectus multipotens.

RIVII castigatio.

Quæ futura eſſe exempla dicunt in eum, &c.] Nos verbū eſſe, omittimus, ex obſeruatione antiquorum voluminū, nec aliter cōſtat Trochaicus. A ſciolis perperam adiectū reor, vt ſæpe aliàs in Terentio, quòd ſententiam putarent minus abſolutā, ni ille infinitiuus adderetur. [Et fratrem eius adprimè nobilem.] In manu ſcriptis duobus, & impreſſis quibuſdā eſt: Et fratrem eius eſſe adprimè &c. quo modo in exemplaribus cunctis donati reperi. Nos tamen reliquimus vulgatam lectionem, ob neſcio quem ſcrupulum. [Nunc minatur facturū ſe id:] Nos ex collatione ſyncerioris fidei codicū ſic deprehēdimus legendū: Nunc minitatur porrò ſeſe id, quod mœchis ſolet. Suffragatur emendationi huic Donatus. Quid autem κατὰ ἔλλειψιν deſit, idē indicat: Nunc minitatur, inquit, Bene minatur, vt ſuccurri poſſit ei qui non ſit paſſus. Minitatur porrò ſeſe: deeſt facturum. Quod mœchis ſolet, deeſt fieri. Ita ille. [Ac ne hoc neſciatis.] Nos, At ne hoc neſciatis: ſic enim & ſenſus expoſcit, & manu ſcriptū exēplar habet. Præterea impreſſa quædam, velut Lugdunenſe & Venetum. [Ne illi proſis, & tu pereas.] Nos addita particula, quæ deſiderabatur: Ne neq; illi proſis &c. ex Donato & antiquis voluminibus: vt de ſenſu nihil dicam & ratione metri, quæ idem expoſcunt. Deterret enim Pythias ab introitu Parmenonē, quòd nec interuentu ſuo quidquam proſit Chæreæ, & ipſe magnū inſuper vitæ diſcrimē aut capitis periculum ſit aditurus. [Tu iſti narrato omnem rem ordine.] Manu ſcriptū exemplar habet, Tu iſti narrato omnem ordinem, vt factum ſiet: cum quo faciunt de impreſſis Lugdunenſe, Venetum, alia plæraque. Nec conſtat aliter verſus. eſt autem Trochaicus catalecticus. Hoc admonendi cauſa tantùm dixerim, nec enim temerè quidquā de hac re adfirmare auſim: præſertim cū poëta altero illo magis vti ſoleat. velut in Adelphis: Hegionij cognato huius rem omnem narrato ordine Et paulo pòſt: Omnē rem modò ſeni, Quo pacto haberet, enarramus ordine, &c. Quanquam & Haſſenſteinanum habet: Narrato omnem ordinem: vt iam ita legendum eſſe, pro certo ferè adfirmare poſſimus.

DOLETI obſeruatio.

Tu iſti narrato omnem rem ordine, vt factum ſiet.] Eſt ordo propriè quædam ſeries: vt videre eſt in hortis ſeminaria ordine poſita: in vineto vites ordine poſitas: in vlmeto vlmos: in texenda tela fila ordine poſita. Ea eſt ergo propria ordinis ſignificatio. Variam autem tranſlationem habet. Sed hæc locutio quam hîc annotamus, ſignificat id, quod dicimus, bene, rectè, vt decet, diſtinctè, non confuſè, dilucidè, pulchrè, eximiè. Cicero ad Atticum: Domeſtica ordine adminiſtrantur. Idem in Partitionibus: Teſtes ordine interrogandi ſunt.

Ordo.

Ordine.

GLAREANVS.

Sunt omnes trochaici tetram. catalectici. In primo verſu vel deûm monoſyllabum erit, & ô totum vna cum præ-

*cedente ſyllaba dum eliditur: vel, quod veriſimilius mihi quidem videtur, Fidem verbum omitti poteſt, quod aliàs apud hunc quoque Poëtam fieri ſolet, vt admonet Donatus Actus ſecundi ſcena tertia, in Phormione. In quarto verſu omittendum verbum Eſſe, rectè admonet Riuius, quod malè appoſuit Aldi codex. Decimus verſus variè legitur, Eraſmus ita:*

*Scis eã hinc ciuem eſſe, & eius fratrem apprimè nobilem?*

*Quæ lectio mihi non diſplicet, ſed Eius ſic erit diſyllabum, quidam bis Eſſe legunt ad hunc modum:*

*Scis eam hinc ciuem eſſe, & fratrem eius eſſe apprimè nobilem?*

*Vt Eius monoſyllabum poſt Fratrem legatur: innuit & Riuius. Lector porrò ſequatur quod volet. In vndecimo, vel Eam monoſyllabum totum eliditur, vt quinto loco ſit trochæus, eã iſte, vel, quod malim, amphibrachys eodem quinto loco. Paulo pòſt Hem extra metrum eſſe admonuit Eraſmus. In decimoquinto, Minitatur pro Minatur quidam habent codices: & facturum omittendum ex Donati Commentario ſatis liquet, ac carmen ita legendum: Quid ais?* PY. *nunc minitatur porrò ſeſe id, quod mœchis ſolet. Quam lectionem & Eraſmus & Riuius probant. In decimonono, vel* Neſcio *diſyllabum erit, ita vt ſcio totum elidatur, vel Prendi pro Deprehendi legendum. niſi quis vnum hunc verſum inter omnes reliquos trochaicos iambicum exiſtimet. Viceſimumtertium rectè emendauit Riuius,* Ne *neque illi, vt primo loco ſit anapæſtus, ſecundo trochæus,* Ne *ne. Idem aio de vltimo ad hunc modum,*

*Ego abeo intrò, tu iſti narrato omnem ordinem, vt factum ſiet.*

*Vt primo loco ſit anapæſtus Ego abeo in.* Niſi *quis etiã hunc iambicum tetram. acatalecticum exiſtimet. quod mihi non probatur. poteſt & pæan quartus eſſe loco primo.*

IOANNES THEODORICVS.

*Nunc minitatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet.} Paratilmos ſupplicij genus erat apud Athenienſes, quod pauperioribus in adulterio deprehenſis irrogabatur: nam ditiores pecunia ſe redimebant. Inopi expilabatur ſedes, & pudẽda: vnde & nomẽ. ſiquidem παρατίλλεσθαι euelli ſignificat, παρατίλλω vello, euello. Huc reſpexit Pythias, præ verecundia puellari non auſa rem ipſam exprimere. Erat etiam adulterorum Aporaphanidoſis, quum in anum ſeu podicem intruderentur raphani, aut quid eiuſmodi: vt eſt apud Catullum epigram.* X V. *ad Aurelium,* Paratilmus. Adulteri pœna.

*Ah tum te miſerum, malíque fati,*
*Quem attractis pedibus patente porta,*
*Percurrent raphaníque, mugiléſque.*

*Apud Iuuenalem quoque Satyra decima: —quoſdam mœchos & mugilis intrat. Ceſtreus enim piſcis eſt, quem Latini mugilem vocant, ita nuncupatus, quia in modum teli publica Athenienſium pœna intret adulteros. Ceſtron quippe genus eſt miſſilis, quod noſtri viriculum vocant, vt teſtatur Cælius.*

DONATVS

E X MEO *propinquo rure hoc capio cõmodi.} Annotandum, quòd huius ſenis nomẽ apud Terentium non eſt: apud Menandrum Simon dicitur. {Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.} Firmatur ſtatus mentis trepidantis ſenis, vt appareat quàm inopinato malo amens fieri poſſit: quod ipſum ſuperius & in Parmenone ſeruatum eſt. Imparatis enim mentibus mala maiora ſunt. Ergo nunc tam otioſus incedit ſenex, vt neq; mores increpet, nec quicquã ſuſpicetur mali, ſed agat gratias proximæ villæ, cuius beneficio non ſcit quid in vrbe agerent filij. Et nunc adeſt vbi opus eſt poëtæ. Et vide hãc cauſam fuiſſe, cur nõ ad villã diuerterit. Omnes villas comicas ſuburbanas eſſe, commoditatem ipſam nunc explicat & oſtendit. {Neq; agri, neq; vrbis.} Tragicus apparatus. Delicias memorat, qui pericula cogniturus eſt. {Odium me vnquã percipit.} Faſtidiũ ex abundãtia eſt. {Vbi ſatias cœpit fieri.} Suffecerant ad hanc ſententiam duo ſuperiores ij verſus: Sed ἐνέργεια eſt ſenilis eloquij faceti, & garruli ſimul. {Commuto locũ.} Mira breuitate duas res explicuit ſimul. Vbi ſatietas eſt, deeſt nam: vt ſit, Nam vbi ſatietas cœpit fieri. Et cœpit, pro cœperit. {Satietas.} odium: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. {Sed éſtne ille noſter Parmeno? & certè ipſus eſt.} Et dubitauit, & firmauit poſtea: vtpote ſenex, viſu iam languido, atque oculis ætate defeſſis. {Quem præſtolare Parmeno?} Nouè: non, cui præſtolare, ſed, quem dixit. Aliter Tullius, Quid tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. Præſtolari, eſt præſto eſſe & apparere, hoc eſt obſequi. . {Quis homo eſt?} Quare, quis homo, cum prouiderit venientem? vtrum nõ vult videri prouidiſſe, ne quid fallaciæ paraſſe videatur? Sic & in Andria, Quaſi de improuiſo reſpice ad eũ. Vel quia perturbatur exanimatus: qui dũ quid apud Thaidẽ geratur, auſcultat, non videt ſenẽ propius accedere, quem longè viderat. An verò idcirco hoc fingit, quia quod parabat dicere de Chærea, poſtquã cominus ventum eſt, non audet loqui? {Lingua hæret metu.} Virgilius, Et vox faucibus hæſit. {Quid trepidas?} Inſtandũ eſt ſeni ad audienda quæ*

Odium me percipit. Satietas. Præſtolari. Lingua hæret.

# ACTVS V. SCENA VI.



ARG. ADR. BARL.

A Villa otioſo & quieto redit ad vrbem animo hic ſenex, neque enim mores ſuorum clamitat. neque mali quippiam ſuſpicatur, ſed ruſculo ſuo gratias agit, cuius beneficio ignorat, quid in vrbe agant filij, quorum amores & facta nunc demum cognoſcit ex Parmenone.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſcena otioſus adeò & quietus inducitur ſenex, vt neque mores ſuorum increpet, neq; quicquam ſuſpicetur mali, ſed agit gratias proximæ villæ, cuius beneficio ignorat quid in vrbe agerent filij: quod percipit

imprudenti Parmenonis narratione. Felicitas quoque ſenis hîc attendatur, vt appareat quàm inopinato malo amens fieri poſsit. Nam imparatis mentibus mala grauiora ſunt.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena Parmeno ſeipſum prodit. Credulitas in hac ſcena damnatur, nondũ credulus eſt ancillæ Parmeno, admodum ridiculus euadit.

*Senarij.*

*SENEX, PARMENO.

*Ex meo propinquo rure hoc capio commodi:*

*Neq; agri, neq; vrbis odiũ me vnquam percipit.*

*Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum.*

*Sed éſtne ille noſter Parmeno?* & *certè ipſus eſt.*

*Quem præſtolare Parmeno hîc ante oſtium?*

P A. *Quis homo eſt? ehem, ſaluum te aduenire here gaudeo.*

S E. *Quem præſtolare?* P A. *perij: lingua hæret metu.* S E. *hem.*

*Quid eſt q̃d trepidas? ſatíſne ſaluè? dic mihi.*

P A. *Here primùm te arbitrari quod res eſt, velim:*

*Quicquid huius factum eſt, culpa non factum eſt mea.*

S E. *Quid?* P A. *rectè ſanè interrogaſti: oportuit*

*Rem præ narraſſe me. Emit quendã Phædria*

*Eunuchum, quem dono huic daret.* S E. *cui?* P A. *Thaidi.*

S E. *Emit? perij herclè. quanti?* P A. *viginti minis.*

S E. *Actum eſt.* P A. *tum quandam fidicinam amat hic Chærea.*

S E. *Hem, quid? amat? an ſcit iam ille, quid meretrix ſiet?*

*An in aſtu venit? aliud ex alio malum.*

P A. *Here, ne me ſpectes: me impulſore hæc non facit.*

S E. *Omitte de te dicere: ego te furcifer,*

*Si viuo. ſed iſtuc quicquid eſt, primũ expedi.*

P A. *Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus eſt.*

*quæ de facili nunquam fateretur Parmeno.* ¶ *Satíſne ſaluè?* } *Saluè, integrè, rectè, commodè. Plautus in Trinummo, Beneuolens tuus atque amicus.* ¶ *Satíſne ſaluè?* } *Nunc aduerbium eſt: producta eſt e litera. Saluſtius, Inde ortus ſermo, percontantibus vtrinque ſatín' ſaluè, quàm grati ducibus ſuis, quãtis familiaribus copiis agerentur.* ¶ *Here, primùm te arbitrari id quod res eſt, velim.* } *Quòd ante narrationem cõfirmatio inducitur, contra morem & præcepta eſt: ſed meritò: quia perturbatus eſt. licet ſimul* * *vt non poſsit dicere.* ¶ *Quicquid huius factum eſt.* } *Abſolutè vt ſuprà, Et quicquid huius feci, cauſa virginis feci. Aut deeſt Rei. vt ſit, huius rei. Stomachosè.* ¶ *Quid?* } *Quid interrogat, quis enim ante crimen, quàm obiiciatur, aut proponatur, neget?* ¶ *Rectè ſanè.* } *Doctè Terentius ipſe ſe reprehendit. Nam ordine factum nõ eſt præ timore & conſcientia.* ¶ *Emit quendã Phædria Eunuchum.* } *Vide narrationẽ à neceſſariis & vrgentibus cœptam nõ in ſe continere, niſi quod rei conditio cogit fateri. Emit, inquit, Eunuchũ.* ¶ *Quem dono huic daret.* } *Non dixit, cui dono daret. Aliter ab amoris mẽtione cœpiſſet. Deinde τὸ quendam, ἐξουθενισμὸν ſignificat.* ¶ *Huic.* } *Huic more ſuo dixit potius, quàm meretrici. Quinetiam interrogatus, Thaidi potius dicturus eſt, quàm vt nomen dicat, quo offenditur ſenex. Eunuchi autẽ ſolius mẽtio neceſſaria eſt: quia dicturus eſt pro Eunucho deductum Chæream.* ¶ *Actum eſt.* } *Deſperantis verbum.* ¶ *Quandam fidicinã.* } *Extenuatio criminis eſt: non quòd virginẽ, quòd ciuem vitiauerit.* ¶ *Tum quãdam fidicinã amat hic Chærea.* } *Mirè & neceſſariò variauit: illo emit, vt Eunuchũ mittat ad Thaidẽ: hic amat, vt deduci ſe pro Eunucho velit.* ¶ *Hem, quid? amat?* } *Hæc ſingula pronũtianda ſunt, vt ſtuporẽ nimiæ indignationis oſtendat.* ¶ *An ſcit iam ille quid meretrix ſiet?* } *Quia fidicina, meretrix eſt.* ¶ *An in aſtu venit?* } *In Aſtu, in vrbẽ de Pireo. ſic Athẽienſes vocabant vrbem ſuam: vnde ipſi incolæ ἀςοὶ vocantur.* ¶ *Aliud ex alio malũ.* } *Hoc ſeparatim dixit ſenex fixis in Parmenonẽ oculis.* ¶ *Me impulſore, &c.* } *Ipſum accuſat cõſcientia. nõ enim quod leuius eſt, dixit, me ſciente: cũ plus inferat, me impulſore.* ¶ *Ego te furcifer, ſi viuo.* } *Modò omnis ſæuitia comica aut in comminatione eſt, aut in apparatu verborum.* ¶ *Si viuo.* } *ἀποσιώπησις: te vlciſcar quia neceſſariò ſequitur.* ¶ *Sed iſtuc quicquid eſt* } *Inuẽta cauſa cur ſupplicia differantur, donec vxorẽ ducat Chærea, & ipſe purget Parmenonem: ſecundum argumenta quæ ſibi ipſe proſpexit, iuſſu coactúq; feciſſe & imperio herilis filij ſui Chæreæ ſcilicet.* ¶ *Ad Thaidem hanc deductus eſt.* } *Vnde ductor ipſe ſceleratus.* ¶ *Pro Eunuchón'?* } *Non interrogat, ſed exhorreſcit.* ¶ *Hunc pro mœcho poſtea.* } *Bene ſtuduit Terentius pro bis numero dicere: & pro Eunucho, & pro mœcho. Pro mœcho autẽ, quaſi excuſans dixit. Nam verè in virginẽ Atticam, nõ pro mœcho, ſed mœchus eſt.* ¶ *Hunc pro mœcho poſtea.* } *Bene vtrunque Pro: quia neque Eunuchus eſt qui vitiauit virginẽ: neq; mœchus qui in domo metricia. Et ſpecta quàm oratoriè trãſtulerit mentionẽ vitiatæ virginis. Pro mœcho inquit, vt culpã Chæreæ ſub meretricis accuſatione celaret.* ¶ *Hunc pro mœcho.* } *Bene totũ pro: quia neq; Eunuchus, qui ephebus: neque adulter, qui amator.* ¶ *Cõprehendêre*

*Saluè.* *Quidam.* *Actum eſt* *Fidicina.* *Fidicina.* *LACHES, *ecere *Apoſiopeſis.* *Pro.*

SE. Pro Eunuchón? PA. ſic eſt: hunc pro mœcho poſtea

Comprehendére intus & conſtrinxere. SE. occidi.

PA. Aaudaciam meretricum ſpecta. SE. nunquid eſt

Aliud mali, damníve, quod non dixeris,

*Reliquom? PA. tantum eſt. SE. ceſſo huc intrò irrumpere?

PA. Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum,

Niſi, quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo,

Propter me hiſce aliquid eſſe euenturũ mali,

Nã iam diu aliquã cauſam quærebat ſenex,

Quamobrem inſigne aliquid faceret iis: nũc repperit.

*relictũ

intus, & cõſtrinxere.} Quo dicto vim ingentem inferri
Comprehendere. ſignificat Chæreæ. Comprehẽdere ſignificat ſtrictim aliquem in facinore deprehenſum. ⁋ Audaciam meretri-
Emphaſis. cum ſpecta.} Maior ἔμφασις accuſationis eſt per pluralẽ numerum, quàm ſingularẽ. Sic alibi, An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? ⁋ Audaciam meretricum.} Oratoriè auertit iram ſenis à ſe, & à Chærea: atque deriuat in meretricem. ⁋ Nunquid eſt aliud mali damníve?} Bene interrogat: quia omnia inuitus ſeruus dicere videbatur. Et cum damnum, malum ſit, de proximo collatum diſcernitur: & damnum ad emptionem eunuchi, malum ad comprehenſum pertinet & conſtrictum Chæreã. ⁋ Ceſſo huc intrò irrumpere?} In tantam formidinem coniectus eſt ſenex, vt non miremur, quòd tam citò nuptias firmet ephebi & virginis: & quanuis non honeſtè, tamẽ quia ex ingenti metu vel indigno matrimonio filij, vitam paciſci velit. ⁋ Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum.} Suaue eſt neſcire perſonas quid agat poëta. Ita nõ
Neceſſe. periclitaturus Parmeno. ⁋ Niſi quia neceſſe fuit.} Neceſſe,
Neceſſus. eſt nomen. Nam neceſſus, neceſsis, & neceſsitas, & neceſ-
Neceſsis. ſum, lectum eſt. ⁋ Id gaudeo.} Scilicet vt ſuccurratur Chæ-
Neceſſum. reæ periclitanti. ⁋ Propter me.} Plus dixit, quam ſi Per me
Neceſsitas. diceret. ⁋ Hiſce aliquid.} Meretricibus, non adoleſcenti-
Propter me bus. & item pluraliter ſuo more: vt, Audaciam meretricum ſpecta. &, Non perpeti meretricũ contumelias. ⁋ Nam
Cauſa, pro iam diu aliquam cauſam quærebat ſenex.} Nota cauſam,
occaſione. pro occaſiaſione. ⁋ Quamobrẽ inſigne aliquid faceret.} Manifeſtius hoc Menandrer explicat, Iampridem infeſtũ meretrici ſenem, poſt corruptum ab ea Phædriam: nunc demũ
Quamobrẽ ſe inuenta occaſione vindicaturum. ⁋ Quamobrem.} Quan-
Inſigne. uis dixiſſet Cauſam, intulit Quamobrẽ. ⁋ Inſigne aliquid.} Magnum & nobile facinus. ⁋ Faceret.} ἰδιωτικῶς dixit.

ADRIA. BARL.

⁋ Ex meo propinquo rure.} Quaſi dicat, habeo adhuc longinqua. ⁋ Propinquo rure.} quod habeo in ſuburbano meo Atheniẽſi. Ex meo propinquo rure, hoc capio commodi, Donatus tragicũ dicit eſſe apparatũ, delitias memorat, qui periculũ cogniturus eſt. Ruſticæ vitæ tranquillitatem ac delitias facundè laudat & admiratur in ruſtico Politianus. Carmen eſt. O dulces paſtoris opes, ô quanta beatum, Quàm tenet hunc tranquilla quies! vt pectore toto lætitiam, totáque fouet bona gaudia mente! Nempe odij fraudúmque expers, exemptus inani Ambitione, vacánſque metu, ſpe liber, & inſons, Natiuo cultu, & gaza prædiues agreſti, Ipſe ſibi viuit nullo ſub teſte, ſuóque pendet ab arbitrio, ſuus ipſe eſt cenſor, & alto calcat opes animo, ac regum deridet
Satias. honores. ⁋ Vbi ſatias cœpit.} Satias pro ſatietas veteres dixerunt. Q. Septimus Ro. in hiſtoria Dictys Cretẽſis, quam Latinã fecit de bello Troiano: Dein vbi ſatias, inquit, omnes tenuit. Idem nõ multo pòſt. Neque prius finis factus, quàm Græcos ſatias, & ad poſtremum fatigatio inceſsit. ⁋ Quem præſtolare
Parmeno.} Præſtolari dicitur, qui ante ſtando moram trahit, quo loco vult venturum excipere: & frequenter accuſatiuum habet. Plautus, Dum eum domi præſtolor, adoleſcens venit. Apuleius, Equidem magno gaudio eum præſtolabar. ⁋ Quis homo eſt?} Vidit eum antea, nam ſuprà dixit. Ecce autem video rure redeuntem ſenem. Vnde ergo hæc? Quis homo eſt? Dic quòd videri non vult ſe præuidiſſe, ne quid putetur fallacię paraſſe. Sic eſt in Andria: Quaſi de improuiſo ad eum reſpice. Præſtolari.
⁋ Hem.} Perculſi animi interiectio, vel malum cognoſcẽtis. Hem.
⁋ Lingua hæret metu.} Metus vocẽ adimit. Vnde & Virgil. Lingua hæ
Obſtupui, ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit. ⁋ An ret.
in aſtu venit.} Aſty Græci vocant ciuitatẽ, vt perſæpe Homer. Sic Athenienſes vocabant vrbem ſuam. Hinc aſtu- Aſtu.
tiæ, aſtus, aſtuti, dicti, quoniam qui in vrbibus degũt, calli- Aſtutia.
diores ſunt in agro degẽtibus. Ab aſtu, mediaſtinus dicitur, Aſtus.
mediæ ciuitatis incola. Vt in ciuitate, ita & domi eſt me- Mediaſti-
diaſtinus authore Budæo Mancipiũ abiectius. quòd viliſsi- nus.
ma & ſordidiſsima miniſteria obire domi cogebatur, ſolum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiuſmodi alia facere. Ipſum ob hoc ita dictum, quòd in media domo ad imperia omniũ nutúſque excubare ſoleat. ⁋ Viginti minis.} Hoc eſt, trecẽtis & quinquaginta renenſibus, ſiue quin-
quaginta octo libris, ſex ſolidis & octo groſsis. ⁋ In aſtu.} Aſtu.
Aſtu nomen eſt inflexibile ſicut cornu. ⁋ Aliud ex alio malũ.} Hoc fixis dicit in Parmenonem oculis, vnde ſequitur, Here ne me ſpectes. ⁋ Aliud ex alio malũ.} Percellitur Laches ſimulátque, filium in vrbẽ veniſſe intellexit. Ruſticana enim vita innocentior eſt, vt quæ ſola cum ſolis habeat commercia terris. Vnde Politianus de agricultore elegãter, felix, inquit, ille animi, diuiſque ſimillimus ipſis: Quem nõ mendaci reſplendens gloria fuco Sollicitat, non faſtoſi mala gaudia luxus. Sed tacitos ſinit ire dies, & paupere cultu, Exigit innocuæ tranquilla ſilentia vitæ. Item paulo pòſt, Non mentem pauet ipſe ſuam, nec conſcius omnes Exhorret ſtrepitus, nec edaci pectora culpa Carpitur occultè. ⁋ Ego te furcifer ſi viuo.} Apoſiopeſis irati ſenis. ⁋ Is pro Eunucho ad Thaidem deductus eſt.} Deductorem tacet, cum dicere debuerit, ego pro Eunucho eum deduxi. ⁋ Pro mœcho.} Bene dixit pro mœcho, & paulo antè pro Eunucho, neque enim Eunuchus eſt, qui vitium virgini obtulit, neque mœchus, qui in domo meretricia id fecit. ⁋ Audaciam meretricum ſpectat.} Oratoriè auertens iram ſenis à ſe, in meretricem deriuat. ⁋ Quia neceſſe fuit.} Se ſolatur à neceſſitate. ⁋ Aliquam cauſam.} Pro occaſione cauſam dixit,

Cauſam

Cauſam litis, aut iurgij, aut multandi meretrices.

LATOMVS. *Satias.* *Hem.* Argumentum. Incautè prodit ſe Parmeno impulſus dolo ancillæ. ¶ Vbi ſatias. } Vetuſtè pro ſatietate. ¶ Perij. } Hoc ad ſpectatores. ¶ Hem, quid eſt. } Metuentis ac ſuſpicantis. ¶ Here primum te. } Defenſio perturbatæ perſonæ ante narrationem. ¶ Emit quendam. } Attende copiam poëtæ, qua eandem rem iterū ſic narrat, vt ne ſit tædio ſpectatori. ¶ An in aſtu. } Prouerbium de callidis & vſu peritis. ¶ Si viuo. } Apoſiopeſis comminantis. ¶ Audaciam meretricum. } Oratoriè auertit iram ſenis in meretrices. ¶ Non dubium eſt. } Hoc ad ſpectatores.

PETRVS MARS. Ex meo propinquo rure, &c. } Boni ciuis rem domeſticā curantis, agentíſque citra aliorum iniuriam, honeſtum & nullis cenſuris obnoxium negotium, hæc ſcena deſcribit: exprimens affectum patris, qui vehementer commouetur, qui nouos filiorū ardores, ac prodigalitatem intelligit. Eſt enim ſenex auarus, & rem maximo labore partam turpiter perire in primis indignatur, exterretur inquam re noua, & inopinata. Vnde Seneca de conſolatione ad Martianum ſic ait: Quæ multo ante prouiſa ſunt, languidius incurrunt: & aufert vim præſentibus malis, qui futura proſpexit. Fortuna illis eſt grauis, quibus eſt repentina: facilè eam ſuſtinet, qui ſemper expectat. ¶ An in aſtu venit? &c. } Aſtu eſt nomen indeclinabile. Aſtuta, inquit, Aſconius Pædianus, *Aſtutus.* vrbana dicuntur. Etenim vrbs, Græcè ἄστυ dicitur. Teren- *Aſtu.* tius: An in aſtu venit? Sextus Pompeius ſic ait: Aſtus apud *Aſtus.* Poëtas aſtutiam ſignificat, cuius origo ex oppido Græco Aſty deducitur, in quo qui aſſiduè verſati ſunt, cauti atque acuti eſſe videntur.

RIVII caſtigatio. An in aſtu venit? aliud ex alio malum. } Hæc vera haud dubiè lectio eſt. Cæterùm quod ad diſtinctionem attinet, mendum eſt tum in manu ſcriptis, tum in impreſſis quibuſdam, velut Argentoratenſi, Veneto, pleriſque aliis, in quibus iunctim legitur: An in aſtu venit aliud ex alio malum? cum ſit diuiſè pronuntiandum, & ita diſtinguendum, vt non vna ſententia eſſe videatur, ſed duæ. Nam & Donatus, Aliud ex alio malum, hoc, inquit, ſeparatim dixit, ſenex, fixis in Parmenonem oculis. Ergo: An in aſtu *Aſtu.* venit? id eſt, venitne in vrbem Chærea de Piræeo? Nam ἄστυ vrbs dicitur: vnde & aſtuta vrbana interpretatur Aſcan. Pædianus. Athenienſes autem ſic appellabāt vrbem ſuam Athenas: id quod præter alios Cicero ſecūdo de legibus indicat, vbi ait: Itaque cum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris: vt veſtri Attici, priuſquam Theſeus eoſdem migrare ex agris, & in aſtu, quod appellatur, omneis ſe conferre iuſſit &c. Iam quod ſequitur: Aliud ex alio malum: eandem fermè ſententiam habet, quam Euclionis illud apud Plautum in Aulul. Perij oppido, ita mihi ad malum malæ res plurimæ ſe adglutinant. In manu ſcripto neſcio quis margini adſcripſerat hoc loco: An in aſtu venit aliud ex alio malū? quaſi dicat, Phædria malum exemplum Chæreæ dedit. O interpretes, Non magni quidem momenti hæc adnotatio, fateor: tamen ne rurſus ab aliquo locus hic corrumperetur, præcauendum nobis exiſtimabam: præſertim cum ex doctis quidam primi ferè nominis in hoc lapſus videatur: qui alicubi adnotarit, eos qui in vrbibus degant, propter contagia negotiorum & hominum, aſtutiores euadere. Vnde ſit illud Terentij: In aſtu aliud ex alio malum venit. Eſt quidem μνημονικὸν & ἁμάρτημα, credo: ſed multos tamen in errorem ſimilem pertraxit.

*Eraſ. in adag. Vrbanus nhil ę- qui cogitat.*

DOLETI obſeruatio. *Satias.* Vbi Satias cœpit fieri. } Satias dixere Antiqui: & poſt Antiquos poëtæ: vt Terentius: vel antiquæ dictionis amatores: vt, Saluſtius: Hi, ſaltibus occupatis, exterorum agros inuaſere: frumentíque ex inopia graui ſatias facta eſt. Terentius in Phormione, Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias me iam tenet ſtudiorum iſtorum.

GLAREANVS.

Senarij ſunt iambici. In primo verſu vel Meo monoſyllabum eſt, vel creticus primo eſt loco. In ſecundo verſu, loco primo eſt anapæſtus. In tertio verſu, loco primo proceleuſmaticus. In quarto verſu d eliditur in Sed, inquit Eraſmus, vel bacchius eſt loco primo, vt ego puto. In ſexto verſu, Ehem, monoſyllabum eſt, contrà atque habet differentia, qua de Actus ſecundus ſcena quinta in Andria. In octauo vel d, eliditur in Quid, vel s, in Satis. In decimo d eliditur in Quid, & Huius diſyllabum. Quanquā in vtroq; verſu creticus & bacchius has eliſiones ſanare poſſunt. In decimo à fine, Pro Eunu, Spondeus eſt. In ſexto à fine pro Reliquum Eraſmus putauit poſſe etiam Relictum legi. Ego autem exiſtimo ſi ſub finē verſus altero in loco non fiat eliſio, poſſe etiam legi Reliquum.

## ACTVS V. SCENA VII.



ARG. ADR. BARL.

PYthias egrediens irridet Parmenonē, plus ſatis credulum, ſimul populū docet, quid intus egerit ſenex.

DONATVS. NVNQVAM ædepol quicquā iam diu. } Pythias egreditur veluti irriſura, Parmenonē vt ipſa putat. egredi autem à Poëta cogitur, vt doceat populum quid intus egerit ſenex. Ergo perſona cachinnans inducitur, quærens Parmenonem: aſpectúq; eius ob nimium riſum vix loqui poſſe. ¶ Nunquā ædepol quicquam. } Rarum eſt euenire quod velis: & quod maximè velis, id rarū magis. *Errare.* ¶ Intrò ad nos venit errās. } Non greſſu errans, nec via: ſed animo & opinione. ¶ Mihi ſolæ ridiculo fuit. } Soli regulariter dicitur: ſolæ non rectè, ſed antiquè. vt alibi, Hoc ipſa in itinere, alteræ dum narrat, fortè audiui. ¶ Quid hoc autem eſt? } Ridentem miratur Parmeno. ¶ Nunc id prodeo. } Propter id. ¶ Quid rides? pergin'? } Ex huius verbis oſtendit quàm multum rideat petulans puella. ¶ Perij. } Propriè hîc verbum eſt aptum, quaſi ſit laſſa ridēdo. ¶ Nūquam ædepol hominē ſtultiorē vidi. } Poſtquam rogas dixerat, quaſi narratura vi-

*Solæ, datiuus.* *Alteræ, datiuus.* *Id, pro ob id.* *Perij.*

*debatur: & redit ad inſultationẽ.* ⁋ *Quos ludos præbueris.* } *Ex errore & metu nimio, ſenis credentis conſtrictum filium ſe offenſurum in domo meretricis.*
⁋ *At etiam primò callidum ac diſertum credidi hominem.* } *Hæc omnia ſic in ſcena pronuntiata ſunt, vt riſu interrumpi verba puellæ viderentur. Maioríſque inſultationis eſt, ſi is qui fatigat alterum, dicat ſe ante de illo multò aliter ſenſiſſe.* ⁋ *Ilicóne credere.* } *Non ideo hoc dicit, quòd perſonæ ſuæ fidem deroget: ſed quod res incredibilis fuerit, quam illi perſuaſerit: aut certè ſi credendũ fuerit, non ſtatim, neque examinata, neque facta rei cognitione.* ⁋ *Ilicóne credere.* } *Obiurgatio de tempore.* ⁋ *An pœnitebat flagitij.* } *Illud quod ſuprà, à ſtulto: hoc quod nũc dicit, à malo fieri potuit: illud, ab imprudẽte: hoc quod peius eſt, à ſciẽte.* ⁋ *An pœnitebat flagitij.* } *Paruũ videbatur. Ipſe alibi, Quantũ hîc operæ fiat, pœnitet.* (*Pœnitet.*) *Plautus in Truculento, pœnitétne te, quòd ancillam ſolam nimis erumpere?* ⁋ *Ni miſerum inſuper etiã patri indicares?* } *Duo obiicit. vnum, quòd malè conſuluerit: alterum, quòd malè prodiderit cõſilia ſua.* (*Indicium.*) *Et bene indicares: nã indicium dicitur eius qui vnà peccauerit.* ⁋ *Nã quid illi.* } *Adoleſcẽti ſcilicet.* ⁋ *Ni miſerum inſuper etiã indicares patri?* } (*Miſer.*) *Ad inuidiã Parmenonis, miſerũ dicit adoleſcentem: eo modo quo Iuno accuſans Venerem, ait, An miſeros qui Troas Achiuis Obiecit. Sic enim agimus, cũ ab his qui falſò rei ſunt, in authores culpã ſceleris remouemus.* ⁋ *Quid eſt? iã ſcis te periiſſe.* } *Hoc nõ ſtupentibus, ac culpã patientibus dicitur.* ⁋ *Hem, quid dixti peſſuma?* } *Nunc demum intelligit Parmeno ſe eſſe deluſum.* ⁋ *Etiã rides?* } *Apparet eam*

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena Pythias egreditur tanquam irriſura Parmenonem, vt ipſa putat. Egredi autem à Poëta cogitur, vt doceat populum, quid intus egerit ſenex.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IRridet Pythias Parmenonis credulitatẽ: Proinde vtile eſt meminiſſe illius Epicharmi, μέμνασ' ἀπιστεῖν.

*Iambici Octonarij Acatalectici.*

PYTHIAS, PARMENO.

NVnquam ædepol quicquã iã diu quod magis vellem euenire,
Mihi euẽnit, quàm quòd modò ſenex intrò ad nos venit errans.
Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ quid timeret ſciebam.
PA. Quid hoc autem eſt? PY. nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem.
Sed vbi obſecro eſt? PA. mén' quærit hæc? PY. atque eccum video: adibo.
PA. Quid eſt inepta? quid tibi vis? quid rides? pergín'? PY. perij,
Defeſſa iam ſum miſera de te ridendo. PA. quid ita? PY. rogitas?
Nunquam ædepol hominem ſtultiorem vidi, nec videbo: ah
* Non poſſum ſatis narrare quos ludos præbueris intus: (*nõ poteſt ſatis narrari)
At etiam primò callidum & diſertum credidi hominem.
PAR. Quid? PY. illicóne credere ea quæ dixi, oportuit te?
An pœnitebat flagitij, te autore quod feciſſet
Adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuiſſe, vbi veſtem vidit
Illam eſſe eum indutum pater? qnid eſt? iam ſcis te periiſſe.
PAR. Hem, quid dixti peſſuma? an mentita es? etiam rides?
Itáne lepidum tibi viſum eſt, ſcelus, nos irridere? PY. nimium.
PAR. Siquidẽ iſtuc impunè habueris. PY.

*ex huius ſtomacho vehementius cachinnare.* ⁋ *Nos irridere?* } (*Nos.*) *Nos ſuperbius dixit, quàm ſi diceret me.* ⁋ *Siquidẽ iſtuc impunè.* } *Subauditur, Tum nimium.* ⁋ *Verum?* } (*Verum?*) *Irridentis interrogatio.* ⁋ *Sed in diem iſtuc.* } (*In diem.*) *In longam dilationẽ. vnde dilatio eſt dicta diei prolatio.* (*Dilatio.*)
⁋ *Tu iam pendebis.* } (*Iam.*) *Iam, nimiam velocitatẽ ſignificat.*
⁋ *Nobilitas flagitiis, & eundem indicas.* } (*Nobilitare flagitiis.*) *Duas res ſignificat ſimul: & cogis flagitia facere, & faciẽtem indicas.*
⁋ *Vterque exempla in te edent.* } (*Exempla edere.*) *Noua ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrentur: aut quæ documẽta ſint cæteríſne delinquãt, exẽpla dicuntur: Et edent, & edet legitur, ſi edẽt, figuratũ eſt. ſi edet, rectè. Et plus eſt edet, quam dabit.* ⁋ *Nullus ſum.* } *Hoc ſecum Parmeno.* ⁋ *Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus: abeo.* } (*Honos.*) *εἰρωνικῶς, & μεταφορικῶς pro munere. Et honos rumigerulis haberi ſolet.* ⁋ *Ego meo indicio miſer, quaſi ſorex, perij.* } (*Indicio ſuo perire.*) *Proprium ſoricũ eſt vel ſtridere clarius quàm mures, vel ſtrepere magis cum obrodũt friuola: ad quam vocẽ multi ſe intendentes, quamuis per tenebras noctis transfigunt eos.* (*Sorex.*) *Plautus, Confoſſiorẽ te faciam ſoricina Næuia.*
⁋ *Quaſi ſorex hodie perij.* } *Quia latêre potuit, nec occidi, ſi taceret.* ⁋ *Egomet meo indicio.* } *Proberbium in eos, qui ipſi ſe produnt. quia ſorex non facilè caperetur, niſi emitteret vocem noctu.*

*Mihi ſolæ ridiculo fuit.* } (ADRIA. BARL.) *Secundum regulam ſoli dicimus. Terentius antiquè loqui maluit. Priſcianus hunc citans locum, ait hæc nomina, vnus, vllus, vter, nullus, ſolus, alius, totus & alter, aliorum quoque nominũ ritu à veteribus declinata.* (*Solæ, datiuus.*) *Ah, ah, ah,* } *Modò ridentis eſt, & duplicatur, triplicatúrq; interdũ. multa tamen exẽplaria non habent.*

*Quod*

verum? PAR. reddam herclè. PY. credo.
Sed in diem iſtuc Parmeno eſt fortaſſe, quod minitare:
Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcẽtulum nobilitas
Flagitiis; & eundem indicas: vterque in te exempla * edent.
PAR. Nullus ſum. PY. hic pro illo munere tibi bonos eſt habitus: abeo.
PAR. Egomet MEO INDICIO miſer, quaſi ſorex, hodie perij.

Quod proximè ſequitur, peri, ſignificat laſſam eſſe ridendo ancillam. ¶ De te ridendo. } Tmeſis eſt, vt ſit deridendo te, vel auferendi caſus. ¶ Primò callidum ac diſertum credidi hominem. } Parmeno bis ſtultè fecit, Pythiæ verbis fidem habens. Primùm quòd mulieri credidit, cui ne mortuæ quidẽ credendum eſt, deinde quòd rẽ quoque ſpe falſam pro vera narrauerit. ¶ Ilicóne credere? } Obiurgatio à tempore. ¶ Quid dixti peſſuma? } Hîc demum ſe deluſum eſſe intelligit Parmeno. ¶ Verum. } Irridentis interiectio. ¶ In diem iſtuc. } In diem, idem eſt, ac ſi diceret, in longam dilationem, aliquãdo fortaſſe fiet, quod nobis minitaris, ſed tuum iam paratum eſt ſupplicium. ¶ Nobilitas adoleſcentem flagitiis. } Duo ſignificãtur, quòd Chæream cogit flagitia facere, & facientem indicat patri. ¶ Hic pro illo munere habitus eſt honos. } Senſus eſt, Tu tuo nos munere deluſiſti, nos vicem rependimus, & par pari referimus. ¶ Egomet miſer meo indicio quaſi ſorex hodie perij. } Hæc Parmeno, qui deluſus à Pythia, prodiderat ſe ſeni. Donatus admonet eſſe prouerbium in eos, qui ſuapte voce produntur. Atque hinc exiſtimant ductam metaphoram, quòd ſoricum proprium ſit vel ſtridere clarius quam mures, vel ſtrepere magis, cum obrodunt friuola. Ad quam vocem multi ſeſe intendentes, quamuis per tenebras transfigunt eos.

In diem.

LATOMVS.

Argumentum. Ancilla indicat quid intus actum ſit, & deridet Parmenonem. ¶ Nunquam ædepol. } Hoc totum cum riſu, & cachinno pronuntiãdum ¶ Perij. } Vox laſſæ & defeſſæ ridendo. ¶ Callidum & diſertum. } Eò refertur quòd temere crediderit, diſertum quòd falſa pro veris narrauerit. ¶ Hem, quid dixti. } Ira & indignatio Parmenonis. ¶ Siquidem iſthuc. } Comminatio. ¶ Quaſi ſorex. } Prouerbialis comparatio in eum qui culpa ſua deprehenditur.

PETRVS MARSVS.

Nunquam ædepol &c. } Geſtiens lætitia meretricis voti compotis, ac inſultatio alienæ ſtultitiæ, hac ſcena exprimuntur. Triumphat quippe metricius animus, & hilaratus applaudit ſibi, cum par pari relatum eſt, & viciſſim irridere poteſt: talem mẽtis hilaritatem nullo auro permutaret: gaudet enim, vt dictum eſt, vindicta muliebris animus. ¶ Hic pro illo munere tibi bonos &c. } Senſus eſt: Tu munere tuo nos deluſiſti, nos vicem rependimus. Hic honos, qualem vides, (quaſi diceret, te deluſimus) habitus ſcilicet eſt à nobis, pro illo munere tuo tã illepido. ¶ Abeo. } Id eſt, diſcedo hinc, iam compos voti, inquit, Pythias, & te iam deluſum relinquam cruci paratæ, in qua iam pẽdebis. ¶ Sed in diem iſtuc Parmeno, &c. } Aliquando fortè iſtuc accidet, quod nobis minitaris: ſed ſupplicium tuum iam paratum eſt: & ſic ex ſtomacho loquitur Pythias, & inſultat Parmenoni. ¶ Tu iam pendebis. } Id eſt, eris appenſus in patibulo & cruce. Pendeo, pendes, idem ſignificat: quod ſum ſuſpenſus Pendo, pendis, ſoluo ad pondus. Vnde pendere pœnas, & penſio dicta.

Defeſſa iam ſum miſera de te ridendo. } Nos omittendam putamus præpoſitionem de, ex obſeruatione quorundam exemplarium. ¶ Nunquam ædepol hominem ſtultiorem vidi. } Manu ſcriptũ habet: Nunquam pol hominem &c. nec ſanè aliter Donatus. ¶ Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas. } Quod quidam codices habent denobilitas, id verſus ratio reſpuit. Eſt autem Tetrameter catalecticus.

*edet RIVII caſtigatiõ.

DOLETI OBSERVATIO.

Non poſſum ſatis narrare, quos ludos præbueris intus. } Id eſt quantum riſum de te concitaris, vel quàm ridiculus viſus fueris. ¶ Siquidem iſtud impune habueris. } Pro, inultum abſtuleris, vel ſine pœna. ¶ Sed in diem iſtud, Parmeno, eſt fortaſſe, quod minitare. } Dilationem videtur habere hæc locutio: & ſic loquitur Cicero in Oratione pro Cælio: Prô Dij immortales, inquit, cur interdum in hominũ ſceleribus maximis, aut contumeliis, præſentis fraudis pœnas in diem reſeruatis? Alia autem eſt huius locutionis ſignificatio, cum dicimus in diem viuere. Tunc enim eſt, quod non longioris temporis, quàm præſentis, vel poſteri ratione habita viuere.

Ludos præbere. Impunè habere. In diem.

GLAREANVS.

Et hi ſunt iambici, ſed quadrati catalectici. In verſu primo vel edepol prima longa & Diu monoſyllabum, vel abſque diphthõgo & Diu diſyllabum. In magis s, eliditur. Quidam codices hac in ſcena bis habent Nunquam pol pro Nunquam edepol. In ſecundo verſu Mihi monoſyllabum totum eliditur, vel bacchius eſt loco primo. In tertio Sciebam malim quàm Sciebam, niſi ſit ſynæreſis. In quarto malim d, elidere in Quid, quàm ex Prodeo facere ſpõdeum. Sed & ſatius eſt vel loco primo bacchium cõſtituamus, vel creticum loco quarto. In ſeptimo, præpoſitio De, in pleriſque non habetur codicibus, quam ſi tollamus, certè Rogitas legendum erit, non rogas. quæ lectio placet. In octauo rurſus edepol prima correpta, vt frequens eſt huic poëtæ. Niſi quis legat, Nunquam pol. In nono vel Non pote legendum pro Non poſſum, vel s, in Satis elidendum. In XIIII. d, eliditur in Quid. In XV. poſt verbũ Pater, Parmenonis perſonam inſerunt. Quid eſt, vt d, elidatur. Quidam verbum Eſt, non habent. In XVI. vel legendum Ehem diſſyllabum cum Dixti diſſyllabo, vel Hem monoſyllabum cum Dixiſti triſſyllabo. In XVII s, eliditur in Scelus, vel creticus eſt loco quarto, quod & aliis huius ſcenæ locis admonere omiſimus.

Edepol. Edepol.

*QVid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus?* ⁊ *Reminiſcere hunc eſſe, qui ſuprà militi dixerit de Thaide, Iam dudum te amat. & rurſus, Iam tibi hæc aderit ſupplicans vltro. & hinc videbis quos exitus habeat aſſentatio. nam idem militi author eſt ſummæ deſperationis. Et animaduerte, quòd ſemper à menſa Gnatho inuitus abſtrahatur: nā & ſuprà, cum ad litem veniatur, ex verbis Thraſonis manifeſtum eſt, & Gnathonem inuitū ſequi, vbi dicit, Hāccine ego vt contumeliam tātam, tam inſignem nunc accipiam Gnatho? Mori me ſatius eſt. Et bene, qua ſpe, & quo conſilio: tanquam omnia expertus, & nec muneribus gratus, nec terroribus metuēdus.* ¶ *Quid nunc? qua ſpe?* ⁊ *Paraſitus intelligit quid agat miles: ſed ad hoc inducitur interrogare ipſum militem, vt populus audiat quo cōſilio veniat ad Thaidem.* ¶ *Quid nunc? qua ſpe?* ⁊ *Summa deſperatio eſt apud militem reconciliādæ amicæ, ad hoc vt æquo animo ferat admitti Phædriam, dum ipſe quoque recipiatur, nam non in fine fabulæ contriſtandus éſt.* ¶ *Quid inceptas Thraſo?* ⁊

*Incipere.* *Incipere, magnorum facinorum eſt, & audaciæ.* ¶ *Vt Thaidi me dedam.* ⁊ *Poſt inductionem belli, & inſtructionem pugnæ quid ſequatur niſi deditio ſuperatorū?*

*Dedo.* *Deditio.* ¶ *Et faciam quod iubeat.* ⁊ *Propriè: nam in deditione victores iubent, victi obſequūtur.* ¶ *Qui minus quàm Hercules ſeruiuit Omphale?* ⁊ *Hîc Terentius exprimit conſuetudinem, in qua ignauis rationes criminum, & exempla ſuppeditant. nam ſic & ſuprà de Pyrrho.*

*Omphale.* *Omphale Lydiæ regina fuit, quæ Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit: cum ipſa calathum, & colum, cultúſque fœmineos ſagittis, & claua, leoníſq; tegmine mutaſſet.* ¶ *Seruiuit. Hercules Omphale?* ⁊ *Subauditur, & ego ſeruiam Thaidi?*

*Cōmitigari* ¶ *Vtinā tibi commitigari videā ſandalio caput.* ⁊ *Commitigari, eſt tundendo deprimi atque deponi.* ¶ *Sandalio caput.* ⁊ *Plus dixit caput, quā ſi aliam partem corporis diceret verberari. Et mirè calceamento caput verberari.* *Sandalium* ¶ *Perij T.* ⁊ *Quid hoc autē mali eſt?* ⁊ *Eunuchi habitu Chærea, ſed virili confidentia proſilit, & militem velut noui riualis terret aſpectu.* ¶ *Hunc ego nunquam videram.* ⁊ *Ideo Chæreā miratur.*

**proſiliit*

*Vt Thaidi me dedā.* ⁊ *Vide ignauiā militis, qui paulo antè venerat, meretriciā oppugnaturus domum, nunc ſe dedere vult mulieri. Conſidera ſimul amoris potentiam.* ADRIA. BARL. ¶ *Quid eſt?* ⁊ *Admirantis q.d. Tu ne Thaidi ſerui es? indignum facinus.* ¶ *Et faciam quod iubeat.* ⁊ *Propriè, authore Donato. Deditis enim victores iubēt, obſequūtur victi.* ¶ *Quàm vt Hercules ſeruiuit Omphale.* ⁊ *Herculem, quem mundi magnitudo vincere nō potuit, libido compreſſit. Mentes vel ferreas à libidine peruinci, perdomaríque cognitum ferè experimentis eſt. Fabulātur poëtæ Sirenum cātibus,* *Sirenes.* *nautas in ſaxa præcipites actos: eæ non aliæ fuerunt quā meretrices, quæ nauigantes blādiſſimis venenis in fraudem pellexerint, huius voluptatis incentiuis. Et Omphales veneficiis maxima pars,* *Omphale.* *hominū capta delinitáque, præceps abit in vulnus.* ὀμφάλιον *græcè, vmbilicum ſignificat. At in vmbilico dominatur libido mulieri.* ¶ *Quàm vt hercules ſeruiuit Omphale.* ⁊ *Viros quantumuis fortes effœminat amor. Vide exemplo quali, turpitudinem ſuā defendat. A maiori. Hiſtoria de Herculis ſeruitute hunc in modū ex antiquis commentariis refertur à Sabellico, rerum geſtarum ſcriptore, vt ego arbitror nō peſſimo.* *Hercules Omphale ſeruiens.* *Hercules cum Megara dimiſſa Iolē Euryti Oechaliæ regis filiam ſibi vxorem popoſciſſet, quia pater de ea re conſulturum ſe oraculum dixerat, non moram illā, ſed repulſam interpretatus, Euryti boues ex Oechaliæ finibus abegit, ad quas Iphiclus repetendas à patre*

## ACTVS V. SCENA VIII.



ARG. ADRIA. BARL.

STatuit hic miles vltro ſe dedere Thaidi, Herculis exéplo qui Omphale ſeruiuit in lanificio: pro claua & leonis tegmine, acceptis ab ea calatho & colo.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena conſiderare licet ad quos exitus militem induxerit Gnathonis aſſentatio. Nam dixerat ſuprà: Iam tibi hæc aderit ſupplicans vltro. Hic contrà, miles Vltro ſe dedere Thaidi, ac deuouere ſatagit, exemplo Herculis, qui Omphale in lanificio ſeruiuit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

INitium Cataſtrophes, in quo Gnatho vim militis debilitat.

*Trochaici.*

GNATHO, THRASO.

*QVid nunc? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid incœptas Thraſo?*
*T. Egóne? vt Thaidi me dedam, & faciā quod iubeat. G. quid eſt?*
*Quî minus huic quàm* Hercules *ſeruiuit Omphale? G. exemplum placet.*
*Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput.*
*Sed fores crepuere ab ea. perij.* T. *quid hoc autem eſt mali?*
*Hunc ego nunquam videram: & iam hic quidnam properans * proſilit?*

patre Tyrinthem miſſus, ex eminenti turre eſt Herculis iuſ-
ſu præcipitatus. Ob eam cædem in grauiſſimũ morbum inci-
Iphiclus: diſſe creditur. Et quanquam de more expiatus, cum nihilo-
minus langueret, oraculo( vt tunc erant mortalium animi,
varia ſuperſtitione impliciti) monitus dicitur, fore vt non
prius clade illa defungeretur, quàm iuſto venditus foret
pretio, eáque pecunia Iphicli liberis, pro paterna cæde repen
ſa eſſet. Oraculi præcepto vſus Hercules, vt priſtinam reci-
peret valetudinem, ſeſe venalem præbuit, ſeruiuítque diu
ignotus Omphale virgini Lardaneſiorum reginæ, qui Meo-
nij olim, mox Lydij ſunt nuncupati, filiæ. Sed dum ſeruitu-
tẽ ſeruiuit, latrones Cecropas nominatos, Lydiæ finibus in-
feſtos, partim peremit, partim Omphale victos ad ſuppliciũ
tradidit. Oppreſſit & Syleũ, qui mortales peregrè exceptos,
ſeruili operæ inuitos adigebat. Itonas inde oppreſſit, & ip-
ſos latrocinio infames, eorum vrbe funditus euerſa. His præ-
clarè geſtis, tum demum agnitus, confeſtim libertate dona-
tus eſt. Omphaléque ex eo facta grauida, Lamonem filium
peperit. Diodorus Siculus hanc habet hiſtoriam de antiquo-
rum geſtis fabuloſis libro quinto. ¶ Vtinam tibi commitigari
videam ſandalio caput. } Indicat magnam meretricum ſu-
perbiam, cùm cupiat militis caput cædi mulieris ſolea. ¶ Vti-
nam tibi commitigari videam ſandalio caput. } Sunt qui
tradant Terentium hoc mutuatum eſſe à Turpilio, qui pri-
Sandaliũ. or dixerit, Miſero mihi mitigabat ſandalio caput. Calceorum
genus eſt ſandalium, ſolea autẽ dicitur. Virgilius, aut quiſ-
quis is fuit author carminis de obitu Mecœnatis: Argenta-
ta tuos etiam ſandalia talos Vinxerunt, certè nec puto Bac-
che negas. Hinc Sãdaliotis inſula ſic ob formam dicta. ¶ Cõ-
mitigari ſandalio. } An propterea dixit commitigari potius,
quàm pulſari, quòd leuiſſimum calciamẽti genus ſit ſanda-
lium? Et ſpectatori hoc dicitur paulo ſummiſſius. ¶ Perij;
quid hoc autem mali eſt? } Chærea proſilit veſtem adhuc in-
dutus eunuchi, & miles velut noui riualis terretur aſpectu.

LATOMVS Argumentum. } Cataſtrophe inter militem & meretri-
cem. ¶ Quid eſt. } Interrogatio reprehendẽtis. ¶ Sandalio ca-
put commitigari. } Subaudi calciamento muliebri. ¶ Hunc
ego. } Chæream ſubaudi.

PETRVS MARS. Quid nunc? &c. } Ignauia militis glorioſi, & imbecilli-
tas conſilij, nec non turpis exitus illorum, qui indecoris adu-
lationibus, pernitioſiſque aſſentationibus præbẽt aures, hac
ſcena deſcribitur. ¶ Vtinam tibi commitigari videam ſan-
dalio, &c. } Sandalium eſt calciamenti genus, quo nunc vtũ-
Sandalium tur Epiſcopi, cum in ſacris operantur. ¶ Qui minus quàm
Hercules. } Hercules authore Diodore lib. II. vẽditus ſerui-
uit Omphale Lydorum reginæ: & factus liber, genuit ex ea
Lamum. Vnde queritur Deianira his verbis apud Ouidiũ.

Vna recens tantùm referatur adultera nobis,
Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo.

RIVII caſtigatio. Et iam hinc quídnam properans proſiluit? } Nos præſenti
tempore proſilit legendum ſuſpicamur, vt & manuſcriptum
habet, & vetuſtiſſima quæque de impreſſis. Et ad ſenten-
tiam aptius quadrat. Conſentit Haſſenſtenianum nobiſcum.

GLAREANVS.

Hæc carmina trochaica ſunt tetrametra catalectica. In
tertio verſu s, eliditur in Minus, vel creticus eſt loco primo.
In penultimo Thraſonis perſona ante Perij ponenda ex le-
ctione Donati in ſequenti ſcena ad illud Thraſonis, Nun-
quid Gnatho dubitas, quin ego perpetuò perierim? Porrò in
vltimo Proſilit præſentis temporis putat Riuius potius quã
Proſiliit præteriti.

DONAT. O Populares ecquis me viuit hodie fortunatior? }
Hic perſona Chæreæ eſt, feruens gaudio, vt a-
doleſcentuli eſt in proſperis rebus. ¶ O popula-
res. } Non mirum ſi inſanè exultat nuptiis, qui
Nemo quiſquam. iandudum ob id ſolum quòd vitiauerat virginem, lætaba-
tur. ¶ Nemo hercle quiſquã. }
Et interrogauit, & reſpondit
Parelcon. ſibi. ¶ Nemo hercle quiſquã }
Tam. παρέλκον tertium. ¶ Cui tam
Tot. ſubitò tot congruerint com-
moda. } Tam qualitatis, tot
quãtitatis eſt. ¶ Quid hic læ-
tus eſt? } Inuenta perſona eſt
ad quam geſta hæc narret
Chærea, vt populus & miles
inſtruatur, quid intus geſtũ
Inuenire. ſit. ¶ Inuentor, inceptor. } In-
Incipere. uenire, ſapientis eſt: incipere
Perficere. audacis: perficere, conſtantis.
Ergo plena laudatio eſt, &
conſtat hoc Chæream lauda-
tiuè dicere. nam in ſubditis
ſolum conſilium attributu-
rus eſt Parmenoni. ¶ Scin'
me in quibus ſim gaudiis? }
Syllepſis. σύλληψις. Et nota ſcin' me:
Me. cũ ſufficeret ſcin'. ergo Me
abundat: & eſt figura ἀρ-
Archaiſmos. χαϊσμός. ¶ Scis Pamphilam meam. } Amatoriè dixit meam
vel potius ſponſam meam, vel quam amo. ¶ Inuentam. } Co-
Inuenire. gnitam. ¶ Ciuem. } Deeſt, eſſe. ¶ Scis ſponſam mihi. } Deeſt &
Sponſa eſſe. & eſt Sponſa nunc participiũ. ¶ Audin' tu illum quid
In tranquillo. ait? } Hoc, vultu mutato & turbato dicitur. ¶ Amorem om-
nem in tranquillo. } Bene in
tranquillo: quia mari, & tẽ-
peſtatibus amicæ mobilitas
& inſtabilitas comparatur.
Sic Horatius, Simplex mun
ditiis, heu quoties fidem Mu
tatóſque deos flebit: & aſpe-
ra nigris æquora ventis Emi
rabitur inſolẽs, Qui te frui-
tur credulus aurea, &c.
¶ Thais ſe patri commenda-
uit. } Hoc eſt quod profuit
Phædria. ¶ Vna eſt domus. }
Poſt Pamphilę nuptias. ¶ In
Clientela. clientelam, & fidem. } Clien
Fides. telam, vt ametur: in fidem,
vt defendatur. ¶ Fratris igi-
tur tota eſt Thais. } Bene to-
ta: vt ne ex parte quidẽ ſit
Gaudia. militis. ¶ Miles pelli ſo. } Sũt
gaudia ex noſtris bonis: ſunt
gaudia ex aliorum malis, ho
ſtium: aut inimicorum. Ergo

# ACTVS V. SCENA IX.



ARG. ADRIA. BARL.

QVi aliàs gaudebat à ſe vitiatam puellam Chærea,
eandẽ quòd permiſſu ſit parentis habiturus vxorẽ,
nunc exultat. Et in partem amoris recipitur à Thaide
miles Thraſo.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena introducitur perſona Chæreæ, ma-
gnopere feruens ingenti gaudio, vt adoleſcentuli in
Proſperis ſolent, quòd nuptias cum Pamphila confece-

vtrumque genus gaudiorum complexus eſt. Viſam do. Bene domi quæritur amator excluſus. nã neque ruri, neque in foro eſt. Perpetuò perierim. Quia illud periiſſe ſuprà, temporale videbatur. Quin ego perpetuò perierim. Hîc iam militi neque ſeruiendi amicæ, vt apparet, præbetur locus. Sine dubio, opinor. Quia nõ quis dicitur perpetuò periiſſe. quid enim opus hac exceptione eſt, quando nemo ita perit, vt temporaliter pereat, & poſtea fiat non perditus? Correxit paraſitus ſtulti dictum militis: non illum perpetuò, ſed ſine dubio, periiſſe opinari reſpõdens. non eſt enim contrarium opinor te periiſſe ſine dubio, pro certo periiſſe. Confirmatur periiſſe miles, vt poſt tanta munera ex deſperato ſupplex, ex ſupplice patiens riualis exiſtat. Quid commemorem primum? διαπόρησις oratoria familiaris laudantib⁹. Cicero, Vnde igitur potius incipiã? Hoc autem fit vbi omnia & magna videntur & paria. Illum qui mihi dedit conſilium? Attribuuntur perſonis cõſilia, facta, caſus, & orationes. Ergo hîc laudatur conſilium Parmenonis, factũ Chæreæ, caſus Fortunę, id eſt euentus: oratio ſenis. Illum qui mihi dedit conſilium. Tria ſunt in vita hominum, conſilia, facta, ſucceſſus. Conſilium, animi eſt: Factũ, corporis: Succeſſus, fortunę. Illum. Parmenonem ſcilicet. Quæ tot res. Bene, tot res: quaſi dicat, Eunuchum pro quo duceretur, commendationem virginis, abſentiam meretricis, occaſionem vitij inferendi, patris interuẽtum in nuptias. An mei patris feſtiuitatem. Etiam patri laus impartienda eſt. nã non erat tranſeundum feſtiuitatem, qua & feſtiuus amatori non obſtitit, quod ignouit vt facilis: vnde feſtiuitas in dictis, facilitas verò in animo

Perpetuò perire.

*contigerint.

Diaporeſis. Quid commemorem primum?

Conſilium. Factum. Caſus. Oratio.

*pelletur

Feſtiuitas Facilitas.

rat. Nec mirum eſt, quòd adeò inſanè ob id exultat, qui iam dudum tantopere, quòd eam vitiauerat, lætabatur. Interuenítque Phædria, vt pote qui domi erat, & audierat quæ geſta erãt apud Thaidem, ex relatione Parmenonis: Deinde laus Thaidis cõtinetur: tum militis interuentus, qui Gnathonis opera & blandimentis in riualẽ accipitur à Phædria. Demum fabulæ iucundus finis imponitur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Exultat Chærea ob fortunam proſperam.

*Tetrametri partim Iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici.*

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA, GNATHO, THRASO.

*O Populares ecquis me viuit hodie fortunatior?*
*Nemo herclè quiſquam: nam in me planè dij poteſtatem ſuam*
*Omnem oſtendére, cui tã ſubitò tot * congruerint commoda.*
*PA. Quid hic lætus eſt? C. ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium*
*Inuentor, inceptor, perfector: ſcin' me in quibus ſim gaudiis?*
*Scis Pamphilam meam inuẽtam ciuem? PA. audiui. C. ſcis ſponſam mihi?*
*PA. Bene, ita me Dij ament, factum. G. audín' tu illum quid ait? C. tum autem Phædriæ*
*Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: vna eſt domus,*
*Thais patri ſe commendauit in clientelam & fidem,*
*Nobis dedit ſe. PA. fratris igitur Thais tota eſt? C. ſcilicet.*
*PA. Iam hoc aliud eſt quod gaudeamus miles * pellitur foras.*
*C. Tum tu frater vbi vbi eſt, fac quàm primum hæc audiat. PA. viſam domum.*
*T. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego perpetuò perierim? G. ſine*
*Dubio, opinor. C. quid commemorẽ primum? aut laudem maxumè,*
*Illum qui mihi dedit conſilium vt facerem, an me qui auſus ſim*
*Incipere? an fortunã collaudem, quæ gubernatrix fuit,*

& factis. Feſtiuitatẽ. Lætitiam: vt, feſtiuus dies eſt. Dij veſtrã fidem. Citò interuenit Phędria, vt pote qui domi erat. Quæ narrauit. Nimius affectus in vtranq; partem, defectus orationis amat: eſt ergo ἔκλειψις: deeſt enim gaudeo. Satis credo. Sic dici nota agẽtibus ſolet. Rectè igitur huic dicitur, cui fiunt nuptiæ, Gaudeo: & ille ſic reſpondet, vt amicis gratulantibus decet, Satis credo. Credo autem ideo quia multi ſeſe fingunt gratulari, cum inuideant: gaudere, cum doleant. Mihi illam laudas? Scilicet amatori eius. Et Mihi pronuntiatione iuuandum eſt. Perij. quãtò minus ſpei eſt, tantò magis amo. Hic verò eſt ardor inſaniſſimus. vt Virgil. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini Et profectò ſic eſt, Sapientes ſpe maximè ad amorem coguntur: ſtulti forma tantũ. Obſecro Gnatho in te ſpes eſt. Mirè, quaſi deſperatis omnibus auxiliis, abiecta nimis ſupplicatio inducitur. Nam & obſecro, & Gnatho id ſignificant: &, in te ſpes eſt. Quid vis faciam? Non eſt hoc interrogantis, ſed oſtendentis non eſſe quid faciat. Precibus, pretio. Nihil militi ſupereſt præter precem vt victo: & pretiũ, vt diuiti. Nihil aliud optat, quàm ſic res eant, vt perſona Thaidis conueniri poſſit. Precibus, pretio. ἀσύνδετα velut afflicta & laſſa, pronuntianda sũt. Pretio. Variè: quia alibi dixit, precario. Vt hæream. τὸ hæream vltimum genus beneficij eſt. Et in parte aliqua. Nõ enim parte dixit, vt æqua intelligatur. Tandem. Et deſperantis eſt, & difficulter credentis. Tandem, non eſt aduerbium temporis: ſed, nũc ſaltem ſignificat. Noui te. Deeſt, perficis. ſed vbiq; plura geſtu ſignificat miles, vt pote infantiſſimus. Difficile eſt

Feſtiuus dies.

Eclipſis.

Satis credo.

Obſecro. Spes.

Quid vis faciam?

Aſyndetõ.

Tandem, pro Saltem

Donum. Præmium. Munus.

*le eſt.} Vultu, & pronuntiatione, aſſeueratione firmandũ eſt. ¶ Si quid collibuit.} ἔκλειψις: pro, ſiquid collibitũ eſt, efficis. ¶ Quod vis donũ, & præmium à me optato.} Donum, præmium eſt, & munus, præmium: ſed donum, præmium diis datur: munus, præmiũ hominibus. nam ſeparatim, donum deorum eſt: præmium virorum eſt fortiũ: munus hominum. & donum munúſque, tam ante factum quàm poſt factũ datur: præmiũ non niſi poſt factum eſt. Donum, voluntarium: præmium, debetur. Alij ergò συνθέτως pronuntiant, primò donum, & ſic præmiũ, quaſi vnam partem orationis. ¶ Quod vis donum, & præmium.} Donum, vt à largo homine: præmium, vt à præclaro facinore. ¶ Quod vis donum & præmium, à me optato, id optatũ feres.} Donum optato, ob quod pręmiũ accipias. ¶ Præmium à me optato.} Totum militariter.*

Optatio.

*nam & optatio dicitur, & optari à militibus. vt alibi, Vir fortis optet quod volet præmium. ¶ Si hoc efficio, poſtulo vt mihi tua domus Te præſente abſente vt pateat.}*

Pręſens abſens. Surſum deorſum. Vltro, citro. Inuocatus.

*Prouerbiale eſt præſente abſente, vt ſurſum deorſum, vltro citro, & cętera huiuſmodi: fanda infanda, iuſta iniuſta, digna indigna, velit nolit. ¶ Inuocato, vt ſit locus ſemper.} Inuocato, nõ vocato ſignificat. In etenim auget & minuit dictionẽ. ¶ Inuocato.} Malè intelligitur precibus vocato, cum ſit αὐτομάτῳ, id eſt etiam non inuitando, quin vltro venire debeat ſuam domum.*

Do fidem. Accingi.

*¶ Do fidem.} Iuro, confirmo, ſpõdeo. ¶ Accingar.} Non quia facile eſt quod negauit ſuprà: ſed ſuis votis paraſitus adductus eſt ad cœnãdum: ideo & accingar dixit: ſic enim dicimus in magnis rebus ſuſcipiẽdis. Vt, Accingunt omnes operi. ¶ Saluete.} Supplex ſine gratia & ſine timore, modò ini-*

*Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum*
*concluſit diem?*
*An mei patris feſtiuitatem & facilitatem? ò Iuppiter*
*Serua obſecro hæc nobis bona. PH. Dij veſtram fidem, incredibilia,*
*Parmeno modò quæ narrauit. ſed vbi eſt frater? C. præſto adeſt.*
*PH. Gaudeo. C. ſatis credo, nihil eſt Thaide hac tua frater dignius*
*Quod ametur: ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ. PH. hui, mihi*
*Illam laudas? T. perij, quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo.*
*Obſecro Gnatho in te ſpes eſt. G. quid vis faciam? T. perfice hoc*
*Precibus, pretio, vt hæream in parte aliqua * tandem apud Thaidem.*
*G. Difficile eſt. T. ſi quid * collibuit, noui te. hoc ſi effeceris,*
*Quoduis donum & præmium à me optato: id optatum feres.*
*G. Itáne? T. ſic erit. G. ſi hoc efficio, poſtulo vt mihi tua domus*
*Te præſente abſente pateat: inuocato vt ſit locus*
*Semper. T. do fidem ita futurũ. G. accingar. PH. quem hîc ego audio?*
*O Thraſo. T. ſaluete. PH. tu fortaſſe quæ facta hîc ſint neſcis?*
*T. Scio. PH. cur ergo in his ego te conſpicor regionibus?*
*T. Vobis fretus. PH. ſcis quàm fretus? miles, edico tibi,*
*Si in platea hac te offendero pòſt vnquam, nihil quod dicas mihi,*
*Alium quærebam: iter hac habui: periſti. G. eia haud ſic decet.*
*PH. Dictum eſt. G. * non cognoſco veſtrum tam ſuperbum. PH. ſic erit.*
*G. Prius audite paucis: quod cum dixero, ſi placuerit,*
*Facitote. PH. audiamus. G. tu concede paululum iſtuc Thraſo.*

Scio. Conſpicor. Fretus vobis.

*micus & infeſtus. ¶ Tu fortaſſe quæ facta hîc ſint, neſcis?} Hoc totum ſuperbè, ac minaciter inquit adoleſcẽs. ¶ Scio.} Compendium poëtæ: ne rurſus eadem dicerẽtur. ¶ Conſpicor.} Commune verbum eſt cõſpicor. ¶ Vobis fretus.} Et hoc ſtultè. quis enim & riualibus & inimicis fretum ſe eſſe dicat? Deinde ἀνακόλουθον, & vitioſa reſpõſio eſt. niſi enim addideris ſum, erit ſolœciſmus conueniens loquenti impolitè homini & militi. ¶ Scin' quàm fretus?} Eſt ab * ea ſubaudiendum eſt. Miles edico tibi.} Hoc cõtumelioſè, & propriè vt militis: Miles, inquit, edico tibi. ¶ Si te in platea hac offendero.} Hoc eſt, Si vel caſu inuenero. Et in platea inquit, non circa meretricis fores.*

Offendere. Nihil, pro non. *tamen *collibitum. Quod.

*¶ Nihil quod dicas.} Nihil, pro non: vt ſit, nõ eſt quod dicas mihi: id eſt nihil eſt quod dicas, pro vt dicas mihi: vt ſit, quod, pro vt: aut quod, pro quid dicas mihi. Certum eſt autem ſic veteres locutos eſſe. ¶ Aliũ quærebam.} Aut aliũ pro quendam poſuit: vt ſit, quendam quęrebam, id eſt aliquẽ. aut alium, hoc eſt non quem tu putas: hoc eſt aliũ, non Thaidem. ſed ſi aliã diceret, neq; commodè, neque ἐμφώνως loqueretur: præualet enim maſculinum genus.*

Alius. Eia.

*¶ Periſti.} Ordo eſt, Poſt quam in platea hac te offendero, periſti. ¶ Eia.} Interdum hortantis eſt. ergo nũc eia, correctionem ſignificat. ¶ Non cognoſco veſtrum tam ſuperbum.} Locutio annotãda: mirè laudauit, vt perſuadere potuiſſet.*

Superbum veſtrum. *non noſco genus veſtrum

*¶ Veſtrum tam ſuperbũ.} Non veſtrum ſuperbum. ¶ Veſtrum ſuperbum.} Abſolutè: vt, Pol Crito antiquũ obtines. Ergo ſubaudiamus vel ingenium, vel animum, vel morem, vel inſtitutum. ¶ Prius audite paucis.} Mira inſinuatione agit: qui non vt conſentiant, ſed vt audiant paucis petit. Et bene præ-*

Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,
Me huius quicquid facio, id facere maximè cauſa mea:
Verùm idem ſi vobis prodeſt, vos non facere inſcitia eſt.
PH. Quid id eſt? G. militem riualem ego recipiendum cenſeo. PH. hem
Recipiendum? G. cogita modò: tu herclè cum illa Phædria
Et libēter viuis, etenim bene libenter victitas
Et quod des, paululum, & neceſſe eſt multum accipere Thaidem.
Vt tuo amori ſuppeditare poßit ſine ſumptu tuo,
Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vſu tuo
Nemo eſt: principio & habet quod det, & dat nemo largius:
Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctéſque & dies.
Neque iſtum metuas ne amet mulier: facilè pellas vbi velis.
PH. Quid agimus? G. præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,
Accipit hominē nemo melius prorſus neque prolixius.
C. Mirum, ne illoc homine quoquo pacto opus eſt. PH. idem arbitror.
G. Rectè facitis. vnum etiam hoc vos oro, vt me in veſtrum gregem
Recipiatis: SATIS DIV hoc iam ſaxum voluo. PH. recipimus.
C. Ac libēter. G. at ego pro iſto, Phædria, & tu Chærea,
Hunc comedendum, & deridendum vobis propino. C. placet.
PH. Dignus eſt. G. Thraſo, vbi vis, accede. T. obſecro te quid agimus?
G. Quid? iſti te ignorabāt: poſtquam eis mores oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas,
Impetraui. T. bene feciſti: gratiā habeo ma-

quaſi non obſtet quò minus
faciant quod velint. Tū de-
inde quò attētiores exiſtant,
addidit Paucis. deinde ſi Pla
cuerit. facilius enim flectitur
cum quò non pugnamus vt
conſentiat. ¶ Prius audite. ❡
Fiduciam oſtētat perſuaſo-
riam rem dicturi. ¶ Audia-
mus. ❡ Bene: nō faciamus, ſed
audiamus dixit: nam prima
oratoris impetratio in mala
cauſa eſt, audiri meruiſſe.
¶ Tu concede paulu. iſtuc
Thra. ❡ Thraſo hoc in bonam
partem accepit: & ideo pa-
ret. putat enim vel turpe eſ-
ſe, ſi humiliter precetur ſuo
nomine, ſéque audiente pa-
raſitus: vel incongruum ſibi,
ſi in os præſens à Gnathone
laudetur. ¶ Iſtuc Thraſo. ❡
Non ad ſe vocat: ſed locum
oſtendit quò abeat atque cō
cedat. ¶ Principio ego vos. ❡
Videt neque ſe odio haberi,
neque offendi animos audi-
entium in militis nomine.
Hoc ergo oratoriè: pro eo ho-
mine in quo offenditur, eum
in quo non offenditur, po-
ſuit. ¶ Me huius quicquid fa
cio, id facere maximè cauſa
mea. ❡ Deeſt Rei aut Eſt: vt
ſit, me huius quicquid eſt
quod facio, id facere maxi-
mè cauſa mea. Hic à perſo-
na diſceßit: & rem nō odio-
ſam pro odioſa poſuit, id eſt
paraſiticā, pro æmuli amore
& commodo. ¶ Verùm idem
ſi nobis prodeſt. ❡ Multum at
tulit ad perſuadendum: non
eſſe cōmodum militi admit-
ti, & ſuum commodum ipſo-
rum eſſe commodum. ¶ Vos
non id facere, inſcitia eſt. ❡
Oratoriè, & ſecundum inſi-
nuationis præcepta ſic dixit.
nā remittendo & dubitādo,
magis flectit animos, quàm
ſi apertè ac pertinaciter aſ-
ſeueret. ¶ Militem ego riua-
lem recipiendum cenſeo. ❡
Artificiosè ſatis, ſemel intu-
lit omne quod durum dictu
ad perſuadendum erat. nam
quòd militem & riualē di-
xit, ad eam rē valet, vt ma-
gis admittēdus ſit quàm ex-
cludendus: & ſimul fiducia
ſic dicentis, parat animos ad
audienda quæ dicet. ¶ Mili-
tem ego riualem recipiendū
cenſeo. ❡ Riuales dicuntur Riuales.
æmuli de mulieribus: facta
tranſlatione nominis à feris
beſtiis, quæ ſitientes cum ex
eodem riuulo hauſtū petunt,
in prælium contra ſe inuicē
conciťātur. ſic Cicero pro Cæ
lio, Sin erit ex illo fonte riua Cenſeo.
lis, inquit. ¶ Cenſeo. ❡ Vide
virtutem poëtæ. nō enim di-
xit peto, ſed cēſeo: tanquam
illis modò cōſulat, neque pro
milite agat. ¶ Militem ego ri Miles ri-
ualem. ❡ Conſidera quo vul- ualis.
tu hoc dicendum ſit: & intel
liges & militem, & riualem
& recipiendum, & ego cen-
ſeo, quanta ſignificat. Non
enim dixit Thraſonem, ſed
militē: quod nomen ad ſtul-
titiam valet. Nō ſocium, ſed
riualem: quo oſtendit, quan-
doquidem riualis in meretri
ce capiendus eſt, hunc potius
eligendum. Nec, non exclu-
dendum, ſed recipiēdum di-
xit: vt & oſtēderet adeò pro-
deſſe, vt etiam de induſtria
retinendus ſit. Non, volo aut
rogo, ſed cenſeo: vt conſilia- Cenſeo.
rius, non paraſitus, videatur
loqui. Nam quod Ego addi- Ego.
dit, eo dicto vſus eſt, quo vti
ſolent qui plus in negotio vi
dent. nam ſic in Phormione
Iuriſconſulti, Ego quæ in rē Modò.
tuam fuerint, ea velim fa-
cias. Ego ſedulò hunc dixiſ-
ſe credo. Ego amplius delibe
randum cenſeo. ¶ Cogita mo-
do. ❡ Modò, aut tantummo-
do ſignificat: aut temporis eſt
aduerbium. & ſimul incer-
ta diſtinctio eſt. ¶ Et liben- Libenter
ter viuis. ❡ Id eſt bonorum viuere.
ciborū edax es. ¶ Suppedi- Suppedi-
tare poßit ſine ſumptu tuo. ❡ tare.
Aut ſuppeditare, pro ſuppe-
ditari. aut deeſt ſe. Vt, Ac-
cingunt omnes operi. ¶ Ad
omnia hæc magis opportu-
nus nec magis ex vſu tuo ne-
mo eſt. ❡ Locutio eſt ex nega-
tiuis tertia: vt, Agrum in his
regionibus meliorem nemo Magis ex
habet. ¶ Magis ex vſu. ❡ Pro vſu.
vtilior

ximam.

Nunquam etiam fui vſquam, quin me omnes amarent plurimùm.

G. Dixin' ego in hoc eſſe vobis Atticam eloquentiam?

PH. Nihil prætermiſſum. ite hàc omnes Vos. Valete, & plaudite.

*vtilior, &, magis opportunus pro opportunior. ¶Nemo eſt.} Hoc eſt opportunus. ¶Habet quod det.} Vt diues. ¶Et dat nemo largius.} Vt liberalis. ¶Fatuus eſt.} Hoc eſt ex vſu tuo. ¶Inſulſus.} Sine ſale & ſapiētia: aut ſine ſaltu & facilitate. ¶Tardus.} In venerē ſcilicet. ¶Stertit.} Plus dixit quàm dormit. ¶Noctéſq; & dies.} Plus ſignificat q̄ ſi diceret, diebus & noctibus: vt hoc ipſo nomine cōſiliarij authoritas ineſſe videatur. ¶Fatuus.} Inepta loquens, à fando fatuus dicitur: inde Fauni Fatui, & nymphæ Fatuæ dictæ ſunt. ¶Fatuus eſt, inſulſus.} Fatui ſunt, qui verbis & dictis fatui ſunt. Inſulſi verò, corde & animo. ¶Tardus.} Corpore & membris, quanquam & intellectu tardos vocamus qui ſtulti ſunt: ſed melius eſt ſic intelligi, vt ea vitia videatur dicere, quæ inamabilem faciant etiam diuitem, largúmque amatorem. Nam aut verba commēdant: vt, Pendétque iterum narrantis ab ore. hic fatuus. Aut ſapientia gratum facit: vt, multa viri virtus animo. hic inſulſus eſt. Sed mihi videtur fatuum dicere, qui tantùm glorietur, & blandiri amicæ neſciat. Inſulſum, qui non ſit ſalax, & cupidus coitus. Tardum qui non facilè explicet venerem: quæ res meretricibus odioſa eſt. ¶Fatuus eſt, inſulſus.} Sunt qui fatuum, animo putant: Inſulſum, dictis. ſed malè. Nam fatui quoque dij ſunt, qui & Fauni dicuntur: & non ſtulti, ſed multum fantes, id eſt loquentes. ¶Fatuus eſt, inſulſus.} Hæc quæ nūc addidit, non ex ſuperioribus pendent: ſed cum ſuperiora valeant plurimum, nam quia diues & liberalis, potuit obeſſe riualibus hæc omnia bona in milite corrumpuntur, quòd fatuus, quòd inſulſus. & cętera, quæ ipſe perſequitur. ¶Fatuus eſt, inſulſus.} Hæc bene addūtur: quia dixit, Et habet quod det, & dat nemo largius. Ad rem eam valebat, vt amaretur miles à meretrice, & præponēdus omnibus eſſet: ſed ingrata ſunt mulieribus, maximéque laſciuis, hæc omnia quæ ſubiicit. ¶Fatuus eſt, inſulſus.} Hoc pro aceruo vitiorum, cū quadam vultus improbitate prolatum eſt, quò magis res in medio poſita eſſe videatur. ¶Vbi velis.} Quando vel cùm. ¶Quid agimus?} Initium conſenſionis, dubitatio eſt eius qui negauerit. ¶Hoc etiam.} Deeſt, vel abeſt. ¶Quod ego.} Paraſitus ſcilicet. ¶Primum puto.} Primum puto, quaſi paraſitus. ¶Accipit hominem.} Accipit, paſcit, inuitat: vt, Illos porticibus rex accipiebat in amplis. ¶Nemo melius prorſus, neque prolixius.} Horum alterum apparatum indicat, alterum copiam. ¶Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus eſt.} Facetè dixit adoleſcens rei parcus, & qui putet amorem ſine damno eſſe oportere, quique fefellerit meretricem: non ſolùm eiiciendum non eſſe militem, ſed etiam quouis modo ſuſtinendum ac perferendum. ¶Mirum, ni illoc homine.} Obtinuit paraſitus iam quod negabatur. Primò deliberatum: vt Quid agimus? pòſt conceſſum: vt, Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. ¶Mirum, ni illoc.} Hic inquit, eiuſmodi eſt, vt etiam cum mala conditione patiendus ſit. ¶Idem arbitror.} Sanè opus fuit conſenſione, præcipuè Phædriæ, cuius res agitur: nam ita & ſeruata perſona eſt tardè conſentientis amatoris. ¶Rectè facitis.} Gratiarum actio eſt. ¶Vnum etiam hoc vos oro.} Subtiliter etiam paraſitus hic ſe adiungit, ſuáſque partes circa hos agit. ¶Satis diu hoc iam ſaxum voluo.} Vide quemadmodum ſerpat paulatim etiam in eorum aſſentationem ex vituperatione militis. ¶Hoc ſaxum voluo.} Prouerbium in eos qui inextricabili labore afflicti ſunt. Et bene ſaxum de ſtulto milite ait: & ſeipſum Siſyphum fecit. ¶Hoc ſaxum voluo.} Velut Siſyphus apud inferos. ¶Vt me in veſtrum gregem.} Iam hos laudat: & nimis paraſitus eſt, ſi recorderis eundem dixiſſe, Facetè, lepidè, lautè. nihil ſupra. ¶At ego pro iſtoc, Phædria.} Subaudiamus & ſum hîc. aliter non, vt paraſitus ait. ¶Phædria & tu Chærea.} Ambos nominat, quaſi legibus paciſcantur. ¶Hunc comedendum.} Cum cæteris rebus ſummus poëta etiam fidem oſtendit amicitiæ paraſiticæ, exemplo Gnathonis de milite loquentis hoc modo. ¶Propino.} Facetè ſic dixit, vt paraſitus, & vt qui de conuiuio loqueretur. ¶Dignus eſt} Hæc verba vltima longi ſermonis, eiuſmodi ſunt, vt miles hæc audiens, laudatum ſe eſſe, & approbatum exiſtimet. ¶Vbi vis.} Honorificè reuocat ablegatum cum iniuria, dicēdo, vbi vis: quia accede imperatiuum erat. & vbi niſi Quando intellexeris, vitium eſt. ¶Iſti te ignorabant.} Figura ἀκυρολογία. Ad vtrunque enim pertinet, & ad laudem, & ad mores. Et hoc ambiguum. ¶Secundum facta & virtutes tuas.} Et hoc ἀμφίβολον. Nam virtutes εἰρωνικῶς pro vitiis poſuit: vt, Neſcis qui vir ſiet. &, Ornatus eſſes ex tuis virtutibus. ¶Facta & virtutes.} Propriè facta militibus aſcribuntur. ¶Facta & virtutes.} Amarior eſt εἰρωνεία in vitioſos homines quam veritas. ¶Nunquam etiam fui vſquam.} Nunquam & locum, & tempus ſignificat: Vſquam locum magis. Nunquam, pro non. Et nunquam vſquam τῷ ἀρχαϊσμῷ, pro, non vſquam, id eſt nuſquam. ¶Quin me omnes amarent.} Contrarium ſuperiori. quid eſt enim quod bene nō fecerit quicquam, ſi in illo eſt, vt ametur? ¶Atticam eloquentiam.} Et hoc εἰρωνικῶς, vt illa quæ ſuprà. Atticam dicit veram atque germanam: quia excultior eloquentia, dicitur Attica: & ſummi oratores, Attici appellati ſunt. ¶Prætermiſſum eſt.} Et hoc anceps eſt, intellectu gemino ad vtrunque. ¶Ite hàc.} Quò vocat paraſitus? an ad meretricem? an ad cœnam militis, vt promiſit, Hunc ego comedendum & deridendum vobis propino. ¶Ite hàc.} Comeſſatum ad militem, vel ad Thaidem. Si cœna interfuit meretrix: quomodo pòſt acta ſunt omnia, cùm mentio noctis nō facta ſit? Omnia poſt cœnam geſta ſunt, & non completa per rixam cœna, ſuperfuit plurimum temporis ad agendum.*

*Largius dare. Inſulſus. Stertere. Dies & noctes. Fatuus. Fatuę nymphæ. Tardus. Fatuus. Inſulſus. Tardus. Fatui & Fauni dij. Vbi. Accipere. Rectè facitis. Saxū voluere. Propino. Vbi. Acyrologia. Virtutes. Facta. Ironia. Nunquam. Vſquam. Nunquam vſquam. Attica eloquentia.*

ADRIA. BARL.

*Ecquis me hodie viuit fortunatior?} In ſecundis rebus gaudio efferri ſolent adoleſcentes. ¶Nemo hercle quiſquam} Adrianus Cardinalis. Cùm aliud nihil ſit perfecta latinitas, quàm perfectorum illorum authoritas virorum, obſeruare maximè conuenit, quid & quomodo illi dixerint, nemo quiſquā, nemo homo, nemo vnus, & id genus alia, quod rari poſt eos curauerunt. Quare eorum vel ſcripta, vel dicta meritò laude carent. ¶Scin' me in quibus ſim gaudiis?} Caſus interdum ad Græcum idioma immutatur. Sic & alio loco. Cum me ipſum noris quàm elegans formarum ſpectator ſiem. Item in Andria. Obſerues filium quid agat. In caſu.*

*Nemo quiſquā, homo, vnus. Caſus pro*

his omnibus Latina potius locutio eſt per nominatiuum, Cũ noris quàm ego ipſe elegans formarum ſpectator ſiem: & ſcin' in quibus ego ſim gaudiis: & Obſerues quid filius agat In illo quoque Terentij, quod in Andria eſt, Caſus immutatur, Reſtitue in quem accepiſti me locum. Quem enim nõ ad ſuum, ſed præcedens verbum refertur. Recta & Latina locutio fuerit, ſi dicas, Reſtitue me in locum, in quo accepiſti. Eadẽ figura eſt vſus quiſquis Rhetorica ſcripſit ad Herennium. In eo opere ſic legitur. Inter inſinuationẽ & principium hoc intereſt, quia principium eiuſmodi debet eſſe, vt ſtatim apertis rationibus, quibus præſcripſimus, aut beneuolum, aut attentum aut docilem faciat auditorem. Hoc loco, quibus præſcripſimus, dictum eſt pro quas præſcripſimus ¶ Audin' tu quid hic ait. } Turbatiore hoc vultu Gnatho dicit. ¶ Eſſe amorem in tranquillo. } Bene in trãquillo. Tempeſtati enim maris, amicæ mobilitas omnis comparatur. Iterum tranquillitatem video.

*Tranquillitatem video.*

Ariſtophanis interpres prouerbium eſſe dicit, quo ſignificamus quempiam, è malis emergere, commutata in melius fortuna. Ducta eſt à nauigantibus tranſlatio, quibus procella conquieſcente, grata ſolet eſſe trãquillitas. Ad hanc formam pertinet illud quoque Terentij. Qui te in ſcopulum è tranquillo auferat. Et quod in Andria diximus. Ego in portu nauigo. ¶ Frater vbi vbi eſt, fac quamprimum hæc audiat. } Si quid boni nobis obtigerit, libenter communicare ſolemus amicis. ¶ Quid commemorem primum aut laudem maximè? } Diaporeſis penultima producta,

*Diaporeſis.*

Latine dubitatio, figura oratoria: quæ fit quoties omnia & magna videntur, & paria, ita vt orator neſciat à quibus potiſſimum dicere incipiat. Vt hîc apud Terentium. ¶ Quantò minus ſpei eſt, tantò magis amo. } Cur hoc dicit? an quia grauior fieri ſolet amor ex deſperatione? ¶ Vt hæream in parte aliqua. } Ne prorſus excludar ab illa. ¶ Si quid collibuit, noui te. } Militis oſtendit infantiam, qui magis ſignis quàm verbis intelligi velit. ¶ Si quid collibuit, noui te. } A facili. ¶ Quoduis donum, & præmium. } Ab vtili. ¶ Perfice hoc precibus, pretio, vt hæream in par. ali. apud Thaidem. } In omni petitione tria ſunt obſeruanda: vt præſtari queat, quod petitur: vt habeat modum petitio: vt ſequatur remuneratio. Quod feciſſe Maronem oſtendi in Virgialianis enarrationibus, quas hyeme ſuperiore euulgaui.

*Barlandi enarrationes Virgilianæ.*

¶ Inuocato vt Sit locus ſemper. } Sic eſt in Chiliadibus. Oraculum olim Lacedæmonis, redditũ, abiit in prouerbium Vocatus & inuocatus deus aderit. Vſus erit, vbi quid ſignificabimus etiam non accerſitum neque curatũ, tamen euenturum, velimus nolimus, puta ſenectam, mortem, malefactorum pœnam. Horatius huc alluſit in Odis, & fortaſſe reſpexit huc etiam Terentius, vt vocato mihi atque inuocato ſemper ſit locus.

*Vocatus & inuocatus deus aderit*

¶ Miles edico tibi. } Donatus in decimum Aeneidos. Eſt, inquit, edicere cum authoritate aliquid curandum iubere. Hîc pro dico poſitum videtur.

*Edico.*

¶ Nihil eſt quod dicas. } Adrianus Cardinalis. Quod multi, eſt opus, nõ eſt opus, non oportet, non expedit, aut quid oportet, bonis alioqui verbis, ac Latinis. ſed non ita aptis, aut appoſitis, dicunt: perfecti illi Latini, eſt quod, nihil eſt quod, aut non eſt quod, aut quid eſt quod, dicebant. Plautus in Aulularia. Iam ad te reuertar, nam eſt quod viſam domum. Terentius in Heautontimorumeno. Nam nihil eſt, illic quod moremur diutius. Idem in Eunucho. Nihil eſt quod dicas mihi, quærebam alium. Cicero Terẽtiæ: Excruciat me valetudo Tulliæ noſtræ, de qua nihil eſt quod ad te plura ſcribam. Idem Tironi: Nihil eſt quod feſtines, nec quicquam cures, niſi vt valeas.

*Eſt quod. Nihil eſt quod. Non eſt quod. Quid eſt quod.*

¶ Iter hàc habui. } Iter facere, eſt ire, quod & iter tenere quidam dicunt. Habere iter, idem eſt quod iturum eſſe. Vt iter habeo ad Cæſarem, id eſt, oportet me ire ad Cæſarem, vel iturus ſum ad Cæſarem.

*Iter facere, habere.*

¶ Tam ſuperbum. } Seruius in. XI Aeneidos. Apud maiores, inquit, ſuperbia ingens facinus fuit, adeò vt Tarquinius pro multis ſceleribus, ſuperbi nomen acceperit.

*Superbia.*

¶ Militem ego riualem. } In voce riualem, de cuius ſignificatu aliàs me puto adnotaſſe, Donatus dicit metaphoram eſſe ſumptam à feris beſtiis, quæ ſitientes cum ex eodem riuulo hauſtum petunt, in prælium contra ſe inuicem concitantur. ¶ Et quod des paululũ, & neceſſe eſt multum accipere. } Antitheton eſt, figura qua contraria contrariis opponũtur.

*Antithetõ.*

¶ Ex vſu tuo. } Adrianus Cardinalis. Ex vſu eſſe, hoc eſt, quod conducat, quod expediat, quod vtile ſit, modus eſt elegans dicendi.

*Ex vſu eſſe*

¶ Habet quod det, & dat nemo largius. } Climax eſt de verbo in verbum gradatio, quæ dicta repetit, & priuſquam ad aliud deſcendat, in prioribus reſiſtit.

*Climax.*

¶ Fatuus eſt. } Budæus in annotationibus. Fatui, inquit, cibi dicuntur inſipidi & inconditi. Martialis fatuas betas dixit ſalſi ſaporis expertes. Quemadmodum autem inſipientem hominem dicimus, tranſlatione à cibis ducta, ita etiam fatuum hominem, & ſalem fatuum dicimus, non qui euanuit, id eſt in nihilum abiit, ſed qui ſapientia aut ſapore caret.

*Fatuus.*

¶ Inſulſus. } Eraſmo Inſulſa oratio eſt quæ lepôris nihil habet. Inſulſus homo, qui moribus eſt inelegantibus.

*Inſulſus.*

¶ Accipit hominem nemo melius. } Laurentius libro ſexto. Accipere pro paſcere Nonius inquit. Terẽtius, Accipit hominem nemo melius prorſus, neque prolixius. Et hũc imitatus Seruius in Virgilium. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Vrbanius profectò, & lautius loqui poterant Nonius & Seruius. Pecora gregatim altiliáque dicuntur paſci, non homines. Nos enim quoties accipimur, ſiue excipimur in conuiuium, non ad ſaginam, ſed ad iucunditatem illam, atque apparatum inuitamur, vt minima pars cibis aſſignetur. Vnde conuiuere dicimus eo tempore, non cõmeſſari, aut compotare, aut (quod deformius eſt) compaſcere ſiue compaſci. Siquidem Terentius de Thraſone non tanquam ſaginatore locutus eſt, ſed tanquam de ſplendido apparatore conuiuiorum.

*Accipere.*

¶ Neque prolixius. } Prolixè admodum liberaliter ſignificat. Ci. pro Flacco. Id non ſolùm fecit, ſed etiam prolixè cumulatéque fecit.

*Prolixè.*

¶ Satis diu iam hoc ſaxum voluo. } Vt Eraſmus in Chiliadi. annotauit, Saxũ voluere, eſt inexhauſto quopiam atque inutili labore fatigari. Donatus admonet prouerbium fuiſſe in eos, qui inextricabili ſudore affligerentur. Tractúmque putat à notiſſima Síſyphi fabula, ſaxum apud inferos ſurſum ac deorſum voluentis.

*Saxum voluere.*

¶ Deridendum propino. } Quidam putant præbeo legẽdum eſſe, propter carminis rationem. ¶ Dignus eſt. } Donat. dicit hæc verba vltima longi ſermonis eiuſmodi eſſe, vt miles audiens laudatum ſe exiſtimet. ¶ Facta & virtutes. } In homines vitioſos, amarior ironià eſt. ¶ Nunquam etiam fui vſquam. } Stolidus miles ad ſua encomia redit. ¶ In hoc eſſe, Atticam eloquẽtiam } Attici lepôre quodam, & feſtiuitate, quaſi vernacula & peculiari vincunt reliquos Græciæ populos. Vnde abiit in prouerbium, Attica eloquentia, pro ſumma, quod hoc loco paraſitus vſurpat, inuenuſtum militem deridens.

*Attica eloquentia.*

LATOMVS.

Argumentum. Abſoluitur cataſtrophe vtriuſq; partis fabulæ, & plures perſonæ cõmittuntur. ¶ O populares. } Læ-

titia

*titia Chæreæ.*¶ *Congruerint.*§ *Id eſt commodè ſimul euene-*
Congruere. *rint.* ¶ *Ita me Dij ament.* § *Iuramentum ad amplificatio-nem.*¶ *Bene.*§ *Gratulatio.*¶ *Tum autem.*§ *Terretur miles de induſtria poëtæ ad promouendum cataſtrophen.* ¶ *Quid com memorem.*§ *Impotens gaudium adoleſcentis.Et eſt frequens*
Feſtiuitas. *dubitatio cum repetitione ad vehemẽtiam.* ¶ *Feſtiuitatem.*§ *Comitatem,& dicitur per auxeſin.*¶ *Mihi illam lau.*§ *Ironia reprehendentis.*¶ *Quoduis donum & præmium.*§ *Magnificè & ridiculè.*¶ *Poſtulo vt num.*§ *Paraſitica optatio.* ¶ *Miles edico tibi.*§ *Comminatio.*¶ *Eia haud ſic.*§ *Blanda irriſio.*¶ *Ve ſtrum tam.*§ *Subaudi genus.*¶ *Tu concede.*§ *Remouet Thraſonem,vt liberius quæ vult loquatur.* ¶ *Militem riualem.*§ *Propoſitio conſilij.*¶ *Tu Hercle cum.*§ *Ratio ab vtili,quæ col ligitur per ratiocinationem.* ¶ *Vt tuo amori.*§ *Adſumptio.* ¶ *Principio & ha.*§ *Confirmatio adſumptionis à perſona.* ¶ *Neque iſtum metuas.*§ *Obiectionis occupatio.* ¶ *Præterea hoc.*§ *Alia ratio,ſed paraſitica.* ¶ *Satis diu hoc iam.*§ *Prouerbium à Siſyphi fabula in laborantes & parum proficientes.*¶ *Hunc comedendum.* § *Faceta metaphora, & apta paraſito.*¶ *Iſti te ignorabant.*§ *Ironia,ſed quam non intelligit miles.*

PETRVS MARS. *O populares,ecquis me viuit ho.&c.*§ *Adoleſcens Venereus,cui bonum ſummum eſſe videtur, optato amore frui, hac ſcena deſcribitur. Aeſtuans quippe naturali calore iuuenilis animus,lucrum aſpernatur, & rem domeſticam augere parum curat, cum indigentiam nondum ſit expertus. Venerem in primis ſectatur & appetit. Vnde Horatius in arte poëtica ſcribens ætatum mores & ſtudia,ſic ait:*

*Reddere qui voces iam ſcit puer,& pede certo*
*Signat humum,geſtit paribus colludere,& iram*
*Colligit & ponit,temere mutatur in horas.*
*Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,*
*Gaudet equis,canibúſque,& aprici gramine campi,*
*Cereus in vitium flecti,monitoribus aſper,*
*Vtilium tardus prouiſor,prodigus æris.*

*Hæc ætatum ſtudia & mores, eruditè,copioſéque deſcribit Ariſtoteles lib.v.ad Theodectem.*¶ *An mei patris feſtiuitatem?&c.*§ *Id eſt,hilaritatem in mea re vxoria.*¶ *Et facili-*
Facilitas. *tatem.*§ *Id eſt,animum propenſum ad id, quod videbat me cupere.*¶ *Dij veſtram fidem &c.*§ *Hominem ſtultum, ac penitus nullius conſilij,ab his derideri,quorum aſſentationibus bibulas præbet aures:& contemni,atque bonis ſpoliari,*
Fatuus. *docet hæc ſcena.*¶ *Et dat nemo largius.*§ *Fatuus. Id eſt, in-*
Inſulſus. *ſipidus,& ſine aliquo condimento ciuilitatis.*¶ *Inſulſus.*§ *Id*
Tardus. *eſt,mouens faſtidium ſuis ineptiis.*¶ *Tardus.*§ *Id eſt,craſsioris ingenij,& hebetioris, ſomniculoſus, & nullius ſolertiæ.*
Saxũ voluere. ¶ *Satis diu iam,&c.*§ *Id eſt,laboraui vt Siſyphus apud inferos, voluendo hunc hominem, qui eſt tanquam truncus & ſaxum.*

RIVII CASTIGATIO.

*Cui tam ſubitò tot congruerint commoda.*§ *Sunt codices qui habeant contigerint,quo modo manu ſcripti omnes: nec aliter exemplaria Donati, quotquot ipſi quidem vidimus. Nec tamen reiicimus vulgatam lectionem. Eſt autem con-*
Congruere. *gruere idem interdum,quod conuenire,vt docet Sex. Pompeius:tractum à gruibus,quod id genus volucrũ,vt ille ait, minimè ſoliuagum ſit: quo in ſignificato poëta vtitur hoc loco.*¶ *An mei patris feſtiuitatem & felicitatem?*§ *Ita in pleriſque perperam legitur,iis etiam,quæ alioqui videri poterant emendatiſsima. Nos verò antiquorum codicum fidem ſecuti,loco poſterioris facilitatem ſubſtituimus:quod ipſum & ſententia poſtulat,& carminis ratio. Eſt autem tetrametrum. Legit hoc modo ipſe etiam Donatus adſtipulantibus manu ſcriptis exemplaribus, vno excepto Haſſenſteniano. Donatus,Feſtiuitas,inquit,in dictis:facilitas verò in animo ac factis.*¶ *Frater vbi vbi eſt,fac quam—primum hæc audiat.*§ *Perperam in quibuſdam omiſſæ ſunt duæ particulæ, tum tu:quæ initio ponendæ ſunt huius verſus.nec enim aliter hic Tetrameter conſtat:vt omittam, quòd manu ſcripta exemplaria ſic habent.*¶ *Nihil eſt Thaide tua dignius quod ametur.*§ *Manu ſcripta habent: Nihil eſt Thaide hac frater tua dignius &c. quomodo impreſſa,etiam Venetũ & Lugdunenſe.Eſtque vera hæc,vt opinor,lectio.*¶ *Mihi illã laudas.*§ *Nos, Hui,mihi illam &c. quo modo quæ emendatiora cæteris videntur,habent.*¶ *Quoduis donum & præmium à me optato.*§ *Sic habent, etiam qui putantur emendatiſsimi ex codicibus recentioribus.Nos verò omittimus coniunctionem & copulatiuam ex ſententia Donati: qui adnotauit iunctim hæc pronuntiari, &, vt ipſe ait, συνϑέτως; quaſi vnam partem orationis.Vide Donatum quicum faciunt vetuſti codices.In eo,quod paulo antè præceſſit: vt hæ-reamin parte aliqua tandem apud Thaidem, quidam ve-* Hærere in
*lut in ſalebra,quod dicitur,hærent. Vt igitur in tranſcurſu* parte ali-
*hoc quoque oſtendam: In parte aliqua hærere, pro aliquo* qua.
*loco eſſe apud Thaidem, vel aliquo numero haberi accipi-* Numerus,
*tur.Nam numerus pro exiſtimatione & authoritate inter-* pro exiſti-
*dum ponitur.Senſus igitur eſt: Effice vt me aliquo numero* matione &
*habeat Thais:vt aliquo apud ſe loco eſſe velit. Verbo hære-* authoritatẽ
*re eodem in ſignificatu vtitur Liuius libro quinto ab vrbe condita. Antea trina loca cum contentione ſumma patricios explere ſolitos:nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda fore,& ne in turba quidem hærere plebeium quẽquam; id eſt, ne in turba quidem rationem haberi plebeij cuiuſquam. Poſſet ſic quoque intelligi. Vt hæream in parte aliqua tandem. Si amica mihi non licebit ſoli tota propriáque potiri,quin & Phædriam adſe intromittat: perfice hoc pretio,precibus,in parte ſaltem ea vt potiri liceat: vt ſit eiuſmodi fermè, quale illud Plauti in Aſinar. Viginti minas ei det,in parte hac amãti vt liceat potirier. Argyrippus exorari ſpero poterit:vt ſinat ſeſe alternas cum illo noctes hanc frui.Sic aptè etiam quadrabit illud Gnathonis:Militem riualem recipiendum cenſeo.*¶ *Tu fortaſſe quæ facta hîc ſint neſcis.*§ *Nos, Quæ facta hîc ſient,neſcis:quo modo ferè in omnibus antiquis habetur.Sed tamen quod ad ſenſum attinet, vtrum legas,parum refert. Eſt autem ſiet plenum & inte-*
*grum, ſit,diminutum & per ſyncopen conciſum: cuius M.* Siet.
*Tullius meminit in De perfecto oratore. Vnde apud antiquos ferè prius illud legimus, rarius alterum. Sic autem legendi ſunt hi verſus:*

*O Thraſo. THR. ſalueto. PH. te fortaſſe facta quæ hîc ſient*
*Neſcis? THR. Scio. PH. Cur te ergo in his ego conſpicor regionibus?*

*Sic probè vterque conſtabat,& habet ita codex Haſſenſtenianus,& ex impreſſis emendatiores.*¶ *Vt tuo amori ſuppeditare poſsit.*§ *In pleriſque velut Lugdunenſi & Lipſico* Suppedita-
*quodã,vt alia omittam,erat ſuppeditari,ſed perperam. Qui* re abſolutè,
*locũ deprauauit,nõ ſenſit abſolutè hic poni ſuppeditare,pro* pro Suppe-
*eo quod dicimus ſuppetere,nõ deeſſe: quomodo Fabius:licet* tere.
*ſatis exemplorum ex lectione ſuppeditet, id eſt ſuppetat. T.*

*Liuius:Manubiæ vix in fundamenta fani ſuppeditauere.* I. *ab vrbe.Con.Cicer.*I.*ad Att.Si vnquam mihi* ἐπιχειρήματα *ſuppeditauerunt illo tempore. Sic & aliàs ſæpe.Donatus tamen aut ſuppeditare pro ſuppeditari poſitum autumat, aut deeſſe ſe.vt, Accingunt omnes operi.* ¶ Neque *melius prorſus neque prolixius.* § *In quodam Argentorati excuſo, ni fallor, & in Lugdunenſi prorſum legitur:ſed vtrumcumque voles, legas licebit.Prolixius hîc, vt obiter explicem, liberalius atque benignius ſignificat : quomodo Cicero identidem vſurpat.velut pro Flacco:Id non ſolū fecit, ſed etiam prolixè cumulatéque fecit.Et ad Plācum:Honoris noſtri cauſa libēter,prolixè,celeriter facias. In Aldinis codicibus duæ particulæ ſuperſunt.habet enim :* Non *prolixè, ſed celeriter facias:perinde videlicet,quaſi hæc duo opponantur.Sed nihil minus.*Nam *paulò pòſt ad capitonē ſic eadem de re:Tamen intereſt noſtra,Plancum hoc animo libenti prolixóque facere. Tu in hunc modum, quomodo nos citauimus,tuum emenda.* ¶ *Satis diu hoc iam ſaxum verſo.* § Nos *ex antiquis & manu ſcriptis voluo legimus : tametſi alterum nō diſplicet.*Nam *& Cicero ſimiliter I.Tuſc.quæſtionum:Quod Siſyphus verſat ſaxum,inquit.* ¶ *Hunc comedendum & deridendū vobis propino.* § *Hæc vera lectio eſt: quod ex Donato liquet,qui hoc loco:Propino.Facetè,inquit,ſic dixit,vt paraſitus,& qui de conuiuio loqueretur.Citat eodem modo* No. *Marcel.Produxit autē primam in verbo propino, ne ſit Iābus in trochaico,cū alioqui breuis ſit:Sed & alij poſt Teren. produxerunt,velut Martial.*I.*epigramma.Ex libris in membrana deſcriptis duo habent præbeo,nō propino. Fuit,credo, qui vocabulum explanare volēs,in ſpatio quod verſus dirimit,addiderit præbeo:id librarij incuria irrepſit in cōtextū.*

*Prolixè, pro liberaliter & benignè.*

*Ciceronis locus:*

*Propino prima producta.*

DOLETI OBSERVATIO.

*O populares.* § *Popularis variè à Latinis ponitur. Interdum enim dicitur popularis populo gratus : vel qui populi ſtudia,& fauorem aut largitione, aut alia quauis ratione captat. Aliam quoque habet ſignificationem.Eſt enim aliquando popularis ad populum ſpectans,vel plebeius : vt,apud Ciceronem Offi.*II.*Popularibus enim verbis eſt agendum,& vſitatis,cū loquamur de opinione populari. Idē de Orat.*I. *Sunt enim varia, & ad vulgarem, popularémque ſenſum accommodata omnia genera huius forenſis noſtræ dictionis. Interdum etiam à fortuna definitur, éſtque eiuſdem conditionis,gētis,fortunæ,ſortis.Terentius in Phormione.Amicus meus ſummus, & popularis Geta. Plautus in Pœnul.O mihi popularis ſalue. Ponitur præterea nonnunquam popularis pro ignobili, vili, & abiecto. A populari autem dicitur populariter.Quod modò ponitur pro abiectè, humiliter,& quaſi pro populari inſcitia, atque infantia,vel vulgò.Interdum ponitur pro plauſibiliter, vel ſeditioſè.Tu vide exempla in primo Tomo noſtro.* ¶ *Cui tam ſubitò tot cō gruerint commoda.* § *Congruerint pro contigerint poſuit, ſed non ſine multitudinis expreſſione. Sæpius verò pro conſentire,vel conuenire ponitur, vt plenè docemus in primo Tomo noſtrorum Commentariorum.* ¶ *Scin' me in quibus ſim gaudiis?* § *Eſſe in gaudiis ponit pro efferri,vel exilire, exultare,& triumphare gaudio.* ¶ *In clientelam, & fidem nobis dedit ſe.* § *Dare ſe in fidem, idem eſt quod ſe in fidem alicuius cōferre,vel tradere.* ¶ *Quoduis donum, & præmium à me optato.id optatum feres.* § *Pro obtinebis, vel aſſequere.* ¶ *Accingar.* § *Accingere ſæpe pro inſtruere, vel armare accipitur.Interdum verò pro aggredi,vel ſuſcipere ponunt Latini:ſed id maximè,cum paſſiuum eſt:vt hoc loco.Titus Liuius ab Vrb.cond.libro ſecundo. Proinde in hoc diſcrimen,ſi iuuat, accingere. Hoc eſt,aggredere hoc periculum. Vel ad hoc periculum ſubeūdum te para.* ¶ *Iter hac habui.* § *Supple faciendum.Iter autē habere pro diſcedere, vel iter facere ponitur:& ſæpe eſt,cum in via ſumus. Cicero Famil.* II.*Iter habebant ad Laium Regem.Idem ad Quint.fratr. Videre eum volebam, quòd in Sardiniam iter habebat.* ¶ *Me id facere maximè cauſa mea.* § *Cauſa mea, & cauſa mei nihil planè differunt,licet contra ſentiat Valla. Vſitatius verò dicitur cauſa mea,id eſt, propter me, quàm cauſa mei.Cicero Famil.*II.*Hortenſium roges velim,vt ſi vnquam mea cauſa quicquam aut ſenſit,aut fecit,de hac quoque ſententia decedat. Idem Familiarium quinto. Nihil vnquam mea potius,quàm meorum ciuium cauſa feci. Idem Familiarium* XV.*Te abeſſe,mea cauſa moleſtè fero:tua gaudeo.* ¶ Nec *magis ex vſu tuo.* § *Ex vſu eſſe,idem eſt quod vtile eſſe,& commodum. Cicero Tuſculanarum tertio. Libido eſt opinio venturi boni,quod ſit ex vſu iam præſens eſſe atque adeſſe.Terentius in Hecyra. Si ex vſu eſſet noſtro hoc matrimonium.* ¶ *Hunc comedendum vobis propino.* § *Id eſt, vobis trado ſpoliandum bonis,& expilandum.Sic ſæpe transferuntur comedere,& adedere. Tranſlatæ etiam ſignificationis hoc loco eſt propinare : nam propriè eſt prægustato leuiter vino,poculum alteri offerre.* ¶ *Iſti te ignorabant.* § *Ignorare nonnunquam eleganter ad perſonas transfertur:éſtque non cognoſcere, vel alicuius mores parum exploratos, & perſpectos habere.Cicero ad Atticum quarto.Iidem,mi Tite Pomponi,iidem inquam illi,quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. Idem: Maiore ſtudio Lucullus, tum omni literarum generi, tum philoſophiæ deditus fuit, quàm,qui illum ignorabant, arbitrabantur.* ¶ *Accipit hominem nemo melius, & prolixius.* § *Accipere hîc ponitur pro admittere, vel tractare. Et totum in eo ſignificato ad perſonam refertur, ſumitúrque tam in bonam,quàm in malam partem:ſcilicet vt ſonant aduerbia quibuſcum iungitur.Cicero in Familiaribus.*Non *multi cibi hoſpitem accipies,ſed multi ioci.Ibidem: Epicurum tuum Stoici malè accipiunt.Idem ad Atticum.*Nos *Aſia accepit admirabiliter. Ibidem:Cōuiuæ hilarè,& bene accepti.Ibidem:*Nos *hoſpitio accepit.Idem in Verr.Leniter,clementérque hominem accepit.Ibidem:Homines multis verbis malè à ſe acceptos dimiſit.Idem de Somn.Scipionis:Pòſt regio apparatu accepti ſermonem in multam noctem produximus.* ¶ *Collaudaui ſecundum facta,& virtutes tuas.* § *Hæc particula,ſecundum,variè à Latinis accipitur.* Nam *aliquando pro poſt,vel proximè,vel iuxta,vel congruenter, & conuenienter vſurpatur.Pro poſt. Locutio eſt apud Latinos huic huius particulæ ſignificato ſimilis:ſcilicet, cum dicimur à re, vel perſona aliqua diſcedere. Exempli gratia : Secundum te ille mihi ita eſt, vt ſit penè par. Id eſt, cum à te diſceſſi. Cicero ad Att.*XII.*Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine.Idem in Off.Proximè autem, & ſecundum deos,homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt. Idē in Verr. Act.*II.*Tua ratio eſt,vt ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias:mea, vt ante primos ludos comperendinem. Pro congruenter.Per hanc particulam ſic loquimur, vt dicamus S.C.ſecundum aliquem factum: id eſt, è re alicuius, vel pro commodo.Et ſecundum fidem, & religionem teſtimonium dicere.Cicero ad Atticum* XIIII.*Prætor ſecundum*

*Popularis.*

*Populariter.*

*Congruere.*

*Eſſe in gaudiis.*

*Ferre, pro obtinere.*

*Accingere.*

*Iter habere*

*Cauſa mea*

*Cauſa mei.*

*Ex vſu.*

*Comedere.*

*Propinare.*

*Ignorare aliquem.*

*Accipere, pro tractare.*

*Secundum pro poſt,cōgruenter, iuxta.*

me decreuit. Idem ad Quint. fr. Cum teſtimonium ſecūdum fidem, & religionem grauiſſimè dixiſſem: &c. Idem de Senect. Omnia, quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis. Pro iuxta. Cum pro iuxta ponitur, ferè ſemper loci eſt. Cicero ad Att. XVI. Quæ legiones iter ſecūdum mare ſuperum faciunt. Seruius Ciceroni Famil. IIII. Nuntiauit duo vulnera accepiſſe: vnum in ſtomacho: alterum in capite ſecundum aurem.

GLAREANVS.

*Verſus primi vndeuiginti ſunt iambici tetrame. acatalectici, reliqui deinceps ad finem vſque trochaici tetrametri catalectici. In primo verbum Viuit ante Hodie legendum, quod in Aldino codice neglectum vidimus. In tertio, ſiue Congruerint, quod fermè habent codices, ſiue Contigerint legas, vt Donatus legiſſe videtur, ad carmen nihil attinet. In quarto vel d, in Quid; vel s, in Lætus eliditur, & loco quarto anapæſtus eſt, vt Mi totum elidatur. Denique Meatum diſſyllabum eſt. In quinto verſu eliditur s, in Quibus. In ſexto Meam monoſyllabon totū eliditur. Sed & per creticum bacchiúmque omnia hæc ſanantur. Septimum verſum ita in vetuſto codice inuenio tribus initio anapæſtis, & quem ita ſanè legendum puto.*

*Ita me Dij ament, bene factum. GN. audin' tu, hic quid ait? CH. tum autem Phædriæ*

*In octauo verſu, primo loco iambus eſt, ſecundo ſpōdeus, tertio dactylus. Eraſmus verò ait non elidi m, quod ego cur addiderit neſcio, cum verſus bene habeat. In vndecimo ſiue Pellitur, ſiue Pelletur legas, nihil ad carmen. Duodecimus variè legitur. Quidam codices omiſerant duas haſce particulas Tum tu, quæ ſi non omittendæ, verbum audiat diſſyllabum erit, vel creticus loco ſexto. Quanquam poterat altera duntaxat particula legi. Frater vbi vbi eſt, tu fac quàm primum hęc audiat. Par. viſam domum. Vetuſtus etiā codex habebat Viſam domi. ſed nihil ad carminis rationē. In decimoquinto s, eliditur in Auſus, vt ſit pes vltimus pyrrhichius. In decimooctauo. Facilitatem ex Donati Cōmentario legendum, non Felicitatem, vt vulgati errant codices. Notauit hoc etiam Riuius. Et vel Mei monoſyllabum, vel creticus primo eſt loco. ¶ Parmeno modò quæ narrauit, ſed vbi eſt frater? § Hic trochaicorum in hac ſcena primus, trochæum primo habet loco, ſecundo loco treis ſyllabas, ex quibus vel tribrachyn vel anapæſtum vel dactylum facias, licebit. Secundus verſus. trochæos anapæſtis alternatim immiſtos habet, quod pulchrum, ſed admodum rarum eſt, ad hunc modum, Gaudeo. CH. ſatis credo, nihil eſt Thaide tua dignius. Quidam inſulciunt duo verba. Hac, & Frater, vt verſus ita legatur, Gaudeo. CH ſatis credo, nihil eſt Thaide hac tua frater dignius. Quæ ſi omnino legi debent, s, eliditur in Satis, & tua monoſyllabum erit, denique iambicus tetra. acatalecticus erit inter trochaicos. quod ego non probo, & prior lectio ſimplicior eſt. In tertio verſu malè omiſerat Aldinus codex verbum Hui. In quarto verſu Spei monoſyllabum totum eliditur, & s, in Minus, vt loco quinto ſit anapæſtus. Poteſt & bacchius eſſe. ſunt alia effugia, ſcio, ſed ego trochaicum exiſtimo vt reliquos. atq; ita etiam Eraſmus. In ſexto verſu vel eliditur d, in Apud, vel creticus eſt loco ſexto. In nono vel Poſtulo diſſyllabon eſt eliſo v, Vt in Andria Act. II. ſcena I. vel creticus eſt loco ſecundo. In XII. verſu Sient legendū, & Neſcis ad ſequentem pertinet verſum, & Te accuſatiuus legendus ante Ergo. Et erūt duo Trochaici tetrame. catalecti. vt alij omnes. D. Eraſmus de hoc loco ita ait, Suſpicor carmen inuerſione ordinis deprauatum. Conſtabit ſi ſic legas, O Thraſo, ſaluete, tu fortaſſis hîc quæ facta ſunt neſcis. Scio. cur ergo in his te conſpicor regionibus. vt Ego pronomen elidatur. Hæc ille. qua dimenſione prius carmen in trochaica. ac catalectica ratione ſuperat pede tetrametrum, alterum deficit pede. Ipſe planè miror. quid ei tunc venerit in mentem, cum hæc ſcriberet. locum rectè emaculauit Riuius. In decimooctauo, vel Paulum pro Paululum legēdum, vt in XXV. huius ordinis verſu annotauit Eraſmus, vel in hoc creticus erit ſexto loco, & amphibrachys in altero verſu loco tertio. quod magis mihi probatur. ¶ Neque iſtum metuas ne amet mulier. fac. p. v. v. § De hoc verſu quid equidem dicam, vix certum habeo. Si primo loco bacchius. deinde tres & quintum pedē tribrachyn inſtituamus, procedet trochaicus tetrame. catalecti. ſicut alij, ita Ne non elidatur, ſed corripiatur. At ſi primo loco ponas iambum, nec e in Ne elidatur, erit iambicus tetramé. acatalecti. alioqui perpetuò iambus ac trochęus, alter alteri officiet. In tertio deinde verſu locis paribus eſt anapæſtus. In quarto. Donatus initio ponit Chæreæ perſonam, ſub finem Phædriæ, cum codices ferè contrarium habeant. In ſexto vel s, eliditur in Satis, vel amphibrachys eſt loco tertio. Septimus verſus duos trochæos initio habet. In octauo* Propino. *Comedendum primam corripit natura, Propino producit, vt apud Martialem non vno tantum loco. Idem tamen libro ſexto corripuit. Hîc verò correptio locum non habet, alioqui erat iambus in trochaico. Notauit hoc etiam Riuius. Octauus verſus duos trochæos initio habet. In nono vel d, initio eliditur in Quid, & Eis monoſyllabum eſt, vel bacchius eſt loco primo, & creticus loco quarto. In duodecimo ſecundo loco trochæus eſt. In penultimo verſu loco ſecundo anapæſtus, Priore trochæus, vt Grammatici dicunt, qui volunt naturā interrogatiui ne, in his ſeruari, vt corripiatur. Virgil. in Vidēn' ſeruauit, & eum ſecutus Statius, Virgilianæ Aeneidos felix æmulator. Eandem correptionem de ōn, vt egōn', adeōn'. De in, vīn', ſcīn', aīn', ſatīn'. De en, mēn' tēn', Grammatici affirmant. At Seruius libro duodecimo Aeneidos ad illud Virgilij* Ne, quum apocopen patitur, quantitas.

*—Tantōn' placuit concurrere motu*
*Iuppiter æterna gentes in pace futuras?*

*ita ait, Sanè tantôn on circumflectit. Nam cum per apoſtrophon apocopen verba patiuntur, is qui in integra parte fuerat, perſeuerat accentus, vt Tantone. Inde fit Tanton. In hoc authore de productione neſcio locum vllum. Nam in hiſce, ſi productio incidat, integra lectio fit, ſed in ſcandendo eliſio fit, vt in Andria,*

*Puer hercle eſt, mulier tūne appoſuiſti hunc? MY. vbi?*

*In hoc ſenario Tu ſyllaba lōga eſt. Et in prologo Adelphorū, Laudine an vitio duci factum oporteat, vbi e de ne ſcribi debet. Conſimilia plurima vbique reperias.*

*Si quid collibuit.* § *Bembus ſic legit,* IOANN. THEOD.
*Si quid conlibitum, noui te. hoc ſi feceris:*
*Quod vis donum, præmiū à me optato: id optatum feres.*
*Illud quoque ſic,*
*Accipit homo nemo melius, neque prolixius.*
*Vltimo demum verſu ſic,*
*Nihil præter promiſſum eſt: ite hac &c.*

# TERENTII HEAVTONTI-MORVMENOS.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

*Chremes ſenex.*
*Clitipho adoleſcens.*
*Syrus ſeruus.*
*Menedemus ſenex.*
*Clinia adoleſcens.*
*Dromo ſeruus.*
*Soſtrata matrona.*
*Bacchis meretrix.*
*Phrygia ancilla,*
*Nutrix.*
*Antiphila meretrix.*

## NOMINVM ETYMOLOGIA PER IOANNEM THEODORICVM BELLOVACVM.

*Chremes.* *CHremes,ſenex,Clitiphonis pater.Etymō habes in Andria & Eunuch. Eſt tamen qui dictum putet Chremetem, quaſi negotioſum & pecunioſum. Vtrunque enim τὸ χρῆμα ſignificat. Quod ſi eſt, Chremes cōtra primitiui naturam corripit primam.Horat.in Arte, Iratúſque Chremes tumido delitigat ore.*

*Clitipho.* *Clitipho, adoleſcens. à Græco nomine κλιτός, id eſt decliuis, pronus: & aduerbio ἶφι, id eſt fortiter,potenter,ſtrenuè.vt intelligamus Clitiphonē, quaſi vergentem ad ſtrenuitatem, hoc eſt, virilem ætatem. At quoniam Græcis non ſolùm quæ decliuia ſunt, Clita dicuntur, ſed etiam porticus & loca in quæ opportunè declinemus:fortè Clitiphoni Terētius id nominis indidit, quia è militia rediens Clinia,opportunè ad eum,velut in tutum portum,diuerterit,non auſus ad patrē ſe recipere:vt ſit Clitipho, quaſi opportunum & præclarum diuerſorium.φῶ enim verbum id ſignificat quod Splendeo.Luceo. Quid ſi Clitiphonem interpreter,quaſi propenſum & procliuem,ac pronum ad claritudinem & famam,ſiue famæ cupidum? Adde quòd κλειτός Græcè dicitur,qui Latinè Glorioſus.*

*Syrus.* *Syrus,ſeruus.à patria.Seruilem verò Syrorum naturam, & quæ generoſioris neſcia ſpiritus, magnum nihil affectet, quin ſtudiis homine libero indignis mancipata,degat æuum, ſatis arguit adagium,Multa Syrorum holera. Cicero præterea in oratione De prouinciis conſularibus,Iudæos & Syros vocat nationes ſeruituti natas.Idem quoque, Syrorum venalium meminit libro ſecundo De Oratore.*

*Menedemus.* *Menedemus, ſenex, Cliniæ pater.ἀπὸ τοῦ μένεος καὶ τοῦ δήμου:quaſi robur & vis populi:nam μένος robur eſt, δῆμος autem populus.vt deſumptum ſit nomen à prudentia & cōſilio ſenum,quo reſpublicæ fouentur & corroborantur. Vel fortè Menedemus quaſi vires populi exhibens, ſiue robuſtiſſimus:vt non fruſtrà demiretur Chremes raſtrorum Menedemi grauitatem. Vel ἀπὸ τοῦ μένειν, manere, καὶ τοῦ δήμου populo,quaſi maneus in populo,id eſt δημότης,plebeius, popularis,vnus aliquis è vulgo. Fortè ἀπὸ τοῦ μήνεος ira immanente,& δημοῦ,pinguedine.vt intelligatur,qui ſuæ pinguedini,ſuo genio & otio, ſuis commodis continenter iraſcitur, ſeſe perpetuò macerans atque excrucians.*

*Dromo.* *Dromo,ſeruus.Etymon habes in Andr. A curſu videlicet, & conficiendi negotij ab hero dati velocitate. Non deſunt,qui ſic dictum exiſtiment,per antiphraſim, quaſi tardum & ignauum.*

*Soſtrata.* *Soſtrata,Chremetis vxor.Exercitus ſalutis,vel Salus exercituum.Σώζω, incolumen ſeruo,tueor.Σῶς,ſaluus.στρατός, exercitus.Vel fortè ἀπὸ τῶν σώστρων.Soſtra autem Græcis dicuntur,merces ſalutis,præmiáque liberationis & conſeruationis.Soſtrata filiam exponi iuſſam cōſeruauit, eámque ab interitu liberauit.*

*Bacchis.* *Bacchis,meretrix. ab ebrietate, vel inſania.Βακχεία inſania.Βακχέω immodeſtè ago more bacchantium. id quod ſolenne eſt meretricibus.*

*Phrygia.* *Phrygia, ancilla.à patria. Phryges autem ſeruili fuiſſe ingenio,teſtatur adagium,Phryx plagis emendatur.*

*Clinia.* *Clinia, adoleſcens.κλίνη lectus, coniugium.Competit hoc nomen,in eum,qui ſit amans lecti iugalis: qualis noſter Clinia,qui Antiphilam deperiit,& tādem vxorem duxit. Vel ducitur à verbo κλίνω, id eſt,inclino,declino: quaſi qui paulo momento huc vel illuc inclinetur.id quod iuueniliter amantes ferè ſolent:Volunt,nolunt:ſperant,deſperant:credūt, dubitant:gaudent,triſtantur:ob leuiculas modò ſuſpiciones iraſcuntur & æſtuant, mox vel vno renidentis nonnihílve adblandientis amicæ verbulo placantur.Vel fortè,quòd patris moroſitate coactus ſit ab eo declinare & fugere, militiǽque nomen dare,alioqui adoleſcens modeſtus & frugi.*

*Antiphila.* *Antiphila,verti poteſt,contrà ſiue æquè amans,in amore reſpondens,redamans,& cuius amor ſit reciprocus: qualem in hac comœdia Terentius depingit Antiphilam. ἀντὶ contrà,æquè: φίλη, amica: φιλέω,amo.*

## C. SVLPICII APOLLINARIS IN HEAVTONTIMORUMENON *Periocha,*

*IN militiam proficiſci gnatum Cliniam*
*Amantem Antiphilam compulit durus pater:*
*Animique ſeſe angebat,facti pœnitens.*
*Mox vt reuerſus eſt,clam patre diuortitur*
*Ad Clitiphonem,is amabat ſcortum Bacchidem,*
*Cum accerſeret cupitam Antiphilam Clinia,*
*Vt eius Bacchis venit amica,ac ſeruolæ*
*Habitum gerens Antiphila,factum id quò patrem*
*Suum celaret Clitipho: hic technis Syri*
*Decem minas meretriculæ aufert à ſene.*

*Antiphila*

*Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror;*
*Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit.*

ADRIA. BARL.

*Durus.} Iuſto inclementior Menedemus. ¶ Animique ſeſe angebat.} Dicimus, ango me animi, & animo. Plautus quoque per genitiuum dixit, Angas te animi. ¶ Facti pœnitens.} Quòd victũ iurgiis & contumeliis filium domo eieciſſet. ¶ Ad Clitiphonem.} Chremetis filium. ¶ Decem minas.} Hoc eſt centum & ſeptuaginta quinque rhenenſes, ſiue vigintinouem libras, tres ſolidos, & quatuor groſſos. ¶ A ſene.} Non Menedemo, ſed hero ſuo Chremete. ¶ Aliam.} Archonidis filiam, vt in exitu fabulæ videre eſt.*

## IOANNIS CALPHVRNII BRIXIENSIS VIRI CLARISSIMI IN P. SEXTI TERENTII HEAVTONTIMORVMENON PROLEGOMENA.

HAEC *fabula, Menandri Græca: quæ facta à Terentio Latina, nomen idem obſeruauit, ne Græci nominis euphoniam perderet: quòd Terentius minus laudis exiſtimaret propria ſcribere, quàm Græca transferre. Nomen habet à ſene ſeipſum excruciante ob filij abſentiam: quem amantem, duritia ſua in militiam proficiſci compulerat.* ἑαυτὸν τιμωρούμενος, *Latinè ſeipſum excrucians interpretatur.* (Heautontimorumeni etymon.) *Illud animaduertendum, omnes Terentianas fabulas, ex vtroq; genere miſtas, præter hanc. Nam comœdiæ aut motoriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut miſtæ. Motoriæ, turbulentæ: Statariæ, quietiores: Miſtæ, ex vtroque actu conſiſtentes. In hac, quæ plurimum delectat actu & ſtylo, primæ partes ſunt Menedemi & Chremetis: ſecundæ Cliniæ & Clitiphonis: tertiæ, Syri: & ſic deinceps. Hæc etiam, vt cæteræ, quinq; actus habet, Prologum concitatum. Nam & ſe purgat: & in lædẽdis aduerſariis eſt occupatus. Argumentum quoque non ſimplicis negotij habet, nec vnius adoleſcentis, vt in Hecyra: ſed duorum, vt in fabulis.*

ARGVMENTVM.

CHREMES *grauidæ vxori olim interminatus, ſi puellam pareret, nolle tolli. At illa clàm anui Corinthiæ nutriendam dedit. Hanc adultam Clinia inuito patre amare cœpit. cuius duritia & aſſiduis iurgiis, in militiam proficiſci compulſus eſt. poſtea facti patrem Menedemum adeò pœnituit, vt omnia venderet, & agrum emeret, in eóque ſe exerceret: vt ſic filij iniuriam vlciſceretur. Paulo pòſt reuertitur Clinia, & clam patre diuertitur apud Clitiphonem, qui & ipſe amabat ſcortum Bacchidem. Mittit accerſitum cupitam Antiphilam Clinia: cum qua & Bacchis vnà venit. Hanc adoleſcentes Cliniæ amicam ſimulant Syri technis. Antiphila ad matrem deducitur: cuius occaſione Syrus decem minas meretriculæ aufert à Chremete. Dehinc Antiphila Clitiphonis ſoror reperitur; & Cliniæ in vxorem datur. Chremes Bacchidẽ à Clitiphone amari animaduertit: iraſcitur: minatur: ſed & Menedemo adhortante, filio ignoſcit: & aliam illi dat coniugem. In primo actu agitur de coniunctione ſenum, ſcilicet Menedemi & Chremetis: ſimul & de amicitia & familiaritate adoleſcentum, in qua Clitipho ardentiſsimus oſtenditur. Secundus actus continet quemadmodum adoleſcentes amicas receperint: ſimul & Syri callidum conſilium. Tertius actus exprimit Syri fallaciã in Chremem, vt Bacchidem credat Cliniæ eſſe amicam, & Antiphilam arrhaboni Bacchidi relictam eſſe putet pro argento, quod anum Corinthiam meretrici debere finxit. In quarto actu agitur de recognitione Antiphilæ: & de extorſione argenti, quod Bacchidi Clitipho promiſerat. Quintus actus continet omnium rerum conuerſionem ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione geſtorum: & quemadmodum Antiphilam vxorẽ Clinia duxerit: Clitipho verò dimiſſa Bacchide aliam acceperit.*

# GRAECA EST MENANDRV,

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, L. CORNELIO LENTVLO, L. VALERIO FLACCO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS, DEINDE DVABVS DEXTRIS. ACTA ETIAM TERTIO, *C. CORNELIO, M. IVVENTIO COSS.

*Aliâs, T. Sempronio, Vide anno ab Vrbe cõdita. 591.

## IOANNIS CALPHVRNII INTERPRETATIO IN PROLOGVM HEAVTONTIMORVMENV.

NE CVI *ſit veſtrûm mirum.* ⁊ *Prologus concitatus. nam & ſe purgat, & aduerſarium acriter terret. Actor quoque, ex commodo ſuo, cur hanc comœdiæ actionem ſuſceperit, cauſas affert.* ¶ *Ex integra Græca, &c.* ⁊ *Terentius Hecyram & Phormionem ab Apollodoro tranſtulit: reliquas quatuor, à Menandro.* ¶ *Et quæ eſſet.* ⁊ *Id eſt quo nomine vocaretur.* ¶ *Oratorem voluit eſſe me, non prologum.* ⁊ *Officiũ prologi, ante narrationẽ rei ſemper eſt, veruntamen & poſt principium fabulæ inducitur, vt apud Plautum in Milite glorioſo, & apud cæteros magnę authoritatis veteres poëtas.* ¶ *Oratorem.* ⁊ *Sic in prologo Hecyræ, Orator ad vos venio cum ornatu prologi.* ¶ *Oratorem.* ⁊ *Oratorem audire oportere, ius gentium eſt. Oratorem, non liceat iniuriam pati. Ne igitur patiatur iniuriam, non ſe prologum, ſed oratorem nominat. Et orator eſt qui rogat: Exorator, qui impetrat. Alibi Terẽtius, Orator ad vos venio, ſinite exorator ſiem. Et orator eſt cui cauſa defendẽda mandatur.* ¶ *Nã quòd rumores diſtulerũt.* ⁊ *Id quod maleuoli vitio dant ſibi, ſibi laudi aſcribit: ſeque exemplo præſtantiſſimorum poëtarum defendit, qui idem factitauerunt.* ¶ *Diſtulerunt.* ⁊ *diuulgauerũt.* ¶ *Autumat.* ⁊ *Opinatur, dicit, cenſet.* ¶ *Habet bonorũ exemplum.* ⁊ *Videlicet, Plauti, Næuij, Ennij, quos authores Terentius habet, vt in prologo Andrię fatetur, Qui cùm hunc accuſant, Næuium, Plautũ, Ennium accuſant, quos hic noſter authores habet.* ¶ *Tum quod maleuolus vetus poëta.* ⁊ *A natura, maleuolus: à tempore vel inuidia, vetus: à ſigno æmulationis poëta. Vetus, plærunque ad laudem refertur, interdum ad vituperationem. Vetus, id eſt carioſus, & quaſi rancidus. Maleuolus, non criminibus, ſed maledictis.* ¶ *Amicũm ingenio fretũ.* ⁊ *Hoc idem refellit in prologo Adelphorũ, Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles Eũ adiutare, aſſiduéq; vnà ſcribere, Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtimant, Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet Qui vobis vniuerſis & populo placent.* ¶ *Hunc muſicum.* ⁊ *Videlicet poëtam elegantem. Muſicus, Latinè dicitur elegans. ἄμουσος verò Græcè, inelegans.* ¶ *Amicũm.* ⁊ *Pro amicorũ, videlicet Lælij & Scipionis, quorum amicitia Terentius familiariſſimè vſus eſt.* ¶ *Arbitrium veſtrum.* ⁊ *Bene arbitrium. nam arbiter dicitur iudex qui totius rei habet arbitrium & facultatẽ. horum enim arbitrio & iudicio comœdia commendari poterat.* ¶ *Ne plus iniquũm poſſit.* ⁊ *Iuſtam rem petit: quę quidem, niſi ab iniuſtis, cõceditur.* ¶ *Qui nuper fecit ſeruo currenti.* ⁊ *In hoc notatur aduerſarius, qui decorum perſonæ nõ ſeruauerit. Quid enim magis præter ſerui decorum, quàm vt illi populus in via decedat, & inſano ſeruiat?* ¶ *Date poteſtatem mihi ſtatariam agere.* ⁊ *Vt liceat ad exitum vſque fabulæ perpetuò ſtare, ne videlicet aliqua turba fiat: vt fieri ſolet aut ludis funambuli, aut gladiatorum. tunc enim neceſſe eſt relinquere comœdiæ actionem.*

*Vetus.* *Maleuolus.* *Prologi officium.* *Orator. Exorator.* *Differre rumores.* *Autumo.* *Muſicus.* *Arbiter.*



ARG. PAV. MALLEO.

HIC ſequens Prologus concitatus eſt: nam & ſe purgat iterum de obiectis, & aduerſarium acriter terret. Actor quoque ipſe ex ſuo commodo, cur hanc Comœdiæ actionem ſuſceperit, cauſas adfert: variis etiam modis ſpectatorum beneuolentiam, & attentionẽm captat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

EXorditur à Prolepſi & Propoſitione. Ab ætate beneuolentiam captat.

## PROLOGVS:

*Trimetri omnes.*

NE *cui ſit veſtrûm mirum, cur parteis ſeni*
*Poëta dederit, quæ ſunt adoleſcentium:*
*Id primum dicam, deinde, quòd veni eloquar.*
*Ex integra Græca, integram comœdiam*
*Hodie ſum acturus Heautontimorumenon,*
*Duplex quæ ex argumẽto facta eſt ſimplici,*

*Statariam agere comœdiam.*

*nem. Et bene dixit ſtatariã. Agi enim dicitur fabula, cum recitatur, ſtare cũ placet. Eſt etiam comœdia quæ dicitur ſtataria aut motoria, à ſtatariis actibus vel motoriis. [Ne ſemper ſeruus currens.] Exprimit varias perſonas, quæ in comœdiis introducuntur, quibus ars comica valde nobilitatur. Inducitur autem leno periurus, amator feruidus, ſeruus callidus, & amica illudens, & vxor inhibens, & mater indulgens, & patruus obiurgator, & ſodalis opitulator, & miles præliator, paraſiti edaces, parentes tenaces, & meretrices. [Mea cauſa, cauſam hanc iuſtam.] παρονομασία. [Si quæ laborioſa eſt.] Iuſtum etenim eſt ſeni in re laborioſa fauorem præſtare. [Ad aliũ gregẽ.] Gregẽ cum contemptu dixit, alios actores paruifaciens. Gregem appellat ſcenicorum turbam. Plautus in prologo Aſinariæ, Quæ quidẽ mihi atque vobis res vertat bene, atque huic gregi. [Eſt pura oratio.] Hoc eſt nitida, quæ facilè aſſenſum auditorum ineat. [Si nunquam auarè pretiũ ſtatui.] Per hęc verba Terẽtius demonſtrat quàm grauis author ſit, qui ſuas comœdias probet. ſic Horatius, —Ea cum reprehendere coner, Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit. [Et eũ eſſe quæſtũ.] Nõnunquũ ſubauditur ſi, vt ſit, & ſi eum quæſtum. [Seruire veſtris commodis.] Plus dixit commodis, quàm ſi diceret voluptatibus.*

*Paronomaſia.* — *Grex.* — *Oratio pura.* — *Laudat ſeipſum Terentius.*

ADRIA. BARL. *Cur partes ſeni.] Captatio beneuolẽtię ab ætate perſonæ. [Ex integra Græca.] Propoſitio eſt. [Heautontimorumenon.] Id ſonat, ſe ipſum excruciantem. [Duplex facta.] Nam in hac Latina, ſenes duo, adoleſcẽtes item duo ſunt. [Et quæ eſſet.] Nomen dixi. [Ni partem maximam.] Senſus. Cuius authoris ſit vt dicã, nihil eſt opus. Plærique enim nouiſtis Menandri eſſe Græcam. [Paucis dabo.] Dabo pro dicam poſuit, teſte Nonio. [Non prologum.] Non qui præfationem dicerẽ, & argumentum narrarẽ, quod eſt prologi. [Oratorẽ voluit eſſe me.] Oratori vim facere nõ licet. [Hic actor.] Ad loquentis perſonam referendum eſt, vt ſit, Ego tantum potero facũdè dicere. [Nam quòd rumores.] Defenſio eſt. [Diſtulerunt.] Diuulgauerunt, ſparſerunt. [Habet bonorum exemplum.] Defendit ſe cõtra æmulos ſuos, idque magnorum exemplo virorum, Plauti, Næuij, Ennij; de quibus poëtis illuſtribus nonnihil dictum eſt nobis in Andriam. [Maleuolus vetus poëta.] Naturâ maleuolus, tẽpore vetus; vel in ſua inuidia, & obtrectandi ſtudio vetus. Et L. Lauinium notat veterem aduerſarium. [Ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum.] Poëticũ intelligit ſtudiũ. Eſt enim poëtica, muſicæ confinis arti. [Amicũm.] Pro amicorum dixit. Quòd aduerſarius dicit, poëtam noſtrũ in ſcribendis fabulis adiutum, à viris nobilibus, de hac re, de hoc facto, inquit, vos exiſtimabitis. [Arbitriũ veſtrum.] Arbiter iudex; qui totius rei habet arbitriũ & facultatem. Titus Liuius. Veſtra exiſtimatio eſt. [Haud natura ſua.] Non ſuo marte. [Ne plus iniquûm.] Pro iniquorũ. [Quàm æquûm.] Id eſt æquorũ poſsit, & plus habeat authoritatis oratio. [Date creſcendi copiam nouarum.] Si æqui fueritis poëtæ noſtro, ad ſcribendas nouas addetis animum. [Ne ille.] Ad aduerſarium orationem reducit, qui in opere ſuo perſonæ decorum nõ ſeruauerit. Currentẽ enim fecit in via ſeruum, vt populus currenti locum dederit, quod vitio non caruit. Cur enim populus inſano obſe-*

*Dare, pro dicere.* — *Prologi officium.* — *Muſicum ſtudium.*

Nouam eſſe oſtendi, & quæ eſſet: nunc qui ſcripſerit,
Et cuia Græca ſit, ni partem maximam
Exiſtimarem ſcire veſtrum, id dicerem.
Nunc quamobrẽ has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit eſſe me, non Prologum:
Veſtrum iudicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè,
Qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum.
Nam quòd rumores diſtulerunt maleuoli;
Multas contaminaſſe Græcas, dum facit
Paucas Latinas: factũ hic eſſe id non negat,
Neque ſe id pigere: & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo ſibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod maleuolus vetus Poëta dictitat,
Repentè ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum;
Amicum ingenio fretum haud natura ſua:
Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio
Valebit: quamobrem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum poſsit, quàm æquum oratio.
Facite æqui ſitis: date creſcenti copiam
Nouarum, qui ſpectandi faciunt copiam
Sine vitiis: ne ille pro ſe dictum exiſtumet,
Qui nuper fecit ſeruo currenti in via
Deceſſe populum: cur inſano ſeruiat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, niſi finem maledictis facit.
Adeſte æquo animo: date poteſtatem mihi
Statariam agere vt liceat per ſilentium,
Ne ſemper ſeruos currens, iratus ſenex,
Edax paraſitus, ſycophanta autem impudẽs,
Auarus leno, aſsiduè agendi ſint mihi,
Clamore ſummo, cum labore maxumo.
Mea cauſa cauſam hanc iuſtam eſſe animum inducite:
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc nouas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni:

Si qua laborioſa eſt, ad me curritur:
Sin lenis eſt, ad alium defertur gregem.
In hac eſt pura oratio. experimini,
In vtranque partem ingenium quid poſſit
 meum.
Si nunquam auarè prætium ſtatui arti meæ,
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,
Quammmaxumè ſeruire veſtris commodis:
Exemplum ſtatuite in me, vt adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potius, quàm ſibi.

quatur? ¶ Date poteſtatem mihi. } Hactenus pro poëta dixit, nunc rogat vt ſenem placidè audiãt. **Stataria comœdia.** ¶ Statariã } Quietiorem, & quæ magnos vehementéſq; motus non habeat, cuiuſmodi hæc eſt fabula. ¶ Seruos currẽs, iratus ſenex. } Variæ perſonæ exprimũtur, quæ in comœdiis introduci ſolent. ¶ Mea cauſa. } Qui ſenio cõfectus ſum. **Grex.** ¶ Ad aliũ defertur gregẽ. } Cõtemptim dixit gregem, alios actores nõ magnifaciẽs. ¶ In hac. } Stataria & quieta. **Oratio pura.** ¶ Pura oratio. } Sermo elegans & venuſtus, quæ maxima laus eſt. ¶ Exemplum ſtatuite in me. } Senſus, Ego ſi omnia ſemper veſtris poſthabui commodis, nec ſtudui vnquam vt ex arte mea quæſtum facerem, quod auari ſolent, ita mihi fauete vt adoleſcentum, qui & ipſi ſunt prodituri, ad vos oblectanctos, animi accendantur.

**LATOMVS** Argumentum Prologi. Actor reddit rationem facti ſui, cur ſenex fabulæ huius actionem ſuſceperit. Qua occaſione defendit poëtam, & aduerſariũ notat. Poſtremò poſtulat attentionem à ſpectatoribus. ¶ Ne cui ſit veſtrûm. } propoſitio ad docilitatem. ¶ Ex integra Græca. } Narratio altius repetita, & quidem extra complexum propoſitionis. ¶ Nouã eſſe. } Concluſio huius partis narrationis, vt ad inſtitutum accedat. ¶ Oratorem voluit. } Cauſa cur ſenex hanc agat fabulam: & oratorem dicit, vt audiatur benignè, & tutus ſit contra inſectationem. ¶ Orationem hanc. } Id eſt, fabulam. ¶ Nam quòd rum. } Per occupationem infert defenſionem poëtæ: & vtitur ſtatu qualitatis, quem exemplis confirmat. ¶ Tum quod maleuol. } Alia obiectio, quæ ſoluitur ſententia & exiſtimatione populi. ¶ Quamobrem. } Concluſio, qua poſtulat attentionem. ¶ Ne ill.. } Occupatio in aduerſarium, cuius vitium notat in fabula quapiam. ¶ Adeſte æquo animo. } Redit ad attentionem, & alteram cauſam profert cur ſenex agat hanc fabulam. Diſtinguit autem epithetis varias comœdiæ perſonas. ¶ Nam nunc nouas qui ſcribũt. } Obiter perſtringit alios poëtas. ¶ In hac eſt pura oratio. } Commendatio à ſtylo, & ſua perſona, item à merito. & hæc cuncta ad attentionis poſtulationem referuntur.

PETRVS MARSVS.

Ne cui veſtrûm mirum, &c. } Hæc oratio, quæ legẽ prologi non ſeruat, in L. Lauinium ſtringit aculeos, docet auditores, Terentio beneuolentiam parat. & obiecta diluens, vtitur ſtatu abſoluto: id petens quod honeſtum habetur in primis, & ciuili diſciplinæ conducit, quæ ingenia pro communi vtilitate nutrit & fouet. **Prologium.** ¶ Non Prologum. } Prologium dicitur principium & proloquium. Vnde Pacuuius: Examinaſti me prologio tuo. ¶ Repentè ad ſtudium &c. } Id eſt ſtudium muſicum, & Poëticum, & numeroſum. ¶ Mihi ſtatariam, &c. } Stataria comœdia dicitur, quæ non habet magnos & vehementes motus, vt hæc eſt, in qua Menedemus ſe cruciat ob filij abſentiam. **Oratio pura.** ¶ In hac eſt pura oratio. } Id eſt, non æſtuans affectibus, ſed tranquilla, vt decet ſenes ¶ Si nunquam auarè, &c. } A perſona ſua, & officio ſuis ſpectatorum animos emeretur. ¶ Exemplum ſtatuit &c. } Id

erga me id agatis, quod adoleſcentum animos ad veſtrã oblectationem, vtilitatémque accendat.

**RIVII caſtigatio.** Sin lenis eſt, ad aliũ defertur gregem. } Hæc lectio in manu ſcriptis exemplaribus eſt, & quibuſdam impreſſis. Lugdunenſe tamen & Argentoratenſe habent ad hunc modum: Sin lenis eſt, ad alium mox defertur gregem. Priorem docti magis probare videntur, quàm hanc poſteriorem: quæ mihi à ſciolis inuecta videtur. id quod multis coniecturis aſſequor, quas nunc recenſere nihil opus.

GLAREANVS.

In titulo ante Sulpitij argumentum ad finem legendum T. Sempronio, M. Iuuentio COSS. fuere enim COSS. anno ab Vrb. cond. D.XCI. In ipſius Prologi carmine XI. vel prima ſyllaba à ſuperiori eliditur, vel creticus eſt loco quarto, & Prologum primam producit. **Prologus, prima producta.** In decimotertio, vel d, eliditur in Sed, vel bacchius eſt loco primo. In decimoquin to s, in Dicturus. In viceſimoſecundo s, licet ſiue in Maleuolus ſiue in Vetus elidas. In triceſimo, eſt proceleuſmaticus initio. In triceſimotertio, Illius ſpõdeus eſt. In duodecimo à fine, vel Mea monoſyllabum eſt, vel bacchius loco primo. In nono à fine mirum quare Qua longa ſit ſyllaba. **Qua.** Quod equidem per grammaticos definitum velim.

IOANNES THEODORICVS.

Non parum negotij multis exhibet hic Prologus, ſiue (vt ipſe mauult) Orator. Videtur enim aliter narrare, quàm propoſuerit. Siquidem propoſuit primùm ſe dicturum, cur ſeni parteis poëta dederit, quæ ſunt adoleſcentium: deinde, cur venerit, elocuturum. At contrà ordine perturbato, primùm narrat cur venerit, nimirum vt agat Heautontimorumenon. Ex integra, inquit, Græca, integram comœdiam, Hodie ſum acturus Heautontimorumenon. Non hoc eſt, eloqui quòd venit? Nunc quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo. Quid hoc aliud eſt, quàm narrare cur parteis ſeni poëta dederit, quæ ſunt adoleſcẽtium? Atqui priore loco id erat dicendum. Aliquandiu, fateor, me torſit hic nodus, nec ſatis diſpiciebam quo illum pacto diſſoluerem: putabámq; mendum eſſe in carmine, quod ſic permutato verborum ordine tolleretur, Primùm dicam quòd veni: deinde id eloquar. Id inquam, cur parteis ſeni poëta dederit, quæ ſunt adoleſcentium. Si hunc ſenarium ſic repoſuiſſet Eraſmus, aut Riuius, aut certè Glareanus, amplecteremur. Hac quippe lectione, verſus nihil accipit incommodi, & omnis tollitur ſcrupulus. Quoniam verò nobis religio eſt id audere quod Heroës illi magna interdum confidentia ſibi permiſerunt, tandem re diligentius expenſa, ſcrupulus hic mihi viſus eſt hac ratione vtcunque eximi poſſe. Hic verſus, Ex integra Græca. & quinque ſequentes, narrationem quidem continent, ſed quæ ſit nonnihil extra propoſitionem, & velut accerſita. Et hoc eſſe putarim, quod ait Latomus, Narratio altius repetita, & quidem extra complexum propoſitionis. Nunc quamobrem has parteis didicerim, &c. Hic

eſt

eſt vera & plenæ narrationis initium, hoc eſt, eius quam propoſuerat. ea autem quinque & viginti cõſtat verſibus. Ad poſtremum, hoc carmine Adeſte æquo animo, & ſequẽtibus, cur venerit eloquitur. Id quod mihi videtur his verbis innuere Calphurnius. Prologus, inquit, concitatus. nam & ſe purgat, & aduerſarium acriter terret. Actor quoque, ex commodo ſuo, cur hãc comœdiæ actionem ſuſceperit, cauſas affert. Hæc ille. Quæ ſi non placebunt, hinc te poßis explicare, ſi Hyſterologiam eſſe dixeris. Hyſterologia, inquit Diomedes, vel Hyſteron proterõ eſt, quum id quod primum eſſe debet, ſecundo ponitur loco: vel quum ſenſus ordo præpoſterus redditur. vt, Poſtera Phœbæa luſtrabat lampade terras, Humentémque Aurora polo dimouerat vmbram. Prius eſt enim, vt noctis vmbra diſcedat, deinde ſol oriatur. Coniecturis parum tribuens meis, conſultum ſuper hac re volui doctißimum quemque mihi notum. Eorum partim hærent in his ſalebris, partim à me ſtant, partim frigiduſcula quædã afferunt, indigna planè quæ his chartis allinantur. Eſt qui hanc voculam primũ, cenſeat nomen eſſe, non aduerbium, carmen quoque ſic diſtinguendum putãs: Id primum dicã deinde: quod veni, eloquar. hoc ſenſu: Eloquar cur venerim: deinde, id eſt, ſecundo loco dicam id primum, vtpote cur partes ſeni poeta dederit, quæ ſunt adoleſcentium. De omnibus non iniqui lectoris eſto iudicium. Si quis afferat meliora, gratiam habebimus. ¶ Duplex quæ ex argumẽto facta eſt ſimplici.] Quia in hac comœdia duo ſunt filij familiàs amatores, duæ amicæ, duo ſenes, duo ſerui. quæ omnia in Menãdro erant ſimplicia. Hæc Nannius. Sed vnde fidem faciat dicto ſuo Nannius, quum non extent Menandri comœdiæ? Proinde doctus quidam autumat hunc eſſe ſenſum: Quæ vnica erat, nũc duplex eſt: nimirum Græca Menandri, & Latina Terentij. Quæ ſi recta putabitur interpretatio, idem fatendum eſt de alijs quoque comœdijs ex Menandro & Apollodoro cõuerſis. Iudica lector. ¶ Oratorem] qui poëtæ cauſam aduerſus Lauinij calumnias defendam ad populum, quomodo reos defendunt Oratores in iudicijs. ¶ Non Prologum] Cuius eſt, totius fabulæ ſummam paucis perſtringere. ¶ Hic actorem] Qui cauſam Terentij agit & tuetur. ¶ Repente ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum.] Hîc tota errat via Calphurnius. Hunc muſicum, ait, videlicet poëtam elegantem, &c. ex adiectiuo ſcilicet ſubſtantiuum faciens. Nam muſicum refertur ad ſtudium. Per ſtudium verò muſicum Terentius intelligit ſtudiũ poëticum. Obijciebatur enim ei ab aduerſario, quòd nuperius nouitius, & tyro eſſet in hac arte. Certè in prologo Hecyræ, artem muſicam, Poëticen appellat.

Muſicum ſtudium.

—ita poëtam reſtitui in locum
Propè iam remotum iniuria aduerſarium
Ab ſtudio, atque ab labore, atque ab arte muſica.

Et iterum paulò pòſt,

Nolite ſinere per vos artem Muſicam
Recidere ad paucos.

Rurſus quoque in prologo Phormionis,

—qui artem tractant muſicam.

IOANN. CALPH.

Qvanquam hæc inter nos.] Bene ex arte comica ſenex opitulator inducitur, qui et miſeria et triſtitia alterius valde cõmoueatur ſimul amborũ ſenum cõiunctio & familiaritas, ad id quod ſecuturum eſt nõ parum accõmoda futura eſt. ſimul exprimitur à poëta mutua miſeratio, quę inter ſenes eſſe ſolet, & omnino ſenilis prolixa. ¶ Quanquam hæc inter nos.] Exordium eſt, & oratori cõgnuum. quod enim exigua notitia, aut nuper incœpta, vel nulla cõſuetudo ante acta vitæ facere prohibet, id vel virtus, vel propinquitas cogit. ¶ Vicinitas.] Vicinia non tam homines qui eundem incolunt vicum ſignificat, quàm qui prope domum tuam habitant. Vicinitas autem non homines, ſed propinquitatem propriè vicinorũ. ¶ Nam pro deûm atque hominum fidem.] Exclamatio vehemens eſt in eum, qui & ſenex & diues continuo ſe labore defatiget, & eo magis Chremes admiratur huius laborem nondũ intellecta cauſa. ¶ Vt conijcio.] Id eſt coniecturam capio. hinc coniectura dicta eſt à coniectu, id eſt à directione quadam rationis ad veritatem. Vnde etiam ſomniorum atque omnium interpretes, coniectores vocamus. ¶ Nemo.] Pro quiſquam. ¶ Tute illorum officia fungere.] Nunc dicimus, officijs fungeris. Fungor idem eſt quod officium munúſque ago, vt fungor magiſtratu, fungor legatione. ¶ Nunquam.] Deeſt nam. ¶ Tan mane.] Modò aduerbium: alibi nomen videtur: vt. Iam mane nouum, iam clarum mane feneſtras intrat. ¶ Quin te in fundo conſpicer.] Quin, pro quòd nõ, hoc in loco: aliàs pro cur, nõ, pro etiam, prõ quare, ponitur. ¶ In fundo.] Superius dixit, Agrum in proximo hîc mercatus es. Fundus enim ab agro continetur. de quo Cicero in quodam ioculari libello, Fundum vero Vocat quem poßit mittere funda, Ni lapis exciderit, qua caua funda patet. ¶ Remittis, neque te reſpicis.] Nihil ſignificantius de eo qui nihil ſibi parcit, nec ſui miſeretur. nam qui alijs remittit aliquid, id eſt condonat, is eſt facilis & mitis naturę. ¶ At enim dices.] Antipophoræ

Vicinia.
Vicinitas.
Coniicio.
Cõiectores.
Nemo.
Fungor.
Mane.
Quin.
Fundus.
Remittere.

## ACTVS I. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

MEnedemum excruciantem ſeſe in agro laboribus Chremes alloquitur. ſedulò cauſam inquirens cur præter ætatem ille ſuam id faciat. Reſpondens Menedemus, ſui mœroris cauſam dicit eſſe filij abitionem, quem iurgiis & contumeliis domo eiectum impotentius deſiderat.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena, iuſta argumenti pars aperitur, per Menedemum, quem ſeſe excruciatum in agro ob diſceſſum filij, Chremes conſolãdo alloquitur, ſedulò cauſas inquirens, cur ſe tam perditè die noctúque prægraui

*Pœnitet.* *reſpondet.*[ *Pœnitet.*] *Id eſt parũ videtur. Pœnitet enim eum, qui parùm putat. alibi Terẽtius, Noſtri noſmet pœnitet. Virgili⁹, in Buco. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. Cicero ad filium, Quod ad te quantùm proficias non pœnitebit.*[ *Quod in opere faciũdo.*] *Opera.* *Opera eſt actio, & perſona ipſa quæ opus peragit.* *Opus.* *Opus, finis eſt & fructus operæ. Nonnunquam opus pro opera videtur accipi. Virgilius, Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.*[ *In illis exercendis.*] *Qui aliis præeſt, aut paterfamiliàs, aut imperator, plus efficit ſua adhortatione quàm opera.*[ *Tãtúmne eſt ab re otij tibi.*] *Difficilis, vt inquit Cicero, eſt cura rerũ alienarum. Nam ea magis percipimus atque ſentimus, quæ nobis ipſis, aut proſpera aut aduerſa veniunt, quàm illa quę cæteris. quę quaſi lõgo interuallo interiecto videmus, aliter de illis, ac de bonis iudicam⁹.*[ *Ab re tua.*] *Id eſt à negotiis tuis familiaribus.* *Ab re tua.* *dicitur etiam ab re tua, cõtra vtilitatem tuam:* *E re tua.* *ſicut è re tua, & è republica, id eſt pro re tua, & pro republica.*[ *Homo ſum, humani à me nihil alienũ puto.*] *Hoc ex Platonis ſententia qui inquit, Ortus noſtri partem patriam vendicare, partem amicos: & vt Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creantur. Homines autem, hominum cauſa generãtur, vt ipſi inter ſe alij aliis prodeſſe poſſint.* *Percõtari. Interrogare.* [ *Percontari.*] *Id eſt interrogare. Percõtari ſuapte natura ad finẽ ſpectat coarguendi. Interrogamus, noſcẽdi gratia: Percontamur verò, arguendi, quanuis tamẽ vtroq; indifferẽter vtamur.* *Vſus.* [ *Vſus.*] *Modò opus ſignificat, aliàs vtile: vt, Opus eſt facto, pro facere. Sic Saluſtius, Nam & priuſquam incipias, conſulto: & vbi conſulueris, ma*

raſtro fodiẽdo excruciet. Inde permoleſto animo conqueritur pater de iniuria à ſe citra rationem filio illata. Hîc etiam bene ex arte Comica ſenex opitulator inducitur, qui ex alterius triſtitia, vt verum amicum decet, mirum in modum commouetur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena prima. Chremes amicè conſolatur, erigit, monet Menedemum admodum ſolicitum propter filij ſui in militiam abitum. Et beneuolentiam venatur partim ab amicitia, partim à vicinitate.

*Trimetri.*

CHREMES, MENEDEMVS, *ſenes.*

*QVanquam hæc inter nos *nuper notitia admodum eſt,*
*Inde adeò, quòd agrum in proximo hîc mercatus es,*
*Nec rei ferè ſanè amplius quicquam fuit:*
*Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,*
*(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)*
*Facit, vt te audacter moneã & familiariter:*
*Quod mihi videre præter ætatem tuam*
*Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.*
*Nam proh deum atque hominum fidem, quid vis tibi? aut*
*Quid quæris? annos ſexaginta natus es,*
*Aut plus eo, vt coniicio: agrum in regionibus*
*Meliorem, neque pretij maioris nemo habet,*
*Seruos complures: proinde quaſi nemo ſiet,*
*Ita tute attentè illorum officia fungere.*
*Nunquam tam manè egredior, neque tam veſperi*
*Domum reuertor, quin te in fundo conſpicer*
*Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique*
*Nullum remittis tempus: neque te reſpicis.*
*Hæc non voluptati eſſe ſatis certò ſcio.*
*At *enim dices, Me quantum hîc operis fiat, pœnitet.*
*Quod in opere faciundo operæ cõſumis tuæ,*
*Si ſumas in illis exercendis, plus agas.*
*M. Chreme tantúmne eſt ab re tua otij tibi,*
*Aliena vt cures, eáq;, nihil quæ ad te attinẽt?*

* nupera
*enim, me

*turè facto opus eſt.*[ *Mihi.*] *Nõ repugnat ſentẽtia Chremetis, ſed ſe ſolum meruiſſe dicit vt crucietur.*[ *De te meruiſti?*] *Dicemus autem mereo & mereor. Mereor de te, eſt aliquid in te confero, vel bonum vel malum.* *Mereo. Mereor.* [ *Ne retice.*] *Bene retice. Nam reticemus dolores, Obticemus, pudenda, Tacemus ſecreta: vt, Nec tacui demẽs. In Eunucho, Virgo conſciſſa veſte lachrymans obticet.* *Reticeo. Obticeo. Taceo.* [ *Aut, conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.*] *His tribus adhibitis quid amplius in vera amicitia exoptãdum?*[ *Depone.*] *In tempore.*[ *Non ſinam inquam.*] *Hæc magis geſtu exprimuntur.* [ *Hui tam graueis.*] *Apoſiopeſis: & admiratio ponderis raſtrorum, quibus ſenex vtitur.*[ *Perditè*] *Bene perditè. Nam perditus eſt, qui in omne ſcelus eſt traditus.* *Perditus.* [ *Animum ægrotum.*] *Pro ægro dixit. nã animus, æger: corpus verò, ægrotum dicitur.* *Aeger. Aegrotus.* [ *Et via peruulgata patrum.*] *Patres bonis inſtitutis, aliorum exemplis, nonnunquã minis, filios ad virtutem adhortantur.*[ *Tantiſper volo.*] *Tantiſper.* *Tantiſper poſtulat poſt ſe Dum pro donec ſiue quandiu. Cicero, In carcerem ductus, vt ibi eſſet tantiſper, dum culeus in quẽ deiectus deferretur, cõpararetur. Sunt qui accipiant tãtiſper, pro tantummodo: ſunt qui pro interea. Liuius libro 1. ab vrb. cõd. Tamẽ id imperium ei ad puberem ætatẽ incolume manſit, tãtiſper tutela muliebri. Et tantiſper, ſine dum, vſus eſt.*[ *Non amori operam dabam.*] *Bene ſenex iuxta Horatiũ præceptum, Laudator temporis acti, inducitur.*[ *Rem & gloriã.*] *Hæc duo potiſſimum à militibus ſtrenuis comparantur.* *Res.* *Res tria notat, imperium ſiue diuitias, litem, & venerem.*[ *Putauit me.*] *Clementiſſimus pater filium laudat, quòd*

C. Homo ſum: humani à me nihil alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta.
Rectum eſt ego vt faciam, nō vt deterream.
M. Mihi ſic eſt vſus, tibi vt opus eſt facto, face.
C. An cuiquam eſt vſus homini, ſe vt cruciet? M. mihi * eſt.
C. Siquid laboris eſt, nollem: ſed iſtuc quid mali eſt?
Quæſo quid de te tantum meruiſti: M. heu heu.
C. Ne lachruma, atque iſtuc quicquid eſt, fac me vt ſciam:
Ne retice: ne verere, crede inquam mihi,
Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.
M. Scire hoc vis? C. hac quidem cauſa qua dixi tibi.
M. Dicetur. C. iſtos raſtros interea tamen
Depone: ne labora. M. minimè. C. quam rem agis?
M. Sine me, vacuū tempus ne quod dem mihi
Laboris. C. non ſinam inquam. M. ah, non æquum facis.
C. Hui, tam graueis has quæſo? M. ſic meritum eſt meum.
C. Nunc loquere. M. filium vnicum adoleſcentulum
Habeo. * ah quid dixi habere me? imò habui Chreme,
Nunc habeam, nécne, incertum eſt. C. quid ita iſtuc? M. ſcies:
Eſt è Corintho hîc aduena anus paupercula:
Eius filiam ille amare cœpit perditè,
Propè iam vt pro vxore haberet. hæc clam me omnia.
Vbi * rem reſciui, cœpi non humanitus,
Neque vt animum decuit ægrotum adoleſcentuli
Tractare, ſed vi, & via, peruolgata patrum:
Quotidie accuſabā, Hem, tibíne hæc diutius
Licere ſperas facere me viuo patre,
Amicā vt habeas propè iam vxoris in loco?
Erras ſi id credis, & me ignoras Clinia.

quòd non pertinax in malis vt multi, fuerit. ¶ Vbi comperi. } Hæc oratio, tota pathetica eſt. Et bene comperi.
Compertū. compertum eſt mihi, & ex-
Exploratū. ploratum, idem eſt quod ſcio per inueſtigationem. ¶ Accurrunt ſerui. } Tale illud in Andria, Accurrit, mediam
Lectos ſternere. mulierem amplectitur. ¶ Lectos ſternere. } Ex conſuetudine antiqua. lectulis enim
Triclinium ſtratis antiqui cœnitabant: vnde tricliniū à trib9 lectis dictū. Horatius, Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. Terētius in Adelph. Lectulos iligneos dedit faciēdos, in ſole vbi potetis vos. ¶ Cœnam apparare. } Nil ſignificātius de ſene dicere potuit, qui voluptates & cōmoda quæ aſpernatus gratia fi-
Apparrare lij narrat. Nā apparare, eſt ad dignitatem quandam ac
Præparare. verius pompam: Præparare verò, eſt quæ vtilia ſunt aut fore creduntur. ¶ Eū ego eie-
Corradere. ci. } Eum abundat. ¶ Corraſi omnia. } Omnia compilaui, vendidi. Huic contrariū eſt
Abradere. abradere: & eſt per vim aliquid auferre. ¶ Produxi, ac vendidi. } Bene produxi. nā
Producere. producere, foras ducere ſignificat. M. T. in Frumentaria, Nemo tuorum amicorum abs te productus, ne-
Productores. mo interrogatus. Hinc productores dicuntur, qui virgines abducunt, & eas ad quæſtum exponunt. ¶ Talenta ad quindecim coëgi. } Con-
Cogere. geſſi, coadunaui. Hinc coa-
Coactores. ctores argentariorum dicuntur, qui pecunias cogunt. ¶ Decreui. } Plus eſt decernere, quàm cōſtituere. & eſt
Decernere. propriè decernere de rebus magnis certā proferre ſententiā. ¶ Voluptate frui. } Si parētes pro filiis elaborāt, quis clemētior hoc ſene, qui omnia cōmoda abſente filio aſper-
Frui. natur? Frui, propriè eſt delectationem capere ex vſu. ¶ Ingenio te eſſe leni in liberos puto. } Liberos multitudi-
Liberi, de vno. nis numero dixit, cū Menedemus vnicū haberet filiū.

Conſtat enim antiquos oratores, hiſtoriæq́ue aut carminū ſcriptores, etiā vnū filiū, filiámve, liberos multitudinis numero appellaſſe. In Hecyra liberos in ſignificatione vnius filiæ dixit, Qui illum decreuerunt dignum, ſuos cui liberos cōmitterent. Sic Cicero, En cui tuos liberos commitas. ¶ Quanti pen-
Pendere. deres. } Quanti illum faceres. Tractum ab antiquis, * eſt qui ante ſignatam pecuniā, æs & argentum pendebāt.
Si quid laboris eſt. C.
¶ Nec tibi credere auſus. } Adoleſcētibus glorioſum eſt, ſi modeſtia vtuntur & pietate in parentes, vt nihil dicāt aut faciant niſi conſilio parentū. ¶ Porrò rectè ſpero. }
Porrò. Porrò, eiuſdem ſignificationis cuius verò & autem: pro quibus Tamen ponere non poſſis. Significat etiam apud poëtas longè, certè, poſtea,
Spero, pro credo. vltra. Spero, pro credo, vſitatum eſt: ſiue de præſenti loquamur, ſiue de prætete-
Confido, pro credo. rito. Similiter confido pro credo, tum in præterito, tum in præſenti, tum in futuro.
Faxo. ¶ Vtinam dij faxint. } Faxo, futurum tempus tātùm: vel, vt alij, promiſſiuum mo-
Dionyſia. dum oſtendit. ¶ Dionyſia hîc ſunt. } Hoc eſt Bacchanalia. Dionyſii autem, qui & Bacchus dicitur, ſacra, à pleriſ-
* at
Quæſo. que Græciæ vrbibus triennio quoque celebrabantur. ¶ Quæſo. } Primam perſonā indicatiui habet duntaxat. Licet quæſere lectum ſit apud Saluſtium & Tullium.
Monitor. ¶ Nihil opus fuit Monitore. } Hoc eſt vocatore. Nam vo-
Vocator. catores propriè dicebantur, qui ad cœnas vocabant. ¶ Præſto ſum. } Idē eſt quod * id
Præſto ſum. adſum, nec alteri ferè verbo cohæret, niſi verbo ſubſtantiuo, & huic ſimplici. Nam præſto adſum, magis poëticum eſt. ¶ Egomet conuiuas moror. } Hoc eſt in mora de-
Morari. tineo. à quibuſdam morari pro expectare exponitur. ſed mea ſententia, magis poëticè quàm oratoriè.

Ego te meum eſſe dici tantiſper volo,
Dum quod te dignum eſt facies: ſed ſi id non facis,
Ego, quod me in te ſit facere dignũ, inuenero.
Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio.
Ego iſtuc ætatis, non amori operam dabam,
Sed in Aſiam hinc abij propter pauperiem: atque ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Poſtremò adeò res rediit: adoleſcentulus
Sæpe eadẽ, & grauiter audiendo, victus eſt.
Putauit me & ætate: & * beneuolentia
Plus ſcire & prouidere, quàm ſeipſum ſibi:
In Aſiam ad regem militatũ abiit Chreme.
C. Quid ais? M. clam me eſt profectus, menſes treis abeſt.
C. Ambo accuſandi: & ſi illud inceptum, tamen
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.
M. Vbi comperi ex his, qui ei fuere conſcij,
Domum reuertor mœſtus, atque animo ferè
Perturbato atque incerto præ ægritudine:
Aſsido accurrunt ſerui: ſoccos detrahunt:
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Cœnam apparare: pro ſe quiſque ſedulò
Faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam.
Vbi video hæc, cœpi cogitare; Hem, tot mea
Solius ſoliciti ſunt cauſa, vt me vnũ expleãt?
Ancillæ tot me veſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum vnicũ,
Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illi ætas magis ad hæc vtenda idonea eſt:
Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam. nam vſque dum ille vitam illam *incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vſque illi de me ſupplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi ſeruiens.
Ita facio prorſus: nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec veſtimentum: corraſi omnia.
Ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico

ADRIA. BARL. Nuper notitia admodũ.} Iunge nuper admodum, vt ſit ordo, quanq̃ hæc notitia nuper admodũ eſt inter nos. (Nuper admodum.) ¶Tamẽ vel virtus.} Græcũ eſt hoc, vbi poſt maſculina et fœminina neutrum ſubiicitur. Sic et in Eunucho, Atq; hæc qui miſit, nõ ſibi ſoli poſtulat te viuere. (Neutrum genus.) Ad Eunuchum enim & Aethiopiſſam refertur illud, hæc. Simile eſt illud Saluſtij, Huic ab adoleſccentia cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis, grata fuere. (*ſapientia) Tale putat Seruius & illud Terentij eſſe, Qui habet ſalem, quod in te eſt. ¶Vel vicinitas.} (Vicinitas.) Captatio beneuolẽtiæ à vicinitate. Eraſmus enarrãs illud, Haud ſunt amici, amici, qui degũt procul: fit inquit vulgò, vt ſimulátq; è conſpectu neceſſariorũ ſeiuncti ſumus, neſcio quomodo obrepat obliuio quædam familiariũ: vt id iam omnibus in ore ſit, qui ſemotus ſit ab oculis, eũdem ab animo quoq; ſemotum eſſe. Proinde Heſiodus vicinos potiſsimùm ad conuiuium vocandos eſſe monet. Fatentur & Hebræorum prouerbia, potius eſſe amicum habere vicinum, quàm fratrẽ, qui procul abſit. Chremes quoque hoc loco eãdem ob cauſam in propinqua parte amicitiæ ponit vicinitatem. Seruius in ſextum Aenei. Si ex notitia gignitur charitas, conſentaneum eſſe dicit, vicinos inuicem charos eſſe, cùm noſcant alius aliũ. ¶Pro deûm atq; hominũ fidem.} Exclamat Chremes in Menedemũ, ꝙ & ſenex & diues: aſsiduo ſe labore defatiget, et hoc magis admiratur vicini laborẽ, quòd nondũ cauſam intelligat. (*colet) ¶Meliorẽ neq; pretij maioris nemo habet.} Per pleonaſmũ redũdat hîc negatio. (Negatio redundans.) Potuit pro ea poni affirmatiua particula, quiſquã, vel vllus. Declaratur, autẽ hoc loco abũdare negatio, quòd vna detracta idem ſenſus maneat. Tale eſt & illud Ciceronis, in acad. Nullam deniq; eſſe artẽ, nec dicẽdi, nec diſſerẽdi putant. ¶Meliorẽ, neq; pretij maioris, &c.} Bene addidit neq; pretij maioris. Nam vt ager quiſpiã ſit vberrima gleba, & fertiliſſimus, tamen adhuc vilis eſſe poteſt. Bonus ager eſt, qui benign° & liberalis. At is demum maximi pretij eſt, qui præter pinguitudinẽ, habet & ſalubritatem & commoditatem ſitus. Quòd ſi peſtilens ſit, neq; oppido aut nauigabili fluuio aut mari vicinus, etiam ſi longè ſit vberrimus, tamẽ ſit inſaniſſimus, qui hũc emere cogitet. ¶Nũquam tam mane egredior.} Authore Seruio honeſta locutio eſt, quando rem tẽporis ad perſonnam trãsferimus, vt manè venit, matutinus venit, nunquam tam matutinus exeo domum, nec tã veſpertinus eodem reuertor. ¶Denique nullum remittis tempus.} Denique ſignificat hîc ad extremũ. (Denique.) ¶At enim dices me.} Antipophora eſt ad obiiciẽda reſponſio, cũ dicit, quod in opere faciundo, &c. (Antipophora.) ¶Me quantum hîc operis fiat pœnitet.} Pœnitet poſitum eſt pro parum videtur. (Pœnitet.) Sic & Verg. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. ¶Si ſumas in illis exercendis.} Conſtat eum, qui aliis præeſt, ſæpenumero plus efficere ſua adhortatione, quàm opera. ¶Tantúm ne ab re tua.} Cice. in epiſtola quadam ad Atticum ſuum hoc imitatus, (Ab re tua.) Librum, inquit, ſi me amas, mitte: tuus enim eſt profectò, quoniã quidem eſt miſſus ad te Tantũ ne ab re tua eſt otij tibi, vt etiã Oratorẽ legas? ¶Homo ſum, humani à me nihil alienũ puto.} Rectè hoc Chremes, homines enim hominũ cauſa generantur, vt ipſi inter ſe alij aliis prodeſſe poſſint. ¶Homo ſum, humani nihil à me, &c.} (Homo ſum, humani nihil à me alienũ puto.) Pontanus in libr. de ſermone. Viro

Faciundo facilè ſumptum * exerceant ſuum,
Omnes produxi ac vendidi: inſcripſi illico
Aedeis mercede: quaſi talenta ad quindecim
Coëgi: agrum hunc mercatus ſum, hîc me exerceo.
Decreui tantiſper me minus iniuriæ
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer,
Nec fas eſſe vlla me voluptate hîc frui,
Niſi vbi ille huc ſaluos redierit meus particeps.
CH. Ingenio te eſſe in liberos leni puto, &
Illum obſequẽtem, ſi quis rectè aut commodè
Tractaret: verùm neq; tu illũ ſatis noueras,
Nec te ille. hoc ibi fit, vbi non verè viuitur;
Tu illum nunquã oſtendiſti quanti pẽderes,
Nec tibi ille eſt credere auſus quæ eſt æquũ patri.
Quod ſi eſſet factum, hæc nunquam eueniſſent tibi.
ME. Ita res eſt, fateor: peccatum à me maximum eſt.
C. Menedeme, at porrò rectè ſpero illum tibi
Saluom affuturum eſſe hîc, confido, propediẽ.
M. Vtinam dij ita faxint. C. facient: nunc ſi commodum eſt,
Dionyſia hîc ſunt: hodie apud me ſis volo.
M. Non poſſum. C. cur non? quæſo, tandem aliquantulum
Tibi parcè: idem abſens facere te hoc volt filius.
M. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipſum fugere. C. ſiccine eſt ſententia?
M. Sic. C. bene vale. M. & tu C. lachrumas excuſſit mihi.
Miſeretque me eius. ſed vt diei tempus eſt,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnã vt veniat: ibo vt viſam ſi domi eſt.
Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi
Præſto apud me eſſe aiunt. Egomet conuiuas moror.
Ibo adeò hinc intrò. ſed quid crepuerũt fores?
Hinc à me quiſnã egreditur? huc conceſſero.

*ne: Viro bono, inquit, dum prodeſſe poſsit, dum iuuare dictis ſuis atque cõmonitionibus ſibi proponat, potius rectè admonendo, prudentérque conſulendo in moleſtiam eſt aliquam incidendum, quàm tacendo, aut loquendo in gratiã, aſſentandóq; in turpitudinem honoriſque iacturam ac famæ pati amicum, familiarem, ciuem, hoſpitẽ addam & peregrinum incurrere. Itaq; Terentianum illud dictum, Nihil humani à me alienũ puto, nequaquam videtur ab hoc ipſo; quẽ adumbramus alienum. ¶ Homo ſum, humani nihil à me alienum. § Colligit à cõiugatis, ſicut & Paulus in epiſtola ad Romanos. Qui carnales ſunt, quæ carnis ſunt curãt. Agrico. I. lib. inuentionis Dialecticæ hunc locum citat, capite de coniugatis, quæ authore eodẽ nomen [illegible]ceperunt, quòd ipſa vocis ſimilitudine [illegible] ſub vnum ſunt iugũ deuincta, vt eſt ſub ſapientia, ſapiens & ſapere. ¶ An cuiquã eſt vſus homini ſe vt cruciet? § Huius Menedemi Horatius meminit initio ſecundæ Satyræ, his verbis: Hic vix credere poſsis, Quàm ſibi nõ ſit amicus: ita vt pater ille, Terentij Fabula quem miſerũ nato vixiſſe fugato Inducit, non ſe peius curauerit, atq; hic. ¶ Si quid laboris eſt, nollem. § hoc eſt, ſi quis labor eſſet neceſſarius, nollem te reprehendere. ¶ Quid de te tantum meruiſti? § Dicimus Latinè mereor & mereo, hinc meruiſti. ¶ Aut conſolando. § Tria dicit, quibus adhibitis nihil amplius in amicitia requirendum eſt. In hanc ſententiam Cicero lib. primo officiorum ait: In hoc naturã ducem ſequi debemus, & communes vtilitates in mediũ adferre, mutatione officiorũ, dando, accipiendóque, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire inter homines ſocietatem. ¶ Non ſinam inquam. § Hos raſtros eripientis geſtu exprimitur. ¶ Hui tam graueis hos quæſo. § Raſtrorũ, quibus ſenex vtitur, pondus admiratur Chremes. ¶ Filium vnicum adole. habeo. § Narratio eſt. ¶ Imò habui Chreme. § Eraſmus interpretans vetus adagium, Fuimus Troës, Hic loquendi color, inquit, in Græcanicis tragœdiis adeò paſsim obuius eſt, vt tanquam in prouerbium abierit, vbi periiſſe quempiam ſignificãt: ad eãdem figuram pertinet hoc Terentianum, Imò habui Chreme, tãquam periiſſe ſignificans. Itẽ illud ex Plauti comœdia, Miſerum iſtuc verbum & peſsimũ eſt habuiſſe. Præterea nobilis illa vox M. Tullij, de coniuratis ſupplicio affectis, vixerunt, cũ occiſos ſignificaret. ¶ Imò habui. § Correctio eſt, quæ ſublato eo quod dictum eſt, melius ſubſtituit. ¶ Neq; vt animum dec. ægr. § Seipſum arguit Menedemus, qui non vt decuit tractarit ægrotũ id eſt, amoris morbo laborantem animum adoleſcẽtis. vt enim in corporũ morbis pro ratione valetudinis alia atque alia adhiberi pharmaca ſolent, itidẽ in animi malis non eadem eſt adhibẽda oratio, ſed interim eſt blandius monendus qui peccat, interim acrius iurgandus. Nonnunquam diſsimulandum, & imprudenti pharmacon admouendũ eſt, iuxta Pauli monitum. Argue, obſecra, increpa. Verùm vt amica, ſalubris, & in tempore adhibita oratio, remedium eſt efficax & præſentaneum, ita ſermo inimicus, aut peſtilens, aut nõ in tẽpore dictus letale venenũ eſt. ¶ Meũ eſſe dici tantiſper volo, dum quod te dignum eſt facis. § Tantiſper ſignificat tã diu, & poſtulat dum pro donec. Sic Titus Liuius in præfatione hiſtoriæ ab Vrbe cõdita. Ego contra hoc quoq;*

*exercirent

Fuimus Troës.

Imò habui.

Vixerunt.

Tantiſper dum.

laboris præmium petam, vt me à conſpectu malorum quæ noſtra per tot annos vidit ætas, tantiſper certè dum priſca illa tota mente repeto, auertam omnis expers curæ quæ ſcribentis animum & ſi non flectere à vero, ſolicitum tamen efficere poteſt. ¶ Nulla adeò ex re iſtuc fit niſi ex nimio otio.} Hîc, adeò, pro certè accipiendum eſt. ¶ Ex nimio otio.} Otium libidinis mater eſt. Languida ſegnities Veneris nutricia tractat. Otia ſi tollas, periere cupidinis arma. Nulla re alia facilius libidinis incitamenta obruuntur, quàm laboribus. ¶ In Aſiam hinc abij propter pauperiem.} Laudator temporis acti inducitur hic Menedemus. ¶ Aſſido, accurrunt ſerui.} Diomedes ait per figuram coniugationes quaſdam mutari. Nam ſedeo, cùm ſit ſecundæ coniugationis, accepta præpoſitione mutatur aliquando in tertiam & facit conſido, aſſido, ſubſido. Vnde Virgilius dicit, Conſidere in ignes, & Terentius, Aſſido, accurrunt ſerui. ¶ Soccos detrahunt.} Bene hoc. comœdiarum enim actores ſoccos induebant, ſicut in tragœdia cothurnis vtebantur. ¶ Lectos ſternere.} ſtragulis tegere menſas. ¶ Dum illam vitam incolit inopem.} Quidam hîc colere pro pati accipiunt, alij pro degere. ¶ Corraſi omnia.} Omnia compilaui, & vendidi, omnes facultates meas in pretia collegi. omnem ſupellectilem in nummos redegi. ¶ Quaſi talenta ad quindecim coëgi.} Talentum quidem multiplex apud veteres erat. Verùm ſi quando ſeorſim ſine adiectiuo poneretur, pro talento Attico accipiebantur. Itaque talenta quindecim conſtituunt quindecim milia ſeptingentos & quinquaginta rhenenſes aureos, ſiue bis mille ſexcentas & vigintiquinque libras Flandricas. Coëgi, Congeſſi, congregaui. hinc coactores dicti, à cogenda pecunia, & coactiones argentariæ, collectiones pecuniarum. Suetonius de Petronio Veſpaſiani Cæſaris auo paterno. Deinde venia, inquit, & miſſione impetrata coactiones argentarias factitauit. ¶ Nec fas eſſe me vlla voluptate hîc frui.} Vide clementiam ſenis huius, omnia abſente filio aſpernantis commoda. ¶ In liberos.} Liberos pro vnico dixit filio. ¶ Dionyſia hîc ſunt.} Vtrum Dionyſij plures fuerint, incertum eſt. Quidam, vnum extitiſſe volunt, qui & vinum repererit, & arborum fructus, vniuerſúmque peragrarit orbem, initiationes præterea, ac ceremonias & Bacchanalia introduxerit. Alij tres fuiſſe ſcribunt. Ex India primum. Ex Ioue & Proſerpina ſecundum. Tertium ex Ioue & Semele. ¶ Dionyſia hîc ſunt hodie.} Bacchi feſta, nam Bacchus Dionyſius etiā eſt dictus. Et Naxus inſula Dionyſias vocatur à vinearum fertilitate. Nomina feſtorum & neutra ſunt, & ſingularem numerum nō agnoſcunt. Quæ Græci Dionyſia, Latini liberalia, id eſt liberi feſta vocant. ¶ Non conuenit.} Ab iniquo.

*Margin notes:* Adeò, pro certè. — Otium dānatur. — Aſſido. — Incolere vitā inopem. — Coactiones argentariæ. — Dionyſia. — Liberalia.

LATOMVS.

Argumentum, Ex officio Chremetis, erga Menedemum naſcitur argumenti narrandi occaſio. ¶ Quanquam hæc.} Obiurgaturus captat beneuolentiam ab officio. ¶ Nam proh deûm.} Obiurgatio vehemens, cui implicantur rationes ab ætate, à fortuna, à tempore. ¶ At enim dices.} Obiectio quæ ſoluitur ab vtiliori. ¶ Chreme.} Reprehenſio. ¶ Homo ſum, nihil.} Replicatio ex coniugatis. ¶ Mihi ſic eſt.} Reſponſio. ¶ Sed quid iſthuc.} Extorquet tandē Chremes, & officium ſuum pollicetur. Totum autem quod ſequitur, eſt præparatio quædam ad futurā narrationem. ¶ Filium vnicum.} Narratio. ¶ Humanitus.} Humano more, clementer. ¶ Sed ſi id non.} Comminatio. ¶ Nulla adeò.} Exprobratio ad amplificationē, quæ exaggeratur exemplo diſſimili. ¶ Aſſido, accurrunt.} ὑποτύπωσις. ¶ Hem tot mea.} Alia proſopopœia. ¶ Malo quidem.} Conſilium ſenis. ¶ Ingenio te.} Culpatio, quæ refertur ad id quod ſuprà dixit, ambo accuſandi. ¶ Verè viuitur.} Verè, id eſt, apertè, remota diſſimulatione. ¶ Menedeme.} Conſolatio. ¶ Nunc ſi commodum.} Oeconomia ad ſequentem ſcenam. ¶ Lachrumas excuſſit.} Hæc ſecum digreſſus Chremes.

*Margin notes:* Humanitus. — Verè.

PETRVS MARS.

Quanquam hæc &c.} Illius patris affectus vehemens in vtranque partem, qui ætatis rationem non habens, adoleſcenti filio duras leges imponit: deinde paterno amore victus, in contrarium mutatur, nec tenet medium in diſciplina domeſtica, quæ habet delectum rationi conuenientem, hac ſcena exprimitur: hominémque ab homine, ea ratione qua homo eſt, non eſſe alienū oſtenditur. Homo enim natus eſt, vt homini proſit, ſi vult verò humanitatis nomine cenſeri. Quapropter Cato apud Ciceronem libro tertio de Finib. ſic ait: Et hoc naſcitur, vt etiā communis hominum inter homines naturalis ſit commendatio, vt oporteat hominē ab homine, ob idipſum quòd homo ſit, non alienū videri. ¶ Hîc operis fiat, pœnitet.} Parū id videtur, quod fit in opere ruſtico me ceſſante. Gellius lib. XVII. cap. I. loquens de propria ſignificatione huius verbi pœnitet, ſic ait: Tametſi antiquiores verbo ipſo alio quoque modo vſi ſunt, & pœnitet ab eo quod eſt pene, & à penuria dixerunt. Homo ſum &c. Seneca libro decimoquinto Epiſtolarum, ſic ait: Omne hoc quod vides: quo diuina atque humana concluſa ſunt, vnum eſt. Membra ſumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit: illa æquum iuſtúmque compoſuit: ex illius inſtitutione miſerius eſt nocere quàm lædi: ex illius imperio paratæ ſunt iuuantis manus. Iſti verſus & in pectore & in ore ſint. Homo ſum, nihil humani à me alienum puto. Habeamus in commune, quod nati ſumus. ¶ Dum fio miſer.} Cicero in tertio Tuſcul. ſic ſcribit: Quod ille Terentianus, ipſe ſe puniēs, decernit vt ſit miſer. Num quis igitur quicquam decernit inuitus? Malo ſe dignum deputat, niſi miſer ſit. Vides ergo opinionis eſſe, non naturæ malum.

*Margin note:* Pœnitet.

RIVII caſtigatio.

Aut aliquid ferre. denique Nullum remittis tempus.} Cicero particulam, denique, addit præcedentibus in. I. de Finibus: vt in manu ſcripto etiam Cicero. reperi. Idem facit Donatus, hunc locū in Phormione citans, cuius verba ſunt: Quid ſit denīq;? More, inquit, ſuo Terent. denique poſuit in fine ſenſus: & eſt aduerbiū ordinis. Sic in Heautont. Fodere, aut arare, aut aliquid facere deniq;. Hæc ille. Poſſet tamen alicui videri, in Donati exemplaribus omiſſa eſſe, quæ mox apud Terentiū ſequuntur, Nullum remittis tempus. Et Ciceronē memoria fortaſſe lapſum, aut ideo adiecisse deniq;, cùm ad ſequentia tamē pertineat, quò verſum citaret integrū. Quo modo Ennij carmen alicubi citans, ne quid immutaret, barbarè propémodum, pace eius dixerim, locutus videtur: Bibulus, inquit, in cœlo eſt, nec quare ſcio. ſed ita laudatur, quaſi Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem. ſecundo Epiſtolarum ad Attic. ¶ Iſtos raſtros interea depone tamē.} Nos ex antiquis: At iſtos raſtros &c. ¶ At quid dixi habere me?} In manuſcriptis eſt: Ah, quid dixi habere me? quod rectius & affectuoſius eſſe videtur. Habent eodē modo quædā de impreſſis. ¶ Cœpi non humanitus.} Quantū è Diomede coiectura aſſequi licet, ſuſpicari quis haud immeritò poſſit, legendum hoc loco humaniter, non humanitus. Is tus. enim

*Margin notes:* Denique. — Humanitus.

enim libro primo, cum meminit aduerbiorũ humanitus & humanè: Sed in hoc poſtremo,inquit,diſtinctio ſenſum mutat,vt ſit humanè ἀνθρωπίνως,vt eſt apud Terentium:Tamen vix humanè patitur,& humanitus ἀνθρωπόθεν. Dicitur & humaniter, vt idẽ Terent.ait:Cœpi nõ humaniter, neque vt animum ægrotum decuit,adoleſcentulũ tractare. Hæc ille. Habet eodem modo codex Venetus, & quidam etiam Argẽtoratenſis,vt opinor, & ille denique ex bibliotheca Haſſenſteniana: Sed manuſcriptum exemplar, cuius plerunq; fidem ſequor, humanitus habet: quare nihil facilè immutare auſim. Reperitur autem humanitus pro eo interdũ,quod eſt,humano more:velut apud Plin.lib.X.ca.LXIII. Vrſi autẽ,vt dictum eſt,humanitus ſtrati.id eſt more humano.Sic enim intelligẽdũ eſſe,vel ex principio capitis XXXVI. lib.VIII. liquet,vbi idem de vrſis: Eorũ,inquit,coitus hyemis initio:nec vulgari quadrupedum more,ſed ambobus cubãtibus complexiſq;.Hoc autẽ modo acceptum humanitus, haud admodũ diſsimile eſt aduerbiorũ perſonalium,vt vocant, cum reliqua eius formæ ſignificent potius id,quod ea, quæ Græcè in θεν deſinũt:vt diuinitus,antiquitus. Quid ſi igitur eum in ſenſum hoc quoq; loco accipias: Cœpi non humanitus, id eſt,non vt humanitatis ratio poſtulabat,non vt hominem,vt patrem decebat,ſed iuſto immanius & inclementius duriúſq;:quod lingua vernacula dicere poſsis. Byn zuuiel vnmencſchlich mit im vmbgangenn. [Putauit me ætate & beneuolẽtia plus ſcire,&c.] Nos,putauit & ætate & beneuolentia: geminata videlicet coniunctione,quomodo eſt in manuſcriptis & impreſsis quibuſdã. Ponitur autem ſecũdo loco dactylus. nam nulla prorſus fit colliſio:qua de re initio huius libelli admonuimus. Corripitur autem me propter vocalẽ ſequentem ad imitationẽ Græcorum. [Dum ille vitam illam incolit inopem.] Nos,colet legimus. Sic enim No. Marcellus in explicatione verbi colere, vbi hunc locum citat:quicum faciunt vetuſti codices. *Colere vitã inopem.*

GLAREANVS. Huius totius ſcenæ omnes verſus ſunt ſenarij iambici,vt ſunt omnium primarum ſcenarũ. In XIIII.aut Horum aut Eorum legendum,non illorũ. In XX.ego Dices,omittendum cenſeo,propter carmen,& facilè intelligitur. Nam vt obiectio per eclipſim mouetur,ita per eclipſim ſoluitur. In XXI. proceleuſmaticus eſt primo loco, niſi d, elidamus in Quod. In XXII.vel l,eliditur in Illis,vel,quod malim, creticus eſt loco ſecundo. In viceſimotertio,vel tua monoſyllabũ totum eliditur, vel creticus eſt loco quarto. In XXV. vel Homo iambus eſt,vel m,in Sum non eliditur. In triceſimo,vel s, in Laboris, deinde d,in ſequente Quid eliduntur, vel bacchius eſt locis tertio & quinto. In triceſimoprimo, videtur Eheu triſyllabum eſſe, vt faciat creticũ, & Iambus veniat in vltimum locum. Nam apud Horatiũ prior ſyllaba longa eſt,niſi quis dicat i, in Meruiſti non elidi, & Eheu priorem corripere propter vocalem ante alterã vocalem.XXXV. verſus ferè in libris deprauatè legitur. alij Quidem, alij Equidem legunt, alij elidunt s, in Vis,atq; ij coguntur equidem legere.Ego puto carmẽ ita legendũ. M.Scire hoc vis? CH. qua quidem cauſa,dixi tibi. Quaſi dicat iã dixi tibi,qua cauſa id velim,& habet pluſculum gratiæ ad ſignificandã cupiditatem,ſi poſt Cauſa, diſtinguas, ac mox inferas, Dixi tibi:quãquam ſi legatur, Quidem,bacchius loco tertio hanc difficultatem ſoluit. In triceſimoſexto Riuius addit, At, ante Iſtos,ſed nihil ad carmen. XXXVIII. verſus in omnibus quotquot viderim exemplaribus vna deficit ſyllaba. Ego initio ponendam puto interiectionem Ah,ſicut continuò ſequente verſu, Atqui vel hinc æſtimare licet quanta ante nos diligẽtia quidam Terentij verſus examinauerint, qui ad talia ſilent. In XLV.Eius monoſylla. In quadrageſimooctauo,proceleuſmaticus initio. In quadrageſimonono,Via monoſyllabum eſt, niſi quis creticum tertio loco admittat. In L.ſecunda ſyllaba de Quotidie producitur. *Quotidie.* In quinquageſimooctauo,vel s,eliditur in Iſtuc,vt ſit primo loco anapæſtus, vel prior ſyllaba de Ego à ſuperiore carmine abſorbetur; vel denique bacchius eſt, quod dicere malim. In LIX. vel d,eliditur in Sed,vel proceleuſmaticus eſt primo in loco. In LXIII. Riuius Me non elidi ſed corripi dicit,vt ſit dactylus ſecundo loco. quanquã poterat prius Et, ante Me poni, ſed duriuſculum fuerit,ideóq; facilè cum Riuio ſentio. In LXXIII.proceleuſmaticus eſt primo loco.Eodem modo & in LXXVI. in cuius verſus fine Laurentius Valla de Latina lingua meritiſsimus Mei legit, non Mea lib.2.cap.1. Putat enim paſsionem hîc ſignificari. ego Mea legendum puto,vt actio in ſeruitiis explicetur. *Mei cauſa.* Cæterùm neque Vnum in ſequenti verſu ipſe legit, ſed poteſt optimè legi,ſi quidem Solius diſyllabum fuerit,vt frequenter eſt. In LXXXI. vel d,eliditur in Quod,vel s,in Magis, vel bacchius eſt loco primo. Nã do in Idonea longa eſt.LXXXII. ita alibi legitur,

Ego eum hinc eieci miſerum iniuſtitia mea.

Alioqui,vt vulgò legitur, eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea. erit primo loco tribrachys abſque eliſione o. In LXXXIIII. Riuius Colet legit pro Incolit,ſed nihil ad carmen. In octogeſimooctauo proceleuſmaticus eſt primo loco. In nonageſimoſexto,vel Meo monoſyllab.vel bacchius loco ſecundo. Ita meus in nonageſimooctauo. In C.Eraſmus elidit l,in Illum .at ego malim vel Et à ſuperiore verſu elidere, vel bacchium loco primo ponere. In centeſimoprimo s,eliditur in Satis. In centeſimoquarto, vel l,in Ille eliditur,vel creticus eſt primo loco. Decimus à fine, niſi aut per epentheſim, legamus Impulerim, aut impegerim legerimus,non conſtat. In ſeptimo à fine, vel Eius monoſyllabũ eſt, vel d,in Sed eliditur. In quarto à fine s, eliditur in Opus,vt in ſequente d,in Apud, niſi in priore Fuit monoſyllabum putemus,aut creticum primum pedem in vtroque.

IOANNES THEODORICVS.

Putauit me & ætate,& beneuolentia.] Bembus ex ſuo codice illo peruetuſto legit,& ſapientia. [Ancillas, ſeruos, niſi eos,&c.] Bembi codex ſic,

Ancillas,ſeruos,niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo facilè victum exercerent ſuum;
Omnes produxi,ac vendidi:inſcripſi dico
Aedeis: mercedem quaſi talenta ad quindecim
Coëgi.

Teſtatur quoque ipſe Bembus,in eius pagellæ margine,vbi ſunt hi verſus, legi etiam illius verbi, exercerent, interpretationem minutulis adſcriptam literis ita ; Exercerent,reſarcirent:hoc eſt, in ſumptu exercerentur ſuo. Virg. Ferrum exercebant:pro,in ferri fabrica exercebantur. Hæc ille. Alij tamen legunt, ſumptum exercirent ſuum. hoc eſt, ſuo labore ſarcirẽt quicquid ſumptus iis alendis faceret dominus. Vulgò dicitur, qui gaignent bien leurs deſpens. *Exercio.* Exercirent,inquit Feſtus,ſarcirent. Eſt itaque Exercio compoſitum ex præpoſitione Ex,& verbo Sarcio.

# ACTVS I. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

CLinia domum ex Aſia reuerſus, mirum in modum ſolicitus eſt de amica quā abiens, Athenis, reliquerat. De Cliniæ in patriā reditu, magna cum animi voluptate Clitipho nuntiat patri ſuo Chremeti. Chremes filio ex Cliniæ vita & moribus, viuendi modum præſcribit.

ARG. PAV. MALLEO.

HI'C, Cliniæ qui ex Aſia redierat, ingens de amica ſolicitudo exprimitur. Accedit & ſodalis opitulator Clitipho, qui aduentum Cliniæ mira voluntate patri Chremeti narrat. Qui deinde filio ſuo Clitiphoni, viuendi modum Cliniæ exemplo tam pulchrè, quàm moraliter præſcribit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Clitipho Cliniam conſolatur, ne diſcrucietur ob diutinā abſentiam amicæ, & Chremes Clitiphoni filio probat, Cliniam à patre, quamuis duro, aufugere non debuiſſe.

*Initio ſcenæ Iambici. Dein Trochaici quidā. Poſtremò Iambici Tetrametri acatalectici.*

CLITIPHO *adoleſcens,* CHREMES.

*NIhil adhuc eſt, quod vereare Clinia, haudquaquam etiam ceſſant.*
*Et illam ſimul cum nuntio tibi hîc ego affuturam hodie ſcio:*
*Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas.*
CH. *Quicum loquitur filius?*
CLI. *Pater adeſt, quem volui: adibo. pater, opportunè aduenis.*

IOANN. CALPH. NIHIL *adbuc eſt quod vereare.⸣ Hîc Cliniæ, qui ex Aſia redierat, ingens de amica ſolicitudo exprimitur. Accedit & ſodalis opitulator. Clitipho, qui aduentum amici mira voluptate patri narrat. ⸢Nihil adbuc quod vereare.⸣ Clinia miſerat accerſitum Antiphilā: diſcruciabatur quòd nō rediret. ⸢Haud quaquā etiam ceſſant.⸣ Id eſt, nondum differunt aduentum.* *Solicitudo.* *Solicitatio.* *⸢Solicitudinē iſtam.⸣ Bene ſolicitudinē dixit. nam ſolicitudo eſt, quæ inhæret mētibus: Solicitatio, quæ ab alio fit. ⸢Audiui in Aſia eſſe.⸣ Recta eiuſcemodi eſt oratio per infinitum. Nam non Latinè dicitur, Audiui quòd in Aſia eſt. ⸢Nec opinăti.⸣ Inſperatum enim gaudium maius eſſe ſolet: quemadmodum & dolor acerbior, ſi nō opinanti obiicitur. ⸢Caue faxis.⸣ Volebat Chremes nuntiare Menedemo rediiſſe filium: ſed Clitipho prohibuit, quòd Cliniæ nondum patris voluntas eſſet perſpecta. ⸢Miſerum. quem minus credere eſt.⸣* *Minus.* *Minus hoc loco pro non, ponitur. Non eſt inquit credendum Cliniam eſſe miſerum. hoc ad ſequentia reſpicit, ſcilicet Quid reliqui eſt quin habeat quæ quidē eſſe in homine dicuntur bona? ⸢Minus credere eſt.⸣ Pro, non credendum eſt. huiuſmodi locutio parum Latinis vſui eſt. ⸢Quæ quidem in homine dicuntur bona?⸣ Scilicet à vulgo. Cùm tantū animi bona, ſecundum philoſophos, appellanda ſint. Et hoc, illud quod ſuprà dixit Chremes affirmat, ſcilicet Cliniam non eſſe miſerum. ⸢Illéne?⸣ Chremes ſermonem quem cœperat repreſſit: vt exemplo Cliniæ filius terreretur. ⸢Illéne?⸣ Hoc clara voce pronuntiandum. ⸢Sed reprimam me.⸣ Hæc ſubmiſſa voce protulit, ne audiret filius. ⸢Hunc.⸣ Scilicet Cliniam. ⸢Vt vt erat.⸣ Quàm bene tuetur patrum partes, qui omnino à filiis tolerandi ſunt. ⸢Præter eius libidinem.⸣ Vult cauſam Cliniæ Videri deteriorem: vt oſtendat parentes filiis, ob vitia eorum, aſperiores eſſe. ⸢Nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum?⸣ Tale eſt illud, Cuius ſaluti conſulet, qui ſuam negligit? ⸢Erat æquum ex illius more.⸣ Ab æquo ſuſcipit paternam defenſionem. ⸢Durum id non eſt.⸣ Aliud obiectum refellit: & à ſtatu definitiuo cenſet patrem non appellandum durum, qui filios à vitiis ſua ſeueritate deterret. ⸢Scortari.⸣ Eſt frequenter ſcorta ductitare.* *Scortari.* *⸢Conſequi conſimilia.⸣ Nam cuius animus in re mala ſemel corruptus eſt, in dies fit peior. ⸢Cœnæ quid nobis.⸣ Minus dixit, quàm ſi dixiſſet quæ cœna. Sic illud, Quicquid hoc hominis eſt: Aliter exprimitur quàm ſi diceremus, quis hic homo eſt.*

ADRIA. BARL.

*Quid ais.⸣ Eſt admirantis. ⸢Adduxi ad cœnam. nam mihi magna.⸣ αἰπολογία. ⸢Nec inopinăti.⸣ Vt acerbior eſt dolor ſi nō opinanti obiicias, ita & maius eſt inſperatum gaudium.* *Inopinatæ.* *⸢Non eſt opus pater.⸣ Propoſitio. ⸢Incertum eſt etiam quid ſe faciat.⸣ Confirmatio. ⸢Se miſerum eſſe.⸣ Status eſt finitiuus, qui fit, cùm de rei alicuius finitione certatur. & hîc probat minimè eſſe miſerum. ⸢Quem minus credere eſt.⸣ Non eſt credendū, inquit, miſerum eſſe, cui parentes, cui patria incolumis eſt, &c. ⸢Manſum tamen oportuit.⸣ Manſum dic ſupinum eſſe.* *Manſum.* *⸢Pateretur.⸣ Pro pati debebat, vt ait Valla.* *Pateretur.* *⸢Quod illum inſimulat durum, id non eſt, &c.⸣ Iterum habes ſtatum finitiuū. Probat enim non eſſe importunū Menedemū. ⸢Non vult crebrò conuiuarier.⸣ Bene addidit crebrò. nā rarius id facere, humanitatis eſt. Crebrò verò, prodigi. Itē ſæpius vocare ad cōuiuiū, exhaurit ſubſtantiā. Sæpius ire ad cōuiuiū, ſordidum eſt. Ita annotauit Eraſmus, in illud Catonis, Conuiuare rarò. ⸢Ex vſu.⸣ Ad vſum conducat, expediat, vtile ſit. Aliorum exēplis erudiri optimum eſt.* *Ex vſu.*

*Felix*

CH.* Quid eſt? CLI. hunc Menedemum noſtin' noſtrum vicinum?
CH. Probè. CLI. huic filium ſcis eſſe? CH. audiui: in Aſia. CLI. non eſt pater:
Apud nos eſt. CH. quid ais? CLI. aduenientem è naui egredientem ilico
Adduxi ad cœnam: nam mihi magna cum eo iam inde vſque à pueritia
Semper fuit familiaritas. CH. voluptatem magnam nuntias:
Quàm vellem Menedemum inuitatum, vt nobiſcum eſſet hodie amplius,
Vt hanc lætitiam nec opinàti primus ei obiicerem domi.
Atque etiam nunc tempus eſt: CLI. caue faxis, non eſt opus pater.
CH. Quapropter? CLI. quia enim incertum eſt etiam quid ſe faciat: modò venit:
Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga vt ſit ſuæ.
Eam miſerè amat: propter eam hæc turba, atque abitio euenit. CH. ſcio.
CLI. Nunc ſeruolum ad eam in vrbem miſit, & ego noſtrum vnà Syrum.
CH. Quid narrat? CLI. quid ille? ſe miſerum eſſe. CH. miſerum? quē minus credere eſt?
Quid reliqui eſt, quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona,
Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus cognatos, diuitias?
Atque hæc perinde ſunt, vt illius animus, qui ea poſſidet:
Qui vti ſcit, ei bona, illi qui non vtitur rectè, mala.
CLI. Imò ille ſenex fuit importunus ſemper: & nunc nihil magis
Vereor, quàm nequid in illum iratus plus ſatis faxit pater.
CH. Illéne? ſed reprimam me: nam in metu eſſe hunc, illi eſt vtile.
CLI. Quid tu tecum? CH. dicam: vt vt erat, manſum tamen oportuit.
Fortaſſe aliquanto iniquior erat præter eius libidinem:

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

LATOMVS Argumētum. Indicatur Cliniæ reditus, & ſenex occaſione exempli admonet filium. ⌈Nihil adhuc.⌉ Principiū indicat, qua de re ſint inter ſe locuti adoleſcentes. Proponitur autem duorum exemplum, quorum alter modeſtè amat virginem, alter ſcortum petulanter deperit. ⌈Quàm vellem.⌉ Optatio. ⌈Quem minus.⌉ Interrogatio vice negationis. ⌈Parenteis, patriam.⌉ Congeries ad amplificationem. ⌈Atque hæc.⌉ Sententia veriſſima. ⌈Imò ille fuit.⌉ Defenſio ex criminatione perſonæ, quia ſenex adoleſcentem perſtrinxerat. ⌈Dicam, vt vt.⌉ Diſſimulat Chremes, & incuſando Cliniam, filium obliquè monet. ⌈Nam quem fer.⌉ A maiori ⌈Hūccine erat ęquū⌉ Iuſtum à perſona. ⌈Quod illum.⌉ Obiectio, quam refellit à patris officio. ⌈Periculū ex.⌉ Sententia quam vult eſſe commendatam filio.

Quàm, optandi aduerbium.

PETRVS MARS. Nihil adhuc eſt, & cæt.⌉ Suſpicio amatoria, & timor, hac ſcena deſcribitur, quæ monet filios, vt parentum habeant rationem, & illis obſequantur, qui omni ſtudio ſaluti filiorum conſulunt, & honeſtati. Capiendúmque ex aliis docet exemplum, quod ex vſu noſtro ſiet. Vnde Horatius in epiſtola agens poëtarum partes, ſic canit:

Rectè facta refert, orientia tempora notis
Inſtruit exemplis.

Manſum.

⌈Manſum tamen oportuit.⌉ Manſum dicitur quaſi māſuetum, quoniā omnia quæ fera ſunt, inquit Nonius, manuum crebro tactu miteſcunt. ⌈Scitum eſt.⌉ Id eſt, præclarum, & doctrina plenum, quæ confert vitæ degendæ cum decoro.

Scitum eſt.

RIVII caſtigatio. Pater opportunè aduenis. CH. quid eſt? Lege, Quid id eſt? τὸ id addēdū eſt, vt ex manu ſcriptis quoddam habetis, conſentientibus de impreſſis exemplaribus Lugdunenſi & Argentoratenſi. vt omittam, quòd idem etiam carminis ratio exigit. ⌈E naui egredientem illico adduxi ad cœnam.⌉ Nos, abduxi ad cœnam: vt habet manuſcriptum volumen, conſentiētibus quibuſdam ex impreſſis. Tametſi alterum illud non diſplicet.

* Quid id eſt?

GLAREANVS.

Si vſpiam alibi, certè hîc iuſtæ querelæ locus eſſet in annotatores huius Authoris, ſed negotium omiſſa querimonia, ſedulò agam. Sex prima carmina prorſus corrupto legūtur ordine, Quæ hîc lectoris oculis ſubiicere placuit, dein' iudicium noſtrum adiicere.

Nihil adhuc eſt, quod vereare Clinia, haud quaquam etiam
Ceſſant, ſimul & illam cum nuntio tibi affuturam hîc
Ego eſſe hodie ſcio, proin ſolicitudinem iſtam.
Falſam quę te excruciat, omittas. CHR. qui cū loquitur filius?
CLIT. Pater adeſt, quem volui, adibo, pater opportunè aduenis.
CHR. Quid id eſt? CLI. hunc Menedemum noſtin' noſtrum vicinū? CHR. probè.

Primus verſus trochaic⁹ tetrameter catalectic. eſt, ſed in Haud quaquam, m, à fine non eliditur. Duo deinde ſequentes ſunt iambici tetrame. catalectici, in quorū priore Simul ante Et illam, ponendum: in poſteriore, Scio & , Proin, duo ſunt iambi. Quartus verſus eſt itidem iambicus, ſed acatalecticus, ſi filius triſyllabum fuerit, catalecticus, ſi Filius diſyllabum. Quintus ſextúſque trochaici ſunt catalectici: ſed in poſteriore, Quid id eſt legendum, ne ſit iambus in trochaico, quod Riuius etiā annotauit, carminis ratione id poſcente, inquit, cum cu-

Pateretur. nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum?

Hunccine erat æquum ex illius more, an illũ ex huius viuere? &

Quod illum inſimulat durum, id non eſt: nam parentum iniuriæ

Vniuſmodi ſunt fermè: paulò qui eſt homo tolerabilis.

Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier:

Præbent exiguè ſumptum, & ea ſunt tamen ad virtutem omnia.

Verùm vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,

Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia: hoc

Scitum eſt, PERICVLVM ex aliis facere, tibi quod ex vſu ſiet.

CLI· Ita credo. CH. ego ibo hinc intrò, vt videam nobis quid cœnæ ſiet:

Tu, vt tempus eſt diei, vide, ſis, ne quò hinc abeas longius.

*iuſmodi carmen eſſet, neutiquam nec in præcedentibus nec in ſequentibus oſtendiſſet. Adiungendum præterea ei carmini verbum Probè. Quod quia Eraſmus ſequenti dedit carmini, ipſum hypercatalecticum indicauit, cùm ſequens ipſe verſus ſit iambicus tetrame. acatalecticus, quemadmodum omnes ſequentes ad vſque ſcenæ finem.*

CLI. *Huic filium ſcis eſſe?* CHR. *audiui.* } *Hic iambici tetram. acatalectici incipiunt, vt diximus, ad finem vſque huius ſcenæ. Primus verſus loco ſexto iambum habet, non eliſa a litera longa finali in Aſia, ſed breui facta propter vocalem ſequentem, vt, Vale vale inquit Iola. In ſecundo vel d, eliditur in Apud, vt ſit primo loco anapæſtus, vel bacchius eſt loco primo. In tertio verſu prima ſyllaba Ad à ſuperiori verſu eliditur. Et bene habet verſus. In quarto vel Fuit monoſyllabum eſt, vel pæan ſecundus loco ſecundo. Et Voluptem pro Voluptatem legendum, vt Satias pro Satietas. Quintus verſus habet anapæſtum loco ſeptimo, ſet hodie am, vt hodie diſyllabum, medium i elidatur. Septimus vel e longum habet in Caue, & s, elidit in Tempus, aut e breue, & Nunc poſt tẽpus ponendum. In decimo vel Eam monoſyllabum eſt, vel pæan ſecundus loco primo. In duodecimo vel d, eliditur ante Ille, vel creticus eſt loco ſecundo, & s, in Minus. In decimotertio iambus eſt loco ſecundo, non eliſa i, litera in Reliqui, ſed breui facta propter ſequentem vocalem, vt iamiã diximus. In decimoquarto s, eliditur in Genus, & v in diuitias, vt Actus quarti, ſcena ſexta, in Andria admonuit Eraſmus. In decimoquinto quidam codices habent verbum Eſt, poſt Animus. quod ſi rectè legitur, Illius erit diſyllabum. In decimoſeptimo creticus eſt loco ſexto, niſi vel r, in Semper, vel t, in Et elidamus, quod ego non probarim. In viceſimo, Tute legendum, & loco quarto erit tribrachys. In viceſimoprimo, Eius monoſyllabũ. In viceſimo tertio. Illius diſyllabum, ita Huius diſyllabũ. In viceſimoquinto. Vnius diſyllabũ. In viceſimooctauo. Cupiditate verbum ante Semel legendum. In antepenultimo Periclum triſyllabum eſt. In vltimo, de in Vide ſis corripitur, ſi Diei triſyllabum fuerit.*

IOAN. CALPH.

*QVam iniqui ſunt patres.* } *Solus Clitipho permanſit, qui de patre conqueritur, vt mos eſt adoleſcentum, qui paterna præcepta moleſtè ferunt.* ¶ *Quæ nunc eſt.* } *Huic illud contrarium, Sed nunc ea me exquirere, iniqui patris eſt. nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet. Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui animum vt expleret ſuum.* ¶ *Ex ſua libidine.* } *Libido eſt quæque voluntas temerè ſuſcepta.* Libido. *Apud Saluſtiũ in Catil tamen in bonam partem capitur, Magiſque in decoris armis, & militaribus equis. quàm in ſcortis & conuiuiis libidinem habebant.* ¶ *Cognoſcendi & ignoſcẽdi.* } *Ex affectu eorum loquitur, qui cum alicui obnoxij ſint, aliũ habent animum quàm haberent, ſi liberi eſſent.* ¶ *Per alium oſtendit ſuam ſententiam.* } *Superius, Sed reprimam. nam in metu eſſe hunc, illi eſt vtile.* ¶ *Vbi adbibit.* } *Quàm petulans ſit filius in parentem, oſtenditur: cuius præcepta contemnit.* ¶ *Næ ille,* } *Nę pro certè ponitur.* Næ. ¶ *Da mihi atque affer.* } *Verba ſunt amica, quæ magis Clitiphonem ſtimulant, quàm patris præcepta.*

## ACTVS II. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

CLitipho adoleſcens, Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper, vt Horatius dixit, ſolus loquens de patre queritur, vt mos eſt iuuenum paterna monita moleſtè ferentium.

¶ *Satagit.* } *Genitiuo iungitur. Satagit, id eſt anxius eſt & curioſus ſuarum rerum.* Satagit. ¶ *Pudicè eductã.* } *Quod nos educare dicim⁹ antiqui educere dixerũt.* Educare. Educere. ¶ *Procax.* } *Procare poſcere eſt. vnde procaces meretrices, ab aſſiduè poſcendo. & Proci vxorem poſcentes in matrimonium.* Procare. Procax. ¶ *Religio.* } *Metus, vel ſolicitudo. Terentius in Andria, Dignus cum tua religione odio. Inde dies religioſi, infames vel infauſti dicti: quos ex contraria cauſa propter *hominis diritatẽ relinquã.* Religio. * ominis.

ADRIA. BARL. *Ex ſua libidine.* } *Voluntate, in quo ſignificatu & alias*

Adbibo. lis vtitur. ¶ Vbi adbibit plus paulò.} Eraſmus in II. Commentario de Copia. Si quis ſuadeat, inquit, cauendum eſſe parentibus, ne ſi quid peccent, teſtibus liberis peccent, nónne exempli vim habebit Clitipho in ſene ſeipſum excruciante, loquẽs ad hunc modum. Perij, is mihi vbi adbibit plus paulò, ſua quæ narret facinora? ¶ Surdo narret fabulam.} Surdo narrat fabulã. Huiuſmodi filiorum ingens vbique turba eſt, qui parentum ſalutaribus monitis obturatas habent aures. Surdo canit, Surdo canit. ſurdo narrat fabulam, mortuo verba facit, eãdem vim habent. Poſtremum hoc à ridicula veterum conſuetudine natum videtur, vita defunctos ter voce cientiũ. Vel dices ortum adagium à ridiculo caſu, quo ſæpe fit vt hoſpes incidat in ſurdum quẽ percontetur multa, videntibus iis qui ſurdum nouerũt. ¶ Suarum rerum ſatagit.} Anxius eſt, ita omnes interpretantur. Satago. Satagere propriè eſt anxiè torqueri, difficultate rei conficiendæ. ¶ Habet bene & pudicè eductam mea eſt potens, procax, magnifica.} Collatio & congeries. ¶ Procax.} Procax. Qui adeò impudentes ſunt, vt nimis petant, procaces appellantur. Vnde procax meretrix, petulans dicitur, impudens, inuerecunda. ¶ Nobilis.} Nobilis. Seruius in ſextum Aeneidos. Nobiles, & Illuſtres dicit vocari meretrices, quod nomen notitiæ ſit, non meriti. ¶ Tum quod dem ei rectè eſt.} Rectè, pro nihil. Rectè, veteres boni ominis cauſa, pro nihil vſurpabant. ¶ Nam nihil eſſe.} Nam. Sunt qui nam, pro autem accipiant, vt illic in Andria. Nam quid ego nunc dicam de patre? vbi etiam pro deinde accipi poteſt. ¶ Religio eſt dicere.} Religio. Hic religio pro metu accipitur. ¶ Hoc ego mali.} Procacem, & ſumptuoſam amicã.

LATOMVS.

Argumentum. Indigna-

ARG. PAVL. MALL.

Solus hic Clitipho remanſit, qui de patre conqueritur, vt mos eſt adoleſcentum. Hi enim paterna præcepta ferè moleſtè ferunt, præſertim cum ab amore dehortantur. Aperit quoque conditionem familiarium parentum, qui vbi aliquantulum plus iuſto poti fuerint, ſat inconſideratè tum filiis coràm ſua olim patrata facinora enumerant.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Exorditur à querela communi liberorum, de parẽtibus optima quæque ſuadentibus.

*Octonarij.*

CLITIPHO.

*QVàm iniqui ſunt patres in omneis adoleſcẽteis iudices:*
*Qui æquum eſſe cenſent, nos iã à pueris ilico naſci ſenes,*
*Neque illarum affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia.*
*Ex ſua libidine moderantur, quæ eſt nunc, nõ quæ olim fuit.*
*Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre:*
*Nam & cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur peccati locus:*
*Non vt meus, qui mihi per alium oſtẽdit ſuã ſententiam.*
*Perij, is mihi vbi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora!*
*Nunc ait, Periclum ex aliis facito tibi, quod ex vſu ſiet.*
*Aſtutus: næ ille haud ſcit quàm mihi nunc* SVRDO *narret fabulam.*
*Magis nunc me amicæ dicta ſtimulant, Da mihi, atque affer mihi.*
*Cui quid reſpondeam, nihil habeo: neque me quiſquam eſt miſerior:*
*Nam Clinia, hic etſi is ſuarum rerum ſatagit, attamen*
*Habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretriciæ:*
*Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis:*
*Tum quod dem ei, rectè eſt: nam nihil eſſe mi*

tio Clitiphonis aduerſus patrem, qua exprimitur animus & petulantia parum modeſti adoleſcentis. ¶ Affines eſſe.} Affinis. Id eſt, participes, deditos. ¶ Perij.} Indignantis. ¶ Nunc ait.} Arguit ineptiam patris? ¶ Surdo narret fabulam.} Prouerbium. ¶ Suarum rerum ſatagit.} Id eſt, ſolicitus eſt. ¶ Habet bene.} Per collationem deſcribit vtranque amicam.

PETRVS MARS.

Quàm iniqui ſunt patres, &c.} Cenſuram paternam adoleſcẽtulo voluptatibus dedito, moleſtam eſſe docet hæc ſcena. Iuuenis enim cum venereis facibus æſtuat, & cum perturbatione viuit, vitam frugalẽ declinat, nondum expertus indigentiã, quæ mortales reddit induſtrios, & ideo ſurdis auribus rationem audit monentem. Vnde ſi perſeuerat, fit inutilis, & malus. Quapropter in primo Moralium, ſic ſcribit Ariſtote. illis iuuenibus vtilem eſſe doctrinam de moribus, & monitiones, qui ſuos appetitus rationi ſubiiciũt, & agunt cũ ratione.

Næ ille facili me vtetur patre.} RIVII caſtigatio. Nos ex manuſcripto & Argẽtoratenſi facillimo legimus: quod & ſenſus poſtulat. Niſi legere malis: facili me vtetur patre: quomodo habet exemplar Haſſenſtenianum. Et me hercule facilè crediderim hanc eſſe veram ſyncerámque lectionẽ. ¶ Et ſi is ſuarum rerum ſatagit.} Nos, Etſi is quoque ſuarum &c. ex antiquis: nec aliter conſtat Octonarius.

GLAREANVS.

Eiuſdem generis ſunt hi verſus iambi. tetra. acatalectici. In tertio verſu creticus eſt loco primo. In quarto, vel Ex à ſuperiore verſu eliditur, vel ſua monoſylla. eſt, vel creticus primo loco. Quod libet ex his dicere queas. Et vel verbum Eſt omittendum, vel Nunc ante

hi, religio eſt dicere:
Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiā-
dum ſcit pater.

*Quæ ponendum, vt habet vetuſtus meus codex. In ſeptimo, vel Meus monoſylla. eſt, vel bacchius loco II. In vndecimo vel s, in Magis eli- ditur, vel bacchius eſt loco primo. In decimotertio. Etſi is quoq; habent veteres codi ces, annotauit & id Riuius. In penultimo Ei monoſylla.*

IOANN. CALPH.

*SI mihi.] Hîc mira amantis ſolicitudo exprimitur, cui expectanti, hora, dies, annus videtur. ¶ Si mihi.] Amor res eſt ſuſpicionis plena. Torquetur igitur Clinia mora & dilatione amicorum Antiphilæ. ¶ Sed vereor ne mulier.] Bene amantis exprimit affectum: qui ſemper omnia in deterius ſuſpicatur. ¶ Mihi animum exaugeant.] Augeri dicitur animus, quando multa concurrunt, quibus flectitur in eā partem in quam inclinatur ¶ Occaſio, ætas.] Hîc loci ex arte rhetorica etiam ad maioris rei confirmationem valerent. ¶ Occaſio, locus, ætas, mater.] Argumenta deducuntur aut à rebus, aut à perſonis. hæc enim, cauſa, tēpus, locus occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera rerū accidentia, à perſonis deducuntur hoc modo. Nam ſimiles parentibus, aut maioribus ſuis, filij plerunque creduntur: & nonnunquam ad honeſtè turpitérque viuēdū. Similiter à natione quoque patria, ætate, educatione, & diſciplina ſumuntur. ¶ Hei mi.] Hei, datiuo iungitur. vt Virgilius. Hei mihi qualis erat. Heu verò accuſatiuo. vt alibi Terentius. Heu me miſerū. ¶ Mihi animus præſagit mali.] Sic fieri cōſueuit, vt quoties aliquid expectamus, ea occurrant potius quæ mentem noſtram ad cogitandum aliquid mali trahant. ¶ Quando iſtuc erit?] Non poteſt credere ex nimia ſuſpicione venturam amicā. ¶ Non cogitas hinc longius abeſſe?] Clitipho remouet ſuſpicionem ex animo Cliniæ, & locorū interuallo, & ex cultu mulierum, quæ maiorem temporis partem in ſe ornando conterunt. ¶ Clitipho, timeo.] Vide nulla re arceri poſſe ſuſpicionem ex pectore amantis. ¶ Eccum Dromonē cum Syro.] δεικτικῶς*

Animum augeri.

Hei. Heu.

Animus præſagit.

*& cum geſtu nimiæ lætitiæ pronuntiandum eſt.*

ADRIA. BARL.

*Si mihi ſecundæ res.] Suſpicionis plena res eſt amor, Res eſt ſoliciti plena timoris amor. ¶ Vereor ne mulier me abſente corrupta ſit.] Semper enim omnia in deterius ſuſpicantur amantes. ¶ Occaſio, locus, ætas, mater.] Cicero de inuentione libro primo. Omnes, inquit, res argumentando cōfirmantur. aut ex eo quod perſonis, aut ex eo quod negotiis attributum eſt. Ac perſonis has res attributas putamus, nomen naturam, victum, formam, habitū, affectionem, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes, præterea hominum genus. in ſexu, cōſideratur, virile, an muliebre ſit, & in natione, patria, cognatione, ætate, In geſtione autē negotij, locus tempus, modus, occaſio, conſiderantur, Locus, in quo res geſta ſit ex opportunitate, quā videatur habuiſſe ad negotium adminiſtrandum. Hæc loci opportunitas per multa conſideranda eſt. ut Cicer. docet. Occaſio eſt pars temporis, habens in ſe alicuius rei idoneā faciendi aut non faciendi opportunitatem. ¶ Neſcio quid profectò mihi animus præſagit mali.] In Clinia amante ſignificat Teren. aliquid cupidè expectātibus ea occurrere potius, quæ mentē ad cogitādum mali quippiā trahant. Et hic adoleſcens ita ſuſpicatur, abſente ſe, ex occaſione, vel matris improbitate & auaritia corruptam amicam, vt venturam eam credere non poſſit. quam ſuſpicionem Clitipho omnibus modis eximere conatur, ſed nihil proficit. adeò difficile eſt expellere quæ ſemel amātium pectoribus inſederint. ¶ Dum moliuntur, dum comūtur, annus eſt.] Suſpicionum cōfutatio eſt. ¶ Annus eſt.] Hæc locutio, atque id genus aliæ, inter prouerbiales hyperbolas referēdæ ſunt Plautus in Aſinaria, Ae- tatem*

## ACTVS II. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

CLinia ceſſatione & mora Antiphilæ amicæ nimiū torquetur, ſolet enim amantis animus omnis moræ quantumuis breuis impatientior eſſe.

ARG. PAVL. MALL.

MIra amantis ſolicitudo in hac ſcena exprimitur, cui amicam expectanti, hora dies, dies verò annus videtur. Amor enim res eſt ſuſpicionis plena. Clinia itaque dilatione & mora Antiphilæ amicæ vehemēter torquetur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

CLinia ex coniecturis amores ſuos non ſecundos eſſe, amicam ſuam corruptam eſſe colligit. Et eſt ſtatus coniecturalis.

*Octonarij.*

CLINIA, CLITIPHO.

SI mihi ſecundæ res de amore meo eſſent, iamdudum ſcio
Veniſſent. ſed vereor ne me abſente mulier corrupta ſit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Locus, occāſio, ætas, mater, ſub imperio cuius eſt, mala,
Cui nihil iā præter pretiū dulce eſt. CLIT. Clinia. CLIN. hei miſero mihi.
CLIT. Etiam caues ne videat fortè * hinc

* hic

te à patre aliquis exiens?
CLIN. Faciam: ſed neſcio quid profectò mihi animus præſagit mali.
CLIT. Pergin' iſtuc prius diiudicare, quàm ſcis quid veri ſiet?
CLIN. Si nihil mali eſſet, iam hîc adeſſent. CLIT. iam aderunt. CLIN. quando iſtuc erit?
CLIT. Non cogitas hinc longius abeſſe? & noſti mores mulierum:
Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt. CLIN. ô Clitipho.
Timeo! CLIT. reſpira: eccum Dromonem cum Syro, vnà adſunt tibi.

*tatem velim ſeruire, Libanum qui conueniam modò. Et ſeculũ eſt quòd nihil abs te literarum accepi. Tempus autem pręlongum huiuſmodi figuris ſignificamus. ¶ Eccum Dromonem. § Hoc cum geſtu magnæ lætitiæ pronuntiat.*

LATOMVS.

*Argumentum. Querela & ſolicitudo Cliniæ ob cunctantem Antiphilam. ¶ Si mihi ſecũdæ. § Suſpicio à cũctatione. ¶ Multę opiniones § Confirmatio ſuſpitionis per circunſtantias: & eſt congeries. ¶ Non cogitas. § Diuerſæ cauſæ cunctationis, quibus ſoluitur ſuſpitio Cliniæ.*

PETRVS MARSVS.

*Si mihi &c. § Amantis animus moræ quantumuis breuis impatiens, hac ſcena exprimitur. Aeſtu nanque amoris fluctuans, rei venereæ amator diſtrahitur: & rationis normam deſpiciens, id affectat, quod ſibi propoſuit. Ariſtot. in Moralib. ſic ait: Quòd ſi magnæ ſint, vehementéſque cupiditates, rationem quoque extrudũt, atque eiiciunt: quamobrẽ mediocres ſint ipſæ & perpaucæ, ac rationi non aduerſentur, oportet.*

*Moliri.* *¶ Dum moliuntur, &c. § Id eſt, dum ſe præparãt*
*Demoliri.* *multiplici cultu, ędificant formam variis rebus. Inde demoliri, eſt deſtruere id, quod ædificatum eſt.*
*Comere.* *¶ Comũtur. § Id eſt, ornantur in capillis, quos calamiſtro digerunt in cincinnos.*

RIVII *caſtigatio.*

*Ne me abſente mulier corrupta ſit. § Manu ſcripta habent: Ne mulier me abſente hîc corrupta ſit, addito videlicet aduerbio hîc, & immutato nõnihil ordine verborũ. ¶ Locus, occaſio, ætas, mater, ſub imperio cuius eſt &c. § Hic verſus ſic legitur in manu ſcripto & impreſſis quibuſdã, inter quæ Lugdunenſe eſt: Occaſio, locus, ætas, mater cuius ſub imperio eſt, mala.*

GLAREANVS.

*Eiuſdẽ generis cum prioris ſcenæ verſibus. Secundum verſum Riuius ita legit,*

*Veniſſent. ſed vereor ne mulier me abſente hîc corrupta ſit.*

*Atque ita habet etiam vetuſtus meus codex. Rurſum quartum idem ita legit.*

*Occaſio, locus, ætas, mater, cuius ſub imperio eſt mala.*

*Atque ita Cuius monoſyllabum fuerit. & placet hęc lectio. In ſeptimo, Mihi monoſyllabum totum eliditur. In octauo, s in Iſtuc eliditur, vt primo loco ſit dactylus, niſi creticum malimus eodem primo loco, quod placet, & Prius monoſyllabum, niſi & ſecundo loco creticum credamus, vt duo ſint ordine cretici. In antepenultimo diuerſa eſt lectio. quidam legunt, Non cogitas hinc longius abeſſe? & ſic s, eliditur in Longius. Quidam, Non cogitas hinc longulè eſſe? & bene conſtat verſus. In penultimo verſu melius placet Comuntur verbum, quod & Eraſmus ita legit, quàm Conantur, quod Aldi. habebat codex.*

IOAN. CALPH.

*AIn' tu? § Hæc ſcena plena eſt & timoris & ſuſpicionis: ſed perſona ſeruilis vtrique ſuccurrit. ¶ Ain' tu? § Hoc ſic lege, vt intelligas multa verba præceſſiſſe. ¶ Mulier. § Non Antiphila, aut amica: ſed ſic dixit, quaſi illi qui deſperauerat redituram. ¶ Ego verò audio. § Verba sũt reſpirantis, & ad ſe redeuntis. ¶ Minimè mirum. § Mulieres à natura tardæ in inceſſu ſunt. ſed hîc additur cauſa tarditatis. ¶ Minimè mirum. § Scilicet ſi relictæ ſunt. ¶ Periì. § Cliniæ ſuſpicio quod amica corrupta ſit, ab ancillarum grege oritur. has enim ab aliis amatoribus eſſe putat. ¶ Portant quid rerum. § Ob hoc non eſt ſecurus Syrus, quod mulieres relictę ſint. ¶ Et veſperaſcit, & non nouerunt viam. § Cauſa cur nõ oportuit relictas. quis enim tutus, ſi quid portat, & in nocte, & in incerto itinere? ¶ Væ miſero mihi. § Magis ſuſpicatur Clinia q à Syro aurum & veſtem audierit. ¶ Abi dum. § Dum, παρέλκον. ¶ Vnde ea cenſes? § Vnde eſſent iſta, tanquam notum eſſet, non explicuit. ¶ Quid turbæ eſt? § Perſona ſeruilis, vt pote fidelis, heri impenſis timet. ¶ Quid turbæ eſt? § Turba primùm perturbationem ſignificat. inde turbo turbas, perturbo, deturbo. Dehinc multitudinem: quæ ferè turbatione non vacat.* *Turba.*
*¶ Capient. § Aliàs deligent ſignificat. Virgilius, Aut capere, aut captas iam deſpectare videntur.* *Capio.*
*¶ Eccos quos volebam. § Eccum eccam, eccos eccas, ellum ellam, ellos ellas, ab ecce compoſita ſunt: & per aduerbia reſoluuntur, non per pronomina. Eccum, ecce hîc: ſubintellige virum de quo agebamus. eccam, ecce hîc: ſubintellige fœminam. Ita ellum, intellige ecce illic virum, &c. ¶ O Iuppiter. § Sic exclamat dum putat ab amica eſſe deceptum. ¶ Errans. § Hinc errones dicuntur. ¶ Pudet & miſeret. §*

## ACTVS II. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

CLinia ex Syro intelligit ſe abſente pudicè admodum vixiſſe Antiphilam, qua ex re ingenti gaudio perfunditur. Bacchis Clitiphonis amica ad cœnam adducitur, quæ tamen interim fingitur eſſe amica Cliniæ.

*Pudet. Piget.* Recte: quia poſt pudorē ſolet conſequi miſericordia. Pudet, verecundiæ eſt: Piget, pœnitentiæ. Terentius in Adel. Fratris me quidem pudet pigétque. Et bene pudet de filio in patrē. in Andria, Tum patris pudor. ¶ Cātabat. } *Cantare. Canere.* Hoc eſt frequenter dicebat, & ſignificantius dixit cantabat. & antiqui canere, pro eloqui dixerunt. ¶ Ab hac. } Sic dixit: quia nondum appulerat: etſi ſuperius, Me deſeruiſti, dixerit. *Scilicet. Videlicet.* ¶ Hic de noſtris verbis. } Superius, Portant quid rerum, & aurum, & veſtem, dixit. ¶ Videlicet. } Scilicet & videlicet idem ſignificare videntur quod certè: ſed habet vſum ſuum per amaritudinem cum deriſu permiſtam Virgilius, Scilicet hic ſuperis labor eſt. Quintilianus, Hoc videlicet expectaſti. ¶ Ex ipſa re. } Ex ſignis quæ dicturus eſt. ¶ Anus quę dicta eſt mater. } Hoc contra illud eſt quod ſupra dictū à Clinia, Mater ſub imperio cuius eſt mala. ¶ Ea obiit mortem. } Hoc dictum, ne ab illa corruptam amicam ſuſpicetur. *Alteræ.* ¶ Alterę dum narrat. } Antiquum eſt: nos, alteri dicimus. ¶ Quæ nam eſt altera? } Interrogat: quia nōdum intellexerat amicam aduentare. ¶ Propera. } Properat qui feſtinanter aliquid agit vel dicit. Virgilius, Multa forēt *Properare.* quæ mox cælo properanda ſereno Maturare datur. ¶ Iā primum omnium. } Sic incipit, vt multa pudicitię ſigna *Iā primum* narraturus. Liuius in primo ab vrb. condi. Iam primùm omnium ſatis conſtat. ¶ Anus quædā prodit. } In Eunucho de viliſſima perſona, Prodi foras malè conciliate. ¶ Ad lanam redit. } Hæc ſigna ſunt pudicè vitam agentis. Sic in Andria, Primùm hæc pudicè vitam, parcè, ac *Vitā exigo.* duriter agebat, lana & tela victum quæritans. ¶ Vitam exegerit. } Aliter dicitur exigere vitam, exigere fabulam

ARG. PAVL. MALL.

Haec ſcena plena eſt timoris & ſuſpicionis, quibus Clinia & Clitipho magnopere afficiuntur. Verum Syrus vtrique ſuccurrit tollendo quo ad poteſt ſuſpiciones, formidinem. Is inter narrandum pudicam Antiphilæ vitam & mores aperit, quo ingenti Cliniam gaudio perfundit: tādem Bacchidem Clitiphonis amicam mira confidentia ad cœnam, patre quoque præſente, adducit hanc tamen fingit eſſe Cliniæ, ita aſtutè, vt & Clitiphoni gratificetur, & eius patrem minimè offendat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena, Antiphilam non corruptā eſſe oſtenditur.

*Tetrametri partim Trochaici, partim Iambici.*
*Præterea Senarij non pauci.*

SYRVS, DROMO *ſerui*, CLINIA, CLITIPHO.

*AIn' tu? D. ſic eſt. S. verùm interea dum ſermones cædimus,*
*Illæ ſunt relictæ.* CLIT. *mulier tibi adeſt, audin' Clinia?*
CLIN. *Ego verò audio nunc demum, & video, & valeo Clitipho.*
CLIT. *Minimè mirū, adeò impeditæ ſunt, ancillarum gregem*
*Ducunt ſecum.* CLIN. *perij, vnde illi ſunt ancillæ?* CLIT. *mén' rogas?*
*S. Non oportuit relictas: portant quid rerum.* CLIN. *hei mihi.*
*S. Aurum, veſtem: & veſperaſcit, & non nouerunt viam:*
*Factum à nobis ſtultè eſt. abi dum tu Dromo illis obuiam.*
*Properè: quid ſtas?* CLIN. *væ miſero mihi, quanta de ſpe decidi!*
CLIT. *Quid iſtuc? quæ res te ſollicitat autem?* CLIN. *rogitas quid ſiet?*
*Vidén' tu ancillas, aurum, veſtem: quam ego cum vna ancillula*
*Hîc reliqui. vnde ea eſſe cēſes?* CLIT. *vah, nunc demum intellego.*
*S. Dij boni quid turbæ eſt? ædes noſtræ vix capient, ſcio.*
*Quid comedent? quid ebibent? quid ſene erit noſtro miſerius?*

& exigere opus. Significat enim traducere, expellere, & finire. ¶ Exiſtimandi copiā. } Iudicandi. Aeſtimare enim eſt conſiderare: Exiſtimare verò, iudicare. *Aeſtimo. Exiſtimo.* Nam prius conſideramus ea quæ iudicanda ſunt. ¶ Quæ cuiuſque ingenium. } In Andria, Nā qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi, &c. ¶ Offendimus. } *Offendere.* Reperimus. Offendere ferè idem eſt quod reperire. ¶ Eius anuis cauſa. } M. Varronem & P. Nigidium viros *Anuis.* Romani generis doctiſſimos conſtat non aliter locutos eſſe & ſcripſiſſe, quàm ſenatuis & domuis, qui eſt primus caſus ab eo, quod eſt ſenatus & domus. ¶ Ornātur *Mala.* ſibi. } Nō vt placeant amatoribus. ¶ Nulla mala re expolitam. } Hoc eſt, non fucatam. Mala enim, à ſimilitudine mali, hoc eſt pomi, nomen aſſumpſit. Nam id eſt quod præeminet inter naſū, oculos, & buccam, quod rotundū eſt, & in ſpeciem mali. ¶ Capillus paſſus. } Id eſt *Paſſus.* ſparſus. Virgilius, Crinibus Iliades paſſis. Sunt quędam verba quæ à diuerſo veniunt præſenti: ſed in præterito confunduntur: ſicuti à patior, ita à pando paſſus deſcendit: à vertor & verror, verſus ſum. ¶ Pānis obſita. } Sic in Eunucho, Pannis anníſque obſitum. ¶ Immunda illuuie. } Proluuies & illuuies *Proluuies. Illuuies.* ſignificantiam habent parem, & immunditia eſt. Virgilius, —fœdiſſima ventris Illuuies. ¶ Sordidatā & ſordidam. } Sordidus à natura dicitur: *Sordidus. Sordidatus.* Sordidatus verò fit vrgēte neceſſitate. Sordidatam, refertur ad illud, Pannis obſita: Sordidam, ad illud, Neglecta immūda illuuie. ¶ Extra noxam. } Hoc *Noxa.* eſt culpam. Noxa etiam ſignificat damnum. Suetonius in Cæſare, Spurinámque irridens, & vt falſum arguēs, quòd ſine vlla ſua noxa Idus Martiæ eſſent. ¶ Nam diſciplina eſt. } Præceptum *Diſciplina.* in arte

Sed video, eccos quos volebam. CLIN. ô Iuppiter vbi nam eſt fides?
Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
Conlocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis:
Propter quã in ſumma infamia ſum, & meo patri minus ſum obſequens:
Cuius nunc pudet me & miſeret: qui harum mores cantabat mihi,
Monuiſſe fruſtra: neque potuiſſe vnquam ab hac me expellere:
Quod nunc tamen faciam: tum cùm gratum mihi eſſe potuit, nolui.
Nemo eſt miſerior me. S. hic de noſtris verbis errat videlicet,
Quæ hîc ſumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque eſt, accipis:
Nam & vita eſt eadem, & animus te erga idem ac fuit:
Quantum ex ipſa re coniecturam * fecimus.
CLIN. Quid eſt obſecro: nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt
Quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier.
S. Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores, anus
Quæ eſt dicta mater eſſe ei ante hac, nõ fuit:
Ea obiit mortem: hoc ipſa in itinere alteræ
Dum narrat, fortè audiui. CLIT. quænam eſt altera?
S. Mane: hoc quod cœpi, primùm enarrẽ Clitipho:
Pôſt, iſtuc veniam. CLIT. propera. S. iam primùm omnium,
Vbi ventum ad ædeis eſt, Dromo pultat fores
Anus quædam prodiit: hæc vbi aperuit oſtium,
Continuò hic ſe coniecit intrò, ego cõſequor,
Anus foribus obdit peſſulum, ad lanam redit.
Hinc ſciri potuit, haud vſquam alibi, Clinia,
Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit.
Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri,
(Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam,
Quotidianæ vitæ conſuetudinem,

*in arte amandi, vt amatores prius ancillas corrumpant. ¶ Affectant.} Affectare, eſt*
Affectare. *pronum animum ad faciendum habere. ¶ Falſam gratiã.} Scilicet mẽtiẽdo. ¶ Opletos.} Nã & ex nimio gaudio interdum lachrymę prouenire ſolent. ¶ Age dum.}*
Age. *Age, ſingularem numerum*
Agite. *deſiderat: Agite, pluralem:*
Agedum. *Age dum verò vtrumque. ¶ Quæ eſt illa altera?} Interrogat, non immemor verborum Syri, Ô Clitipho, poſt iſtuc veniam. ¶ Hem, quid.} Hem, interiectio eſt nouas*
Hem. *res & optimè audientis. ¶ Quò illam ducis?} Hoc cũ timore pronuntiandum. Timét ne pater illius amicam cognoſcat. ¶ O impudentem*
Audacia. *audaciam.} Bene audaciã: quæ propriè eſt temeritas. ¶ Heus tu, non fit ſine periculo facinus.} Sententia generalis, quæ & ſeruis conue-*
Vide. *nit. ¶ Hoc vide.} Sic dicere ſolemus his qui res maximas aggrediuntur. ¶ Vbi ſi paululum.} Verba propriè alicuius committentis alteri cũ periculo vel res ſuas, vel ſalutem. ¶ At enim.} Aliquid ſupplendũ. Syrus dicere volebat, aut in ea re non eſſe periculum: aut ſe effecturum quod intendit. Sed illius ſermonem Clitipho interrupit. ¶ Ita res eſt, hæc nunc quaſi cum.} Hęc oratio imperfecta eſt: vtpote à Clitiphone, qui impatiens audiẽdi eſt, interrupta. Recuſat enim Clitipho pericula: & vult amica ſine his potiri, quod Syrus fieri poſſe negat: quia neceſſe eſt, ſi amare vult, vt admittat pericula. Ergo ſubintelligendum eſt, quod hic velit compos eſſe voti ſui ſine periculo: quẽadmodum ſi aliquis ſine belli periculo velit cõſequi victoriã: aut aliquid tale: vt ſit prouerbiũ vſitatum in ignauos, qui ſine labore cõſequi vellẽt quod optãt.*
Malum. *¶ Malum.} Aduerbium eſt interpoſitæ indignationis. ¶ Potis eſt.} Pro, non poteſt.*

*¶ Vis potiri.} Potior à potis* Potis.
*deſcendit: ideo illi in ſignifi-* Potior.
*catione eſt ſimillimũ. dicitur enim, ſum cõpos animi, aut rationis, quod hæc habeo. ¶ Vis, quod des illi, Effici.} pro inueniri poſitũ. ¶ Haud ſtultè ſapis.} εἰρωνευκῶς: id enim velle ſine periculo, quod* Efficio.
*fieri non poteſt, eſt inſipiẽtis. ¶ Aut hęc.} Scilicet pericula. ¶ Cũ illis.} Inuidioſè illis, cũ in vna ſit. ſic in Eunucho, Non perpeti meretricũ contumelias. ¶ Harũ duarum cõditionum.} Hoc ſic infert Syrus, vt tandem velit conſilium ſuum anteferri. ¶ Harum duarum conditionum.} Aut velle pericula cum a-*
*mica, aut amittere eam vnà* Condictio.
*cum periculis. Condictio, eſt* Conditio.
*actio in aliquem, vel denuntiatio. condicere enim, priſca lingua, eſt denuntiare. conditio verò ſine c, vt hic eſt legendum, eſt cum vno certam legem in ſe continens. Alibi Terent. Accepit conditioẽ,* * cepimus.
*dehinc quæſtum occipit. Dicitur etiam bonę cõditionis: ita vt referas ad fortunas, nõ ad mores, id eſt diues eſt. Eſt etiam cõditio, inter plura eligẽda, ſortis oblata electio. ¶ Conditionum.} Id eſt optionum, electionũ. ¶ Quod vt efficerem.} Superius, Vis,*
*quod des illi effici. Id effici-* Efficio.
*mus, quod cum magno conatu & molimine facimus: víxque per nos finẽ accipit. ¶ Si quidem.} Syrus repetit verbũ Clitiphonis: quod per eum dubitare videat. ¶ Aſſimulabimus tuam amicã.} Callidè Clitiphonis amica, Clinię eſſe ſimulatur, vt antiphila ad Soſtratã deducatur, quæ poſt agnoſcetur filia Chremetis: qua cognita, & altero conſilio inuento à Syro, extorquebitur argentũ à Chremete, quod Clitipho Bacchidi promiſerat. ¶ Dedecori eſt parum?} Turpe eſt habere vnã amicã, nedum duas.* Quid eo?
*¶ Quid eo?} Cum interrogatione: quaſi dicat, Quid tum ſi ad matrem deducetur?*

Quæ cuiuſque ingenium vt ſit, declarat maxumè)
Texentem telã ſtudioſè ipſam offendimus,
Mediocriter veſtitam veſte lugubri,
Eius anuis cauſa opinor, quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam, ita vti quæ ornantur ſibi,
Nulla mala re eſſe expolitam muliebri:
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter: pax. CLIN. Syre mi obſecro
Ne me in lætitiam fruſtra coniicias. S. anus
Subtegmen nebat. præterea vna* ancilla
Ea texebat vnà pannis obſita, (erat:
Neglecta, immunda illuuie. CLIT. ſi hæc ſunt Clinia
Vera ita vti credo, quis te eſt fortunatior?
Scin' hanc, quã dicit ſordidatã & ſordidã?
Magnum hoc quoque ſignum eſt dominam eſſe extra noxiam,
Cùm eius tam negleguntur internuntij:
Nam diſciplina eſt, ciſdem munerarier
Ancillas primùm, ad dominas qui affectãt viam.
CLIN. Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam
Studeas inire. quid ait, vbi me nominas?
S. Vbi dicimus rediiſſe te, & rogare vti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuò, & lachrymis opplet os totũ ſibi:
Vt facilè ſcires deſiderio id fieri tuo.
CLIN. Præ gaudio, ita me dij ament, vbi ſim, neſcio:
*Ita timui. CLIT. at ego nihil eſſe ſciebam Clinia.
Agedũ viciſſim Syre, dic q̃ illa eſt altera.
S. Adducimus tuam Bacchidem. CLIT. hẽ quid Bacchidem!
Eho ſceleſte, quò illam adducis? S. quò ego illam? ad nos ſcilicet.
CLIT. Ad patrémne? S. ad eum ipſum.
CLIT. ó hominis impudentẽ audaciam!
S. Heus nõ fit ſine periclo facinus magnum & memorabile.

Fabulæ: ¶Fabulę.} Rectè fabulę: quia neque verę ſunt, neq; veriſimiles. ¶Huiuſmodi obſecro aliquid.} Quàm ſtultè amans inducitur credere Syrum, qui iocatur iam habere aliquid, quo potiatur amica ſine periculo. ¶Quid ago nunc?} Dubius & circa pericula, & circa amicã, quærit cõſiliũ. ¶Age modò.} Sic pronuntiãdum eſt, vt Syrus diſcedat, & dicat amicæ Clitiphonis, vt domũ reuertatur. ¶Syre inquã.} Trepidè Syrum reuocari iam decedentẽ. ¶Tamẽ iſtuc ago.} Quod cœpi, ſcilicet vt dicam amicæ, vt domũ redeat. ¶Verum hercle.} Id eſt verba credulí & trepidi amantis, & cõcedere nolẽtis Syro vt quod cõſtituerit peragat. ¶Cõcaluit.} Bene de amore concaluit. In Eunucho, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. ¶Ne quid accuſandus.} Ne quid, deeſt ob, vel propter. & eſt admonitio aliquid alicui trepidè committentis. ¶Quaſi iſtic minor mea res agatur.} Securius committimus his, ad quos non minus pertinet quod agendũ, quàm ad nos. ¶Huic homini verbera.} Amabãt veteres de proximo ſimilia dicere. Cic. Minus carũ putauit, ſiue de armario, quàm de ſacrario fuiſſet ablatum. ¶Homini huic.} δεικτικῶς hæc dixit, ſeipſum oſtendens. ¶Ne illa quid titubet.} Subaudi timeo. Titubare propriè, eſt pedibus non valentis inſiſtere, quales ſunt ebrij. Ad animum quoq; trãſfertur, quotiẽs ab animo verba diſſentiunt. Veretur igitur Clitipho, ne quid temere effundat, quo ſe indicet. ¶Quæ ſolet quos ſpernere.} Quos, id eſt quales amatores. Virgi. Quos ego ſum toties iam dedignata maritos. ¶Miſerum quendam offendi.} Rectè miſerum dixit vt oſtenderet non admiſſum arte, ſcilicet meretricis. ¶Inopia.} Scilicet ſui. Ouidius, Nitimur in vetitum ſemper, cupimúſque negata. ¶Inuerſa verba.} Omnia ponit quæ ab amante vecorde fieri ſolent.

*ancillula

Erat: ea

Concaleo.

Titubare.

*Iſta

Quos.

¶Inuerſa verba.} Id eſt verba præpoſterè, & in contrarium pronũtiata. Eſt enim inuertere, quaſi in contrariũ vertere, & præpoſterè verba pronuntiare: vt pro lauo vola. ¶Verſas ceruices.} Ceruix ſeu ceruices, poſterior pars colli, vbi origo eſt omnibus neruis. vnde homo duræ ceruicis dicitur, quaſi indomabilis, & quaſi duri capitis, & durę mẽtis. Euerſas ceruices. Contrariũ eſt erectas ceruices. Et ſignificat illum flecti & domari ab amica. ¶Vide ſis.} Vultuosè pronuntiandũ eſt. ¶Cur retines?} Impatientia amantis oſtenditur. Nam viſa amica, Clitipho verba Syri obliuioni tradiderat. ¶Apud patrem.} Obſeruabo id quod me admonuiſti. ¶At nunc interim.} ἀποσιώπησις amantis: vt ſit, Sine interim pauliſper cum amica ludere. ¶Nihilo magis.} Vult Syrus eum perpetuò modeſtũ, ne ſi incœperit, non poſſit ſe abſtinere, etiam patre vidente. ¶Quid iſtic?} Iſtic, pro iſte.

Inuerſa verba.

Inuertere.

Ceruix.

Iſtic, pro Iſte.

ADRIA. BARL.

Ain' tu? ita.} Exorditur, vt Syrum & Dromonem plura inter ſe collocutos, lector intelligat. ¶Dum ſermones cedimus.} Verbum cedo, quemadmodũ & amabo, longo vſu loquendi à ſignificatione verborum ad aliarum partium orationis vim detortum eſt: vt cum diceret quiſpiam. Dicam tibi hoc, reſpondebat alter. cedo, hoc eſt permitto, dic. & ibo per fundum tuũ, dicebat alter cedo, ito, id eſt, permitto vt eas. Quod & Terentius ſignificaſſe videtur hoc loco, cùm dicit. Dum ſermones cedimus. Vnde poſtea conſuetudo tenuit, vt diceretur, cedo manum, cedo cantharum. Hæc annotauit ante me in quodam opuſculo ſuo Rodol. Agr. ¶Ego verò audio nunc demum.} Clinia reſpirat, & ad ſe redit, poſtquã adeſſe audiuit Antiphilam. ¶Portãt quid rerũ.} Cauſã tarditatis adiecit. ¶Vę miſero mihi. quãta de ſpe decidi.}

Cedere ſermones.

CLIT. Hoc vide, in m[illegible]vita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus:
Vbi ſi paululum modò quid te fugerit, ego perierim.
Quid illo facias? S. at enim. CLIT. quid enim? S. ſi ſinas, dicam. CLIN. ſine.
CLIT. Sino. S. ita res eſt, hæc nunc quaſi cũ. CLIT. quas, malùm, ambages mihi
Narrare occipit? CLIN. Syre verum hic dicit, mitte: ad rem redi.
S. Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius
Clitipho eſt: neque ferri potis eſt. CLIT. audiendum hercle eſt, tace.
S. Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici:
Tuum eſſe in potiundo periclum non vis: haud ſtultè ſapis,
Si quidem id ſapere eſt, velle te id quod nõ poteſt, contingere.
Aut hæc cum illis ſunt habẽda, aut illa cũ his amittenda ſunt.
Harum duarum conditionum nunc vtram malis, vide:
Etſi hoc conſilium, quod cepi, rectum eſſe & tutum ſcio.
Nam, apud patrem tua amica tecum ſine metu vt ſit, copia eſt:
Tum, illi quod argentum es pollicitus, eadem hac inueniam via.
Quod vt efficerem, orando ſurdas iam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? CLIT. ſi quidem hoc fit. S. ſi quidem experiundo ſcies.
CLIT. Age age, cedò iſtuc tuum conſiliũ *quod id eſt? S. aſſimulabimus
Tuam amicam, huius eſſe amicam. CLIT. pulchrè, cedò quid hic faciet ſua?
An ea quoque dicetur huius, ſi vna hæc dedecori eſt parum?
S. Imò ad tuã matrem deducetur. CLIT. quid eò? S. longum eſt Clitipho,
Si tibi narrem, quamobrem id faciam: vera cauſa eſt. CLIT. fabulæ.

*quid

di. ❡ Cliniæ ſuſpicio oboritur ex eo, quòd portãt quid rerũ. Putat enim quę videt, ab aliis donata amatoribus. ❡ Aedes noſtræ vix capiẽt ſcio. quid comedent? quid ebibẽt? ❡ Seruus fidelis exprimitur, timens heri impenſis. ❡ Aliter tuum amorem, atq; eſt accipis. ❡ Eleganter iũxit, aliter, cum atq;, pro quàm. Cic. Curioni, Sed aliter atq; oſtẽderã facio. ❡ Accipis ❡ Accipere hîc pro ſentire poſitũ eſt vt ſit, de tuo aliter ſentis amore, quàm eſt ô Clinia. Tollit ſuſpicionẽ corruptę Antiphilæ. ❡ Ea obiit mortem. ❡ Ergo ab hac corrupta non eſt. ❡ Alterę dũ narrat. ❡ Priſcianus, Quoties inquit, hæc maſculina, vnus, nullus, ſolus, vllus, totus, alius, vter, alter, neuter, in i genitiuũ finiunt, neceſſariò in æ diphthongũ fœminina ſupradictos terminant caſus. Itaq; nõ ſolũ, vnus, vnius, vni, ſed etiã huius & huic vnæ. Similiter vllæ, nullæ, ſolę, totæ, aliæ: alteræ, in vſu antiquiore inuenimus. ❡ Propera ❡ Attende non ſolũ properare, qui feſtinanter agit quippiã, ſed etiã eum, qui docet. ❡ Iam primũ omniũ. ❡ Initiũ eſt multa pudicitiæ ſigna narraturi. ❡ Foribus obdit peſſulũ. ❡ Obdit pro oppoſuit. ❡ Ad lanam redit, hinc ſciri potuit &c. ❡ Eodem argumento vſus eſt & Titus Liuius lib. I. ab vrbe cõdi. loquẽs de certamine, quod inter regios iuuenes erat, de vxorũ præſtantia & caſtitate Id, inquit, cuiq; ſpectatiſſimũ ſit, quod inopinato viri aduẽtu occurrerit oculis. Paulò pòſt ſequitur de Lucretia, Nocte ſera deditã lanæ, inter lucubrantes ancillas, in medio ędiũ ſedentẽ inueniũt. ❡ Hinc ſciri. &c. ❡ A cõiecturis. ❡ Vbi de improuiſo. ❡ Ab inopinato interuentu. ❡ Texentem telã. ❡ Ab opere. ❡ Mediocriter veſtitam. ❡ A veſtitu. ❡ Eius anuis cauſa. ❡ Probo authore omnia in nus ſecundæ ſunt: faciunt enim i in gignendi caſu, exceptis quæ tertij ſunt ordinis. In quarto eſt anus, quod nomen olim anuis faciebat. ❡ Eius anuis cauſa. ❡ Erit arbitror operæpretiũ adſcribere hîc, quod Gellius in ſuis Noctibus adnotauit, de nominum quorundam inflexione. Nã res eſt ipſa cognitu nõ indigna. cui ſtudiũ modò ſit vllũ antiquitatis. lib. 4. capit. XVI. Sic ait. M. Varronẽ & P. Nigidium, viros Romani generis doctiſſimos comperimus non aliter locutos eſſe & ſcripſiſſe, quàm ſenatuis, & domuis, & fluctuis, qui eſt patrius caſus ab eo, quod eſt ſenatus, domus, & fluctus: huic ſenatui; domui, fluctui, cæteráque his conſimilia pariter dixiſſe. Terẽ. quoque Comici verſus in libris veteribus itidem ſcriptus eſt. Eius anuis opinor cauſa; quæ eſt mortua. Hanc eorum authoritatem, quidam è veteribus grammaticis ratione etiã firmare voluerunt, quòd omnis datiuus ſingularis litera finitus i, ſi non ſimilis eſt genitiui ſingularis, s, litera addita, genitiuum ſingularẽ facit, vt patri patris, duci, ducis, cædi, cædis. Cum igitur, inquiunt, in caſu dandi huic ſenatui dicamus, genitiuus ex eo ſingularis ſenatuis eſt, & nõ ſenatus. Sed non omnes concedunt in caſu datiuo ſenatui magis dicendũ, quã ſenatu, ſicut Lucilius in eodem caſu victu, & anu dicit, non victui & anui in hiſce verſibus. Quod ſumptum atque epulas victu pręponis honeſto. Et alio in loco. Anu noceo, inquit. Virgilius quoque in caſu dandi aſpectu dicit, non aſpectui. Téq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Et in Georg. Quod nec cõcubitu indulgẽt. Caius etiã Cæſar grauis author linguæ latinæ, in Anticatone. Vnius, inquit, arrogantiæ ſuperbiæq; dominatúq;. Itẽ in Dolabella actionis illi huiſti, Quorũ in ædibus faníſq; poſita, & honori erãt & ornatu. In libris quoq; Analogicis omnia iſtiuſmodi ſine i, litera dicẽda cẽſet. ❡ Nulla mala re expolitã muliebri. ❡ Intelligit nõ fuiſſe ex genere mulierũ

*Aliter atq;* — *Accipio, pro ſentio.* — *Altera.* — *Propero.* — *Obdo.* — *Anuis.*

quæ vitia corporis obtegunt ſtibio, hoc pacto nihil aliud efficientes, quàm vt facilius placeāt adultero. Sic Apuleius lib. II. de aſino aureo. Sed in mea Fotide non operoſus, ſed inordinatus ornatus addebat gratiam. ¶Pax.} Priſcian⁹ lib. XIIII. pax παντελῶς comicum aduerbium eſt, quo Teren. vtitur. ¶Immūda illuuie.} Immunda nominatiuus eſt, an ablatiuus? Nominatiuus videri poteſt. Nā illuuies immunditiā ſignificat. ¶Sordidatam.} Sordidus, à natura. Sordidatus, qui ob neceſſitatē ſordidas veſtes induit. ¶Diſciplina eſt eiuſdē.} Amatoribus, vt ancillas primū & pediſſequas muneribus corrūpant. ¶Muneratier.} Munero & muneror in vſu ſunt, pro donare. ¶Affectāt.} Nimio affectu & anxiè quęrunt. ¶Mulier telam deſerit.} A ſignis. ¶Deſiderio hoc fieri tuo.} Poſſeſſiua hæc pronomina, meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter, ita differunt à primitiuorū genitiuis, mei, tui, ſui, noſtri, & veſtri, vt hęc paſſiuè, illa capiantur actiuè, vt Amor tuus huc te traxit, quò tu amas. Amore tui hoc feci, id eſt, propter amorē, quo tu à nobis amaris. Aliquādo tamē hæc cōfundi videmus à magnis authoribus, vt cauſa mea, & cauſa mei. Lauren. Valla. Dixit, inquit, Terent. deſiderium tuū, pro tui: quod ſcilicet ipſe non dicerē. ¶Ita res eſt, hæc nūc quaſi cum.} Clitipho ſermonem Syri interrūpit. ¶Quas, malùm, ambages?} Malum grammatici dicunt eſſe aduerbiū interpoſitæ indignationis, & idē ferè ſignificare quod nefas. ¶Harum duarum.} Aut cū amica periculum ſuſcipere, aut amittere eam vnà cū periculo. ¶In aurem vtrāuis otioſè vt dormias.} Interpretatur hoc ſic Eraſ. In aurem vtramuis dormire eſt animo otioſo ſecuro, vacuoque eſſe.

*Pax.* *Sordidus.* *Sordidatus* *Muneror.* *Affectare.* *neglectui.* *In aurem vtramuis dormire.*

Nihil ſatis firmi [illegible]o, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.
S. Mane, habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quod ambo confiteamini
Sine periclo eſſe. CLIT. huiuſmodi obſecro aliquid reperi. S. maximè.
Ibo obuiam hinc: dicam, vt reuortantur domum. CLIT. hem,
Quid dixti? S. ademptum tibi iam faxo omnem metum,
In aurem vtramuis otioſè vt dormias.
CLIT. Quid ago nunc? CLIN. túne? quod boni eſt. CLIT. Syre dic modò
Verum. S. age modò: hodie ſerò, ac nequicquam voles.
CLIN. Datur modò, fruere dum licet. nam neſcias,
Eius ſit poteſtas poſthac, an nunquam tibi.
CLIT. Syre inquam. S. perge porrò, tamen iſtuc ago.
CLIT. Verum hercle iſtuc eſt, Syre, Syre, inquam, heus heus Syre.
S. Concaluit. quid vis? CLIT. redi redi. S. adſum, dic, quid eſt?
Iā hoc quoque negabis tibi placere. CLIT. imò Syre
Et me, & meum amorem, & famā permitto tibi.
Tu es iudex, ne quid accuſandus ſis, vide.
S. Ridiculū eſt iſtuc me admonere Clitipho,
Quaſi iſtic minor mea res agatur, quàm tua
Hîc ſi quid nobis fortè aduerſi euenerit,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.
Quapropter neutiquam hæc res * neglectu eſt mihi:
Sed iſtum exora, vt ſuam eſſe adſimulet. CLIN. ſcilicet
Facturum me eſſe, in eum iā res rediit locū,
Vt ſit neceſſe. CLIT. meritò te amo Clinia.
CLIN. Verùm illa ne quid titubet. S. perdocta eſt probè.
CLIT. At hoc demiror, quî tam facilè potueris

Eodem ſenſu dixit Plinius; In dextram aurem, ita enim ſcribit Romano ſuo. Nihil quòd in dextram aurem fiducia mei dormias. non impune ceſſatur, id eſt, nihil eſt ꝙ ſis ſecurus. Sic enim admonent Medici, vt in primo ſomno, qui profundiſſimus eſſe conſueuit, in aurem dextrā incumbamus: cum experrecti redormire cupimus, in ſiniſtrā. Porrò qui leui ſomno vult vti in neutram incumbit aurem, quo facilius expergefiat. Hæc ille Chiliade prima, centuria octaua. ¶Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.} Agnominatio eſt vtitur enim ſimili nomine in ſignificatione diuerſa. ¶Illa ne quid titubet.} Trepidet. Cic. in Phili. Titubare, hæſitare, quo ſe verteret neſcire. ¶Verſas ceruices tuas.} Significat domari illū & flecti ab amica. Huic contrarium eſt erectas ceruices. ¶Gemitus.} Qui ſunt amoris indicia. Vnde Horatius, Amātē languor & ſilentiū arguit, & latere petitus imo ſpiritus. ¶Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.} Græcū eſt. Ablatiuo enim cauētes Gręci genitiuo vtūtur. Sic & Horati. Vbi luſi ſatis, abſtineo irarū. Quid iſtic.} Pro iſte poſitum eſt.

Argumentū. Indicatur muliercularum aduētus ſolicitis adoleſcentibus, & Syri cōſilio Clitipho perturbatur, quæ eſt protaſis huius partis fabulæ. ¶Cedimus, miſcemus.} Rodolphus Agri. in adnota. in aliquot decla. Senecæ, putat figurā loquendi ortā eſſe à crebra inter loquētes verbi iteratione. ¶Peri.} Suſpicio Cliniæ, cuius occaſione narrabitur vita Antiphilæ. ¶Aurū, veſ[illegible]m.} Hæc fortuitò dicūtur à ſeruo, ſed ex conſilio Poëtæ, ad augēdam perturbationē Cliniæ. ¶Vidén' tu ancil.} Cauſæ ſuſpicionis. ¶Vah.} Irridentis. ¶O Iuppiter.} Querela Cliniæ, quæ amplificatur à perſona. ¶Clinia aliter.} Interpellatio Syri, orta ex querela adoleſcentis. ¶Hoc primùm.} Narratio

*Titubate.* *Abſtineo cum genitiuo.* LATOMVS *Cedere ſermones.*

Narratio

Perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere.
S. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt
Primum: nam miſerè quendam offendi militẽ
Eius noctem orantẽ: hæc arte tractabat virũ,
Vt illius animum cupidum inopia incenderet,
Eadémque eſſet apud te ob hoc quàm gratiſſima.
Sed heus vide ſis, nequid imprudens ruas:
Patrẽ nouiſti, ad has res, quàm ſit perſpicax:
Ego te autem noui, quàm eſſe ſoleas impotẽs,
Inuerſa verba, euerſas ceruices tuas;
Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtinè.
CLIT. Laudabis. S. vide ſis. CLIT. Tútemet mirabere.
S. Sed quàm citò ſunt conſecutæ mulieres!
CLIT. Vbi ſunt? cur retines? S. iam nunc hæc non eſt tua.
CLIT. Scio, apud patrem, at nunc interim. S. nihilo magis.
CLIT. Sine. S. non ſinam inquam. CLIT. quæſo pauliſper. S. veto.
CLIT. Saltem ſalutare. S. abeas, ſi ſapis: CLIT. eo. quid
Iſtic? S. manebit. CLIT. ô hominem felicẽ!
S. ambula.

Narratio. Eius anuis. Anuis genitiuus caſus, priſcis vſurpatus. ¶Pax. } Interiectio adiurantis. ¶Subtegmen. } Indracht. ¶Scin' hanc. } Signa ex adiunctis. ¶Nam diſciplina. } Aetiologia. ¶Præ gaudio. } Reſipiſcit Clinia. ¶Dic quę illa. } Altera pars huius ſcenæ, quæ continet cõſilium periculoſum Clitiphonis. ¶Hæc nunc quaſi. } Non eſt completa ſententia propter interpellationem Clitiphonis. ¶Vis amare, vis. } Correptio per ironiã. ¶Aut hac cum. } Epiphonema. ¶Et ſi conſilium. } Approbatio cõſilij à tuto. ¶Siquidem experiundo. } Repetitio eludentis. ¶Pulchrè. } Approbantis ¶Fabulæ. } Reiectio. ¶Mane, habeo. } Faceta mutatio ad perturbandum adoleſcentem. ¶Hem. } Perculſi ſubitò & perturbati. ¶In aurem. } Prouerbium in quietos & ſecuros. ¶Age modò. } Prædictio offenſi ac digredientis, ſed totum per ſimulationem. ¶Perge porrò. } Irriſio, quaſi cõtumacis & obfirmati. ¶Concaluit, quid. } Hoc ad ſpectatores Syrus priuſquam reſpondeat. ¶Ridiculũ eſt. } Pollicetur & confirmat diligentiam ſuam à periculo. ¶Huic homini. } Demonſtrat ſeipſum. ¶At hoc demiror. } Reditur ad Bacchidem, vt oſtendantur eius mores. ¶Ego te autẽ. } Indicat mores Clitiphonis. ¶Non ſinam. } Ridicula contentio ad exprimendam amantis impotentiam.

Pax.

Hem.

PETRVS MARS. Ain' tu, &c. } Facilem amantis ſuſpicionem, & varios affectus habet hæc ſcena: quos leuis excitat coniectura in his, quorum animus ſolicitus eſt, & pendet: ſinéque periculo non fieri magnum facinus, ac memoria dignum oſtendens, ingenuum adoleſcentem, ſed compede venerea ligatum, viliſſimi ſerui cuius lenocinio vtitur, ſeruum fieri docet, quod turpe eſt: illis præſertim, quorum natales clari habentur, & talem fortunam nacti ſunt, vt ad imperandum, non ad ſeruiendum nati videantur. Cicero in Paradoxis ſic ſcribit: Libertas eſt poteſtas viuẽdi vt velis. Quis igitur viuit vt vult, niſi qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui viuendi via conſiderata atque prouiſa, qui Legibus quidem non propter metum paret, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, niſi libenter ac liberè? Cuius omnia conſilia, réſque omnes quas gerit, ab ipſo proficiſcuntur, eodémque referuntur? Nec eſt vlla res, quæ apud ipſum polleat, quàm voluntas atque iudicium. Igitur omnes improbi ſerui, inquit. Hominem, cui mulier imperat, & nihil imperanti negare poteſt, non modò ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum, etiamſi in am-

pliſſima familia natus ſit, appellandũ puto. ¶Capillus paſ. &c. } Pax, id eſt, tantũmodo. Priſcianus ſic ait: Pax eſt Grçcũ, cùm tantummodo ſignificat. ¶Nõ ſit ſine, &c. } Xerxes apud Herodotũ lib. VII. ſic ait: Magna negotia magnis cũ periculis fiunt.

Pax.

RIVII caſtigatio.

Vnde eam eſſe cenſes? } Nos neutro genere: vnde eſſe ea: nempe ancillas, aurũ, veſtem, &c. Quanquã manuſcriptum omiſſo pronomine habet: Vnde eſſe cenſes? quæ lectio, mea quidem ſententia magis redolet Terentianam phraſim. ¶Et meo patri minus ſum obſequẽs. } Nos omiſſo verbo ſum, minus obſequens: ex fide manuſcriptorum exemplariũ quæ ſic conſentiunt, aſtipulantibus quibuſdã ex his quoq; peruulgatioribus libris. Citat eodẽ modo in Phormione Don. ¶Quantũ ex ipſa re cõiecturam fecimus. } Nos, cepimus, ex obſeruatione veterum & manuſcriptorum codicum. Tametſi vtrũq; probè quadrat, quod ad ſenſum pariter ac metri rationẽ attinet. Dicimus enim in eodẽ ferè ſenſu, vel ſimpliciter cõiecto & cõiecturo: vel περιφραστικῶς cõiecturã facio, capio coniecturã, coniectura conſequor, coniectura colligo, coniectura ducor: cuius & alij meminere. ¶Mane, hoc quod cœpi primũ enarrẽ Clitipho. } Perperã in quibuſdam erat: ô Clitipho: nõ quin verſus admittat: ſed quòd nihil opus ſit addere τὸ ô: præſertim repugnãtibus omnibus fermè exemplaribus. ¶Dromo pultat fores. } Sic quidem recte legitur. Verùm manuſcripta habent, pulſat, Ex impreſſis Lugdunenſe, Venetum, alia plæraq; pulſitat. Fab. lib. I. cap. V. teſtatur veteres mertare & pultare dixiſſe, pro merſare & pulſare. ¶Hinc ſciri potuit, aut nuſquã alibi. } In manuſcriptis eſt: Haud vſquam alibi: ſicut & in Veneto & Lugdunenſi. Haud ſcio, vtrum vtri præferam. Eſt autem ſimilis penè apud Virgilium error VII. Aeneidos, vbi Virgilij aliquot loci, alij. Odiis haud exaturata quieui, alij: aut exaturata &c. vocum ſimilitudo anſam errori præbuit: ſicuti & in VI. Suſcipit Anchiſes, atq; ordine ſingula pandit. vbi alij: Suſpicit Anchiſes, &c. vt Baſilienſe habet, & Argentoratenſe exẽplar, pudendo nimirum errore: in quo Badius quoque hallucinatus eſt, qui pro ſurſum inſpicit interpretatur: vt alios omittam, Priſc. lib. decimooctauo legit ſuſcipit, pro reſpondet ad interrogationem Aeneæ: quomodo Grçci, vt idem adnotauit, ὑπολαμβάνειν dicunt pro reſpondere: quo in ſignificato interdum verbo excipere vtitur Poëta. velut: Excipit Aſcanius lib. nono Aenei. Ergo opicus quiſpiam parũ intelligens

Suſcipere.

Excipere.

ſignificationem verbi ſuſcipere, locum deprauauit. Similis error ex adfinitate vocum ibi: Fata obſtant, triſtique palus Inamabilis vnda. inamabilis vnda. vbi alij innabilis vnda, vt & Haganoiũ. habet exemplar, & Argentoratenſe anno viceſimoſeptimo excuſum, ſed mendoſè, quod ex Gellio liquet libro ſecundo capitulo ſexto vbi qua ratione Virgilius hîc inamabilem dixerit Stygiam paludem, indicat, cuius verba Macrob. repetit ſexto Saturna. capitulo ſeptimo. Fuit, credo, qui parum intelligens, quid eſſet inamabilis vnda, ſubſtituẽdum putarit innabilis: obſecundante videlicet ſenſu: cum paulò antè præceſſerit: Euadítque celer ripam irremeabilis vndæ, quòd idem ſignificare crederet innabilem & irremeabilem. Sunt id genus alia in Virgil. multa, quæ nunc omittimus, ne in immenſum libellus excreſcat. ⸢Sine auro tum ornatã, ita vti quæ ornantur ſibi.⸣ Omiſſa eſt in pleriſque particula ita, non abſque detrimento verſus. ⸢Præterea vna ancilla erat. Ea texebat vna &c.⸣ Nos, Præterea vna ancillula Erat, ea texebat vna pannis obſita. Nam τὸ erat perperam adiectum eſt ad finem verſus præcedẽtis. Neque ancilla ibidem, ſed ancillula legendum eſt, vt ſit ὑποκόρισμα: quo modo habent cum manu ſcripta, tum ex impreſſis quæ emẽdatiora cæteris videtur. Eſt autem in poſteriori verſu primo loco proceleuſmaticus: quem per reſolutionem ſpondei iambicũ carmen admittit, vti initio adnotabamus. Paulò quoque ſuperius dixit Clinia: Quam ego cum vna ancillula hîc reliqui &c. ne hîc mireris diminutiuo vſum. ⸢Scín' hanc quã dicit ſordidatam & ſordidam?⸣ Nos, Scin' tu hanc, quam Sordidatus dicit &c. Ita enim manu ſcripti codices, & vetuſtiſſimi pariter ex impreſſis. Sordidatus, vt hoc obiter adnotem, nonnunquam dicitur, qui obſoleta veſte detritáq; vtitur. Plautus in Aſinaria: Quanquam ego ſum ſordidatus, frugi tamẽ ſum, nec poteſt peculium enumerari. Cicero in Piſonem: Ser Sordes. ui ſordidati miniſtrant, inquit. Refertur hîc igitur ad illud, pannis obſita: ſordidam autem referes ad illuuiem. Sordes, vnde ſordidatus, interdum veſtitum vilem, cuiuſmodi ferè mendicorum eſt, appellant Latini: quo in ſignificato eleganter Hieronymus ad Oceanum vtitur in epitaphio Fabiolæ: Dicam, inquit, appetitas ſordes, & in condemnationem veſtium ſericarum plebeium cultum & ſeruilia indumenta quæſita? Plus eſt animum depoſuiſſe quàm cultum: Difficilius arrogantia, quàm auro caremus & gemmis. His enim abiectis, interdum glorioſis tumemus ſordibus, & vendibilem paupertatẽ populari auræ offerimus. Sic Hieronymus. Cicero alicubi ſordidatum vocat accuſatum & reum: ſordidum vero vilem & abiectum, & propterea turpitudinẽ vitæ contemptum deſpectúmque ab omnibus, velut in Piſonem: Nec minus lætabor, cũ te ſemper ſordidum, quàm ſi te pauliſper ſordidatũ viderem. Abduco. ⸢Adducimus tuam Bacchidem.⸣ Donatus hunc locum citans in Adel. abducere legit: quod ne vitium eſſe exemplaris ſuſpicere, eius verba ſubiiciam: Ad me abducta eſt domum. Propriè, inquit, non dixit adducta, ſed abducta. Abducitur enim alienum. vt in Heautontimo. Abducimus tuam Bacchidem. Sic & in impreſſo quodam reperi, quod Argentorati, ni fallor, excuſum. nam nec locus ibi ex more, nec annus dominicus additus erat. Nonius tamen Marcell. adducimus legit, vbi huius verbi ſignificata recenſet. ⸢Heus non fit ſine periculo.⸣ Nos, Heus tu, addito pronomine: quomodo manu ſcripta habent, & pleraque ex impreſſis. ⸢Datur modò, fruare dum licet.⸣ Manu ſcripta habent: Datur, fruare, omiſſo aduerbio. Si quis tamẽ addi velit, non magnoperè repugno. Nam quod ad carmen attinet, poteſt vel addi vel omitti. ⸢Facturum me eſſe in eum iam res redit locum &c.⸣ Omiſſũ erat me in impreſſis quibuſdam, quæ videri poterant bene emendata. ⸢Nam miſerum quendam offendi militem.⸣ Nos addito aduerbio, Offendi ibi militem: ex antiquis.

GLAREANVS.

Huius bene longæ ſcenæ primi quindecim verſus ſunt trochaici tetrametri catalectici. Sequuntur deinde iambici VIII. tetra. acatale. & XLVII. ſenarij. Rurſus deinde trochaici tetra. catale. XXVIII. Vltimo ſenarij iambici XLI. ad finẽ vſque ſcenæ. Illud Cędimus in primo verſu, lectori conſiderandum vnde deriuatum velit. prima enim producta eſt, cũ Cædimus ſermones. Cedò pro Dic ſit prima vbique breuis. fieri poteſt, vt inter multa quæ verbum Cædo cum dipthongo habet ſignificata, vt enumerat Nonius, & Sero, ſit vnum ſignificatum. Certè, quidam Serimus legerunt, non attendentes carmen id pati non poſſe. Ipſe Eraſmus Cædimus cum dipthongo legit. Tertius verſus initio habet anapæſtũ, Secundo loco trochæũ. In quarti verſus initio, quidam codices, vt Aldi, habent Clitiphonis, Alij Syri perſonã. Sed nõ eſt mihi dubium Dromonis eſſe verba, quibus Syri vltimis reſpondet verbis, Illæ ſunt relictæ. q. d. nõ mirum eſt illas relictas. atque ita etiam Calphurnius intellexiſſe videtur. Simul ita paulatim proceditur ad iniiciendam Cliniæ ſolicitudinem. In VIII. verſu Abi dum, anapæſtus eſt, vel potius bacchius. In X. vel d, eliditur in Quid, vel bacchius eſt loco primo. alioqui iambicus fuerit inter trochaicos. In XI. legerem Tu, viden' ancillas, vt Tu ſit corripiẽtis, & poſt ipſum diſtinguatur, deinde ammiratiuè inferatur, Vidén' ancillas. Alioqui vt hoc carmen excuſem, neſcio. In XII. quidam codices, vt Aldi, habebant, Vnde eam eſſe cenſes. ſed errat. alij Vnde eſſe ea cẽſes. Atque ita Calphurnius legiſſe videtur, & codex meus antiquus ita habet. Quidam omittunt Ea, quod Riuio viſum eſt. Ad carmen nihil referet legáſne an omittas, modò pòſt Eſſe ponatur. In XIIII. primo loco eſt anapæſtus, ſecundo ac tertio trochæus. ⸢Dum ego propter te errans patria careo demens.⸣ Hîc ſunt octo iambici acata. tetra. In quorũ tertio vel Meo monoſyllabum eſt, vel creticus loco quinto, & s, in Minus eliditur, niſi alterum verbum Sum tollamus quod facit Riuius. In quarto Cuius monoſyllabum eſt. In quinto poſt Neque, legendum Eum, vt ſit Neque eum potuiſſe vnquam. In VI. creticus haud dubiè primo eſt loco. In vltimo s, eliditur in Sumus, niſi & hîc primo loco creticum malimus. ⸢Nam & vita eſt eadẽ, & animus te erga.⸣ XLVII. ſenarij hîc ſequuntur. In quorum tertio dactylus eſt loco ſecundo, niſi quis malit d, elidere in Quid. In quinto Huius rerũ Huius rerum, dictum eſt, vt in Eunucho, Abſente nobis, per ἀρχαϊσμόν. In ſeptimo tribrachys eſt Ea obi. In nono ô ante Clitipho, reiicit Riuius, ſimiliter & Eraſmus, ſed nihil ad carmen. In XII. s, eliditur in Anus, vt ſit primo loco anapæſtus. Ita in XIIII. s, eliditur in eadem dictione, vt ſit tribrachys primo loco, anapæſtus ſecundo: bacchius tamen in priore verſu & amphibrachys in ſequente eliſionem tollere poſſunt. In XVI. Suam monoſyll. niſi creticum tertio loco eſſe velimus. In XX. Cuius monoſyll. In XXIII. Eius monoſyl. & Quæ, non eliditur, ſed corripitur ſequente vocali: vt Inſulæ Ionio in magno. In XXIIII. Ita legendum ante Vti, vt habet Eraſmi codex, & annotauit id quoque Riuius. In XXV. verſu non parua eſt difficultas, quam tamen

Riuius,

Riuius,vt bene notam,non attingit. Aldinus codex,atque adeò vetuſtus alter,habent,

Nulla mala re expolitam muliebri.

In vetuſto tamen Malam in accuſandi caſu legebatur,quò modo & Calphurnius legiſſe videtur,ſed verſus neutro modo conſtat, niſi corripere re,non elidere velimus. Ideo Eraſmus ita legit,Nulla mala re eſſe expolitam muliebri. Cæterùm ſanato hoc pacto carmine,nondũ de ſenſu certi ſumus. ſi enim Mala adiectiuũ fuerit, duo adiectiua vni iunguntur ſubſtantiuo contra Seruij præceptionem,hoc ſenſu nulla mala muliebri re expolitam, id eſt fucatã inuenimus. Calphurnius ſubſtãtiuè legit Malam,vt ſit ſenſus,Offendimus malam nulla re muliebri expolitam,id eſt nõ fucatã. Mihi propèmodum placeret,vt pro muliebri legeretur mulierem, hoc ſenſu; mulierem nulla mala re expolitam eſſe offendimus,vt per malam rem fucus intelligatur;quo mulieres malæ ſe nonnunquam pingunt. Verùm lector ſequatur quod volet. In viceſimonono, Ancillula legendũ ex vetuſto eodem codice, & Erat verbum ad ſequentis verſus initiũ ponendum, vt primò eius loco ſit proceleuſmaticus. neque enim alioqui ſequens carmen conſtabit, quòd miror Eraſmũ non notaſſe. Riuius non neglexit. Idem Riuius in triceſimotertio,poſt Scin' adiicit Tu,ſed nihil ad carmen. In triceſimoquinto, Eius monoſyllabum eſt. In triceſimoſexto; vel Eiſdem diſyllabum,vel creticus loco tertio. In quadrageſimotertio, Vt particula à ſuperiore verſu eliditur,atque adeò ego etiã ad prioris verſus finem ponendam cenſeo. In quadrageſimoquinto, proceleuſmaticus eſt initio, deinde tres ſequuntur anapæſti. quanquam ſi o in Ego breue eſt; poſt proceleuſmaticum erit tribrachys cum duobus anapæſtis. In vltimo verſu huius ordinis vel Tuam monoſyllabum eſt vel s, in Adducimus eliditur, vel amphibrachys eſt loco ſecundo. [Eho ſceleſte quò illam ducis? S.quò.} Sequuntur rurſus XXVIII. trochaici tetramet. catalectici; quales initio ſcenæ fuerant. In primo o, non eliditur in ſecundo Quò. In tertio verſu Riuius ad Heus,addit Tu, quod puto carmen pati non poſſe. In quarto vel creticus eſt loco ſecundo, vel Mea monoſyllabum. In quinto verſu Fuge, trochæus eſt deinde ſequuntur duo tribrachys. In ſexto vel d, eliditur in Quid, vel bacchius eſt loco primo, In nono, vel u, eliditur in Enimuero, vt aliàs ſæpe, vel bacchius eſt loco primo. In duodecimo, Tuum monoſyllabum totum eliditur, vel bacchius eſt loco primo. In decimoquarto, creticus eſt loco quinto, aut l, de Illa eliditur. In dĕcimoquinto, vel vox Duarum,diſyllaba eſt,vel amphibrachys loco ſecundo fuerit. In decimoſeptimo vel d, eliditur in Apud, vt primo loco ſit anapæſtus, ſecundò dactylus, vel bacchius eſt loco primo. Eraſmus annotauerat,Nam,redundare in verſu:ſed non abũdat. In decimooctauo, vel d,eliditur in Quod, vel s,in Pollicitus. & Eadem propter a longum omnino diſyllabum eſt. Poteſt & nulla fieri eliſio, primo loco fuerit creticus, & quarto proceleuſmaticus. In viceſimoprimo, ſi tertio loco bacchium; deinde primo eius verſus loco proceleuſmaticum ponamus; erit trochaicum, cum cæteris. In viceſimoſecundo ſemel duntaxat Amicam habet codex antiquus, & de ſua ad hunc modum, Tuam amicam huius eſſe. CLIT. pulchrè, cedò quid hic faciet de ſua? Quæ lectio ſi vera eſt d; elidetur in Quid. Sunt aliæ lectiones, quas omneis perſequi non poſſum. In viceſimotertio. Huius diſyllabum eſt; vt habet eius natura. In viceſimoquarto; Tuam monoſyllab. eſt, & d; eliditur in Quid, ac Eo item monoſyllab. vt Quid eo, pro vna ponatur ſyllaba,niſi quis Ducetur pro deducetur legendum putet. In viceſimoſexto, s, eliditur in Satis, & Mihi monoſyllabum totum eliditur: In viceſimoſeptimo vel d, eliditur in Quod, vel proceleuſmaticus erit loco primo. In viceſimooctauo,Huius monoſyllabum eſt, ſi quidem trochaicum eſſe velimus. [Ibo obuiam hinc,dicam vt reuortãtur.} Hîc rurſus incipiunt ſenarij ad finem vſque ſcenæ. Quorum ſextus ita legendus;

Datur modò, fruere dum licet, cùm neſcias.

Vt ſit primo loco iambus, ſecundo tribrachys,tertio anapæſtus. Riuius legit, Fruare per primam vocalem in ſecunda ſyllaba,& aduerbium Modò reiicit.quanquam ſiue ponatur, ſiue omittatur, nihil ad carmen attinere putat. quod ego non intelligo. In ſeptimo, Eius monoſyllabum eſt. In decimo, in Redi i,corripitur, vt in tertio loco ſit dactylus, niſi creticum malimus. In decimoquinto codex vetuſtus Minus habet, quod placet, non minor, & s, eliditur in Minus. In decimonono,vel d,eliditur in Sed,vel ſuam monoſyllabum prorſus eliditur, vel bacchius eſt loco primo. In viceſimoprimo. Te non eliditur,ſed corripitur,vt ſit ſæpe. In viceſimoſexto, poſt verbum Offendi,codex vetuſtus habet Ibi, quod & Riuius addendum putát. In viceſimoſeptimo, Eius monoſyllabum. In viceſimonono,ego tollerem particulam Quàm.Neque enim ſenſus deſiderat, & carmen reſpuit. In triceſimo, e corripitur in Videſis; vt in triceſimoquinto. In penultimo, finis claudicat, niſi verbum Quid,quod eſt initio vltimi carminis addatur, vt locò quinto ſit tribrachys, ſapis e, poſtea pyrrhichius, o, quid & o ante hominem in vltimo ſcandendo prorſus eliditur.

IOANN. CALPH.

EDEPOL *te mea Antiphila.* } *Non potuit meliùs conditionem meretriciam exprimere, quàm per eam quæ meretrix eſſet: quæ tamen nomini meretricio fauet, cùm alibi reprehēdantur meretrices nihil aliud ex amore adoleſcentum quærere, quàm pecuniæ extorſionem. hîc quoque iucunda amantiū congreſsio ſignantiſsimè exprimitur.* ¶ *Edepol te.* } *Per Caſtorem & Pollu. ornatiua ſunt iurandi, apta fœminis.* ¶ *Formæ mores vt conſimiles forent.* } *Mores enim pudici, gratiores eſſe ſolent in pulchro corpore. Virgil. Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.* ¶ *Sibi quiſque expetit.* } *Rectè expetit: cùm eam à pudicitia commendet. Expetimus ènim, tantum ea quæ honeſta ſunt, & planè bona. vnde, de rebus expetēdis à Philoſophis ſcriptum: quæ ſcilicet peti debent.* ¶ *Oratio.* } *Quòd dixeris, cum vno velle ætatem traducere. Antiqui etiam pauca verba orationem dixerunt.* ¶ *Nam expedit bonas eſſe vobis.* } *Quia cum ſolo viuitis. Nec poteſt eſſe verus amor, niſi inter duos qui ſibi inuicem fidem ſeruent: iuxta illud, Nec regna, nec tædæ ſocium pati valent.* ¶ *Quippe forma impulſi.* } *Et hic amor eſt gratia voluptatis tātùm. Et bene impulſi. Nam hæc omnia, nox, vinum, amor, adoleſcentia, ab impulſionis parte dicuntur, nō à ratiocinationis.* ¶ *Amatores colunt.* } *Bene amatores. Amator, fingi poteſt: Amās verò, amat.* ¶ *Colunt.* } *Colere eſt inferioris perſonæ ad ſuperiorē: nonnunquam ſuperioris ad inferiorē. Virgil. Poſthabita coluiſſe Samo.* ¶ *Niſi proſpectum.* } *Proſpicimus futura, Diiudicamus præſentia.* ¶ *Incidere poſsit calamitas.* } *In Eunucho, Noſtri fundi calamitas. Propriè calamitatē ruſtici grandinē dicūt, quòd cōminuat calamum. hoc eſt culmū ac ſegetem.* ¶ *Neſcio alias.* } *Verba mulieris cōmendantis ſe à fide in virū.*

*Expetere.* *Oratio.* *Amator.* *Amans.* *Colere.* *Proſpicere.* *Diiudicare* *Calamitas.*

¶ *Vah.* } *Clamoſa interiectio hoc in loco ad gaudium ſpectat. Nec potuit vox accōmodatior dari amatori, præ nimio amore fermè inſanienti ad primū cum amica congreſſum.* ¶ *Credo.* } *Syrus non ſe loco mouerat: reſpondet verbis Clitiphonis quicum loquebatur, vt eum aliquò ambulatum abire cogeret.* ¶ *Vix ſuffero.* } *Vix, difficultatem ſignificat. Et aliquādo pro nō, ponitur. Ouidius, Vix Priamus tanti, totáque Troia fuit. Lucil. Carcer vix carcere dignus.* ¶ *Suffero.* } *Suſtineo: aliàs, ſuppono.* ¶ *Imò vt patrem tuum vidi eſſe habitum.* } *Cum nō poſſit per ſe Syrus Clitiphonem abigere, ad minas patris cōfugit, quē fingit iratum.* ¶ *Vidi eſſe habitum.* } *Vario modo homines habiti atque affecti eſſe poſſunt, quibus ſecundum Academicos aliud atque aliud videtur.* ¶ *Etiā duras dabit.* } *Subintelligendum eſt, vel lites, uel partes. In Eunucho. Duras partes fratris prædicas. Et partes duras, μετῳφορικῶς ab actoribus ſcenicis.* ¶ *Ah retine me.* } *Antiphilæ præ nimia lætitia, viſo Clinia, animo malè eſſe cœpit. Nam & animus vnà cū corpore nonnūquam deficit nimio mœrore, ſic & interdum nimio gaudio.* ¶ *Video Cliniam, an non?* } *Tanta lætitia erat Antiphilæ, vt etſi amatorē agnoſceret, de eo tamen dubitaret.* ¶ *Anime mi.* } *Mollis oratio, & fœminea multis implicata blandimentis. Mi, vim blandimēti habet. nam ſignificat meus.* ¶ *Clinia ſalue.* } *Illa ad maiorem gratiam, amantem proprio nomine appellauit. Salue, modò admirātis interiectio eſt.* ¶ *Tencóne te.* } *Præ nimio amicæ deſiderio periȷ: cum dubitatione loquitur. Sunt qui legant, Teneóne te: vt referatur ad fidem, ita vt dubitet an à ſe alienata ſit an in fide perſiſtat.*

*Vah.* *Vix.* *Suffero.* *Duras dare* *Mi.* *Salue.*

ADRIA. BARL.

*Iſti formæ mores vt conſimiles forent* } *Notū eſt poetæ carmen. Gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus. Hanc amant huic impenſiùs fauent omnes* ¶ *Minimèque*

# ACTVS II. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

MEretricia conditio per eam exprimitur, quæ meretrix eſt. Habet deinde hæc ſcena iucundum Cliniæ & Antiphilæ congreſſum.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena, meretricum conditionem exprimit, quod non potuit competentius exequi, quàm per Bacchidem quæ nomini meretricio in primis fauet. Et cùm alibi quoque reprehendantur, nihil aliud ex adoleſcentium amore quærere, quàm pecuniarū extorſionem: hic etiam iucunda amantiū congreſsio, à Poëta ſignificanter exprimitur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

BAcchis laudat Antiphilam à variis, & fortunatam eam eſſe affirmat. Enthymemate etiam vſa eſt: nam colligere vult, quia formoſa es, & optimis moribus prædita, ergo omnes te expetunt.

*Tetrametri partim Trochaici, partim Iambici, & in fine Senarȷ aliquot.*

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS.

*EDepol te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico,*
*Id cùm ſtuduiſti, formæ mores vt conſimiles forent.*
*Miniméque, ita me dȷ ament, miror, ſi te ſibi quiſque expetit.*
*Nam mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.*
*Et cùm egomet nūc mecum in animo vitam tuam conſidero,*
*Omniúmque adeò voſtrarum, volgus quæ*

ab ſe ſegregrant,
Et vos eſſe iſtiuſmodi, & nos non eſſe, haud mirabile eſt:
Nam expedit bonas eſſe vobis: nos quibus cũ eſt res, non ſinunt:
Quippe forma impulſi noſtra, nos amatores colunt.
Hæc vbi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferunt.
Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertæ viuimus:
Vobis cum vno ſimul vbi ætatem agere decretum eſt viro,
Cuius mos maximè eſt conſimilis voſtrûm, hi ſe ad vos applicant:
Hoc beneficio vtrique ab vtriſque vero deuincimini.
Vt nunquam vlla amori veſtro incidere poſſit calamitas.
AN. Neſcio alias, me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulò, vt
Ex illius commodo meum compararem commodum. CLIN. vah,
Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis.
Nam dum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues,
Præterquam tui carẽdum quòd erat. S. credo. CLIN. Syre, vix Suffero.
Hoccine me miſerum nõ licere meo modò ingenio frui?
S. Imò, vt patrem tuum vidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit.
BA. Quiſnam hic adoleſcens eſt, qui intuetuetur nos? AN. ah retine me obſecro.
BA. Amabò, quid tibi eſt? AN. diſperij. BA. perij miſera: quid ſtupes
Antiphila? AN. videon' Cliniam, an non? BA. quem vides?
CLIN. Salue anime mi. AN. ô * mi Clinia, ſalue. CLIN. vt vales?
AN. Saluũ * veniſſe gaudeo. CL. teneóne te
Antiphila maximè animo exoptata meo?
S. Ite intrò: nam vos iã dudũ expectat ſenex.

* mi expectate Clinia,

* aduenisse

nimeq; miror, ſi te ſibi quiſque expetit. ¶ Nihil enim virtute amabilius eſt. Nihil quod magis ad amandũ alliciat. ¶ Indicio fuit oratio tua. ¶ Cum diceres velle te cũ vno ætatẽ agere. ¶ Expedit bonas eſſe vobis. ¶ Figurata eſt loquutio, cum datiuus poſterior, in accuſatiuũ loco per enallagen ponitur. Sic & Quinti. Procuratorem tibi eſſe non licuit. ¶ Hoc beneficio vtrique ab vtriſque verò deuincimini. ¶ Horat. Felices, inquit, ter et amplius Quos interrupta tenet copula, nec diuulſos querimonijs malis Suprema ſoluet citius die. ¶ Me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulò. ¶ Commendat ſe à fide in virum. ¶ Quos cepi leues. ¶ Cepi, id eſt, perpeſſus ſum, authore Valla. ¶ O mi Clinia. ¶ Mi blandiendi vim habet, & ad gratiam maiorem. Antiphila proprio nomine compellat amantem. ¶ Tenеóne te Antiphila? ¶ Quidam hoc ad nimium animi affectum referunt. Alij volunt eum dubitantem de fide & conſtantia amoris in ſe rogare. ¶ Animo exoptata meo. ¶ Ioannes Pierius tractans illud Maronis. Expectatíque triumphi. In codice, inquit, Romano exoptati legitur, quod nõ æquè placet, quanuis non defuturi ſunt, qui locum ex Terentio tueantur, quòd ille dixerit. Teneóne te Antiphila? maximè animo exoptata meo. Sed enim ibi quoque expectata legitur in antiquis codicibus, & maximè omniũ emendatis.

Eſſe.

Capere labores.

Exoptatus.

LATOMVS.

Argumentum, Collatio meretricis & honeſtæ virginis, qua vita vtriuſque exprimitur. ¶ Nam expedit. ¶ Ratio ab vtili, nã meretrix anteponit vtilitatem honeſto. ¶ Conſimilis veſtrûm. ¶ Pares cum paribus facillimè congregantur. ¶ Neſcio alias. ¶ Reſponſio modeſta. ¶ Ergo mea Antiphila. ¶ Ir-

riſio amanti. ¶ Duras dabit. ¶ Subaudi partes, & eſt translatũ ab actionibus ſcenicis. ¶ Salue anime. ¶ Congreſſus amantium ſcitè expreſſus.

Duras dabit.

PETRVS MARS.

Edepol te mea &c. ¶ Tanti eſſe honeſtatem, vt etiam ore meretricio commẽdetur, docet hæc ſcena. Quapropter Seneca ſic ſcribit: Adeò gratioſa eſt virtus, vt inſitũ ſit etiam malis, probare meliora. & maximum habemus hoc naturæ meritum, quòd virtus in omniũ animos lumen ſuum permittit: etiam qui non ſequuntur, illã vident. Virtus, inquit, non recipit ſordidum amatorẽ. Soluto ad illam ſinu veniendũ eſt. Cicero ſic ſcribit in Lælio: Nihil eſt amabilius virtute, nihil quod magis alliciat ad diligendum: quippe cùm propter virtutẽ & probitatem, eos etiã quos nunquam vidimus quodammodo diligamus.

GLAREANVS.

Huius ſcenæ primi XVII. verſus ſunt trochaici tetramet. catalectici. Deinde ſequuntur octo iambici quadrati acatalectici, poſtremò ſenarij iambici q inque. In primo itaque, Edepol prima corripitur, & Mea monoſyllabum totum eliditur, niſi quis creticum loco vtroque eſſe putet. Tertio loco eſt tribrachys. Verſu ſecundo. ſi poſt verbũ Studuiſti, legitur iſti pronomen, vt ferè habent codices, pronomẽ Id à ſuperiore carmine eliditur. In quinto vel Tuã monoſyllabum erit, vel ab initio &, elidendũ. In ſeptimo, Iſtius diſſyllabum eſt. In octauo initio, vt quidã menſi ſunt, tres trochæi ſunt, & s; eliditur in Bonas, itẽ in Quibus: & Eſt, verbũ poſt Cum legendum eſt. verùm quia rarum eſt, vt longæ ſyllabæ, quemadmodum eſt illud as, elidantur, itaque ego creticum ſecundo loco ponẽdum arbitror. In vndecimo ta-

Edepol prima correpta.

*men s, in Nobis eodem modo eliditur, niſi omittamus verbum ſubſtantiuum Eſt. Eſt & proceleuſmaticus loco tertio huius verſus. In decimotertio, Cuius monoſyllabum eſt. In decimoquinto tribrachys eſt loco penultimo pro trochæo. In decimoſexto, Neſcio ali, pro dactylo eſt, niſi quis iambicum eſſe velit. In vltimo huius ordinis, Illius triſyllabū, & Meum monoſyllabum, niſi creticus ſit loco quarto, & Vah extra carmē, vt ô & Hem ſæpe aliàs. ❲Ergo mea Antiphila tu nunc ſola.❳ Sequūtur iambici tetrametri acatalectici ſeptem. In quorum ſecundo, vel Fuere ſecunda ſyllaba per ſyſtolen corripitur, vel creticus eſt loco quinto. Ita in tertio vel Tui monoſyllabum eſt, vel creticus eſt loco ſecundo. In quinto vel Tuum, vel Diu monoſyllabum. In ſexto, Qui m tue, loco ſpondei, vel creticus eſt loco quarto. ❲Antiphila.* AN. *videón' Cliniam, an non?❳ Senarij ſunt hi quinque, vt diximus, iambici. In quorum ſecundo, pro, ô mi Clinia ſalue, alibi, & id in aliquo codice, legitur, O mi expectate Clinia ſalue. Sed ſic trochaicum tetramet. catalecticum fecerimus, & a in Clinia longatur, ſiue Expectate legatur, ſiue omittatur. In penultimo, Maximè exoptata animo meo legendum, videlicet, vt Exoptata præcedat Animo meo.* Exoptatus.

IOANN. CALPH. **L***VCESCIT.❳ Veri amici officium pulcherrimè à Terentio in hac ſcena exprimitur: in qua amicus amico ſimul, & gaudij inſperati, maximo cum affectu, nuntiū & conſilium affert. ❲Ceſſo.❳ Aliquis ceſſare dicitur, id eſt tardare ad aliquid celeriter peragēdum. Virgilius, Ceſſas in vota preceſq;. Ceſſat deſidioſus: Requieſcit deſeſſus. ❲Miſerum hunc.❳ Cum affectu. nā proprium veri eſt amici, lætari rebus proſperis amici, & dolere aduerſis. ❲Ex indicio.❳ Indicium propriè eſt oris & linguæ. ❲Senem.❳ Plus habet affectus, quàm ſi diceret Menedemū. ❲Nos quoque ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.❳ Iuxta illud prouerbium vſitatiſſimum, Pares cum paribus facillimè congregātur. Naturaliter enim adoleſcentes adoleſcentibus, ſenes verò ſenibus potius inſeruiūt & obſequuntur. ❲Aut ego profectò.❳ Id eſt ex his duobus neceſſe eſt alterum tantùm eſſe verum. Sed ſenex ex nimio filij deſiderio dubitat de eo quod omnibus approbatiſſimum eſt. ❲Ingenio.❳ Hoc eſt natura. Ingeniū naturalis eſt ſapientia. Saluſtius in Catilil. Ingeniū nemo ſine corpore exercebat. Ingenium quoq; veteres dixerunt ex ſua ſponte vel natura. Virgilius libro ſecundo Georgic. Nunc locus aruorū ingeniis quæ robora cuique. ❲Egregiè ad miſeriā.❳ Egregiū dicitur quod ex grege eligitur. Sed hîc egregiè. valde, nimis. Nō eſt ergo ad laudem poſitū. ❲Diem adimere ægritudinē hominibus.❳ Seruius Sulpitius ad Ciceronem, Nullus dolor eſt, quem non longinquitas tēporis minuat atque molliat. ❲Nuntium apporto tibi.❳ Nuntius & res ipſa, & nuntius dicitur. ❲Cuius maximè.❳ Bene maximè. quis enim nuntius illi gratior eſſe poterat, quam filij? ❲Nunquídnam de gnato meo?❳ Quia omnis illius ſolicitudo circa filium erat, idcirco ſtatim de eo ſuſpicatus eſt, nondum facta mentione. ❲Valet atque viuit.❳ Prothyſteron in ſenſu eſt. Si enim valet, neceſſariò viuit: non ſi viuit, valet. Ergo viuit & valet, dicendū erat. Et bene vtrūque iunxit. Nam multi viuunt: ſed non bene valent. ❲Meus gnatus.❳ Magis cum admiratione quàm cum interrogatione legēdum. ❲Clinia meus?❳ Addidit & nomen: quod fieri conſueuit in his quos diu optauimus, & nondum veniſſe credimus. ❲Dixi.❳ Denuntiatio eſt confirmandæ ſententiæ, nec mutanda eſt. tranſlata de foro & cauſidicis. Cicero, Præco dixiſſe pronuntiat. ❲Dixi.❳ Hoc verbum in fine additū, ſuperiora confirmat. & eſt propriū his qui perorauerint cauſam. ❲Dixi.❳ Sic dixit, quaſi iā obtūderetur à Menedemo. ❲Etiam & tuū conſpectum fugitat.❳ Plus eſt quàm fugit. Et fugitat dixit, vt oſtenderet filium vehementer timere. ❲Non tu ei dixti vt eſſem?❳ Vt, aliquando certam qualitatem ſignificat, & nonnunquam incertam. Alibi, Vt erat geſta. ❲Quia peſſumè iſtuc.❳ Conſiliū & parentibus omnibus & filiis ſalubre: patres enim nimia largitate & clementia liberos corrumpunt. Illi verò, nimia licentia deteriores facti, patribus mœrori, ſibi verò detrimento ſunt.*

*Margin notes:* Ceſſare. Requieſcere. Indicium. Pares cum paribus. Ingenium. Egregiè. Prothyſteron. Valet. Viuit. Dixi. Fugitare. Vt.

## ACTVS III. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

CHremes Menedemo nuntiat ex Aſia rediiſſe filium, ex qua re Menedemus incredibili gaudio perfunditur, & filio poſthac indulgere magis inſtituit, quod ei magnopere diſſuadet Chremes.

ARG. PAV. MALLEO.

VEri amici officium à Terentio quampulcherrimè in hac ſcena deſcribitur. In qua profectò amicus amico gaudij inſperati, maximo cum affectu, & nuntium ſimul & conſilium affert. Tum Menedemus filium ſuum licenter poſthac educare inſtituit, cui id magnopere ob varias cauſas diſſuadet Chremes: ſed cū illi Menedemus minus ea in re auſcultat, ſaltem hoc tandem perſuadet, ne filio lenem nimis erga ipſum animū quoquo pacto credat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Chremes Menedemo filiū rediiſſe nuntiat, & quid cum eo agat, docet.

*Trimetri omnes.*

CHREMES, MENEDEMVS.

*LVceſcit. hoc iā ceſſo pultare oſtium*
*Vicini? primùm ex me vt ſciat ſibi filium*
*Rediſſe, etſi adoleſcentem hoc nolle intelligo.*

*Verùm cum videam miſerum hunc tam excruciarier*
*Eius abitu: celem tam inſperatum gaudium,*
*Cum illi nihil pericli ex indicio ſiet?*
*Haud faciam: nam * quod potero, adiutabo ſenem,*
*Ita vt filium meum amico, atque æquali ſuo*
*Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotiis:*
*Nos quoq; ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.*
*M. Aut ego profectò ingenio egregiè ad miſeriam*
*Natus ſum, aut illud falſum eſt, quod volgo audio*
*Dici,* DIEM ADIMERE *ægritudinem hominibus:*
*Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis*
*De filio ægritudo, & quantò diutius*
*Abeſt, magis cupio tantò, & magis deſidero.*
*C. Sed ipſum foras egreſſum video. adibo, alloquar.*
*Menedeme ſalue: nuntium apporto tibi,*
*Cuius maximè te fieri participem cupis.*
*M. Nunquídnam de gnato meo audiſti Chreme?*
*C. Valet, atque viuit. M. vbi nam eſt quæſo? C. apud me domi.*
*M. Meus gnatus? C. ſic eſt. M. venit? C. certè. M. Clinia*
*Meus venit? C. dixi. M. eamus, duc me ad eum obſecro.*
*C. Non volt te ſcire ſe rediiſſe: etiam & tuũ*
*Conſpectum fugitat * propter peccatũ: tum hoc timet,*
*Ne tua duritia illa antiqua etiã audacta ſit.*
*M. Non tu ei dixiſti vt eſſem? C. non. M. quam ob rem Chreme?*
*C. Quia peſſumè iſtuc in te, atque in illum conſulis,*
*Si te tam leni, & victo eſſe animo oſtenderis.*
*M. Non poſſum: ſatis iam, ſatis pater durus fui. C. ah.*
*Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis,*

Nõ poſſum. to ſunt. ¶Non poſſum.} Hoc
eſt animĩ victi, & clemẽtis.
Interdum ad nimiam indi-
gnationem ſpectat. vt illùd
Satyrici, Non poſſum ferre
Quirites Græcam vrbem.
¶Ah vehemens.} Bene di-
Vehemens. xit vehemens, de eo qui non
Ve. ſeruaret modum. Ve enim
particula, ſicuti quædam a-
lia, tum intenſionem, tũ mi-
nutionẽ ſignificat. Ergo ve-
hemens, à mentis vi atq; im
petu dicitur. ¶In eandem
Fraus. fraudem.} Fraus pro dolo &
pœna ab antiquis accipieba
Muliercu-la. tur. ¶Mulierculam.} Minus
eſt quàm ſi diceret, aut mu-
lierem, aut meretricem, vt-
pote quæ erat contenta par-
uo. ¶Coacta ingratis.} Hoc
Coactus. eſt inuita. Et bene coacta &
Ingratis. ingratis. Nam aliquis ingra
tis dicitur aliquid facere,
qui inuitus & coactus præ-
ter voluntatem facit. ¶Pòſt
illa cœpit victũ volgo quæ-
rere.} Sic in Andria, Lana
& tela victum quæritans,
Cibus. Et rectè victum & non ci-
bum protulit. Cibus eſt e-
Victus. nim qui delicatis præbetur:
Victus, in paruis aridíſque
alimoniis eſt conſtitutus.
Virgilius, Victum infelicem
Quærere. baccas lapidoſáque corna.
Quæritare. ¶Quærere.} Melius dixiſſet
quæritare. Quærit enim qui
ad plenum & perpetuũ re-
ponit: Quæritat qui vix
Poſtilla. quotidie inquirendo victum
inuenit. ¶Poſtilla.} Anti-
quum eſt: nos autẽ dicimus
Detrimẽtũ. poſtea. ¶Sine magno inter-
Intertrimẽtum. trimẽto.} Id eſt damno. De-
trimentum, ſecundum Var-
Intertrigo. ronẽ, à detritu dicitur: quòd
ea quæ trita ſunt, minoris
pretij ſint. Intertrimentum,
ab eo quòd duo quæ inter ſe
trita et diminuta. A quo e-
tiã intertrigo dicta. ¶Quid
vis dare cupis.} Et hoc eſt
nimiæ largitatis. ¶Primum,
iam ancillas.} Et hoc eſt ſi-
gnum illam probè inſtructã
Satrapes. ad expilandum amatores.
¶Satrapes.} Satrapes à Græ
cis prouinciæ præfectus di-
Nedum. citur. ¶Nedum tu poſſis.}

Nedum, hoc loco negatiuè po
nitur: vt, Non crederem tibi
obolum, nedum pro te effun
derem ſanguinẽ. Iam Chre-
mes Bachidem credit Cliniæ
eſſe amicã. Et obſerua Te- *quàm
rentianam conſuetudinem,
qui inducit nihil ſapere eos Senſi.
qui falluntur. ¶Senſi.} Hoc
cũ dolore dicere ſolemus in
his, in quibus detrimẽtũ in- Actũ eſt.
gens paſſi ſumus. ¶Actum
ſiet.} Actum eſt dicitur de
ea re de qua iam lata ſit ſen
tentia. Et eſt verbum de-
ſperantis. ¶Pitiſſando mo-
dò.} Bene pitiſſando. Et re- Pitiſſare.
leui dolia omnia. Nã pitiſ-
ſare propriè eſt parcè vinum
guſtare, quaſi tentandi grá
tia. Tale eſt verbum quo
Plautus vtitur, cyathiſſo:
tale eſt & graciſſo. Pitiſſan
do, id eſt expreſſis labris
expuendo, dum ſaporem vi
ni probat. ¶Sic hoc dicens, Aſperum
Aſperum.} Id eſt auſterum. vinum.
Secundum Plinium tria vi
ni ſunt genera, auſterũ, dul-
ce, & tenue. ¶Releui dolia.}
Vt inquit Plinius, in Italia
reſina vino condendo maxi
mè probatur Brutia: circa Relinire.
Alpes ligneis vaſis cõdunt,
circulíſque cingunt. Pican-
tur autem protinus à canis
ortu: dehinc perfunduntur
marina aqua aut ſalſa, ac
leui cinere ſarmenti aſper-
guntur. dum igitur vina a-
periuntur, dolia relinũtur. Seria.
¶Omnes ſerias.} Seria, do-
lium: & propriè vas fictile
de limo oblongum, Perſius, *ob
—& ô ſi Sub raſtro crepet
argẽti mihi ſeria dextro Her
cule. ¶Solicitos habui.} Va-
riis officiis & miniſteriis di- Solicitos habere.
ſtractos: nihil ſignificantius
dicere potuit. Quid enim a- Solicitare.
liud eſt ſolicitare, quàm ſuo
loco mouere? Solum autem
quin ſignificet locum, quis
dubitat? cùm exules quoque
dicãtur ſolo patriæ ſuæ pul-
ſi. Solicitos igitur habuit om
nes domeſticos, qui hinc &
inde ad miniſtrandum de-
ſtinabantur. ¶Quem exe-
dent.} Plus dixit, quàm ſi,

Aut largitate nimia, aut parſimonia.
In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incides.
Primùm, olim potius, quàm paterere filium
Commeare ad mulierculam, quæ paululo
Tum erat cõtenta, cuiq; erant grata omnia,
Proterruiſti hinc. ea coacta ingratis
Poſt illa cœpit victum volgo quærere.
Nunc cum ſine magno intertrimento non poteſt
Haberi, quiduis dare cupis. nam vt tu ſcias,
Quàm ea nunc inſtructa pulchrè ad perniciem ſiet,
Primùm iam ancillas ſecũ adduxit plus decẽ,
Oneratas veſte atque auro: ſatrapes ſi ſiet
Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat,
Nedum tu poſſis. M. eſtne ea intus? C. ſit rogas?
Senſi: nam ei vnam cœnam atque eius comitibus
Dedi: quòd ſi iterũ mihi ſit danda, actũ ſiet.
Nam vt alia omittam, pitiſſando modò mihi
Quid vini abſumpſit! ſic hoc dicẽs, Aſperum
Pater hoc eſt, aliud lenius. ſodes vide,
Releui dolia omnia, omnes ſerias.
Omnes ſolicitos habui: atque hæc vna nox.
Quid te futurũ cenſes, quẽ aſſiduè exedent?
Ita me dij amabunt, vt tuarum miſeritũ eſt
Medeme fortunarum. M. faciat quod lubet,
Sumat, conſumat, perdat: decretum eſt pati,
Dum illum modò habeam mecum. C. ſi certum eſt tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.
M. Quid faciam? C. quiduis potius, quàm quod cogitas,
Per alium quemuis vt des: falli te ſinas
Technis per ſeruulum: etſi ſubſenſi id quoq;
Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.
Syrus cum illo veſtro conſuſurrat: conferunt
Conſilia adoleſcentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo minam.

cuius res, dixiſſet. ¶Sic me dij amabunt.} Pro ament.
*Miſeritũ.*
¶Vt me tuarum miſeritum eſt.} Bene miſeritum. Nam
*Miſerari.*
ſecundũ nonnullos, miſerari
*Miſereri.*
eſt flere & lamentari: Miſereri verò, miſerationes alienis caſibus exhibere. ¶Sumat, cõſumat, perdat. ¶Quis hoc patre indulgentior? ſed hoc contingere ſolet dum vnicus eſt gnatus.
*Sumo.*
¶Sumat.} Accipiat. Aliàs ſumere eſt eligere. Sal. in Iugurtha, Sumat aliquem ex populo monitorẽ officij ſui. ¶Perdat.} Quod maius eſt: & quod finem conſumẽdi habet, tertio loco poſuit. ¶Per alium quemuis vt des.} Quod ſalubrius præceptum parẽtibus dari poteſt? nulla enim re adoleſcentes magis corrũpuntur, quàm nimia parentum indulgentia. ¶Technis.} Id eſt fallaciis.
*Subſentire*
*Sub.*
¶Subſenſi.} Bene ſubſenſi. Nam ſub, eſt tẽperamentum plenæ pronuntiationis, vt ſubtriſtis, ſubridet, non ad plenũ triſtis, aut ridet. Et cùm quinque ſint ſenſus, duò ſunt viſus & auditus, quos nos magis ſenſibiles habemus quàm pecora. Cicero, Non ſolùm videam, ſed etiam audiam. Duabus ergo rebus ſcimus: aut ratione, aut ſenſu: quibus maximè præſtamus cæteris animalibus. Ergo ſenex dicit ſe ſenſu ſenſiſſe ſeruulos fraudem parare. ¶Quàm abs te amittas filium.}
*Amittere, pro Dimittere.*
Amittas, pro dimittas dixit. nã quod nos dicimus dimittere, antiqui etiam dicebant amittere: Virgilius, Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Saluſtius, Pactione amiſſa publico conſilio. ¶Ad nequitiam.}
*Nequitia.*
Bene de adoleſcente, nequitiam dixit. nequitia enim eſt luxus vitæ prodigus atque effuſus. Ouidius, Nequitia eſt quæ te nõ ſinit eſſe ſenem. ¶Nam deteriores omnes ſumus licentia.} Sententia propriè ſeni conueniẽs. & deteriores, ſignantiſſimè protulit. deteriores enim homines licẽtia à bono ad malũ vertuntur.
*Peius.*
Eſt enim peius à malo quod in vſu eſt, & creberrimè frequẽtatur.
*Deterius.*
Deterius verò, à bono: vt minoris ſit meriti quàm quod placet. Virgilius III. Georgic. Deterior donec paulàtim ac decolor ætas. ¶Putabit.} Putamus inſtãtia, Reputamus præterita.
*Putare. Reputare.*
Putare propriè purgare eſt. & arbores & vites dicimus putare. hinc putare eſt cogitare: quia cogitando ſuperflua mente recidimus. Eſt tamen putare eius, qui ſimplicitate pectoris aberrauit. Cicero, Non putauit, lapſus eſt. ¶Minabitur.} Minatur etiam filius parenti, dum ſe carũ animaduertit, & diſceſſum ſimulat. ¶Quî.} Quomodo: & eſt ſermo comicus. ¶Reſtituere.}
*Reddi.*
Redditur cupiẽtibus, vt domino ſeruus.
*Reſtitui.*
Reſtituitur cupiens, vt patriæ ciuis. Et redditur & reſtituitur cupiens cupientibus, vt patri filius. ¶Apprehẽdendus.} In Andria, Tuus pater modò me apprehendit. ¶Me cepere arbitrum.}
*Arbiter.*
Arbiter dabatur his qui de finibus regendis ambigerent. Dicitur enim arbiter iudex: quòd totius rei habeat arbitrium & facultatem. ¶Aliena melius vt videant & iudicant, quàm ſua.} Huic illud Cicero. lib. I. Offic. contrarium eſt, Eſt enim difficilis cura rerum alienarum: quanquam Terentianus ille Chremes, humani nihil à ſe alienum putet. ſed tamẽ quia magis ea percipimus atque ſentimus, quæ nobis ipſis, aut proſpera, aut aduerſa eueniunt, quàm illa quæ cæteris: quæ quaſi lõgo interuallo interiecto videmus, aliter de illis, ac de nobis iudicamus.

ADRIA. BARL.

Hoc cur iam ceſſo?} Ceſſare deſidiæ eſt, ceſſat qui ad
*Ceſſare.*
aliquid peragẽdum tardior eſt. ¶Quàm potero adiutabo ſenem.} Verum amicum agit Chremes, quando rebus

dolet

Non nũc pecunia agitur: ſed illud, quo modò
Minimo periclo id demus adoleſcentulo.
Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit;
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quam abs te amittas filium: hui,
Quantam feneſtrã ad nequitiã pateféceris!
Tibi autem porrò vt non ſit ſuaue viuere.
NAM DETERIORES omnes ſumus licentia.
Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id
Putabit prauum, an rectũ, quod *petet, ſiet:
Tu rem perire, & ipſum, non poteris pati.
Dare denegabis: ibit ad illud illico;
Quo maximè apud te ſe valere ſentiet:
Abiturum ſe abs te eſſe illico *minabitur.
M. Videre verum, atq; ita vti res eſt, dicere.
C. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium reſtituerem.
M. Cedò dexteram: porrò te idem oro vt facias Chreme.
C. Paratus ſum. M. ſcin' quid nunc te facere volo?
C. Dic. M. quod ſenſiſti illos me incipere fallere,
Id vt maturent facere. cupio illi dare
Quod volt: cupio ipſum iam videre. C. operam dabo,
Syrus eſt apprehendendus, atque adhortandus mihi.
A me neſcio quis exit: concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Paulum negotij mihi obſtat: Simus & Crito
Vicini noſtri hîc ambigunt de finibus,
Me cepere arbitrum: ibo ac dicam, vt dixerã,
Operam daturum me hodie non *poſſe his dare.
Continuò hîc adero. M. ita quæſo, dij voſtram fidem,
ITAN' COMPARATAM ESSE HOMINVM naturam omnium,
Aliena melius vt videant & iudicent,

dolet aduerſis ſui vicini. Et maior eſt affectus in voce, ſenem, quàm ſi diceret Menedemum. ¶Nos quoq; ſenes eſt æquũ ſenibus obſequi.} Prima familiaritatis conciliatio proficiſcitur ab ætatis æqualitate. amicitia cohæret inter æquales vicinos, & ſenes. Vnde Græci authoris verſus ille ab Eraſ. Latinitate Donatus. Omnes hi ſeſe venerantur amántq; viciſſim Vicini æquales viribus, atq; ſenes.

Aegritudinem dies adimit.

¶Diem adimere ægritudinem hominibus.} Hinc Sophocles, tẽpus facilẽ deum eſſe dixit, quòd omnia leniat molliátque. Ouidius, Quod malè fers, aſſueſce, feres bene, multa vetuſtas Lenit. Seruius Sulpitius in epiſtola doctiſſima ad Ciceronem de obitu filiæ. Nullus, inquit, dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat.

Dies.

¶Diem adimere ægritudinẽ.} Dies hîc pro tempore accipitur, eſtq; generis fœminini. Iuuenalis. Longa dies igitur quid contulit? Virgilius. Multa dies, variúſque labor mutabilis æui Retulit in melius. ¶Cuius maximè participem te fieri cupis.} Bene maximè. Nullus enim gratior Menedemo nuntius adferri potuit, quàm de vnici reditu filij, quem tantopere abſentẽt deſiderarat. ¶Nunquidnam de gnato meo audiſti?} Vides omnem patris curam, & ſollicitudinẽ circa filium eſſe. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis, vt dixit ille. Idcirco ſtatim ſuſpicatur de illo nuntiaturum Chremetem.

Hiſteron proteron.

¶Valet atque viuit.} Hiſterologia, ſiue hiſteron proteron, eſt ſententiæ cum verbis ordo mutatus. Hyſteron eſt, proteron poſtponas, ſi antè locanda. vt hîc, Valet atque viuit, dicendum erat. Viuit atq; valet. viuat enim oportet qui valet. ¶Clinia meus venit?} Tardius fidẽ adhibent homines, cũ ea quæ optarint eueniunt. Hinc rectè à Terẽtio ſenex inducitur, ſæpius rogans de filio. Vix enim credit eueniſſe, quod maximè cõcupierat. ¶Non poſſum, ſatis iã ſatis durus pater fui.} Quàm verum hîc eſſe oſtenditur, quod Horatius ait, Dũ ſtulti vitant, vitia in cõtraria currunt. ¶In eandẽ fraudẽ incides.} In fraudẽ, id eſt, in pœnã. aliquando pro crimine accipitur.

Fraus, pro pœna.

Vlpianus in tit. de ædil. ed. Capitalẽ fraudem admittere, eſt tale aliquid admittere, ꝓpter quod quis capite puniẽdus ſit. Senſus poëtæ eſt. Vt nimia dudũ parſimonia filiũ eieciſti, ita nunc immodica largitate, eius animũ corrũpes. Ille nimia licentia deterior factus, vide ne mœrori, ſit tibi. In vtranque partem nimis vehemẽs es. Meminiſſe nos, qui patres ſumus, oportet, in omni re modum eſſe optimum.

*petit;

*minitabitur.

Ingratis.

¶Ingratis.} Aduerbiũ, pro inuito animo. ¶Instructa ad perniciem.} Ad expilandos amatores. ¶Satrapes ſi ſiet amator.} Prouinciarum & vrbium præfectos Græci Latiniq; lingua Perſica ſatrapes vocant. Magiſtratus eorum, præfectura dicitur.

Satrapes.

Budæus in annotationib. Fuerunt, inquit, præfecturæ in Aegypto, quæ Nomarchiæ dicebantur & nomi. Paulo pòſt, Nomos Herodot. & Satrapias pro eodem poſuit, Darij regnum in viginti Satrapias diuidens. ¶Nedum tu poſſis.} multo minus tu poſſis. Ita eruditi particula, nedum vtuntur. Cicero, Si reuiuiſcat, nunquam hoc perſuaſerit, nedum ego, id eſt, multo minus ego. Imperiti hanc dictionem accipiunt pro nõ ſolum. Nedum pro te laborem ſuſciperem, ſed etiam mortem.

*eſſe

Nedum.

¶Pitiſſando modò.} Pitiſſare eſt tẽtandi gratia vinum parcè guſtare. Et, modò, hîc tantùm ſignificat. ita & Politianus Herodianum vertens eſt vſus cùm diceret. Pau-

Pitiſſare.

Modò, pro tantùm.

Quàm ſua: an eo ſit, quia in re noſtra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hic mihi quanto nunc plus ſapit, quàm egomet mihi.
C. Diſſolui me *ocyus, operam vt tibi darem.

*otioſus,

lū modò in præſens, conatus Adoleſcentis repreſſit. libro primo de Cōmodo principe. ¶Quid vini abſumpſit.} Meretricum hîc notatur bibacitas. Medici omnes moderatum laudant vini vſum. *Vini vſus.* Intemperantiā enim comitatur ſenſuum retuſior vſus, ac quodammodo præmortuus, vox hebetior, color euarians, anhelitus atq; animi vitia, calculi infeſtatio, podagra, chiragra, efflans cruditatem ſtomachus, ſexcenta alia mala. Ex medicorum ſcholis profectum & illud: Vino ſi quis infarciatur, leuius id multo cenſeri, quàm ſi multum cibi ingeſſerit. Vinum enim facilius dilabi ac reſolui, nec ingeſtabili onere ſtomachum premere. Sed ne inde quiſpiam ſibi anſam bibendi arripiat, conuenire ſciat inter medicos omnes, immoderatum vini vſum, & perpetuam ingurgitandi conſuetudinem, multum aduehere diſcriminum, & mortiferas parare ægritudines. *Aſperum.* ¶Aſperum pater hoc eſt.} Aſperum dicimus quod viſu, vel guſtu, vel tactu, vel alio ſenſu, inſuaue eſt. Per metaphoram ad ea transferimus, quæ dura atq; inſuauia ſunt. *Relino.* ¶Releui dolia omnia.} Latini tria habent præterita verbi lino, lini, liui, & leui, inde relino releui, id eſt aperui, vt Acron cenſet Horatij interpres. *Seria.* ¶Omnes ſerias.} Seria vas eſt oblongum & fictile. Liuius, Et in vico fontē tanta vi aqua fluxiſſe, vt ſerias doliáque, quæ in eo loco erant prouoluta, velut impetus torrentis tulerit. Huius diminutiuum eſt ſeriola. ¶Releui dolia.} Raphael volateranus lib. XXXII. *Dolia.* dolia dicit fuiſſe, olim fictilia & picata, cū inſcriptione notarū. Ligneis doliis, quibus hodie vtimur, Plinius dicit tantùm in Alpibus ſuo tempore homines vti cœpiſſe. Dolio ſimile vas eſt cupa, ipſum etiam ligneum, ad ſuſtentandas in mari naues aptum, cùm reſarciuntur. Vnde Lucanus. *Cupa.* Nanque ratem vacuæ ſuſtentant vndiq; cupæ. Cupa noſtratibus Hollandis vſitatiſſimū eſt vocabulum. ¶Vt tuarum miſertum eſt Menedeme fortunarum.} Non pauci codices habent. Vt, me miſertum eſt. Vbi valla dicit me poſitum pro à me. ¶Sumat, conſumat, perdat.} Illud verbum poſtremò poſuit loco, in quo finis conſumendi eſt. ¶Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.} Optimum hoc & ſaluberrimum Chremetis præceptum, parentes vtinam omnes imitentur, quorum nimia indulgētia paſſim corrumpi videmus ætatem, quæ & ſanctis moribus, & bonis artibus diſcendis omnium aptiſſima eſt. ¶Quam illo minam.} Budæus in libris de Aſſe. Cùm mille ſeſtertij, id eſt, ducenti quinquaginta *Mina.* denariis, duas libras argenti, & ſemiſſem valerent, ſequitur vt libra Romana, quæ & mina dicitur, & pondo, decem aureos coronatos valuerit, hoc eſt, ſi ad noſtram monetam redigere velimus, ſeptendecim renenſes, & decē ſtuferos, ſiue duas libras, octodecim ſolidos & quatuor groſſos. Coronatos autem ita intelligi volo, vt ſinguli triginta quinque ſolidos valeant, quod eſt legitimum pretium. Et quod præcedit, Tibi perdere talentum hoc pacto ſatius, eſt idem ac ſi dicas, Tibi perdere ſexcentos aureos, hoc eſt, noſtrate pecunia, mille & quinquaginta florenos, ſiue centum & ſeptuaginta quinque libras Flandricas. Id enim valuit olim *Feneſtrā patefacere.* talentum, quam illo decem aureos coronatos. ¶Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.} Id eſt, occaſionem, ac velut anſam miniſtraueris ad nequitiam. *Nequam homo.* Nequam hominem, antiqui dicebāt nullius pretij, & qui ne tanti quidem erat, quàm qui habetur minimi. Vſus poſtea inualuit, vt ſignificaret hominem laſciuum, & libidini deditū. Hinc nequitia dicitur luxus vitæ perditus. *Nequitia.* Ita hîc ſignificat, & in Adelphis, cùm dicit. Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt qui alicuius rei eſt etiam ad nequitiam adducere. ¶Deteriores omnes ſumus licentia.} *Licētia ſumus deteriores.* Impunitate augetur improbitas. Maxima pars hominū formidine fuſtis, à malefactis temperat. Poëta reſpexiſſe videtur ad prouerbium: Vbi timor, ibi & pudor. Audacia parit impudentiam. ¶Sumus licentia.} Licentia in malam partē accipitur, & ſignificat impunitā quandam facultatem agendi quicquid velis. ¶Abiturum ſe abs te eſſe ilico minabitur.} Hîc diſce & filios minari parentibus, dum ſe charos animaduertunt, & abitionem ſimulant. ¶Itán' comparatam eſſe hominum naturam omnium, aliena melius vt videant & iudicent quàm ſua.} Lactan. Firmia. lib. Inſtitutionum III. cap. IIII. quid Terentius per hanc Menedemo datam ſententiam intelligi velit, his verbis oſtēdit: Credemúſne igitur vni ſe ſuámq; doctrinam laudanti, an multis vnius alterius ignorantiam culpantibus? Rectius igitur ſit neceſſe eſt, quod plurimi ſentiunt, quàm quod vnus. Nemo enim poteſt de ſe rectè iudicare. quod nobilis poëta teſtatur. Itán' comparatam eſſe hominū naturam omnium, aliena melius vt videant & iudicent quàm ſua? ¶Diſſolui me ocyus operā vt tibi darem.} Ioannes Pierius in opere caſtigationum Virgilianarum, huius loci mentionē faciens, Otium, inquit, & otioſus per t, ſcriptū animaduerti, vt in Terentiano codice antiquiſſimo, & maximè caſtigato, quem Philippus Beroaldus iunior, bibliothecarius, vir eruditiſſimus, ex Vaticanæ bibliothecæ penetralibus depromptum mihi legendum dedit. ibi enim ſcriptum eſt. Diſſolui me, otioſus operam vt tibi darem. quod elegantia haud quaquā pari in vulgatis codicibus, Diſſolui me ocyus, habetur. Ita etiam vt Pierius legit, ſcriptum repperimus in codice Gandauenſi. ¶Diſſolui me.} Diſſolui, hîc expedijt ſignificat. *Diſſolui.*

LATOMVS

Argumentum. Chremes indicat Menedemo aduentum filij, & quid agendum ſit, conſulit. Eſt autem initium occaſionis ad futuram epitaſin. ¶Pultare oſtium.} Pro pulſare, vetuſtè. *Pultare.* ¶Diem adimere.} Prouerbium. Augeſcit, pro creſcit. ¶Meus gnatus.} Attende verba & geſtum gaudentis. ¶Dixi.} Confirmantis verbum, proprium eorum qui cauſam perorauerunt. *Dixi.* ¶Satis iam.} Geminatio ad vehementiam, & eſt exclamatio qua ſeipſum accuſat ſenex. ¶Vehemens in.} Reprehenſio intemperantiæ Menedemi, & deinde conſilium: quæ ambo pertinent ad deſcribendam perſonam Chremetis, qui alij conſulens ipſe à nequiore filio decipitur. ¶Nam vt tu.} Rem auget exemplo. ¶Pitiſſando.} Id eſt, guſtando. ¶Releui dolia.} Id eſt, aperui detrahendo ſcilicet linum vel ceram, qua foramen obſtruitur. *Relinere dolia.* ¶Sic facere.} Conſilium Chremetis, cuius occaſione ipſe decipietur, quæ erit epitaſis fabulæ. ¶Syrus cum illo.} Signa coniecturæ. ¶Non nunc pecunia.} Subaudi, de. nam per eclipſin ſubtrahitur præpoſitio metri cauſa. Eſtque confirmatio conſilij ab vtili. ¶Somnum hercle.} Commendatio ſedulitatis & officij.

¶Cedo

*¶Cede dexteram.§ Oraturus apprehēdit dexteram. ¶Scin' quid nunc,§ παρέργως ad ſequentem ſcenam. ¶Paululum negotij.§ Conuenit digredi Chremetem, vt ſpectatores alloquatur Menedemus. ¶Dij voſtram.§Ex conſilio poëtæ Menedemus indicat ſpectatori quid actum ſit. & quanuis de ſe loquatur, tamen hoc reuera in Chremetem competit, qui aliena melius videt quàm ſua, dum à filio & ſeruo tam improbè fallitur. Eſt autem hîc ſcopus fabulæ, in quem cuncta referuntur.*

PETRVS MARS. *Luceſcit, &c.§ Affectus paternus nimis vehemens in vtranque partem, nec medietatem illam aliquando ſeruās, quæ eſt ſecundum rectam actionem, & modum viuendi politicum, hac ſcena exprimitur. Interdum quippe pater nimis durus eſt in diſciplina domeſtica, interdum nimia indulgentia & facilitate, filiorum mores corrumpit, amore ipſum decipiēte, quo filium tanquam aliquid ex ſeipſo proſequitur. Vnde Ariſtoteles in quarto Moralium. ſic ait: Omnes amant ſua opera, vt parentes atque Poëtæ. Quod autē à medio rationis exorbitat, vituperatur in primis. Vnde Horatius in Sermo.*

*Eſt modus in rebus, ſunt certi deníque fines,*
*Quos vltra citráq; nequit conſiſtere rectum.* Et alibi:
*Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt:*
*Paſtillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum:*
*Nil medium eſt.*

*¶Ea coacta ingratis.§ Aduerbialiter ponitur, id eſt, inuitò* Detrimētū. *animo. ¶Sine magno detrimento.§ M. Varro ſic ait: Detrimentū dicitur à detritu, quòd ea quæ trita ſunt, minoris ſint* Intrimentū *pretij. Intrimentum ab eo, quòd duo vel tria inter ſe trita & diminuta ſint. ¶Satrapes ſi ſiet amator.§ Satrapes lingua Perſica dicitur, qui præeſt vrbi & prouinciæ. ¶Releui dolia omnia, &c.§ Id eſt, reſignaui & aperui. Lino, lini, liui. & leui. Inde relino releui. ¶Dij voſtram fidem &c.§ Excitandā* Mediocritas. *eſſe rationem, & inſtituendam eſſe cupiditatem, docet hic locus, vt mediocritas illa ſeruetur in vita actiua & cupiditatibus, quæ eſt inter nimium & parum: & rectè monenti parendum eſſe monet, ne in actionibus error fiat. Ariſtot. in fi. primi lib. voluminis Ethico. ſic ait: Hanc autē partem ratione vacantem, rationi obtemperare, admonitiones, increpa*Alienorū iudicium. *tiones, & cohortationes inducūt, aliena vt melius videant. Seneca ſic ait: Aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Horat. in Sermoni. Satyra tertia:*

*Cùm tua peruideas oculis malè lippus inunctis,*
*Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,*
*Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?*

RIVII caſtigatio. Quod potero. Proterreo. Ingratiis. Nam quàm potero adiutabo ſenem.§ Nos, quod potero, pro eo quod dicimus, vt potero, quantum potero. alij quoad dicunt, Græci καθ' ὅσον. Ita autem habent vetuſta exemplaria: & mea quidem ſententia rectius. ¶Proterruiſti hinc, ea coacta ingratiis.§Sunt qui legant ingratis, vt ſit trimeter catalecti. Alij ingratiis, quo & Plautus vtatur, velut in Prolog. Aſina. *Caue, meis ne ingratiis, pro me inuito atque nolente: vel iniuſſu meo.* Idem in Mercatore: *Tuam amicam tuis ingratiis, inquit.* Et alibi, *vobis inuitis atque amborum ingratiis, &c.* ¶Nunc cum ſine magno detrimēto &c.§ Alij intertrimēto legunt hoc loco, quomodo Calphurnius: quicum facit codex manu ſcriptus, & ex impreſſis Venetus & Argentoratenſis. ¶Eſt'ne ea intus? CH. Sit rogas?§ Haſſenſtenianum exemplar habet: Si ſit, rogas? quo modo etiam ex impreſſis Venetum. Nec aliter citat Tho. Linacer: quo loco adnotauit Græcam enallagen eſſe, cum ſi pro an ponitur, libro ſexto de emendata ſtructura Latini ſermo. Nec ſenarius ipſe, quo minus ita legere poſſis, repugnat. ¶Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculū.§ Nos tollendam putamus coniunctionem illam &, quo modo habēt manu ſcripti codices. Sin addendum cenſeas, erit tertio loco proceleuſmaticus. ¶Date denegabis?§ In manu ſcripto eſt denegaris, modo ſubiunctiuo: Sed haud ſcio vtrum rectius. Si, pro An.

GLAREANVS.

*Sunt ſenarij iambici omnes In quinto Eius monoſyllabum eſt. In ſexto, Nihil diſyllabū. In ſeptimo, pro Quàm potero, vetuſtus codex habet Quod potero. atque ita etiam Riuius. In octauo, vel Filium diſyllabum eſt, vel creticus eſt loco ſecundo. In tertio autem loco anapæſtus. In decimoſexto s, in vtroque magis eliditur. In decimoſeptimo d, ab initio eliditur. Et vetuſtus codex Ibo habet, non Adibo. quod & mihi placet. alioqui s, elidendum erat in Foras. In decimonono, Cuius monoſyllabum. In viceſimoprimo d, eliditur in Apud, niſi bacchium conſtituamus loco quinto. In XXII. Meus monoſylla. Ita in viceſimotertio, quanquam vtroque in loco bacchius eſſe poteſt. In viceſimoquinto, alterum Tum abundat. In viceſimoſeptimo, Ei monoſylla. In viceſimooctauo, vel l, eliditur in Illum, vel creticus eſt loco quarto. In triceſimo s, bis eliditur in Satis. In triceſimoquinto trochæus eſt in Iambico, vt vt ordinauerimus. ita omnia commonſtrant exemplaria, ſed in tot millibus vnum condonatur Poëtæ. In triceſimoſeptimo. Ingratiis legit Riuius ex Plauto, & valet ad carmen. Nam alioqui catalecticum fuerit, quod admodum rarum. In quadrageſimoquarto, Eius monoſyllab. In quadrageſimoquinto, codex vetuſtus habet, Si ſit rogas. quod Riuio placuit, mihi non admodum. tortum enim faciet nobis carmen, ſiue ea totum elidas, ſiue s, in poſſis. In quadrageſimoſexto, Ei ac Eius diſyllaba ſunt, vt loco ſecundo ſit iambus, quinto dactylus. In quinquageſimoſecūdo codex vetuſtus habet, Atque vna hæc nox fuit. & carmen bene habet, quod in aliis corruptè legitur. LIIII. verſum Valla lib. 3. elegantiarū corruptè allegat. Nam poſt vt, addit me, quaſi miſeritum haberet accuſatiuū cum genitiuo: cùm carmen hoc non recipiat. Miſeritum tetraſylla. eſt, non triſyllabum. admonuimus hoc antea in Eunucho. in quinquageſimooctauo, Illud legendum ex vetere codice, non id. In ſexageſimotertio, proceleuſmaticus eſt loco ter. quanquā Riuius tollit coniunctionem &, quam habet codex vetuſtus. In ſexageſimoquarto s, eliditur in Syrus. poteſt & bacchius eſſe loco primo. In ſexageſimoquinto a non eliditur in Conſilia. alioqui, vt carmen conſtet, non video. In ſexageſimoſeptimo d, eliditur in Sed, aut creticus eſt loco quarto. In ſexageſimonono, poſt Animum vetuſtus codex habet Ille pronomen, quod certè carmen expoſcit. In ſeptuageſimo, Prius moſyllabum eſt, vel bacchius eſt loco primo. In ſeptuageſimoſecundo, te in Patefeceris corripitur, quod in ſimilibus etiam alibi fecit, ſed non perpetuò. In ſeptuageſimotertio, Suaue diſyllabum, vt apud Virgilium. quoniam ſuaues miſcetis odores. In ſeptuageſimoquarto, s, eliditur in Sumus, vel creticus loco quarto. In ſeptuageſimoſexto legendum, An rectum, quod petet, ſiet. In ſeptuageſimooctauo, Riuius dubitat Denegabíſne legendum, an Denegaris. Cæterùm illud legendum certò, non Illum, Non enim ad virū vllum referendū, ſed ad id quod tertium*

Quod potero. Trochæus in Iābico. Ingratiis. Miſeritū.

*mox indicat carmē, Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur.* LXXXIIII. *verſus ita legendus, Cedò dextrā, porrò te oro idem vt facias Chreme. vt Dextrā ſit diſſyllabum, & Idem poſt Oro ponatur. In* LXXXIX. *quidam Prebendendus legunt, vt tamē in ſcanſione ſit triſyllabū, alij Apprehendendus, ſed illi etiā s, elidunt in Apprehendendus, aut creticum conſtituunt loco tertio. In* XCI. *illi ponēdum poſt Ne, alioqui verſus claudicabit. In* XCII. *vel Paulū diſſyllabū erit, aut creticus loco primo. In* XCVII. *in Itán', vel n, tollendū, vel i, à ſuperiore eliditur verſu, vel deniq; bacchius eſt loco primo. In* XCIX. *Eo ſit, vel pro ſpondeo vel bacchio. In vltimo verſu Tibi ſecunda longatur.* Tibi, ſecunda longa. *Quod quidem carmen quid ſibi velit haud equidem intelligo. Sequente nanq; Scena, non aderit Menedemus, quippe cui ſtatim verſu* XV. *malè loquatur Syrus, ídque non ſecus quàm de abſente. Nec niſi poſt multas ſcenas Menedemus amplius introducetur. Effugium eſſe poteſt, Syrum duntaxat Chremetem videre, Menedemum verò alicubi abſconſum hæc quoque audire, vt ſit magis iocoſum. Sed iudicet lector.*

IOANN. CALPH. HAC illac circuncurſa. } *Iucundus error, in quo herus in ſeruo decipitur, quem credit alteri fallaciam intendere, dum ſibi tenditur: & ſic eum aggreditur de fallacia in alterū.* ⸿ *Intendenda.* } *Verbū à venatoribus tranſlatū, qui retia intendunt ad feras capiendas.* *Intendere fallaciam.* *Quia ergo parat ſenem fallere, intendenda dixit. vel à ſagittis atque arcu.* ⸿ *In ſenem.* } *Cum ſtomacho ſeruili, ſenem dixit. In Andria, Quātum intellexi modò ſenis ſententiā.* ⸿ *Num me fefellit.* } *Idē ſuperius, Et ſi ſubſenſi id quoq; illos ibi eſſe. Et hîc eſt error credi ſenem Menedemū, dum Syrus de Chremete ipſo intelligit.* *Prouincia.* ⸿ *Prouincia.* } *Onus dicitur cuiuslibet rei gerendæ. Nam acquiſitæ bello longè ab Italia regiones, prouinciæ dictæ ſunt, à porrò, vel à procul vincendo: ad quas Prætores quia cum officio mittebantur, officia quoque prouinciæ nominātur.* ⸿ *Rectè.* } *Ioco vult Syrus deflectere orationem in aliud, & ſubterfugere heri reprehenſionem.* *Aquilæ ſenectus.* ⸿ *Aquilæ ſenectus.* } *Plinius lib. X. natu. hiſtoriæ, de aquilis hæc refert, Oppetunt non ſenio, nec ægritudine, ſed fame, in tantum ſuperiore accreſcente roſtro, vt aduncitas aperiri nō queat. Igitur aquila tantum in ſenectute bibit, vel de præda ſanguinem ſugit: ex quo prouerbium in ſenes qui plus bibūt quàm comedunt.* *Eia.* ⸿ *Eia.* } *Eia interdum hortantis eſt, nunc correctionē ſignificat.* ⸿ *Mulier commoda.* } *A' commendatione meretricis incipit, vt melius perſuadeat Cliniā deperire hāc, cùm ſit amica Clitiphonis.* *Facetus.* ⸿ *Faceta.* } *Bene de meretrice faceta dixit. Nā facetus eſt, qui facit verbis quod vult. Poteſt etiam referri ad formam corporis, vt ſignificatio vocabuli indicat.* ⸿ *Ita non vt olim.* } *Præterita ſemper præſentibus præferuntur, & magis commendantur.* ⸿ *Aridum.* } *Tranſlatio à terra, quæ nihil profert.* *Aridum.* ⸿ *Profugit.* } *Superius, In Aſiam ad regem militatum abijt. Hinc profugus dictus propriè, qui procul à ſedibus ſuis vagatur.* *Profugere. Profugus.* ⸿ *Hominem piſtrino dignū.* } *Ambiguè an de Syro, à quo bene annotarentur ſenum vitia. Et ſecum hęc dixit.* ⸿ *Syre tibi.* } *Et hic ſecū.* ⸿ *Seruaret ſenem.* } *Bene ſeruaret, dixit, de eo qui penitus ſe perderet, & continuis excruciaret laborib⁹.* *Seruare.* ⸿ *Eho quæſo.* } *Eho, modò interiectio eſt interrogantis: aliâs admirantis: aliâs ad ſe vocātis.* *Eho.* ⸿ *Quia magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.* } *Ipſum fallere in tempore, quidam de officijs ſcribentes, rectum putauerunt.* ⸿ *Aliquam fabricā.* } *Tranſlatio ab his, qui expugnaturi oppida, machinamēta belli ad id præparant.* *Fabricam fingere.* ⸿ *Stolidus eſt.* } *Superius, Ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus eſt. Et propriè ſtolidus eſt, qui proximè accedit ad naturam ſenſúmq; pecudum.* *Stolidus.* ⸿ *Calleo.* } *Id eſt callidè ſcio.* *Calleo.* ⸿ *At Heus tu.* } *Iam prouidet fallaciæ, quam mente conceperat: quò facilius mereatur veniam, ſiquid ſtruxerit in herum.* ⸿ *Sed ſiquid, nequid.* } ἀποσιώπησις. *quaſi dicat, Si quid euenerit.* ⸿ *Quæ ſit eius ætas, vides.* } *Quæ amori eſt obnoxia.* ⸿ *Et na.* } *Pro valde.* ⸿ *Magnificè.* } *Bene magnificè dixit, memor verborū Chremetis, q ſuprà dixit, Heros falli à ſeruis aliquādo eſſe remedium magnarū ægritudinū.* ⸿ *Tractare.* } *Superius, Quo pacto*

## ACTVS III. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

SEruus herum Chremetem decipit credentem Menedemo fallaciam intendi, & ita ſua ipſius coniectura & ſolertia fallitur.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſcena iucundus error continetur, quo Chremes à ſeruo decipitur. nam credit Syrum Menedemo fallaciā intendere, dum ea ſibi tenditur, & ſic herus ſeruum inſtruit, inſtigátque ad fallendum alterū, quod profectò in ſeipſum torquetur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Chremes dat conſilium Syro, vt dolo pecuniam à Menedemo extorqueat: verùm hoc cōſiliū, in caput Chremetis recidit, adeò verum eſt illud Heſiodi. ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

*Senarij.*

SYRVS, CHREMES.

HAC illac circuncurſa: *inueniendū eſt tamen*
*Argentum, intēdenda in ſenem fallacia.*
C. *Nū me fefellit hoſce id ſtruere? videlicet*
*Eſt ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus:*

Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia.
S. Quis hic loquitur? perij, numnam hæc audiuit? C. Syre. S. hem.
C. Quid tu iſtic? S. rectè, equidem te demiror Chreme
Tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis.
S. Nihil narras? viſa verò eſt, quod dici ſolet,
AQVILAE ſenectus. C. eia. S. mulier commoda, &
Faceta hæc meretrix. S. ſanè idem viſa eſt mihi.
S. Et quidem hercle forma luculenta. C. ſic ſatis.
S. Ita non vt olim, ſed vti nunc ſanè bona:
Miniméque miror, Clinia hanc ſi deperit.
Sed habet patrem quendam auidum, miſerum, atque aridum:
Vicinum hunc noſtin'? at quaſi is non diuitiis
Abundet, gnatus eius profugit inopia.
Scin' eſſe factum, vt dico? C. quid ego neſciã,
Hominem priſtino dignum? S. quem? C. iſtum ſeruolum
Dico adoleſcentis. S. Syre, tibi timui malè.
C. Qui paſſus eſt id fieri. S. quid faceret? C. rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Vnde eſſet adoleſcenti, amicæ quod daret,
Atq; hunc difficilem inuitũ ſeruaret ſenem.
S. Garris. C. hæc facta ab illo oportebant Syre.
Eho quæſo, laudas qui heros fallunt? C. in loco
Ego verò laudo. S. rectè ſanè. C. quippe quia
Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt:
Iam huic manſiſſet vnicus gnatus domi.
S. Iocóne, an ſeriò illæc dicat, neſcio:
* Niſi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.
C. At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo

pacto id fieri ſoleat, calleo. ¶ Quíſnã à nobis egred. fo.} παρασκευὴ alterius ſcenæ.

ADRIA. BARL. Intendenda eſt in ſenem fallacia.} Sumptũ à venatoribus, qui feris capiendis retia intẽdunt. ¶ Nũ me feſellit, &c.} Hîc vide Chremetis errorẽ, qui illud, in ſenem, audiẽs, Menedemũ intelligi putat. ¶ Tradita eſt prouincia} *Prouinciã tradere, capere, ſuſcipere.* Parœmiacos. Tradere prouinciam, figura prouerbiali dicuntur, qui negotium aliquod curandũ committunt. Capiunt vel ſuſcipiunt prouinciã, qui rei curandę onus in ſe recipiunt. Metaphora ſumpta à cõſuetudine Romanorũ, qui ad bello acquiſitas lõgè ab Italia regiones, quas prouincias à procul vincẽdo nominabãt, prætores aut alios magiſtrat⁹ cũ officio mittere cõſueuerũt. ¶ Viſa verò eſt, quod dici ſolèt, aquilæ ſenectus.} *Aquilę ſenectus.* Chiliade prima, cẽturia nona, Adagium, ad hunc modum interpretatur Eraſmus. Aquilæ ſenecta, in ſenes dicebatur magis bibaces, quàm edaces. Nam Plinius lib. x. refert, Aquilas neque ſenio, neq; ægritudine oppetere, ſed fame, in tantum ſuperiore accreſcente roſtro, vt aperiri nõ queat, eóq; aquilam tantùm in ſenecta bibere, aut de præda ſanguinẽ ſugere, cum nulla ferè aues aduncis vnguibus vtãtur potu, præter tinnunculũ & miluum: quanquam hi quoq; perquam raRò bibant. author Ariſtoteles libro de Natura animalium octauo. Sed idem libro nono, de aquilæ roſtro, narrat eadem fermè quæ Plinius. Vertit locum ſic Theodorus Gaza. Seneſcentibus aquilis, roſtrum ſuperius accreſcit, incuruatúrq; ſubinde magis magíſque, vt demum fame intereant. Cui rei data eſt fabula, vt hoc ita accidat aquilæ, quoniam cum olim homo eſſet, iniuriam intulerit hoſpiti. Terent. in Heautont. Viſa verò eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. Verba ſunt Syri adulantis hero, quod pridie ſtrenuè bibiſſet in cõuiuio. Eſt autem veluti peculiaris ſenibus bibacitas, ſiue quòd natura, frig⁹ ætatis, vini calore pẽſare deſiderat, ſiue q; vini hilaritas minuit ſenectutis moleſtiã. *Senes bibaces.* Vnde Plato quoq; cùm iuuenibus in totũ interdixerit vſum vini, vitis moderatũ permiſerit, ſenib⁹ largiores compotationes concedit. ¶ Mulier cõmoda et faceta.} Cura cõmendatione meretricis exorditur Syrus? Nimirũ vt facilius perſuadeat Chremeti hãc eſſe Cliniæ amicã, quũ in eã depereat Clitiphoi. ¶ Faceta.} Facetũ Latini dicunt; qui facit verbis quod vult, qui fabellis narrandis recitãdíſq;, iocoſis ac ludicris reb⁹, & curas ſedet, & deliniat moleſtias. *Facetus.* Alij quod hîc facetã dicit meretricẽ, ad corporis formã referũt. ¶ Atque aridũ.} Tranſlatũ à ſterili ſolo, & nihil proferẽte. ¶ In loco.} *In loco.* Adria. Cardi. Modò inquit, hoc comprehẽdimus, id eſſe quod opportunè, & captato, vt aiũt, tẽpore. Horat. Dulce eſt deſipere in loco. Alij dicũt in loco, id eſt, ſuo tẽpore, quando tẽpus, vel res ipſa poſtulat. ¶ Iã huic manſiſſet vnicus gnatus domi.} Ab vtili. ¶ Aliquã fabricã fingit?} Vrbem aliquã expugnaturi, ſolẽt ad eã rẽ conficiendam bellicas machinas præparare, à quo more hoc ſumptũ videtur. ¶ Stolidus eſt.} Aliàs tardiuſculũ dixerat, hîc ſtolidũ indicat. *Stolidus.* Qui ad naturã ſenſúmq; pecudũ proximè accedit, Latinis ſtolidus dicitur. ¶ Te adiutare oportet.} Alludit ad prouerbiũ, Noſtris ipſorũ alis capimur. Cõuenit in eos, qui ipſi prębẽt occaſionẽ ſui mali, vt hic Chremes cũ ſeruũ hortatur vt technã in Menedemũ intẽdat, à quo mox ipſe deluditur dolis. * Niſi, pro Sed. ¶ Vt ſũt humana, tuus vt fa. fil.} Præoccupatio eſt. ¶ Quæ ſit ei⁹ ętas vides.}

Abeat, cùm tolerare huius ſumptus non queat?
Nónne ad ſenem aliquam fabricam fingit? S. ſtolidus eſt
C. At te adiutare oportet adoleſcentuli
Cauſa. S. facilè equidẽ facere poſsũ, ſi iubes:
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo.
C. Tanto hercle melior. S. non eſt mentiri meum.
C. Fac ergo. S. at heus tu facito dum eadem hæc memineris,
Si quid huius ſimile fortè aliquãdo euenerit,
Vt ſunt humana, tuus vt faciat filius.
C. Non vſus veniet ſpero. S. ſpero hercle ego quoque,
Neque eò nunc dico, quòd quicquam illum ſenſerim:
Sed ſi quid, ne quid. quæ ſit eius ætas vides.
Et næ ego te, ſi vſus veniat, magnificè, Chreme,
Tractare poſsim. C. de iſtoc, cùm vſus venerit,
Videbimus quid opus ſit: nunc iſtuc age.
S. Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui,
Nec cùm malefacerem, crederem mihi impunius
Licere. quiſnam à nobis egreditur foras?

*Ab ætate.* ¶ *Sed ſi quid, ne quid.* } *Apoſiopeſis eſt.* ¶ *Et næ ego te.* } *Næ, pro valde poſitum eſt.* ¶ *Magnificè Chreme tractare poſsim.* } *Meminit Chremetem aliàs dixiſſe, ſi heri fallantur à ſeruis, hoc aliquando eſſe remediũ magnarum ægritudinũ.* ¶ *Nunquã commodius quàm nunc herum audiui loqui.* } *Conuenit in Chremetem dictum illud, Noſtris ipſorum capimur alis. Præbuit enim ipſe occaſionem ſui mali, cùm ſeruum hortaretur modò vt aliquam in Menedemum fallaciam intenderet, à quo ipſe deludetur dolis. Natum videtur adagium hoc, ex apologo, qui ſic ab authoribus narratur. Aquila icta iaculo, cùm ſagittam inſpexiſſet ad imaginem pennarum effictam, dixiſſe fertur, Hæc non ab aliis, imò propriis pennis capimur.*

*Næ, pro valde.*

*Noſtris capimur alis.*

LATOMVS

*Argumentum. Chremes dat negotium Syro, vt fallat Menedemum, qua occaſione ipſe falletur. Eſtque hæc altera pars occaſionis principalis ad epitaſin.* ¶ *Hem.* } *Metuentis, timet enim ne audiuerit ſenex, & audiuit quidem, ſed facetè decipitur, errãs ſuſpicione in Syrũ, & appellatione ſenis.* ¶ *Mulier cõmoda.* } *Syrus laudat meretricẽ, & perſuadet Chremeti eã amari à Clinia, quæ prima eſt fallacia ad exequendum ceptum conſilium.* ¶ *Syre tibi.* } *Hoc ſecum Syrus.* ¶ *Garris.* } *Non credentis.* ¶ *Quippe, quia &c.* } *Ratio ab vtili.* ¶ *Fabricam fingit.* } *Tranſlatum à bellicis machinis, quæ oppugnandis oppidis admouentur.* ¶ *At heus tu.* } *Callida præmunitio ad futurum peccatum, vt tollat obiurgandi occaſionẽ* ¶ *Neque eo nunc.* } *Occupatio qua remouet ſuſpicionem.* ¶ *Ne quid.* } *Subaudi, ſuccenſeas.*

*Hem.*

*Garris.*

PETRVS MARSVS.

*Hàc illàc circuncurſa &c.* } *Seruum cuius ingenium eſt fallax, oblatam opportunitatem arripere, vt inſidiari liceat impune, & decipere docet hæc ſcena. Vir quippe malus impunitate propoſita, ſcelere ſe inquinat: bonus autem, vitium auerſatur & fugit propter eius deformitatem. Vnde Horatius in Epiſtol.*

*Oderunt peccare boni virtutis amore,*
*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*
*Tu nihil admittas in te formidine pœnæ:*
*Sic ſpes fallendi miſcebit ſacra profanis.*

¶ *Aquilæ ſenectus.* } *Ariſtoteles libro nono, dicit de moribus ac ſtudiis volatilium. Seneſcẽtibus aquilis roſtrum ſuperius accreſcit, curuatúrq; magis & magis, vt demũ fame intereant. Cui rei data eſt fabula, vt hoc ita accidat aquilæ, quoniã cum olim homo eſſet, hoſpiti iniuriã intulerit.* ¶ *At quaſi is non diuitiis &c.* } *Id eſt, ſi non largè vtetur diuitiis, & abundè ſuppeditabit filio pecunias, iterum coactus inopia fugiet.* ¶ *In loco, &c.* } *Id eſt, aliquãdo cùm oportet.* ¶ *Fabricam fingit.* } *Id eſt, commentum atque fallaciam.* ¶ *Stolidus es.* } *Id eſt, imprudens, & nullam habens ſolertiam, nullum ingenij acumen huic fabricæ conueniens.* ¶ *Quo pacto id fieri ſolet calleo.* } *Id eſt, ſcio propter longum vſum: nam callidi dicuntur, quorum animus vſu occaluit, vt manus aſsiduo opere.* ¶ *Te ſi vſus veniat.* } *Effice, inquit, ſi vſus venerit, vt te liberalem inueniam & magnificum, non aridum & auarum, vt fuit Menedemus.*

Fabricam fingere.

Callidus.

RIVII caſtigatio.

*Mulier commoda & faceta hæc eſt meretrix.* } *Nos omittendum putamus verbũ eſt: quod nec ſenarius requirit, nec habet manu ſcriptum exemplar, nec ex impreſsis Lugdunenſe, & alia pleraq;. Poteſt autem abeſſe ſine detrimẽto ſentẽtia, niſi ſi legere malis: Mulier eſt commoda & faceta hæc meretrix, vt mulier duas in ſyllabas contrahatur in metiendo verſu.* ¶ *Atq; ſi is non diuitiis abundet.* } *Inoleuit hæc lectio, haud ſcio, magíſne re non animaduerſa, quàm non intellecta. Nos igitur, At quaſi is non diuitiis &c. admoniti à vetuſtis codicibus, & in his Haſſenſteniano ſenſu idem expoſcente.*

GLAREANVS.

*Huius quoque ſcenæ omnes ſunt trimetri iambici. In quarto verſu, vel creticus eſt loco penultimo, vel contractio duarum vocalium in vnam. In ſexto s, eliditur in Quis, niſi ſit pæan primus loco primo. In octauo, vel Nihil diſyllabum, vel i, in Qui non elidendum, ſed corripiendum. In vndecimo Riuius abiicit verbum Eſt. poteſt tamen creticus eſſe loco quarto, vt Eſt maneat. In decimoſexto, legendum ex vetuſto meo codice, At quaſi is. admonuit hoc etiam Riuius. Cæterùm in verbo, Diuitiis, vel u, eliditur, vel duo ij in vnum contrahuntur. In decimoſeptimo, Eius monoſyllab. In viceſimoſexto, primo loco eſt anapæſtus, ſecundo ſpondeus, tertio rurſus dactylus. nam qui nõ eliditur, ſed corripitur. Annotauit hoc quoque Riuius. In viceſimoſeptimo, Quia in fine monoſyllabum eſt, niſi dicamus*

tribrachyn

*tribrachyn loco vltimo. In viceſimonono, vel Iam vel Huic diſſylla. niſi dicas m in Iam non elidi. In triceſimo, Iocón', legendum. In triceſimoprimo, Mihi monoſyllabũ, vt primo loco ſit anapæſtus, niſi proceleuſmaticum putemus primo loco. In triceſimotertio, Huius diſſyllabum eſt. In triceſimoſexto proceleuſmaticus eſt loco ſecundo authore Eraſmo. In quadrageſimo d, eliditur in Quid, & Huius diſſyllabũ eſt. Poſſet & legi, Si huius quid. In quadrageſimoquarto, Eius monoſylla. eſt. In quadrageſimoquinto, Næ totum eliditur. In penultimo à fine, proceleuſmaticus eſt loco ſecundo, inquit Eraſmus. Præterea Mihi monoſyllabum totũ eliditur.*

## ACTVS III. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

CHremes filium obiurgat, & immodeſtiæ arguit, quẽ cum Bacchide ludentem viderat. Syrus hero id ſuadet, quod maximè ad extorquendum facit argentum.

ARG. PAVL. MALL.

HIc Chremeti Syrus id ſuadet, quod multum facit ad extorquendum argẽtum, quod operæpretium erat Clitiphoni, pro amica ſuſtentanda conquirere. Incipit autem Chremes ab filii obiurgatione, quem ſenſerat ludentem & iocantem cum Bacchide, quam Cliniæ amicam credebat: tum fallaciam de emungẽdo ab ſene argento inueniſſe refert.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena obiurgat Chremes filium, quòd ſe in cõuiuio immodeſtè geſſerit. Tum Syrus conſilium fraudulentum à Chreme datum, in Chremetem intendit. Et amplificat immodeſtiam Clitiphonis à circunſtantiis.

*Iambici tetrametri, partim catalectici, partim acatalectici, admiſtis interdum Trochaicis, Vnus Dimeter, & Trimeter vnus.*

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

*QVid iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitipho? itáne fieri oportet? CL. Quid ego feci? CH. vidíne ego te modò manum in ſinum huic meretrici*
*Inſerere? S. acta hæc res eſt, perij. CL. méne?*

IOANN. CALPH.

*QVid iſtuc quæſo? ] In hac ſcena Syrus hero perſuadet quod multum facit ad extorquendum argentum. ¶ Quid iſtuc? ] Viderat Chremes filium ludẽtem cum Bacchide, quam Cliniæ eſſe credebat. Et bene expreſſit obiurgationẽ paternam ſæpe repetendo. ¶ Huic meretrici. ] Plus intulit, quã ſi dixiſſet mulieri. ¶ Acta hæc res. ] Verbum deſperantis. timebat enim Syrus ne ob hoc, fallacia eius detegeretur. ¶ Méne? ] More filiorum, quod commiſerat, patri audacter negat. ¶ Facis adeò indignè illi iniuriam. ] Bene pater poſt obiurgationẽ, ad admonitionem tranſit ¶ Vel heri. ] Ingerit aliud malefactum inter admonitionem, vt ſolent patres. ¶ Vt equidẽ metui. ] Vt, pro quãtum, vel pro qualiter. Virgil. Vt vidi vt perij. ¶ Aduertunt grauiter. ] Quia in amore omnia ſuſpecta ſunt. ¶ Eſto. ] Verbum concedentis. ¶ Cõcedas aliquò. ] Et hoc quærit Syrus, vt abigatur Clitipho ab amica, ne Chremes eius eſſe animaduertat. ¶ Ego de me facio coniecturam. ] Patres conantur monere filios, aut proprio exẽplo, aut aliorum. ¶ Ne ineptus, ne proteruus. ] Ineptus quò ad dignitatem: Proteruus dicitur importunus, qui alteri eſt impedimẽto, vel ſi per impotẽtiam mẽtis obuium cubito feriat, aut cõtumelia ſibi cedere cogat. ¶ Quid iſtic? ] Syrus ſecum loquitur, timens ſuæ fallaciæ. ¶ Frugi. ] Vtilis & neceſſarius: à frugibus, quæ quòd his fruantur, dictæ ſunt. Inde fructus & frumentum. Frui autem, eſt veſci: à frumine quæ eſt ſumma pars gulæ. ¶ Sodes. ] Eſt aduerbium blandientis. ¶ Quin mihi moleſtum eſt ] Quin, pro etiam. ¶ Mihi habet emphaſim. ] Mihi, qui non ſum pater. ¶ Pergín'. ] Iraſcitur Clitipho ſeruum aduerſus ſe loqui. ¶ Eho. ] Hoc loco admonentis eſt. ¶ Vna via. ] Scilicet honeſta: ne impudicè agas. ¶ Actũ eſt. ] Semper deſperantibus hoc verbum datur. ¶ Hic prius. ] Hæc ſecum loquitur. ¶ Deãbulatum, quò? ] Bene impotentia amantis exprimitur. nec pater, nec Syrus, nec deliberatio antè facta remouere poterant Clitiphonem ab amica. ¶ At iſtas cõprimito manus. ] Subticet percuſſionem ne ſurgat in tragicũ cothurnum. ¶ Quid tu? ] Bene amoto filio de fallacia erga Menedemũ exquirit. ¶ De illo ] Sic dicere ſolẽt qui de re aliqua peragenda inter ſe loquuntur. ¶ Vt aliud ex alio incidit. ] Multa eſſe fingit, vt veriſimilius ſit quod finxerit. ¶ Peſſima eſt hæc meretrix. ] Cõtrariũ illud quod ſuperius dixit, Mulier commoda & faceta hæc eſt meretrix. Sed hoc loco peſſimã appellat, vtpote quæ teneat virginem, quam Syrus illi relictã arrhaboni fingit. & hæc eſt valens cauſa ad extorquẽdum argentum. ¶ Inceptet. ] Incipere & inceptare, magnorum eſt facinorum & audaciæ. In Eunucho, Quid inceptas Thraſo? ¶ Arrhaboni. ] Pignori hoc loco intelligas. Arrhabon dicitur merces corollariũ & eſt quod prius datur, vt reliquũ reddatur. ¶ Mille nũmũm. ] Tale & illud, mille hominũ occiditur: & antiquum eſt. ¶ Dubiúmne id eſt? ] Quòd meretrix auara poſcat. ¶ Hui. ] Et cætera huiuſmodi generis, ſanè ſunt aduerſus eos quibus iraſcimur. ¶ Ibo, dicam. ] Se aſtutũ fingit ad decipiendum Menedemum. Superius, Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo. ¶ Optata loquere. ] Ita loquitur ille qui cum alio loquitur, & cui is aduerſatur*

*Acta res eſt.*
*Vt.*
*Eſto.*
*Coniecturã facere de ſe*
*Ineptus.*
*Proteruus.*
*Frugi.*
*Fructus.*
*Frumentũ.*
*Frui.*
*Sodes.*
*Quin, pro Etiam.*

*Eho.*
*Actum eſt*
*De illo.*
*Incipere.*
*Inceptare.*
*Arrhabon.*
*Hui.*
*Optata loqui.*

CH. hiſce oculis, ne nega.
Facis adeò indignè iniuriam illi, qui non abſtineas manum.
Nam iſtæc quidem contumelia eſt,
Hominem amicum recipere ad te, atque eius amicam ſubagitare:
Vel heri in* conuiuio, quàm immodeſtus fuiſti. S. factum.
CH. Quàm moleſtus. vt equidem, ita me dij ament, metui quid futurum denique eſſet.
Noui ego amantium animos: aduertunt grauiter, quæ non cenſeas.
CL. At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum pater.
CH. Eſto: at certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.
Multa fert libido: ea prohibet facere tua præſentia. ego de me
Facio coniecturam: nemo eſt meorum amicorum hodie, apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam.
Apud alium prohibet dignitas, apud alium, ipſius facti * piget:
Ne ineptus, ne proteruos videar. quod illum facere credito.
Sed noſtrum eſt intelligere, vtcunque atque vbicunque opus ſit obſequi.
S. Quid iſtic narrat? CL. perij. S. Clitipho, hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus officium. CL. tace ſodes.
S. Rectè ſane. CH. Syre pudet me. S. credo, neque id iniuria,
Quin mihi moleſtum eſt. CL. pergin' hercle? S. verùm dico quod videtur.
CL. Nonne accedam ad illos? CH. eho quæſo, vna accedundi via eſt.
S. Actum eſt, hic prius ſe indicarit, quàm ego argentum * effero. Chreme,
Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? CH. quid factum? S. iube hunc
Abire hinc aliquò. CL. quò ego hinc abeam? S. quò lubet, da illis locum.

*vino

*pudet,

*aufero.

in conſilio de re peragenda. ADRIA. BARL. Huic meretrici.} Plus eſt quàm ſi mulieri diceret. Eſt figura epiplexis, quæ fit cùm iurgamus, aut coarguimus aliquē. (Epiplexis.) ¶ Acta hæc res eſt.} Timet Syrus ne fallacia detegatur, & Chremes ſentiat amicā hanc eſſe vt erat, Clitiphonis. ¶ Méne?} Iuuenum more, qui deliquerint, vide audacter negantē quod admiſerat. ¶ Facis adeò indignè iniuriam illi.} Ab obiurgatione prudēter ad admonitionem tranſit. Imitētur hūc ſenem, qui præſunt moribus aliorum. ¶ Hominē amicum recipere, atque eius amicam ſubagitare.} Amplificatio. ¶ Aduertunt grauiter quæ non ſentias.} Aduertunt grauiter. In amore enim ſuſpecta ſunt omnia, congreſſus, colloquia, nutus, riſus, prahibitiones. ¶ Ego de me coniecturam fa.} Patres aut ſuo, aut aliorum exemplo, filios monere conſueuerunt. ¶ Ne proteruus.} Importunus. Proteruire, eſt petulanter agere. ¶ Hæc ego præcipio tibi.} Vide imperio ſum ſeruulum. ¶ Quin mihi moleſtū eſt.} Quin pro etiā, vt ſit, nō ſolum tibi, ſed etiā mihi moleſtum eſt, quod ſic agit filius. (Quin, pro Etiam.) ¶ Pergin' hercle.} Clitipho iraſcitur Syrū aduerſus ſe loqui. ¶ Vna accedendi via eſt.} Honeſta, ne quid immodeſtè, ac impudicè agas. ¶ Deambulatum? Quò?} Optimè amantis impotentiam expreſſit. Neque enim patris admonitio, neque Syri oratio, ab amica remouere poterant. ¶ Dij te eradicent.} Comica execratio eſt. ¶ Vt aliud ex alio incidit.} Multa eſſe fingit, vt vero ſimilius faciat quod finxerat. ¶ Peſſuma hæc eſt meretrix.} Pugnat cum illo quod aliàs dixit, Commodam eſſe & facetā Bacchidem. Quod igitur peſſimam hîc vocat Syrus, eò ſpectat, quod virginem teneat, quam illi relictā arrhaboni fingit. Et magnam hæc cauſa vim habet ad extorquendam pecuniam ¶ Huic drachmarum hæc arg.} Significat Bacchidem meretricem aniculæ illi Corinthiæ mutuo dediſſe centum coronatos, pro qua pecunia filiam illa ſuam arrhaboni, hoc eſt, pignori, huic Bacchidi reliquerit. Noſtratis pecuniæ cētum & quinquaginta renēſes, aut viginti nouem libras Flandricas & tres ſolidos, & quatuor groſſos. ¶ Huic drachmarum mille.} Mille, hoc loco & ſubſtātiuum eſt, & numeri ſingularis, vt illic. Mille hominum occiditur, non occiduntur. (Mille ſubſtantiuum.) Item apud Lucilium in Satyra quapiam: Mille eſt, non mille ſunt. Et apud Varronem. Ad Romuli initium, plus mille, & centum annorum eſt. Neque ponitur hîc mille, pro eo quod Græcè χίλιοι dicitur, ſed quod χιλιάς: & ſicuti vna χιλιάς, & duæ χιλιάδες, ita vnum mille, & duo millia, certa atque directa ratione dicitur. Vide Gellium lib. noct. Atti. pri. cap. XVI. ¶ Clinia orat ſibi vti nunc det illam.} Huius loci ordo eſt: Clinia orat Bacchidem, vt ſibi Clinia nunc det illam adoleſcentulam, nempe Antiphilam: Illi, ſupple Bacchidi, tamen poſt daturū ſe mille nūmûm, ſupple promittit, quæ Bacchidi ſcilicet cedāt lucro ſupra mille drachmas, quas anui Corinthiæ mutuauit. Sic enim quartā partem ſorti, velut fœnus ſuperlucraretur. Atque vt omni proſtituto pudore eſt inciuiliter auara, & ſordida, tātum lucri poſcit meretrix. ¶ Mille nummûm.} Hoc eſt quadraginta tres carolinos & quindecim ſtuferos, ſiue ſeptem libras quinque ſolidos, & decem groſſos: At ſi, quēadmodum Melanchthon vult, nummus pro drachma ponatur, quod plerique tamen negant, conſtituet centum & quinquaginta renēſes, ſiue viginti nouē libras, tres

Abi deambulatum. CL. deambulatum? quò?
S. vah, quaſi deſit locus.
Abi ſanè iſtac, iſtorſum, quò vis. CH. rectè dicit, cenſeo.
CL. Dij te eradicent Syre, qui me iſtinc extrudis. S. at tu pol tibi iſtas
Poſthac comprimito manus.
Cenſen' verò? quid illum porrò credis facturum Chreme,
Niſi eum, quantum dij dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones?
CH. Ego iſtuc curabo. S. atqui nunc here hic tibi aſſeruandus eſt.
CH. Fiet. S. ſi ſapias: nam mihi iam minus, minúſque obtemperat.
CH. Quid tu, ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egiſtin' Syre? aut
Reperiſti tibi quod placeat, an nõdum etiam? S. de fallacia
Dicis? *eſt, inueni nuper quandam. CH. frugi es, cedò quid eſt?
S. Dicã, verùm vt aliud ex alio incidit. CH. quídnam Syre? S. peſſima hæc
Eſt meretrix. CH. ita videtur. S. imò ſi ſcias.
Vah, vide quod inceptet facinus. Fuit quædã anus Corinthia
Hîc: huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.
CH. Quid tum? S. ea mortua eſt: reliquit filiam adoleſcentulam.
Ea relicta huic arrhaboni eſt pro illo argento. CH. intellego.
S. Hanc ſecum huc adduxit, ea quæ eſt nunc *ad vxorem tuam.
CH. Quid tum? S. Clinia orat ſibi vti nunc det illam: illi tamen
Pòſt daturum mille nummûm poſcit. CH. & poſcit quidem? S. hui
Dubiúmne id eſt? CH. ego ſic putaui: quid nunc facere cogitas?
S. Egóne? ad Menedemum ibo: dicam hanc eſſe captam è Caria,
Ditem & nobilem: ſi redimat, magnum ineſſe in ea lucrum.

* hem

*Ad, pro Apud

tres ſolid. & IIII. groſſos. ¶Mille nummûm. } Supple daturum promittit. Mille nũmûm, id eſt pecuniæ noſtratis quadraginta tres tenenſes, & quindecim ſtuferos. ¶Poſcit. } Senſus eſt, Clinia cupit dare Bacchidi, vt puella potiri poſſit. ¶Poſcit quidem? } An cupit Clinia tantum argenti dare? ¶Hui. } Indignantis interiectio eſt. ¶Dubiúmne id eſt? } Non eſt dubium, quin dare tantum velit, vt ea potiatur. ¶E' caria. } Prouinca eſt Aſiæ minoris. Huius incolę Cares nominantur. ¶Optata loquere. } Dic imperatiuũ eſſe, hoc ſenſu, loquere, & iis quę nos optamus, & cupimus, orationem tuam accommada.

Hui.

Optata loqui.

LATOMVS Argumentum. Clitiphonis petulantia penè periclitatur Syrus, qua re extruſo eo, fallaciam de argento extorquendo tentat apud ſenẽ. ¶Quid iſtuc. } Increpatio. ¶Perij. } Metuentis. ¶Facis adeò indignè. } Admonitio. ¶Nam iſthęc. } A turpi. ¶Facere tua præſen. } Ratio à tẽpore. ¶Ego de me. } Exemplo declarat ſententiam. ¶Quid iſtic. } Syrus timet ſuæ fallaciæ. ¶Rectè ſanè. } Subaudi, à me dictum eſt. ¶Eho, quęſo vna. } Nempe modeſta & continenter. ¶Vah, quaſi. } Irridentis. ¶Quid illum porrò. } Attende callidam admonitionem, ad conciliandã beneuolentiam, & ſuſpicionem auertendam. ¶Verùm vt aliud. } Fingit hoc ſuccurrere ſibi, vt reddat veriſimilem narrationem. ¶Drachmarum mille. } Centum coronatos, nã drachma valebat octo cruciatis, & centum drachmæ minã conficiebãt, porrò mina decẽ coronatos. ¶Arrhaboni. } Id eſt, pignori. ¶Nummûm poſcit. } Idem valebant drachma & nummus. ¶Dicam hãc eſſe. } Commentum Syri. ¶Optata loquere. } χαριεντισμός.

Drachma.

PETRVS MARS. Quid iſtuc quæſo &c. } Amici rem ſedulò curandã

eſſe, ac hoſpitis rationem in primis haberi debere, docet hac ſcena, dominóſq; interdũ cauſam eſſe oſtendit, vt ſerui graſſentur inſidiis, dũ non ſolùm technas illorum laudant, ſed etiam prouocant, quod in diſciplina domeſtica pernicioſiſſimum eſt. Itaque is qui rem familiarem rectè tuetur, tanquam arcus ſit, intentum iudicium, & animaduerſionem habere decet, ne nimia facilitas & negligentia, ſeruos communiter malos, deteriores efficiat. Qua propter Cicero in Catone Maiore de Appio Cæco, ſic ſcribit: Tenebat non modò authoritatem, ſed etiam imperium in ſuos: metuebãt eum ſerui, verebantur liberi, charum omnes habebant: vigebat in domo eius patrius mos, & diſciplina. Principio huius ſcenæ iuuenilis incontinentia reprimitur, ac hoſpitis decorum ſeruatur, qui iure hoſpitij ad ſe veniẽtes humaniter tractare debet. ¶Vin' tu homini ſtulto. } Id eſt, craſſioris & hebetioris ingenij. ¶Ea relicta huic & cæt. } Arrhabo idem quod pignus. Gellius li. XVII. ſic ait. Cum tantus Arrhabo penes Samnites populi Romã eſſet. Arrhabonem dixit obſides. & id maluit quàm pignus dicere, quoniam vis vocabuli in ea ſententia grauior, acriórque eſt. Sed nunc arrhabo in ſordidis verbis haberi cœpit, ac multo rectius videtur arrha: quanquam arrham quoque veteres ſæpe dixerint.

Dominorũ erga ſeruos diſciplina.

Arrhabo.

Arrha.

GLAREANVS. Hanc ſcenam tanquam facilem pulchrè trãſilit Riuius, cùm nulla alia, ſit carminibus perplexior. Eraſmus ex noſtro codice Aldino quædã annotauerat, ſed ſumma manu, ſanè ea quaſi tædio affectus attigit, adeò tum occupatum aliis rebus pertæſum eſt laboris: alterũ alia cauſa diſtinuit, quam magis ſuſpicor quàm proloquor. Sed ego, vt in aliis his

CH. Erras. S. quid ita? CH. pro Menedemo
nunc tibi ego reſpondeo,
Non emo: quid * ais? S. optata loquere. CH.
atqui non opus eſt.
S. Non opus eſt? CH. non hercle verò. S. quid
iſtuc, miror. CH. iam ſcies.
Mane mane, quid eſt, quod tam à nobis gra-
uiter crepuere fores?

*agis?

*difficultatibus, lectori meū iudicium aperiam, ipſi deinde, ſit liberū ſequi quod volet. Et prima quidem ab initio XIIII. carmina meo quidem iudicio ita ſunt legēda.*

*CHRE. Quid iſtuc quæſo? qui iſthic mos eſt*
*Clitipho? itáne fieri oportet?*
*CLIT. Quid ego feci? CHR. vidin' ego te modò manum in ſinum huic meretrici*
*Inſerere? SY. Acta hæc res eſt, perij. CLI. méne? CHR. hiſce oculis, ne nega.*
*Facis adeò indignè iniuriam illi, qui non abſtineas manum.*
*Nam iſthæc quidem contumelia eſt, hominem amicum recipere*
*Ad te, atque eius amicam ſubagitare. Vel heri in conuiuio*
*Quàm immodeſtus fuiſti? SY. factum. CHR. quàm moleſtus vt equidem*
*(Ita me Dij ament) metui quid futurum deniq; eſſet, &*
*Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter quę nō cenſeas.*
*CLIT. At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum pater.*
*CHRE. Eſto, at certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.*
*Multa fert libido, ea prohibet facere tua præſentia,*
*Ego de me facio coniecturam. nemo eſt meorum hodie,*
*Apud quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam.*

*Ita hæc carmina ſecanda puto, nunc cuiuſque carminis ita digeſti cauſam addam. Primum carmen eſt iambicum tetrame. catalect. In cuius loco quarto dactylus eſt, & ab initio d, eliditur in Quid. In ſecundo rurſus d, in Quid eliditur, & huic Monoſyllabum eſt, eiuſdem cum priore generis. Tertius verſus trochaicus eſt tetrame. catalecti. Quidam codices poſt Oculis habent Ego. Quod ſi verè legitur, verſus erit iambicus quadratus acatalecti. vt ſequēs, hoc eſt quartus, qui proceleuſmaticum initio habet. Quintus verſus in tertio loco habet creticum, niſi v elidere malimus. Eſt autē iambicus tetrame. catalecti. Sextus iambicus eſt tetrame. acatalecti. in ſecundo loco habens dactylum, & Eius diſyll. Septimus trochaicus eſt tetrame. catalecti. vbi Fuiſti eſt diſyllabum, niſi bacchium loco tertio cōſtituamus, & loco antepenultimo eſt trochæus, penultimo tribrachys, deinde ſyllaba. Octauus rurſus trochaicus tetrame. catalecti. in quo ad finem omiſſa erat particula &, propterea quòd verbum Eſſet in & terminabatur. Nonus ac decimus ſunt iambici tetram. acatalecti. & iſtius triſyllabum. Vndecimus iambicus tetrame. catalecti. Duodecimus, trochaicus tetramet. catalecti. Ita tertiuſdecimus, qui ab Ego incipit, terminatus in Hodie. Quo in verſu quidam Amicorum repoſuerunt, omiſſo Meorum. Ego contrà exiſtimo Meorum reponendum, Amicorum reiiciendum, quod irrepſit per expoſitores, vt puto. In huius igitur verſus loco ſexto eſt trochæus, ſeptimo dactylus pro tribrachy, dein ſyllaba, quemadmodum vltimo huius ſcenæ verſu, quod admodum rarū eſt. Quartuſdecimus cum aliquot ſequētibus iambicus eſt tetrame. acatalecti. & ab Apud incipit. Decimuſquintus proceleuſmaticū habet primo atq; quinto locis, eiſdem etiam literis ac ſyllabis, & ipſius diſyllabum eſt. In XVI. vel d, eliditur in Quid, vel creticus eſt loco quinto. In decimoſeptimo, s, in Opus, vel creticus in ſexto. In decimooctauo ſi d, nō elidatur in Quid, erit iambicus vt priores, ſin elidatur, trochaicus. In XIX. Sodes ſuperfluit, abſciolo aliquo additum, quod miror Calphurniū nō aduertiſſe, qui blandientis aduerbium videri velit. Nam quomodo Clitipho Syro, dominus ſeruo blandiretur, quem mox eſt percuſſurus? erit itaque trochaicus tetrame. catalecti. pulcherrimus ſanè verſus, cuius generis & viceſimus eſt. Viceſimusprimus eſt iambicus tetrame. hypercatalecticus. Abundat enim vna ſyllaba. Viceſimusſecundus, eſt trochaicus tetra. catalecti. Ita viceſimotertio, in quo vel Prius monoſyllabum eſt, vel creticus loco ſecundo, & ego ſuperfluit, in carmine, nec requirit ſententia, quare ego tollerem. In viceſimoquarto, primo loco trochæus eſt. Nam Tu corripitur, nō eliditur, ſecundo autem loco anapæſtus, & Mihi monoſyllabum totum eliditur. Deinde ſequuntur iambicici tres trime. acatalecti. in quorū primo qui eſt viceſimoquinto huius ſcenę. Quo ante Ego corripitur, non eliditur. In viceſimoſexto vel anapæſtus eſt Abi deam, vel bacchius, & deam, in vnam ſyllabam contractis, idque bis. In viceſimoſeptimo. idem i, in Abi anceps vel corripitur, vt primò loco ſit anapæſtus, vel producitur, vt primo loco ſit bacchius. Viceſimuſoctauus, eſt iambicus tetrame. hypercatalecticus, niſi vltimam ſyllabam ad poſterius carmen transferamus, vt fiat iambicum dimetrum acatalecticum, quod Eraſmus trochaicum catalecti. dimetrum indicauit. Cęterum vel s, eliditur in Extrudis, vel creticus loco ſexto. XXX. verſus Eraſmo trochaicus eſt, qui d, in Quid elidit, quod ſi non elidatur, erit iambicus. Triceſimoprimo eodem authore trochaicus eſt. Sed in veteri codice verſus ita legitur, Niſi eum, quantum tibi dant opis Dij, ſeruas, caſtigas, mones. & ſic erit iambicus tetrame. acatale. vt ſequentes. Triceſimuſſecundus iambicus eſt. Ita triceſimuſtertius. In triceſimoquarto i, in Egi corripitur, non eliditur & eſt ſimiliter iambicus, vnà cum triceſimoquinto. Viceſimuſſextus in Aldino codi. ita legitur, quæ lectio placet.* Sodes.

*Dicis? hem inueni nuper quandam. CHR. frugi es, cedò quid id eſt?*

*Atque ita erit trochaicus tetra. catal. Triceſimuſſeptimus eſt iambicus tetr. acata. XXXVIII. ſenarius iambicus. XXXIX rurſus iambicus tetr. acatal. in quo Vide poſteriorem corripit ſyllabam, & Fuit monoſyll. vel creticus eſt loco primo, & quinto bacchius. ⁋ Hîc, huic drachmarum hęc argenti. ⁋ Quę deinde ſequuntur carmina omnia ſunt trochaica tetr. catale. in quorum ſeptimo d, eliditur in Id, niſi pæana ſecundū loco ſecundo conſtituamus. In antepenultimo autem huius ſcenæ verſu, loco primo eſt creticus, & Loquere bis legi poteſt. In penultimo vel d, eliditur in Quid, vel creticus eſt loco quinto. In vltimo, anapæſtus eſt primo loco, trochæus ſecundo,*

cundo, ita vt e, in Mane primum ſit correptum, deinde productũ, & dactylus loco ſeptimo pro trochæo, quod rarò quidem, ſed tamen etiam alibi fecit Terentius. Sed hæc ſatis ad carmina. Cæterum duæ ingentes ſunt difficultates ad finem huius ſcenæ, quarum rei eſt altera, altera verborum. Rei hęc eſt, quòd mille drachmarum & mille nummûm æquare videtur, cùm mille nummûm quarta ſit pars millis drachmarum, vt oſtendit Budæus de aſſe, nõ pœnitendus authoribus. Quidam aiunt Terentium hæc confudiſſe, quemadmodum & Plautum ſæpe feciſſe cõmemorant. Alij exiſtimant aſtuta inſinuatione vſum Syrum, & quartam duntaxat partẽ auaro indicaſſe ſeni, vt tandem totam extorqueret ſummã. quod ego, quàm probem, haudſcio, imò vehementer hæſito. Altera difficultas verborum eſt, nempe illorum, Illi tamen poſt daturum mille nummûm poſcit. primùm quid ſignificet verbum Poſcit, deinde quem referat. Donatus in Andria ad illa Simonis verba: Cum iſtac, quod poſtulo, impetro cum gratia, ita ait, Nimis obſequenter locutus eſt pater. Et Poſtulo, pro Iubeo, & Impetro, pro Extorqueo. Poſtulo iuſtè volo. Petimus enim precariò: poſcimus imperioſè: poſtulamus iure. Perottus putat poſcere, non ſemper imperio petere, ſignificare, ſed rem debitam ac honeſtã, idque, authore Varrone. Hoc igitur loco ſi Poſcit, Cliniam refert, vt videtur, Poſcit pro Promiſit poſitum videri poteſt quod quidem Chremes miratur, iuuenem in patria adhuc poteſtate id promittere auſum. Sin Poſcit, referat Bacchidem, vt Calphurnius exiſtimaſſe videtur, vt ſit poſcit, id eſt iure petit, Illi pro Ipſi vel Sibi dictũ videri poteſt. Verùm quid tum miratur Chremes, quod meretrix ſuum ipſius peculium poſtulat? Has difficultates tranſiliunt, qui leuicula quædã tam accuratè explicant. Ego ingenuè fateor me locum neutiquam intelligere Lector ipſe ſecum cogitet.

*Drachma.* *Nummus.* *Poſcit.*

IOANN. THEOD. Senſit Glareanus duas ingentes eſſe difficultates ad finem huius ſcenæ, quarum altera ſit rei, altera verborũ. Rei hæc eſt, quòd mille drachmarum & mille nummûm æquare videtur poëta, quum tamen mille nummûm quarta ſit pars millis drachmarum, vt oſtendit Budæus de aſſe, non pœnitẽdis authoribus. Hæc Glareanus, difficultatem quidem indicãs, non explanans. In confeſſo eſt, Græcam drachmam Romano denario reſpondere. Romanus autẽ denarius valebat tribus ſolidis noſtratibus cum ſemiſſe, hoc eſt tribus ſolidis & dimidio ſolidi. Tanti igitur valuit drachma. Porrò ſeſtertius, qui & nummus dicitur, decem denariolis valebat & ſemiſſe, hoc eſt decem denariolis & obolo. Itaque quatuor ſeſtertij, ſiuè nummi, drachmam ſeu denarium conficiebant. Id quod vidit Glareanus, vtpote harum rerum peritiſſimus. At non vidit, nummum pro denario ſeu drachma interdum vſurpari, non ſolum pro ſeſtertio. Plinius lib. VIII cap. LVII. Vaniſſe murem ducentis nummis, Caſilinum obſidente Annibale, eúmque qui vendiderat fame interiſſe, emptorem vixiſſe, annales tradunt. Valerius Maximus lib. VII. cap. VI. In Caſilini obſidione euenit, vt quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quàm ipſe leniendæ famis gratia conſumere mallet. Sed credo deorum prouidentia effectum, vt & venditori & emptori, quem vterque merebatur exitum, attribuerit. Auaro enim &cat. Ducenti nummi Pliniani, Valerio ſunt ducenti denarij, vt palàm eſt ſed & Straboni lib. V. ducentæ drachmæ. Qui plura volet huius rei teſtimonia, Georgij Agricolæ librum ſecundum adeat De pondere & temperatura monetarum. Nos breuitati cõſulimus. Eſt igitur nummus verbum ambiguum. Proinde ſcriptores, vt ambiguitatem tollant, nonnunquam adiiciunt denarium, plerumque ſeſtertiũ. Varro De lingua Latina lib. IIII. Nummi denarij decuma, libella, quòd libram pondo as valebat. Valer. Maxi. lib. V. cap. I I. Vt exequiarũ apparatus ſeſtertio nummo ipſis præbentibus addiceretur. Vitruuius lib. I. cap. IIII. ad finem, Areas diuiſit, nummóque ſeſtertio ſingulis municipibus mancipio dedit. Drachmam itaque non ineptè nummum vocauit Terentius. Altera difficultas verborum eſt, nempe illorum, Illi tamen poſt daturum mille nummûm poſcit. Primùm quid ſignificet verbum Poſcit, deinde quem referat, Cætera vide apud ipſum Glareanum. Tota vis ſententiæ ſita eſt in hoc verbo Poſcit: quod quia parum intelligitur, magnas lectori tenebras offundit. Calphurnius hîc bifariam errat, tum quòd hoc verbum ad Bacchidem refert, tum quòd Poſcit pro petit interpretatur. Eſt autem hoc in loco Poſcere, idem quod Spondere, & pretium pro re emenda offerre. Apud Plautum in mercatore Act. II. ſcen. III. Charinus adoleſcens amator, & Demipho ſenex non minus amore corruptus, ad hũc modum licitationibus inter ſe contendunt in emenda puella.

*Denarius.* *Drachma.* *Seſtertius.* *Nummus.* *Poſcere, pro Spondere, & pretium offerre.*

Dem. Viginti minis opinor poſſe me illam vendere.

Char. At ego ſi velim, iam dantur ſeptem & viginti minæ.

D. At ego. C. quin ego inquam. D. at neſcis quid dicturus ſum, tace.

Treis minas accudere etiam poſſum, vt triginta ſient.

C. Quò vortiſti? D. ad illum qui emit. C. ubinam eſt is homo gentium?

D. Ecce illum video, iubet quinque me addere etiam nunc minas.

C. Hercle illum dij infelicitent, quiſquis eſt. D. ibidẽ mihi

Etiam nunc adnutat, addam ſex minas. C. ſeptem mihi:

Nunquam ædepol me vincet, hic cõmodius poſcit pater:

hoc eſt, maiori commodo noſtro licetur, vtpote qui maius pretium offerat.

Rurſus Demipho. Nequicquam poſcit, ego habeo. Id'que pulchrè ex more auctionantiũ. Fingit enim ſenex ſibi eſſe addictam puellã, ac proinde fruſtra, vtpote ſerò, ab altero maius pretium offerri. Id vt refellat, ſubiicit Charinus, At illic pollicitus eſt prior. hoc eſt, licitatus eſt. Nam in eo ſenſu hîc omnino capitur. Alciatus quoque huic voci eandem ſignificationem attribuit in Parergis lib. I. cap. I. Vult enim pollicitationem eſſe illud primum pretium, quod vltro offert emptor, antequam præco rem vænalem proclamet, quòd ab eo tempore poſſit fieri licitatio. Polliceri, inquit, exiſtimatur is, qui offert: & ideo, ſolet dici, pollicitationem eſſe ſolius offerentis, L. III. ff. De pollicitationibus. Paulo poſt. Poſtquam autem quis pollicitus fuerit, id eſt, pretium aliquod obtulerit, tunc fit auctio: & qui pluris licitatus fuerit, rem obtinet Rurſus Demipho,

*Polliceri.* *Pollicitatio*

Nihil facio. C. quinquaginta poſcit. D. non, centum dantur. Vides, inquit Nannius, hîc poſcere, pro liceri & auctionari poſitum. Sed hoc me malè habet, quòd quadruplo plus in mutuo eſt, ob quod puella oppignorata fingitur, quàm in pretio quod poſcitur, quum ab auara meretrice vix tantidẽ impetrari poſſit. Deinde illa admiratio Chremetis, de magnitudine pretij, Et poſcit quidem? locum non habet, ſi quadruplo minoris petitur, quàm quanti pignori data eſt. Ego autem omnino opinor, nomina pretiorum hinc inde in alienas ſedes immigraſſe, atque ad iſtum modũ debere legi, —Fuit

quædam anus Corinthia.
Hîc:huic nummorum hæc argenti mille dederat mutuúm.
Deinde,— Clinia orat ſibi vti nunc det illam: illi tamen
Pòſt daturum drachmas poſcit.CH.& poſcit quidem?

Vbi Tamen,pro tandem ponitur:vt intelligas Cliniam non ſtatim ad tantum pretium proſiluiſſe, ſed vt in auctione fit paulatim eò attractum eſſe.Hæc ad verbum Nannius.Qui ſiquando animaduertiſſet,nummi voce interdum ſignificari denarium,id quod ſuprà docuimus, nūquam profectò ita ſe torſiſſet,neque Terentianam lectionem cenſuiſſet immutandam.Intellexiſſet quoque nummum & drachmam, hoc quidem in loco,idem eſſe:quanuis id alibi perpetuū non ſit. Sic igitur interpretaberis,Daturum mille nummûm poſcit, Offert ſe daturum mille drachmarum,ſeu mille drachmas.

IOANN. CALPH.

NIſi me animus fallit. } Hæc ſcæna Antiphilæ recognitionem continet : ex qua inter virum & coniugem altercatio oritur: demum reconciliatio. Simul Syro offertur alia ratio extorquendi argentum. ¶ Expoſita. } Exponere,eſt morti tradere & obiicere. ¶ Quid vult. } Chremes nō ſe loco mouerat.

Exponere.

¶ Hæc oratio. } Pauca verba veteres orationē quoque dixerūt. ¶ Dixi. } Hęc ſic reſpōdet, vt quæ nihil in hac dubitationis habeat. ¶ At vt ſatis. } Sic dicimus in his rebus de quibus addubitamus, & præcipuè quas iam diu non vidimus. ¶ Cōtēplata. } Contemplari dictū eſt à templo, id eſt loco qui ab omni parte aſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt:quem antiqui templum nominabant ¶ Satis. } Multum, infinitum eſt:Satis verò finitum. ¶ Te vult. } Signantius dictum, quàm quærit aut expectat. ¶ Neſcio quid. } Deeſt ob,vel propter. ¶ Quid ſit. } Cum ſtomacho pronuntiādum. ¶ Ehē mi vir. } A blandimēto incipit. Mi, & vir, plurimum blandimenti habent. & vir maritum ſignificat. Virum quoque,de animalibus poſſe dici,Virgilius in Bucolicis oſtendit. Vir gregis ipſe caper. ¶ Ehem mea vxor. } Hęc repetitio à ſimili,indignantis eſt. ¶ Primum te oro. } A purgatione incipit,ne mulier contra edictum mariti feciſſe videatur. ¶ Suſtuliſti. } Educaſti. Hoc in alia ſignificatione nonnunquam ponitur. Tollere nutrire,Iuuenalis, — tollere dulcem Cogitat hæredem. ¶ Damno auctus. } Propter dotē quæ datur. Et rectè damno dixit. Nam damnum,rei eſt: Malum verò, hominis. ¶ Haud impura. } Commendatio perſonæ cui data exponenda:ne Chremes ab ea impudicè filiam educatam ſuſpicetur. Impurus, eſt aliquo vitio maculatus: & aliquādo dicitur,improbus. ¶ O Iuppiter. } Terribilis exclamatio ſenis, poſtquam audiuit filiam anui datam exponendam. ¶ Tantam ineſſe. } ἔκλειψις eſt quę datur iratis,ſubauditur decet. ¶ Inſcitiam? } Inſcitia,eſt ignorantia quadā rerum. ¶ Inſciens feci. } Prudens, eſt qui intelligētia ſua aliquid ſentit:Sciens,qui alicuius indicio rē cognoſcit. Prudens,per ſeſe:Sciens, per alios. cuius cōtrarium inſciens,& eſt qui ignorat res. Et imprudens, qui non delectū habet bonorū & malorum. ¶ Imperium exequi. } Primū ponit peccatum,quod contra edictum ſuū fecerit. ¶ Sino. } Concedo : quia animus maternus plurimum veniç meretur. ¶ Illi prodita. } Socij enim deficere dicūtur. Saluſtius,Poſt defectionem ſociorum. Prodere parentis. Virgilius,— vnius ob irā Prodimur. Deſerere verò,patroni. hinc milites patriæ deſertores dicuntur, qui patriam deſerunt, quam defendere deberent. Virgilius,Deſertorem Aſiæ. ¶ Quid cum illis agas. } Amatores deſignat, qui nihil penſi habent expertes iuris, & omnis æquitatis:ea ſola recta putāt quę illis libuerint. ¶ Peccaui fateor. } Victa mariti argumentis,crimen ſuum fatetur : & quo magis mereatur veniā, ſimplicitatis opinionem inire tentat:& hoc per deprecationem. ¶ Ignoſcentior. } In crimine ſic cōfeſſo vltimum remedium, confugere ad iudicum miſericordiam. ¶ Mea facilitas. } Rectè : quia citò vxor veniā dedit. Facilitas, illius eſt qui citò iram depoſuit:Clemētia, illius qui nūquam iraſcitur. ¶ Qua occæptum. } Quaſi de magna re dixit.

Oratio.
Vt ſatis.
Contēplari.
Templum.
Multum.
Satis.
Mi
Vir.
Tollere.
Damnum.
Malum.
Impurus.
Eclipſis.
Inſcitia.
Prudens.
Sciens.
Inſciens.
Imprudens.
Sino.
Deficere.
Prodere.
Deſerere.
Deſertores.
Facilitas.
Clementia.
Occipio.

## ACTVS IIII. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

HÆC ſcena Antiphilæ continet agnitioné,vnde iurgium inter virum & vxorem oritur.Chremes enim iuſſerat exponi partum, ſi puellam peperiſſet ipſa,quod factum non eſt.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena Antiphilæ recognitio continetur,ex qua inter virum & vxorem iurgium & altercatio oritur, Deinde reconciliatio rurſum eorundem, ſimúlque Syro alia offertur occaſio extorquendi argentum.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena diſſidium quoddam inter maritum & vxorem exortū,ſtatim ſedatur,& ex anulo filia Chremetis agnoſcitur.

*Tetrametri partim Iambici Acatalectici,partim Trochaici Catalectici.*

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

NIſi me animus fallit, hic profectò eſt annulus, quem ego ſuſpicor,
Is,quicū expoſita eſt gnata.C. quid volt ſibi Syre hæc oratio?
SO.Quid eſt?iſne tibi videtur? NV.dixi equidem,vbi mihi oſtendiſti,ilico

Eum eſſe. SO. at vt ſatis contemplata modò ſis, mea nutrix. NV. ſatis.

SO. Abi iam nunc intrò: atque illa ſi iam lauerit, mihi nuntia:

Hîc ego virum interea opperibor. SY. te volt, videas quid velit:

Neſcio quid triſtis eſt, non temerè eſt: metuo quid ſit. C. quid ſiet!

Næ iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.

SO. Ehem mi vir. C. ehem mea vxor. SO. te ipſum quæro. C. loquere quid velis.

SO. Primùm hoc te oro, nequid credas me aduerſus edictum tuum.

Facere eſſe auſam. C. vin' me iſtuc tibi, etſi incredibile eſt, credere?

Credo. SY. neſcio quid peccati portet hæc purgatio.

SO. Meminiſtin' me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum,

Si puellam parerem, nolle tolli? C. ſciò quid feceris:

Suſtuliſti. SO. ſic eſt factum. Sy. domina, ergo herus damno auctus eſt.

SO. Minimè: ſed hîc erat anus Corinthia haud impura: ei dedi

Exponendam. C. ô Iuppiter, tantámne * eſſe in animo * inſcitiam?

SO. Perij, quid ego feci? C. rogitas? SO. ſi peccaui mi Chreme,

Inſciens feci. C. id equidem ego, etiam ſi tu neges, certò ſcio,

Te inſcientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia:

Tot peccata in hac re oſtendis. nam iam primùm, ſi meum

Imperium exequi voluiſſes, interemptam oportuit,

Non ſimulare mortem verbis, re ipſa ſpem vitæ dare.

At id omitto: miſericordia, animus maternus: ſino.

Quàm bene verò abs te proſpectum eſt. quid voluiſti? cogita:

*in eſſe a.
*inſciantiam?

*dixit. ¶ Et ſtultæ & miſeræ omnes ſumus. ‡ Vituperatio à ſexu. mulieres enim cõſueuerunt eſſe imperitiores viris, & multis ſuperſtitionibus detineri. ¶ Religioſæ. ‡ Superſtitioſæ. Religioſus etiã appellabatur is, qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſeſe alligauerat: vt hoc loco. ¶ De noſtris bonis. ‡ Et hæc erat ſuperſtitio. ¶ Iſtuc rectè ‡ εἰρωνικῶς dictum. ¶ Lauatum. ‡ Secundum antiquos: nos dicimus lotum. Ouid. Faſtorum ſecũdo, Mane lauaturas ſacra petebat aquas. ¶ Exilui. ‡ Oſtendit nimiam lætitiam de inuenta filia. ideo non dixit acceſſi. ¶ Plus ſpei video. ‡ Nolebat tam citò cognoſci filiam, ne occaſio præriperetur offerendi argẽtum. ¶ Plus ſpei. ‡ Melius eſt vt nõ ad Syrum referas, ſed ad Soſtratam. ¶ Mirum, ni illa ſalua. ‡ Nõ poteſt credere periiſſe anum, quod maximè vellet ob recognitionẽ Antiphilæ. ¶ Ego perij. ‡ Quia recognita eſt antequã auferrem argentum. ¶ Nihil minus. ‡ Pro non, quòd auctus diuitiis eſſet.*

*Religioſus.* *Lauatum.* *Nihil.*

ADRIA. BARL.

*Expoſita. ‡ Morti obiecta. Vnde & Liuius de Romulo & Remo. Ita velut defuncti, inquit, regis imperio, in proxima alluuie, vbi nũc ficus Ruminalis eſt pueros exponũt, id eſt, morti obiiciunt, vel abiiciunt vt pereant.*

*Exponere.*

*¶ Ne iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit. ‡ Multũ ſtomachi habet hic ſermo Chremetis. ¶ Mi vir. ‡ Blandimẽtũ eſt. ¶ Mea vxor. ‡ Non blanditur, ſed à ſimili repetens, indignationẽ animi ſignificat. ¶ Nolle tolli. ‡ Nutriri. vt in Andria. Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere ¶ Suſtuliſti. ‡ Educaſti. ¶ Herus damno auctus eſt. ‡ Ob dotem quæ dãda ſit in filię nuptiis ¶ Haud impura. ‡ Commendatur anus cui data fuerat exponenda, ne Chremes impudicè educatam ſuſpicetur. ¶ O Iuppiter. ‡ Sic exclamat, vt terrere vehementer vxorem poſſit. ¶ Tantámne eſſe in animo inſcitiam? ‡ Apta eſt irato eclipſis. Subaudi decet. ¶ Inſciens feci. ‡ Purgatio criminis. ¶ Et imprudentem dicere ac facere. ‡ Imprudens hîc eam ſignificat, quæ bonorum & malorum delectum non habeat.*

*Damno auctus.* *Imprudẽs.*

*¶ Atque id omitto. ‡ Occupatio eſt. ¶ Sino. ‡ Concedo hoc tibi. Non enim me fugit mereri plurimũ veniæ maternum animum. ¶ Vel vti quæſtum faceret. ‡ Vel vti duæ voces ſunt, non vna. & repetuntur. ¶ Quid cum illis Agas qui neque in ius. ‡ In amatores dictum eſt. Amor nec conſilio temperatur, nec pudore frẽnatur, nec ratione ſubiicitur. Plautus in Muſtellaria: vbi amor aduenit in cor hominis, & is vſque in pectus permanauit, & cor permadeſcit, ſimul res, fides, fama, virtus, decúſque deſerũt. Homo fit modò nequior. ¶ Nihil vident. ‡ Propertius. Scilicet inſano nemo in amore videt. ¶ Mi Chreme Peccaui. ‡ Argumentis victa mariti, peccatum ſuum agnoſcit. ¶ Ignoſcentior. ‡ Confeſſa crimen Soſtrata, rectè confugit ad mariti iudicis miſericordiam, & veniam impetrat. ¶ Ne expers partis eſſet de noſtris bonis. ‡ Hæc ſuperſtitio erat. ¶ Iſtuc rectè. ‡ Ironiam habet. ¶ Plus ſpei video. ‡ Refer ad Soſtratam. ¶ Mirum ni illa ſalua eſt. ‡ Illa ſcilicet, anus, quam extinctam vellem. ſi enim viuit, iam ſciet Chremes ſuam eſſe filiam Antiphilam, & Bacchidem amicam eſſe Clitiphonis, atque ita omnis mihi extorquendæ pecuniæ adimetur occaſio, hoc eſt quod addit, & ego perij.*

LATOMVS.

*Argumẽ. In hac ſcena per occaſionẽ annuli agnoſcitur Antiphila. Et eſt cataſtrophe amoris Cliniæ. ¶ Primũ*

Nempe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſumè
Per te vel vti quæſtum faceret, vel vti væniret palàm.
Credo id cogitaſti,* Quid vis? ſatis eſt, dum viuat modò.
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquum ſciunt?
Melius, peius, proſit, obſit, nihil vident, niſi quod lubet.
SO. Mi Chreme peccaui fateor, vincor: nunc hoc te obſecro,
Quantò tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior,
Vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidij.
C. Scilicet equidem iſtuc factum ignoſcam: verùm Soſtrata,
Malè docet te mea facilitas multa. ſed iſtuc, quicquid eſt,
Qua hoc occeptum eſt cauſa, loquere. SO. vt *ſtultæ & miſeræ omnes ſumus
Religioſæ: cum exponendam do illi, de digito annulum
Detraho, & eum dico vt vnà cum puella exponeret,
Si moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis.
C. Iſtuc rectè: conſeruaſti te atque illam. SO. hic is eſt annulus.
C. Vnde habes? SO. quam Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam. SY. hem.
C. Quid ea narrat? SO. ea lauatum dum it, ſeruandum mihi dedit
Annulum. non aduorti primò: ſed poſtquam aſpexi, illico
Cognoui: ad te exilui. C. quid nunc ſuſpicare, aut inuenis
De illa? SO. neſcio, niſi vt ex ipſa quæras vnde hunc habuerit,
Si potis eſt reperiri. SY. interij, plus ſpei video, quàm volo:
Noſtra eſt, ſi ita eſt. C. viuitne illa, cui tu dederas: SO. neſcio.

*quiduis ſatius eſt

hoc.} Defenſio ante narrationem, ex perturbatione perſonæ. ¶ Nolle tolli.} Id eſt, educari. ¶ O Iuppiter.} Exclamatio. ¶ Si peccaui.} Purgatio ab ignorantia. ¶ Etiam ſi tu.} Ironia. ¶ Nam iam primum.} Amplificatio. ¶ Atq; id omitto.} Preteritio inferẽs quod grauius eſt. ¶ Væniret palàm.} Id eſt, venderetur. ¶ Credo id cogitaſti.} Obiectio, quæ ſoluitur honeſti & vtilis cõparatione. ¶ Mi Chreme.} Deprecatio Soſtratæ. ¶ Vt ſtultæ & miſeræ.} Narratio. ¶ Religioſæ.} Superſtitioſę, & nimis anxiè deos metuentis. ¶ Iſtuc rectè.} Irriſio ¶ Hem.} Metuentis. timet enim Syrus ne inuenta Antiphila, deprehẽdatur amor Clitiphonis. Eſtque hic occaſio noui periculi in prouehenda epitaſi, dum agnita Antiphila conſilio Syri perturbatur. ¶ Non licet.} Honeſta ſententia.

Religioſus.

Hem.

PETRVS MARS.

*ſtultè & miſerè

Niſi me animus &cæt.} Maternum amorem erga ſua pignora, & mores nonnunquam difficiles, & virorum ſtudio contrarios, hæc ſcena exprimit. Matres enim plus patribus amant ſuos filios. Vnde Ariſto. libro nono Ethices, ſic ait. Ea quæ facta ſunt cum labore, magis diligunt omnes: & ideo matres filios magis amant. Generatio nãq; laborioſa eſt magis, & magis ſciũt eſſe ſuos. Mores autem mulierum Plato in ſexto de Legibus ſic exprimit: Quæ ordine carent, vel malè ordinata ſunt, ea etiã quæ iam ordinata ſunt, confundunt, vt ſunt fœminæ. Quod quidem hominum genus aliud eſt, & differẽs, nobíſque occultius & verſutius natura eſt: propter imbecilitatem itaq; minus ordinari poteſt. Ratio eſt: Res muliebris ſi iacere ordinata relinquitur, humanarum rerũ ſolum, vt videri poſſit dimidiũ: ſed quantò natura ſua ineptior eſt ad virtutẽ quàm virilis, tantò excedit, vt plus quàm duplũ eſſe videatur. Genus, inquit, muliebre, nec orationem ipſam rectè dicentis, ſine ingenti reclamatione audiet.

Matrum amor in liberos.

Fœminæ.

RIVII caſtigatio.

Id equidem ego, etiam ſi tu neges, certò ſcio.} Nos ex manuſcriptis, Id quidẽ ego, etſi tu neges &cæ. quo modo etiã melius conſtat Trochaicus. ¶ Quiduis ſatis eſt, dum viuat modò.} Erat in manuſcripto, Quiduis ſatius eſt, dũ viuat modò: quod ipſum & ſenſus exigere videtur. Sed nihil mutare auſim. ¶ Peccaui fateor, vincor, nunc te obſecro.} Legendum, Nunc hoc te obſecro: vt habet manuſcriptus codex. Idem etiam expoſcit Trochaicus. ¶ Quãtò tuus eſt animus natu grauior, tantò ſit ignoſcentior.} Manuſcriptum volumen nõ habebat haſce voces, tantò ſit: ſed ſimpliciter, ignoſcentior: quod mihi quidem magis arriſit, vt quod cum ſentẽtia pariter ac ratione metri magis quadret & conſentiat. Legit eodem modo Philologus: nec diſſentiunt exẽplaria quædam recentiora. Sed de eo aliorum eſto iudiciũ. Suſpicor è margine, vbi ad explanandam, credo, ſententiam ab aliquo inſulſo et ineleganti literatore adiectæ fuerint, in paginam irrepſiſſe ignorantia, vt fit librariorum. ¶ Hic eſt annulus.} Nos, Is hic eſt annulus: ex manuſcripto & impreſſis quibuſdam, velut Lugdunenſi & Veneto: in quibus tamen inuerſus erat verborum ordo.

GLAREANVS.

Huius ſcenæ vndecim primi verſus ſunt iãbici tetrame. acatalect. reliqui dein trochaic. tetrame catalec. Primus proceleuſmaticum initio, tertius loco quinto habet, in quo d, in Quid, & Mihi monoſyllabum totũ eliditur. In quarto verſu s, eliditur in ſatis loco tertio. In quinto verſu anapaſtus eſt loco primo, & i correptũ in Abi. Quãquam & hoc loco & ſup-

C. Quid renuntiauit olim feciſſe. SO. id quod iuſſeram.

C. Nomen mulieris cedò quod ſit, vt quæratur. SO. Philtere.

SY. Ipſa eſt: mirum ni illa ſalua eſt, & ego perij. C. Soſtrata,

Sequere me intrò hàc. SO. vt præter ſpem euenit! quàm timui malè,

Ne nunc animo ita eſſes duro, vt olim in tollenda, Chreme!

C. Non licet hominem eſſe ſæpe ita vt volt, ſi res non ſinit:

Nunc ita tempus eſt mihi, vt cupiam filiam, olim nihil minus.

*& ſuperioribus duobus bacchius eſſe poterat. ſed tædet toties eãdem rem inculcare. In octauo Næ totum eliditur. In nono codex vetuſtus habet Hem, non Ehem, atque ita poſcit carmen. In vndecimo non eliditur poſterius i, in tibi.*

*⁋ Credo. SY. neſcio quid peccati por. h. p. § Quæ nunc ſequũtur ſunt trochaica tetra. cata. omnia, excepto ſecundo quod acatalecticũ eſt, quale in Eunucho Actus II. ſcena I. primum eſſe diximus, & quale in Phormio. Act. I. ſcena quarta, vndecimum, & fortaßis vltima Hecyræ ſcena ſeptimum, alioqui vix alia reperias toto, niſi memoria fefellerit, Terentio. In tertio vel s, eliditur in Herus, vel bacchius eſt loco ſexto. quanquã & varia eius carminis lectio eſt. In quinto verſu d, eliditur in Sed, & s, in Anus, vt primo eius loco ſit tribrachys, ſecũdo dactylus, vel abſque eliſione, ſecundo loco eſt pæan primus, & amphibrachys loco tertio. In quarto trochæus, in quinto ſpõdeus, deinde duo trochæi cum ſyllaba. Sextus verſus variam habet lectionem. Quidam enim codices habent Inſcientiam, quidam Inſcitiam. Calphurnius Inſcitiam legit, atque ita habent vetuſtus, ac Aldi codices. Sed ſic In prępoſitio tollẽdá eſt, vt carmen ita legatur.*

*Exponendam. CH. ô Iupiter, tantámne eſſe animo inſcitiam? Quæ lectio mihi probatur. In ſeptimo, Quidem, nõ Equidem, legendũ; & Etſi pro Etiamſi. quod vetuſtus admonet codex. annotauit & id Riuius. In decimoſeptimo, idem Riuius ait Satius in quodã manu ſcripto legi. quod ſi verè legitur, s, eliditur. Idem in viceſimo, rectè poſt Nunc ponit Hoc, vt legatur, Nunc hoc te obſecro. Et in viceſimoprimo tollit, Tanto ſit. Nam carmẽ haſce voces non patitur. In viceſimoſecundo, vel Meæ monoſyllabũ eſt, vel creticus eſt loco primo. In viceſimo tertio, trochæus eſt loco I. In XXX. vide num legendũ ſit Adoleſcentula in ablatiuo, vt ſit Habeo ex adoleſcentula. Et in proximo quidẽ ante hunc verſu Riuius legit, Is hic eſt annulus. Eraſ. autẽ, hic is eſt annulus. Codex vetuſtus; hic eſt is annulus. Codex Aldi omittit is. Quod ſi omnino legi debet, s, eliditur. In verſu nono à fine vel Spei monoſyllabũ eſt, vel creticus loco V. In octauo à fine anapæſtus eſt loco ſecundo, & i nõ eliditur in Si, ſed corripitur. In ſexto à fine dactylus eſt loco tertio. In penultimo trochæus loco primo.*

IOAN. CALPH.

*Niſi me animus fallit. § Recognita Antiphila, Syrus anxius, nouum quærit conſilium de extorquenda pecunia. & bene deliberantẽ de re aliqua exprimit. Eſt enim dialogiſmus acuti ingenij in multa cogitatione verſantis. ⁋ Copiæ meæ. § Tranſlatio ſumpta ab imperatore, qui iam penè fuſus ab hoſtibus, ſe in aliquem tutiſſimum locũ reperit. Copia numero multitudinis & ἑνικῶς de exercitu dicitur. Saluſtius, Ex omni copia Catilinæ. Virgilius, Et quæ ſit me circum copia luſtro. ⁋ Triumpho, ſi licet me latere. § Verba propriè ſeruorum quoties vident ſe quod inceperant, perpetrare nõ poſſe. Et εἰρωνικῶς legendum. ⁋ Bolum. § Tranſlatio ab animalibus quibus aufertur præda. ⁋ Cõminiſcar. § Fingam. Inde cõmẽtum dicitur. Alibi, Atque illis cõmmẽtum placet. ⁋ Nihil tam difficile. § Sentẽtia generalis ſine certo authore, quæ ſeruis etiam conuenit. ⁋ Quid ſi ſic? § Qui aliquid incepturi ſunt, multa proponere ſolent: & affirmare, & refellere quod ſit faciendum vel relinquendum. ⁋ Sic opinor. § Nam quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta ſunt. ⁋ Euge. § Vox lætantis eius qui optimum inuenerit conſilium. ⁋ Fugitiuum argentum. § Facetè & ioculariter ſeruili more de argento tanquã de homine dixit.*

*Copiæ in anguſtum coacta.* *Bolus.* *Cõminiſci.* *Cõmentum* *Opinari.* *Putare.* *Euge.* *Fugitiuum argentum.*

## ACTVS IIII. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

HOc loco melius initium capiet actus fabulæ quartus, quàm ſcena ſuperiore ob paraſceuen quæ fit in ſcena. Quid iſtuc quæſo: ibi, mane, mane quid eſt quòd tam à nobis grauiter crepuere fores? Exeũte illic Soſtrata cum nutrice non eſt vacuum proſcenium, quod fiat oportet, ſi finire actum velis. In hac autem ſcena Chremete & Soſtrata ad filiam ingredientibus, Syro quoque abeunte, perſona nulla manebit in proſcenio. quare vt dixi, rectius hîc actum auſpicabimur. Scenæ argumentũ

ADRIA. BARL.

*Niſi me animus fallit. § Niſi ſignificat, ſi non. ⁋ Niſi me animus fallit. § Id eſt, ſi non erro. Niſi fallor, id eſt, ſi non erro, ille eſt Petrus congerro noſter. ⁋ In anguſtum oppido meæ cogũtur copiæ. § Qui anxietatibus, & ingentibus malis premũtur, dicimus eos inter malleum eſſe & incudem. Rem eandem hîc Terentius diuerſa ſignificat allegoria, ſumpta ab exercitu, qui laborat iniquo concluſus loco, & vndique obſidetur ab hoſtibus, vt difficile ſit effugere. ⁋ Triumpho ſi licet. § Ironia eſt ſignificantis non poſſe perficere ſe, quod inceperat. ⁋ Crucior bolum tantum mihi eſſe ereptum. § Bolus eripi è Bolus.*

*Niſi me animus fallit.*

faucibus dicitur, quoties commoditas aliqua quam propémodum tam tenebamus, præter expectationem ſubitò præripitur. Ab animalibus ducta metaphora, quibus præda aufertur. ¶ Crucior bolum tantum. } Authore Budæo, bolus priore ſyllaba producta, fructum ſignificat, Citat hunc locum Terẽtij. ¶ Ratio de integro ineunda eſt mihi. } Budæus in annot. Inire æſtimationem dicimus, inquit, vt inire rationem, hoc eſt, inuenire modũ & rationẽ alicuius rei æſtimandæ: cuius verbi frequẽtior eſt apud authores vſus, quàm vt exemplo ſit opus. Meminit Laurentius copioſè libro elegantiarum quinto. ¶ Nihil tam difficile eſt, quin quærendo inueſtigari poſſit. } Laurentius libro de verborum ſignificationibus. Perueſtigo inquit, & inueſtigo nõ ſolum quæro, ſed etiã, & quidem frequẽtius quærendo inuenio, vt ſit veſtigo, quæro, inueſtigo, & perueſtigo, acquiro. Ductum eſt hoc verbum à veſtigiis, tanquàm ſignis indiciiſque quibus ad rei notitiam peruenimus. ¶ Euge optumã habeo. } Interiectio eſt lætantis, vt qui optimũ inuenerit extorquendæ pecuniæ conſilium. ¶ Retraham hercle, opinor ad me illud idem fugitiuum argentum. } Facetè hîc & ioculariter tanquam de homine loquens fugitiuum dixit argentum.

*Rationem inire.* *Inueſtigo.* *Euge.*

eſt. Poſt agnitam Antiphilam Syro nouum quæritur de inuenienda pecunia conſilium.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena tam morali quàm faceta, poſt recognitam Antiphilam anxius Syrus nouum de extorquenda pecunia conſilium quærit, & deliberantem de re aliqua admodũ artificiosè hîc exprimit. Eſt enim Dialogiſmus acuti ingenii in multa cogitatione verſantis.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

INcertum eſſe humanorum conſiliorum euẽtum, hæc ſcena docet.

*Iambici Octonarij.*

SYRVS.

*Niſi me animus fallit, haud multum à me aberit infortuniũ,*
*Ita* hac re in anguſtum oppidò nunc meæ coguntur copiæ,*
*Niſi aliquid video, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex:*
*Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere,*
*Nihil eſt: triumpho, ſi licet me látere tecto, abſcedere.*
*Crucior bolum tãtum mihi ereptum tam ſubitò è faucibus.*
*Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi.*
NIHIL TAM *difficile, quin quærendo inueſtigari poſſiet.*
*Quid ſi hoc ſic incipiam nunc? nihil eſt. quid ſi ſic? tantundem egero.*
*At ſic opinor. non poteſt. imò optimè. euge optumam habeo.*
*Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.*

vtilitatem apparentem reſpicit, & non honeſtatem, nec cœptum iter deſerit propter conſuetudinem. Vnde Cicero in quinta Actiõe in Verrẽ. Ita ſerpit illud inſitũ in natura malũ conſuetudine peccandi libera, finẽ vt audaciæ ſtatuere ipſe ſibi non poſſit.

RIVII CAST.

Ita hac re in anguſtũ oppido &c. } Nos, Ita hercle in anguſtum & cæ. ex veterũ & manu ſcriptorum exemplarium obſeruatione: eſtque rectius mea ſententia. Vocum ſimilitudine quadam factũ reor, vt hic deprauaretur locus.

*hercle in anguſtum.

GLAREANVS.

Verſus ſunt omnes iambici tetrame. acatalecti. In quorum primo proceleuſmaticus eſt initio, & Me, ſequẽte verſus parte, non eliditur ſed corripitur, vt loco quinto ſit tribrachys. Verſu ſecundo Meæ monoſyllabum eſt, niſi ſit creticus loco quinto. & ita hercle pro, Ita hac re, legit Riuius. In ſexto Mihi diſſyllabum. In nono, verbum Nũc, ſuperfluit in verſu, nec ſenſus requirit, nec habet vetuſtus codex. In penultimo verbum Optimam poſt Habeo ponendum, vt cõſtet verſus. Bolum autẽ poſitũ pro eo quod Græci βωλὸν dicunt, Eraſmus admonuit in adagio Bolum è faucibus.

*Bolus.*

IOANN. THEOD.

Si licet me latere tecto abſcedere. } Plerique huic dictioni latere tonum appingunt circũflexum, ſic latêre, perinde quaſi infinitiuus eſſet à verbo Lateo, nõ nomen. At Syrus in hac ſcena grandiloquus, verbis vtitur imperatoriis, Ita hac re in anguſtũ oppidò nunc meæ cogũtur copiæ. Deinde perſeuerans in militari metaphora, Triumpho, inquit, ſi licet me látere tecto abſcedere. In arctũ contruduntur Syri conſilia, vt exercitus qui vel iniquitate loci, vel numero hoſtium vndique aſſultantium oppreſſus, in anguſtum contrahitur. Hoc malum ſi euitare velis, exercitus ad tutiora loca eſt abducendus. Verùm in agmine ob viarum anguſtias protenſiore, multa incommoda ſolent accipi, dum hoſtis tranſuerſo impetu aggreditur latera: quæ niſi tum munita & tecta habeas, magnum periculũ eſt, ne acies perrumpatur. Tecto igitur latere abſcedunt, qui tuto & ſine vulnere ex periculis elabuntur.

*Látere tecto abſcedere.*

LATOMVS

Argumentum. Conſultatio Syri ob inuentam Antiphilam perturbatis cõſilij ſui rationibus. ¶ Niſi me ani. } Querela Syri. ¶ Coguntur copiæ. } Copiæ, tranſlatum ab exercitu, qui ſæpe laborat iniquis cõcluſus locis. ¶ Si licet me. } Et hoc tranſlatum à bellica ratione. ¶ Nihil tam. } Sententia, qua ſe excitat ad conſultandum, & attende geſtum deliberantis. ¶ Fugitiuum argentum. } Tranſlatum à ſeruis fugitiuis.

PETRVS MARSVS.

Niſi me ani. &c. } Callidum animum ſerui decepti at non defatigati, nec non conſultationem malitiosè conuenientem, & vafram mentem ſeſe ad dolos confirmantem, honeſtatis ratione non habita, hac ſcena exprimit: oſtendens hominem malitioſum pendere animo, & confirmare ſe ad decipiendũ, nullam viam reſpuentem quæ ad votum perducat ſuum: &

Nulla

JOANN. CALPH.

NVlla mihi res poſthac.} Nimia Cliniæ lætitia exprimitur de recognita Antiphila, qua præpeditus vix poteſt adduci à Syro vt Clitiphoni ſuccurrat. ¶Aegritudinẽ afferat.} Tale & illud, Deorum vitam adepti ſumus. ¶Dedo me patri.} Plus

*Dedo.* dedere hoc loco, quàm obſequi. dedere ſe vult patri, quẽ admodum in hoſtium poteſtatem hoſtes ſe dedunt. In Andria, Tibi pater me dedo: quaſi qui vellet cõtraria.

*Deditio.* & deditio in hoſte fieri ſolet.

*Frugalis.* ¶Frugalior.} Temperatior, ſi frugalis nõ extat, vnde deſcẽdat, vide tu. ¶O Mi Syre.} A blandimento incipit, vt faciunt qui quicquam ſperatum conſecuti ſunt. ¶Quid ni?} Quid niſi audierim?

*Meapte. Mihipte.* ¶Meapte.} Cum ablatiuo πάρελκον additum, vt noſtrapte. Cato tamen poſuit mihipte, pro mihi ipſi. ¶Dignam quouis honore.} Amica etſi impudica eſt, dummodo amatori placeat, ab eo cõmendatur amore eum impellente.

*Dare. Dedere.* ¶Da te.} Duæ partes orationis. Dare eſt quod repetas, Dedere eſt ad perpetuum. Damus & amicis. Dedimus tantum hoſtibus.

¶Nã amici.} Iuſta petitio, ſuccurrendum eſt amico, nequid illi incommodi accidat.

*Amicus. Amator.* ¶Amici.} Plus gratiæ habet, quàm ſi dixiſſet Clitiphonis. Et amicus, animi eſt, Amator verò, corporis: & Amator eſt ad tempus, Amicus qui perpetuò amat. ¶Ne quid de amica.} ἀποσιώπησις ¶O Iuppiter.} Exclamatio terribilis penè ex nimio gaudio deſipientis. ¶Nubet mihi.} Hinc omnis lætitia dependet.

*Inter. Interloqui.* ¶Interloquere.} Hoc loco, Inter non auget, quemadmodum in verbo intercipit, interbibit. eſt autem interloqui, impedire, & interpellare loquẽtem. ¶Fer me.} Id eſt tolera. Tolerandus eſt qui ex amore deſipit, quia amor deus eſt, & non voluntas: cogit enim hominem ad id quod vult. ¶Hercle verò.}

*Verò.* Verò, vt plurimum ironiæ conuenit. Virgilius, Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis.

*Sanè.* Sanè & Verò, pronuntiandi adiumenta, in verbis negationem habent, licet confeſſionem afferre credantur.

*Agere, pro Audire.* ¶Hoc non ages.} Id eſt audies. In Andria, Hóccine agis?

*Inquam.* ¶Inquam.} Verbum hoc vim interdum maximam habet ad adhortationem.

*Vide. Videndum eſt.* Et, videndum eſt, & vide, magna aggreſſuris dicuntur. & inquam vtimur nonnunquam in repetitione ſupradictorum. ¶Noſter.} Cum ſtomacho. ¶Si abduxeris.} Rectè abduxeris: nam

*Abduco.* abducitur propriè quod alienũ ¶Quo ore.} Sic dicim⁹ quãdo aliquid pudendum committimus. ¶Appellabo?} Si duxero Bacchidem. ¶Quinimo.} Cautus ſeruus ea admonet, quæ non erunt aduerſa nuptiis. ¶Bonam atque iuſtam.} εἰρωνικῶς legendum. ¶Vt celet ſenem veſtrũ.} Dicimus enim,

*Celo.* celo tibi hanc rẽ & celo te de hac re intelligendum, celet ſenem de Bacchide.

*Prodere.* ¶Prodis.} Prodere propriè ad parentes refertur: ſed nonnunquam ad eum cui res alterius demandata eſt, & cuius conſilio alter regitur. ¶Meam eſſe credet.} Neceſſariò ſi Chremes Bacchidem gnati amicam non crediderit, Cliniæ eſſe crediderit. ¶Committet.} Bene de filia cõmittet dixit: quia

*Committo.* propriè magna committimus & ea ſecundum Donatum, quæ ſalutem in dubio habent.

*Malùm.* ¶Quid? malùm.} Malùm. interiectio eſt iraſcẽtis. ¶Vnus eſt dies, dum argentum eripio.} Aſſignat tempus pro ratione. non vult Chremetem diu credere Bacchidem Cliniæ eſſe amicam.

*Pax.* ¶Pax.} Aduerbium comicum, & ſignificat tantùm.

*Quid ſi nunc cœlũ ruat.* ¶Si nunc cœlum ruat?} Verbum vſitatum in eos, qui ſubtimidi in re peragenda, ſemper dicere ſolẽt, quid ſi hoc vel illud accideret? ¶Age, age, Traducatur Bacchis.} Vox conſentientis, & qui victus eſt rationibus callidi ſerui. ¶Optumè exit} παρασκευὴ eſt alterius ſcenæ.

ADRIA. BARL.

O mi ſyre audiſtin'?} Blã

# ACTVS IIII. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

CLinia hîc teſtatur quàm gaudeat de agnita Antiphila, & à Syro admonetur vt amici etiam Clitiphõnis rem curet in ſeruanda Bacchide.

ARG. PAVL. MALL.

HIc ingens Cliniæ lætitia de recognita amica exprimitur, qua vſque adeò eſt perculſus, vt vix tandem à Syro perſuaderi potuerit, vt Clitiphoni conſodali ad Bacchidis conſeruationem opituletur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

CLinia exultat, quòd Antiphila mox ei nuptura ſit, & Syrus Cliniæ conſulit: quò amicã Clitiphonis ſuã amicam eſſe dicat.

*Iambici Quadrati Catalectici, & Trochaici plerique. Senarius vnus.*

CLINIA, SYRVS.

NVlla mihi res poſthac poteſt iã interuenire tãta,
Quæ mihi ægritudinem afferat, tanta hæc lætitia oborta eſt.
Dedo patri me nunc iam, vt frugalior ſim quàm volt.
S. Nihil me fefellit: cognita eſt, quantum audio huius verba.
Iſtuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe lætor.
C. O mi Syre audiſtin' obſecro? S. quid ni, qui vſque vnà affuerim?
C. Cui æquè audiſti commodi quicquam euenisse? S. nulli.

C. Atque ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte cauſa
Lætor, quàm illius, quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam.
S. Ita credo. ſed nunc Clinia age, date mihi viciſſim:
Nam amici quoque res eſt vidẽda, in tuto vt collocetur,
Nequid de amica nũc ſenex. C. ô Iuppiter! S. quieſce.
C. Antiphila mea nubet mihi. S. ſiccine * me interloquere?
C. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. S. fero hercle verò.
C. Deorum vitam adepti ſumus. S. fruſtra operam hanc opinor ſumo.
C. Loquere, audio. S. at iam hoc non ages. C. agam. S. videndum eſt inquam,
Amici quoque res Clinia tui in tuto vt collocetur:
Nam ſi nunc à nobis abis, & Bacchidem hîc relinquis,
Noſter reſciſcet ilico eſſe amicam hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, celabitur itidem vt celata adhuc eſt.
C. At enim iſtoc nihil eſt magis Syre meis nuptiis aduorſum:
Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam? S. quid ni?
C. Quid dicam? quam cauſam afferam? S. quin nolo mentiare.
Apertè, ita vt res ſeſe habet, narrato. C. quid ais? S. iubeo.
Illam te amare, & velle vxorem hanc eſſe Clitiphonis.
C. Bonam, atque iuſtam rem oppidò imperas, & factu facilem:
Et ſcilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt celet
Senem voſtrum. S. imò vt recta via rem narret ordine. C. hem,
Satin' ſanus es, aut ſobrius? tu quidem illum planè prodis.

ditur, eorum more qui boni quippiam conſecuti ſunt. ⁋ Quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam. } Clinia decep tus amore in Antiphilam nimio, dicit, quouis honore dignam, quam tantam laudẽ non meretur, quæ impudica ſit. ⁋ Ne quid de amica nũc ſenex. } Apoſiopeſis eſt, vt ſubaudias, ne quid Chremes hanc Bacchidẽ reſciſcat eſſe amicam filij. ⁋ O Iuppiter. } Ex immodico gaudio nata exclamatio. ⁋ Siccine mihi interloquere? } Id eſt impedis ne loquar, & loquentem interpellas? ⁋ Gaudeo, fer me. } Mirè Terentius exprimit amoris potentiam. ⁋ Deorum vitam adepti ſumus. } Hyperbole, id eſt, feliciſſimi ſumus. ⁋ At iam hoc non ages. } Non audies ſi quid loqui velim, ſi quid dicere parem. Sic & in Andria. Siccine agis, an non? ⁋ Videndum eſt inquam. } In verbo, inquam, adhortandi interdum vis maxima eſt maximè prius dicta ſi repetas. ⁋ Vnus eſt dies. } Non volo, inquit, diu Chremetem credere Bacchidem eſſe tuam. ⁋ Pax nihil amplius. } Hîc nomen loco aduerbij, tãtùm poſuit, vt ſit, tantùm, hoc nihil amplius. ⁋ Quid ſi nunc cœlum ruat. } Eraſmus dicit prouerbialem eſſe ironiam in eos, qui tutiſſimis etiã in rebus ridiculè timent. Hoc vnde manarit, Ariſtoteles indicat, ſcribens priſcis illis & rudibus mortalibus perſuaſum fuiſſe cœlũ hoc, quod videbant imminere, Atlanticis humeris ſuſtineri. quod ſi ille ſe ſubduxiſſet, fore vt è ſublimi in terrã decideret. idque non ſolùm poëtarũ figmentis fuiſſe proditum, verũ etiam à Phyſicis nõnullis affirmatum, Plutar. in libello de facie quę apparet in orbe lunæ, citat Phenacẽ quẽdã, qui metuerit ne luna decideret in terram, quiq; commiſeratus ſit vicem eorũ qui lunæ forent ſubiecti, cuiuſmodi sũt Aethiopes ac Taprobani, ſi tantum põdus in eos rueret, idẽ veritus de terra cœlóq;, niſi columnis Atlãticis fulcirentur. Theognis ἔν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν χάλκεον, ἀνθρώπων δεῖμα παλαιγενέων, id eſt, Deinde meo vaſtus capiti illabatur olympus Ferreus, antiqui quod metuere viri. Terẽtius in Heautont: Quid ſi redeo ad illos, qui aiunt, quid ſi nũc cœlũ ruat? Alluſit huc Horatius in Odis, Si fractus illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ.

*mibi Interloqui

Vitã deorum adepti ſumus.

Agere, pro Audire.

Inquam.

Pax, pro Tantum.

Quid ſi nunc cœlũ ruat?

LATOMVS.

Argumentum. Lætitia Cliniæ, & nouum Syri cõſilium. ⁋ Nihil me. } Hoc ſecũ Syrus, deinde gratulatur. ⁋ Ne quid de amica. } Eclipſis, ſubaudi, reſciſcat. ⁋ Quid faciam. } Attende geſtũ immodicè gaudentis. ⁋ Nam ſi nunc à nobis. } Ratio ab vtili, facta periculi collatione. ⁋ At enim iſthuc. } Obiectio ⁋ Quo ore. } Quo pudore. Vide prouerbium: pudor in oculis. ⁋ Apertè ita vt. } Callidũ conſilium, cuius ſucceſſus pẽdebit ex falſa perſuaſione ſenum. ⁋ Vim tãtam. } Magnificè dictũ. ⁋ At enim ſpem. } Alia obiectio. ⁋ Quid, malùm, me. } Soluit à tempore. ⁋ Pax. } Pro, tantùm Priſcia. authore. ⁋ Quid ſi nũc. } Prouerbium in anxios & meticuloſos. ⁋ Quaſi non ea. } Alia ratio contra obiectionem à liberandi facultate.

Quo ore.

Pax, pro Tantùm.

PETRVS MARS.

Nulla mihi res &cat. } Geſtiens animus adoleſcentis, qui re optata potitus eſt, & ſeruilis arrogantia nunc deſcribitur. Et amicũ amici rem curare in primis debere monet hac ſcena. Iuuenis certè voluptatem ſummum bonum putat, quæ ſi alicui honeſtati cõiuncta eſt, efferueſcẽtem animum reprimit, & paulatim ad rectam vitam diſponit. Idem autem accidit, cùm puella exoptata vxor ducitur. Plato lib. ſexto de Legibus, ſic ait: Cupiditas

procreandi

Nam quî ille poterit eſſe in tuto? dic mihi.
S. Huic quidem conſilio palmam do: hîc me magnificè effero.
Qui vim tantam in me, & poteſtatẽ habeam tantæ aſtutiæ,
Vera dicendo vt eos ambos fallam: vt cùm narret ſenex
Veſter noſtro, iſtam eſſe amicam gnati, non credat tamen.
C. At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis:
Nam dum amicam hanc meam eſſe credet, non committet filiam.
Tu fortaſſe quid me fiat parui pendis, dum illi conſulas.
S. Quid, malùm, me * tandem cenſes velle id adſimularier?
Vnus eſt dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius.
C. Tantũ ſat habes? quid tum quæſo, ſi hoc pater reſciuerit?
S. Quid ſi redeo ad illos, qui aiunt, QVID SI NVNC COELVM RVAT?
C. Metuo quid agam. S. metuis. quaſi non ea poteſtas ſit tua,
Quo velis in tempore vt te exoluas: rem facias palàm.
C. Age, age, traducatur Bacchis. S. optumè ipſa exit foras.

*ætatem

procreandi ardentiſſimo furoris impetu, & maxima petulantia homines vrit & agitat: & inſuper cibi potúſque cupiditates, à quibus ad id quod optimum eſt, tribus rebus vertendi ſunt, timore, lege, ac vera ratione. Et Apuleius ſic ait: Peccatum ſemel vt bonus quiſque ſolicitus cauet: ita qui ingenio malo eſt, confidentius integrat, ac iam de cætero quò ſæpius, eò apertius delinquit. ⟦Vnus eſt dies, dum argentum eripio, pax.⟧ Pax, id eſt tantummodo. Proteruè, id eſt, petulanter ac imprudenter, inconſideratéque.

RIVII caſtigatio.

Cui æquè audiſti commodius quidquam eueniſſe. ⟧ Manu ſcriptus codex habet commodi, non, quod cæteri omnes, commodius: Sed nondum ſtatuo, vtrum rectius, motus videlicet tanto conſenſu reclamantium. ⟦Siccine mihi interloquere?⟧ Manuſcripta exemplaria, & ex impreſſis Venetum, Lugdunenſe, alia pleraque habent: Siccine me interloquere? quæ haud ſcio an verior lectio ſit. ⟦Imò vt recta via rem narret ordine.⟧ Lege, rem narret ordine omnem, conſentientibus manu ſcriptis omnibus, & vetuſtiſſimo quoque de impreſſis. Vt omittam, quòd idem ratio metri expoſcit. Eſt autem verſus iambicus tetrameter catalecticus. ⟦SY. Quid, malùm, me tandem cenſes velle id adſimularier?⟧ Ita quidem & manu ſcripta habent & impreſſa, quotquot ipſe viderim, exemplaria, nec eſt vlla inter ea hoc ſanè loco diſcrepantia. Cæterùm deprauatã eſſe lectionẽ quamuis non auſim adfirmare: tamen coniectura ducor ad ſuſpicandũ. quam hîc ſubiiciã. Lectori integrum ſit, quod volet, ſequi. In codice manu ſcripto erat in ſpatio, quod verſus dirimit, ſuper illa particula tandẽ ſic ſcriptũ: Per longum tempus & per ætatẽ. Ex hac gloſa verè, vt iſti dicũt, notabili, coniicio legẽdum ad hunc modum: Quid, malùm, me ætatẽ cenſes velle id adſimularier? vt ſit videlicet ætatẽ aduerbialiter poſitum, pro diu & lõgo tempore: quo modo & aliàs ſæpe Terentius, vt ſuo loco adnotabimus, vtitur. Ita aptè cohærebit, quod ſtatim ſequitur: Vnus eſt dies, dum argentum eripio, pax. nihil amplius. Oppoſuit enim inter ſeſe ætatem & vnum diem: & hoc quidem pro breui tempore, illud pro longo diuturnóque poſuit. Qui rem altius introſpexerit, ſat ſcio, ſi cuius modò iudicij eſt, corre-

Aetatem, pro Diu.

ctioni noſtræ calculum ſuũ addet. Ecce autem, cùm hoc adnotaſſem, idem fortè à Calphurnio adnotatum reperi eo in exemplari, quòd Maguntiæ pridem excuſum eſt. Verba eius ſubiiciam, Me ætatem: poſuit pro diu. Alibi: Iam dudum ætatem. Ita ille: Sed hæc tamen verba non ſunt in cæteris, velut Argentoratenſi & Veneto: Nam Romanum exemplar nihil habet in hanc fabulam. Vocum ſimilitudo haud dubiè errori anſam dedit, præſertim obſecundante ſenſu: Et alioqui illud tandem magis à rudibus intelligebatur, quàm ætatem.

GLAREANVS.

Vndetriginta priores huius ſcenæ verſus ſunt iambici tetrametri catalectici. Triceſimus ſenarius eſt. Reliqui deinceps trochaici tetramet. catalectici, excepto à fine octauo, qui eſt trochaicus tetramet. hypercatalecticus, ſi exemplaria nõ fallũt. In tertio ab initio Iam diſyllabum eſt, vt in Adelphis bis, ſcena prima actus ſecũdi, & ſcena ſeptima actus. v. In ſeptimo verſu, vel Cui diſyllabum eſt, vel i, non eliditur. Et commodè legendum, vt ſit ſenſus, Cui æquè commodè. atque ita habet vetuſtus meus codex. In octauo, Dij corripitur, nõ eliditur. In decimo, Mihi diſyllabum pro iambo, quemadmodum in decimotertio bis, Nam ego. Siccine mihi interloquere legendum puto, & Mihi habet antiquus codex. Riuius Me legit correpta, vt puto, e, non eliſa, alioqui carmen non conſtat. In decimoquinto, initio iambus eſt, & Sumus, vel s, ad finem amittit, vel creticus eſt loco quarto, & Sumo verbum ante Opinor verbum ponẽdum, vt conſtet carmen. In viceſimoprimo, s, eliditur in Magis. In viceſimooctauo, vel Via monoſyllabum eſt, vel creticus eſt loco quarto, & poſt verbum Ordine, adiiciendum Omnem, vt habet vetuſtus codex, & præterea carmen exigit. Admonuit idem Riuius. In viceſimonono, s, in Sobrius eliditur, vt ſit loco primo iambus, ſecundo dactylus, in tertio ſpondeus, in quarto anapæſtus. Poteſt & ſine eliſione s, vel bacchius eſſe loco quarto, vel creticus loco quinto. In nono, à fine verſu trochaicus eſt, Meam monoſyllabum totum eliditur, vel amphibrachys eſt loco tertio. Sequens deinde trochaicus tetrame. hypercatalecticus eſt, vt diximus, niſi quis carmini aliquid adiectum exiſtimet, vt ſit. Nam & deme

Iam, diſyllabum.

*quidam habebant codices, haud dubiè perperàm. Lector diſpiciat, quid ſit, ſi pro fortaſſe legatur Fors, carmen erit, vt alia, tetramet. catalect. quod equidem ita legendum exiſtimo. Sequens item verſus ferè deprauatè legitur, quod Riuius conqueritur. at in vetuſto meo codice bene habet: Nam illic, Me ætatem legitur, nō Me tandem, In Calphurnij eiuſdem codicis commētario bene habebat. Frobenij codex, neſcio quo alio codice fretus, ſuſtulerat quod tamen maximè ad rem faciebat. Antepenultimum carmen vt ſatiet operæpretium eſt, conſideret lector.*

IOANN. CALPH.

SATIS *pol proteruè.} Reſtat ad fallaciam & ad extorquendum argentum, vt Bacchis irata à Syro placetur, & ad Menedemũ tranſeat. ¶ Satis pol.} Meretricis conqueſtio exprimitur, cuius tota indignatio dependet ex non tradita pecunia. ¶ Huc induxerunt.} Inducitur aliquis, cùm verbis alterius decipitur. In Andria, Vide quò me inducas.* (*Induci.*) *¶ Promiſſa.} Cicero, Promiſſa tua memoria teneas. Aliter accipitur cùm dicimus promiſſa barba nam promittere, eſt polliceri, & ad magnitudinem nutrire. Plautus. Capillum promittam.* (*Promittere*) *¶ Pollicitus.} Pollicemur magis ſponte: Promittimus rogati.* (*Polliceri.*) *¶ Promiſſa.} Dicitur promiſſum & promiſſio. Promiſſio & pollicitatio eandē vim habent. ſed pollicitatio, maioris aſſeuerationis eſt.* (*Pollicitatio*) *¶ Vt veniam, fruſtra veniet.} Pulchra permutatio eiuſdē verbi per tempora, quæ cōuenit iratis. ¶ Spe pēdebit animi.} Quod eſt corporis, ad cruciatum animi tranſtulit. Suprà viſum eſt, quàm torqueãtur amantes in amicarum expectatione.* (*Pendet animi.*) *¶ Ac non veniã.} Mira meretricis calliditas exprimitur. iam cogitauit quemadmodũ Syrus videatur apud Clitiphonem vanus & mendax, ex quo ab illo verberetur. ¶ Mihi.} In meam vltionem. Virgilius, Poſt mihi non ſimili pœna cōmiſſa luetis. ¶ Pendet pœnas.} Perſoluet. Virgilius, — tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi.* (*Pendere pœnas.*) *¶ Satis ſcitè.} Hoc cum riſu pronuntiandum. ¶ Scitè.} Pulchrè. In Andria, Scitus puer.* (*Scitè.*) *¶ Promittit.} Scilicet venturam. ¶ Hanc credis?} Hanc, & ad contemptum, & ad odium dixit. habent enim iſta pronomina quandam emphaſin. ¶ Pol iſtos commouebo.} Bene iſtos, quaſi odioſos.* (*Iſte.*) *In Eunucho, Cum milite iſto. Virgilius, Aut quid petis iſtis? Hæc enim pronomina ſpernentis ſunt, odiúmque monſtrantis. ¶ Dormiunt.} Otioſi ſunt & negligentes.* (*Dormire.*) *¶ Mea Phrygia.} Hoc eſt proprium meretricis, vltro excludere amantem, & alium recipere, vel ſe ad alium conferre. ¶ Phrygia.} Nomē à regione, ſicuti Leſbia, Andria, Samia,* (*Phrygia.*) *¶ Quam villã.} Villa, domus in agris, quò ruſtici res vehunt & euehunt. Virgil. Et iam ſumma procul villarum culmina fumant. Vteret Varronis teſtimonio, ex 1. de re ruſtica ad Fundaniam, niſi notũ eſſet.* (*Villa.*) *¶ Ad dexterã.} Inducit memorē meretricem, nec oblitã vbi ſit, & quid agat amãs. nam huiuſcemodi mulieres nil aliud agunt, nil aliud curãt, quàm quomodo aliquid ab amantibus extorqueant. ¶ Curriculo.} Hoc loco aduerbium, aliàs nomen.* (*Curriculo.*) *¶ Apud eum miles.} Hic eſt de quo ſuperius Syrus, Nam miſerum quendam offendi ibi militem eius noctē orantem, hac arte tractabat virum. ¶ Agitat Dionyſia.} Aliter agitat accipitur cùm dicimus, Agitat cōuiuia & Dionyſia: & aliter cùm dicimus, agitat vitia. Iuuena. Hæc ego non agitem?* (*Agitare vitia.*) *¶ Quid inceptat?} Tanquam de magno facinore dixit. nam inceptare & incipere, magnorum eſt facinorum.* (*Inceptare. Incipere.*) *¶ Seruari.} Cuſtodiri: vel melius, ſuſpicioſè obſeruari. vt illud Virgilianũ, Quod ſupereſt, cœli menſes & ſidera ſerua.* (*Seruari.*) *¶ Mane mane.} Hæc ſingula verba, ſi diligenter notes, Syri magnam trepidationem indicant: ideo ſtatim de argento mentionem fecit, in quo lis omnis pendebat inter Syrum & Bacchidem. ¶ Quin.} Pro, imò, hoc loco ponitur.* (*Quin, pro Imò.*) *¶ Quin.} Repetit Bacchis Syri verbum, vt mos eſt iratorũ. ¶ Num ego inſto?} Fingit ſe nō magnopere curare vt habeat argentum,* (*Inſto.*)

**certò*

## ACTVS IIII. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

BAcchis irata ob decē minas nondum traditas, obturam ſe aſsimulat. Cum Syro expoſtulat. Tandem placata ſuaſu eiuſdem, cũ omni ſtrepitu ac turba tranſit ad Menedemum, tantiſper dum Chremes fallatur.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena, vt fallacia Syri tandem expediatur, pecuniáque extorqueatur à ſene, Bacchis indignata à Syro placatur, cuius perſuaſione ad Menedemum cum pediſſequis, tantiſper dũ Chremes fallatur, ſeſe confert.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Deſtomachatur Bacchis ſe à Syro deluſam.

*Iambici Quadrati Catalectici.*

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA *ancilla.*

SAtis pol proteruè me Syri promiſſa huc induxerunt,
Decem minas, quas mihi dare pollicitus eſt. quòd ſi is nunc
Me deceperit, ſæpe obſecrans me vt veniam, fruſtra veniet:
Aut cùm venturam dixeró, & conſtituero, cùm is * certè
Renũtiarit, Clitipho cum ſpe pēdebit animi:

*tum, quemadmodum faciūt hi qui deſeſſi ſunt diu peten do aliquid.* ¶ *Sodes.* § *Blandientis aduerbium.* [Sodes.] ¶ *Quam rē agis, ſcelus?* § *In Andria, Vbi eſt illic ſcelus. Et ad intellectum non ad verba redigitur. nam & ſcelus ſceleſtus intelligitur. & plus dixit quàm ſceleſte: vt, Tu nihil niſi ſapientia es. Martialis, Non vitioſus homo es Zoile, ſed vitium.* [Scelus.] ¶ *Eò.* § *Ridiculè additū: vt ſit Eò, loci aduerbium.* [Eò.] ¶ *Argentū cudo.* § *Iocularıter dixit. Cuditur enim pecunia dum imprimitur.* [Cudere argentum.] ¶ *Quam illudas?* § *In Andria, Adcóne vobis videmur eſſe idoneæ, in quibus ſic illudatis? Illudo in te, ſeptimo caſu: & illudo te, accuſatiuo dicimus. dicitur quoque illudo te & tibi.* [Illudo.] ¶ *Non eſt temerè.* § *Sic dicitur, quādo aliquid fit non ſine magna ratione.* [Temerè.] ¶ *Hìc.* § *In hac re. vt ad Menedemū traducar. & eſt cum interrogatione legendum, ita vt neget nō veniſſe ea gratia.* ¶ *Eatur.* § *Citò flectitur. & quia mulier, & meretrix, quæ trahitur minimo lucello.* ¶ *Quamobrem.* § *Vtpote tardiuſculus nō intelligit Syri conſilium, de eo ſuperius, Ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus eſt.* ¶ *Damnū.* § *Damnum, res eſt: Malum verò, hominis.* [Damnum. Malum.] *Perſoluet Chremes argentum ex fallacia Syri: quod erit maius damnum, quàm ſi permanſiſſet meretrix.* ¶ *Tu neſcis quod ſcis Dromo.* § *In Eunucho, Tu pol ſi ſapis, quod ſcis neſcis. Non poſſumus neſcire quod ſcimus: ſed ita vt concordia diſcors. Virgilius, Sequitúrque ſequentē.* [Neſcis quod ſcis.] ¶ *Neſcis quod ſcis.* § *Hoc eſt quod dicitur, Quod ſcis neſcis. prouerbiale eſt, & multū apud dialecticos tractatum: vt facio & non facio, & amicus ſum & non ſum, & audio & nō audio, & cætera huiuſmodi.*

ADRIA. BARL. *Decem minas.* § *Hoc eſt, centū & ſeptuaginta quinq;*

*Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi tergo pœnas pendet.*
C. *Satis ſcitè promittit tibi.* S. *atqui tu hāc iocari credis.*
*Faciet niſi* * *caueo.* BA. *dormiunt: ego pol iſtos commouebo.*
*Mea Phrygia, audiſtin' homo iſte modò quā villam demonſtrauit*
*Charini?* PH. *audiui.* BA. *proximam eſſe huic fundo ad dextram?* PH. *memini.*
BAC. *Curriculo percurre: apud eum miles Dionyſia agitat.*
S. *Quid inceptat?* BA. *dic me hìc oppidò eſſe inuitam, atque* * *ſeruari:*
*Verùm aliquo pacto verba his me daturum eſſe, & venturam.*
S. *Perij hercle. Bacchis mane mane, quò mittis iſtanc quæſo?*
*Iube maneat.* BA. * *abi.* S. *quin eſt paratum argentum.* BA. *quin ego maneo.*
S. *Atqui iam dabitur.* BA. *vt lubet, num ego inſto?* S. *at ſcin' quid ſodes?*
BA. *Quid?* S. *tranſeundum eſt nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa*
*Eò traducenda eſt.* BA. *quam rem agis, ſcelus?* S. *egóne? argentum cudo,*
*Quod tibi dem.* BA. *dignā me putas, quam illudas?* S. *non eſt temerè.*
BA. *Etiámne tecum hìc res mihi eſt?* S. *minimè: tuum tibi reddo.*
BAC. *Eatur.* SY. *ſequere hāc. heus Dromo.* DR. *quis me volt?* S. *Syrus.*
D. *quid eſt rei?*
S. *Ancillas omnes Bacchidis traduce* * *huc ad vos properè.*
D. *Quamobrem?* S. *ne quæras: & ferant quæ ſecum huc attulerunt.*
*Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe harum abitu.*
*Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri, quantum ei*
*Damni apportet. tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies.* D. *mutum dices.*

*renenſes, ſiue vigintinouem libras, tres ſolidos, & quatuor groſſos.* ¶ *Obſecrans me vt veniam, fruſtra veniet.* § *Pulchrè mutauit idem per tempora verbum, quod iratis maximè conuenit perſonis.* [* cauero.] ¶ *Pœnas pendet.* § *Perſoluet.* ¶ *Satis ſcitè promittit tibi.* § *Cum riſu pronuntia. Et ſcitè, pulchrè ſignificat.* [Scitè.] ¶ *Dormiunt.* § *Qui in negotio peragendo negligentiores ſunt, eos dormire dicimus.* [Dormire.] ¶ *Ego pol iſtos commouebo.* § *Pronomen. iſte, ſpernit, & odium monſtrat.* ¶ *Curriculo percurre.* § *Id eſt, vno curſu eò percurre ſine intermiſſione, ne feceris ante currendi finem, quàm ad villam perueneris.* [Curriculo percurrere.] [* aſſeruari.] ¶ *Dic me hìc oppidò eſſe inuitam.* § *Omnibus hic eſt mos meretricibus, vltro priore excluſo amatore, aliū admittere.* [* i, i.] ¶ *Atque ſeruari.* § *Seruari hìc dictum eſt pro odioſè obſeruari.* [Seruari.] ¶ *Quin ego maneo.* § *Iratorum eſt, ab alio dicta repetere. Et hìc vides à meretricibus magis pecuniā, quàm amatores amari.* ¶ *Quam rē agis ſcelus.* § *Scelus & hìc, vt aliàs pro ſceleſto poſuit.* [Scelus.] ¶ *Argentum cudo.* § *Iocularıter dictū hoc à Syro, pro cogito, qua ratione argentum inueniam quod tibi tradatur.* [Argentum cudere.] ¶ *Etiámne tecum hìc mihi res eſt?* § *Vt cū meis omnibus ad Menedemū abeam? huius enim gratia non huc me contuli.* ¶ *Eatur.* § *Quòd citò flectitur Bacchis, in eo ſeruauit poëta decorum perſonæ meretriciæ. Solet enim hoc genus quàm minimo etiā duci lucello.* [* hinc] ¶ *Quid eſt rei?* § *Vide quàm verè aliàs dictū à Chremete, Videlicet hic Cliniæ ſeruus tardiuſculus eſt, non enim quid agatur intelligit.* ¶ *Senex ſibi.* § *Refer ad Chremetē, cui hactenꝰ ſumptui Bacchis fuit.* ¶ *Damni apportet.* § *Bacchidis abitus aliquādo Chremeti plus dāni, quàm lucri attulerit. Per fallaciā enim argēto emun-*

getur, quod erit haud dubiè maius damnum, quàm ſi cum omni pompa ſua & ſtrepitu manſiſſet Bacchis. ❡Tu neſcis quod ſcis Dromo.❳ Hanc figurã & in Eunucho vſurpauit. Sumpta eſt autem à Dialecticorum ludis, in quibus huiuſmodi quidam ſcyrpi proponi conſueuerunt facio & non facio, audio & non audio, & omnes eiuſmodi figuræ, quæ κατ' ἐναντίωσιν ſumuntur, ad prouerbiorũ cognationem pertinẽt.

*Neſcisquod ſcis.*

LATOMVS.

Argumentum. Expoſtulat meretrix cum Syro, & impellit ad argenti extorſionem. Exprimitur autem meretricia improbitas in emungendis amatoribus, & ad traducendam Bacchidem, occaſio datur. ❡Satis pol proteruè.❳ Querela & comminatio meretricis in Syrum. ❡Dormiunt.❳ Oſtẽdit ſpectatoribus quid agat, nam ſimulatura eſt, vt terreat Syrũ. ❡Curriculo percurre.❳ Aduerbiũ, pro celeriter, eyns lauffs. ❡Vt lubet.❳ Attende ſuperbiam. ❡Argentum cudo.❳ Elegans & faceta metaphora, pro conficio. ❡Sperabat ſumptũ.❳ Hoc ad ſpectatores, & eſt facetè dictum in ſenem, in quem machinatur fallaciam.

*Curriculo.*

PETRVS MARSVS.

Satis pol proteruè &c.❳ Meretriciam indignationem, & animum terribilem, & artem qua perditi adoleſcentes, & Cupidinis clauo transfixi, à meretrice plurimũ ſibi tribuente, ac nitore vultus ſuperbiente, tractantur, hæc ſcena exprimit. Meretrix certè dies, noctéſque ditibus & venereis adoleſcentibus inſidiatur: timetúrque ab his, qui propter ætatis feruorem & imprudentiam, ad venerẽ ruunt toto impetu, nullum ferè aliud bonum æſtimantes, præter voluptatem, quam ſtudioſè ſectantur. Itaque callida meretrix copia ſui, adoleſcentes inflammat, cùm nil aliud fermè amet, quàm lucrum, & amantium cruciatus. Vnde Iuuenalis:

Ardeat ipſa licet, tormentis gaudet amantis.

Simulatione vtitur, vt ſpoliis gaudeat. Vnde Lena apud Plautum in Ciſtellaria: Aſſimulatè amare oportet: nam ſi ames, extemplo melius illi multo quẽ ames conſulas, quàm rei tuæ. ❡Et conſtituero, &c.❳ Id eſt, horam aduentus dixero. Iuuenalis:

*Conſtituere*

Vbi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

❡Syrus mihi tergo, &c.❳ Id eſt, ſoluet tergo ſuo, quia verberabitur. ❡Etiámne tecum, &c.❳ Quaſi dicat: Non hoc tibi promiſi, nec talem operam tibi locaui, vt ſcilicet à vobis ad Menedemum tranſirem. Meretrix cupiebat & alibi lucrari. Quapropter quærit, an apud Menedemum debeat operam Clitiphonis, & Syri, an ſuam rem agere.

RIVII CASTIGATIO.

Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos properè.❳ Sunt exemplaria, quæ habeant: Traduce hinc, id eſt, à nobis. Mihi illud huc δεικτικὸν eſſe videtur: vt manu domũ Syrus oſtendat, quo Bacchidem & eius ancillas traduci velit.

GLAREANVS.

Sunt omnes Iambici tetrametri catalectici. In primo s, eliditur in Satis. Et nota appoſitionẽ diuerſo caſu factam, promiſſa Syri decem minas. quod nuſquam alibi memini me legere. Sed ſcilicet conformauit antecedẽs ad relatiuum Quas, quod ſequebatur, vt in Andria,

*Appoſitio in diuerſo caſu.*

*Relatiuum & antecedens.*

Populo vt placerent quas feciſſet fabulas.

Et in Eunucho,

Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit?

Rectum igitur erat, Syri promiſſa, nempe decem minæ huc me induxerũt. In ſecundo verſu Me ſyllaba eſt vltima, & tertius verſus à verbo Deceperit incipit, quod in exemplaribus ferè neglectum vidimus, & cõiunctio Aut, ante Fruſtra ponenda, vt totus verſus ita legatur,

Deceperit. ſæpe obſecrãs me vt veniã, aut fruſtra veniet,

Nec poſt verbum Veniet, colo diſtinguendum. Nam altera diſiunctiuæ enunciationis pars multis deinde verbis ſequitur, vt planè mirer à quibuſdam hoc non animaduerſum. In ſeptimo verſu s, eliditur in Satis, vt in primo. In octauo proceleuſmaticus eſt loco ſecundo, & creticus ſeptimo, niſi quis o breuem vocalem elidi putet, vt Comm'uebo ſit triſyllabum. In nono, proceleuſmaticus eſt initio, deinde ſpondeus, mox anapæſtus. Duodecimus verſus in pleriſq;, quos nos vidimus, codicibus peſſimè corruptus eſt, quem nos expunctis verbis Eſſe, & Atq; ita legendum aſſerimus.

SY. Quid hæc inceptat? BAC. dic me hîc oppidò inuitam adſeruari.

Qui verſus ſi ita legatur, & carminis ratio optimè habebit, & ſenſus item. Calphurnius quoque adſeruari legiſſe videtur, quanquam in nuperis editionibus hoc etiam corruperunt, adeò in alieno labore ingenioſos nos videri pulchrũ ducimus. In decimoquarto, Mane & corripitur & producitur, quemadmodum ſuprà actus tertij, Scena tertia, verſu vltimo. Quanquam in ſuperioribus amphibrachys, hic creticus eſſe poſſunt. In XV. verſu proceleuſmaticus eſt initio, ſecundo loco anapæſtus, In quo verſu Quin videtur primùm produci, mox deinde corripi. niſi vel proceleuſmaticum loco ſeptimo ponamus, vel eo de maneo in vnam comprimamus ſyllabam, quorum neutrum placet. In decimoſeptimo, verbum Eſt, ponendum poſt tibi, vt conſtet verſus. In decimooctauo. Eo monoſyllabum, & s, vel in Agis vel in Scelus elidendum. In viceſimoprimo, Rei, ad finem monoſyllabum eſt. In viceſimoſecundo, Huc δεικτικῶς, non Hinc, vt credidit Badius. oſtendit Syrus Menedemi domum vicinam. Annotauit hoc quoque Riuius. In antepenultimo verſu tribrachys eſt loco ſeptimo, ſed rum non eliditur. In penultimo Ei monoſyllabum & abſq; eliſione, poſt Damni ponendum, vt carmen ita legatur,

Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri, quantum damni ei apportet.

Eodem modo ponitur Ei in viceſimoſeptimo verſu ſcenæ ſequentis. Vltimus verſus initio variè allegatur, variè legitur. Quidam ita,

Tu neſcis id quod ſcis Dromo. Quidam ſic,

*Neſcisquod ſcis.*

Tu quod ſcis neſcias Dromo. Quidam etiam ita,

Tu neſcias quod ſcis Dromo.

Atque hæ tres lectiones quantum ad ſenſum ac metrum nõ improbantur. Quanquam poſteriores mihi magis probantur. In commentario Donati in Eunuchum, Actus quarti, Scena quarta, ſub finem corruptè citatur ad hunc modum hic locus, Neſcias quod ſcis, ſi ſapis. Quem locum tamen etiam ita allegat D. Eraſmus in adagio. Quod ſcis neſcis. Nec magis emendauit in eo Terentij codice, quem vltima editione excudendum dedit: cùm in aliis ſoleat emendatiſſimè citare authorum loca.

ITA ME

## ACTVS IIII. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

PEr fallaciam Syrus ab hero Chremete argẽtum accipit. Menedemi Chremes rurſum miſeretur ob traductam ad illum cũ omni pompa ſumptuoſam Bacchidem, quam Cliniæ non ſui filij amicam putat.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena, Syri fallacia ſuũ ſortitur effectum. Nam tãdem extorquetur à Chremete argentũ. Idem ille Chremes, qui vt in prima Comœdiæ parte cruciãti ſe condoluit: ita hîc quoq; eiuſdem Menedemi miſeretur, & eius vicem dolet de pompa, & ſumptu Bacchidis quam Cliniæ amicam eſſe credebat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena eleganter Chremes ſuo ipſius conſilio fallitur à Syro. Conqueſtio eſt etiã Chremetis de malo Menedemi.

*Senarij.*

CHREMES, SYRVS.

ITA *me dij amabunt, vt*
*nunc* Menedemi vicem
*Miſeret me, tantum deue-*
*niſſe ad eum mali.*
*Illancine mulierem alere*
*cum illa familia?*
*Etſi, ſcio, hoſce aliquot dies non ſentiet,*
*Ita magno deſiderio fuit ei filius.*
*Verùm vbi videbit tantos ſibi ſumptus domi*
*Quotidianos fieri, nec fieri modum:*
*Optabit rurſum vt abeat ab ſe filius. Syrum*
*optimè*
*Eccum.* S. *ceſſo hunc adoriri?* C. *Syre.*
S. *hem.* C. *quid eſt?*

IOANN. CALPH.

ITA ME *Dij amabunt.} Hîc eſt tranſacta Syri fallacia, & tandem extorquetur argentum: & idem eſt Chremes qui fuit in prima comœdiæ parte. miſeretur enim Menedemi, & eius vicem dolet, credens Bacchidem amicam Cliniæ eſſe. ¶Tantum mali.} Proprius dixiſſet damni: niſi ad ægritudinem animi referas. ¶Illãci ne mulierem.} Hoc eſt quod ſuprà dixi, iſta pronomina afferre cõtemptum & odium. ¶Cum illa familia.} Cũ ſtomacho dixit, id quod ſuperius facetè Syrus pompam appellauit. ¶Ita magno deſiderio.} Vix in primis explebile deſiderium illius rei eſt, quam diu optauimus: ſed eius poſtea in dies paulatim nos ſatietas capit. ¶Nec fieri modum.} Quod plus eſt, & ad prodigalitatem accedit.*

**Eccum.** *¶Eccum.} In Andria, atq; eccum video. Superius dixi, eccum, ellum, reſolui per aduerbia, non per nomina: ſed tamen ſecundum Donatũ, eccum qui ecce eum, veteres dixerunt. Eccum, ellũ: quod apertius ſignificat ecce eum, ecce illum. ¶Ceſſo hunc*

**Adoriri.** *adoriri?} quaſi de improuiſo alloqui, aggredi. In Andria, Hicine me ſi imparatum in veris nuptiis adortus eſſet? Adoriri dicitur qui ex inſidiis repentè inuadit. dictum ab eo quòd corpora aggredientium exurgant ſubitò, atq; increſcant.*

**Hem.** *¶Hem.} interiectio læti, aliàs perturbati. ¶Te mihi ipſum iam dudum.} Laurentius Valla, vir omnium noſtræ ætatis eruditiſſimus, dicit, dudum,*

**Dudum. Iam dudũ. Aetatem.** *& iam dudum de paruo tẽpore dici, vnius horæ, aut ſemihoræ, aut duarum horarum, vel ad ſummum quatuor. ſed Donatus illud Terentianũ exponens, Iam dudum ætatem inter eos factæ lites: ſic inquit, Quia iã dudum infinitę moræ eſt, addit ætatem: vt oſtẽdat multum abiiſſe temporis: & factum eſt, Iam dudum ætatem, pro longinquo tẽpore. Lucilius, — vt multum, menſéſque diéſque, Non tamen ætatẽ. Aetatem, diu, longinquóq; tempore ac prolixo vt eſt ætas, & quæ ſequuntur. ¶Videre egiſſe.} Colligit hoc ex verbis Syri, à quo exoptaretur: credebat enim ſenex ſe à ſeruo nõ optari, niſi gratia fallaciæ in Menedemũ. ¶Ac factum reddidi.} Securè & magna audacia pronuntiat: & plus eſt quàm ſi diceret, feci. ¶Caput demulceam.} Magni blandimenti ſignum, quod fit, quoties in re optata domino ſeruus ex ſentẽtia obſequitur.* **Demulcere caput.**

*¶Boni aliquid.} Non dicit quid: vt eum lætiorem reddat, & in ſpe magni boni detineat. ¶Hercle verò.} Aduerbia ſunt confirmatiua.* **Hercle verò.** *¶Non hercle verò, verũ dico.} Negat ſe gloriari, & ſe veridicum fatetur: vt hi, qui re magna peracta fingũt ſe non gloriari, vt ſint maioris fidei & authoritatis. ¶Tui Clitiphonis.} Hoc eſt quod ſuperius Syrus, Quòd vim tantam in me & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ vera dicendo, vt eos ambo fallam. Inferius Chremes non credet menedemo Bacchidem Clitiphonis eſſe amicam. ¶Imò ſic ſatis.} Sic dixit, vt qui ſuſpicaretur à Chremete dictum, nimiũ inquam, non ſerio, ſed ioco.* **Sic ſatis.** *¶Tuã vidiſſe filiam.} Neq; hoc Menedemo creditur⁹ eſt Chremes, dũ dicet inferius, Et illum aiunt velle vxorẽ. ¶Iubebit poſci.} Id eſt peti. Petimus aliquid precariò, Poſcimus imperioſè, Poſtulam⁹ iure.* **Pete. Poſco. Poſtulo.** *¶Prorſus nihil intelligo.} Prorſus, pro eo quod eſt omnino. Sunt qui coniunctionem velint. Vel prorſus, certè, rectè, verè. & dicitur quaſi porrò verſus. nã prorſum, eſt porrò verſum, id eſt ante verſum. hinc & Proſa oratio, quã non inflexit cantilena.* **Prorſus. Proſa oratio.** *¶Hui.} Interiectio mirantis. & hoc cum geſtu ſeruili, & leuiori perſonæ cõgruè dictum.* **Hui.** *¶Argentũ dabitur.} Scilicet à Menedemo. inferius Chremes nõ immemor verborum Syri, Menedemo dicet, Et illum aiũt velle vxorem: vt cũ deſponderim, des qui aurũ, & veſtem, atque alia quæ opus ſunt, comparet. ¶Qui.} Pro Qui.*

S. Te mihi ipſum iam dudum exoptabā dari.
C. Videre egiſſe iam neſcio quid cum ſene.
S. De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.
C. Bonáne fide? S. bona hercle. C. non poſſum pati
Quin tibi caput demulceā: accede huc Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubēs.
S. At ſi ſcias quàm ſcitè in mentem venerit.
C. Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?
S. Non hercle verò, verum dico. C. dic, quid eſt?
S. Tui Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxiſſe, ne tu id perſentiſceres.
C. Probè. S. dic ſodes. C. nimium inquam. S. imò ſic ſatis.
Sed porrò auſculta quod ſupereſt fallaciæ.
Seſe ipſe dicet tuam vidiſſe filiam:
Eius ſibi complacitam formam, poſtquam aſpexerit,
Hanc ſe cupere vxorem. C. modò quæ inuenta eſt? S. eam.
Et * quidem iubebit poſci. C. quamobrem iſtuc Syre?
Nam prorſus nihil intelligo. S. vah, tardus es.
C. Fortaſſe. S. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque veſtem, qui, tenéſne? CH. comparet.
S. Idipſum. C. at illi ego neque do, nec deſpondeo.
S. Non? quamobrem? C. quamobrem? me rogas, * homini? S. vt lubet.
Non ego, perpetuò dicebā, illam illi vt dares,
Verùm vt ſimulares. C. non mea eſt ſimulatio:
Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.
Egon' cui daturus non ſim, vt ei deſpondeā?
S. Credebam. C. minimè. S. ſcitè poterat fieri:
Et ego hoc, quia dudum tu tātopere iuſſeras,

*equidē

* homini fugitiuo dabo?

*Spondeo. Deſpondeo.* *quo.* ¶ *Nec ſpondeo.* } *Propriè dixit: Spondet pater puellæ, Deſpondet pater adoleſcentis. In Andria. Placuit, deſpondi.* 

*Fugitiuus.* ¶ *Fugitiuo dabo?* } *A conditione perſonæ Cliniam vituperat, nā fugitiui propriè ſerui. vnde in edicto ædilium curulium, titulus eſt ſeruorū fugitiuorum, Si quis fugitiuus, erróve ſit noxáve ſolutus nō ſit.* ¶ *Non ego perpetuò.* } *Virgilius, Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo. Illa datur perpetuò, quæ omnes annos cum marito exigit.* ¶ *Tua miſceto.* } *Verba probi viri, qui non vult adhærere conſilio alterius in re non probabili.* ¶ *Cui daturus non ſim.* } *Argumētum ab æquo. Non æquum, non leges ipſæ concedunt, vt quis pater filiam alicui ſpondeat, deinde deneget.* ¶ *Iſtuc Chreme.* } *In re non probabili vult inire opinionem optimi ſerui, qui domino bona fide morē gerat, & pro viribus obſequatur.* ¶ *Fiat, quæratur aliud.* } *Aſtutè & callidè in omnibus aſſentitur hero: quia iam lenibus verbis extorquebit argentū.* ¶ *Eò nunc confugies.* } *Id eſt ad rationes quas ſtatim callidè ſubiicit. magna vis eſt perſuaſionis: quoniā nō prius amouemus ea quæ is reſponderet, à quo aliquid petim⁹.* ¶ *Me inuito potuit?* } *Hæc pro Chremete eſſent, & iure non teneretur reddere id argentū.* ¶ *In lauta.* } *Non decet eū qui lautæ vitæ ſit, & ſplendidæ, in omnibus iuris rigorem obſeruare. nam qui ad vnguem ius ſeruāt, aſperi difficiles, & tenaces multis videntur.* ¶ *Egomet.* } *Senex gloriæ cupidus adeò flectitur verbis Syri, vt ad meretricem cum argento feſtinare cupiat.* 

*Conficere.* ¶ *Simul conficiam.* } *Hoc loco pro efficiā ponitur: quo ſæpius in hac ſignificatione Cicero vtitur.* 

*Confectus.* *ab hoc, Confectum, propriè verbū conuenit gladiatoribus his, qui grauiſſimis vulneribus occubuerunt. Cicero in Catilinam. Gladiatori illi confecto & ſaucio.*

*ADRIA. BARL.*

*Cum illa familia.* } *Hanc familiam Syrus aliàs pompam facetè dixit.* ¶ *Ceſſo hūc adoriri.* } *De eo quē argento vult emūgere. Adorimur enim quos ex inſidiis repentè inuadimus.* ¶ *Egiſſe cum ſene.* } *De fallēdo illo vt antea dictum eſt.* 

*Dictum ac factum reddidi.* ¶ *Dictum ac factū reddidi.* } *Prouerbialis figura hoc ſenſu. In negotio procurando, nihil prætermiſi.* ¶ *Bona fide* } *Pro accuratè & enixè.* 

*Demulcere caput.* ¶ *Quin tibi caput demulceā.* } *Demulcere caput, allegoria, prouerbij vice recepta, pro blandiri, ſumpta ab adulantium geſtu. Diuus Hieronymus ad Auguſtinū. Prætermitto ſalutationis officia, quib⁹ meū demulces caput.* 

*Qui, pro Quo.* ¶ *Qui.* } *Id eſt, quo, hoc abſoluit Chremes cùm dicit, comparet.* ¶ *Fugitiuo.* } *A perſonæ conditione vituperatio eſt.* ¶ *Non ego in perpetuum dicebam.* } *Datur in perpetuū quæ ſic datur, vt omnes annos cū viro exigat. Hoc Virgilius ſtabile vocauit coniugiū.* 

*Aequi bonique facio.* ¶ *Aequi bonique facio.* } *Non indignor, æquo animo fero, bene interpretor.* ¶ *Num mihi datū eſt?* } *Argentum mutuū datum eſt anui Corinthiæ, quæ inuito me oppignerare illam non potuit. Iure non teneor argentum illud reddere.* 

*Summū ius.* ¶ *Summū ius ſæpe ſumma malitia eſt.* } *Parœmiographus hoc enarrans, tum maximè, inquit, diſceditur ab æquitate, cùm maximè ſuperſtitiosè hæretur legum literis. Id enim ſummum ius appellauit, cùm de verbis iuris contenditur, neque ſpectatur, quid ſenſerit is qui ſcripſit.* ¶ *In lauta & bene aucta parte putant.* } *Perquam turpe eſt, inquit, ſi ſeruare in omnibus velit iuris rigorem, vir prædiues & pecunioſus. Tenacitatis maculam te decet effugere.* ¶ *Quin egomet iam ad te eam deferam.* }

Eò cepi. C. credo. S. cæterùm equidem iſtuc Chreme
Aequi, boniquefacio. C. atqui tum maximè
Volo te dare operam vt fiat, verùm alia via.
S. Fiat: quæratur aliud. ſed illud quod tibi
Dixi de argento, quod iſta debet Bacchidi,
Id nunc reddendum eſt illi. neque tu ſcilicet
Eò nunc confugies, Quid mea? num mihi datum eſt?
Num iuſſi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? verũ illud Chreme
Dicunt, IVS SVMMVM ſæpe ſumma * malitia eſt.
C. Haud faciam. S. imò, aliis ſi licet, tibi non licet:
Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant.
C. Quin egomet iam ad eã deferam. S. imò, filium
Iube potius. C. quamobrem? S. quia enim in hunc ſuſpicio eſt
Tranſlata amoris. C. quid tum? S. quia videbitur
Magis veriſimile id eſſe, cum hic illi dabit:
Et ſimul conficiam facilius ego quod volo.
Ille adeò adeſt, abi, effer agentum. C. effero.

*iniuria

ram. } Et citò flectitur, & gloriæ ſitu immodica ipſemet ad Bacchidem deferre cupit argentum.

LATOMVS Argumentũ. Fingit Syrus ſe reperiſſe fallaciam in Menedemum, & eo ipſo fallit Chremetem. ¶ Hunc adoriri. } Rectè, quaſi ex inſidiis, & graſſatorum more. ¶ Dictum ac factum. } Prouerbiale, de negotio in quo nihil prætermiſſum eſt. ¶ Caput demulceã. } Senile blandimentum. ¶ Vah. } Cum geſtu ac riſu pronuntiandum. ¶ Tui Clitiphonis. } Attende Syri calliditatem, qua dum fingit ſe reperiſſe fallaciam, perſuadet id quod vult Chremeti, ad celandum Clitiphonem. & eſt executio propoſiti conſilij apud Cliniam. In hoc autem vertitur fallacia, quòd id quod verum eſt, tanquam fictum ſenes credunt. ¶ Vt Iubet. } Non vrget hîc Syrus, quia res ad Clitiphonem minus pertinet: tum vt habeat mox faciliorem ſenem ad extorquendum argentum. ¶ Sed illud. } Hîc fretus agnitione Antiphilæ Syrus perficit fallaciam, quam antè fruſtra apud Chremetem tentauerat in Menedemum. ¶ Imò filium. } Hoc conſilium Syri pertinebit ad prodendam nequitiam Clitiphonis, & eſt vltima occaſio abſoluendæ epitaſeos.

Adoriri.

PETRVS MARSVS.

Ita me dij amabunt, &c. } Boni viri, & amici rationem habentis officium, hæc ſcena exprimit: & non ſemper leges (quæ cùm ſint vniuerſales, peccant interdum) ſeruandas eſſe ac iuris rigorem, ſed æquitatem pro temporum rerúmq; conditione colendam eſſe, docet in primis. Maiores enim noſtri ſummum ius aliquando ſummam crucem eſſe dicebãt. Ariſtoteles libro quinto Ethicorum, loquens de viro iuſto, bono, ac æquo, ſic ait, Aequus ac bonus eſt is, qui talia eligit atque agit, & qui non exactè iuſtum & deteriorẽ partem exequitur, ſed imminuit, tametſi Legem adiutricem ad illud habet. Et communiter hæc æquitas & bonitas eſt. ¶ Num illa oppig. &c. } Oppignerare, id eſt, in pignus recipere & arrhabonem. ¶ Ius ſummum ſæpe &c. } Cicero libro I. Offic. ſic ait: Exiſtunt etiam iniuriæ ſæpe calumnia quadam, & nimis callida, ſed malitioſa iuris interpretatione. Ex quo illud: Summum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Huius prouerbij meminit Columella in primo ſui operis. ¶ Omnes te in lauta. } Id eſt, liberali, & ſine auaritia.

RIVII CAST.

Seſe ipſe dicet tuam vidiſſe filiam. } In quibuſdam deeſt τὸ ipſe: quod addendũ tamẽ eſt ex obſeruatione veterum codicũ. ¶ CH. Quamobrem? me rogas? homini? SY. vt lubet. } Hæc vera, vt opinor lectio. Sed ſunt exemplaria, quæ habeant: Homini fugitiuo dabo? quo modo Calphurnius quoque legit. In manu ſcripto non erant iſta duo poſtrema verba: quę è ſpatio quod verſus dirimit, vbi ad explanandam ſententiam adiecta fuerint, in contextum irrepſiſſe ſuſpicor, incuria, vt fit, librariorũ. Nã quin κατὰ ἔλλειψιν rectius omittantur dubium non eſt: ſi quis modò locum diligenter expendat. Huc facit diſcrepantia exẽplarium: quę vnde tandem, niſi ex gloſſis iſtis, orta credi debet? Nam in quibuſdam reperiuntur: homini fugitiuo. in aliis velut Haſſenſteniano: vt homini fugitiuo. in aliis: homini fugitiuo dabo. in Veneto: homini darem illam fugitiuo? Quod Calphurnius nobiſcum non facit, non me magnopere mouet. Ratio metri nobiſcum facit: vt de codice manu ſcripto taceam. Cùm enim verſus huius ſcenæ omnes Senarij ſint, hinc vnus Tetrameter foret, nulla quidẽ probabili cauſa, ſi Calphurniũ ſequi voles. Octauus ab initio ſcenæ verſus, ne cui ea res ſcrupulum iniiciat, & duo proximè ſequẽtes, ita diſtinguẽdi ſunt.

Optabit rurſum vt abeat abs ſe filius.
Syrum optimè eccum. SY. ceſſo hunc adoriri? CH. Syre. SY. hem.
CH. Quid eſt? SY. te mihi ipſum iamdudum exoptabam dari.

In manu ſcripto quodã non erat τὸ mihi in poſtremo verſu: Sed in illo tamen, quod nos ferè ſequimur, erat. Proinde reliquimus. ¶ Non ego in perpetuum dicebam. } Sic perperam exemplaria quædam velut Moguntinum, Vuitembergenſe, alia pleraque. Sed enim manu ſcriptum habet: Non ego perpetuò: quod rectius eſſe reor. Incuria tamen hoc magis quàm inſcitia cuiuſquam, inoleuit mendum. Haſſenſtenianus codex habet: Non ego perpetuam dicebam vt illam illi dares. Quid ſi omiſſa præpoſitione legendũ forſan, perpetuũ, vt ſit aduerbialiter poſitũ: quomodo in Andria poſtremùm, cùm ait: Hodie poſtremùm me vides. & apud Curtium: Pater poſtremùm ſtrinxerat ferrum. quod eſt τὸ ὕϛατον Græcis. Et in Heautòntimo. Peccatum à me maximum eſt, pro Poſtremũ.

*maximè. Vltimum apud Liuium, pro vltimo. Sed hæc coniectura eſto.* ⁋ *Ius ſmmmum ſæpe ſumma malitia eſt.* § *Ita quidem magno conſenſu omnes codices habent: nec ſecus à doctis citatur. Sunt tamẽ qui legant etiam: Ius ſummum ſæpe ſumma iniuria eſt, vt ſit ἐναντίωσις vocum, quo modo Cicero primo Officiorum, Exiſtunt, inquit, ſæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione: Ex quo illud: Summum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Verſus vtrunque patitur, ſeu malitia legatur ſeu iniuria.*

GLAREANVS.

*Verſus ſunt trimetri iambici omnes, nullus, quod quidã* [Fieri.] *tradiderunt, tetrameter. In quinto, vel ei vel Fuit monoſyllabum. In ſeptimo Fieri prima ſyllaba bis corripitur, quod in trigeſimoſeptimo, huius adeò ſcenæ verſu producitur. Octauus verſus finitur in Filius. Nonus incipit in Syrum. Decimus in Quid eſt, quod nequitiam neglexit Riuius, vt treis hi verſus ita legantur,*

*Optabit rurſum vt abeat ab ſe filius*
*Syrum optumè eccum.* SY. *ceſſo hunc adoriri?* CH. *Syre.* SY. *hem.*
CH. *Quid eſt?* SY. *Te mihi ipſum iamdudum exoptabam dari.*

*De Mihi pleriq; dubitant debeátne hîc legi, cũ carminis ratio reſpuere videatur, ſed ſi vel d, in Quid eliditur, vel bacchius primo ponatur loco, habebit vtiq; locum. In* XXIIII, *vel Tuam monoſyllabũ eſt, vel creticus erit loco tertio. Riuius ait, in quibuſdam codicibus τὸ Ipſe non adeſſe, quod tamẽ ipſe addendum ex veterũ codicum obſeruatione putat. alioqui cretico, ſi deeſſet, nõ erat opus, ne συνιζήσει quidem, in Tuã. In* XXV. *Eius monoſylla. In* XXVI. *ad finẽ poſt Eam addenda coniunctio, &, &* XXVII. *carmen incipiendum ab Quidem, neq; legendũ Equidem. In* XXIX. *Ei monoſyllabũ eſt abſq; eliſione, vt in penultimo verſu prioris ſce-*
[Spondeo.] *næ. In* XXXI. *Spondeo legendum, non Deſpondeo, cũ pro-*
[Deſpondeo.] *pter carmẽ, tum ſenſum. Spondet enim pater puellæ, Deſpondet pater adoleſcẽtis, authore Donato in Andriã, vbi Simo ait, Placuit, deſpondi, hic nuptiis dictus eſt dies. Hîc verò Chremes, neq; do, neq; ſpondeo. ac paulo pòſt, Egón' cui daturus non ſim vt ei ſpondeam? Vbi pertinaciſsimè codices habent Deſpondeã, atq; adeò Calphurnius hic etiam ita locum perperã citat. Ex quarta dehinc ſcena, vbi bis eodem errore hæſitant & codices & cõmentatores contra & ſuam ipſorũ expoſitionẽ & verũ ſenſum. quos locos vbiq; iuſta de cauſa reprehẽdere nõ dubitamus, quoties inciderint. Triceſimuſſecundus verſus in Aldino codice bene habet. quidã addũt duo verba Fugitiuo dabo, quos rectè reprehendit Riuius. Et eſt ſenarius, vt reliqui, non octonarius. In* XXXIII. *Eraſ. Perpetuò legit, cui ſubſcribit Riuius, quanquã idem Riuius etiam Perpetuũ, omiſſa præpoſitione In, legi poſſe contendit, aduerbialiter poſitũ, vt poſtremũ in Andria, quod Græcis ὕστατον dicitur. Si autẽ In perpetuũ legendum eſt, vt codex meus vetuſtus & Aldi habent, creticus erit loco primo huius verſus, quemadmodum haud dubiè eſt loco quarto, niſi quis pertinaciter cõtendat I, in Illam abiici,. In* XXXVI. *iambus primo loco eſt, ſecundo loco tribrachys, vt Cui ſit diſyllabum, ſecunda ſyllaba correpta, quemadmodũ aliquoties apud Martialem, & Spondeam legendum vt diximus, non Deſpondeã. In trigeſimonono, Eo monoſyllabũ eſt. In* XLII. *eliditur d, in Sed, & in* XLIII. *in Quod, niſi illic loco quarto, hîc tertio ſit creticus, quod placet. In* XLV. *rurſus eo monoſyllabũ. In* XLVII. *Meam diſyllabum. In* XLVIII. *pro Malitia, quod conſtanter omnes habent codices, Cicero legit Iniuria primo Officiorũ libro. Annotauit hoc quoq; Riuius. Fieri poteſt vt Ciceronis ſit hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα, præſertim non repugnante ſyllaba aut verbo ad carminis rationem. Septimum à fine verſum omnes corruptè habent quotquot nos vidimus codices, is tamen paululũ mutato verborum ordine, rectè ita legetur,*

*In lauta te & bene aucta parte omnes putant.*

*Quintus à fine proceleuſmaticum habet initio, & e, in Iube corripitur, niſi pæana ſecundum loco primo cõſtituamus, &*
*Suſpicio ſecũda ſyllaba eſt longa, vt ſæpe alibi, quanquam* [Suſpecio.]
*quidam Suſpectio legere malunt, quos non ſequemur. In an-* [Suſpictio.]
*tepenultimo s, eliditur in Magis. In penultimo ſi. Et initio legitur, vt pleriq; habent codices, creticus eſt initio. Ego reiiciendum puto, neque enim vel carmen vel ſenſus deſiderat. Nam ab ſimul, ídque abſque coniunctione, ſæpe apud hunc Poëtam incipit ita ſententia, vt in Andria,*

*Simul ſceleratus Dauus ſi quid conſilij Habet &c.*

*Certè Calphurnius abſque Et coniunctione legiſſe videtur.*

IOANNES THEODORICVS.

*Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?* § *Quid in hunc locũ adnotarit Nannius, ſubiiciã ad verbum. Vtinam, inquit: Riuius, qui ex vetuſtis codicibus multa loca inſigniter reſtituit, nobis quoque hîc ſcrupulum qui me habet peſsimè ademiſſet. Mihi enim nunquam ea felicitas affulſit, vt ſcriptũ aliquem Terentium viderem. Alij fortaſſe nullam hîc ſalebram percipiunt: mihi locus iſte non ſalebris, non Charadris, ſed vaſto hiatu abruptus apparet. Quid enim reſponſio Syri cum verbis Chremetis conuenit? Ita enim reſpondet, quaſi illi vanitas & mendacia obiecta fuiſſent, Non hercle verò, verum dico. Atqui in verbis Chremetis nihil eſt huiuſmodi. Caſtigat enim eũ, quòd ſit glorioſus, eo quòd res ex ſententia ceciderit. Tria hîc me torquent. Vnum, quòd ſenex qui hactenus laudibus blanditur ſeruo de vafricie, nunc eum ſubitò de gloriatione increpet. Alterum, quòd ſeruus non minoris iactantiæ, quàm aſtutiæ, inficiatur ſe eſſe glorioſum. Tertium, quòd res dicitur eueniſſe, quæ non niſi cogitata erat, & conſiliis tantummodò vt ageretur inſtituta. Nondum enim Menedemus circumductus erat argento, ſed dolus ſtruebatur vt id fieret. Ego igitur locũ hunc corruptũ eſſe opinor, & ſub ſana cute hulcus aliquod latêre. meámq; diuinationẽ hactenus amplector, dum meliora ab aliis inueniantur: credóque ad iſtum modum legendum,*

SY. *At ſi ſcias, quàm ſcitè in mentem venerit.*
CHR. *Vah, hariolare eueniſſe ex ſententia.*

*Hariolari autem, de inani iactatione verborũ dici, indicat Leno in Phormione Act.* III. *ſcen.* II. *Hariolare, inquit, irridens vanitatem promiſsionis: vt hic ſit ſenſus: Vah, tu inani diuinatione iactas, te egregiam fraudem excogitaſſe, & qualem optas. Vult enim ſenex iſta tergiuerſatione prolicere ſeruum, vt indicet commentum ſui doli. Syrus igitur, qui laudem iſtius calliditatis vt propriam ſibi vendicat, aſſerit ſe non inania iactaſſe, ac proinde reſpondet, Non hercle verò, verum dico. Tum Chremes inſtantius, Dic quid eſt. Vides vt nunc egregiè inter ſe cohærent, quæ antea nimis hiulca erant? Hæc Nannius.*

IOANN. CALPH.

NVLLA eſt tam facilis res.} Hîc exprimitur amantis conſtantia, qui ob nimium amorem Syro in re ſua iraſcitur: dehinc paulo momento illum demulcet.

*Quin.* ⁋Quin.} Pro quòd non. ⁋Difficilis.} Huic illud contrarium, Nihil difficile homini volenti. ⁋Vel me hac.}

*Vel.* Vel, modò non eſt diſiunctiua cōiunctio, ſed pro etiā poſita. vt apud Virgilium, Vel Priamo miſeranda manus. ⁋Hæc deambulatio.} Quæ facilis & non laborioſa.

*Deambulatio.* nam deambulatio, homini potius voluptatem quàm laborem affert. ⁋Vt te omnes quidem dij.} Improuidus adoleſcens non conſiderat quid à Syro in rem ſuam peractum ſit: ſed omnia ad voluptatem ſuam refert. ⁋Iſtoc inuento.} Cum cōtemptu atq; odio hæc pronuntianur. ⁋Tuo iſtoc inuento, cúmq; incepto.} Quaſi de magno facinore. nam

*Inceptum.* inceptum, & inceptare, & incipere, magnorum eſt facinorum.

*Perduint.* ⁋Perduint.} Et antiquum eſt, & Plautinum.

*Comminiſcere.* ⁋Comminiſcere.} Pro comminiſceris, id eſt fingis. hinc commentum. alibi, Atque ipſis hoc commentum placet. ⁋Excarnifices.} Terribiliter excarnifices dixit,

*Excarnificare.* hoc eſt excrucies. Excarnificare deductum eſt à carnifice.

*Carnifex.* Carnifex eſt qui carnes ex homine facit.

*Caro.* nam caro dicta eſt, eo quòd careat anima. & caro propriè dicitur mortuorum. Virgilius, Et corpora luce carentum. vel caro ſit dicta quaſi cado. Virgilius, —bellóque caduci Dardanidæ. quòd iā ſcilicet ſine anima ſit, & cadat. ⁋I tu hinc.} Et hîc ſecurè exclamat: quòd iam extorſerit argentum.

*Proteruitas.* ⁋Proteruitas.} Importunitas vel petulantia. Proteruitas, leuior eſt quædam contumelia:

*Procacitas.* Procacitas, maior:

*Petulātia.* Petulantia, maxima. ⁋Ita meritus.} Meretur quis & bonū

*Mereri.* & malū. Et mereri &

*Promereri.* promereri, eſt præſtare beneficiū. Virgil. Quíque ſui memores alios fecere merendo. Et idem, —nunquam regina negabo Promeritam. ⁋Ex te prius audiuiſſe gaudeo.} Sic fingimus, quando ſumus collaturi beneficium in aliquem, & quicquam audimus quod non placet, nec tamen nos infenſos reddat. ⁋Non liceat tangere.} Nimius eſt ardor in adoleſcente cùm videt amicam, nec tamē tangendi facultas datur. ⁋Iam non ſum iratus.} Non poteſt præ nimia lætitia diutius reticere quod fecerit. ⁋Iratus.}

*Iratus. Iracūdus.* Iratus eſt ex cauſa, Iracundus ex moribus. ⁋Scin' vbi nunc ſit?} Hæc interrogatio gaudentis eſt, & cui omnia ex voto ſucceſſerunt. ⁋Perij.} Hæc vox eſt amantis aliquid mali ſuſpicantis.

*Iam.* ⁋Iam argentum.} Iam, nimiam velocitatem ſignificat.

*Deferre.* ⁋Deferes.} In alia ſignificatione accipitur illud Olympiadis ad Alexandrum. Amo, inquit, mi fili quieſcas, neque deferas me. Hinc delator.

*Garrire.* ⁋Garris.} Tanquam auis, vnde garrulus. Et garrire is dicitur, qui inaniter loquitur.

*Experibere.* ⁋Experibere.} Antiquum eſt: nos dicimus experiere. Iuuenalis: Experiar quid concedatur in illis, &c. ⁋Næ ego.} Næ, id eſt valdè. ⁋Deamo te Syre.} Id eſt valde amo.

*De.* De, hoc loco auget, aliàs diminuit. ⁋Qua cauſa id fiat.} Vt argentum habeamus quod ad Bacchidē deferas.

*Obſecundare.* ⁋Obſecundato in loco.} Obſecundare eſt omnia ad alterius nutum facere. ⁋Loquitor paucula.} Paucula dixit, non pauca: & ſic maiorem vim admonitio iſta habitura eſt: nam paucula coram patre loquitur Clitipho.

*ADRIA. BARL.* Nulla eſt tam facilis res.} à γνώμης orditur.

*Vel.* ⁋Vel me hæc deambulatio.} Vel non hîc diſiunctiua eſt, ſed Etiam ſignificat.

*Vt, pro vtinam.* ⁋Vt te omnes quidem dij.} Vt, pro vtinam, execrando vel optando.

*Iſte.* ⁋Iſtoc inuento,} Contemptum habet & odium pronomen, iſte.

*Proteruus.* ⁋Proteruitas.} Proteruus Latinis illum ſignificat, qui ſibi circa libidines temperare non poteſt. Illúmque Græcè a-

## ACTVS IIII. SCENA VI.



### ARG. ADR. BARL.

IRaſcitur Clitipho, à Syro placatur, eidem præſcibente quibus vti mox debeat verbis & oratione apud patrem, pro amica ab illo argentum accepturus.

### ARG. PAV. MALLEO.

HIC mirè à Poëta proponitur ſpectatoribus amantis inconſtantia, qui cùm ſeruo ſuo Syro in re ſua ſolicito magnoperè iraſcatur: facillimo tamen momento excandeſcentis animū Clitiphonis Syrus, quàm leniter demulcet, ſimúlq; quibus moribus verbíſque vti debeat apud patrem præſcribit.

### ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena primò omnium Clitipho indignatur Syro, qui eum deambulatum extruſerit, deinde à Syro Bacchidem apud Menedemum eſſe intelligit.

*Trimetri.*

CLITIPHO, SYRVS.

NVLLA EST TAM facilis res, quin difficilis ſiet,
Quam inuitus facias: vel me hæc deambulatio
Quàm non laborioſa, ad languorem dedit!
Nec quicquam magis nunc metuò, quàm me denuò
Miſer aliquo extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Vt te quidem dij, deæque omnes, quantum eſt Syre,

Cum iſtoc inuento, cúmque incepto * perduint:
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Vbi me excarnifices. S. i, tu hinc quò dignus es:
Quàm penè tua me perdidit proteruitas!
C. Vellem hercle factum: ita meritus. S. meritus? quo modo?
Næ me iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo,
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.
CLI. Quid igitur dicam tibi vis? abiiſti, mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.
SY. Iam non ſum iratus. ſed ſcin' vbi nunc ſit tibi
Tua Bacchis? CL. apud nos. SY. non. C. vbi igitur? S: apud Cliniam.
C. Perij. S. bono animo es: iam argentum ad eam deferes,
Quod ei pollicitus. C. garris. vnde id? S. à tuo patre.
CLI. Ludis fortaſſe me. SY. ipſa re experibere.
CLI. Næ ego fortunatus homo ſum: deamo te Syre.
*Qua cauſa id fiat, obſecundato in loco.
*S. Sed pater egreditur. caue quicquam admiratus ſies.
Quod imperabit, facito. loquitor paucula.

*Acolaſtus.* colaſton appellamus. In ea ſignificatione vſus eſt Terentius: Quàm penè tua me perdidit proteruitas, id eſt, tua libido coram amica geſtiens.

*perdiunt:

*Proteruitas.* ¶ Proteruitas. } Pro petulantia dixit, vel importunitate. Eò refertur quòd Clitipho patre vidente, manum in ſinum meretrici intulerat. ¶ Iam non ſum iratus. } Ita lætus eſt, vt diutius ſe cohibere nequeat, quin quod fecerit, Clitiphoni narret. ¶ Perij. } Suſpicatur mali quippiam.

*Iam.* ¶ Iam argentum ad eam deferes. } Iam breuiſſimi temporis ſignificationem habet.

*Garrire.* ¶ Garris. } Inaniter loqueris. ¶ Experibere. } Pro experieris, antiquè dictum.

*Næ.* ¶ Næ ego fortunatus. } Næ, pro valde. Sic & in Adelphis. Næ ego homo ſum infelix, qui fratrem nuſquam inuenio gentium. ¶ Qua cauſa id fiat. } Vt argentum accipiamus, quod Bacchidi detur. ¶ Obſecundato in loco. } Obſecundare eſt omnia ad nutum cuiuſpiam facere.

*Loquitor.* ¶ Loquitor paucula. } Seruius in primum Georgicon. Contemplator, id eſt, contemplare. Loquitor modi imperatiui, & futurum pro præſenti, loquere.

*S. Qua
*Sed

RIVII CASTIGATIO.

*Vt te omnes equidem dij deǽque.* } Nos ex manuſcriptis: vt te quidem omnes dij deǽque quantum eſt Syre: eſtque hæc vera lectio.

GLAREANVS.

*Senarij ſunt. In quarto s, eliditur in Magis, niſi pro Magis vbique legamus Mage, quoties eliſio incidit huiuſmodi. quod mihi quidem placeret. ſed iudicium ſit penes lectorem. In quinto, proceleuſmaticus eſt initio. Sextum verſum Riuius ita legit, Vt te quidem omnes dij deæq; quantum eſt Syre. Sed ſic erit amphibrachys loco quarto pro Iambo. quod placet, eſt enim temporibus cum reliquis huius carminis licentioſis pedibus par. In octauo neceſſe eſt, primas duas dictiones, pro duobus accipiamꝰ pedibus. Quòd ſi huius monoſyllabum fuerit, & Mihi diſyllabum, erit loco primo creticus, ſecundo iambus. Sin Huius diſyllabum, ac Mihi monoſyllabum, erit loco primo ſpondeus, ſecũdo bacchius, pes cretico in temporibus conueniens. Lectori ſit integrum quod volet ſequatur. In nono iambus primo loco. In vndecimo, proceleuſmaticus loco tertio. In decimoſeptimo, pro Igitur, codex vetuſtus habet Ergo, & placet. Sed poſt ergo, vel eliditur d, in Apud, vel bacchius eſt loco quinto. In decimonono eliditur d, & in Quod, & in Id, & Ei monoſyllabum, Tuo diſyllabum. poteſt & bacchius eſſe loco primo, & creticus quarto. In penultimo verſu, e, corripitur in Caue, & s, eliditur in Admiratus, præterea Sis legendum monſyllabicῶs, nõ Sies diſyllabum.*

IOANNES THEODORICVS.

*Tres poſtremos huius ſcenæ verſus nonnulli contendunt ſic eſſe legendos.*
*Qua cauſa id fiat, caue quidem admiratus ſis.*
*s. Sed pater egreditur. obſecundato in loco.*
*Quod imperabit, facito. loquitor paucula.*

VBI

IOAN. CALPH. VBI *Clitipho nunc eſt?} Egreditur Chremes cum argento. ⁋Eccum me, inque.} Syrus ſubiicit verba Clitiphoni, quæ patri reſpondeat. ⁋Inque.} Rarò alibi præter inquam & inquit reperies. ⁋Inque.} Id eſt, dic. ⁋Pleraq; omnia.} Hîc adiectio in primo poſita eſt loco. Adiectiones verò, aut in prima parte orationis, aut in vltima adiciuntur. Hîc ergo Pleraque ex abundantia poſitum eſt. Omnia neceſſariò additum in vltimo, ſicut interea loci, interibi. ⁋Quid ſtas lapis?} Hoc dictum in ignauum. Illa verò, caudex, ſtipes, aſinus: in ſtultum. ⁋Quin.} Pro cur non. ⁋Opperibere.} Antiquum eſt, ſicut experibere. ⁋Minas quidem.} Inducitur tenax ſenex circa rem ſolicitus, qui conqueritur de damno quod illi acciderat de inuẽta filia. ⁋Pro alimentis.} Nam crediderat anum illam oppigneraſſe filiam Bacchidi. ⁋Alteræ.} Id eſt totidem. ⁋Porrò.} Modò aduerbium ordinis: aliàs temporis. ⁋Hæc appoſcent.} Hæc pluraliter pro hæ. In Eunucho, Continuò hæc adornant vt lauet. In Phormione, Hæc illę erãt itiones. ⁋Talenta duo.} In ſequentibus dicet, Duo talenta pro re noſtra ego decreui eſſe ſatis. ⁋Relictis omnibus.} Poſitis omibus aliis negotiis. ⁋Labore inuenta.} Propriè parta.*

Margin: *Inque.* — *Pleraque omnia.* — *Lapis.* — *Quin.* — *Opperibere.* — *Porrò.* — *Hæc, pro Hæ.* — *Relictis omnibus.* — *Inuenire.*

ADRIA. BARL.

*Eccum me inque.} Suggerit Clitiphoni Syrus quomodo reſpondeat. ⁋Inque.} Pro dic poſuit. Huius imperatiui rarior eſt vſus. ⁋Pleraq; omnia.} Omnia neceſſariò poſitum eſt. Pleraq; ex abundantia additur. ⁋Quid ſtas lapis?} Increpantis eſt. Cõuenit in ignauũ, ſtupidũ, brutúmq; hominẽ. ⁋Quin.} Cur non. ⁋Cedò ſanè.} Cedò pro da. ⁋Opperibere.} Eſt & hoc antiquè dictum pro oppericre. ⁋Minas quidem à me decem.} Hoc eſt, noſtrate pecunia, centum & ſeptuaginta quinque carolinos, ſiue vigintinouem libras Flandricas, tres ſolidos, & quatuor groſſos. ⁋Porrò.} Pro vlterius. ⁋Talenta dotis appoſcent duo.} Hoc eſt libras mille & centum renenſes, ſiue trecentas & quinquaginta libras Flãdricas. ⁋Quàm multa iniuſta & praua fiunt moribus.} Vt mores hominum ſunt corrupti, ita nimij & ſuperuacanei fiunt ſumptus in elocandis liberis. ⁋Inueniendus eſt aliquis.} Quærendum ſignificat generum, filiæ virum.*

Margin: *Lapis.* — *Porrò, pro vlterius.*

LATOMVS.

*Argumentum. Argentum traditur Clitiphoni deferendum ad Bacchidem. ⁋Eccum hic tibi.} Attende diſſimulationem Syri & Clitiphonis apud ſenem. ⁋Minas quidem.} Ad ſpectatores.*

PETRVS MARS.

*Vbi Clitipho nunc eſt?} Senilem animum ad auaritiam propenſum, ac pecuniarum ſuppoſitionem, hæc ſcena exprimit. Senex naturaliter fit auarus, & ratiocinatio impenſarum, illorum eſt qui amant pecunias. Ariſtoteles in quinto libro Ethices, ſic ait: Senectus, & imbecillitas omnis auaros efficit, éſtque omnibus inſita magis quàm prodigalitas. Plerique nanque cupidi ſunt magis pecuniarum, quàm ad dandum procliues. Et loquens de magnifico, dicit: Hic cum voluptate & ſine parſimonia erogat. Exacta Nanque ratio ad puſillanimitatem nimirum attinet, atque potius quonam pacto pulcherrimũ fuerit opus, quàm quãti conſtet, conſiderabit.*

GLAREANVS.

*Senarij ſunt. Duo anapæſti initio primi verſus. Hîc videat lector num legendum, Eccum tibi, pro Eccum hinc tibi. Siquidem Vallæ credimus, hęc per aduerbia, non per pronomina exponenda eſſe. Creticus verò initio verſus ſecundi, niſi quis Rei prorſus elidi dicat. In octauo Pro corripitur, nõ eliditur.*

## ACTVS IIII. SCENA VII.



ARG. ADR. BARL.

CHremes argentum adfert, quod det Clitiphoni. Ad poſtremũ quæritur de ſumptu faciẽdo filiæ cauſa.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Chremes egreditur, afferens argentum Clitiphoni dandum. Huic Syrus quomodo patri reſpondeat, ſuggerit. Exinde de ſumptu & impenſis filiæ cauſa factis faciendiſque conqueritur ſenex.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

CHremes dat Clitiphoni pecuniam, quam Bacchidi adferat.

*Trimetri.*

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

*VBI Clitipho nunc eſt? S. eccũ me, inque. CLI. eccum hîc tibi.*
*CH. Quid rei eſſet, dixti huic? S. dixi pleraque omnia.*
*C. Cape hoc argentum, ac defer. S.* hei, quid ſtas lapis?*
*Quin accipis? CLI. cedò ſanè. S. ſequere hâc me ocyus.*
*Tu hîc nos, dum eximus, interea opperibere:*
*Nam nihil eſt, illic quòd moremur diutius.*
*C. Minas quidem iam decẽ habet à me filia,*
*Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas,*
*Haſce ornamentis conſequentur alteræ.*
*Porrò hæc talenta dotis appoſcent duo.*
*Quàm multa iniuſta, ac praua fiũt moribus!*
*Mihi nunc relictis omnibus, inueniendus eſt*
*Aliquis, labore inuenta* mea cui dem bona.*

* ij

*meo

IOANN. CALPH.

MVLTO *omnium me nunc.* } *Hîc eſt iucunda expoſitio erroris ſenis de verbis Syri, qui Menedemum credit decipi, dum ipſe decipitur.* ¶ *Vt errat!* } *Virgilius, vt vidi! vt perij!* ¶ *Filium.* } *Filium prius nominauit, in quo omnis cura patris erat.*

*Quæſo.* ¶ *Quæſo.* } *Modò obiurgatorium eſt.*

*Quid hominis eſt?* ¶ *Quid hominis eſt?* } *In Eunucho, Quid iſtuc inquam ornati eſt? Scire nos conuenit, cũ recto caſu profertur interrogatio, non eſſe contumelioſum: vt ſi dicas; Quis hîc homo eſt? Si autem in obliquo, contemptum ſignificari. vt, Quid hoc eſt hominis? quid mulieris? quid ornatus?* ¶ *Ea res nunc agitur ipſa.* } *Et ex hoc credit eos inter ſe finxiſſe, Cliniam amare Antiphilã.* ¶ *Sic res acta eſt.* } *Vt deciparis. Et hæc quidem cum contemptu interrogationẽ. & hoc fictũ eſſe credit.*

*Aiunt.* ¶ *Ita aiunt.* } *Ita aiunt, de re dicimus, quam volumus eſſe falſam.* ¶ *Id eſt profectò.* } *Fingit ſe credere amico quem fidum cognouerat.* ¶ *Gauiſus.* } *Bene*

*Gaudere.* *Gratulari.* *de filio gauiſus dixit. quia Gaudemus propriis, Gratulamur alienis.*

*Miſer.* ¶ *Miſer.* } *Miſer eſt, cui animæ miſeria eſt.*

*Amittere.* ¶ *Amittere.* } *Pro dimittere more antiquo.* ¶ *Aegrè.* } *Sic diſtingue, vt Chremes hanc vocem Menedemi ſubrideat: quippe quòd filius non ſit vlla in re timendus.*

*Indulgere.* ¶ *Indulges.* } *Nullum magis proprium verbũ inuenire potuiſſet, de patre qui omnia filio permittit.* ¶ *Inceptũ.* } *Nam quod ſemel inceptum eſt, non poteſt facilè omitti.* ¶ *Deſponſam.* } *Et hoc eſt quod Cliniæ magis placiturum eſt.*

*Hem.* ¶ *Hem.* } *Modò interiectio lætantis: aliàs iraſcentis.* ¶ *Tanto ocyus.* } *Quia ſi acceperit filius deſponſatã Antiphilã, quamprimum expoſcet argentum ad ornamenta coëmenda.*

*Næ.* ¶ *Næ.* } *Pro valde: & hoc propriè Terentianum eſt.*

*Propediẽ.* ¶ *Propediem.* } *Temporis aduerbium, & ſignificat citò.*

*Obſaturabere.* ¶ *Obſaturabere.* } *Id eſt nimiam de filio capies ſatietatem. quod eſt corporis, ad animum tranſtulit. & ſic plus hoc verbo intulit, quàm ſi inueniſſet proprium verbum.*

*Poſtulare.* ¶ *Poſtulent.* } *Tanquam iure: quia iure aliquid poſtulamus.*

*Sciens.* ¶ *Te ſciente.* } *Rectè ſciente. nam Sciens eſt, qui alicuius indicio rem cognoſcit:*

*Prudens.* *Prudens, qui intelligentia ſua aliquid ſentit. ergo ſciens eſt per alios.*

# ACTVS IIII. SCENA VIII.



ARG. ADR. BARL.

IVcundum habet errorem Chremetis, qui Menedemũ falli putat, dum ipſe fallitur.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena declaratio cõtinetur erroris ipſius Chremetis, qui Menedemum dum credit per Syrum decipi, ipſemet planè per ſuos illos, Syrum & Clitiphonem deluſus eſt.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Menedemus annuntiat Chremeti, Cliniã ambire filiam eius vxorem.

*Trimetri.*

MENEDEMVS, CHREMES.

*MVlto omniũ nunc me fortunatiſſimum*
*Factum puto eſſe gnate, cùm te intelligo*
*Reſipiſſe. C. vt errat. M. teipſũ quærebã Chreme:*
*Serua, quod in te eſt, filiũ, & me, & familiã.*
*C. Cedò, quid vis faciam? M. inueniſti hodie filiam.*
*C. Quid tum? M. hanc ſibi vxorem dari volt Clinia.*
*C. Quæſo, quid tu hominis es? M. quid? C. iámne oblitus es,*
*Inter nos quid ſit dictum de fallacia,*
*Vt ea via abs te argẽtũ auferretur? M. ſcio.*
*C. Ea res nunc agitur ipſa. M. quid dixti Chreme?*
*C. Erraui: ſic res acta eſt. M. quanta ſpe decidi!*

ADRIA. BARL.

*Reſipiſſe.* *Reſipiſſe.* } *Ad meliorem mentem rediiſſe. Priſcianus.*

*Sapio.* *Sapio inquit tam ſapiui vel ſapij, quàm ſapui protulit antiquitas. Probo tamen apui placet dici. Cariſio ſapui vel ſapiui.* ¶ *Quid tu hominis es?* } *In obliquo contẽptus ſignificatur.* ¶ *Imò hæc quæ apud te eſt, Clitiphonis eſt amica.* } *Poſterius. Eſt, pro fingitur accipe.*

*Eſt, pro fingitur.* ¶ *Illũ aiunt velle vxorem.* } *Illum Cliniam filium tuũ.*

*Vah.* ¶ *Vah, fruſtra igitur.* } *Vah interiectio eſt ſe ipſum irridentis, qui fallaciam non animaduertit.* ¶ *Aegrè?* } *Chremes Menedemũ ridet, quòd filium timeat.*

*Inceptum eſt.* ¶ *Inceptum eſt.* } *Quod ſemel inceperis, omitti facilè non poteſt.* ¶ *Hem.* } *Lætantis eſt.* ¶ *Te vt poſcat.* } *Petat argentum.* ¶ *Næ tu propediem.* } *Næ pro certè Terentio familiare eſt.* ¶ *Iſtius obſaturabere.* } *Iſtius te filij propediem capiet ſatietas.*

LATOMVS

*Argumentũ. Hîc Chremes falsò perſuaſus, Menedemum quoque in errorem inducit.* ¶ *Multo omnium.* } *Hoc longè facetiſſimum eſt in hac fabula, quòd arte Syri, ambo ſenes de re vera errant.* ¶ *Quæſo quid tu.* } *Interrogatio obiurgantis.* ¶ *Imò hæc.* } *Ironia.* ¶ *Daturum.* } *Subaudi, ſcias per eclipſin.*

*Eclipſis.* ¶ *Aegrè?* } *Repetitio eiuſdem verbi ad indignationem obiurgantis.* ¶ *Næ, tu propediem.* } *Prædictio ominantis, & mox conſilium.*

PETRVS MARS.

*Multo omniũ nunc &c.* } *Paternam lætitiam ex filiorum educatione, ac credulitatem ſenilem quæ facilè decipitur, cùm votis faueat ſuis, hæc ſcena exprimit. Bono patri ac ciui, pari, & æquo iure cum ſuis popularibus*

C.Imò,hæc quæ apud te eſt,Clitiphonis eſt
Amica.M.ita aiũt.C.et tu credis?M.omnia.
C.Et illũ aiũt velle vxorẽ,vt cũ deſpõderim,
Des qui aurum, ac veſtem, atque alia, quæ
opus ſunt,comparet.
M.Id eſt profectò:id amicæ dabitur.C.ſcilicet
Daturũ.M.vah,fruſtra igitur gauiſus miſer.
Quiduis tamẽ iã malo, quàm hunc amittere.
Quid nũc renuntiẽ abs te reſpõſum Chreme,
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atque ægrè ferat?
C.Aegrè? nimium illi Menedeme indulges.
M. ſine:
Inceptũ eſt:perfice hoc mihi ꝑpetuò Chreme.
C.Dic conueniſſe,egiſſe te de nuptiis.
M.Dicam.quid deinde? C.me facturum eſſe
omnia.
Generum placere:poſtremò etiam,ſi voles,
Deſponſam quoque eſſe dicito. M. hem,iſtuc
volueram.
C. Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id quod
cupis,
Quàm ocyſſimè vt des. M. cupio. C. næ tu
propediem,
Vt iſtam rem video,iſtius obſaturabere.
Sed hæc ita vt ſunt, cautim, & paulatim
dabis,
Si ſapies. M.faciam. C. abi intrò, vide quid
poſtulent.
Ego domi ero,ſi quid me voles. M.ſanè volo.
Nam te ſciente faciam quidquid egero.

## ACTVS V. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

AD exitum iam properante comœdia, Syri fallacia detegitur, vt Cliniæ nubat Antiphila. Bacchidẽ Clitiphonis eſſe amicam Menedemus oſtendit.

*populanbus viuere cupienti, recta filiorum educatione nil debet eſſe antiquius, vt ſe dignus adoleſcat & patriæ: itaque adhibenda eſt à primis annis diligẽtia, quoniã, vt inquit Hora. Quo ſemel eſt imbuta recẽs ſeruabit odorẽ Teſta diu. Et Plato in quarto de Republi. ſic ait. Apparet itaque quale fuerit cuiuſque puerilis educationis initium, talia fore etiam quæ ſequuntur.*

RIVII CAST. *Quanta ſpe decidi.} Manu ſcriptum volumen additam habet præpoſitionẽ, quo modo vetera exemplaria omnia. Præterea in eodem, omiſſa illa particula, hunc ad modum legitur: Errani, res acta eſt, quãta de ſpe decidi! quibus verbis deſperatio ſignificetur. quod Græci dicunt πέπρακται, nos vel ſimpliciter, actũ eſt: vel res acta eſt: ſicuti apud Plautum, & ſuperius apud Terẽtium actus tertij, ſcena tertia, vbi Syrus Acta res eſt, perij, inquit. Videtur autem verba hæc cuncta eſſe Menedemi, vt in omnibus etiam habetur vetuſtis codicibus: licet alij tribuant Chremeti ex his quædam. Quod ad præpoſitionẽ attinet, poteſt ea vel addi, vel omitti, vt neque in ſenſu quicquam neque in carminis ratione deſideres. Nã vtrũque Latinè dicitur, ſpe decidere, & de ſpe decidere. Liuius etiã à ſpe dicit. Suetonius præpoſitionem omittit, vt & Cæſar. Iam addita prepoſitione, in mẽtione carminis ſyllaba prima huius verſus ab vltima ſuperioris abſorbetur: quod ſæpenumerò fieri ſuprà oſtendimus. Omiſſa autem, nihil eſt hac colliſione opus, ſed probè per ſe ipſa metri ratio conſtat.*

Res acta eſt, pro Actum eſt. Acta res eſt.

Spe decidere. De ſpe decidere. A ſpe decidere.

*Sed hæc ita vt ſunt.} Sic omnes habent hi fermè libri qui ſunt hodie in manibus, & qui emendatiſſimi putãtur. Nos verò ex antiquis: Sed hæc vtut ſunt, cautim & paulatim dabis: quod ipſum ſenſus etiam expoſcit, pro, qualiacumque hęc ſunt, quoquo pacto ſeſe habent. Hoc à nullo eſſe hactenus animaduerſum aut emẽdatum miror.* Vtut.

GLAREANVS. *Et hi ſenarij ſunt. In decimoquarto quia ad finem eius Spoponderim legẽdum, initio coniunctio Et, à ſuperiore eliditur carmine, niſi bacchium loco primo conſtituamus. In decimoquinto anapæſtus eſt loco quarto. In decimoſeptimo. Gauiſus primam producit. quod in ſuperioribus quoque alicubi admonuimus. In VIII. à fine, neceſſe eſt ſpõsã legamus, nõ Deſponſam alioqui, carmen non conſtabit, & Hem prorſus eliditur, vt ſæpe aliàs. In IIII. à fine, Vtut pro Vti rectè emẽdauit Riuius.*

IOAN. CALPH. *EGo me nõ tam aſtutũ.} Quia iam ad exitũ properat fabula, fallacia detegitur per Menedemum, & Cliniæ Antiphila deſponſabitur. ¶Ego me.} Vt inſultat ſenex, dum alterius ſtultitiam & tarditatem ludibrio habet. ¶Non tam aſtutum.} Hæc iactationis cuiuſdam ſpecies eſt, fingere ſe non aſtutum, dum videt alterum ſtultiorem.*

Adiutor. Impulſor. *¶Adiutor.} Cum riſu hæc pronuntianda: & Adiutor propriè in re bona, Impulſor in re mala. ¶Caudex, ſtipes} Iſta iniurioſè dicũtur in ſtultum & hebetioris ingenij hominem: quẽadmodum ignauum, lapidem appellamus, quamuis tamen idem ſit: ſed hoc plus eſt. ¶Obe.} Interiectio eſt, ſatietatem vſque ad faſtidium deſignans. ¶Obtũdere.} Obtundit, qui ſæpe repetendo aliquid dicit. ¶Obtundere.} Eſt tranſlatio à fabris, qui ſæpe repetunt tundẽdo aliquid malleo, & idẽ obtundunt & hebetant. ¶Ceſſat cum Syro?} Bene ceſſat, tanquam deſidioſus. nã*

Caudex. Stipes. Lapis. Obe. Obtundere. Ceſſare.

Requieſcere. Ceſſant deſidioſi, Requieſcunt deſeſſi. ¶ Ehem Menedeme aduenis? } Sic tanquam expectatus: & Aduentus propriè expectatorum, neceſſariorúmque dicitur. ¶ Quaſi qui cupiunt. } In Andria, Ita tũ diſcedo ab eo, vt qui ſe neget filiã daturum. ¶ Ha, ha, hę. } Vox nimij cachinni, & accommodata Chremeti, qui credebat Menedemum decipi in filio, & aſſimulare illum petere vxorem. ¶ Itáne? } Sic lege, vt quaſi eludat Chremetem qui paſſus eſt ſe à ſeruo decipi. ¶ Fingit. } Format: ſi triſtes ſunt, lætos reddit. Fingere propriè eſt figuli qui formas ducit ex luto. ¶ Se aſſimulat. } Refertur ad id, Vultus fingit hominum. ¶ Venit in mentem. } Sic dicit, quia ſcit ab illo deceptũ Chremetẽ. ¶ Veterator. } Vetus eſt in aſtutia. ¶ Ita rẽ eſſe. } Vultuosè pronũtiãdum, quòd ſi Chremes ſciret ſe à Syro deceptum, verè illum veteratorẽ appellaret. ¶ Mane. } Deceptus Chremes aliter percipit verba Menedemi, quàm ipſe loquatur, & ab illo imprudens eluditur. ¶ Non. } Ridicula negatio. illa verò Virgiliana, amara, Nõ: verùm Aegonis. ¶ Quid non? } Cum admiratione repetit Non. ¶ Hodie conficerẽtur nuptię. } Incipiet paulatim detegi fallacia. nam hoc ſignum eſt Cliniam non falsò velle Antiphilam. ¶ Ne is quidem quidquam? } ἀποσιώπησις admirãtis. hoc magis mirum videtur, quòd nec Syrus verba interiecerit ad extorquendum argentum. ¶ Alia tam planè ſcias. } Pulchra ironia in eum qui deceptus ſit. ¶ Ille tuus quoque Syrus. } Quem tantum veteratorem putas. ¶ Finxit filium. } Refertur ad id quod Chremes ſuprà dixit, Vultus quoque hominum fingit ſcelus. ¶ Subolet. } Tractum à ſenſu odorãdi. ¶ Quid ais? } Nonnunquã perturbati interceſſoris eſt dicere, quid

*Margin:* Requieſcere. — Aduentus. — Ha, ha, hę. — Fingere. — Veterator. — Non. — Fingere. — Suboleo. — Quid ais?

ARG. PAVL. MALL.

In ſequenti ſcena, qua iam ad exitum fabula tẽdit, per Menedemum fallacia detegitur, vt Cliniæ Antiphila deſpondeatur, vbi profectò ſenes mutuis ſeſe ludibriis illudunt vltro citróque, eatenus donec apertè Menedemus oſtendit Bacchidem Clitiphonis eſſe amicam, neque ad Cliniam quicquam eius attinere.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Exorditur ab irriſione Chremetis. qui dum maximè cautus eſſe vult, maximè ludificatur.

*Partim Trochaici Tetrametri Catalectici, partim iambici Senarij.*

MENEDEMVS, CHREMES.

*Ego me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe, id ſcio.*
*Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmõſtrator Chremes,*
*Hoc mihi præſtat: in me quid vis harum rerũ conuenit,*
*Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus:*
*In illum nil poteſt: nam exuperat eius ſtultitia, hæc omnia.*
*C. Obe, iam deſine deos vxor gratulando obtundere,*
*Tuam eſſe inuentam gnatam: niſi illos ex tuo ingenio iudicas,*
*Vt nihil credas intelligere, niſi idem dictum eſt centies.*
*Sed quid interim illic iam dudum gnatus ceſſat cum Syro?*
*M. Quos ais homines Chreme ceſſare? C. ehem, Menedeme aduenis?*
*Dic mihi, Cliniæ quæ dixi, nuntiaſtín'e? M. omnia.*
*C. Quid ait? M. gaudere adeò occœpit, quaſi qui cupiunt nuptias.*
*C. Aha, ha, hæ. M. quid riſiſti? C. ſerui venere in mentem Syri*
*Calliditates. M. itáne? C. voltus quoque hominum fingit ſcelus.*
*M. Gnatus quòd ſe aſſimulat lætum, id dicis? C. id. M. idem iſtuc mihi*
*Venit in mentem. C. veterator. M. magis, ſi*

ais? ſed hoc loco metuẽtis eſt, nõ interrogantis. ¶ Mitto iã oſculari. } Color rhetoricus. ¶ Oſculari. } Hæc eſt quarta amoris linea. nã ſunt quinque, Prima viſus, Secunda loqui, Tertia tactus, Quarta oſculi, Quinta coitus. ¶ Id nihil puto. } Sic dicimus, quando habemus aliud maius ad confirmandum. ¶ Conclaue. } In Eunucho, Virgo in conclaui ſedet. Eſt autem cõclaue ſeparatior locus in interioribus tectis: vel quòd intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhærentia triclinio. ¶ Sola. } Hoc magnum argumentum quintæ lineæ, quòd ſola cum ſolo fuerit. ¶ Quid ni? } Quid niſi? ¶ Familia. } Hoc loco pro re familiari ponitur. vnde in iudicium venit de lite familiæ herciſcundæ, id eſt hæreditatis. Cicero in lib. de Oratore, Idem herciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit. ¶ Operam dat. } Facetè dictũ à ſene. ¶ Si Dat. } Suſpendendum. & eſt ἔλλειψις quaſi dicat, neſcio. ¶ Dubiũ id tibi eſt? } Iam credit Chremes ſe eſſe deceptum. ¶ Amicam patiatur ſuam. } Subaudi, ſubagitari: & eſt honeſta ἔλλειψις in re turpi. Virgilius, Nouimus & qui te. ¶ Quid ni. } Pro cur non. & hæc verba propriè ſunt deridẽtis. ¶ Ni eſſẽ lapis. } Superius, Nam exuperat eius ſtultitia hæc omnia. Et plus quàm, caudex, ſtipes, aſinus. ¶ Nam iam. } ἀποσιώπησις. Virgilius. Quos ego. ¶ Téne iſtuc loqui? } Virgilius, Méne incepto deſiſtere victam? ¶ Aliis conſiliũ dare. } Hinc illud Seruij Sulpitij ad Ciceronem, Denique noli te obliuiſci Ciceronem eſſe, & eum qui aliis conſueueris præcipere & dare cõſilium. ¶ Flagitium. } Facinus. Flagitiũ, more militari, dicitur res flagitione, hoc eſt increpatione digna. nam flagitare, eſt perſonare. inde flamma & flagella: quòd hæc non fit ſine ſonitu

*Margin:* Id nihil puto. — Conclaue. — Familia, pro re familiari. — Quid ni. — Lapis. — Flagitium. — Flamma.

*magis noris, putes*
*Ita rem eſſe. C.ain' tu? M.quin tu auſculta.*
*C.mane, hoc prius ſcire expeto*
*Quid perdideris. nam vbi deſponſam nuntiaſti filio,*
*Continuò inieciſſe verba tibi Dromonem, ſcilicet*
*Sponſæ veſtem, aurum, ancillas, opus eſſe argentum vt dares.*
*M. Non. C.quid non? M.non inquam. C.neque ipſe gnatus? M.nihil prorſus Chreme.*
*Magis vnum etiam inſtare, vt hodie conficerentur nuptiæ.*
*C.Mira narras: quid Syrus meus? ne is quidem quidquam? M.nihil.*
*C. Quamobrem? M.neſcio equidem: ſed te miror, qui alia tam planè ſcias.*
*Sed ille tuus quoque Syrus idem mirè finxit filium,*
*Vt ne paululum quidem ſuboleat eſſe amicã hanc Cliniæ.*
*C.Quid ais? M.mitto iã oſculari, atque amplexari, id nihil puto.*
*C. Quid eſt, quod amplius ſimuletur? M. vah. C.quid eſt? M.audi modò.*
*Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddã retro.*
*Huc eſt intrò latus lectus, veſtimentis ſtratus eſt.*
*C.Quid poſtquam hoc eſt factum? M.dictũ, factum: huc abiit Clitipho.*
*C.Solus? M.ſolus. C.timeo. M.Bacchis conſecuta eſt illico.*
*C.Sola? M.ſola. C.perij. M.vbi abiere intrò, operuere oſtium. C.hem,*
*Clinia hæc fieri videbat? M.quid ni? mecum vnà ſimul.*
*C.Filij eſt amica Bacchis Menedeme, occidi.*
*M.Quamobrem? C.decem dierum vix mihi eſt familia.*
*M.Quid? iſtuc times, quòd ille operam amico dat ſuo?*
*C.Imò quòd amicæ. M.ſi dat. C.an dubium id tibi eſt?*

*ſonitu & crepitu. ⁋Imò abeat.} Hoc terribiliter pronuntiandum: & verba propriè rigidi & aſperi patris.*
Quouis gentium. *⁋Quouis gentium.} Gentiũ, in fine ſuperflua adiunctio: ſicut interea loci. dat tamen quandam αὔξησιν pronuntianti.*
Pergo. *⁋Si pergam.} Perſeuerem. aliàs pergere, eſt ire.*
*⁋Verè ad raſtros.} Quaſi dicat, Id quod tu Menedeme abſentia filij exercebas, hoc eſt rem ruſticam, id ego inopia facere cogar. ⁋Quot incommoditates.} Satis comicè dixit. nam hoc nomen leue quoddã ſignificat: vt in Eunucho, Imò enimuero infeliciter. nam incommoda alia ſunt dicẽda Parmeno. ⁋Capies.} Ibi, Inimicitias caperem.*
Capere. *Capere propriè dicimus cùm id quod in nobis eſt, aſſumimus. vnde capere pro eligere ponitur. ⁋Niſi quid eſt.} Honeſtè petit, quod officium eſt probi & modeſti viri. ⁋Et affines.} Vxoris, cognati ſunt: Affines, mariti.*
Cognati. Affines. *vnde multi gradus ſunt, & veluti rami, propinquitatis, in affinitate & cognatione diſpoſiti. ⁋Quid obticuiſti?} Sic dixit quaſi puderet Chremetem dicere quòd parua dos videretur. nã Tacemus*
Tacere. Reticere. Obticere. *conſilia: Reticemus dolores: Obticemus, quorum nos pudet. ⁋Pro re noſtra.} Tacitè rem ſuam extenuat. ⁋Quam rem agis?} Hoc eſt quaſi perturbati interceſſoris. ⁋Illũ rogitato.} Pulchra admonitio, vt perterrefaciat filium. ⁋Diffluit.} Perſius, Diffluis*
Diffluere. Ais. Fiat. *amens. ⁋Quid ais?} Ais dicimus, de iis qui vana loquantur. ⁋Fiat.} Conceſſio irati aduerſus pertinacem. ⁋Sed Syrum.} ἀποσιώπησις, ſcilicet puniam. ⁋Dictis.} Quia liberi verbis obiurgãdi ſunt: ſerui verò verberibus puniendi. ⁋Adeò depexum.} Hoc verniliter more ſenum iratorum lege, & intellige contrarium. ⁋Viduæ mulieri.} Bene perſonã abiectam delegit, quæ ludibrio habetur, & quia mulier, & quia viro orbata.*

ADRIA. BARL.

*Ego me non tam aſtutũ.} Iactationis ſpecie quadam vtens Menedemus hîc Chremetem vt ſe ſtultiorem & hebetioris ingenij hominem ludibrio habet. Facetum eſt exordium Chremetis ſtultitiam declaraturum. ⁋Hoc mihi præſtat.} Hoc me vincit hic adiutor meus, ita dicit, vt cum riſu pronuntiet. ⁋Caudex.} Sipontinus, Codices, inquit, à codice, qui et caudex vocatur, ex quo cortex extrahitur. ⁋Obe.} Interiectio eſt ſatietatem vſq; ad faſtidium ſignificantis. ⁋Ha, ha, hæ.} Solutius ridẽtis vox eſt. ⁋Fingit.} Format* Fingere. *vultus hominũ, vt probè ſimulent vel diſſimulent. Sic Cicero Vultum, frontem, oculos, ſæpe fallere ſcribit. ⁋Magis, ſi magis noris putes.} Scilicet eum eſſe veteratorem. ⁋Quid non?} Admirantis eſt repetitio. ⁋Ne is quidem quicquam.} Miratus eſt neque Cliniam, neque Dromonem dixiſſe de pecunia, ſed multo magis miratur nec Syrum de re eadem verba inieciſſe. ⁋Qui alia tam planè ſcias.} Ironicè in eum qui deceptus ſit. ⁋Mirè finxit filium.}* Fingere. *Inſtruxit filium tuum Clitiphonem. & fertur ad id quod ſuprà dixit Chremes. Vultus quoque hominũ fingit ſcelus. ⁋Suboleat eſſe amicam.}* Subolere. *A ſenſu odorandi tranſlatio pro, ſuſpicio ſit. Quod eſt corporis, ad animũ transfertur. Quo metaphoræ genere nil vſitatius. Vide Eraſmum de copia verborum. ⁋Amicam hanc.} De Bacchide loquitur. ⁋Id nihil puto.} Sic loquimur habentes aliud maius ad confirmandum. ⁋Quid eſt quod amplius ſimuletur?} Poſtquam ad oſcula & amplexus ventum eſt. ⁋Eſt mihi vltimis* Conclaue. *conclaue in ædibus.} Cõclaue locus in ædibus ſecretior, vbi vel viri colloqui, vel mu*

Quenquam animo tam communi eſſe aut leni putas,
Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam ? M. ab,ah,hæ.
Quidni?quò verba facilius dentur mihi.
C.Derides?meritò mihi nunc ego ſuccenſeo.
Quot res dedere,vbi poſſem perſentiſcere,
Niſi eſſem lapis,quæ vidi! væ miſero mihi.
At næ illud haud inultum,ſi viuo,ferent.
Nam iam.M.non tu te cohibes? non te reſpicis?
Non tibi ego exempli ſatis ſum? C.præ iracundia
Menedeme,non ſum apud me. M. téne iſtuc loqui?
Nónne id flagitium eſt,te aliis cõſilium dare,
Foris ſapere,tibi non poſſe auxiliarier?
C.Quid faciam?M.id quod me feciſſe aiebas parum:
Fac te eſſe patrem ſentiat. fac vt audeat
Tibi credere omnia,abs te petere, et poſcere,
Ne quam aliã quærat copiam , ac te deſerat.
C. Imò abeat potius multò quouis gentium,
Quàm hîc per flagitium,ad inopiam redigat patrem.
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme,mihi illæc verè ad raſtros res redit.
M.Quot incommoditates in hac re accipies, niſi caues!
Difficilem oſtendis te eſſe,& ignoſces tamen
Pòſt,& id ingratum.C.ah, neſcis quàm doleam.M.vt lubet.
Quid hoc, quod rogo , vt illa nubat noſtro ? niſi quid eſt
Quod mauis. C. imò & gener , & affines placent.
M.Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid obticuiſti?C.dotis?M.ita dico. C. ah. M.Chreme,
Ne quid * vereare ſi minus eſt , nihil dos nos mouet.
C.Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis.

*lieres confabulari ſolent.dictum ab eo quòd vna claui claudatur,quę communis ſit*

Dictum, factum.

*domeſticis.⁋ Dictum,factum huc abiit Clitipho.} Dictum, factum , perinde eſt ac ſi diceret , Sine mora , ſine vlla cunctatione , in conclaue ſe coniecit Clitipho. Prouerbiũ celeritatis eſt . ⁋ Decem dierum vix mihi eſt fami.} Tã tenuis res mihi familiaris ob*

Familia, pro pecunia

*ſumptus filij cauſa factos.iureconſulti titulo de verborũ ſignificatione, docent familiam accipi pro pecunia, & rebus hæreditariis , citantes legem duodecim tabularum cuius hęc ſunt verba.Agnatus proximus familiã habeto,hoc eſt , hæreditatem. In eadem ſignificantia Gellius dixit,familiam,pecuniámq; ſuam prãdiorum gurgitibus proluiſſent. Eodem modo vſurpat hîc etiam Terentius. Et in iure titulus eſt de herciſcunda familia , id eſt, diuidenda re familiari.⁋ Decẽ dierũ vix mihi eſt familia.} Tã tenuis res mihi familiaris ob ſumptus filij cauſa factos.Tam modicę ſunt facultates, vt vix ad decem dierum victum ſufficiant. ⁋ Si dat.} Operam amicæ.Fortaſſe id falſo ſuſpicaris pater. ⁋ Amicam patiatur ſuam.} In re turpicula poëta noſter amat ſemper honeſtam eclipſim. Intellige,ſubagitari. ⁋ Quot res dedere vbi poſsẽ perſentiſcere.} Expoſtulat cũ*

Lapis.

*ſeipſo.⁋ Ni eſſem lapis.} Stupidus,brutus,bardus . ⁋ Nã iam. } Apoſiopeſis eſt irati, & minitantis filio Clitiphoni & Syro. Sic Maro , Quos ego? ⁋ Flagitium eſt.} Reprehenſione digna res eſt . ⁋ Te aliis cõſilium dare.} Eodem ſenſu ad M. Tullium ferentem grauiter mortem Tulliæ filiæ, Seruius Sulpitius ſcribẽs.Denique te noli,inquit,*

* vereare:ſi minus,n.

*obliuiſci Ciceronem eſſe, & eũ qui aliis conſueueris præcipere & dare conſiliũ. Neque imitare malos medicos, qui in alienis morbis profitẽtur tenere ſe medicinæ ſcientiam,ipſi curare ſe nõ poſſunt. Sed potius quæ aliis tu te præcipere ſoles,ea tute ſubiice , atque apud animum propone.⁋ Imò abeat potius quouis gentium.} Audi orationem duri atque aſperi patris. ⁋ Ad raſtros res redit.} Quod tu ob filij abitionẽ te crucians faciebas, id me facere coget inopia . Huic Terentiano ſimile eſt illud.Ad manticam res rediit . Quod vulgo dici in eos audio,quibus nihil reliqui eſt . Antiqui ad incitas redactos dicebãt, vel etiã ad incitos,ſi Iſidoro credimus,id eſt,ad vltimũ inopiæ. ⁋ Pro re noſtra.} Pro meis facultatibus.Eſt tacitè rem ſuam famliarem extenuantis. ⁋ Duo talenta.} De talẽto adnotaui in Andria . ⁋ Luxuria & laſciuia dif.} Budæus Luxuria,ait,in hoc ſenſu latinum non eſt, vt crapulam ſignificet & vinoſitatem. Luxuria enim & luxus profuſam impenſam ſignificat.Luxuria, inquit Feſtus,morum eſt ſolutio. Luxa enim mẽbra dicuntur è ſuis locis mota. A quo luxurioſus,in re familiari ſolutus. In voce diffluit , metaphora eſt ſumpta à cera. ⁋ Depexum.} Laceratum, à cõtrario ſenſu.Nam depexus cultum,& pexas veſtes indutũ ſignificat.*

Ad raſtros res rediit.

Luxuria. Luxus.

Diffluo. Depexus.

LATOMVS

*Argumentum. Menedemus deprehenſum Clitiphonẽ indicat patri,ex quo naſcitur ſumma epitaſis fabulę. ⁋ Ego me nõ.} Totum principium ironicum eſt in Chremetem. ⁋ Caudex,ſti.} Metaphoræ prouerbiales in ſtupidos, & parum intelligentes. ⁋ Niſi il. } Faceta ironia in mulierem. ⁋ Voltus quo.} Amplificatio à minori.nam ſi voltus,quantò magis animus? ⁋ Perdideris.} Id eſt,numeraueris. ⁋ Finxit ſi.} Formauit, ad ſimulationẽ cõpoſuit. ⁋ Mitto iam oſcu.} Pręteritio ad augendum . ⁋ Eſt mihi. } Narratio . ⁋ Filij eſt ami.}*

Fingere.

Sed ita dictu opus eſt, ſi me vis ſaluum eſſe, et rem, & filium,
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. M. quam rem agis?
C. Id mirari te ſimulato, & illum rogitato ſimul,
Quamobrem id faciam. M. quin ego verò quamobrem id facias, neſcio.
C. Egóne? vt eius animum, qui nunc luxuria, & laſciuia
Diffluit, retundam, redigam, vt quò ſe vortat, neſciat.
M. Quid ais? C. mitte, ac ſine me in hac gerere mihi morem. M. ſino.
Itáne vis? C. ita. M. fiat. C. age iam vt vxorē accerſat, paret.
Hic, ita vt liberos eſt æquum, dictis confutabitur.
Sed Syrum. M. quid eum? C. egóne? ſi viuo, adeò exornatum dabo,
Adeò depexum, vt dū viuat, meminerit ſemper mei,
Qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento putat.
Non ita, me dij ament, auderet hæc facere viduæ mulieri,
* Quæ in me fecit.

ami.} Exclamatio dolentis intellecta filij nequitia. ¶ Familia.} Res familiaris. & eſt extenuatio, cū dicit vix decem dierum. ¶ Imò quod.} Correctio indignantis. ¶ Patiatur ſu.} Honeſta & verecunda eclipſis. ¶ Nam iam.} Apoſiopeſis comminantis. ¶ Téne iſtuc lo.} Opportuna reprehenſio, qua tāgitur ſcopus fabulæ. ¶ Foris ſapere.} Prouerbiale eſt. ¶ Fac te eſſe.} Conſilium Menedemi. ¶ Mihi illæc ad ra.} Prouerbiali figura alludit ad raſtros Menedemi, de quibus initio fabulæ: alioqui ad reſtim rediit, dicturus erat. ¶ Illa nu.} Conficiuntur Cliniæ nuptiæ, ad abſoluēdam cataſtrophem huius partis fabulæ. ¶ Sed ita di.} Conſiliū ad perturbandum Clitiphonem. Et eſt œconomia ad ſequentē ſcenam. ¶ Vt eius animū.} Ratio conſilij ab vtili & honeſto, nempe vt corrigatur Clitipho. ¶ Sed Sy.} Cōminatio per apoſiopeſim. ¶ Non ita me dij.} Amplificatio à minori.

Foris ſapere

PETRVS MARS.

Ego me non tam &cæt.} Quoſdam rebus alienis rectè proſpicere, ſuis autē malè, docet hæc ſcena. Quiuis nanque aliena deſpicit nullo affectu impeditus, ſed liberè iudicans: In re autem propria fertur præceps, ira ductus, aut amore nimio. Quapropter tam in ſecundis rebus, quàm ad voluptatem fluentibus, amicorum conſilio opus eſt: & illorum authoritati plurimum tribuendum eſt, ne id in nobis reprehendatur, quod ipſi in aliis comprehendimus. Quapropter Cicero in prima actione, contra Verrem, ſic ait: Nihil eſt quod minus ferendum ſit, quam rationem vitæ ab altero repoſcere eum, qui non poſſit ſuæ reddere. Et in Quinta, ſic ait: Omnia poſtremò quæ vindicaris in altero, tibiipſi vehementer fugienda ſunt. Etenim non modò accuſator, ſed ne obiurgator quidem ferendus eſt is, qui quod in alio vitium reprehēdit, in eo ipſe deprehēditur. ¶ Ego me non, &c.} Scio, inquit, me nō eſſe ita aſtutum vt ſenem, puta Chremetem, quem video longè me ſtultiorem. ¶ Caudex.} Lignum, ſiue tabula, Seneca ſcribens ad Pau. de Breuitate vitæ, ſic ait: Claudius Caudex appellatus fuit, quia primus Romanus ſuaſit nauim conſcendere. Nam plurium tabularū contextus, caudex apud antiquos vocabatur. Vnde tabulæ codices dicuntur. ¶ Sed ille quo. tu. Sy. ſin.} Id eſt, inſtruxit, & informauit filium tuum Clitiphonem. q. d. imperitum ipſum finxit, quoniam ſine aliqua diſſimulatione oſtendit Bacchidem amicam eſſe ſuam, non Cliniæ, vt tibi perſuadere ni-

Caudex.

titur, & ſic ironicè loquitur Menedemus.

RIVII CAST.

Idem iſtuc mihi venit in mētem.} Libri in pergamenis deſcripti ferè habent: Itidem iſtuc mihi &c. quanquam alterū illud non reiicio. In eo, quod paulo antè pręceſſit: Voltus quoque hominum fingit ſcelus. Tanquam in ſalebra quoſdam hęrere video. Eſt autem ſenſus, Voltus quoque hominū fingit ſcelus, id eſt, ſceleſtus ille efficit, vt Clinia norit vultum ſuum componere ſimulando quemlibet habitum. Nam ſcelus nominatiui caſus eſt, per αὔξησιν poſitum pro ſceleſto Syro. Atque ita concinnè cohærent, quæ ſequuntur, Gnatus quòd ſe adſimulat lætum, id dicis? Eadem hac loquutione vultum fingere, vtitur Cæſar. I. bel. Galli. Hi, inquit, neque vultū fingere, neque interdū lachrymas tenere poterant, id eſt, nequibant timorem ſuum tegere aut diſſimulare, quin in vultu eminerent notæ quædam animi vehementer perturbati & ſibi metuentis. ¶ Opus eſſe argentum vt dares.} Mihi videntur iſta verba, Opus eſſe, ad præcedentia pertinere; vt quoddam habet ex manuſcriptis, quanquam aliter volumen ipſum Bunanum. Eſt enim eiuſmodi loquutio, qualis illa apud Cicero. ad Atticū lib. ſexto. Dices nūmos mihi opus eſſe ad apparatū triumphi. & III. in Verr. Multa ſibi opus eſſe, multa canibus ſuis. Idem propémodum colligi poteſt ex proxima ſuperiori ſcena, vbi Chremes. Vt cum deſponderim Des, qui aurum ac veſtem, atque alia, quæ opus ſunt comparet. ¶ Quemquam animo tam communi eſſe aut leni putas.} Sunt qui legant, quēquámne animo tam cōmuni eſſe &c. ſicut de impreſſis quandam habent. Et mehercle difficile iudicatu eſt, vtrū vtro rectius ſit, niſi quod manuſcripta habent: commum, non comi. ¶ An'ne illud haud inultum, ſi viuo, ferent?} Nos, At næ illud haud inultum &c. ex manuſcriptis, cōſentientibus Veneto, Lugdunenſi, aliis pleriſque, vt de ſenſu nihil dicam, qui idem expoſcit. ¶ Non tibi exempli ſatis ſum?} Nos, Nō tibi exempli &c. quomodo libri manuſcripti, & ex impreſſis quidam. Idem Senarij ratio poſtulat: niſi ſi nulla colliſione vtendū putas. ¶ Quot incommoditates in hac re accipies, niſi caues?} Nos, Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi caues? Ita enim cum manuſcripta, tum impreſſa quędam exemplaria, velut Lugdunenſe, & Venetum. Quod ad metri rationem attinet, rectius ſanè hoc

Vultum fingere.

Scelus.

Opus eſt.

*In me quæ facit.

*modo legitur. Facit nobiſcum Calphurnius, qui & ipſe ita legit, cuius verba ſunt, Satis, inquit, Comicè dixit. Nam hoc nomē leue quiddam ſignificat, vt in Eunucho: Imò enimuero infeliciter. Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno. Capies. Alibi, Inimicitias caperem. Hæc ille. ⁋ Ah neſcis quàm doleam.} Manuſcripti codices habent, quid doleam pro quantum, vel propter quid.*

GLAREANVS.

*Huius Scenę primi* XXIIII. *verſus ſunt trochaici tetra. catale. ſequentes deinde* XXXII. *ſenarij iambici. Reliqui deinde rurſus trochaici tetrame. cata. In* I. *verſu pro Id ſcio. Eraſmus annotauerat Certò ſcio aliàs legi, quod ego neutiquam puto legi poſſe ſaluo carmine, quin iābus ac trochæus ſeſe impediant. Itaque legendum puto Id ſcio. In* II. *vel d, eliditur ab initio, vel bacchius eſt loco primo, id quod planè in quinto verſu eſt. alioqui ipſe iambicus futurus erat, & Eius in eodem diſſyllabum. In ſexto anapæſtus eſt primo loco, trochæus ſecundo. In ſeptimo Tuam monoſyll. totum eliditur, & l, in illos, niſi quis bacchium cretici loco, qui cum conuenit in temporibus, poſitum contendat cum primo tum quarto locis. Nam in quinto loco haud dubiè creticus eſt. In* IX. *Quid poſt interim habet vetuſtus meus codex. & placet, vt d, cum in Sed, tum in Quid elidatur, vel primo loco ſit amphibrachys, ſecūdo creticus, & bene habebit trochaicus.* X. *trochæum initio habet, & Ehem in ſcanſione monoſyl. In decimoſexto vel bis eliditur s, in Magis, vel, quod nō minus veriſimile eſt, legendum Mage pro magis. In decimoſeptimo verbum Prius, ante Hoc reponendum, vt Mane prius ſit anapæſtus per duarum vocalium in vnam contractionē, niſi s, elidendum ſit in Prius per verbum Hoc, quod etiam fieri poteſt. In decimooctauo. Sponſam legendum, non Deſponſam, & nūtiaſti vel triſyl. eſt, vel bacchius eſt loco quinto & poſt Filio, reponendum verbum Scio, quod habet vetuſtus codex, & carminis ratio ita expoſcit, vt verſus ita legatur,* *Quid perdideris, nam vbi ſponſam nuntiaſti filio, ſcio. In viceſimo, Vti dares, legendum potius, quàm vt non elidatur m, in argentum. Viceſimuſprimus verſus, habet amphibrachyn, dactylo ac ſpondeo temporibus reſpondentem, loco quarto, quemadmodum & Act.* IIII *ſce.* VI. *vidimus. In viceſimotertio, vel Meus monoſylla. eſt, vel creticus loco quarto. In viceſimoquarto, Neſcio diſyl. poſteriorem eliſione amittit, vt neſcio equi, ſit dactylus, quēadmodū Act.* II. *ſcena quarta, & Demiror legendum, poſt Equidem. Viceſimuſquintus, bene habet ſi immutatis verbis legatur,*

*Sed Syrus ille tuū quoq; idē mirè finxit filiū.* *Vel ita,*
*Sed tuū Syrus ille quoq; idē mirè finxit filiū.* *Vel ita,*
*Sed tuum quoque ille idem Syrus mirè finxit filium.*

*Hac vlti. lectione s, in Syrus eliditur, Verſus* XXVI. *ita legendus videtur,*

*Vt ne paulum qui ſuboleat eſſe amicam hanc Cliniæ.*

*Nam ſi ita legatur, Vt ne paululum quidem ſuboleat eſſe amicam hanc Cliniæ, niſi creticus loco ſecundo; & tertio ſit Amphibrachys, quod mihi non diſpliceret, erit hypercata. In viceſimoſeptimo, Nihil monoſyllabum. In viceſimooctauo, vel d, eliditur in Quid, vel amphibrachys eſt loco primo. In viceſimonono, trochæus initio eſt. ⁋ Filij eſt amica Bacchis Menedeme, occidi.} Sequuntur nunc ſenarij iābici. In quorum primo, creticus eſt filij eſt, in ſecūdo vel Mihi monoſyl. totum eliditur, vel pæan ſecundus eſt loco quinto. In tertio vel eliditur bis videlicet in Quid & Quod, vel primo loco eſt bacchius, & tertio loco pæan ſecundus. In quarto ſpondeus primo eſt loco, anapæſtus ſecundo. In ſexto, Suam abundare videtur per ἀποσιώπησιν, aut quia per ſe ſatis intelligitur, aut quia Menedemus victor, per inſultationem perficere Chremetem orationem non permittit. Nam ha, ha, hæ alibi pertinet ad carmen. In decimo, vel s, eliditur in Lapis, vel creticus eſt loco ſecundo. In vndecimo, At næ legendum puto, quanquam alij aliter legunt. In decimotertio, s, eliditur in Satis. Vigeſimumquintū verſum Calphurnius rectè ſic legit,*

*Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi caues.*

*Atque ita habet codex meus vetuſtus. Admonuit & hoc Riuius. In vigeſimooctauo, vel d, eliditur in Quid, vel bacchius eſt loco primo. In trigeſimoſecundo, atque adeò vltimo huius generis verſu, lectio duplex eſt in non pœnitendis codicibus, quæ eliſionibus facilè excuſari poſſunt,*

*Ne quid vereare ſi minus nihil dos nos mouet.*
*Ne quid vereare ſi eſt minus, nihil nos dos mouet.*

*⁋ Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis.} Hęc rurſus ſunt trochaica, nec huius duntaxat Scenæ, ſed in vigeſimoſexto, vſque ſequentis ſcenæ verſum. Cæterum in tertio huius ordinis verſu initio duo ſunt trochęi, ac deinde tribrachys. In ſexto. Eius trochæum facit. In decimo, Hic pronomen corripitur, vt primo loco ſit anapæſtus. In duodecimo quidam codices habent Vſque dum viuat. Sed non ita veteres, neque Aldi, neque carmen recipit. decimuſtertius, trochæum initio habet. In decimoquarto, vltimo ante extremam ſyllabā loco eſt tribrachys, in antepe. verò anapæſtus, re viduæ, vt u, euaneſcat. quod huic Poëtæ frequēs eſt. Quanquam pronomē Hæc poſſet poni poſt verbum Facere, idque cōmodius opinor. Deinde ſpondeus ac trochæus ad initium ſequentis ſcenæ pertinent.*

IOAN. CALPH.

ITáne tandẽ.} Reſtat ad tranquillitatem rerũ omniũ, vt Clitipho verbis patris perterritus, in viã redeat, & vxorẽ ducat. ¶ Itáne.} Sic incipit, vt qui ſe à patre abdicatũ putet. ¶ Tandẽ.}

*Tandem.* Hîc expletiua cõiunctio. Cic. Quouſq; tandẽ abutere Catilina patientia noſtra? Aliàs ponitur pro tamẽ: vt, In qua ciuitate tãdẽ arbitrare te viuere? Nõnũ quã pro ſaltẽ. ¶ Admiſit.} αὔξησις eſt. plus eſt admittere, q̃ facere.

*Admittere.* Alibi, Hęc admittere indigna. ¶ Volgo id fa.} Ad purgationẽ peccati, ſi nihil aliud habemus argumentũ ab exemplo aliorũ ſumimus, qui idẽ factitauerunt. ſed multo magis valet, ſi ab exẽplo omniũ ſumitur. ¶ Quid me incu.} Bene incuſas: quia filio maior eſt pater.

*Incuſare.* ¶ Quicquid ego hu. fe.} Huius

*Huius.* abſolutè: vt per ἔκλειψιν deſit rei. In Hecyra, Nequid ſit hui⁹ oratio. Alibi, Nihil me iſtius facturũ patri. ¶ Ego hu. fe.} Sẽp grauis inceptio orationis, quę exordium ſumit à pronomine. ¶ Animo omiſſo.} Negligenti.

*Animus omiſſus.* Alibi, At enĩ metuas ne ab re ſint omiſſiores paulo. ¶ Et ſua. quae eſ. pri. habere.} Salu. Quę prima mortales ducũt. Et primus modò ad laudẽ, nõ ad ordinẽ ptinet. In Eunu. Nihil prius

*Primus.* neq; fortius. ¶ Ad proxi.} Bene ad proximos, ad quos ſpectat poſt filiũ hęreditas. ¶ Receptes} Alibi, Meum receptes filiũ. Et

*Receptare.* frequẽtatiuo vſus eſt, quòd nõ raro, ſed frequenter poterit ſe recipere. ¶ Viuere.} Cũ virtute

*Vita.* & ratione intelligas. ¶ Vita.} Hoc loco actus & mores. In Phormi. Quem ego viderim in vita optimum, id eſt in actu et moribus. ¶ Quæ iſta eſt praui.} Deriuatio criminis in ſe eſt, Et bene optimi ſerui fungitur officio. ¶ Ilicet.} Ilicet, ſemper finem rei ſignificat, vt actũ eſt.

*Ilicet.* Ilicet per ſyncopẽ, quod ſignificat ire licet. Sic iudices de cõcilio dimittebãtur, ſuprema dicta cũ pręco pronũtiaſſet. Ilicet ergo increpatio eſt, quia interloquendo impedit Chremetem narrantem. ¶ Neque preca. pa-

*Precator. Precari.* ra.} Alibi. Ad precatorẽ abeam. Et precari aliquãdo idem quod deprecari: hoc eſt à ſe crimẽ depellere. Hinc deprecatio. ¶ Nihil ſuccen.} Succenſere is dicitur, qui cũ amare debeat, læſus iraſcitur. ¶ Vt peri. etiã

*Succenſere.* fa. mi. ſit Syre?} Quod eſt extremũ miſeriarũ. Etiã fames fame apud antiquiſſimos in v. declinatione nominũ variabatur: ex quo poteſt eſſe genitiuus caſus: quia C. Cęſar in lib. de

*Famiæ genitiuus.* analogia huius die, et huius ſpecie dicẽdũ putat. Saluſt. in Iugur. Vix x. parte die reliqua. Vel ſit ſeptim⁹ caſus. ¶ Eſuritu-ros ſa.} παρὰ προσδοκίαν quãdo aliter reſpõdemus, quã ex-

*Proſdocia.* pectatur. ¶ Nõ eſſe ho. te ar.} Quaſi cũ odio Horũ dixit, & eo magis ꝙ nec te filiũ dixit. ¶ Dũ iſtis fui. ſolus.} Satis veriſimilis ratio adoleſcẽti imprudẽti & parũ prouido: ideo ſtatim ſubiicit, Eſt veriſimile. ¶ Iratũ pu.} Bene iratũ, ob peccatũ. Iratus eſt q ex aliqua re laceſſitus iraſcitur. Iracũdus

*Iratus. Iracundus.* ex pua vel nulla cauſa. ¶ Id nõ fit.} Mater tibi nõ eſt adiutrix: et hoc prope veriſimilius. ¶ Ad miſericor.} Quia parentes veri, filiis citò ignoſcũt. ¶ Minima in ſpe ſi. erit.} Nã ſi nõ eſſe filiũ crediderit, eo miſerabilior videbitur patri: & citius ad miſericordiã cõmouebitur. ¶ Quid autem hoc?} Hæc vox eſt timentis.

ADRIA. BARL.

Itáne tandẽ quæſo?} Ex abrupto incipit. ¶ Vulgo id fa.} Ad peccati purgationẽ facere hoc vult Clitipho. Generalia nãq; delicta veniã facil⁹ inueniũt. quãquàm nõ merẽtur tamẽ, et quod poëta dixit, Quicqd multis peccatur, inultũ eſt. ¶ Vulgo id fa.} Libido enim latiſſime patet. ¶ Quid me ac. Cli.} Accuſamus vel parẽ, vel inferiorem,

*Accuſare.* vt apud eundem Terẽ. Vxor quã ob cauſã accuſer, neſcio. Proprietate autem Terẽtius omnibus pręponitur Comicis, licet in cęteris ſit inferior, hęc Seruius. Huius vt differẽtiã

*Terentius aduerſus Seruium defenſus.* hãc reiicimus, ita iudiciũ de Terentio nõ probamus. tantũ enim abeſt vt pręter verborũ proprietatẽ, qua ſine dubio reliquos omnes Latinos anteit, in cæteris vincatur, vt vel ipſo teſte Horatio homine multo quã Seruius fuit excuſſioris iudicij, etiam alios arte ſuperet. Differẽtiã autẽ inter accuſo et ĩcuſo quã ponit Seruius, inanẽ eſſe Beroaldus oſtẽdit. ¶ Vbi te &c.} Defenſio eſt

## ACTVS V. SCENA II.



ARG. ADRIÁ. BARL.

CLitiphonem filium obiurgat propter amicam pater. idque adeò fit, vt ſic admonitus redeat in viá, & Bacchide relicta vxorem ducat. Continet hæc ſcena & callidum Syri conſiliú, quo cataſtrophen, id eſt, exitum, euentúmque negotii machinatur.

ARG. PAVL. MALL.

VT rerũ omniũ tranquillitas efficiatur, reliquũ eſt, vt Clitipho verbis patris à quo obiurgatur perterritus in viam redeat, vxorémque eius ſuaſu ducat. Syrus aliud conſilium reperit Clitiphoni. Deinde ad Menedemum, hero ſuò non planè fidens, concedit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Exorditur conqueri Clitipho de Patre Chremete.

*Trochaici & Iambici Tetrametri, hi acatalectici, illi catalectici.*

CLITIPHO, MENEDEMVS, CREMES, SYRVS.

ITáne tandem quæſo Menedeme, vt pater
Tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum patris?
Quodnam ob facinus? quid ego tantum ſceleris admiſi miſer?
Volgo id faciunt. M. ſcio tibi eſſe hoc grauius multo, ac durius
Cui fit: verum ego haud minus ægrè patior id, qui neſcio,
Nec rationem capio, niſi quòd tibi bene ex animo volo.
CL. Hîc patrẽ aſtare aiebas? M. eccum. CH. quid me incuſas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi proſpexi, & ſtultitiæ tuæ.
Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia
Quæ eſſent, prima habere, neque conſule-

Capio, pro inuenio.

Chremetis.⸿ Cepi rationē.⸾ Cepi pro inueni poſuit, teſte Nonio. ⸿ Prius quaſo diſce. &c.⸾ Id eſt, cū virtute et ratione agere, quàm ratio docet quid faciendū fugiēdúmue ſit, ita ſit vt ratio præſit, appetitus verò obtēperet. Efficiendū autē vt appetitus rationi obediant, eámque neq; præcurrant propter temeritatem, neque propter pigritiam, aut ignauiam deſerant. Nā qui appetitus longius euagantur, et tāquam exultantes ſiue cupiendo, ſiue fugiendo, nō ſatis à ratione retinentur, ii ſine dubio finem et modum tranſeunt: relinquunt enim & abiiciunt obedientiā, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturæ. ⸿ Quæ amentia, quod peccaui ego id obeſſe huic.⸾ Trāſlatio peccati. ⸿ Ilicet.⸾ Per ilicet finis rei Latinis ſignificatur, vt in illo, actū eſt. Ilicet, ire licet. ⸿ Nec tu arā tibi, nec precatorē paratis.⸾ Athenis vrbe media fuit ara miſericordiæ ſacra, cōmune miſeris mortalibus aſylum, cuius rēligio à nullo quantūlibet potētis fortunę viro poterat perfringi. huc vndiq; gentiū bellis victi, patria pulſi, exacti regnis, ſceleribus coo-perti, breuiter calamitoſi omnes, qui ſe contra vires alienas tutari non quirēt, ſiue hi ſerui eſſent, ſiue liberi, confugiebant. Hoc altare Terē. hic intelligere, teſtis eſt Lactā. in XII. Thebaidos. ⸿ Nec tu aram.⸾ Latini ſcriptores paſſim aram vocant prouerbio, ſummū & incōparabile præſidiū, & locū qui vice cuiuſdā inuiolati ſit aſyli. Cic. pro Roſcio Comœdo, Ad domū eius tanquā ad aram confugit. Idē lib. III. de natura deorum, Quod vos cū facere nō poteſtis, tanquā in aram confugitis ad deum. Oui: Vnica fortunis ara reperta meis. ⸿ Neq; precatorē.⸾ Si quando ſerui dominos grauiter offendiſſent, ſibíque malè timerent, ſolebant olim ſupplices cōfugere ad eos quorum gratia putabant dominos ſuos nihil non facturos, vt precibus illorū, placatis heris, ſuppliciū euaderent. ⸿ Neq; tu arā.⸾ De

Viuere.

Ara miſericordiæ.

Ara. *à fame

Precator.

re in longitudinem,
Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc poſſes perdere.
Vbi, cui decuit primò, tibi non licuit per te mihi dare,
Abii ad proximos, tibi qui erant: eis cōmiſi, & credidi.
Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidiū Clitipho:
Victus, veſtitus, quò in tectum te receptes. CL. hei mihi.
CH. Satius eſt, quàm teipſo hærede, hæc poſſidere Bacchidem.
S. Diſperii, ſceleſtus quantas turbas concitui inſciens?
CL. Emori cupio. CH. prius quæſo diſce quid ſit viuere.
Vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tū iſtoc vtitor.
S. Here licétne. CH. loquere. S. at tutò? CH. loquere. S. quæ iſta eſt prauitas,
Quæúe amētia, quod peccaui ego, id obeſſe huic? CH. ilicet.
Ne te admiſce, nemo accuſat Syre te, nec tu aram tibi
Neque precatorem pararis. S. quid agis? CH. nihil ſuccenſeo
Nec tibi, nec huic: nec vos eſt æquum quod facio, mihi.
S. Abiit, ac rogaſſe vellem. CL. quid? S. vnde mihi peterem cibum.
Ita nos abalienauit. tibi iā eſſe ad ſororē intellego.
CL. Adeón' rem rediiſſe, vt periculum etiam *fame mihi ſit Syre?
S. Modò liceat viuere, eſt ſpes. CL. quæ? S. nos eſurituros ſatis.
CL. Irrides in re tanta, neque me quidquā conſilio adiuuas?
S. Imò, & ibi nunc ſum, & vſque dudum id egi, dum loquitur pater:
Et, quantum ego intelligere poſſum. CL. quid? S. non abierit longius.
C. Quid id ergo? S. ſic eſt: non eſſe horum te arbitror. CL. quid iſtuc Syre?
Satin' ſanus es? S. ego dicam quod mihi in mentem, tu diiudica.
Dū iſtis fuiſti ſolus, dū nulla alia delectatio

cōfugio ad aram, Plau. quoque in vlti. ſce. Moſtellariæ. Sed tu iſtuc quid confugiſti in aram hāc inſcitiſſimus? ⸿ Periculum etiam fame.⸾ Genitiuus eſt antiquus, pro famis. dicebant enim hic dies huius die, hęc ſpecies huius ſpecie, & fames fame, pro famei quinta inflexione. ⸿ Eſt veriſimile.⸾ Facile credit Syro adoleſcens imprudentior, & parum prouidus. ⸿ Quā minima in ſpe ſitus erit, Tā facillimè &c.⸾ Laurentius tam et quā, inquit, ſimilia atq; eadē videntur, tantū & quantum. Ideóq; rarò cum cōparatiuo iunguntur, cum ſuperlatiuo frequentius: vt tam hic eſt omnium optimus quàm nobiliſſimus. Saluſtius. Quā quiſq; peſſimè fecit, tā maximè tutus eſt. Quod idem valet ac ſi diceret, vt quiſque peſſimè fecit, ita maximè tutus eſt. Citat & hunc Terētii locum Vallenſis.

Argumentū. Chremes grauiter terret filium, éſtque hoc ſummum periculum Clitiphonis. Deinde Syrus nouo conſilio cataſtrophen machinatur. ⸿ Itáne tādem.⸾ Ex principio apparet iram Chremetis indicaſſe Menedemū. ⸿ Volgo id fa.⸾ Purgatio ab exemplo. ⸿ Quicquid ego.⸾ Accuſat filium, & reddit rationem facti ſui Chremes. ⸿ Vbi cui dec.⸾ Pulchra traductio in pronominibus. ⸿ Sceleſtus quantas.⸾ Accuſat ſeipſum Syrus. ⸿ Here licétne.⸾ Conatur Syrus in ſe transferre culpam, vt liberet Clitiphonē. ⸿ Nec tu arā.⸾ Locus explicatur à Cælio lib. V. cap. XVII. ⸿ Nos eſuri.⸾ Riſus ab inexpectato. non habebat enim aliud quod ſubitò reſponderet Syrus & illud in primis augebat. ⸿ Nō eſſe.⸾ Hoc dicit quaſi ex animi ſententia, vt amplius commoueat adoleſcentem. & attende callidum conſilium, rem ad deprecationem & miſericordiā perducere cogitāns. ⸿ Poſtquā eſt inuen.⸾ Coiectura à ſigno & tēpore, expellunt inuenta filia, ergo non amant. ⸿ An tu ob pec.⸾ Cōfirmatio à remotione, nā ſi non ob peccatum,

Fame genitiuus.

Tam, & Quàm.

LATOMVS

Quæ propior eſſet te, indulgebāt, tibi dabant: nunc filia
Poſtquam eſt inuenta vera, inuenta eſt cauſa, qua te expellerent.
CL. Eſt veriſimile. S. an tu ob peccatū hoc, eſſe illum iratum putas?
CL. Non arbitror. S. nūc aliud ſpecta. matres omnes filiis
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent eſſe: id non fit. CL. verū dicis. quid ergo nunc faciam Syre?
S. Suſpicionē iſtā ex illis quære, rem profer palam
Si non eſt verum, ad miſericordiam ambos adduces citò aut
Scibis cuius ſis. CL. rectè ſuades, faciam. S. ſat rectè hoc mihi
In mentem venit: nanque adoleſcens quàm minima in ſpe ſitus erit,
Tam facillimè* patris pacem in leges conficiet ſuas.
Et iam haud ſcio ánne vxorē ducat, ac Syro nil gratiæ.
Quid autem hoc? ſenex exit foras: ego fugio: adhuc quod factum eſt.
Miror non iuſsiſſe illico me arripi. ad Menedemum hinc pergam.
Eum precatorem mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo.

* boni patris

tū, relinquitur, vt ob inuētam filiā, ſit iratus. ¶ Nunc aliud. } Argumentū à perſona: mater nō auxiliatur, nō eſt ergo mater. ¶ Sat rectè. } Secum approbat conſilium. ¶ In le. ſu. } In ſuum arbitrium. Tranſlatum eſt à pactionibus bellicis, quæ certis legibus & cōditionibus inter partes tranſiguntur.

PETRVS MARS. Itáne tandem quæſo &c. } Proteruos adoleſcētes caſtigādos, ac acriter propoſito dāno terrēdos eſſe, vt ad officiū reuertātur, monet hæc ſcena. Liberè nāque adoleſcentiū cupiditates longius euagantur, ad omne ſcelus impellēte appetitu præcipites, niſi à ratione reuocētur. Itaq; pater nō aliter quàm equorum domitor, imò multo magis filiū luxu diffluētem, tanquā in gyrum rationis flectere debet, vt rei domeſticę ac publicę, vſui honoríq; eſſe poſsit. Cic. in I. Offi. loquens de tēperātia, ſic ait: Efficiēdū eſt, vt appetitus rationi obediant, eámq; neq; pręcurrāt propter temeritatē, nec propter pigritiam, aut ignauiā deſerāt: ſintq; tranquilli, ac perturbatione animi careāt: ex quo elucebit omnis cōſtātia, omníſque moderatio. Nā qui appetitus lōgius euagātur, & tāquā exultātes ſiue cupiēdo, ſiue fugiendo, nō ſatis à ratione cōtinētur, hi ſine dubio finem & modum tranſeunt. Relinquunt enim, & abiiciunt obedientiā, nec rationi parent, cui ſunt ſubiecti lege naturę. Plato in IIII. de republi. ſic ait: Educatio bonáque inſtitutio, ingenia quoque bona efficit. Et in I. de Legi. inquit: Aſſero eos qui in præſtantes viros aliquando euaſuri ſint, ab ineūte ſtatim pueritia oportere idipſum tam ludendo, quàm ſtudendo in ſingulis ei negotio conuenientibus meditari.

RIVII caſtigatio. Iſthic, Iſthac, Iſthoc. Suſpicionē iſtam ex illis quære. } Priſci. lib. XII. legit, Suſpicionem iſthanc. quod ne vitiū eſſe exēplaris putes, verba eius ſubiiciam: Iſte verò & hic nō cōponitur, niſi per eos caſus, qui in c, deſinūt, abſq; datiuo, id eſt per nominatiuū, accuſatiuū, ablatiuū ſingularē. per pluralē verò nullū, niſi nominatiuū neutri, qui eſt & accuſatiuus. Nā hic ſolus in plurali numerò, c, habet finalē, vt hic iſthic, hęc iſthac, hoc iſthoc hunc iſthūc, hanc iſthanc. Terē. in Heaut. Suſpicionē iſthanc ex illis quęre. ¶ Nanq; adoleſcens quàm maxima in ſpe ſitus erit. } Nos, quā minima in ſpe &c. Ita enim. Valla citat: nec ſecus in antiquis legitur. ¶ Tam facilimè patris &c. } Perperam eſt in recētioribus quibuſdā, boni patris: cū hoc adiectiuū nec veteres habeant codices, nec requirat omnino ſenſus.

CLAREANVS. Itáne tribrachys. In ſecūdo autē verſu trochęus loco eſt V. In VII. Hîc aduerbiū à ſuperiore eliditur verſu. In XIII. Qui corripitur ſequēte vocali, nō eliditur, et Eis monoſyl. In XXI. verbū Eſt, quod in pręcedēte verſu eſt poſt iſta, huc reponēdū poſt Amētia, et vterque verſus pulchrè conſtabit. In XXIIII. varia lectio eſt. Quidam legunt nec tibi, nec huic, vt ſint duo trochæi initio. Alij legunt Nec tibi, nec tibi, δεικτικῶς, vt et filium, & Syrum monſtret. Verùm quia iratus fuit, vix credo eum dignatum cū filio loqui, cū iam Syro nō filio loqueretur, Quin potius per pronomē Huic filiū, ſed contēptim nominatū. Videntur autē verba abeūtis, ac ſecū quædam velut ſubmurmurantis. In XXVI. d eliditur in Quid, niſi pæana ſecūdum loco V. conſtituamus. ¶ Ita nos abalienauit, &c. } Hæc nunc ſequētia ſunt iambica tetra. acata. indubitata quidem ad XVIII. vſque. In tertio verſu proceleuſmaticus eſt loco primo. In ſeptimo verſu d, eliditur in Quid iſtuc Syre. niſi in ſeptimo loco bacchiū ponam*. In VIII. poſt, In mentē, quidā intelligūt verbū Venit, alij legunt, In mēte eſt. Vetuſtus codex habet in mētē eſt. Verùm hęc nihil ad carmē. XV. in codice Aldi corruptè legitur. Similiter & XVI. Faciam enim ad ſequentem ponendum eſt verſum, & Suſpicionem ſecundum naturam corripitur. Denique Riuius ex Priſciano Iſthanc legendum cenſet. Quod ſi eſt verum, oportebit Ex eis, non Ex illis legere, vt ita legantur verſus,

Solent eſſe, id non fit. CL. Verū dicis. quid ergo nūc Syre
Faciā? SYR. Suſpicionē iſthāc ex eis quęre, rē profer palā.

Et Eis monoſyl. eſt. In XVIIJ ſi Cuius diſylla. fuerit, erit iābicus tetra. cata. vt precedētes. Sin monoſyl. erit trochai. tetra. catal. qualeis Eraſ. treis ſeq. indicauit. Verū in prępoſitionē, quę in XIX. eſt verſu pleriſq; in libris ipſe poſuit ad finē verſus XVIIJ. alioqui verſus erit iābi. vt priores. XX. haud dubiè erit trochai. in quo quidā adiecerant verbū Boni ad Patris, quod in vetere codice nō erat. Sed Laurē. Val. etiā quidam codices lib. I. elegan. pro Facilimè habebāt Maximè. Verū id ad carminis rationē nihil refert. XXI. eſt iābicus tetra. acat. niſi Scio ſit monoſyl. ac totū elidatur. quod Eraſ. fortaſsis viſū eſt, qui indicauit eū trochaicū vt pręcedētē. Treis verò vltimos idē iābicos tetr. catal. exiſtimauit, quos ego catal. puto. Cęterū antepe. initio d, in quid elidit, et V. loco proceleuſmaticū habet. poſt Fugio autē qdā codices legunt Ob hoc, vt vetus. quidā Adhuc, vt Aldi ac Frobe. Nihil verò de ſēſu.

*Sanè ego perturbatum ſeruum, ſecum hæc reputantem puto, ac velut interrogantem, Adhuc factum quid eſt? Et pronomẽ Eum, in penultimi verſus fine ponendum, non initio vltimi. Treis igitur hoſce verſus ita legendos cenſeo.*

*Quid autem hoc? ſenex exit foras, ego fugio, adhuc factum quid eſt?*
*Miror non iuſsiſſe illico me arripi. Ad Menedemũ hinc pergam, eum*
*Precatorem mihi paro. ſeni noſtro habeo fidei nihil.*

*Lector ſequatur, quod volet. Itaque omnes hoſce verſus iãbicos tetra. acatalecticos, excepto viceſimo, iudicamus, de quo tamen, quando tam variè legitur, lectorem antiqua cõſulere exemplaria velim, ſi fortè in aliorum collegium reduci queat. Riuius in his ſilet, niſi quod Boni adſcitium eſſe, & Minima legendum, admonet.*

IOANN. THEOD. *De ara Miſericordiæ ſacra, ſic Pauſanias in Atticis. In Athenienſium foro tum alia habẽtur, tũ Miſericordiæ ara, quam præ cæteris diis, eo quòd humanæ vitæ & rerũ mutationibus proſit, ſoli ex Græcis Athenienſes honore afficiunt. Seruius quoq; in illud* VIII. *Æneid. Hinc lucum ingẽtem, quem Romulus acer Aſylum Rettulit, Poſtquam, inquit, Hercules migrauit è terris, nepotes eius timẽtes inſidias eorum quos auus afflixerat, Athenis ſibi primi Aſylum, hoc eſt templum miſericordiæ collocauerunt, vnde nullus poſſet abduci. quod etiã Statius dicit, vt Herculeos fama eſt fundaſſe nepotes. Ideo ergo ait, Quem Romulus acer Aſylum Rettulit, hoc eſt fecit ad imitationem Athenienſis Aſyli. Statij hac de re verba ſunt, hæc lib.* XII. *Thebaid.*

*Aſylum.*

*Ara miſericordiæ.*

*Vrbe fuit media nulli conceſſa potentum*
*Ara deûm: mitis poſuit Clementia ſedem,*
*Et miſeri fecere ſacram. ſine ſupplice nunquam*
*Illa nouo: nulla damnauit vota repulſa.*
*Auditi quicunque rogant: noctéſque, diéſque*
*Ire datum, & ſolis numen placare querelis.*
*Parca ſuperſtitio: non thurea flamma, nec altus*
*Accipitur ſanguis: lachrymis altaria ſudant,*
*Mœſtarúmque ſuper libamina ſerta comarum*
*Pendent, & veſtes mutata ſorte relictæ.*
*Mite nemus circà, cultúque inſigne verendo,*
*Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor oliuæ.*
*Nulla autem effigies, nulli commiſſa metallo*
*Forma Dei: mentes habitare, & pectora gaudet.*
*Semper habet trepidos, ſemper locus horret egenis*
*Cœtibus: ignota tantùm felicibus ara.*
*Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni*
*Numinis, Herculeos ſedem fundaſse nepotes.*
*Fama minor factis: ipſos nam credere dignum*
*Cælicolas, tellus quibus hoſpita ſemper Athenæ,*
*Ceu leges, hominémque nouum, ritúſque ſacrorum,*
*Semináque in vacuas hinc deſcendentia terras,*
*Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris*
*Confugium, vnde procul ſtarent iræque, minæque,*
*Regnáque, & à iuſtis Fortuna recederet aris.*
*Huc victi bellis, patriáque è ſede fugati,*
*Regnorúmque inopes, ſcelerúmque errore nocentes*
*Conueniunt, pacémque rogant.*

IOAN. CALPH. *Profecto niſi caues.} In hac ſcena continetur imago quædã diſsidij inter virum & vxorem, qui natura moroſi atq; difficiles ſunt. ⁋Tu homo.} Cum cõtẽptu & ſtomacho pronuntiandũ. ⁋Ineptũ quicq̃.} Bene ineptũ. nã ineptũ eſt quod à quouis reprehẽditur. ⁋Venire in mẽ.} Venire in mentẽ veteres nõ recordationis cauſa tantum, ſed etiam recogitationis cõſiderationíſque poſuerunt. ⁋Quod pe.} Notat mulierum imprudentiã & imperitiã, quæ vt plurimũ ignorant quę praua aut recta ſunt. ⁋Tam confidem.} Rectè cõfidenter. nam cõfidentia ſæpius in malã, Fiducia verò in bonã partẽ accipitur. Alibi, O ingentẽ cõfidẽtiã. ⁋Neſcio.} Sic lege vt intelligas cõtrarium. ⁋De re tã.} Scilicet in periculo filij. ⁋Subditũ ſe.} Id eſt ſuppoſitũ. Iuuenalis, Trãſeo ſuppoſitos. ⁋Ain' tu?} Pro aiſne. & eſt pcõtatiuũ verbum. ⁋Inimicis ſi.} Hæc imprecatio ſic vſurpatur ab Ouid. vt illius propria ſit. ⁋Cõuinces.} Verbũ iudicij eſt. ⁋Tui ſimilis.} Nam plerumq; filij conſimiles ſunt parentum moribus. ⁋Quã ſeue.} Nam facie ipſa videtur quandam probitatem oſtendere: re verò, alius eſt.*

*Ineptum.*

*Venire in mentem.*

*Cõfidentia. Fiducia.*

*Subditus.*

*Ain'?*

ADRIA. BARL. *Tu homo.} Cõtemptum habet, & ſtomachum. ⁋Si rog. iã quid eſt quod pe.} Mulierum notatur imperitia, quæ ferè neſciũt quę praua aut recta gerãtur. ⁋Me tace. de re tãta.} In periculo filij. ⁋Nihilominus ego hoc fa. tamen.} Abdicationẽ minatur filio. ⁋Subditũ ſe ſuſpi.} Subditũ pro ſuppoſitũ poſuit. ⁋Iſtuc inimi. ſi.} Hac figura pariter Græci ac Latini vtũtur, Hoſtibus noſtris hoc eueniat. Ouid. Hoſtibus eueniãt cõiuuia talia noſtris. Et Horat. in odis. Hoſtiũ vxores puerìq; cæcos Sentiãt motus oriẽtis auſtri. Ad hunc modũ ſi q malũ timeretur, deprecabãtur abominãtes, & in hoſtiũ caput imprecãtes. Eandem ſentẽtiã habet illud. Si quid mali, ĩ pyrrhã recidat. Quod adagiũ Eraſ. enarrãs hunc Teren. locum aduocat. ⁋Quod eſt cõſi. mori.} Locus à genere. ſic et Cic. in oratione pro Seſtio. Parente Seſtius eſt nat⁹ et ſapiẽte, et ſancto, & ſeuero. ⁋Tui ſimilis.} Nã plerũq; videas filios, parentũ mores exprimere, ſed ſępius malos quàm bonos. ⁋Sed ipſe egre. quàm ſeue.} Quã quãtũ ſeuerus egreditur. ⁋Rem cum vi. cen.} Cũ faciem videas,*

*Home.*

## ACTVS V. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

CHremes filii occaſione vxorẽ obiurgat, & mordacibus dictis impetit, ſalibúſque non illepidis, & maternum animũ in hac ſcena ob oculos ponit Terentius.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena exprimitur, quaſi imago diſſidii inter virum & vxorem, qui & natura moroſi, ac difficiles ſunt. Chremes enim Soſtratam vxorem mordacibus impetit obiurgatiunculis, & ſalibus haud illepidis, in cuius mores filii occaſione inuehitur.

*deas, videtur eſſe quantiuis pretij. Triſtis ſeueritas ineſt vultu. Re verò nihili homo eſt adoleſcēs luxu pditus eſt.*

LATOMVS *Argumentum. Impulſa querela filij Soſtrata expoſtulat cum marito, & ab illo cōfutatur.* ¶ *Mulier.* § *Ad vituperationē.* ¶ *Redeat ad integrum.* § *Id eſt, in excuſandis peccatis repetatur, & eſt exprobratio inſcitiæ.* ¶ *Subditū ſe ſuſpi.* § *Propoſitio accuſationis, eſt autē ſubditus, qui pro vero ſubiectus eſt.* ¶ *Quid metuis.* § *Ironica reprehēſio qua perſtringit vxorē.* ¶ *Seuerus.* § *Id eſt, probus.* ¶ *Rem.* § *Id eſt, veritatē, vt ſit ſenſus, vultu præſe fert modeſtiā, ſed re aliud præſtat.*

Mulier.

Res, pro veritate.

PETRVS MARS. *Profectò &c.* § *Quales sūt parētes, tales plerumq; filios eſſe, docet hæc ſcena. Quapropter cū filiis opera datur, ab omni ebrietate ac luxu cauendū eſt, ne id vitiū nati referāt. Pla. in* VI. *de Legib. loquēs de filiorū procreatione ſic ait. Idcirco ebrius tanquā mente captus, ad ſerendū eſt inutilis. Nēpe veriſimile eſt, eū fœtus inæquales, inſtabiles, obliquos, tā mēbris, quā moribus procreare. Quapropter per totā quidē vitam, et maximè quandiu generationi vacat, abſtinebit quiſq; cauebitq; ne faciat, vel quæ ſuapte natura morbos inducant, vel quæ ad petulantiā iniuriámque deducant. Hęc enim in animos & corpora naſcētiū neceſſariò trāſlata illic imprimūtur, peioréſque naſcuntur. Sed præcipuè die illo ac nocte ab illis abſtinēdū eſt.* ¶ *Imò ſcis potius.* § *Id eſt, intelligis quid dicere velim, antequam ſit finis verborum meorum.*

RIVII caſtigatio. *Quā quidē redeat ad integrū eadē oratio.* § *Sic quidē manuſcripta exēplaria, conſentientibus Lugdunenſi & Veneto. Proinde tollēdū pronomen hæc in recentioribus: quod nec ſenſus requirit nec verſus.* ¶ *Quid metuis? nónne cū velis, conuincas illum eſſe*

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Diſſidium inter maritum, & vxorem filii ergò incidit, porrò animus maternus erga liberos in hac ſcena proponitur.

*Eiuſdem rationis, vno admiſſo Dimetro.*

SOSTRATA, CHREMES.

*Profectò niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali.*
*Id'que adeò miror, quo modo tam ineptum quicquā potuerit tibi*
*Venire in mentem, mi vir. C. ob, pergín' mulier eſſe? vllámne ego*
*Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata?*
*At ſi rogitem iam, quid eſt quod peccem hîc, aut quamobrem hoc faciam, neſcias!*
*In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? S. ego neſcio.*
*C. Imò ſcis potius, quàm quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio.*
*S. Ob iniquus es, qui me tacere de re tanta poſtules.*
*C. Non poſtulo: iam loquere: nihilò minus ego hoc faciam tamen.*
*S. Facies. C. verum. S. nō vides quantum mali ex ea re excites?*
*Subditum ſe ſuſpicatur? C. ſubditum, ain' tu? S. certè inquam mi vir.*
*C. Confitere tuum non eſſe. S.* ah, obſecrò te iſtuc inimicis ſiet.*
*Egóne confitear meum non eſſe filium, qui ſit meus?*
*C. Quid? metuis, ne non, cum velis, conuincas illum eſſe tuum?*
*S. Quòd filia eſt inuenta? C. nō: ſed quod magis credendum ſiet,*
**Quòd eſt conſimilis moribus,*
*Conuinces facilè ex te natum: nam tui ſimilis eſt probè:*
*Nam illi nihil vitij eſt relictum, quin id itidē ſit tibi.*
*Tū prætereà talē, niſi tu, nulla pareret filiū.*
*Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus! rem cùm videas, cenſeas.*

*tuū?* § *Nos ex manuſcriptis, & impreſſis quibuſdā, velut Argētoratenſi & Veneto: Quid? metuis, ne non, cū velis, cōuincas illū eſſe tuū?*

GLAREANVS. *Nouem primi verſus ſunt iambici tetra. acatale. In* II. *verſu Id à ſuperiore verſu eliditur. In tertio vel Ob extra metrū eſt; vt Hem ſæpe alibi; vel Mi vocatiuus corripitur, vt in* XI. *huius ſcenæ verſu. Quanquā alibi ſemper producitur. Sed poteſt fortaſſis anceps eſſe vt Mihi, Tibi, Sibi. Fortaſſis et Ob corripi poteſt. Vt verſu ſtatim* VIII. *huius ſcenæ. In quarto verſu creticus eſt loco tertio, contracta Ea, in vnam ſyllabā. In* V. *poſt verbum Peccem, quidam apponunt aduerbium Hîc, quod nec vetuſtus nec Aldi codices habebāt. Ergo ſi omittatur, & d; in Quid elidatur; nō eſt opus At, à ſuperioribus elidere: quod vtiq; oportebit, ſi aut Hic, legatur, aut d, nō elidatur. In* VII. *prima vocalis à ſuperiore verſu eliditur, & aduerbiū Quidem poſt verbū Redeat ponendū, & bene habebit verſus. Eraſmus Imò diuidendū exiſtimauit, & tollendum eadem. In quorum priore cōſentio; in poſteriore nequaquā.* ¶ *S. Facies? C. Verū. S. non vides quantum mali ex ea re excites?* § *Trochaici hîc ſunt duo tetrame. cata. At poſterior ita legendus eſt,*

*Subditū ſe ſuſpicatur. C. ain' tu? S. Certè inquam mi vir. Vt ſubditū ſemel duntaxat legatur. Nec bis legiſſe videtur Calphurnius, & Mi viditur correptum, vt diximus. Nō eſt autē octonarius hypercatal. vt quidā perperā iudicarunt. Neq; ſequens denarius catal. vt idē malè annotarūt, ſed ſunt duo trimetri trochai. catalect. Nam filium quidā expunxere, & noſtris, vt carmē tetrametrū facerent catal. ſed fruſtra, cū neutrū expungēdū eſſet. Nos itaq; ſic legendos putamus.*

* au obſecro,

*Id quod

*CH. Confitere tuum non eſſe filium. SO. Ah,*
*Obſecro te, iſtuc noſtris inimicis ſiet.*

*vt obſecro ſit dactylus. Sequẽtes inde tres verſus ſunt iambici tetrame. catalectici. In quorum primo Meum eſt monoſyllabũ, niſi creticum tertio loco ponamus. In ſecũdo punctũ interrogatiuum poſt Quid ponẽdum, & verſus ita legẽdus,*

*C. Quid? metuis, ne non, cum velis conuincas eſſe illum tuum.*

*vt Eſſe ponatur poſt verbum conuincas. In tertio vel Mage legendum. vel s, in Magis eliditur. Quartus verſus eſt dimeter iambicus, in quo quidam initio legunt Id quod, vt d, elidatur in Quod. Quatuor vltimi ſunt trochaici tetrame. catale. In quorum primo, vel Tui monoſyllabum eſt, vel creticus loco quinto: In vltimo vel d, in Sed eliditur, vel bacchius eſt loco primo, niſi iambicum dicamus.*

## ACTVS V. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

CLitipho cum matre colloquens ſuos ſibi parentes commonſtrari cupit, qua oratione hãc admodum reddit ſollicitam. Chremes contumelioſè filiũ obiurgat.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena Clitipho matrem adhuc ſolicitiorem reddit, cum tam petat obnixè, vt ſibi parentes commonſtret. Ex qua re profectò facilius ad tranquillitatem omnium rerum peruenitur. Soſtrata Clitiphoné ſuum Chremetíſque eſſe confirmat. Chremes ipſum cõtumelioſè obiurgat, trepidum pudentémque, vel matre corã reddit. Additio pro declaratione dicti Chremetis Gerro, id eſt, nugator, iners, ignauus, damnoſus: hoc poſtremò poſuit, quod ipſum magis vrget, vt pote decem minæ Bacchidi datæ, per Syri dolum extortæ.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena matrum placabilitas & mãſuetudo, patrum verò ſeueritas oſtenditur. Clitipho quoque conſiliũ ſerui exequitur, & à petitione verba facere incipit.

*Trochaici octon. Catalectici.*

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

*SI vnquam vllum fuit tẽpus mater, cum ego voluptati tibi*
*Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate, obſecro*
*Eius vt memineris, atque inopis nunc te miſereſcat mei,*
*Quod peto & volo, parentes meos vt commonſtres mihi.*

IOAN. CALPH. *SI vnquam vllum fuit temp.} Adhuc filius matrem ſolicitam reddit, dum petit vt parentes commonſtret: & ex hoc facilius peruenitur ad tranquillitatem omnium rerũ. {Tua vo.} Quaſi innuit illa de induſtria illum voluiſſe appellari filiũ. {Quod peto & vo.} Peto inquit, quaſi precariò: nã propriè aliquid precariò petere dicimur.* (Petere.) *{Obſecro te mi gna.} Verba propriè matris deſperatæ. {Sum.}* (Sum.) *Hæc vox ſimplex terribiliter pronuntiat. {Huic ſis ſuper.}* (Superſtes huic ſis.) *Mos iurandi antiquus parẽtum, & bene inducitur mater mitior patre, & quæ adiutrix ſit in paterna iniuria filio. {Si me amas.} Hæc verba, blandientis matris ſunt, & quę valde de filio ſolicita ſit. {Si me metuis.} Matri dat verba ſuauia, patri verò aſpera. illa inquit, ſi me amas: hic, ſi me metuis. {Gerro, iners, fraus.} Hęc dicũtur in abiectiſſimum quemque & nullius pretij hominem. {Gerro.} Hinc cõgerro: quod à gerra dicitur. nam gerræ,* (Gerro. Congerro. Gerræ.) *nugæ ſunt. alij dicunt à corrigẽdo deduci. Plau. in Perſa. Iam pol ille hic aderit, credo congerro meus. {Heluo.}* (Heluo. Ganeo. Ganeum.) *Vorax. Catul. in Cæſarem, An parum heluatus eſt? {Ganeo.} Veteres ganeum, meretricum tabernam dixerũt, ἀπὸ τῆς γῆς, quòd ipſa ſit in terra. Hinc ganeo deducitur, qui meretrices ſequitur. {Damnoſus.} Rectè hoc poſtremũ cum ſuperioribus conuenit. {Parentis.} Scilicet qui filium amet. {Non ſi ex capi. ſis meo.} Hęc ingenti clamore pronuntianda: et ſic oſtendit Chremes filium non debere abiicere ſpem patris, etſi ab eo verba aſppera audit. {Aiũt.}* (Aiunt.) *Bene aiunt, de re fabuloſa & ficta. {Deos ne.} Modus loquendi præſertim iratorum.* (Deos neſcio) *{Enitar.} Ne infamis fiam. {Inuenerit.}* (Inuenire.) *Id eſt acquiſiuerit. Alibi, Labore inuenta mea cui dẽ bona. {Adducere.} ἀποσιώπησις honeſta. noluit dicere meretricem, preſente matre.*

ADRIA. BARL. *Parentis meos.} Priſci. lib. IIII. hic & hæc parens, quãdo nomen eſt: duorum eſt generum, & genitiuum pluralẽ abſq; i, plerunque facit, horum parentum.* (Parens.) *Quod autem etiam parentium non irrationabiliter dicitur, oſtẽdit accuſatiuus pluralis, in is etiã terminans, qui proprius eſt in ium terminãti genitiuo. Terent. in Heautont. Quod peto & volo, parenteis meos vt cõmonſtres mihi. Cic. de ſupplicijs, Nauiũ præfectos ſine vlla cauſa de cõplexu parẽtium ſuorum, tuorũ hoſpitum ad mortem, cruciatúmq; rapuiſti. {Si me amas. Si me met.} Blanditur mater, ſuauia verba ſunt matris, Si me amas. Pater aſperius loquitur, Si me metuis. {Ger.}* (Gerro.) *A gerendis nugis gerronem antiqui dixerunt, quãuis nonnulli à garrio potius natũ velint. {Heluo.}* (Heluo.) *Prouerbiales ſunt hyperbolæ, cùm hominẽ maximè edacem, bibacẽ, rapacẽ, heluonem, Charybdim aut barathrũ vocamus. Scitè & nimis quàm venuſtè Diogenes vẽtrem, facultatũ Charibdim appellauit. M. Cato ab inexhauxſta legẽdi auiditate, librorũ heluo dictus eſt. Vnde Cice. de Finibus lib. III. In Tuſculano cũ eſſem, vellémq; è bibliotheca pueri Luculli quibuſdã libris vti, veni in eius villã, vt eos ipſe, vt ſolebã, inde promerem. quò cùm veniſſem, M. Catonem, quem ibi eſſe neſcieram, vidi in bibliotheca ſedentem, multis circumcluſum ſtoicorum libris, erat enim in eo, vt ſcis, inexhauſta auiditas legẽdi, nec ſatiari poterat. Quippe qui ne reprehenſionem*

S. Obſecro mi gnate, ne iſtuc in animum inducas tuum,
Alienum eſſe te. CL. ſum. S. miſeram me, hoccine quæſiſti obſecro?
Ita mihi, atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me, atque hoc natus es:
Et caue poſthac, ſi me amas, vnquam iſtuc verbum ex te audiam.
CH. At ego, ſi metuis, mores caue in te eſſe iſtos ſentiam.
CL. Quos? CH. ſi ſcire vis, ego dicã: gerro, iners, fraus, beluo,
Ganeo, damnoſus. crede: & noſtrum te eſſe credito.
CL. Non ſunt hæc iam parẽtis dicta. CH. non ſi ex capite ſis meo
Natus, item vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue, ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamẽ fieri.
S. Dij iſtæc prohibeãt. CH. deos neſcio: ego quod potero, enitar ſedulò.
Quæris id quod habes, parentes: quod abeſt, non quæris, patri
Quomodo obſequare: vt & ſerues quod labore inueneris.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præſente verbum turpe: at te id nullo modo
Facere piguit. CL. eheu quàm ego nunc totus diſpliceo mihi:
Quàm pudet, neque quod principium inueniam ad placandum, ſcio.

prehenſionem quidem inanem vulgi reformidãs, in ipſa curia ſoleret legere, ſæpe dũ ſenatus cogeretur nil operæ Reipub. detrahẽs, quo magis tũ in ſummo otio, maximáq; copia quaſi beluo librorũ, ſi hoc verbo tã in clara re vtendũ eſt, videbatur. ¶ Non ſi ex capite ſis. } Hæc magno clamore pronuntiat.

Minerua de Iouis capite nata. ¶ Vti aiunt Mineruam eſſe ex Ioue. } Natam de capite Iouis Mineruã, poëtæ fabulantur. Hoc antiqui bene figuratum eſſe dixerunt, vt quia naturę ratione prudentia omnis in capite eſt, Minerua cum ſapientia dei nata de Iouis capite crederetur. ¶ Non mihi per fallaciã adducere ante oculos. } Pulchra eſt ſenſus Apoſiopeſi. intelligere, adducere ante oculos meretricem aut ſimile quippiam.

LATOMVS Argumen. Commouet Clitipho matrẽ. & à patre acriter obiurgatur, quę res pertinet ad promouẽdã cataſtrophen. ¶ Dictus fili. } πάθος à pietate. ¶ Inopis. } Miſeri & abdicati. ¶ Ita mi. } Cõfirmatio more iurãdi veterũ. ¶ Et caue. } Interminatio. ¶ At ego. } Obiurgatio. ¶ Non ſi ex ca. } Hyperbolica cõparatio ad augmentũ cõfirmationis. ¶ Dij iſtac. } Abominatio. ¶ Quæris id quod. } Commutatio ad acrimoniam & venuſtatẽ. ¶ Non mihi. } Apoſiopeſis, ſubaudi, ſcortũ. ¶ At te illud. } Amplificatio à minori, id eſt me pudet dicere, at te non puduit facere.

PETRVS MARS. Si vnquam vllum, &c. } Increpationes paternas neceſſarias, ac filiis luxu diffluentibus vtiles eſſe ad mutandum vitæ inſtitutum, exemplo huius ſenis ac laſciui adoleſcentis, docet hæc ſcena. Adoleſcens enim inter æſtus affectuum fluctuat: & niſi reprimatur, omnẽ modum excedit, idcirco caſtigandi ſunt adoleſcentes. Vnde dicitur: Qui parcit virgæ: filium ſuũ odit. Horat. in ſermo. patris diligentiam in ſua inſtitutione his verſibus celebrauit:

Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus, omnes
Circum doctores aderat. quid multa? pudicum
(Qui primus virtutis honor) ſeruauit ab omni
Non ſolùm facto, verùm opprobrio quoque turpi.

Gerro. ¶ Dicam: gerro, &c. } Gerro dicitur nugator ineptus, & deniq; Gerro nullius pretij. Heluo, authore Pomp. dictus eſt, immoderatè bona ſua conſumẽs. Cic. in Orat. pro Sextio, ſic ait: Meipſum vt contempſit beluo patriæ? Nam quid ego patrimonij dicam? Et in Oratione pro lege Agraria: Videte nũc vt impurus beluo turbet Remp. Et in xij. Philip. Ille beluo, illa belua diſſipauit. Gellius libro ſeptimo: Pleraque id genus quæ iſti beluones conquirunt.

RIVII caſtigatio. Parentes meos vt cõmonſtres mihi. } Priſcianus legit parẽtis meos: Nam hinc idẽ probat, poſſe in genitiuo plurali etiam parentium dici, quòd nominis huius accuſatiuus pluralis in eis interim terminetur: qui quidem ſit proprius in ium terminãtis genitiui. lib. VII. de genitiuo plurali tertiæ declinationis.

GLAREANVS.

Trochaici ſunt omnes tetramet. catalect. In quorum primo Fuit monoſyllab. niſi creticum loco ſecundo conſtituamus. In ſecundo Tuus & tua monoſyllab. niſi loco quarto creticum, & quinto amphibrachyn eſſe malim⁹. Ita in tertio Eius monoſylla. vel creticus loco primo, et ris in Memineris longa quia tẽporis futuri. In quarto verſu trochæi duo initio, deinde dactylus. In ſeptimo Mihi diſyll. & loco quarto dactylus. Præterea Me corripitur, non eliditur. In octauo vel e, in Caue corripitur, vel creticus eſt loco primo. Item in Me correptio eſt, non eliſio. In nono, At à ſuperiore verſu eliditur. In XII. poſt verbum Hæc, quidam codices legunt Iam, quod non habẽt veteres codices. alioqui erat iãbicum futurum, quod eſt verè troch. In decimoquarto, Fieri prima longa, vt ſæpe alibi. In decimoquinto verſu puto verbum Enitar ab aliquo, qui locum exponere voluerit, marginibus appoſitum, ac deinde aliis anſam infarciendi dediſſe, cum iracundia ſenis omiſſum videri poſſit. Certè carmen optimè conſtabit ſi omittatur. Nec ſenſus deſiderat. Præterea deos monoſylla. niſi tertio loco ſit creticus. In decimoſeptimo uidetur d, elidi in Quod, etiam nulla ſequente vocali, niſi antibacchium, pedem bacchio & cretico in temporibus æqualem loco quinto conſtituamus. In antepenultimo verſu legendum Id, vt habet vetuſtus codex, nõ Illud, quod in codice erat Aldino, ſed perperam.

IOANN. CALPH. ENIMVERO, *Chremes.*} *Interuenit persona cuius gratia pax concilietur: ita vt omnia tranquilla ſint & compoſita, prout comœdiæ finis poſtulat.*

*Enimuero.* ¶ *Enimuero.*} *Nõnunquã principium eſt aliquid per irã dicturi.*

*Accerſo.* ¶ *Accerſi iubes.*} *Bene accerſi: quia propriè accerſitur vxor, dum ad. virũ ducitur.* ¶ *Ne facias.*} *Hæc timebat ne omnia bona illi traderet.* ¶ *Obſecro.*} *Nil ſignificantius. nam*

*Orate.* *Orare, eſt placidos*

*Obſecrare.* *petere: Obſecrare verò, iratos rogare.* ¶ *Sciens.*} *Quod peius eſſet, quàm ſi neſciret.*

*Rufus.* ¶ *Rufam.*} *Rufus color & ru*

*Elegans.* *ber idem eſt.* ¶ *Elegãs.*} *Hîc ad formam refertur, ſed ſæpius ad orationem, & ad verba.*

ADRIA. BARL. *Menedeme cur non accerſi iubes filiã?*} *Quod fingit ſenex, verum putat Soſtrata, & metuẽs ne filio abdicato Chremes omnia det filiæ. Mi vir, inquit, obſecro*

*Pertendo.* *ne facias.* ¶ *Hoc pertẽdere.*} *Subaudi præpoſitionem, vt ſit. In hoc pertendere. hoc eſt pergere.* ¶ *Pater.*} *Hoc ita dicit, vt veriſſimum eſſe intelligas illud in Andria, Omnes qui amant, grauiter ſibi vxorem dari ferunt.* ¶ *Cæſiã, ſparſo ore.*} Notatio eſt. *notis enim quibſdã acciden-*

*Cæſius.* *tium, rem deſcribit. Cæſiam id eſt, oculis felineis, nam ſic noſtrates oculos cœlo concolores appellant. Dona. in Hecy. Cæſiis, glaucis oculis, quaſi felis oculos habẽs & glaucos.* ¶ *Archonidis Fil.*} *Priſcianus libro ſexto: Sæpiſſimè huiuſmodi nomina antiqui ſecundum primã & tertiam protulerũt declinationem; vt Orontes, Orontis, Orontæ, Timarchides, Timarchidis, Timarchidæ. Herodes, Herodis, Herodæ. & paulo pòſt. In huiuſmodi nominibus quãdo tertiæ ſunt, frequentiſſimè veteres datiuũ proferebant pro geniti-*

*Datiu⁹ pro genitiuo.* *uo, Ariſtoteli, Demoſtheni, Thucididi, Euripidi, pro Ariſtotelis, Demoſthenis, Thucididis, Euripidis, ponentes.*

**exoret.* *Virgil. 1. Aeneid. Præcipuè pius Aeneas nũc acris Oronti; Nunc Amyci caſum gemit. Idem in eodem, Troas reliquias Danaum, atque immitis Achilli. Idem in ſecundo Aeneidos, Quis talia fando Myrmidonum Dolopúmve, aut duri miles Vlyſſi. Teren. in Heauton. Archonidi filiam, pro Archonidis.*

*Achilli.* *Vlyſſi.* *Archonidi*

LATOMVS *Argumentum. Interuentu Menedemi, & deprecatione perſonarum veniam conſequitur Clitipho, ea lege vt vxorem ducat; quæ eſt abſoluta cataſtrophe.* ¶ *Ego ne mea.*} *Simulat ſe difficilem Chremes, vt filium ad frugẽ redigat.* ¶ *Pater.*} *Timidè recuſantis.* ¶ *Rufámne illã.*} *Deſcriptio deformis puellæ, ad exhilarandũ ſpectatorẽ.*

PETRVS MARS.

*Enimuero, &c.*} *Laſciuũ filium, ſed vitæ inſtitutum iam mutãtem, recipiendum eſſe in gratiã, & iugali compede vinciẽdum, monet hac ſcena: oſtendens affectus iuueniles ratione caſtigatiores fieri, mediocritatẽ illam quæ iure laudatur, & concordiã habenti pollicetur & affert, cuius oppoſitum efficit vitiũ. Vnde Ariſtoteles in nono Ethices: Vitioſus igitur animus in ſeditione poſitus eſt, & nec ſe amat, nec alios. Talis autem diſpoſitio, cũ multas habeat miſerias, totis viribus fugienda eſt, & enitendum, vt boni ſimus. Sic enim & nobis & aliis erimus amici. Et Plato in eo Dialogo, qui inſcribitur Lyſias, de Amicitia ſic inquit: Improbi nunquam, vel ſibi ipſis, vel inuicẽ ſimiles ſunt, ſed perturbati penitus & inſtabiles: qui verò ſecum ipſe diſſentit, nullo modo cũ alio conſentiet, nec vlli amicus eſſe poterit. Et ſic patet, inquit, quòd ſolus bonus bono amicus erit: malus autem non bono, nec malo vnquã reuera amicus efficietur.*

*Lepidus.* ¶ *Lepidam.*} *Id eſt iucundã & ſuauem moribus & forma, vt ſine difficultate illam ames.*

*Cæſius.* ¶ *Cæſiam.*} *Id eſt, habentem oculos glaucos, et cæruleos, quales dicit eſſe Germanorum Iuuenalis, his verbis. Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flauam Cæſariem.*

## ACTVS V. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

MEnedemi interuentu poſt turbationes tranquilla fiunt omnia, volẽti datur Clitiphoni vxor, Archonidis filia, & Syro à Chremete ignoſcitur.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac vltima ſcena, interuentu Menedemi grata pax poſt tantas turbationes conciliatur, ita vt omnia ad tranquillitatem eandem ac iucundam compoſitionem redigãtur, quemadmodum Comœdiæ finis expoſtulat. Proinde Clitiphoni quoq; libito Archonidis filia collocatur. Poſtremò Syrus ab hero veniam adipiſcitur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Cataſtrophe eſt totius fabulæ.

*Trochaici Tetrametri, Iambicis quibuſdam admiſtis.*

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

*ENimuero, Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum,*
*Nimiſque inhumanè. exeo ergo, vt pacẽ conciliem. optumè*
*Ipſos video.* CH. *ehem, Menedeme cur nõ accerſi iubes*
*Filiam, & quod dixi dotis, firmas?* S. *mi vir, te obſecro*
*Ne facias.* CL. *pater obſecro vt mihi ignoſcas.* M. *da veniam Chremes:*
*Sine te *exorem.* CH. *egóne mea bona vt dem Bacchidi dono? ſciens*
*Non faciam.* ME. *ad id nos non ſinemus.*

CL. *ſi me viuum vis pater,*
*Ignoſce.* S. *age* * *Chreme mi.* M. *age quæſo, ne tam obſirma te Chreme.*
CH. *Quid iſtuc? video non licere, vt cœperam, hoc pertendere.*
M. *Facis vt te decet.* CH. *ea lege hoc adeò faciam ſi facit*
*Quod ego hunc æquum cenſeo.* CL. *pater, omnia faciam: impera.*
CH. *Vxorem vt ducas.* CL. *pater.* CH. *nihil audio.* M. *ad me recipio,*
*Faciet.* CH. *nihil etiam audio ipſum.* CL. *perij.* S. *an dubitas Clitipho?*
CH. *Imò, vtrum vult.* M. *faciet.* S. *hæc dum incipias, grauia ſunt,*
*Dúmque ignores, vbi cognoris, facilia.* CL. *faciam pater.*
S. *Gnate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam tu facilè ames,*
*Filiam Phanocratæ noſtri.* CL. *ruſámne illam virginem,*
*Cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? non poſſum pater.*
CH. *Eia, vt elegans eſt! credas animum ibi eſſe.* S. *aliam dabo.*
CL. *Quid iſtuc? quandoquidem ducẽda eſt, egomet habeo propemodum*
*Quam volo.* S. *nũc laudo gnate.* CL. *Archonidis filiam.*
S. *Perplacet.* CL. *pater hoc nunc reſtat.* CH. *quid?* CL. *Syro ignoſcas volo*
*Quæ mea cauſa fecit.* CH. *fiat.* *Vos valete & plaudite.*

*Cæſariem. Gellius lib. II. loquens de coloribus, ſic ait: Noſtris autem Latinis cæſia dicta eſt. quæ à Græcis glaucopis dicitur, vt P. Nigidius ait: de colore cœli, quaſi cœlia.* Glaucopis. *Glaucopis Græcè, dicitur Latinè habẽs oculos cæſios.* Glaucus. *Glaucum colorem Latini dicunt cœruleũ, eſt enim ſubuiridis.* Elegans. ¶ *Eia vt elegãs eſt.* ⸗ *Id eſt, formoſa eſt illa puella, & huic diſplicet, quũ habeat animũ ad ſcortum Bacchidem.* ¶ *Credas animum ibi eſſe.* ⸗ *Id eſt formoſa eſt illa puella: quaſi dicat, ideo non placet, quia non habet animũ ad eã, ſed ad illam.*

RIVII CAST.

Archonidi genitiuus. *Archonidis filiam.* ⸗ *Priſcianus legit, Archonidi filiam, pro Archonidis libro ſexto, aſtipulante codice manu ſcripto ex bibliotheca Dominorũ ab haſſenſtein: eiuſmodi ſit illud Virgilij primo Aeneidos, Reliquias Danaûm atque immitis Achilli, pro immitis Achillis: vbi euphoniæ gratia, & propter* ὁμοιοτέλευτον *vitandum, poëta s, literã detraxit. Tametſi* Achilli genitiuus. *hic genitiuus ab Achilleus potius eſſe videtur, quod Achillei facit, & κατὰ συναίρεσιν Achillẽi. Veteres enim hoc nomen inflexerunt ſicut Orpheus, Theſeus, atq; id genus alia. Hinc claſsis Achillei apud Horatiũ Oda decimaquinta libri primi.*

GLAREANVS.

*Et hi omnes ſunt trochaici, niſi forte ſecundus, ſextus, ſeptimúſque, vt dicemus. In primo vel u, in Enimuero euaneſcit, vel bacchius eſt loco primo, qui cretico in temporibus reſpondet, & s, eliditur in Nimis. In ſecundo ſi s, in Nimis elidatur, vt ſit primo loco tribrachys Nimi qu'in, vel non elidatur, vt ſit primo in loco amphibrachys, erit trochaicus, alioqui iambicus. Ita ſextus iambicus, & ſeptimus. Niſi in ſexto proceleuſmaticus ſit loco tertio, & in ſeptimo verſu vel d elidatur in id, vel bacchius ſit loco ſecundo. Octauus haud dubiè eſt trochaicus. Ita nonus, ſi d, in Quid elidas, ac deinceps reliqui. Alioqui iambicus erit hic Octauus. In decimoſexto ait Eraſmus, Nate mi, eſſe extra verſum, quod de Mi concedo, de Nate nõ item. Nam optimè ſic conſtat, vt poſt duos dactylos ſit tribrachys. In quarto à fine d, eliditur in Quid, alioqui iambicus futurus. In antepenultimo Integer pes omiſſus eſt, in pleriſq; codicibus Aldi, Frobenij, & aliorum: At vetuſtus codex habet alterũ verbum Te, nam pol te, legendũ ad hunc modum,*

*Quam volo.* SO. *nũc pol te laudo gnate.* CL. *Archonidis filiam.* ⸗

*Citat hunc verſum, ſed vltimis duobus verbis Priſcianus libro ſexto, vbi vult datiuum pro genitiuo à Terentio vſurpatum, cauſa Euphoniæ, vt declarãt exempla à Riuio adducta ex eodem authore. Quæ mihi qualia viſa ſint, nõ eſt opus in præſentia dicere. Hoc magis miror, cur Riuius cũ hunc tractaret verſum, de defectu eius nihil dixerit, deinde cur & Eraſmus ſiluerit. Sed quatriduana illa opella, nõ patiebatur hæc & huiuſmodi diligentius penſitare. Verùm de his nunc ſatis. In vltimo verſu loco primo eſt creticus, vel Mea monoſyllabum eſt, quod ita me diſcriminare coëgit res ipſa, & alibi diximus eius negotij cauſam.*

*Chremes

# TERENTII ADELPHI.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mitio | ſenex. | Soſtrata | matrona. |
| Demea | ſenex. | Canthara | nutrix. |
| Sannio | leno. | Geta | ſeruus. |
| Aeſchinus | adoleſcens. | Hegio | ſenex. |
| Syrus | ſeruus. | Dromo | ſeruus. |
| Cteſipho | adoleſcens. | Pamphila | nurus. |

## PERSONARVM ETYMON PER IOANNEM THEODORICVM BELLOVACVM.

Adelphi. Ἀδελφός, frater. ab α quod ὁμοῦ in compoſitione ſignificat, & δελφὺς, quæ vox vuluam ſignificat, vel vterum. Vnde ἀδελφοὶ, qui ex vulua vel vtero prodierunt eodem, quaſi vterini. A duobus itaque fratribus, Demea & Mitione, rectè nomen inditum huic fabulæ, vtpote in qua primas teneant. Vt autem in Mitione exhibetur vitæ ciuilioris exemplum, ita in Demea ruſticitatis.

Mitio. Mitio, ſenex mitis. Vnde & ei nomẽ. Hic ſpecimen præbet comitatis. Vel fortè quòd conſilio polleret. Siquidem μῆτις id valet, quod conſilium, prudentia.

Demea. Demea, ſenex ſæuus. δήμιος, propriè eſt popularis: ſubſtantiuè tamẽ accipitur pro miniſtro publico, vt ſunt lictores, carnifices, & quæſtionũ præſides. Popularis igitur Demea, non qui populo gratus eſſet, ſed qui ex fæce multitudinis non ſatis excultis eſſet moribus. proinde ſemper durus, aſper, ſeuerus.

Sannio. Sannio, Leno. Sanna eſt ſolutus deriſus. Hinc Sannio dicitur, qui ſoluto riſu, & contortis totius corporis partibus, immoderatã quandam alios deridendi formam effingit, & aliorum mores inepto quodam geſtu per contemptum exprimit, vt ſtultus propemodum videatur ac ridiculus.

Aeſchinus Aeſchinus, adoleſcens liberalis. αἶσχος, verecundia. ἶνις, filius infans. apud poëtas, poſterior filius, nepos. Aeſchinus igitur quaſi verecũdus filius ſeu adoleſcẽs. Præterea αἶσχος, turpitudo dicitur Latinè & infamia. αἰσχύνη, infamia, pudor, verecundia, propriè ob ſcelus aliquod perpetratum. vt dictus ſit Aeſchinus, quaſi ignominioſus, infamis, pudẽdus, qui ob mores corruptos prolapſus ſit in dedecus. Poteſt quoque Aeſchinus interpretari Petulans.

Syrus. Syri etymon pete ex ſuperioribus.

Cteſipho. Cteſipho, Adoleſcens timidus. κτῆσις, poſſeſſio. ἶφι, fortiter, potẽter. A poſſeſſionis ſplendidæ iure retinẽdo. Vi enim poſſedit raptã meretricem. Inſuper ἶφις Latinè dicitur pulcher. vt ſit Cteſipho, poſſeſſor fortitudinis vel pulchritudinis, fortis vel pulcher adoleſcens. Poteſt & aliud etymon afferri. κτῆσις enim cõparatio eſt & acquiſitio, à verbo κτάομαι, id eſt cõparo, acquiro. φάω & per Craſin φῶ, loquor, dico. vnde φωνὴ, vox. vt Cteſipho adoleſcens ſit, qui antea fortaſſe ob timiditatẽ hiſcere non audebat, nunc parta voce, liberius loquatur: & à Syro doctus, patri audacius reſpondeat. Aut qui gratias agat de accepto beneficio.

Soſtrata. Soſtrata, matrona. Diximus in Heautont.

Canthara. Canthara, nutrix, ἀπὸ κανθάρου, quòd nutrices cantharorum & poculorũ vice mammas infantibus præbeant. Vel fortè à Scarabeo qui Græcis κάνθαρος vocatur. Animal certè eſt, quod ſtercoribus maximè delectatur. Cuius naturam referunt nutrices, quæ detergendis infantulorũ natibus velut odore merdarum oblectantur.

Geta. Geta, ſeruus. A patria. Vide quæ ſcripſimus in Andria.

Hegio. Hegio, ſenex, grauis. Quaſi dux & præfectus conſilij, ab ἡγέομαι, vel ἡγοῦμαι, quod προοδοποιεῖν nõ rarò ſignificat, id eſt viam aperire, facere viam, præcedere, antegredi, præire.

Dromo. Dromo, ſeruus, à curſu. Habes in Heautont.

Pamphila. Pamphila, A fideli amore. vel Omnibus amica. vel A multis adamata.

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN ADELPHOS.

DVos cùm haberet Demea adoleſcentulos,  
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeſchinum:  
Sed Cteſiphonem retinet. hunc citharîſtriæ  
Lepôre captum, ſub duro ac triſti patre  
Frater celabat Aeſchinus, famam rei,  
Amorémque in ſe transferebat: denique  
Fidicinam lenoni eripuit. vitiauerat  
Idem Aeſchinus ciuem Atticam pauperculam,  
Fidémque dederat, hanc ſibi vxorem fore.  
Demea iurgare, & grauiter ferre. mox tamen  
Vt veritas patefacta eſt, ducit Aeſchinus  
Vitiatam, potitur Cteſipho citharîſtriam,  
Exorato ſuo patre duro Demea.

### ADRIANVS BARL.

Adoptio. Adoptandum.} Adoptio eſt legitimus actus, per quem qui filius nõ eſt, pro filio habetur. De adoptionibus apud iurecõſultos permulta, & inſtitutionũ lib. I. ¶ Famámq; amoris in ſe trãsferebat.} Eripiendo lenoni Citharîſtriã. Hinc enim ſparſus toto oppido rumor, quòd in eã deperiret Aeſchinus. ¶ Iurgare, et grauit. ferre.} Pro iurgabat & ferebat. Frequẽs hiſtoriographis loquendi modus. ¶ Vt veritas patefacta eſt.} De pſaltria, eã eſſe Cteſiphoni raptã, non Aeſchino. ¶ Potitur Cteſipho Citharîſtriã.} Antiqua eſt per accuſandi caſum locutio, nobis vſitatior eſt ablatiuus. ¶ Exorato ſuo patre duro Demea.} Hũc verſum in multis codicibus omiſſum video, neſcio, data opera, an incuria libros formis excudentium. — Potior cum accuſatiuo.

# PROLOGVS ADRIANI BARLANDI IN TERENTII ADELPHOS, RECITATVS LOVANII, QVO tempore per eiuſdem auditores magno ſtudioſorum & ciuitatis concurſu publicè exhibita eſt hæc Comœdia.

*POſtquam hîc ſenſerunt hiſtrici gregis duces*
*Conueniſſe vndique vos Bacchico hoc die,*
*Spectandi gratia ſpectatores optimi,*
*Dediderunt mihi hoc intus negotij,*
*Vt exiês huc vos orarê: non vt nummos gregi*
*Suo, nam is dandi mos in diſſuetudinem*
*Abiit, verùm vt ſilentium detis fabulæ,*
*Quã hodie exhibituri ſunt. Iſtud verò bene.*
*Sileſcere iam turbæ, & conticeſcere*
*Incipiunt ſcreatus atque omnis ſtrepitus.*
*Principium bonum à bonis ſpectatoribus.*
*Sed vltima in platea, ſi cerno ſatis,*
*Loquutor quidam importunus, ac nebulo*
*Magnus ridet, vt interturbet omnia,*
*Atque excitet ſtrepitus: qui ſi immodeſtior*
*Pergit eſſe, intrò arripietur, atque ibi*
*Decernente hiſtrico ſenatu adornabitur*
*Stultitiæ cucullo. Poſtea iterum*
*Huc extrudetur concitandi gratia*
*Riſus. Nunc veſtro fauore ac ſilentio*
*Facilè impetrato, proferam quid fabulæ*
*Grex vobis noſter longè deditiſſimus,*
*Mox actitabit hoc loco atque his in pulpitis.*
*Adelphi ſunt Terentij, Comœdia*
*Lepida, & iocoſa, & elegans, vt nihil ſuprà.*
*Laſciuum nihil hîc, atq; aſcitum è floralibus.*
*Quæ præſentis verebantur vultum illius*
*Catonis: cuius ſi quis hîc adeſt ſimilis,*
*Maneto, neque abito è theatro quopiam,*
*Quod ille fecit, ne præſentia ſua*
*Impediret ſpectacula. Si quis adeſt*
*(Vt bis dicam) talis vir ſanctior,*
*Spectet. Nam candidati nos poëticæ*
*Tantum abeſt, vt vereamur hoc in tempore*
*Catonem, vt etiam lætemur plurimùm,*
*Viros graues, probos, bonarúmque artium*
*Doctiſſimos, noſtræ teſtes induſtriæ*
*Habere. nam meras facetias, meros*
*Loquemur ſales, ac meras delicias*
*Linguæ Latinæ. Cui ſi quis fœdã ac ſordidã*
*Prætulerit barbariem, is hinc abeat*
*Deambulatum, & nos ſinat fabulam agere*
*Romani candidatis eloquij, atque iis viris*
*Qui in omni doctrinæ genere exquiſitiſſimè*
*Verſati nos amant de literariis*
*Muneribus, & nos commendant maximè.*
*Nunc igitur tacete, & loculos occludite*
*Interea, dum hîc fabulam actitabimus,*
*Ne quis furacior iſtis manum iniiciat,*
*Néve nos accuſetis poſtea immeritò,*
*Si quid vobis fuerit ſubreptum clanculum.*
*Ego abeo intrò. Qui nunc prodibit iuuenis,*
*Is meus frater, quàm ego ſum, maiuſculus,*
*Noſtræ argumentum fabulæ explicuerit.*
*Vos iam valete. & ſpectate linguis ferias*
*Agentibus. Nanq; exibunt modò ſenes duo:*
*Quorum alter ſeuerus ſeuerè audientiam*
*Exiget. huic veſtra faueat benignitas*
*Vt cognoſcamus, quid ſperare de reliquis*
*A vobis liceat Adelphorum actibus.*

HISTRICI.} *Hiſtriones qui perſonatum agunt in fabulis. ab Hiſtro flumine. Vel ab Hetruria, vbi quum Ludiones primùm vocarentur, quia Tuſca voce hiſter Ludio dicitur, hinc hiſtriones appellari cœpti ſunt.* ¶ *Dediderunt mihi hoc intus negotij.*} *Terentianum eſt. Dauo iſtuc dedam negotij.* ¶ *Cucullo.*} *Cucullus tegumentum capitis eſt, propriè papyraceum, quo pigmentarij vtuntur. quanquam & ex alia fiat materia, à quo cucullatus hoc eſt cucullo opertus. Quales eſſe videas monachos religionis noſtræ Chriſtianæ.* ¶ *Catonis:*} *Libro tertio Exemplorum Valerius de Marco Porcio Catulo: Eodem, inquit, ludos florales quos Meſſius ædilis faciebat ſpectante, populus vt mimæ nudarentur, poſtulare erubuit. quod cùm ex fauonio amiciſſimo ſibi vnà ſedente cognouiſſet, diſceſſit è theatro, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret.* ¶ *Nos amant de literariis muneribus.*} *Terentij imitatio. in Eunucho ſic eſt, Ecquid nos amas de fidicina iſtac.*

# DONATI PROLEGOMENA IN ADELPHOS TERENTII.

HAEC *fabula Adelphi Palliata, vt ipſum indicat nomen, ex plurali numero, cùm ſit vna: ex maſculino genere, cũ ſit comœdia: ex Græca lingua, cùm ſit Latina: cenſetur. Potuit eam Terentius Fratres dicere: ſed & Græci nominis* ἐυφωνίαν *perderet, & præterea Togata videretur: ad ſummã, nõ ſtatim intelligeretur Menandri eſſe: quod Terentius in primis lectorem ſcire cupit: minus exiſtimans laudis proprias ſcribere, quàm Græcas transferre. Eſt igitur Menandri: & à fratrum facto, quibus argumentum nititur, nomen accipit. Huius tota actio cùm ſit miſta ex vtroque genere, vt ferè Terentianæ omnes, præter Heautontimorúmenon, tamen maiori ex parte motoria eſt. nam ſtatarios locos perpaucos habet. Prodeſt autem & delectat actu & ſtilo. In hac, primæ partes ſunt, vt quidam putant, Demeæ, vt quidam, Syri. Quod ſi eſt vt primas Syrus habeat: ſecundæ Demeæ erunt: tertiæ Mitionis, & ſic deinceps. Quanquã etiam ſunt qui putant primas Mitioni dandas, ſecundas Syro, tertias Demeæ. Nam quod ait Terentius, Senes qui primi venient: non ad partes quas dicunt, ſed ad ordinẽ pertinet exeuntiũ perſonarũ. Hæc etiam, vt cætera huiuſmodi poëmata, quinque actus habeat neceſſe eſt, choris diuiſos à Græcis Poëtis. quos etſi retinendi cauſa iam inconditi ſpectatoris minimè diſtingunt Latini Comici, metuentes ſcilicet nequis faſtidioſus finito actu, velut admonitus abeundi, reliquæ comœdiæ fiat contemptor, & ſurgat: tamen à doctis veteribus diſcreti atque diſiuncti ſunt, vt mox aperiemus poſt argumenti narrationem. In hac prologus aliquanto lenior inducitur: qui magis etiam in ſe purgando, quàm in aduerſariis lædendis eſt occupatus. Protaſis eſt turbulẽta, Epitaſis clamoſa, Cataſtrophe lenis. quarũ partium rationem diligẽtius in principio propoſuimus, cùm de Comœdia quædã diceremus. Hæc ſanè acta eſt ludis ſcenicis funebribus L. Aemilij Pauli: agentibus, L. Ambiuio, & L. Turpione: qui cum ſuis gregibus etiam tum perſonati agebant. Modulata eſt autem tibiis dextris, id eſt Lydiis ob ſeriam grauitatem, qua ferè in omnibus comœdiis vtitur hic poëta: ſæpe tamen, mutatis per ſcenam modis, cantica mutauit quod ſignificat titulus ſcenæ habens ſubiectas perſonis literas, M. M. C. Item Deuerbia ab hiſtrionibus crebrò pronuntiata ſunt, quæ ſignificantur D. & M. literis ſecundum perſonarum nomina præſcriptis in eo loco vbi incipit ſcena. Adnotandũ ſanè quòd hæc fabula* προτατικὸν πρόσωπον *non habet, hoc eſt perſonã quã ad argumentum nihil attineat, quæq; ſit aſſumpta extrinſecus, vt eſt in Andria Soſia. Hanc dicunt ex Terentianis ſecũdo loco actam, etiam tum rudi nomine poëtæ. itaque ſic pronuntiatã, Adelphœ Terenti, non Terenti Adelphœ, quòd adhuc magis de fabulæ nomine poëta, quàm de poëtæ nomine fabula commendabatur. In hac quidem ſpectatur quid interſit inter ruſticam, & vrbanã vitam: mitem, & aſperam: cœlibis, & mariti: veri patris, & per adoptionem facti. Quibus propoſitis ad exemplum, vitanda perinde, fugiendáque Terentius monſtrans, artificis poëtæ per totam fabulam obtinet laudem.*

## ARGVMENTVM.

EX *duobus Atticis fratribus, alter quidẽ Demea nomine, rus coluit, vxorẽ duxit: filios ſuſcepit duos, Aeſchinum & Cteſiphonem. at alter, Mitio nomine, vxorem non duxit, & filios procreare noluit: ſed ſibi filiũ fratris Aeſchinum adoptauit, atque ita indulgenter eduxit à paruulo, vt effusè luxuriatus adoleſcens, ad poſtremum ciuem Atticam virginem vitiaret, captus amore eius. quo facto, & cum matre puellæ pepigit nuptias eiuſdem quam vitiauit. Cúmque rem geſtam ad patris, à quo adoptatus fuerat, conſcientiam, iam támque perlaturus eſſet, precibus Cteſiphonis fratris ſui, qui apud durum patrem atque agreſtem Demeam parcius, atque arctius haberetur, impulſus eſt, & vt eidem à lenone raperet meretricẽ: quo facto multiplici errore completur fabula. Nam & Demea cum hoc ipſo, id eſt cum Mitione litigabat, tanquam cum eo qui corruperit adoſcentem adoptum, in mores perditos, neſciens ſuum ſibi filium Cteſiphonem eſſe corruptum. eluditúrque à Syro & Mitione per totam fabulam. Et mater puellæ iam decimo menſe poſt raptum virginis, Aeſchinum credit ſibiipſi rapuiſſe meretricem. quæ perturbatio, citò in tranquillum redacta eſt. Nam re comperta de vitio virginis, Mitio dat ciuem Aeſchino quam concupiuerat: eiúſque matrem ipſe accipit. Deprehenſo verò Cteſiphone in amore meretricis, primò iraſcitur Demea: pòſt lenitur, atque habendæ eius meretricis licentiam præbet. Primus actus hæc continet, Mitionis ſolius primò verba: & pòſt, eiuſdem & Demeæ iurgium. Secundus actus hæc continet, Lenonis alterã rixam aduerſus Aeſchinũ pro puella: eiuſdem apud Syrum querelas: lætitiã Cteſiphonis: obſeſſionem amicæ: & eiuſdem gratiarum actiones apud Aeſchinum. Tertius actus hæc cõtinet, Trepidationẽ matris Soſtratæ & Cambaræ nutricis ob parturientem Pamphilam vitiatam ab Aeſchino: Getã nuntiantem dominæ ſuæ per errorem, quòd ſibi rapuerit Aeſchinus meretricem, reditum in ſcenam Demeæ: eiuſdémque cum Syro ludificante ſermocinationem: interuentum Hegionis, cum querela apud eũdem Demeam de facto Aeſchinis, & conſolatione Soſtratæ. Quartus actus hæc continet, Cteſiphonis cum Syro colloquium: deluſionem Demeæ: eiuſdémque in ſcenam interuentum, atq; ſecundam fruſtrationem per Syrũ factam: Mitionis cum Hegione ſermonem: querelã Aeſchini de rebus ſuis, eiuſdémq; cum Mitione patre facetiſſimam decertationem: Demeæ reditum in ſcenã ex errore in quem eum coniecerat Syrus: & renouatũ cum fratre eiuſdem iurgium: proceſſionem in ſcenam temulenti Syri. Quintus actus hæc continet, Deprehenſionem Cteſiphonis cum meretrice: tertium cum Mitione iurgium Demeæ, eiuſdémq; vitæ priſtinæ correptionem: & per eum multa in comœdia noua, hoc eſt blandimentum circa Aeſchinum, & affabilitatem circa Getam: conciliationem Syri & vxoris eius: & veniam circa Cteſiphonem: permiſſionémque habendæ meretricis. Seruatur autem per totam fabulam mitis Mitio, ſæuus Demea, Leno auarus, callidus Syrus, timidus Cteſipho, liberalis Aeſchinus, pauidæ mulieres grauis Hegio. In diuidẽdis actibus fabulæ identidem meminerimus, primo paginatum dinumerationem, neq; Græcos, neque Latinos ſeruaſſe: cùm eius diſtributio huiuſmodi rationem habeat, vt vbi attentior ſpectator eſſe potuerit, longior actus ſit: vbi faſtidioſior, breuior atque contractior. Deinde etiam illud, in eundem actum poſſe coniici & tres & quatuor ſcenas introëuntium atque exeuntium perſonarum. Facta autem hæc vna eſt de duabus fabulis, Adelphis Menandri, & Commorientibus Diphili.*

# ACTA LVDIS FVNERALIB.

## Q. FAB. MAX. P. CORNELIO AFRICANO AED. CVR.

EGERE L. ATTILIVS PRAENESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII. TIBIIS SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRV L. ANICIO, M. CORNELIO, COSS.

*Poſtquam.* POSTQVAM *Poëta ſenſit ſcripturam.} Poſtquam, pro quoniam. cuius reciprocum,*
*Quoniam.* *quoniam pro poſtquam. Plautus in Aularia, Quoniam is moritur, ita auido ingenio fuit.* ¶ *Poſtquam Poëta ſenſit ſcripturã*
*Scriptor.* *ſuam.} Indifferenter omnis qui aliquid ſcripſiſſet, ſcriptor à veteribus dicebatur.* ¶ *Ab*
*Iniquus.* *iniquis.} Inimicis: vt, Fatis Iunonis iniquæ.* ¶ *Obſerua-*
*Obſeruatio* *ri.} Obſeruatio, ad honorem*
*Obſeruare.* *refertur: vt, Præterea regem non ſic Aegyptus & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes Obſeruant. Sed nunc obſeruari, captari ſignificat & audire. Obſeruari ergo, & honorari, & captari, & audiri ſignificat. vt Plautus, Obſeruat orare, vt blandè*
*Rapere in peiorẽ partem.* *palpetur mulieri.* ¶ *Rapere in peiorem partẽ.} Varietas per genera verborũ, & vtrique ſentẽtiæ aptè iungimus Scripturam ſuã. Rapere in peiorem partem. Id eſt vitio*
*Indicio erit.* *dare, vituperare.* ¶ *Indicio de ſe ipſe erit.} Mirè expreſſit ſimplicitatem vera dictu ri, cũ indicaturũ ſe dixit, nõ narraturum. Et indicio erit, pro index erit.* ¶ *Indicio de*
*Indicare.* *ſe.} Indicat is qui de ſe volens aliquid, & de aliis etiã*
*Confiteri.* *prodit: ſed cõfitetur qui de ſe tantũ, & qui inuitus.* ¶ *Vos eritis iudices.} Bene, quia apud iudices indiciũ profitentur qui accuſatorẽ adiuuãt.* ¶ *Laudíne an vitio.} Mediũ non fecit, vt appareat, ſi crimẽ nõ ſit, laudi debere eſſe.* ¶ *Synapotbneſcontes Diphili comœdia eſt.} Nec numeri, nec genera reſpiciẽda ſunt cõtra ſententiã rémq; ipſam.* ¶ *Eam Cõmorientes Plautus fecit fabulam.} Sicut apud*
*Drama. Fabula, & eius partes.* *Græcos δρᾶμα, ſic apud Latinos generaliter fabula dicitur: cuiꝰ ſpecies ſunt, Tragœdia, Comœdia, Togata, Tabernaria, Prætextata, Crepidata, Attellana, μικτὸς, Rhyntonica.* ¶ *In græca adoleſcens eſt} Diphili, ſcilicet quaſi diceret, Quidã adoleſcens eſt, qui lenoni eripuit meretricẽ.* ¶ *In*
*prima fabula.} Hoc eſt, in prima parte: vt dicimus, in primis* *In Prima fabula.*
*digitis. non enim aut ſecunda aut tertia fabula eſt.* ¶ *Reliquit integram.} Cum aliã transferret.* ¶ *Sumpſit ſi.} Liberè tulit: hoc eſt, nõ furatus eſt,*
*vt ſume pater.* ¶ *In Adel-* *Sumo.*
*phos.} Latinè declinauit.* ¶ *Verbum de verbo expreſſum extulit.} Hæc approbatio eſt de Græco eſſe ſublatũ, nõ de Plauto, vt dicit aduer-*
*ſarius.* ¶ *Extulit.} Mirè non* *Extulit.*
*dixit tranſtulit, ſed extulit, vt ornaſſe Græca videatur Latino ſtilo.* ¶ *Eam.} Adelphos ſcilicet.* ¶ *Nouam.} Veterem Græcam eſſe intelli-*
*gimus.* ¶ *Furtúmne factũ.}* *Reprehendere.*
*Hoc eſt vitio duci.* ¶ *An lo-*
*cum reprehenſum.} Hoc eſt* *Nam.*
*laudi duci.* ¶ *Neglıgẽtia eſt.} Plauti ſcilicet cuius æmulari nunc exoptat negligentiã.* ¶ *Reprehenſum.} Retentũ,*
*reſumptũ.* ¶ *Nã quòd iſti di-* *Adiutare.*
*cunt.} Nã incipiẽdi vim habet modò: vt, Nam ego hanc macherã meã dico,* ¶ *Homines no.} Vt, Scipionẽ Africanũ, & Læliũ ſapientẽ, & Furium Piũ.* ¶ *Eum adiuuare.} Legitur & adiutare. Pacuuius in Chriſe, Adiuta mihi.* ¶ *Aſsiduéq; vnà ſcrib.} Non ſic dicit aduerſarius: verum hic oratoriè crimẽ non tangit.* ¶ *Qui vobis vniuerſis & popu. pla.} Vniuerſis, qui in cauea ſunt, dicit. Populo, qui etiã pręter theatrũ, id eſt vniuerſam vrbẽ.* ¶ *In Bello.} Scipionis.* ¶ *In otio.}*
*Furij Pili.* ¶ *In ne.} Scilicet* **eripit*
*Lælij ſapientis.* ¶ *In agendo partem oſtendent.} χῆμα*
* *Hîc enim iam ſenes accipiendi eſſent, imò potius cæteræ perſonæ. ſed ipſi ſenes in ſtatario charactere, partem aperient, in*



ARG. PAV. MALLEO.

IN hoc prologo Poëta potiſsimum captat auditorum beneuolentiam, modeſtè ac leniter purgans æmuli obiecta. Magis enim in hoc verſatur, quàm in aduerſario lædendo. Nec profectò magnopere illud defendit quod obiicitur, vtpote ſe eſſe adiutum à Lælio & Scipione, imò id ſibi maximè laudi ducit.

PROLOGVS.
*Trimetri.*

POſtquã Poëta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſeruari, & aduerſarios
Rapere in peiorem partem, quã acturi ſumus,
Indicio de ſe ipſe erit: vos eritis iudices,
Laudíne an vitio duci factum oporteat.
Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt.
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adoleſcens eſt, qui lenoni * eripuit
Meretricẽ. in prima fabula eum Plautus locũ
Reliquit integrum. eum hic locũ ſumpſit ſibi
In Adelphos, verbum de verbo expreſſum extulit.
Eam nos acturi ſumus nouam. pernoſcite,

Furtúmne factum exiſtimetis, an locum
Reprehenſum, qui præteritus neglegētia eſt.
Nā quod eſt dicūt maleuoli, homines nobiles
Eum * adiuuare, aſſiduéque vnà ſcribere,
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet
Qui vobis vniuerſis & populo placent.
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore vſus eſt ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agendo partem oſtendent. facite æquanimitas,
*Poëtæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

*Veſtra, poëtæ

*adiutare,

*Motorius modus.* motorio, partem oſtendent. Nam duo agendi ſunt principales modi, Motorius & Statarius, ex quibus ille tertius naſcitur, qui dicitur μικτὸς. ¶Aequanimitas.} Fauor, & propitius animus. Et deeſt, veſtra.

*Statarius modus.* *Mictos.* *Aequanimitas.*

ADRIA. BARL. Obſeruari.} Vt carpāt, vt vituperent. ¶Diphili.} Hic Diphilus poëta comicus fuit. ¶Eam cōmorientes.} Plau. Cōmorientes inſcripſit fabulam, quam Græcè Synapothniſcontes. ¶In pri.fab.} In prima parte fabulæ. Sicut dicimus, in vltima platea, pro eo quod eſt in vltima parte plateæ. ¶Hic.} Terētius. ¶In Adelphos.} Sonat latinè fratres. Menandri græca eſt, & à fratrū facto nomē accepit. ¶Negligentia.} Plauti poëtæ. ¶Quod illi maledi.vehe.exiſtimāt.} Alia defenſio eſt. M. Cicero in epiſtola quadam ad Atticum, refert multos exiſtimaſſe Terentij fabulas propter elegantiā ſermonis, à C. Lęlio ſcriptas. Quam opinionē idem Terent. hîc maximè confirmat, quò magis calūniatores ſuos in odium trahat. ¶Eam laudē.} Pro id, laudem. ¶Quorum.} Virorum qui Terentiū in ſcribendis fabulis adiuuerint. ¶In bello.} Vt Scipionis qui vir clarus rebus geſtis fuit. ¶In otio, In negotio.} Venuſta ex contrariis cōpoſitio, Sic etiā pulchrè dicitur. Memineris te fili chariſſime Louaniū mitti non ad otium, ſed negotiū. ¶Senes qui primi venient.} Mitio & Demea. ¶Aequanimitas.} Fauor, & propitius veſter animus.

LATOMVS Argumentum prologi. Defendit poëtam contra aduerſariorum obtrectationes. ¶Poſtquā poëta ſenſit.} Exordio, perſtringit aduerſarios, & à modeſtia beneuolentiam captat. ¶Synapoth.} Narratio. ¶In prima fabula.} Id eſt, in prima fabulæ parte. ¶Pernoſcite.} Colligit ſummā defenſionis, quæ nititur finitione. ¶Nam quod iſti.} Alia defenſio. ¶Quod illi maledictū.} Inuerſio, & eſt ſtatus qualitatis quam confirmat à perſonis. ¶Dehinc ne expectetis.} Præmonitio ad docilitatē. ¶Facite æquanimitas.} Poſtulatio attentionis.

PETRVS MARS. Poſtquam Poëta, &c.} Hic prologus ſimplicitate ac veritate beneuolentiam Terentio parat, & odium aduerſariis à malignitate & liuore. ¶Obſeruari.} Id eſt, curioſè inſpici vt notari poſſint. ¶Diphili Comœdia eſt.} Diphili Comicus Græcus. ¶Synapoth.} Græcè, Latinè commorientes. ¶Locum reliquit integrū.} Id eſt, intactum. ¶Verbum de verbo expreſſum extulit.} Id eſt, transferendo plurimū ornauit: quoniam, authore Donato, M. Terentius Varro, principium huius Comœdiæ præpoſuit principio Menādri. ¶Nam quod iſti dicunt, &c.} Vituperationē aduerſariorum retorquet in illorum ignorantiā, qui id vitio vertebant, quod laudandum erat. ¶Quum illis placet, &c.} Seneca lib. 14. Epiſt. ſic ait: Nulla res magis animos honeſtate induit, dubióſque & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorū virorum cōuerſatio. ¶Aquanimitas, &c.} Aequanimitas eſt patientia, & illa diſpoſitio, quæ habet animum placidum, beneuolum, & minimè æſtuātem. Idem eſt, adeſte æquo animo, & æquanimitas veſtra faueat.

*Obſeruare.* *Integer.* *Extulit.* *Aequanimitas.*

GLAREANVS.

In Apollinaris argumento ſextus verſus ita legēdus eſt. Ac in ſe amorem transferebat, denique. Verſu quarto prologi malim equidē dicere loco tertio eſſe creticū, quàm alia quærere effugia, quale eſt, s elidendū in Vos, aut u in eodem verbo. In quinto verſu Laudíne integrè legendum. Nam in' alioqui eſſet breue. In ſeptimo verſu vel eam monoſyllabū eſt, vel bacchius loco primo. In octauo verſu, loco vltimo, vel eſt tribrachys pro iambo, quod rariſſimum eſt, vel puit in vnā cōtrahitur ſyllabam. Nonus verſus anapæſtum habet loco primo & quarto, decimus tertio, tegrum. eum hic. In duodecimo, vel eam monoſyllabum, vel bacchius loco primo, & vel s, elidendum in Sumus, vel creticus loco tertio. In decimoquinto d, eliditur loco primo. Niſi quis creticum eſſe dicat eodem in loco. At in decimoſexto, Ea diſyllabum eſt: quanquam poſterior ſyllaba eliditur. In decimooctauo, rurſum Eam monoſyllabum, vel bacchius loco primo. In viceſimoprimo, eodem modo ſuo diſyllabum, vel bacchius loco primo. & s, in Vſus eliditur, vel pæan ſecundus loco quarto. Vltimum carmē ita legendum. Poëtæ ad ſcribendum augeat vt induſtriam.

IOANNES THEODORICVS.

Synapothneſcontes, συναποθνήσκοντες, Latinè Commorientes, fabulæ nomen, ab adoleſcentis cum puella commori volentis argumento. συναποθνήσκω, commorior. Fuit apud Aegyptios amicitiæ genus & ſodalitium, cui nomen Synapothneſcontωn, quaſi Commorientium: qua nulla ſanctior firmiórque fuit: quo genere Antonius & Cleopatra mutuo affectu deuincti fuere, hac lege copulati, vt ſi fatale quippiā aut diri caſus alteri contigiſſet, alter tanquā pœnæ ſocius, eundem fortunæ exitum eſſet laturus: ſociíque eſſent & fortunarum & calamitatum. Author Alexander Neapolitanus libro primo capite viceſimoſexto, Meminit & Cælius libro viceſimoſeptimo capite viceſimoquinto. Tales erāt apud Aquitanos Soldurij, quorum hæc eſt conditio (inquit Cæſar lib. III. bel. Gal.) vt omnibus in vita cōmodis vnà cum his fruantur, quorū ſe amicitiæ dediderunt: ſiquid iis per vim accidat, aut eundem caſum vnà ferāt, aut ſibi mortē conſciſcant. Hi Alexandro vocantur Solduni, Cælio Siloduni.

*Synapothneſcōtes. Commorientes.*

¶Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tēpore vſus eſt ſine ſuperbia.} Non intelligit, ſine ſuperbia eos fuiſſe, qui vſi ſunt: ſed eos quorum opera quiſque vſus eſt. Non enim ſuperbierūt ob beneficia & bello & pace in Romanos tum publicè tum priuatim collata.

STORAX.}

*Nominum, quæ perſonis comicis imponuntur, ratio.*

STORAX.} *Nomina perſonarum, in comœdiis duntaxat, habere debẽt rationem & etymologiã. etenim abſurdũ eſt comicũ apertè argumẽta cõfingere: vel nomen perſonæ incongruũ dare, vel officiũ quod ſit à nomine diuerſum. Hinc ſeruus fidelis Parmeno: infidelis vel Syrus, vel Geta: miles Thraſo, vel Palemon: iuuenis Pãphilus: matrona Myrrhina: & puer, & ab odore*

*Storax.*

*Storax: & à ludo, & à geſticulatione Circus, & itẽ ſimilia, in quibus ſummũ poëtæ vitiũ eſt, ſi quid è contrariò repugnãs contrarium diuerſumq́ protulerit, niſi per ἀντίφρασιν nomen impoſuerit iocularitter: Vt Miſargyrides in Plauto dicitur trapezita. & ferè hoc modo apud alios à poëtis nomina cõponuntur deſcribenda per ἀντίφρασιν, quod deſignat Storax. Primę partes, ſicut in prologo ipſe promiſit, à ſenibus aguntur: quorum contentione ad argumentum relata, vita aſpera cum leni, & pater comis cum ſeueriſſimo comparatur. ⁋ Storax.} Storacem vocauit, non Aeſchinum, quo tacente, puerum, id eſt Aeſchinum abſentem credit: quia ſeruuli adoleſcentibus præſtolãtur. vt in Andria, Obſeruabã illorũ ſeruulos venientes, aut abeuntes. Sed quia fieri poterat, vt domino abſente adeſſet Storax: commodiſſimè adiecit, Neq́ ſeruulorũ quiſquã qui aduorſum ierant. ⁋ Storax, non rediit hac nocte.} Hoc alij interrogatiuè, alij pronũtiatiuè proferunt: ſed magis pronũtiatiuè dicendũ. ⁋ Neq́ ſeruulorũ quiſquam.} Propter Storacem, quem abeſſe nõ reſpondẽdo intelleximus.*

*Aduerſum ire.*

*⁋ Qui aduerſ.} Propriè locutus eſt. nã aduerſitores dicũtur.*

*Aduerſitor*

*⁋ Ierant.} Productè i pronuntiando: quod nos addita u, Iuerãt dicimus. Tale eſt illud Virgil. Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe Mycenas. ⁋ Profectò hoc ver. dic.} Abſolutè non addidit, qui.*

*Abſum vſpiam.*

*⁋ Si abſis vſpiã.} Abundat vſpiam. aut deeſt profectus, aut quid tale. aut tibi vſpiam: ſignificat enim ſcilicet vſpiã & in loco, & ad locum. ⁋ Si abſis vſpiam, aut vbi ſi ceſſes.} Si abſis, ad parentes propitios: ſi ceſſes, ad vxorem iratam refert in deſertorem. ⁋ Vxor.} Subaudiendum eſt, dicit irata vxor. ⁋ Quæ in animo cagitat.} Omnẽ quod ſentimus aut cogitamus, aut dicimus: & vtrunq́ pro oratione eſt. Sed illa ἐνθυμηματικὸς, quæ in cogitatione eſt: hæc προφορικὸς λόγος dicitur, quæ in verbis eſt conſtituta. Virgil. Et mihi iam multi crudele canebant Artificis ſcelus, & taciti vẽtura videbãt. Et ipſe alibi, nũc ſi quis eſt qui hoc dicat, aut ſi cogitet. ⁋ Quàm illa quæ parentes.} Eruditè, non addidit in quem dicat, quia ſcit nomina vxoris & parentum τῶν πρός τι eſſe. ⁋ Vxor, ſi ceſſes.} Quare nõ, ſi abſis? an quia iuſtius ceſſanti quàm abſenti ſuccenſemus? an quia irata vxor, ſi ceſſes? ⁋ Aut te amare cogitat.} ἐπεξήγησις cũ ἐξεργασίᾳ. Aut te amare cogitat: aut minus peccati eſt amori proprio cedere, q̃ alieno amori obſequi nulla re impellente, ſine vxore potare, aut velle delicias. Ergo αὔξησις eſt: niſi fortè τῷ ἰδιωτισμῷ hoc putamus dictum. ⁋ Aut te amare cogitat, aut tete amari.} Cum duo propoſuerit, alterum ſumpſit. Nam cum dixiſſet, Quæ in te vxor dicit, & quę in animo cogitat: intulit, aut te amare cogitat. ⁋ Aut te amare, &c.} Quia te amare ἀμφιβόλως dixerat, citò intulit quod certũ eſt, Aut tete amari. Et quia illud Te dixerat: hoc geminauit, & tete dixit, tanquam ſignificantius. ⁋ Aut animo obſequi.} παραφορά. ⁋ Ego quia non rediit filius.} Plus eſt quod dixit ego, quàm ſi diceret pater. ⁋ Quæ cogito? quibus, &c.} Hoc ſic pronuntiandum eſt, vt horrere videatur ipſe cogitationem ſuam. ⁋ Ego, quia nõ rediit filius.} ἀνακόλουθον. non enim pater dixit. ⁋ Quibus nunc ſolicitor rebus.} Hoc eſt q̃ malis: nõ vt vxor, bonis. ⁋ Ne aut ille alſerit.} Vide quàm teneri ſit amoris hic timor*

*Vſpiam.*

*Cogito.*

*Dico.*

*Paraphora.*

*Anacoluthon.*

# ACTVS I. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

Admodum eſt ſolicitus Mitio, quòd nondum à cœna redierit filius Æſchinus. Oſtendit in liberis educandis, lenitate plus quàm aſperitate parentes proficere. Incipit narrare à collatione, qua eius cura & erga filium adoptiuum amor mirè exaggeratur.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN prima ſcena, quod prologus promiſit, argumentum narratur, opportunéq; vita aſpera cum leni, pater mitis cũ ſeueriſsimo comparatur. Oſtendit etiam ſe mitio admodum eſſe ſolicitum de Æſchino filio adoptiuo, quòd nondum de ſcena heſterna redierat, ſimúlque lenitate potius, quàm aſperitate aut vi inſtruendos liberos præſcribit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena admodum pulchra narratio eſt, vt in qua quantum Mitio filium adoptatũ amet, quàm liberaliter eum educet, quid cũ illo facere cogitet, oppido pulchrè exponit. Porrò ex hac ſcena ratio educãdi liberos peti poteſt. A collatione narrationem auſpicatur, nam ideo confert cogitationes vxoris de abſente marito, cum cogitationibus parentum de abſentibus liberis.

*Senarij.*

MITIO *ſenex.*

STorax, non rediit hac nocte à ſcena Aeſchinus,
Neq; ſeruulorũ quiſquã qui aduorſum ierant.
Profectò hoc verè dicũt: ſi abſis vſpiam, aut
Vbi ſi ceſſes, euenire ea ſatius eſt,
Quæ in te vxor dicit, & quæ ĩ animo cogitat
Irata, quàm illa, quæ parentes propitij.
Vxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi:

Et tibi bene eſſe ſoli, cùm ſibi ſit malè.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito! &
Quibus nũc ſolicitor rebus, ne aut ille alſerit,
Aut vſpiam ceciderit, ac perfregerit aliquid!
Vah quenquámne hominem in animo inſtituere, aut
Parare quod ſit charius, quàm ipſe eſt ſibi?
Atqui ex me hic non natus eſt, ſed ex fratre. is adeò
Diſſimili ſtudio eſt, iam inde ab adoleſcentia.
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque otium.
Secutus ſum: &, quod fortunatũ iſti putant,
Vxorẽ nunquã habui. ille contrà, hæc omnia:
Ruri agere vitam, ſemper parcè, ac duriter
Se habere: vxorem duxit, nati filij
Duo, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo.
In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi.
Ille vt * item contrà me habeat, facio ſedulò:
Do, prætermitto: non neceſſe habeo omnia
Pro meo iure agere: poſtremò alij clanculum
Patres faciunt, quæ fert adoleſcentia,
Ea ne me celet, conſueſeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros.
PVDORE ET LIBERALITATE *liberos*
Retinere ſatius eſſe credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.
Venit ad me ſæpe clamitãs, Quid agis Mitio?
Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his reb[9] ſumptus ſuggeris?
Veſtitu nimio indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipſe durus eſt præter æquúmque & bonum.
ET ERRAT LONGE, *mea quidem ſententia,*
Qui imperiũ credat grauiꝰ eſſe, aut ſtabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Mea eſt ſic ratio, & ſic animũ induco meum:

*in iuuene præſertim.* ¶ *Aut vſpiam.* } *Vſpiam & in loco, & ad locũ ſignificat.* ¶ *Ceciderit, ac perfrigerit aliquid.* } *Iungendũ, vt non ſolùm ceciderit, ſed etiã perfregerit: hæc ſunt, quæ ſibi nemo euenire velit.* ¶ *Ne aut ille alſerit, aut vſpiã ceciderit.* } *Nimiũ tenerè amat, qui hæc in iuuene pertimeſcit, quæ circa infantulos caueri ſolent.* ¶ *Quenquámne hominem.* } *Sic dicimus de ea re, quam miramur ferè ab omnibꝰ fieri.* ¶ *Quàm ipſe eſt ſibi.* } *Tãquam duo ſint. ſed hoc poëtę Comico licet.* ¶ *Atqui ex me hic natus nõ eſt.* } *Quaſi dicat, Ex me nõ eſt, & ſic afficior: quid paterer ſi genuiſſem?* ¶ *Ex me natus nõ eſt.* } *Quaſi dicat, non eſt meus.* ¶ *Sed ex fratre.* } *Hoc eſt, omnino non alienus eſt.* ¶ *Is adeò.* } *Tranſitus ad argumentum ſubtiliſſimus.* ¶ *Adeò.* } *Aut abũdat, aut Nimiũ ſignificat. Vt in Eunucho, Adoſcentẽ adeò nobilẽ.* ¶ *Ego hãc clementẽ vitã vrbanã.* } *Clementẽ vitã, figura ipſa, Vitã clementẽ dicimus, quæ clemẽtes facit. Clemens autẽ eſt, qui colit mentẽ.* ¶ *Atque otiũ* } *Deeſt vrbanũ.* ¶ *Secutus ſum.* } *Bene, ſecutꝰ, quaſi magiſtrã rectè beatéq; viuendi.* ¶ *Et quod fortunatum iſti putant.* } *Romani ſcilicet, qui cœlibem quaſi cœlitem dicunt, & item Græci, apud quos ſunt huiuſmodi ſententiæ.* ¶ *Fortunatũ iſti putãt.* } *Me vtique vxorem non ducere. Dicit autẽ Romanis id videri: quos ſpectatores habet. Menander,* *
¶ *Quod fortunatum iſti putant.* } *Quidã putant ſic pronuntiandum, & quod fortunatam iſti putãt vxorem: & hæc bona, & concinna locutio eſt. Et putant bene dicit is, cui diſplicet aliena ſententia.* ¶ *Iſti putant.* } *Id eſt hi qui à me diſſentiunt.* ¶ *Vxorem nũquam habui.* } *Si non habeo, dixiſſet, poterat videri habuiſſe.* ¶ *Ruri agere vitam.* } *Cõtra hæc omnia ſuffecerat breuitas, ſed ſubiũxit fratris deſcriptionem, vt verbis ipſis malam vitæ conditionem oſtendat.* ¶ *Semper parcè ac duriter.* } *Semper, licet incertã diſtinctionem habeat, tamẽ rectè additũ eſt: quia vel ruri agere, voluptatis eſt, vel parcè ac duriter ſe habere, virtutis. Sed ſemper, ad vitiũ, parcè autem, ad ſeruãdum: duriter verò, ad laborẽ referendum eſt.* ¶ *Ruri agere vitam, ſemper parcè ac duriter ſe habere.* } *Variauit, vt in Andria.* ¶ *Vxo. du.* } *Rectè, duxit, non ducere, ſemel enim hoc fecit Demea. Vxorẽ duxit. Variè per modos diſcurrit.* ¶ *Vxorẽ duxit.* } *Adiuuãdũ pronũtiatione eſt, ne ſingula vtrinq; aſſecuti videantur. Nã ſic in fine fabulę ait Demea, Vxorem duxi, quam ibi miſeriam vidi! nati filij: alia cura.* ¶ *Inde ego hunc, &c.* } *Mirè Inde ſubiungit, cum perſonam prætulerit. Sic alibi, E prędonibus vnde emerat, ſe audiuiſſe abreptã è Sunio.* ¶ *Inde ego &c.* } *Inde, pro ex quibus, & Mihi abundat. Et bene hũc dixit, quia de ipſo loquebatur.* ¶ *Eduxi à paruulo.* } *Quod nos educare dicimus, educere veteres dicebant: vt educet ſyluis regẽ regúmque parentem.* ¶ *Habui, amaui pro meo.* } *Quæritur quid ſit. habui. & cũ multa dicãtur, hoc ſolum verum eſt, habui, credidi, duxi, exiſtimaui. vt alibi, Semper eius dicta eſt hæc, atque habita ſoror. &, Sic itaq; habeantur, itaq; dicantur. Ergo Pro meo ſubaudiẽdum eſt bis, & habui pro meo, & amaui pro meo.* ¶ *In eo me oblecto: ſolùm id eſt charum mihi.* } *Abſolutè vtrunq;, & in eo, & ſolũ.* ¶ *In eo.* } *Quaſi in ea re.* ¶ *Solũ id mihi charũ.* } *Plus ſignificat q̃ ſi diceret, ſolus is eſt charꝰ mihi.* ¶ *In eo me oblect.* } *Nouè dixit, pro, eo me oblecto. Facio ſedulò.* ¶ *Secus à dolo, id eſt,*

Margin notes, left: *Vſpiam.* — *Quẽquámne hominẽ.* — *Adeò,* — * idem — *Vita clemens.* — *Clemens.* — *Sequor.* — *Cœlebs.* — *Putare.*

Margin notes, right: *Infinitiui, quũ pro imperfecto prę terito ponitur, vt.* — *Inde.* — *Educere, & educare.* — *Habere.* — *Oblecto.* — *Sedulò.*

Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet:
Si ſperat fore clàm, rurſum ad ingeniũ redit.
Ille, quem beneficio adiũgas, ex animo facit,
Studet par referre: præſens abſénſque idem erit.
Hoc patrium eſt, potius conſuefacere filium
Sua ſponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus intereſt. hoc qui nequit,
Fateatur neſcire imperare liberis.
Sed éſtne hic ipſus, de quo agebam? * & certè is eſt.
Neſcio quid triſtem video. credo, iã, vt ſolet,
Iurgabit. ſaluum te aduenire Demea,
Gaudemus.

*Item. Contrà. Ius. Aequitas.* *is ecere eſt.

*id eſt, ſine dolo, & impensè. ¶ Ille vt item cõtrà faciat.} Item, ſimiliter. Cõtrà viciſſim. Plautus, Vt illa illũ contra: qui eſt amoris cultor optimꝰ. ¶ Do, prætērm.} Do ſumptum, prætermitto delicta. ¶ Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere.} Etſi licet, non neceſſe eſt patrẽ ſæuire, quia pater eſt. Inter ius & æquitatẽ hoc intereſt, ius eſt quod omnia recta & inflexibilia exigit. Aequitas eſt, quæ de iure multùm remittit. Ergo hic ſenſus, Nõ neceſſe eſt, etiamſi liceat, ſæuum eſſe patrẽ. Et mirè oſtendit ius ſuũ, niſi neceſſitate, non eſſe ſeruandum. ¶ Poſtremò alij clanculum.} Nõ, alij patres: ſed, alij adoleſcentes, clanculũ patres ſuos. ¶ Quæ fert ado.} Veniam addidit ſtatim, peccata ab adoleſcẽtibus ad ætatem remouendo. Et vide quàm breuiter, quàm publicè, quàm innocenter locutus eſt. ¶ Ea ne me celet, conſueſeci filium.} Tribus enim viuitur modis, natura, cõſuetudine, & ratione. ¶ Nã qui mentiri aut fal. inſue.} Sepatatim ſubaudiendũ eſt, inſuerit, πρὸς τὸ mẽtiri. ¶ Cæteros.} Quia iã deceperit patrẽ ¶ Pudore ac liberalitate.} Pudore, ad filios retulit: liberalitate, ad parentes. Argumentũ à coniugatis: Liberalitate inquit regendi ſunt: propter quod liberi dicuntur. Liberalitatẽ autem, bonitatem dicit. ¶ Retinere ſatius eſſe cre.} Bene: retinere à vitiis ſcilicet. nam vitia filios tenent, quos retinent patres à vitiis ſcilicet. Nã retinet qui aduerſum aliquem tenet. ¶ Hæc fratri mecũ non conueniũt.} Noua locutio. & nõ conueniunt, pro non congruunt: ac per hoc, in his ego & frater diſſentimus, et diſsimiles ſumus. ¶ Venit ad me ſæpe clamitans.} Et importunitatẽ odioſam oſtendit, ad me dicendo: & inconditam aſsiduitatem, addendo ſæpe. Et congruè, poſtquam ſæpe dixit, adiecit aptius verbum, non dicens, clamans, ſed clamitans. ¶ Quid agis Mitio?} Reminiſcere lectionem, & inuenies interrogationem huiuſmodi, vel inuectionis principio conuenire, vel obiurgationis. ¶ Cur perdis adoleſcentẽ nobis?} Rectè nobis additũ eſt, & ἠθικῶς: vt alibi, Pſaltriam nobis, ſi diis placet, parauit. ¶ Cur amat? Cur potat?} Vide quemadmodum vt durum obiurgatorem oſtendat Demeam: cum ab eo ea dicantur in crimen vocari, quæ aut ætatis ſunt, vt, Cur amat? aut naturæ: vt, Cur potat? aut pietatis: vt, Cur tu his rebus ſumptum ſuggeris? &c. ¶ Cur amat? Cur potat?} Cur amat, ad illud refertur quod ait ſuprà, Do, prætermitto. nã prætermitto delicta, intelligimus ex amore. Cur potat? ad illud quad ait, Do ſumptum. ¶ Nimium ineptus es.} Vtrunq; durè, & nimium, & ineptus es. ¶ Præter æquúmque & bonum.} Potuit, Et non addi, præter æquum bonum. ¶ Et erat longè.} Melius eſt longè ſimpliciter accipiendum, vt locale ſit, quàm valde. ¶ Mea quidem ſententia.} Modeſtè addidit, mea quidem ſententia: ne quis hoc pro præcepto dici exiſtimet. ¶ Qui imperium credat.} Vtrum cuiuſlibet, in Demeæ tantùm? ¶ Grauius eſſe, atque ſtabilius.} Grauius, ad vim: ſtabilius, ad tempus refertur. ¶ Vi quod fit.} Vis, id eſt metu ac malo. ¶ Quàm illud quod amicitia adiungitur.} Illud fit, quod vi: hoc adiungitur, quod amicitia. ¶ Mea ſic eſt ratio; & ſic animum induco meum.} Mea ſic ratio eſt, ad ſuperiora pertinet confirmanda: Sic animum meum induco, ad ea pertinet quę dicturus eſt. Mea ſic eſt ratio.} Iterum modeſtè, ἰδιωτικῶς. ¶ Et ſic animum induco meũ.} Senilis μακρολογία. ¶ Malo coactus.} Duo dicit, malo, & coactus. ¶ Qui officium ſuum.} ὁ τὸ καθῆκον ποιῶν, id eſt, qui rectè facit. Officium autem dicitur quaſi efficiũ: ab efficiendo, quod vnicuiq; perſonæ congruit. ¶ Dum id reſcitum iri.} Quod facit ſcilicet. ¶ Tantiſper.} Tantiſper quaſi tantumper: & pauliſper, quaſi paulumper, vt parumper dictum eſt. ¶ Tantiſper cauet.} Peccare, ſubaudiendum eſt. nam totum ἐλλειπτικῶς, & obſcurè dictum eſt. Et bene cauet, quaſi malo. ¶ Si ſperat fore clàm.} Iterum, quod facit, ſubaudiendum. ¶ Rurſus ad ingenium redit.} Mirè non intulit, cauet: ſed, ad ingenium redit. & Rurſum eſt retrorſum: vt prorſum prius verſum. ¶ Ille quem beneficio adiungas.} Non dicit, beneficio adiũctus, vt ſuprà, malo coactus. ¶ Ille quem beneficio adiungas.} Ille malo, hic beneficio. Ille coactus, hic adiunctus. Ille, dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet: hic præſens abſénſque idem erit. Et præſens & abſens, non ad aliquem locum, ſed ad cuſtodem retulit & monitorem. Ille quẽ beneficio adiungas. Contra illud ait, Malo coactus. ¶ Ex animo facit.} Officium ſcilicet. ¶ Studet par referre.} Id eſt benefacere. ¶ Præſens abſénſque idem erit.} Contra illud, Si ſperat fore clàm, rurſus ad ingeniũ redit. ¶ Hoc patrium eſt.} Superius à re tractum eſt: hoc iam à perſona ducitur argumentum. ¶ Conſuefacere.} Non, cogere: ſed, conſuefacere. ¶ Quàm alieno metu.} Vide quemadmodum ſuum ad indulgentiam affectum reuocet optimæ diſciplinæ. ¶ Hoc pater ac dominus.} A differentia perſonarum & officiorũ ¶ Intereſt.} Differentia eſt. ¶ Hoc qui nequit.} Longè melius, nequit: quàm ſi diceret, non vult. ¶ Fateatur neſcire.} Hoc indicat, & ſe melius conſulere, & volentem hoc exercere. ¶ Neſcire imperare liberis.} Oratoriè, quaſi artis ſit indulgentiſsimè agere. Imperare, modò non ad ſuperbiam, ſed ad regendum eſt referendum. ¶ Fateatur neſcire.} Deeſt ſe. ¶ Sed éſtne ipſus de quo.} κατ' οἰκονομίαν ſuperuenit de quo ſermo eſt, vt factis dicta oſtendantur. ¶ Et certè is eſt.} Bene nunc confirmat ipſum eſſe eum, cum propior eſt, vtpote ſenili, nec in longum proſpiciente conſpectu. ¶ Neſcio quid triſtem video.} Orationis apparatus ex vultu oſtenditur: vt - ſtetit acri fixa dolore, Tum quaſſans caput hanc effundit pectore vocem. ¶ Neſcio quid.} Deeſt, propter: vt ſit, neſcio propter quid. ¶ Vt ſolet.} Cauſa cur illum æquo*

*Liberi. Liberalitas. Retinere. Tenere. Conueniũt hæc mihi tecum. Nobis. Aequum bonum. Longè. Mea ſententia.*

*Sic mea eſt ratio. Inducere animum. Macrologia. Officium. Tantiſper. Pauliſper. Ad ingeniũ redire. Rurſum. Prorſum. Par referre. Intereſt. Impero?*

animo frater ferat, Vt ſolet, inquit. ¶ Saluū te aduenire Demea gaudemus.} Vt aſperior oſtendatur Demea, etiam ſalutatur ab eo quem obiurgaturus eſt.

ADRIA. BARL. Storax.} Sublata voce, Storacem è ſeruulis vnum vocat, quo non reſpondente, intelligit nondum rediiſſe filium. Storacem enim huic ad cœnam eunti fortaſſe Comitem dederat, & alios poſtea ſeruulos emiſerat, vt à cœna reducerent. ¶ Aut vbi ſi ceſſes.} Eraſm. primo de copia commentario: *Vbi, pro alicubi.* Vbi pro alicubi: Vnde pro alicūde vſurpatur, duntaxat in cōpoſitione, vt ſicubi, necubi, nuncubi, ſicunde, necunde. *Vbi ſi.* ¶ Aut vbi ſi.} Vbi ſi, quidam dixiſſe poëtam exiſtimant pro ſicubi. *Propitius.* ¶ Parentes propitij.} Propitius ſignificat prorſus pium. Aut eū, qui vehementer liberos amat. Nonius de improprijs, hunc Terentij locum aduocat, volens, vt mihi quidem videtur, oſtendere antiquitatem illam venerandam, homines quoq;, non tantùm deos propitios dici voluiſſe. ¶ Aut te amare cogitat.} Bene hoc, familiare enim vxoribus eſt ſuſpicari maritos ſuos aliarum illecebris mulierum detineri, ſi quando vel ad cœnæ, vel prandio domi cōſtitutum tempus nō redeunt, vel ſi præter morem aliàs etiam abſunt. *Animo obſequi.* ¶ Aut animo obſequi.} Voluptati te ſtudere. ¶ Quibus nunc ſolicitor rebus.} Quæ & quanta nunc me mala ſolicitant. ¶ Ne aut ille alſerit.} Vide quàm tenerè amet hic Mitio, in iuuene pertimeſcens quæ circa infantulos parētes cauere ſolent. *Quēquámne hominē.* ¶ Quenquámne hominem.} Subaudi, verū eſt, vt ſit, an verum eſt? Et innuit verum ſe experiri in ſeipſo, quod in hominibus ferè miramur. ¶ Iam inde ab adoleſcentia.} Adrianus Cardinalis. *Iā inde ab, vel vſq; à.* Iam inde à principio, Iā inde vſq; à puero, iam à puero, à pueris, vſq; à pueris, & à puero, iam inde ab adoleſcentia, iam inde vſq; à pueritia. Modi ſunt loquendi natiuo latinitatis cādore reſparſi, nō interpretis, ſed ſtudioſi imitatoris egentes. Terentius in Heautont. Qui nos putant iam à pueris illico naſci ſenes. Terent. in Adelphis. Vſque à pueris curaui ambos ſedulò. Idem in Heaut. Nam magna mihi cum eo iam inde vſq; à pueritia ſemper fuit familiaritas. Terentius in Adelph. Is adeò diſſimili ſtudio eſt, iam inde ab adoleſcentia. Virgilius in Georgicis, Iam inde à teneris impende laborem. ¶ Ego hanc clementem vitā.} *Cœlibatus.* Collatione habes vrbanæ vitæ & ruſticæ, cœlibatus, & matrimonij. ¶ Quod fortunatū iſti putant.} Olim fortunatus habebatur, qui viueret in cœlibatu: quod teſtatur illud. Qui nō litigat, cœlebs eſt. Indicat enim rixoſum eſſe omne coniugiū, nec eſſe tranquillā vitā, niſi in cœlibatu. Iuuenalis. Semper habet lites, alternáq; iurgia lectus, In quo nupta iacet minimū dormitur in illo. Aſtipulatur huic ſentētiæ, verſus ille prouerbialis: Mulier in ædibus atra tempeſtas viro. Sed Heſiodus, vt modeſtius, ita verius opinor dixit: Sors potior muliere proba non obtigit vnquam Vlla viro, contráq; mala nil tetrius vnquā eſt. ¶ Iſti putant.} Cùm dicit putant, oſtendit nō probari ſibi vulgarem opinionem. neq; enim omne coniugium parū felix eſt, ſed id demum in quo mulier habetur mala. *Infinitiuus pro præterito perfecto.* ¶ Ruri agere vitam.} Infinitū pro præterito perfecto. Agere pro egit, & habere pro habuit. Modi enallage eſt. *Oblectare ſe in re aliqua.* ¶ In eo me oblecto.} Huic verbo ſi ablatiuum cum præpoſitione, in, adicias, delectationis maior vis oſtenditur, vt ſit quaſi in eo conſiſto, tanquā in delectatione mea præcipua: ſi enim dixiſſet, eo me oblecto, hoc ad partem quandā delectationis pertineret, quam de illo, non in illo ſumeret. *Pro meo iure.* ¶ Pro meo iure agere.} Budæus in annotationibus. Meo inquit, iure, tuo iure, ſuo iure, verba ſunt apud eruditos frequentiſſima, ſed certæ cuiuſdā ſignificationis. Eſt enim meo iure aliquid agere, vel facere, idē quod mea facultate vel authoritate, vel cōceſſa mihi omniū conſenſu libertate, & poteſtate. Cice. pro Roſcio. Tametſi meo iure poſſum ſi quid in hac parte nō placeat, vituperare, nō enim vereor ne quiſquā alienum me animum habuiſſe à cauſa nobilitatis exiſtimet, id eſt. Quanquam ego is ſum cui id facere maximè licet citra reprehenſionem. & illud Terentianum in Adelphis. Do, prætermitto, non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere. Verba ſunt patris indulgētiſſimi. ¶ Clanculum patres.} Hoc eſt, mala quæ patribus faciunt inſciis: nullus enim clàm facit, niſi quod illicitum eſſe ſciat. ¶ Quæ fert adoleſcentia.} Hîc nonnulli cū muliere cōgreſſum intelligunt. ¶ Qui mentiri aut fallere inſueuerit patrem.} Quod turpe eſt. Plauti ille in Mercatore Charinus. Mihi, inquit, ſcelus videtur, me parenti proloqui mendacium. ¶ Qui mentiri aut fallere inſueuerit patrem.} Martianus Capella ſub perſona Rhetoricæ de argumentis agens, quibus fides fieri ſolet. A cōparatione maiorū, inquit, quis dubitet à Siculis pecuniā petiiſſe Verrem, cum à Marco Octauio ligure petierit? Virgi. Tu potes vnanimes armare in prælia fratres. Ex hoc vtique probat, & alienos poſſe quod minus eſt. Terentius. Nam qui mentiri, aut fallere inſueuerit patrem, tanto magis audebit cæteros. A maiori argumentum eſt. Quia & illud. Parenti non obtemperat, & audiet alienum? ¶ Venit ad me ſæpe clamitans.} Narratio eſt quæ verſetur in perſonis eiuſmodi, vt in ea cū rebus ipſis perſonarum ſermones, & animi perſpici poſſint: vt ait Cicero libro primo de inuentione. ¶ Veſtitu nimio indulges.} Donas illum nimio veſtitu, nimium obſequeris, nimis te benignum præbes. *Veſtitu datiuus.* Quibuſdam nimio pro nimis poſitū eſt, his veſtitu datiuus eſt antiquus. ¶ Mea ſic eſt ratio.} Donatus hoc dicit ad ſuperiora confirmanda pertinere: & quod ſequitur, Sic animum induco meū, ad ea quæ dicturus eſt. ¶ Malo coactus.} Vt rami qui appoſita furca torquentur aliô, quàm natura poſuerat, protinus ea ſublata vergunt quò prius, ita qui nō virtutis amore, ſed formidine fuſtis metuūt peccare, hi ſimulatq; contingit facinori ſuo ſperare latebrā, ad mores genuinos recurrunt. ¶ Tantiſper cauet.} Tantiſper comitem trahit non rarò particulam dum, apud eos ſcriptores, quos nunquam ſatis laudare, ſatis admirari & ſuſpicere poſſumus. ¶ Rurſum ad ingeniū redit.} In mores genuinos remigrat, à ramis ducta metaphora eſt, qui appoſita furca torquentur aliô, quàm natura poſuerat, qua ſublata rurſum vergunt eodem. *Agere, pro loqui.* ¶ De quo agebam.} Nonius. Agere, inquit, loqui eſt. De quo agebam igitur, id eſt, de quo loquebar modò. ¶ Credo vt ſolet iurgabit.} Iurgari, & iurgare dicimus indifferenter. *Iurgium. Lis.* Inter iurgiū, & litem Marcellus hanc ait eſſe differentiam, quod iurgium leuior res eſt, ſiquidem inter beneuolos, aut propinquos diſſenſio, vel contentio iurgium dicitur. Inter inimicos diſſenſio, lis appellatur. Marc. Cicero 4. de republica. Admiror nec rerum ſolum, ſed etiam verborum elegantiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, (nam lis inimicorum) iurgium dicitur. Idem. Iurgare ergo lex putat inter ſe vicinos, non litigare.

LATOMVS Argumentum. Solicitus de filio ſenex partem argumenti narrat. ¶ Storax, non rediit.} Percontatio. ¶ Profectò hoc verè.} Hæc ſecum ſenex. ¶ Vxor ſi ceſſes.} Comparatio diſſimilium ad amplificationem. ¶ Vah.} Exclamatio blandè corripientis, & cum quadam admiratione. ¶ Ego hanc clementem.} Delabitur ad comparationem ſui & fratris, qua

mores

*Clanculũ patres. Ratio, pro ſententia. Patrium.*

mores vtriuſque & vitam oſtendit.¶ Clanculũ patres.} Nouè dictum, pro clam patribus.¶ Pudore & liberali.} Sententia, quæ complectitur ſcopum fabulæ.¶ Suggeris.} Id eſt, ſuppeditas.¶ Mea eſt ſic ratio.} Id eſt ſentẽtia.¶ Malo coactus.} Oderunt peccare mali formidine pœnæ.¶ Hoc patriũ eſt.} Boni patris officium.¶ Sed éſtne hic.} πῃ ἐφοσκευή.

PETRVS MARS.

Storax, non redit &c.} Propitij patris, valdéque amantis filium affectus, hac ſcena exprimitur: quæ viri clementis decorem ſeruans, imperium docet eſſe ſtabilius, quod amore gubernatur, quàm quod timore. Nihil enim violentum poteſt eſſe diuturnum. Seneca ſcribens de clementia ad Neronem ſic ait.

*Mãſuetudo*

Principibus certior eſt ex manſuetudine ſecuritas, quia frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat. Et ad Paulinum de breuitate vitæ, ſic ſcribit: Quãtò melius beneficiis imperium cuſtoditur, quàm armis? Et Cyrus moriturus, vt eſt apud Xenophontem, Cambyſæ filio ſic dixit: Non eſt aurum hoc ſceptrum quod regnum ſeruat, ſed amici multi, ſceptrũ ſunt regibus veriſſimum

*Sceptrum regium.*

maximéque ſecutum: & non putantur fidi amici vi, ſed potius beneficẽtia. Et alibi dixerat Cyrus: Neceſſe eſt, vt qui à multis timetur, is multos faciat ſibi inimicos: qui verò ſimul omnibus infeſtus eſt, in omnibus concordiam iniicit. Cicero in prima Philippica, ſic ait. Clarũ eſſe ciuem de republica mereri, laudari, coli, diligi glorioſum eſt: metui verò, & in odio eſſe, inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum: quod videmus etiam in talibus ipſis illis, qui oderint dum metuant, dixerint, pernicioſum fuiſſe.

RIVII caſtigatio.

Qui aduorſe ietant.} Nos, aduorſum ierant: vt Nonius Marcellus citat. Eodem modo Donatus aſtipulantibus veteribus exemplaribus.¶ Aut te amari.} Nos, aut tete amari, geminato pronomine, vt Donatus qui adnotauit, tete dixiſſe tanquam ſignificantius: cum quo faciunt quædam antiqua exemplaria. Nec aliter ſanè verſus, niſi ſi nulla colliſione vti voles in primo pede.¶ Ego hanc clementem vitam, vrbanam atque otium Sequutus ſum.}

*Sequi otiũ.*

In codice Haſſenſteniano erat: Sectatus ſum: ſed alterum, ni fallor, rectius. Nam ſic Cicero quoq; verbo ſequi, vtitur. velut pro C. Rabirio: Sed hanc vitam quietam atque otiũ ſequuti ſumus. Pro L. Murana: Qui remoti à ſtudiis ambitionis, otium ac tranquillitatẽ vitæ ſequuti ſunt. Sic aliàs ſæpe.¶ Nati filij duo ſunt.} Nos verbum ſunt, omiſimus ex Donato, conſentientibus & vetuſtis libris. Eſt autem ſic, ni fallor, quum elegantius, tum Terentianum magis. Præterea carminis ratio verbum ſunt, reſpuit.¶ Ille vt idem contra me habeat.} Nos, Ille vt item contra me &c. hæc eſt vera lectio, ex manuſcripto quodam & Donato, qui pro ſimiliter interpretatur. Irrepſit mendum ſimilitudine pronũtiationis literarum.¶ Do, permitto &c.} Nos, prætermitto. Sic enim & manuſcripti, & excuſi typis codices habent. Præterea Donatus qui ibidem locum explanans: Do, inquit, ſumptum: prætermitto delicta. Sed & poſtea: Nam prætermitto, inquit, intelligemus delicta ex amore. Idem Senarij ratio poſtulat: vt omittam, quòd ſic aptius concinniúſque cum verbo illo prætermitto cohærent quæ ſequuntur: Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere &c. ¶ Poſtremò alij clanculum patre quæ faciunt.} Nos, clanculum patres, legendum putamus. Sic enim vetuſta quædam exemplaria. Præterea Donatus, quod ex hiſce verbis eius colligitur: Poſtremò alij clanculum. Non alij patres, ſed alij adoleſcentes, clãculum patres ſuos. Poſcit idem metri ratio: nam alioquin primo loco ſenarij eſſet pyrrichius, aut certè Trochæus, producta priore propter mutã & liquidam: quorum neuter locum hîc habere poteſt. Videtur autem clanculum patres nouè & propè inuſitatius dictũ, pro clam patribus, aut clam patrem.

*Clanculum patres.*

Nam hæc præpoſitio vtriuis caſui iungitur: cuius & Donatus alicubi meminit. & Priſcianus XIIII. & Diomedes I. Plaut. in Caſſina: Nã peculi probam nihil habere addecet clam viro. Idẽ clam vxorem dixit in Menæchmis: C. Cæſar, clã omnibus: Cic. alicubi clam vos.

*Clam, accuſatiuo iungitur, & ablatiuo.*

Porrò ab hac præpoſitione diminutiuũ exiſtit clanculum, quod & Priſcianus adnotauit, quo hîc Terentius vtitur.¶ Nam qui mentiri aut fallere inſueuerit &c.} Nos per ſyncopam inſuerit legimus, vt Martianus Capella, & in Andria. Dona. vbi hos citat verſus, ſed paulo aliter, ac nunc vulgò legitur.¶ Quid ais Mitio?} Nos, Quid agis Mitio? ex Donato, & obſeruatione veterum codicum, idem ſenſu expoſcente.¶ Præter æquum & bonũ.} Sunt, in quibus ſic legatur: Præter æquúmque & bonum: vt ſit eiuſmodi, quale illud ex Eunucho: In eam partem accipióque & volo. Nam vt Græci τὲ & καὶ paſſim ad hunc modum vtuntur: ita ad horum imitationem Latini. Alibi Terentius: Stetit nocteſque & dies, quod Græcè dicitur: Νύκτας τε καὶ ἤματα. Frequenter hoc modo Liuius & cæteri hiſtorici; rarius Cicero: ſæpiſſime poëtæ.¶ Fateatur ſe neſcire imperare liberis.} Nos omiſimus illud ſe ex ſentẽtia Don. qui monuit deeſſe ſe: cum quo manuſcriptum exemplar conſentit, & carminis ratio.

GLAREANVS.

Ierant, productè I pronuntiandum; quod nos addita v, Iuerant dicimus, inquit Donatus. Ex quo planè patet quàm tenuis fuerit ea litera ſpiritus apud veteres, pro qua Germanorum Celtarúmque lingua digãma Aeolicum habet, Vinum, vin. In quarto verſu Vbi initio ponendum pro iambo, deinde duo ſpondei cum iambo. Quinto autem loco vel proceleuſmaticus eſt, vel Ea monoſyl. vel denique s eliditur in Satius. In octauo Tete geminandum, vt docuit Donatus; & carminis ratio poſtulat. In ſeptimo verò ſimplex te ante Amare, non omittendum eſt. In nono pro Tibi iambo quidam codices habent Et tibi, dactylum. In decimo proceleuſmaticus eſt loco primo, niſi quis filius diſſyllabum velit. In vndecimo s, eliditur in Quibus, niſi bacchius ſit primo in loco. In decimotertio, poſt Hominem, Secum legendum, quod in pleriſque codicibus omiſſum eſt, & Aut ad finẽ eius verſus ponendum, vt decimoquarto incipiat à verbo Patare. Et in decimoquinto aut s elidendum in Natus, aut prima eius verſus ſyllaba At, à priore verſu elidenda. In viceſimoſecundo, Duo legendum abſque verbo Sunt, quod Aldinus habebat codex. Notauit & hoc Riuius, qui in viceſimoquinto, Item legendum putat, ex Donato, non Idem, quod Aldinus habebat codex. In viceſimoſexto, Prætermitto, nõ Permitto, vt idem Aldi malè habebat codex. In viceſimoſeptimo, creticus eſt initio, vel Meo monoſyllabum. In viceſimooctauo, Patres legendum, non Patre, quod Aldi habebat codex. Admonuit & hoc Riuius. In trigeſimo, Inſuerit, nõ inſueuerit, quod per errorem pleríque habent codices, & in his etiam Aldi. In trigeſimoquinto, anapæſtus eſt loco primo Venit ad. & Clamitans legit Donatus, ideóque d in Quid, & s in Agis elidenda, vt quid agis Mi, ſit anapæſtus, aut potius amphibrachys conſtituatur loco tertio. In vndequadrageſimo vel s eliditur in Durus, vel amphibrachys eſt loco ſecundo, &, q; coniunctio poſt Aequum omitti non debet, quam omiſit Aldi codex. In quadrageſimo, vel Et à ſu-

*periore verſu eliditur, vel Mea monoſyllabum eſt, vel denique creticus tertio eſt loco. In quadrageſimoſeptimo, primo loco manifeſtè eſt creticus, quod malim, quàm dicere Ille abiicere l. Secũdo loco procleuſmaticus. In quadrageſimooctauo, ſecundo loco manifeſtè creticus eſt, niſi quis dicat i, abiici in, ſtudet, quod mihi minimè probatur. In quinquageſimo. Sua monoſyll. niſi bacchium loco primo admittamus. In quinquageſimoſecundo. Se ſupplet Donatus, & carmen reſpuit. Ad finem ſcenæ Gaudemus pertinet ad ſequentis ſcenæ primum verſum.*

*HEM opportunè: teipſum quærito.} In hoc actu diuerſi homines, diuerſi patres, & diuerſa ſtudia proponuntur. hic lenis, hic amarus: hic facetus, hic impolitus: hic facilis, hic pertinax & difficilis in delictis.*

*[Hem opportunè: teipſum quærito.} Melius quàm Menander, cum hic illum ad iurgiũ promptiorẽ, quàm ad reſultandum faciat. [Quid triſtis es?} Bene interrogat. potuit enim non iratus frater quærere. [Vbi nobis Aeſchinus ſiet.} Quaſi quædam cauſa ſit triſtitiæ. [Dixín' hoc fore?} Credo iam vt ſolet, obiurgabit. [Quid ille fecerit?} Animaduertendum, vt interrogatus interroget more indignãtium. quod ideo facit, quia videt Mitionem eo vultu interrogare, vt videatur minus reprehendere culpam Aeſchini. [Quem neq; pudet quicquam: nec metuit quẽquam.} Variè per caſus diſcurrit, Quem neque pudet quicquam, contra illud quod alibi pater dicit, Erubuit, ſalua res eſt. [Quẽ neque pudet quicquam.} Magno ordine accuſauit. nõ, inquit, pudore mouetur patrũ, nõ metu parentũ, non timore legũ. Ergo gradatim ἄυξησις oratoria proceſſit. [Tenere ſè vllã.} Bene tenere, quia legẽ. & eſt ἀμφιβολία oratoria. [Nã illa quæ antehac facta ſunt, omitto.} Accuſatio duo tẽpora recipit: præteritũ, ab antè geſtis: & præſens, ab iis quæ obiiciuntur, Ergo vtrũque mira breuitate perſtrinxit. [Modò quid deſignauit?} Deſignare, eſt rẽ nouam facere, in vtranque partem, & bonam & malam. Nam & deſignatores dicti, qui ludis funebribus præſunt: credo ob eam cauſam, quòd ipſis ludis multa fiant noua & ſpectanda: ſimul etiam turba retineatur. quæ fiunt, aut in ſpectaculis, aut in litibus. [Modò quid deſignauit?}*

Auxeſis.

Amphibolia.

Deſignare.

Deſignatores.

*Puto ego deſignationem, contractionem, aut conductionem populi in vnum intelligi. hoc enim contingit ei, qui aliquo flagitio plurium in ſe oculos & ora conuertit, & ſpectaculo eſt vulgo: quemadmodum deſignatores, qui ludis funebribus multitudinem retinent. [Deſignauit.} Hoc verbum apud veteres duas res ſignificabat. etenim prauè & rectè facta, deſignata dicebantur. [Quídnam id eſt?} Et hoc etiam contemnens interrogat Mitio. [Fores effregit.} Hæc ſingula magna cum vociferatione inferenda ſunt. ſtomachatur enim aduerſus malè interrogantem. [Fores effregit, Atque in ædes irruit.} Totum quidem vnum crimen eſt, Rapuit meretricem. Sed vide qua põpa, qua vociferatione dilatatur accuſatio Demeæ de moribus Aeſchini, nihil niſi inania referẽtis. [Fores effregit, atq; in ædes irruit alienas.} Hæc ſingula conſiderãda ſunt. Et bene dicit alienas, quia ſi lenonis diceret, parua res videretur [Ipſum dominum.} Iterum ſuppreſſa eſt infamis perſona. [Atque omnẽ familiam multauit.} Aut familiã pro ſeruis lenonis dicit, aut pro meretricibus. Multauit, lacerauit, mutilauit, molliuit, atque diſſoluit. Vnde Mulciber à multãdo, quaſi multiber. [Vſque ad mortẽ.} Magna inuidia cædis & mortis mentione, que tamẽ nulli accidit. [Eripuit mulierem quam amabat.} Omnia magno colore, & accuſatorio dicta ſunt: & hoc maximè, quòd lenonem & meretricẽ non dixit, contẽtus facti atrocitate, perſonarúmque vilitatem reticens. [Mulierẽ eripuit.} Non, abduxit: ſed, eripuit. [Clamant.} A præiudicato, & authoritate rumoris. [Hoc aduenienti mihi quot Mitio dixere?} Quaſi dicat, diſplicet omnibus, & multi eum accuſant, nec tamen lenonis querela*

Multare.

Mulciber.

* rogas.

Clamant.

## ACTVS I. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

DEmea Aeſchinum abſentem petulãtiæ grauiter accuſat, excuſat eundem Mitio plus nimio indulgens pater. Hîc attende lenem Mitionem, aſperum Demeam induci à Terentio.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena, diuerſi homines, diuerſæ partes, diuerſáque ſtudia proponuntur: hic lenis, ille aſper, facetus hic, ille impolitus, hic ad condonandum facilis, ille pertinax, atque difficilis in delictis corrigẽdis, remittendiſque. Nam Demea Aeſchinum filium petulantiæ grauiter accuſat. Mitio contra eius adoleſcẽtiam indulgenter excuſat, à quo tandem Demea vtcunque placatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena diuerſa ingenia diuerſorum ſenum conſpicies: etenim Demea durus, & penè inhumanus introducitur. Mitio clemens, mitis, comis, humaniſſimus oſtenditur.

*Senarii.*

DEMEA. MITIO *ſenex.*

HEM *opportunè: teipſum quærito.*
M. *Quid triſtis es?* D. * *rogitas me, vbi nobis* Aeſchinus
*Siet, quid triſtis ego ſim?* M. *dixine hoc fore?*
*Quid is fecit?* D. *quid ille fecerit? quem neque pudet*
*Quidquam, neque metuit quenquam, neque*

legem putat
Tenere ſe vllam. nam illa, quæ antehac facta ſunt,
Omitto: modò quid deſignauit? M. quidnam id eſt?
D. Fores effregit, atque in ædeis irruit
Alienas: ipſum dominum, atque omnem familiam
Multauit vſque ad mortẽ: eripuit mulierem
Quam amabat: clamant omnes, indigniſſumè
Factum eſſe: hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore eſt omni populo. denique
Si conferendum exemplum eſt, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobriũ?
Nullum huius ſimile factum. hæc cum illi Mitio
Dico, tibi dico: tu illum corrumpi ſinis.
M. HOMINE IMPERITO nunquam quicquam iniuſtius,
Qui, niſi quod ipſe fecit, nihil rectum putat.
D. Quorſum iſtuc? M. quia tu Demea hæc malè iudicas.
Non eſt flagitium, mihi credè, adoleſcentulũ
Scortari, neque potare: non eſt: neque fores
Effringere. hæc ſi neque ego, neque tu fecimus,
Non ſiuit egeſtas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia.
Iniurium eſt. nam ſi eſſet vnde id fieret,
Faceremus: & tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius, quàm vbi te expectatum eieciſſet foras:
Alieniore ætate pòſt faceret tamen.
D. Prò Iuppiter tu homo adiges me ad inſaniam.
Non eſt flagitium facere hæc adoleſcentulũ? M. ah,
Auſculta: ne me obtundas de hac re ſæpius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi.
Is meus eſt factus: ſi quid peccat Demea,
Mihi peccat: egò illi maxumam partẽ ferã.
Obſonat, potat, olet vnguenta de meo.

querelæ mẽtio fit. vide oratorem. Hoc autem, vel articulus, vel aduerbium loci eſt. ¶ In ore eſt omni populo. } Saluſt. In ore gentibus agẽs, populo, ciuitati. ¶ Si cõferendum exemplum eſt. } Tanquam non ſit conferendum. ¶ Nõ fratrem videt rei operam dare? } Satis comicè hoc infertur legentibus argumentum: nã magis in culpa ille ipſe eſt, quem laudat. ¶ Rei dare operam. } Non amori. ¶ Ruri eſſe. } Nõ in vrbe. ¶ Parcum. } Nõ prodigũ. ¶ Sobrium. } Non inſanum. ¶ Parcum ac ſobrium. } Contra illud, Cur amat? Cur potat? ¶ Rei dare operã. } Quàm facetè poëta hæc omnia falſa, & è cõtrario facit Demeã credere! ¶ Nullum huius ſimile factum? } Hoc cum admiratione.. Mitio tangitur, quaſi ipſius culpa ſit fratris natura. ¶ Nullũ huius ſimile factum? } Hoc cum admiratione indignantis pronuntiandum eſt, & ardentibus in Mitionẽ oculis. Et ſubaudiendum eſt, eſſe, aut inuenire. ¶ Hæc cũ illi Mitio dico. } Illi, pro in illum: & tibi pro in te. ¶ Tu illum corrumpi ſinis. } Deeſt, nam, ſed feruentius ἀσυνδέτως dicitur: & hoc Tibi. & Tu, pronuntiandum eſt intento digito, & infeſtis in Mitionem oculis. nã hoc agi ſtomacho aduerſum diſſimulatores ſolet. ¶ Tu illum corrumpi ſinis. } Mitius modò dixit, ſinis corrumpi: mox vehemẽtius dicet. An laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum? ¶ Homine imperito nunquam quicquã iniuſtius eſt. } Miro ſtomacho apud ipſum de ipſo tanquam apud alterum loquitur. ¶ Nihil rectũ putat. } Propriè putat. nam hoc verbum imperitorum eſt. Ordo eſt, Qui nihil rectum putat, niſi quod ipſe facit. ¶ Quorſum iſtuc? } Deeſt pertinet, aut dicis. ¶ Niſi quod ipſe fecit. } αὐθάδεια hoc enim proprium ruſticorum eſt atque imperitorum. ¶ Quia tu Demea. } Id eſt; homo imperitus. ¶ Hęc malè iudicas. } Pari virtute hæc leniter dicta ſunt, qua ſuperiora vehementer. ¶ Nõ eſt flagitium. } Nõ peccatum negat eſſe: ſed flagitium non eſſe contendit. & ideo ſubindignanter pronuntiandum eſt: vt ſi dicat, Scortari quidem adoleſcentulum, delictum eſt: ſed non eſt flagitium. & veniæ locus non tam in facto, quàm in perſona eſt conſtitutus. ¶ Nõ eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum ſcortari. } Mirè reſpondit, & oratoriè, ad hęc quę inuidioſè dicta sũt: Nam quod ait ille, Eripuit mulierem quam amabat, hic ſcortum dicit. quod irruit in ædes alienas quaſi ex vino furens, potare, quod cum aliis graue propoſitum eſt, hoc ſolum dicendo, leue reddit: id eſt fores effringere. ¶ Mihi crede. } Quaſi imperito dicit, Mihi crede. non enim Me intellige. Quod imitatus Cicero ſic Cæliũ exagitat. Magna ſunt, mihi crede: noli hęc cõtemnere. Hîc enim & authoritas dicentis, & contemptus oſtenditur audientis. ¶ Hæc ſi neque ego, neque tu fecimus. } Quia dixit, Qui niſi quod ipſe facit, nihil rectũ putat. ¶ Non ſiuit egeſtas. } Non voluntas prohibuit, ſed neceſſitas: et ideo nulla laus. ¶ Quod tu feciſti inopia. } Nota Feciſti, in eo quod ſignificat non feciſti. ¶ Iniurium eſt. } Quia Nihil quicquam iniuſtius homine imperito. ¶ Vnde id fieret. } Fieret producta prima ſyllaba. Ennius, Minimè nomine fieri prauũ. ¶ Et tu illum tuũ, ſi eſſes homo. } Multum progreſſus eſt accuſans accuſantem. ¶ Nã ſi eſſet vnde fieret. } Non eſt neceſſariò conſequens, ſed probabiliter admittitur apud oratores. nõ enim omnes qui habẽt vnde faciant, cõtinuò etiam faciunt. ¶ Expectatum. } Odioſum, & malæ vitæ. nam filiis parentes aut

Hoc.
In ore eſt omni populo.
Aſyndetõ.
Putare.
Quorſum iſtuc?
Mihi crede
Fieret prima producta.
Expectatus pater.

Amat? dabitur à me argentum, dum erit cōmodum:
Vbi non erit, fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit? reſtituentur. diſcidit
Veſtem? reſarcietur. eſt, Diis gratia,
Et vnde hæc fiant, & adhuc nō moleſta ſunt.
Poſtremò, aut deſine, aut cedò quemuis arbitrum:
Te plura in hac re peccare oſtendam. D. hei mihi,
Pater eſſe diſce ab aliis, qui verè ſciunt.
M. Natura tu illi pater es, conſiliis ego.
D. Tún' * conſulis quidquam? M. ah ſi pergis, abiero.
D. Siccine agis? M. an ego toties de eadem re audiam?
D. Curæ eſt mihi. M. & mihi curæ eſt. verùm Demea
Curemus æquam vterque partem, tu alterū,
Ego item alterum. nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt, quē dediſti. D. ah Mitio.
M. Mihi ſic videtur. D. quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam ſi verbum vnum poſthac. M. rurſum Demea
Iraſcere? D. an nō credis? repetóne quē dedi?
Aegrè eſt. alienus non ſum. ſi obſto: hē deſino.
Vnum vis curem, curo: & eſt Diis gratia,
Cùm ita vt volo eſt, iſte tuus, ipſe ſentiet
Poſterius. nolo in illum grauius dicere.
M. Nec nihil, neque omnia hæc ſunt, quæ dicit, tamen.
Nonnihil moleſta hæc ſunt mihi. ſed oſtēdere
Me ægrè pati illi nolui. nam ita eſt homo:
Cùm placo, aduerſor ſedulò: & deterreo:
Tamen vix humanè patitur: verùm ſi augeam,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ,
Inſaniam profectò cum illo, etſi Aeſchinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui

*amabiles ſunt, aut expectati. amabiles, boni: expectati, mali, quorum mors in dies ſingulos expectanda & exoptanda ſit. nam expectamus ante diem, Speramus ad diē. vnde auidior intelligitur qui expectat, quàm ille qui ſperat.* ⟦Eieciſſet foras.⟧ *Nō dixit, amiſiſſet: ſed, vt quiddā abiiciēdū, eieciſſet.* ⟦Quàm vbi te expectatum.⟧ *Eo rem produxit, vt ipſe magis videatur conſulere diſciplinæ quàm Demea.* ⟦Alieniore ætate, poſt faceret tamen.⟧ *ἀνακόλουθον deeſt enim quāuis. Et, faceret, vltimū, magnam vim habet. nihil enim prodeſſet, inſuper obeſſet, retinere ab iſtis filium iuuenē. Alieniore pro aliena dicens, comparatiuum gradum pro poſitiuo poſuit.* ⟦Prò Iuppiter.⟧ *Tragica exclamatio eſt. & bene, tanquam ipſe ſe reprehenderet Demea; adiecit, Tu homo adiges me ad inſaniam. Et tu homo dicens, negat illi familiaritatem.* ⟦Nō eſt flagitiū facere hęc?⟧ *Moraliter indignatio expreſſa eſt, iiſdē verbis, quæ frater dixerat, repetitis.* ⟦Ne me obtundas.⟧ *Ne me ſæpe, & moleſtè interpelles. Nam obtundere, eſt aliquid ſæpe odioſè repetere.* ⟦Tuum filiū dedi. adop. mihi.⟧ *Mira argumētatio per ἐπαγωγὴν, quę Inductio ab oratoribus dicitur, cum per interrogationem peruenimus ad id quod volumus concludendum.* ⟦Is meus eſt factus.⟧ *Sic progreditur, quaſi confeſſionis genus ſit aduerſarium tacuiſſe.* ⟦Si quid peccat Demea.⟧ *Concluſio dubiæ rei à nō dubiis ſumpta.* ⟦Si quid peccat Demea.⟧ *τῷ ἰδιωτισμῷ interpoſuit Demea: & repetitū eſt, peccat.* ⟦Ego illì maximā partem feram.⟧ *Errant qui putant Illi eſſe pronomen, cū ſit aduerbiū loci. vt, Illi mea triſtia fata, Degenerémque Neoptolemū narrare memēto. Illi ergo, ibi vbi ille peccat. Quare quidā etiā Li ſyllabam diſcretionis cauſa, vt locum ſignificat, corripiunt. Et maximam partem, optimè dicit. Non enim vniuerſam, quia non ſolus pater Aeſchini eſt: ſed maximam, quia eius magis eſt cuius filius cœpit eſſe per adoptionem.* ⟦Feram.⟧ *Suſtinebo, tolerabo.* ⟦Olet vnguenta.⟧ *A ſummo ad imum propoſita ſoluuntur. & mira varietas eſt: Olet vnguenta: ne diceret, obſonat, potat, vngitur, ne ſcilicet hæc exercitationis paleſtricæ, non luxuriæ, dicerentur.* ⟦Amat?⟧ *πρὸς τὸ, Cur amat?* ⟦Dum erit commodū.⟧ *Dare. ſ.* ⟦Vbi non erit.⟧ *Argētum ſcilicet. Sed, cōmodum dare, ſubaudiendū eſt.* ⟦Fortaſſe excludetur foras.⟧ *Hoc ita protulit, quaſi dicat, nihil ſibi deperiſſe ſi gratis fortè fuerit ad amicam admiſſus. Et totum hoc τῷ ἐξουθενισμῷ legēdum eſt. Et mirè Fortaſſe dicit, vt pater indulgens, & credens adoleſcentem poſſe etiam amari ab amica. nō enim affirmauit, vt diceret, Excludetur foras.* ⟦Fores effregit? reſtituentur.⟧ *Peruenit ad præſens crimē. illa enim antè acta fuerāt.* ⟦Reſarcietur.⟧ *Re abundat.* ⟦Et vnde hæc fiant.⟧ *Iterum ſubaudiendū Eſt.* ⟦Et adhuc non moleſta ſunt.⟧ *Quia non eſt flagitiū adoleſcentem ſcortari.* ⟦Ab aliis qui verè ſciūt.⟧ *Superbū fuiſſet, à me dicere. melius ergo Ab aliis dictū eſt.* ⟦Natura illi pater es, conſiliis ego.⟧ *Vrbanè Mitio Conſilius ſubiūxit. plus enim valet ad laudē cōſilium, quàm natura. Et ſimul oſtēdit poëta verbis Mitionis, qui non natura, ſed affectu ſit pater, nullum patrem eſſe ſapientem: eum verò poſſe ſine perturbatione perfrui iis quos amat, quem patrē eſſe conſilium fecerit: non natura, hoc eſt qui filium adoptauerit. Et mirè cum natura ſingulariter dixerit, pluraliter intulit, conſiliis ego.* ⟦Tún' conſulis

Marginal notes: Expectare. Sperare. — Anacoluthon. — Alienior. — Prò Iuppiter. — Obtundere — Epagoge. Inductio. — Illi aduerbium pro Ibi. — Ferro! — Olet vnguenta. — *conſiliis — Reſarcio.

non dedit
Aliquid? poſtremò nuper (credo iam omnium
Tædebat) dixit velle vxorem ducere.
Sperabam iam * deferuiſſe adoleſcentiam:
Gaudebā: ecce autem de integro. * niſi quidquid eſt,
Volo ſcire, atque hominem conuenire, ſi apud forum eſt.

* deſæuiſſe
*niſi, pro ſed.

conſulis quicquam? } Apertior contumelia: & ideo ſequitur denuntiatio diſcedendi. ¶ Túne cōſulis quicquā? } Quia dixit, Conſiliis ego pater ſum: à coniugatis argumentatus, reſpōdit, Tune cōſulis quicquam? quia à conſulendo conſilia dicuntur, et conſultores.

Conſilium. Conſultor.

¶ Si pergis, abiero. } Vt, Donec me flumine viuo abluero. ¶ Si pergis, abiero. } ἀρχαϊσμὸς, pro abibo. & hoc geſtu abeuntis, vel abituri pronuntiatur.

Archaiſmos.

¶ Siccine agis? } Rectè, quia iam abibat: quaſi reuocantis correptio eſt. ¶ An ego toties. } Hoc conuerſum intelligas dicere. ¶ Audiam. } Deeſt Te ? ſed exprimere durum fuit. Et hoc eſt obtundere. ¶ Curæ eſt mihi. } Aeſchinus ſcilicet. ¶ Curemus æquam vterque partem. } Propriè, vterque & æquam, quaſi particeps fratris. ¶ Propemodum. } Niſi addidiſſet propemodum, falſa videretur eſſe ſententia. ¶ Ab Mitio. } Religioſè commotus eſt: ac veluti incuſatio eſt perfidiæ. & ideo exclamat dolens, & tranſit in iracundiam, conceſsionémque, quæ ἐπιτροπὴ dicitur. ¶ Mihi ſic videtur. }

Epitrope.

Rationabiliter, non eſt ſic dixit: ſed ſic videtur. non vult enim verum eſſe. ¶ Quid iſtuc? } Deeſt, loquor, aut reſiſto. nam propriè ſignificatio eſt de ſententia ſua decedentis. ¶ Profundat, perdat. } ἐπιτροπὴ figura. Virg. Sequere Italiam ventis, pete regna per vndas. ¶ Profundat, perdat pereat. } Hæc ſic pronuntianda ſunt, vt oſtēdatur geſtu nolle quod loquitur.

Quid iſtuc?

Profundere

¶ Si verbum vnum poſthac. } ἀποσιώπησις. Deeſt, tibi fecero, aut tale huiuſmodi. ¶ Rurſum. } Quaſi curās iraſceris? ¶ An non credis? } Iraſci ſcilicet. ¶ Repetóne quem dedi. } Ruſticani ſtomachi eſt repetere ſemper verba, quæ inuitus alius audierit. ¶ Repetón' quē dedi? } Minus erat ſi Aeſchinum diceret, ſed plus eſt, quē dedi. ¶ Aegrè eſt. } Quaſi dictum ſit, Quid ergo loqueris? quia ægrè eſt. Cur ægrè eſt? quia alienus non ſum. ¶ Alienus non ſum. } Mirè alienus non ſum: quaſi timeat iam dicere pater ſum. ¶ Alienus nō ſum. } Satis cum ſtomacho: quaſi dicat, Si patrem me eſſe iam non licet, alienus nō ſum. ¶ Iſte tuus. } Memoriter Iſte tuus ad illud quod dixerat, Meus eſt factus. ¶ Iſte tuus Ipſe ſentiet poſterius. } Quantus ſis, quantúmque eum ames: hoc eſt, vt decipiatur per indulgentiam tuam. ¶ Ipſe ſentiet. } Sentire, multi pro malo poſuere. vt ipſe alibi, Sit rogas? Sēſi. nam vnam ei cœnam atque eius comitibus dedi. ¶ Nolo in illum grauius. } Scilicet quàm hoc. ¶ Poſterius. } Etenim Demea ſatis hoc graue exiſtimat dictum in eum qui non prouideat in futurum: & arctius, quia pater eſt.

Apoſiopeſis

Sentire.

¶ Nihil, & Nonnihil. } Nota figura eſt conueniens placidiſsimo ſeni, qui in reprehendendo adoleſcente moderatus eſt. ¶ Nec nihil. } Apparet Terentium fauere leniſsimis patribus: vnde ſubiecit etiā rationem facti Mitioni. ¶ Neque omnia hæc ſunt quę dicit. } Bene à Mitione hoc dicitur: quia indulgentioris eſt plura ſcire: & ſuprà dixit, Ea ne me celet conſueſeci filium. Et hic ſenſus eſt, Nec contemnenda ſunt quæ dicit, nec omnia dicit tamen. Hoc eſt, non ſola ſunt quæ dicit, ſed multa alia. Et ordo eſt, Neque tamen hæc quæ dicit, ſunt omnia. ¶ Nonnihil moleſta. } Placidiſsimè: Nec nihil dixit: & Nonnihil maluit repetere, quàm vehementer iracundiam demonſtrare, eſt enim altera διπλότης. ¶ Nōnihil moleſta hæc ſunt mihi. } Optimè

Nonnihil.
Nec nihil.

Diplotes.

poëta Mitionem fecit cōmotum: ne ſi omnino immobilis eſſet, non indulgere adoptiuo filio, ſed omnino eum non curare videretur. Ergo ſic in eum ſeruat placidū animū, vt tamen retineat patris affectum. ¶ Illi. } Demeæ ſcilicet. Aut illi, id eſt ibi vbi Demea litigabat. ¶ Sed oſtēdere me ægrè. } Conſtat ergo ægrè pati. nam aliter nō erat parens. ¶ Nam ita eſt homo. } Homo dixit moraliter: ſic enim de iis dicimus, quos parcè reprehendimus. vt alibi, Vt homo eſt, ita morem geras. ¶ Cùm placo. } Id eſt cùm volo placare, ¶ Verùm ſi augeam. } Argumentum à contrario. nam placare, contrarium eſt irritantibus augentibúſque iracundiā.

Aegrè pati
Ita eſt homo.
Vt homo eſt

Placo.

¶ Aut adiutor ſim eius iracundiæ. } σύλληψις. Nam à genitiuo caſu accuſatiuus aſſumptus eſt. ¶ Etſi Aeſchinus nonnullam in hac re. } Rurſus διπλότης, vt ſit mitis reprehenſio: & hoc ipſo grauis, num Etſi, & Nonnullam nobis, temperamento ſunt poſita. ¶ Quam hic non amauit meretricem aut cui non dedit aliquid? } ἦθος ὑπερβολῆς, quam non, & cui non. Ea tamen hæc ſunt, vt non graui ſono accuſationis proferantur, ſed ſolam reprehenſionem contineant. Aliquid verò, admirantis eſt. Quod addidit meretricem, oſtendit Mitionem hoc ſolum adhuc ſcire: nihil autē de vitiata virgine. ¶ Quam hic non amauit meretricem? } Et hoc cum venia & defenſione. nam colere meretricem, non eſt flagitium. & ſimul etiam vitiatæ virginis ignarus oſtenditur Mitio. ¶ Aut cui non dedit aliquid? } Aliquid dicendo, prætermiſit vel meretricem vel numerum. ¶ Credo iam omnium tædebat. } Etenim addimus ad ea quæ apud nos parū certa ſunt, Aut credo, aut puto.

Syllepſis.

Etſi.

Credo.
Puto.

¶ Dixit ſe velle vxorem ducere. } Mirum eſt apud Terentium, cùm etiam per neſcias perſonas indicet argumenta. nam cum Mitio neſciat amari ab Aeſchino ciuem virginem: tamen dicit, Credo iam omnium tædebat, & Dixit ſe velle vxorem ducere. Sic ex parte magna oſtendit neſcius argumentum: ideo quia veriſimile eſt amantiſsimū Aeſchini Mitionē omnes ſcire affectus adoleſcentis & conſuetudines. Et apparet præterea, conatum ex parte fateri vitiatum amore Aeſchinum: & pudore impeditum: tantùm hoc dixiſſe quod honeſtè potuit, velle ſe vxorē ducere. quam autem vellet, tacuiſſe confuſum. ¶ Sperabam iam deferuiſſe adoleſcētiam, } Rectè ſperabam, pro gaudebam. ſic enim dicimus, cū erraſſe nos cernimus. Et mirè: non dixit, ſperabam illum iam corruptum: ſed, mitis ſenex totum ætati attribuit, nihil filio. ¶ Deferuiſſe adoleſcentiam. } Seruat propoſitum circa ætatis veniam. ¶ Deferuiſſe. } Quaſi deorſum à feruore tenuiſſe. Legitur & deſæuiſſe. ¶ Ecce autem de integro. niſi quicquid eſt. } ἀποσιώπησις prima: quia non vult credere. ¶ Niſi quicquid eſt. } Deeſt, quia: vt ſit, niſi quia. Et eſt ſenſus, Niſi quia non temerè credo, & volo ſcire quicquid eſt.

Sperare.

Deferuere.
Deſæuire.

Hem opportunè. } Opportunè, pro noſtro deſiderio. ¶ Quē neque pudet. } Hic propoſitionem habes generalem, quam narratio ſequitur ibi: Fores effregit. ¶ Quem neque pudet quicquam. } Priſcianus. Sunt, inquit, verba, quę adiunguntur genitiuo & accuſatiuo, vt pudet me illius rei. Tædet, piget, miſeret, pœnitet, infinitiuis quoque hæc eadem coniuncta, accuſatiuum ſolum aſſumunt, vt pudet me diſcere. Te-

ADRIA.
BARL.

Pudet.

rentius tamen nouo more in Adelphis ſecúdum Græcos dixit, Quem neque pudet quicquam. ¶ Nec legem putat teneré ſe vllam.} Quidam hîc ſubaudiunt oportere, vt ſit, nec putat oportere ſe ſeruare vllam legem. Alij dicunt eſſe hypallagen. pro nec putat ſe teneri lege vlla. ¶ Illa quæ antehac facta ſunt, omitto, modò quid deſignauit?} Accuſat filium & à præterita & præſenti vita. Deſignare eſt rem nouam facere, ſiue bonam, ſiue malam. Hîc in malam partem eſt vſus. Nã ſignificat: Quæ nunc admiſit mala, multo præteritis grauiora ſunt. In malam partem exemplum aliud. Chriſtianorum vulgus quicquid ſua ſtultitia deſignant, in cacodæmonem authorem & inſtigatorẽ reiiciunt. Item Politia. vertens Herodianum in operis præfatione ſic habet. Adoleſcentes molliter atque indulgenter habiti, noua ſcilicet permulta deſignabant. ¶ Fores effregit.} Hoc & quæ ſequuntur magnam requirunt in pronuntiando vociferationem, qua non parũ dilatatur accuſatio. Senſus eſt. Non contentus fores effregiſſe, atq; in ædes irruiſſe, dominum ipſum, quem ſua domus ab omni vi atque iniuria tutum reddere debuit, nõ ſolùm verberauit, ſed propè etiam occidit. ¶ Omnem familiam multauit.} Multare hoc loco lacerare, mutilare, verbare ſignificat, Aliàs idem quod punio ſiue diminuo. Omnis enim punitio diminutionem habet. Huic verbo Curtius ablatiuum dedit, hoc modo. Is quoque inſulas præſidiis occupat, pecunia multat. Cic. pro Rege, ſine caſu dixit, Neque ſe à te mulctatum arbitratur. ¶ Clamant omnes indigniſſimè factum.} Ex authoritate rumorũ adiudicationẽ habes. ¶ In ore eſt omni populo.} Factus eſt totius populi fabula. ¶ Si conferendum exemplum eſt.} Significat non eſſe conferendum, & amplificat rem ab exemplo. ¶ Cum illi dico, tibi dico.} Illi pro in illũ, tibi pro in te. ¶ Homine imperito.} Imperitum dicimus, qui communis ſenſus malè gnarus eſt. ¶ Non eſt flagitium. mihi crede, adoleſcẽtulum ſcortari.} Hîc diſſimulatione callida Mitio fratrem placare conatur. ¶ Si neque ego neque tu fecimus.} Pluralis vim bis quæ cõiungit, confert interdum, neque geminata particula, ſicuti, et quæ coniungit, pluralis numeri vim aliquando confert, quæ tamen aliàs rectè ſolueris in ſingulares. vt conſules erant Cæſar & Bibulus. Conſul erat Cæſar, & cõſul erat Bibulus. Aliàs ſolui non poſſunt, niſi falſum efficiãt ſenſum. Vt duo & tria efficiunt quinque. Non enim ita ſoluas, duo faciunt quinque. & tria faciunt quinque. Item animal diuiditur in rationale & irrationale. Non tamen animal diuiditur in rationale, & animal diuiditur in irrationale. Dialecticus hæc niſi in ſenſu compoſito non cõcedit. ¶ Hæc ſi neque ego, neque tu fecimus.} Eſt Syllepſis, quam diuerſarum clauſularum per vnum verbum conglutinatam conceptionem dicimus. Fit perſonarum Syllepſis. Horat. Tu quid ego & populus mecum deſideret audi. Per numeros & communi ſingulariter poſito fit Syllepſis: vt in illo Virgilij, Hîc illius arma, hîc currus fuit. Sed cùm plurale eſt, id quod in clauſulis commune eſt, cum digniore in ipſis coaptabitur. Eſt porrò inter genera maſculinum dignius fœmino & neutro. In perſonis prima præſtantior, quàm ſecunda & tertia. Terent. in And. Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre. Per perſonas & commune plurale fit Syllepſis ad hunc modum. Cic. Si tu & Tullia lux noſtra valetis, ego & ſuauiſſimus Cicero valemus. Terent. hoc loco, Hæc ſi neque ego, neque tu fecimus, non ſiuit egeſtas facere nos. Fit & Syllepſis, cùm inter clauſulas intercurrit imaginis aduerbiũ. Vt, incedis veluti rex, vel quaſi rex. Nam vt plena ſit conſtructio, ſubauditur in altera, incedis quaſi rex incedat. Aliquando in vna etiam clauſula fit ſyllepſis, cùm duarum diſſimilium vocum, altera non ad vocem alterius, ſed ad rem ſignificatam refertur. Terent. Vbi illic eſt ſcelus, qui me perdidit? Plura ſunt alia apud eundem exempla. ¶ Dum per ætatem licet.} Magna eſt in verbo, licet, elegantia, cùm dicimus, ſi licet mihi per te, id eſt ſi permiſeris. Dum per ætatem licet, dum permittit ætas. ¶ Ego illi maximam partem feram.} Iohannes Pierius in verſum illum Maronis, Illi mea triſtia facta, annotauit quod ad hunc etiam pertinet locum. Illi, inquit, hoc loco pro ibi aduerbio poſitum dicit Dona. interpres Teren. Et in Hecyra. Nam illi non licebat niſi præfinito loqui. Illi ergo hîc ſignificat, vbi ille peccat. ¶ Obſonat, potat, olet vnguenta.} Marcus Var. in libris de lingua Latina, ſic ait. Apud Teren. Scortatur, potat, olet vnguenta de meo. Scortari eſt ſæpius meretriculam ducere. ſic ille ac deinceps alia in eam ſententiam. Cæterùm Terẽtiani omnes ad vnum codices, non ſcortatur habent, vt Var. legit, ſed obſonat. locus eſt autem in Adel. Obſonat potat, olet vnguẽta de meo. Quam lectionem etiam Dona. agnoſcit. Quid hîc igitur dicemus? Mendúmne eſſe in Terentianis omnibus codicibus? an quod vix credere auſim, memoriola vacillaſſe Varronem quoque ipſum polygraphotatum à Cicerone appellatum, ſicut eundem Ciceronem Gellius deprehendit: vt fateamur etiam maximis quibuſque ingeniis officere incuriam nonnunquã, prodeſſe vſquequaq; diligentiã? Hæc Polit. cẽtu. II. cap. LXIII. ¶ Obſonat.} Obſonare eſt lautius veſci, & Opſophagi obſonatores. Opſon Græci vocant edulium, quod additur pani præſertim coctum. ¶ Olet vnguenta.} Vt vitio dandum eſt, ſi quis hircum oleat, quippe quòd ſpurci eſt: ita adæquè vituperandum, ſi quis oleat vnguenta, quippe quòd mollis eſt. hoc teſtatur & in ſermonibus Horat. cũ dicit. Paſtillos Ruſillus olet: Gorgonius hircum. Paſtillos autem vocat pilulas vnguentarias. Hæc Eraſ. in Chili. ¶ Olet vnguenta.} Tam in noxa eſt qui munditias plus iuſto affectat, quàm is qui nullam ſui curam corporis habet. ¶ Fores effregit.} Cicero citat hunc locum in oratione pro Cælio. Effringere eſt furãdi cauſa ianuas frangere. In libris Digeſtorũ ti. eſt de effractoribus ſiue de iis qui carcerẽ effregerunt, ſiue de iis qui furãdi cauſa ianuas domorum priuatarum inuaſerunt. ¶ Cedo quemuis arbitrum.} Id eſt, Alioqui licet vt iudicem adeamus, & in arbitrum quem voles compromittamus. Cedo, dic quemuis arbitrum, ac ſi diceret. Vincam quocunque iudice eorum, qui harum rerum conſultiſſimi fuerint. ¶ Cõſiliis ego.} Perquam vrbanè hoc dictum à patre, qui malè conſulit filio, qui nimia indulgentia perdit filium. hic Demea ſubiũgens, Túne conſulis quicquam? A cõiugatis argumentatur. Don. pronuntianda hæc dicit, vt geſtu oſtendat pater, nolle ſe quod loquitur. Seruius artificioſam prohibitionem eſſe dicit, quæ fit per conceſſionem, & tamen ne perſuaſio intelligatur, quædam miſcentur quæ noceant. vt hîc. Profundat, perdat, pereat, & apud Maro. in quarto. Aeneidos. I ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas. Cùm dicitur ventis, & per vndas, miſcentur quę noceãt. ¶ Iſte tuus ipſe ſentiet.} Priſ. Ille ſpatio longiori intelligitur, Iſte verò propinquiore. Hîc autem non ſolùm de præſente, verùm etiam de abſente poſſumus dicere ad intellectũ referentes demonſtrationem, vt Hoc regnum dea gentibus eſſe, ſi qua fata ſinãt, iam tum tendítque fouétque. Virgilius ad abſentem Carthaginem retulit

Deſignare. Multare. ſiue mulctare. Imperitus. Neque. Syllepſis fit multis modis. Licet per ætatem. Illi aduerbium. Obſonare. Olet vnguẽta. Effringere. Cedo arbitrum. Prohibitio per conceſſionem. Iſte.

retulit demonſtrationem. Iſte verò plerunque ad oculorum demonſtrationem refertur. Virgilius in ſexto, Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit. Inueniũtur tamen hoc de abſentibus protuliſſe authores. vel de his quæ cerni non poſſunt. Terentius in Adelphis. Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius. De abſente Aeſchino dicitur. [Iam ſi verbum &c.] Apoſiopeſis, quæ fit vel cum per ſeipſum quis tacet, & ad aliud tranſit. Ver. Nec requieuit enim donec Calchante miniſtro. Sed quid ego hæc autem? Vel tacet, nec vltra aliquid loquitur. vt hîc Terentius. Vel alterius interuentu perſonæ tacet. Idem in ſe cruciante. Ita res eſt hæc nunc, quaſi cum. Interpellat enim Clitipho. Quas, malûm, ambages mihi narrare occipit. In Phormione, Demiphonem ſi domi eſt viſam, vt quod. Demipho. Nos ad te ibamus Phormio. Ph. De eadem hac fortaſſe cauſa. Ad Apoſiopeſim maximè referunt eruditi, quæ per iram reticẽtur, vtique dũ iratis ipſis nõ ſatis liquet verbis quibus explicent, quæ minantur. [Iſte tuus ipſe ſen.] Ille & iſte priuatim vſum habent. Prius cũ ob eminentiam quandam rem omnibus notam præſumi volumus. vt Cicero ille facundus. Poſterius contrà, cũ alicuius rei cum contemptu, vel ſtomacho mentionem facimus: vt hîc & in Eunucho, Munus noſtrum ornato verbis, & iſtum æmulum quoad poteris, ab ea pellito. Item, Chærea iſte ephebus frater Phædriæ. [Neque nihil, neque omnia hæc ſunt.] Donato hic ſenſus eſt. Nec contemnenda ſunt quæ dicit, nec omnia tamẽ, hoc eſt, non ſola ſunt, quæ dicit, ſed alia multa. [Neq; nihil, neque omnia ſunt quæ dicit.] Tamen nõnihil moleſta. Superioris correctio diſſimulationis eſt. [Cùm placo, aduerſor.] Diomedes libro primo, Iungũtur inter ſe tempora, iungitur inſtans finitiui modi inſtanti finitiuo, vt Cic. De te autem Catilina cùm quieſcunt, probant: cùm patiuntur, decernunt: cùm tacent, clamant. Item Terentius, Cùm placo, aduerſor ſedulò. [Quam hic non amauit mer.] Accuſatur filius. [Sperabam iam deferbuiſſe adoleſcentiam.] Emendatiores libri deferuiſſe habent. quod autem deferbuiſſe ſcriptum eſt, ex illa mutatione factũ videri poteſt quòd quę nũc per, v, ſcribuntur, aliquãdo per, b, ſcripta ſunt, vt deferbeſco. & quæ nunc per, b, vt ſurperbus aliquãdo per, v. Sic annotauit Ioannes Pierius in caſtigationibus Virgilianis. Apud Cic. in oratione pro M. Cælio, deferbuiſſe legitur. Verba ſubiiciã. Multi & noſtra, & patrum, maiorúmque memoria Iudices, ſummi homines, & clariſſimi ciues fuerunt, quorum cùm adoleſcẽtiæ cupiditates deferbuiſſent, eximiæ virtutis firmata iam ætate extiterunt. [Ecce autem de integro, niſi quicquid eſt.] Eraſmus in annotationibus quas ſcripſit in epiſtolam ad Corinthios, dicit hoc, niſi quicquid eſt, perinde valere, quaſi dicas, Vtcunq; eſt: aut, in ſumma, & græcanici ſermonis figuram eſſe. Qua loquẽdi forma vti ſolemus, quoties omiſſis quæ incerta ſunt, ad id redimus, quod certũ eſt.

Apoſiopeſis fit multis modis.

Ille.

Iſte.

Placo.

Deferbuiſſe.

Niſi quicquid eſt.

LATOMVS

Argumentum. Accuſat Demea Aeſchinum, & Mitio defendit. éſtque hæc protaſis periculi Aeſchini. [Hem opportunè.] Attende aſperitatem Demeæ, & contrà lenitatem Mitionis. [Quid ille.] Propoſitio accuſationis, quã auget à perſona & antefactis. [Fores effregit.] Oratoriè enumerat ſingulas facti partes. [Clamant omnes.] Confirmatio à teſtimonio, & mox amplificatio à diſſimili exẽplo. [Hæc cum illi.] Confert culpam in Mitionem. [Homine imperito.] Initium ad defenſionem à criminatione perſonæ. [Non eſt flagitium.] Propoſitio defenſionis, per complexionem ad vehementiam. [Hæc ſi neq;.] Confirmatio ſumpta per occupationem, à pari & fictorio exemplo. Vt Nos faceremus ergo illi licet facere. [Et tu illum.] Refertur ad obiectionem Demeæ denique ſi conferendum. & eſt refutatio. [Ah auſculta.] Alia defenſio per tranſlationem: nihil ad Demeam ſi peccet Aeſchinus. [Excludetur foras.] A' meretrice ſcilicet, non à Mitione. [Natura tu.] Pulchra diſtinctio, quæ mox refellitur ex coniugatis. [Verum Demea.] Redit ad defenſionis ſententiam. [Profundat.] Conceſſio indignantis, qualis illa, I ſequere Italiã ventis. [Et eſt dis.] Error ſenis ad futuram epitaſin. [Me ægrè.] Conſilium Mitionis, ad ſpectatores. [Quam hic.] Moralis & pathetica hyperbole. & totum eſt leuis reprehenſio. [De integro.] Subaudi amare cœpit.

PETRVS MARSVS.

Hem opportunè &ca.] Hominis in diſciplina domeſtica ſeueriſſimi, nec permittentis filium laſciuire, ne vſus tranſeat in mores, & alterius nimium indulgentis libidini filiorum, vt ætas curſum ſuum faciat, decorũ hac ſcena ſeruatur, & diuerſum vitæ inſtitutum exprimitur. Vtrũque rationes habet: Primum, quoniam ex frequẽtibus actibus habitus generentur tam boni quàm mali. Ariſtoteles in ſecundo Ethicorum, ſic ait: Atque vt breuiter dicam, omnes habitus ex operationibus ſimilibus fiũt: quapropter tales quaſdam operationes reddere oportet. Ipſarum nanque differentias habitus ipſi ſequuntur. Non igitur parũ, ſed plurimum, quin potius totum refert, ſic, an non ſic homines ab adoleſcentia conſueſcant. Et paulo pòſt dicit: Ob voluptatem improbas agimus, ob dolorem verò res poſthabemus honeſtas. Quapropter homines ab ipſa ſtatim adoleſcentia, vt inquit Plato, ita inſtitutos eſſe oportet, vt his gaudeant, doleántq; quibus gaudere, doleréque oportet. Hæc enim educatio & eruditio recta. [Non eſt flagitium crede mihi, &c.] Hæc eſt ratio alterius inſtituti, quod eſt mitius, & nonnulla dicit adoleſcentiæ concedẽda propter feruorem ætatis. Cic. in Oratione pro Cælio, ſic ait: Datur enim conceſſu omnium, huic aliquis ludus ætati, & ipſa natura profundit adoleſcentiæ cupiditates, quæ ſi erumpunt vt nullius vitam labefactent, nullius domum euertant, faciles & tolerabiles haberi ſolent. Iuuenalis etiam dicit.

Habitus.

Quædam cum prima reſecentur crimina barba. Et
—Breue ſit quod turpiter audes.

RIVII CASTIGATIO.

Clamant omnes indigniſſimè factum eſſe hoc.] Nos aliter diſtinguendum putamus, nimirũ ad hunc modum: Factum eſſe: hôc aduenienti quot mihi Mitio Dixere? pro huc aduenienti: qua in ſignificatione Virgil. VIII. Aeneid. Hôc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto: pro, huc tum. Quo in loco ita Seruius: Hôc, inquit, pro huc poſuit ſecundum antiquum morem, nam antea hôc aduerbium loci fuit, quod nunc aboleuit. Nam crebrò in antiquis lectionibus inuenitur: ſicut in epiſtolis probat Valerius Flaccus exemplis, authoritate, & ratione, dicens in aduerbio pro v, o, plerunque maiores ponere conſuetos, & ſic pro huc hôc veteres dicere ſolebant. Hæc Seru. Donatus quoque in hunc locum Terentij: Hoc, inquit, vel articulus, vel aduerbium loci eſt. [Obſonat, potat, olet vnguenta.] Ang. Politianus in Miſcellaneis, capite LXIII. ait, M. Varronem legere: Scortatur, potat, olet vnguenta: cum Terentiani omnes ad vnum codices non ſcortatur habeant, vt Varro legit: ſed obſonat, quam lectionem Donatus quoque agnoſcit. Locus Varronis, ſi quis fortè requirat, eſt in libro De origine verborum ſexto. [Pater

Hôc, pro Huc.

eſſe diſce ab iis.ʒ Nos, ab aliis, ex Donato, vt editio habet Romana: nec aliter ſenarius. Donati verba ſunt: Superbũ fuiſſet, inquit, à me dicere: melius ergo ab aliis dictum eſt. Hæc ille. In codicibus manu ſcriptis eſt, ab illis, quod ne ipſum quidem diſplicet, præſertim cum aſtipulentur vetuſtiſſimi ex impreſſis. ¶ Et eſt diis gratia, Cùm ita vt volo eſt iſte, tuus ipſe ſentiet, &c. ʒ Nos, cum ita vt volo eſt, iſte tuus, ipſe ſentiet poſterius. Ita nanque diſtinguẽdum eſſe ex Donato colligitur, cuius verba ſunt: Iſte tuus. Memoriter, inquit, iſte tuus, ad illud quod dixerat: Meus eſt factus, &ca. Nec ſecus Priſcianus lib. XVII. Iſte, inquit, plerunque ad oculorũ demonſtrationem profertur. vt Virgil. in ſexto. Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit. Inueniuntur tamẽ hoc de abſentibus protuliſſe authores. Terent. in Adelphis: Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius: cum de abſente Aeſchino dicat. Aſtipulatur & manu ſcriptus codex, quo in codice pronomẽ Iſte, litera initiali grandiuſcula ſcriptũ eſt: nimirũ vt ſentiret lector, pertinere illud ad ſequentia. Prǫterea in codice Haſſenſteniano duobus pũctis prior pars: Cũ ita vt volo eſt, diſtincta erat à proximè ſequenti. Iſte tuus ipſe ſentiet poſterius.

GLAREANVS.

In quarto verſu d bis eliditur, nempe in vtroque Quid, niſi primum bacchium, deinde creticum ponamus. In V. verſu proceleuſmaticus eſt loco ſecundo. In XV. vel Rei eſt monoſyllabum, vel amphibrachys loco primo. In XXVI. Fieret prima producitur, vt exigit carmẽ, & admonuit hoc etiam Donatus, contra Grãmaticorum regulã, qui Fio primã producere præcipiũt, niſi ſequatur r poſt e. In XXXIIII. Tuũ monoſyllabũ, aut Eiliũ diſyllabũ, aut bacchius loco primo. In duodequadrageſimo, Amat prior ſyllaba pertinet ad verſum præcedentẽ, inquit Eraſmus. At ſic in quarto loco erit trochæus, ideóque puto quinto loco bacchiũ. In XLV. pro Ab iis, Donat. legit Ab aliis. Codex vetuſtus habet Ab illis. Ab iis certè carmen non patitur. In duodequinquageſimo tres ſyllabæ De ea, pro vna ſunt ſyllaba, quanquã poteſt & creticus eſſe loco quarto. In vndequinquageſimo Mihi bis diſyllabum. In LIII. d eliditur in Quid, niſi creticum loco tertio conſtituamus. In X. à fine videtur v elidi in Vix, poteſt & bacchius eſſe loco primo.

*Fieret prima producta.*

DONAT.

*Populares. Quiritari.*

OBſecro populares. ʒ Popularitas in omnis rei conſortium ſumitur. nunc autem populares ciues dicit. & hoc quod veteres quiritari dicebant, Quirites conclamare. ¶ Obſecro popu. fer. mi. atq; in. au. ʒ Hîc exemplum eſt contumelioſi per potentiã diuitis, & in perniciẽ ſuam pauperis contumacis. ¶ Subuenite, ino. ʒ Vide quàm poſteriora vehementiora ſunt ad incendendũ populũ. primo, miſerũ: pòſt, innocentẽ. ad vltimum, inopem poſuit. & primò, ferte auxilium: pòſt, ſubuenite. Et totũ hoc principium à beneuolentia ſumitur: quæ cõparatur ex inuidia potentiæ Aeſchini. nam contraria in Aeſchino eſſe vult intelligi. ¶ Miſero atque inno. au. ſub. inopi. ʒ Tria ſunt. Miſer, Innocẽs, Inops. ¶ Otioſè nũc iã. ʒ

*Otioſe.*

Otioſe ſecure ſignificat. nam niſi qui ſecurus eſt, otioſus nõ eſt. ¶ Ilico. ʒ Modò locum, non tẽpus ſignificat.

*Ilico.*

¶ Otioſe nunc iam ilico hîc cõſi. ʒ Simul imperauit modũ, tẽpus, locum, factũ. Modum, otioſe, Tempus, nunc: Locũ hîc: Factum, conſiſte. Nam Iam & Ilico, alterũ tempori adiungitur, alterum loco. At cõſiſtere, eſt audacter & conſtanter ſtare: vt, Conſtitit in digitos extemplo arrectus vterque. ¶ Iſtam inui. omni. ʒ Deeſt abducam. ¶ Ego iſtam inuitis omni. ʒ Bona ἔκλειψις. nemo enim plenè loquitur qui luctatur. ¶ Quanquam eſt ſceleſtus non com. ʒ ἀνακόλουθον primum: nam cum præpoſuiſſet quanquam, non ſubiecit tamen. ¶ Nunquam. ʒ Pro non. Virgili. Nunquã omnes hodie moriemur inulti. ¶ Iterũ vt vapulet. ʒ Minaciter poëta priorem litem ſuſtulit, dicẽdo iterum: vt non eadem lis eſſet de qua ſuprà Demea queſtus eſt: ſed inſtaurata naſcatur. ¶ Committet. ʒ Perficiet: ſed hoc propriè de illicitis, & puniendis facinoribus dicimus. Et ſimul hîc oſtẽdit Comicus adoleſcens cedere ſe lenoni, inuitum ſe noxam intuliſſe: & id quod fecerit, feciſſe lenonis culpa, non ſua. ¶ Leno ego ſum. ʒ Leno terribiliter pronuntiãdum eſt: quaſi dicat, cui ſupplex eris. Sed ex argumento eſt, quòd contemnit Aeſchinus minas lenonis: vt pote qui iam vxorem decreuerat ducere. ¶ Scio. ʒ Hîc ſic reſpondit, quaſi in lenone imminutio capitis tantum conſiſteret. ¶ Fide quiſquam optima. ʒ Fides in concipiendis comminationibus: denuntiatio, comminãtis eſt. ¶ Huius non faciam. ʒ Figuratè ergo, Quod te purges. id eſt purgationem tuam. Huius autem, δεικτικὸν eſt. Aut enim ſtipulam, aut floccum mouerat, aut ſummum digitum. ¶ Ego meum ius perſequar. ʒ Hoc eſt lenonium. ¶ Meum ius. ʒ Meam libertatem. ¶ Meum ius. ʒ Meam vindictã. Nã vt illa iniuria eſt quę fit innoxio: ita ius vindicta illa quæ redditur reo. ¶ Perſequar. ʒ Vlciſcar. Cicero,

*Iam. Conſiſtere. Eclipſis. Anacoluthon. Nunquam, pro non. Cõmittere. Leno. Fides. Denuntiatio. Huius non facio. Ius meum perſequar. Ius. Iniuria. Perſequi.*

# ACTVS II. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

SEnibus omiſſis deſcribitur Aeſcheni factum iurgantis cum lenone, nec error eſt poëtæ quòd hîc fiant quæ facta eſſe Demea dixit, qui fortaſſe rumore nuntio acceperat feciſſe Aeſchinum, quod facturum ille ſe minatus fuerit.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena proponitur exemplũ contumelioſi diuitis per potentiã, & pauperis pertinacis in perniciẽ ſuam. Nititur etiã perſuadere Aeſchinus ſe inuitum Sannioni lenoni intuliſſe iniuriam, verùm fuiſſe illius culpa impulſum. Intelligendum quoque eſt, Parmenonem ſeruum morem gerentem Aeſchino, ita acriter egiſſe cum lenone, vt tandem ab eo puella eriperetur, cuius auferendæ Aeſchinus percupidus fuerat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena, Aeſchinus lenoni puellam eripit, qua erepta, iurgia vltro citróque oriuntur. Eſt verò in hac ſcena luculenta lenonis deſcriptio.

*Iambici octonarij, partim catalectici, partim acatalectici. & Trochaici tetrametri catalectici, Vnus præterea dimeter.*

SANNIO *leno,* AESCHINVS *adoleſcens.*

OBſecro populares, ferte miſero, atque innocẽti auxilium,
Subuenite inopi. AE. * otioſe, nunc iam ilico hîc conſiſte:
*Quid reſpectas? nihil pericli eſt: nũquã, dum ego adero, hic te tanget.*
*S. Ego iſtam inuitis omnibus.*
*AE. Quanquam eſt ſceleſtus, non committet hodie vnquam iterum vt vapulet.*
*S. Aeſchine audi, ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum,*
*Leno ego ſum. Ae. ſcio. S. at ita, vt vſquam fuit fide quiſquam optuma.*
*Tu quòd te poſterius purges, hanc iniuriam Factam eſſe, huius non faciam. (mihi nolle crede hoc, ego meum ius perſequar.*
*Neque tu verbis ſolues vnquã, quod mihi re malefeceris.*
*Noui ego veſtra hæc, Nollem factum: iuſiurandum dabitur, te eſſe*
*Indignum iniuria hac: indignis cùm egomet ſim acceptus modis.*
*Ae. * Abi præſtrenuè, ac fores aperi. S. cæterùm hoc nihil facis.*
*Ae. I intrò nunc iam. S. at enim non ſinam. Ae. accede illuc Parmeno,*
*Nimium iſtoc abiſti: hîc propter hunc aſſiſte. hem, ſic volo.*
*Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos:*
*Ne mora ſit, ſi * innuero, quin pugnus continuò in mala hæreat.*
*S. Iſtuc volo ergo ipſum experiri. Ae. hem ſerua: omitte mulierem.*
*S. O facinus indignum! Ae. geminabit niſi caues. S. hei * miſeriam!*
*Ae. Non innueram: verùm in iſtam partem potius peccato tamen.*

*ro, Tu dũ tuas iniurias per te, id quod non poteſt, perſequi conaris. ¶Huius non faciam. } Cicero, Ne tantulum quidem commotus eſt. ¶Neque tu verbis ſolues vnquã quod mihi re malefeceris. } νομικῶς. Et ſolues, lues, perſolues, id eſt ſatisfacies, ac te purgabis. ¶Re malefeceris. } Acuendum eſt re, & ſignificanter proferendum. ibi enim eſt ſententia. Et plus dixit, re malefeceris, quàm iniuriam feceris. ¶Noui ego veſtra hæc. } ἔλλειψις: deeſt enim verba. ¶Iuſiurandum dabitur. } Hoc eſt, iurabimus te eſſe indignum cui iniuria fiat huiuſmodi. Aut ſeparatim iuſiurandum dabitur: & ſeparatim, te eſſe indignum iniuria hac. & ſic melius. verba enim ſatisfaciũt, cùm res colligitur in generalibus cauſis. nam ſæpe iræ ac lites iureiurando ſunt terminatæ. ¶Indignum iniuria hac. } Comicè indignum & indignis. ¶Abi præ. } Aut abi præ, id e[illegible] abi præ, id eſt, præi: vt, I præ, ſequar. Aut præſtrenuè: vt, Prædiuitis vrbe Latini. ¶Abi præ. } Magna contemptio minarum lenonis, non reſpondiſſe Aeſchinum ad ea quæ dixerat. ¶Cæterum hoc nihil facis. } Nihil pro nõ legitur, & nihili. ¶At enim non ſinam. } Enim, inceptiua particula apud veteres fuit: ſed & conuenit perturbationi. ¶Nimium iſtoc abiſti. } Quaſi ex contumacia lenonis appareat, quòd multum abierit. ¶Propter hunc. } Iuxta hunc. vt Virgilius —tẽplum de marmore ponam Propter aquã. ¶Hem, ſic volo. } Mirè comicus ex alterius verbis, quid faciat alter oſtẽdit. ¶Quin pugnus continuò. } Pugnus, à pugna dictus: aut ab illo pugna. ¶Pugnus continuò. } Id eſt veſtigium litigantis. ¶Iſtuc volo ergo ipſum experiri. } Expreſſè oſtendit pauperioris loquacem contumaciam*

*Soluere. Re malefacere. Iuſiurandũ dabitur. Abi præ. Præſtrenuè. Nihil, pro non. Enim. Propter, pro Iuxta. Pugnus.*

*vſque ad pericula cædis. ¶Iſtuc volo ergo ipſum experiri. } Hoc illo dicente, Seruus lenonẽ verberat. ¶Hem ſerua. } Neſcias cui dicat hæc Aeſchinus, an lenoni, an ſeruo: ſed ſeruo magis eſt veriſimile. ¶Geminabit niſi caues. } Hoc comminantis eſt, non iubentis ferire, ſed quia longè ſtat Parmeno, geminã putauit dictum. Et geminabit: ſubaudiẽdum eſt plagam. ¶Geminabit niſi caues. } Non ſingularem pugnum & vnum dabit, ſed geminabit: quaſi dicat, geminato duplicatóq; numero inferet. ¶Hei miſero mihi. } Leno pulſatur. ¶Non innueram. } Conuenienter poëta auidiorem Parmenonem malefaciendi inducit, cũ ſuprà dominum inuitum oſtenderet cogi ad inferendam iniuriam. ¶In iſtam partem potius peccato tamẽ. } Vt verberes nõ iuſſus potius, quàm iuſſus non verberes. ¶Nunc iam. } Duę partes ſunt. Et bene iam, quia ſerò, & poſt plagas. Et vtrum hoc lenoni, vt abeat: an puellę vt introeat, dicitur? ſed facetius eſt ſi lenoni intelligas dici: quaſi hoc factum ſit quod voluerit: & quaſi venerit vt vapulet. Et Iam etiam tarditatis incuſatio eſt. vt Virgilius. Iam melior iam diua precor. ¶Regnum ne Aeſchine. } Inuidioſa moraliter exclamatio, & ardentior ad plagas. ¶Regnúmne Aeſchine hîc tu poſſides? } Bene hîc, id eſt Athenis, vbi grauius crimẽ eſt dominari velle. Nam tyranni ibi ſemper oppreſſi ſunt, & maximè proximi. ¶Si poſſiderem. } ἠθικὴ εἰρωνεία contemnentis in inuidiam. ¶Ornatus eſſes ex tuis virtutib⁹. } Citò oſtẽdit quãtum à ſe longè ſit regnum: qui dixerit ornari potuiſſe lenonẽ. Ex virtutibus tuis. } Sic veteres per εἰρωνείαν virtutes pro flagitiis dicebant. Lucilius, Animo ac virtutibus. ¶Quid tibi rei mecum*

** odioſe. Geminare. Iam. Iam. *nihili. * innuerim. Ornari ex ſuis virtutibus. Virtutes, pro flagitiis. *miſero mihi.*

I nunc iam. S. quid hoc rei eſt? regnúmne Aeſchine hic tu poſſides?

Ae. Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus.

S. Quid tibi rei mecum eſt? Ae. nihil. S. quid? noſtíne qui ſim? Ae. non deſidero.

S. Tetigine tui quidquam? Ae. ſi attigiſſes, ferres infortunium.

S. Quî tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?

Reſponde. Ae. ante ædeis non feciſſe erit melius * hîc conuitium.

Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripiere, atque ibi

Vſque ad necem operiere loris. S. loris liber? Ae. ſic erit.

S. O hominem impurum, hìccine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus?

Ae. Si ſatis iam bacchatus es leno, audi ſi vis nunc iam.

S. Egóne bacchatus ſum in te; an tu in me? Ae. omitte iſta, atque ad rem redi.

S. Quam rem? quò redeam? Ae. iámne me vis dicere, quod ad te attinet?

S. Cupio, modò æqui aliquid. Ae. vah, leno iniqua me non volt loqui.

S. Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium,

Periurus, peſtis, tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria.

Ae. Nam hercle etiam id reſtat. S. illuc quæſo redi quò cœpiſti Aeſchine.

Ae. Minis viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vertat malè:

Argenti tantum tibi dabitur. S. quid, ſi ego tibi illam nolo vendere?

Coges me? Ae. minimè. S. namque id metui. Ae. neque vendundam cenſeo,

Quæ libera eſt. nam ego illam liberali aſſero cauſa manu.

Nunc vide vtrum vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam.

Delibera hoc, dum ego redeo leno. S. prò ſupreme Iuppiter,

eſt? } Hoc quia verberatus eſt, dicit. vt ſit, Quid tibi debeo? non quia nihil ſibi debeatur. ¶ Nihil. } Facetè: quia ipſe abſtulit, & nihil vult à ſe repeti. ¶ Quid? noſtíne qui ſiem? } Proprie: ſic enim dicit qui nihil quicquam debet, Non me nouit: nō quòd ignoretur, ſed quòd in iure non cernatur. ¶ Si attigiſſes. } Plus dixit, attigiſſes quàm tetigiſſes. eſt enī multo minus attingere quàm tāgere. ¶ Quî tibi magis licet. } Hîc nō tam ratiocinatio eſt, quàm exclamatio p dolorē. ¶ Meam habere, pro qua ego argentum dedi. } Meam ſuffecerat: ſed magna moralitate additum, pro qua argentū dedi, ad vociferationem. ſimul eſſe oſtendit leno quod repetat. ¶ Quî tibi magis. } Si mihi, inquit, nō licet attingere tuam: cur tibi licet meam, non tangere, ſed habere? Et habere, vtrum domi in conſuetudine: an corrumpere, id eſt ſtuprare intelligimus? ¶ Ante ædes non feciſſe erit melius hîc conuitium. } Nō erat quod ad hæc iuſtè reſponderet. & ideo ſic reſpondet, vt conuitium dicat quod verum eſt. ¶ Loris liber? } Lora apud veteres laura dicebantur, à lauro triumphorum: *ſub qua mos erat captiuos vinciri, ducíque per pompam. ideo autem vt conditionis reminiſcantur, loris cæduntur mancipia. Nam mancipia dicuntur, quòd manu capta ſunt: Serui, qui ſeruati ſunt, cùm eos occidi oporteret iure belli. Vnde Virgilius ſic inducit captiuum rogantem, Per patrios manes, per ſpes ſurgentes Iuli, Te precor hanc animam ſerues natóque patríque. ¶ Hiccine libertatē. } Scilicet Athenis. ¶ O hominem impurum. } Sic veteres impurū generaliter pro improbo ponebant: vt in eadem hac fabula, Perſuaſit ille impurus, ſat ſcio. ¶ Aequam omnibus? } Quaſi diceret,

Non me nouit.

Attingere. Tangere.

*hoc

Habere.

*Vide an detrahenda ſit præpoſitio ſub, vt intelligas captiuorum manus laureis virgultis fuiſſe vinctas.

Mancipia. Serui.

Impurus.

vbi non eſt, quando Aeſchinus loquitur. Et bene omnibus: vt ne lenones quidem videantur excepti. ¶ Omitte iſta, atq; ad rē redi. } Superbè adoleſcens maleficiū non putat lenonis eſſe purgandū. Ad rem autem, ad negotiū de quo agitur, dicit. ¶ Quam rem? } Quam abduxiſti. Res enim pecunia ītelligitur: vel id pro quo pecunia dāda eſt. ¶ Quò redeā? } Ad quā euertiſti domū: quia, Fores effregit, atq; in ædes irruit alienas. ¶ Quod ad te attinet? } Quod tibi prodeſt, & cōmodum eſt. ¶ Cupio. } Ille, vis, dixit: hic, cupio. ¶ Modò æqui aliquid. } Subaudiatur, dicas. ¶ Vah, leno iniqua me non vult loqui. } Nomen ſacrilegum, & iniuſtum Leno, iniquitatē agit, iuſtitiæ patrocinatur. hoc totum εἰρωνικῶς pronuntiandum eſt. ¶ Leno ſum. } Figura συγχώρησις. ¶ Orta eſt iniuria. } Orta, cœpta. ¶ Illuc quæſo redi quò cœpiſti. } Figuratè. rectum enim erat, vnde cœpiſti. niſi fortè Quo pronomen eſt modò accipiēdum: vt ſit, à quo. Et bene memor eſt dixiſſe Aeſchinū, Omitte iſta, atque ad rem redi. ¶ Quæ res tibi vertat malè. } Adiicit contumeliam, quaſi & hoc multum ſit inimicum. Vertumnus dicitur deus qui rebus ad opinata reuertētibus præeſt. ſæpe autem malè cedit, quod bonū putatur: & hoc eſt malè vertiſſe. vt ille gladius qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereuntí. de quo Virgil.—enſémq; recluſit Dardaniū, nō hos quæſitū munus in vſus. ¶ Quid, ſi ego tibi il. ven. no. } Hæc maioris ſunt ſtomachi: et ideo ſtultiora. nā quod iā amiſit, vēditurū ſe negat, Et, Quid ſi nolo, nouè dictū eſt, & τῷ ἰδιωτισμῷ. ¶ Quid ſi nolo vēdere? coges me? } Poteſt autē dici, Qui ſi nolo coges me? ¶ Minimè. } εἰρωνεία. ¶ Nāq; id me. } εἰρωνεία cōtumax & ridicula in eo, ꝙ iā

amiſit

Res.

Ad te attinet.

Synchereſis.

Orta.

Quo cœpiſti.

Vertūnus.

Minimè miror, qui inſanire occipiunt ex iniuria:
Domo me eripuit, verberauit, me inuito abduxit meam.
Ob maleſacta hæc* tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.
Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Verùm enim quãdo bene promeruit, fiat, ſuũ ius poſtulat.
Age iam cupio, ſi modò argẽtum reddat. ſed ego hoc ariolor:
Vbi me dixero dare tanti, teſteis faciet ilicò
Vendidiſſe me. de argẽto ſomnium: mox cras redi.
Id quoque poſſum* facere, ſi modò reddat, quanquam iniurium eſt.
Verùm cogito id, quod res eſt, quando eum quæſtum occeperis,
Accipiunda, & muſsitãda iniuria adoleſcentium eſt.
Sed nemo dabit: fruſtra egomet mecum has rationes deputo.

*totidem
*ferre

quòd iã amiſit id de quo dixit ſe cogi non poſſe. ¶Nam ego illum lib. aſſe. cau. ma.} Ordo eſt, Ego liberali cauſa manu aſſero. Et ſunt iuris verba: à quibus etiã Aſſertores dicũtur vindices alienæ libertatis. Nam & cauſa ipſa, liberalis dicitur, quæ actionẽ in ſe continet libertatis. ¶Prò ſupreme Iuppiter.} Hæc locutio ad hoc inducta eſt, vt ex verbis lenonis appareat quàm facilè mitis fieri poſsit. & quiduis libẽter accipere. ¶Prò ſu. Iu.} Supremũ nunc dicit ſummũ, ab eo quod eſt ſuperiũ, & ſuperius. Virgil. —rex ipſe Iouis de gẽte ſuprema, Troius Aeneas tua nos ad limina miſit. Et nõ abhorret à perſona & plebeij, & lenonis. & vim paſsi, Iouem ipſum conuitio perſequi, vt quotidie videmus ab hominibus eius loci & ordinis fieri. ¶Minimè miror, qui in. occi. ex in.} Sẽſus hic eſt, Inſanos fieri per iniuriam pleroſq; mirabar, ſed iã non miror, poſtquam ego ipſe per iniuriã quam ſum paſsus, inſanire cõpellor: adeò vt exclamen Prò Iupiter. Et ſimul aduerte vigilantem poëtam, vt vbicunq; in comœdia vocem tragicam extulerit, ſtatim perſonam inſanam dicere faciat: ſic & ſuprà, Prò Iupiter, tu homo nũc adiges me ad inſaniam. ¶Me in. abd. meam.} Honeſtiori perſonæ hæc querela ſufficeret, abduxit meã. Sed leno bene addidit, me inuito. nam abducuntur meretrices abſque volũtate lenonum. Et decora locutio eſt per ἔκλειψιν, me inuito abduxit. non enim addidit, puellam, aut quid tale. ¶Tantidem emptam po.} Tantidem emptam legitur, & totidem emptam. ¶Homini miſe.} Secundum illud Menandri * ¶Homini miſe. plus quin. cola. in.} Contumelioſa cædes, colaphus, & digna lenone. ¶Infregit.} Vt illudens hoc feciſſe Aeſchinus videatur, cum ſonitu ſe colaphizatum ſignificat. Infregit autem, illiſit, inflixit. vt ſit ſenſus, Inflixit homini miſero plus quàm quingentos colaphos. Et flebiliter pronuntiãdum eſt. hoc enim exprimitur, vt tamen incuſet in alieno facto fortunam ſuam. Et vide quantum hoc diſtet ab illo quod ſuprà dicebat, Ipſum iſtuc volo experiri. hoc, quia ſolus eſt: illud, quia cum aduerſario. ¶Bene promeruit.} Bene, multum. Promeruit, adiuuit, profuit: cui contrarium eſt cõmeruit. Nam mereri & promereri, eſt præſtare beneficium. Virgilius, Quique ſui memores alios fecere merendo. Et—nunquam regina negabo Promeritam. ¶Vbi me dixero tanti dare.} Rectè dixit. vbi enim pactio interceſſerit pretiũ, iam ereptionis actio ſublata erit, & pretium debebitur. ¶Mox cras redi.} Tranſit ad μιμητικόν. ¶Id quoque pati poſſum.} Id, Mox cras redi, id eſt moram. ¶Quanquam iniurium.} Vendere quod nolis. Eſt ſcilicet. ¶Id quod res eſt.} Pro, id quod verum eſt: bona locutio. ¶Quando eum quæſtum occeperis.} Vt in Andria, Deinde queſtum occipit. ¶Muſsitanda.} Patienda, conſideranda cum ſilentio, & vt in amatore putanda, atq; per hoc perferenda. Muſsitare enim propriè eſt diſsimulandi cauſa tacere, dictũ vel à muto, vel ab M: quæ litera eſt nimiũ preſſæ vocis ac penè nullius: adeò vt ſola omnium cùm inter vocales inciderit, atteratur, atque ſubſidat. Hinc Virgilius, Muſſat rex ipſe Latin⁹. ¶Fruſtra egomet mecum.} Præparationis genus, ad accipiendas viginti minas totius ſummæ deſperatio.

Aſſerere manu. Aſſertores. Liberalis cauſa. Supremus. Tantidem. Totidem. Infregit colaphum. Bene. Promereri. Mereri. Commereri. Id quod res eſt. Muſsitare. M.

ADRIA. BARL.

Ferte miſero atque innocenti auxilium.} Bene addidit miſero. quamuis enim leno indignior videri poſsit, & inhoneſtior, quàm cui ferendum ſit auxilium, tamẽ honeſtum eſt miſeris ſuccurrere. ¶Subuenite inopi.} Hunc locum Nonius citans, inops, inquit, dicitur ſine ope & auxilio, Seruius ait, inopem ſignificare auxilij egentem. ¶Quid reſpectas.} Quidam hoc ita accipiunt, vt dicatur Cithariſtriæ herum timenti. ¶Hic te tanget.} Nonius, tanget pro cõtinget accipit. ¶Eſto iſtam inuitis omnibus.} Eclipſis luctanti conueniens, orationem enim abſoluere nõ ſolent qui luctantur. ¶Huius non faciã.} Eraſmus in primo de copia, Ne huius quidem facio dicticos, oſtenſo pilo, aut flocco, aut ſtipula, aut ſummo digito. Athenæus libro duodecimo prodidit Sardanapali ſtatuam ipſius ſepulchro impoſitam hoc geſtu digitorum, vt ſignificaret res humanas omnes prorſus eſſe contemnendas, & ne digituli quidem crepitu dignas. Ex Chiliad. eſt. ¶Indignis cùm egomet ſim acceptus modis.} Quidam hunc Terentij locum ſic explicant. Egomet qui ſum dominus puellæ indignè tractor ¶Fores aperi.} De Mitionis domo quidam intelligunt. ¶Hoc nihil facis.} Nihil pro non accepit, & quod ſequitur. At enim non ſinam ſic dixit vt enim etiam affirmet, quemadmodum & in Andria. Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ. ¶Cæterum hoc nihil facis.} Id eſt fruſtra laboras, inanem operam ſumis. ¶Propter hunc aſsiſte.} Propter pro iuxta poſuit, teſte Donato & Nonio. ¶Hem, ſic volo.} Legimus vt ab Aeſchino dicatur hoc ſenſu. Volo hoc vt loco conſiſtas, neque abeas longius. ¶Quoquam demoueas tuos.} Eraſmus primo de copia. Quiſquam & vllus inter ſe conueniunt, ſiquidem præterquàm quòd habent pluſculum vehementiæ quàm ſuperiora, Illud quoque peculiare obtinent, quòd gaudent vel negatione, vel ſigno, ſi vel ne, prohibentis, vel interrogatione. ¶Iſtuc ergo volo ipſum experiri.} Parmeno dicit vt ſit. Paratos habeo pugnos here mi;

Inops. Tango. Sardanapali ſtatua. Enim affirmat. Quiſquam Vllus.

vt faciã quod iubes.¶Hem ſerua.} Subaudi puellam. Aeſchini eſt, Omitte mulierem. Eſt & hoc Parmenonis, & cum dicto verberat lenonem. ¶Regnúmne Aeſchine tu hîc poſſides?}Bene dicit, hîc, id eſt, Athenis, vbi grauius crimen eſt regnare ac dominari velle, nam tyrannos ea ſemper oppreſſit ciuitas. Budæus in annot. dicit Athenienſium rempub. democratiam fuiſſe, id eſt, populari imperio adminiſtrari ſolere non regio.

*Ornari ex ſuis virtutibus.*

¶Ornatus eſſes ex tuis virtutibus.} Ironia prouerbialis eſt, hoc ſenſu. Haberes digna tuis factis pręmia. Nam olim reges honorem habebant his qui facinus aliquod præclarum edidiſſent. ¶Si moleſtus pergis eſſe, iam intrò arripiere.}Propoſitioni lenonis quia reſpondere adoleſcens non poteſt, cædem minatur. Leno enim dixerat, Quid tibi magis liceat meam habere pro qua argentum dedi? contrà adoleſcens iuſto incluſus lenonis argumento, calumnioſa ac multum diuerſa reſpondit. Ante ædeis non feciſſe erit melius hîc conuitium. ¶Non feciſſe erit melius hîc conuitium.} Adrianus Cardinalis inter elegantes dicendi modos, qui à verbo faciendi deducuntur, numerans & hunc facere conuitium, citat Terentij locum, & paulo pòſt ita ſcribit. Vlpianus de iniuriis & famoſis libellis lege iniuriarũ. Feciſſe conuitium non tamen is videtur, qui vociferatus eſt. verùm is quoque qui concitauit ad vociferationem. & paulo ſuprà.

*Facere conuitium.*

*Conuitium.*

Conuitium autem dicitur vel à concitatione, vel à conuentu, hoc eſt, à collatione vocum. ¶Hiccine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus?}Eleganter hæc Terẽtius vertit. Gręci vocant Iſonomiam, vbi ſecundum eãdem legem viuitur. Sic Cice. II. offic. Ex quo leges, moréſque conſtituti, boni iuris æqua deſcriptio.

*Iſonomia.*

¶Si ſatis debacchatus es.}Debacchari propriè eſt præ ebrietate valde furere. per tranſlationem verò dicitur, vbi quis ira percitus furit.

*Debacchari.*

¶Leno iniqua me nõ vult loqui.}Lenonum etiam integerrimus iniuſtus eſt. hoc igitur mirũ, quod leno Aeſchinum iniqua loqui nõ velit. ¶Leno.} Leno lena facit genere fœminino, ſicut leo leæna. dicitur autẽ leno qui quæſtum ex proſtitutis mulieribus facit: & conciliator eſt, aut nuntius alienæ impudicitiæ.

*Leno.*

¶Nam hercle etiam id reſtat.} Aeſchinus videtur, vt quidam exponunt, alia quædam narraturus fuiſſe, cuius narrationis haud ſcio an ſit initium hoc. Nam hercle etiã id reſtat, vt ſit, id etiam reſtat, antequam agamus quod cœpimus.

*Aſſerere manu.*

*Liberalis cauſa.*

¶Ego liberali illam aſſero cauſa manu.}Aſſero ſignificat interdum apprehendo. ordo eſt, Ego aſſero hãc manu, cauſa liberali, hoc eſt, apprehendo hanc manu hanc mecũ duco libertatis cauſa, eo quòd libera ſit. Codicis Theodoſiani libro quarto tit. octauo, ita ſcriptum inueni. Si quis in libertate poſitũ ad ſeruitium conetur adiicere, ex ordinatione iudicis per populos & publicum talis ducatur vt defenſorem ſui ſtatus inueniat, & inuentum aſſertorem per chartam petat à iudice, ne ſilentio ingenuitas ſupprimatur. ¶Supreme Iuppiter.}Supreme, hoc eſt, alte, & ſumme Iuppiter, iraſcentis exclamatio eſt. ¶Eripuit. verberauit.} Incrementum eſt. ¶Tantidem emptam.} Priſc. dicit coniunctiones, & prępoſitiones, & aduerbia, vim nominum vel pronominum ante ſe poſitorum in compoſitione non mutare, vt vterque, quiſq;, quicumque, tantundem, cuius genitiuus. ſolus ex obliquis in vſu inuenitur, tantidẽ.

*Tantidem.*

¶Plus quingentos colaphos.}Colaphus, & colaphizo verbũ, græcæ ſunt dictiones, inde vocatæ, quòd ab ea parte quæ percuſſa eſt, debile & affectum reliquum reddatur. Vel vt Apion ait ἀπὸ τοῦ κόλαψαι, id eſt à cudẽdo vel inſculpendo, quòd digiti, vel pugni, veluti cudantur, & inſculpantur in ea corporis parte quę percutitur, cùm ſit proprie colaphus percuſſio à digitis manu extenſa illata in faciem, vel in aliam corporis partem alicuius.

*Colaphus.*

*Colaphizo.*

¶Suum ius poſtulat.}Budęus in annot. Dicebant etiam (de veteribus loquitur) ius poſtulare eum, qui requeſtam rationabilem facere nunc dicitur.

*Ius poſtulat.*

¶Tantidem emptam.} Omne verborum genus ablatiuum ſibi aſciſcere poteſt eius rei quæ pretij rationem obtinet, ſed ita, ſi appellatiuum ſit: vt, Vendidit hic auro patriam. Pauci appellatiuorum genitiui ſunt qui poſt nõ multa verba, pretij rationem habẽt. Flocci, nauci, nihili, lucri, pili, aſſis cum verbo facio. vt floccifaccio, lucrifacio. Ceterùm ex adiectiuis octo vel nouem maximè notauit Laurentius, quæ ſi ſecum appellatiuum adhibitum non habent, in genitiuo poni ſemper ſoleat, Sunt autem ſimplicia IIII. Tanti, quanti, pluris, minoris. Compoſita, V. Quantiuis, quantilibet, quanticunq;, Tantiuis, & tantidem, ſi modò poſtremum hoc adiectiuum eſt. De tanti hoc quoque adnotatu dignum, quòd aliquando non tam planè ad pretium referri videtur, quàm aliquid quod magni ponderis ſit, & æſtimationis: vt, Vix Priamus tanti totáque Troia fuit.

*Pretij verba.*

*Tanti.*

¶Sed ego hoc ariolor.} Ariolari prouerbio dicebatur qui nihil adferret certi, nihílque præſentis emolumẽti, verum in diem modò pollicitaretur. Sumptum ab iis, qui prædicunt euentura, futurorũ autem nulla certa cognitio, quemadmodũ eleganter dixit Pindarus, cæcam eſſe rerum futurarũ ſcientiã, mortalibus autem, multa præter ſpem euenire.

*Ariolari, ſiue Hariolari.*

¶De argento ſomnium.}Rem futilem, inanem, & nihili, ſomnium prouerbio dicimus. Sic alio loco Terent. ille futilis, ſomnium.

*Somnium.*

¶Muſſitanda iniuria.} Apud Latinos mutire, ac muſſitare, eſt tacitè ferre, & quaſi vocem abſorbere, Muſſitanda eſt igitur iniuria, id eſt diſſimulandi gratia tacenda. Deductũ putatur verbũ à my quaſi myxin, propterea quòd muti non amplius ſonare queant. Alludit ad prouerbium, Ne my quidem facere audet.

*Muſſitare*

LATOMVS

Argumentum, Deſcribitur certamen Aeſchini cum lenone, quo per vim eripit virginẽ. ¶Obſecro populares.}Ciues. ¶Otioſe.}Secure, alloquitur ſeruũ. ¶Ego iſtam.}Eclipſis luctãtis. ſubaudi retinebo. ¶Tu quod te.}Præmonitione deterret ab iniuria. ¶Huius non fa.} Dicticos oſtenſo pilo vel ſummo digito. ¶Nollem factũ.}Proſopopœia purgãtis. ¶Propter aſſiſte.}Iuxta. ¶In mala.}In ore lenonis. ¶Serua.}Obſerua.

*Mala, Seruare.*

¶I nũc iam.}Iubet abire Parmenonem & virginem abducere. ¶Tuis virtutibus.}Ironia prouerbialis. ¶Quî tibi.}Exclamatio per dolorem. ¶Hoc conuitium.} Conuitium appellat vociferationem lenonis, quia aliud quod iuſtè reſpondeat nõ habet.

*Conuitium*

¶Loris liber?}Subaudi, operietur, hoc eſt, cędetur, quia nefas & contumelioſum erat liberos cædere. ¶Vah, leno iniqua.}Irriſio. ¶Minis viginti.}Id eſt, noſtratis pecuniæ ducẽtis coronatis. ¶Nam ego illam.} Verba iuris in adſerenda hominis libertate. ordo eſt, ego illã adſero manu, cauſa liberali. ¶Domo.}Enumeratio cum incremento. ¶Infregit.}Pulchrè dictum pro impegit. ¶Promeruit.} Ironicos. ¶Ariolor.} Prouerbialiter de eo quod incertum eſt. ¶Mox cras redi.}Verba incraſtinãtis debitoris, per proſopopœiam.

PETRVS MARS.

Obſecro popu. &c.} Proterui adoleſcẽtis fidentia & impetus, hac ſcena exprimitur, qui vt libidinem animi ſui expleat, alterius miſeriæ, inopiæ ac innocentiæ nullã habet rationem: & leges ciuiles tranſgreditur: quod malæ inſtitutionis ſignum eſt, & damnatur in primis, quoniam violatis legibus, violatur libertas, quæ in legibus continetur, quas non ſolum tenere debet iuuenis bene inſtitutus, ſed ne cogitare quidem.

quidē, an rectè ſint poſita. Plato lib. I. de legibus, ſic ait: Vna certè lex erit præclariſſima, quæ iubeat, ne quis iuuenum quærere audeat, rectè, an contrà ſe leges habeant, ſed vno omnium ore, vnáque voce rectè tanquam à Diis poſitas cōcedi præcipiat, nec vllo modo aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari. Et non ſolùm damnandus eſt, qui iniuriam irrogat, ſed etiā qui non propulſat, ſi poteſt, iniuriam. Ideo Plato in quinto de Republica, ſic ait: Honorandus certè eſt, qui nihil iniuriatur: qui verò nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis honorandus eſt. Xenophon libro primo inſtitutionū Cyri, ſic ait: Nihil eſt iuſtius, quàm propulſare iniuriā: aut pulchrius, quàm amicis ſuccurrere. Seneca loquens de iuſtitia, ſic ait: Iuſtus vt ſis, non ſolùm non nocebis, ſed etiam nocentes prohibebis: nam nihil nocere non eſt iuſtitia, ſed abſtinentia alieni. Cicero in libro primo de Officiis, qui autem non defendit, nec obſiſtit ſi poteſt iniuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſerat. ¶ Illam liberali aſſero, &c. } Aſſero, id eſt vindico, & defendo eius libertatem ea actione, quæ libertatem continet. Eſt autem actio ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur: & hæc actio aut eſt in rem, aut in perſonam. Manumiſſio, eſt datio libertatis. Nam quandiu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſubiicitur: & manumiſſus liberatus eſt à poteſtate, quæ res à iure gentium ſumpſit exordium.

*Iniuriæ propulſatio.* *Aſſero.*

*RIVII caſtigatio.*

Hic propter hunc aſſiſte. SAN. hem ſic volo. } Hæc poſtrema non Sannionis, ſed Aeſchini verba eſſe, ſenſus ipſe docet. Idem ex interprete colligitur, qui ad hunc modum: Hem ſic volo. Mirè, inquit, Comicus ex alterius verbis, quid faciat alter oſtendit. ¶ Geminabit niſi caues. SA. hei miſero mihi. } Manuſcripti codices habent, Hei miſeriam: conſentientibus Veneto, Lugdunenſi, aliis pleriſque. nec aliter Donatus. ¶ Ante ædeis non feciſſe erit melius hic conuitiū. } In Haſſenſteniano erat hoc conuitiū: adſtipulātibus Lugdunenſi, Argentoratenſi, aliis quibuſdam. Mihi ſanè hæc poſterior lectio verior eſſe videtur. Conuitium autem dicit vociferationem lenonis. vnde interpres hoc loco: Non erat, inquit, quod ad hæc iuſtè reſponderet, & ideo ſic reſpondet, vt conuitium dicat quod verum eſt. ¶ Egón' debacchatus ſum &c. } Budæus ſic alicubi citat: Egóne autem debacchatus ſum in te? Nam vbi docet δὲ ſeruire præcipuè repetitis interrogationibus cum indignatione, vt apud Latinos interdum, autem: velut ibi: tuam autem furcifer? ſubdit inter alia hoc ex Adelphis exemplum, quo id comprobet. Neq; verò dubium quin ſic aliquo in vetuſto codice repererit, & eſt oppidò quàm vetuſtum: ſed ratio carminis repugnare videtur. Quanquam eodem modo habet exemplar Haſſenſtenianum, & ex impreſſis Venetū & Argentoratenſe. Hæc adnotare viſum eſt, quò aliis, quibus otii plus eſt, diligentius inquirendi anſam præberem. ¶ Omitte iſta. } Nos: mitte, ex Donato & libris emendatioribus, velut Haſſenſteniano. ¶ Argēti tantum tibi dabitur, } Nos omittendum putamus pronomen tibi, quod nec habent vetuſti codices, nec verſus magnopere requirit.

GLAREANVS.

Ingēs hoc loco difficultas in huius ſcenæ initio eſt, quam leuiter ſanè tranſiliunt quos antea etiam nominaui. Eraſmus tres primos iābicos tetrametros catalecticos indicauit. Cui tantiſper ſubſcribam, donec meliora inueniam. Nam valde ſuſpicor hāc ſcenam initio trimetris trochaicis ſcriptā, vt eſt ſcena prima, Actus quarti in Andria. Verùm deſunt nobis aliquot verba, quæ temerè atque abſque alicuius exemplaris fide imponere non audemus, multo minus tollere, quæ ſunt recepta. Itaque ad Eraſmi cenſuram primus verſus dactylum habet loco primo, ſecundus anapæſtū, & u eliditur in Subuenite. Quanquam poterat & creticus eſſe loco primo. Cæterùm huius carminis poſterior pars etiam in Eraſmi codice claudicat. Eſt autem ſic legendus verſus ex antiquo codice. Subuenite inopi. AE. otioſè iam ilico hîc conſiſte nunc. Quid. vt nunc poſt verbum Conſiſte ponatur, & quid finiat, deinde alter verſus à verbo Reſpectas incipiat. Quartus eſt dimeter iambicus. Quintus iambicus tetramet. acatalec. Sextum Eraſmus trochaicum tetramet. acatalecticum indicat, quales omnino treis toto Terentio ſcio, vt ſuperiore fabula diximus Actus quarti ſcenā prima, ſed qui habeant trochæos loco ſeptimo, cùm hîc ſit ſpondeus aut bacchius potius. Multum terſit nos hic locus. Atqui omnino audendum erat, & modus veriſimilior inquirendus, quo animus Lectoris acquieſceret. Puto igitur tres eſſe trimetros trochaicos catalecticos, & Dicas verbum diuidendum, quod apud Horatiū frequenter fit, apud hunc poëtam etiā ſcenæ carmina ſecant. Quare ita omnino duos hoſce verſus hoc ordine in treis diuido, ¶ Aeſchine audi, ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum, Leno ego ſum. AE. ſcio. SA. at ita vt vſquam fuit fide quiſquam optima. } vbi fuiſſe diſyllabum eſt, & Meorum triſylla. Sequentes deinde duo verſus & ipſi malè diuiſi trochaici ſunt tetrametri catalectici atque ita legendi, ¶ Tu quod te poſterius purges, hanc iniuriam mihi Nolle factam, huius non faciam, crede hoc, ego meum ius perſequar. } vt nolle in poſteriore ſit verſu, & eſſe omittatur, quemadmodū & verſu deinde tertio omittitur, poſt Nollem factum. Et huius monoſylla. Quidam codices poſt verbum crede habent pronomen Hoc, tum Meum monoſyllabum fuerit: quidā non habent, & tum meum diſyllabum fuerit. Eiuſdem item generis eſt verſus ſequens. Tertius autem & ipſe malè legitur meo quidem iudicio. Eraſmus acatalecticum indicauit, vt, ſextum huius ſcenæ, & anapæſtum penultimo loco, quòd inauditum eſt. Ego ita eum legam, Noui ego veſtra hæc, nollem factum, dabitur iurandum eſſe te. vt ſit trochaicus, vt cæteri, tetram. catalect. Iurandum autem pro iuſiurandum vſurpari Donatus author eſt in Andriam. quidam & apud Plautum eſſe contendunt, quod equidem neſcio. Lector ſequatur, quod placuerit. cum nemine ea de re pugnauero. Sequens verſus In primam ſyllabam à ſuperiore elidit, atq; ita fit trochaicus tetram. catalec. vt cæteri. Rurſus ſequens verſus erit iambicus tetram. acatale. cum cretico loco ſexto, ſi abi poſteriore ſyllaba productè legatur. Sin correptè, vt frequenter apud hunc poëtam, erit trochaicus tetramet. catale. ſed cum amphibrachy loco ſexto. Niſi quis Cætrum pro Cæterùm legat. In proximo deinde eadem eſt difficultas. Nam imperatiuus i, ſi productè legatur, vt primo loco ſit ſpondeus, erit trochaicus tetra. catalect. Sin correptè, vt primo loco ſit iambus, erit iambicus tetrame. catalect. Sed vel poſt iam addetur Tu, quod vetuſtus habet codex, vel iam diſyllabum eſt, vt alibi apud hūc poëtam, atq; adeò in hac ſcena paulo poſt. Eraſmus certè iambicum iudicauit. Ego malim trochaicum vt præcedentes, quemadmodum & proximè ſequens eſt abſq; dubio trochaicus. Tertius autē eandem habet difficultatē propter verbum Caue initio poſitum,

*quod productè iambicũ faciet verſum, correptum trochaicũ, Meis autem monoſyllabũ in vtroq; genere fuerit.* ¶*Ne mora ſit ſi innuero quin pugnus continuò in mala hæreat.*} *Hactenus ſtrenuè luctati ſumus cum monſtroſo propemodum hoc carminum genere. Qui nunc ſequuntur verſus, exceptis decem ad finem ſcenæ, omnes ſunt iambici tetra. acatalect. & in hoc primo innuerim habebat Aldi codex, ſed vetuſtus innuero, atq; ita haud dubiè legendũ. In tertio deinde verſu idem Aldi codex pro Hei miſeriam, habebat Hei miſero mihi. at priorem lectionem probat vetus codex & carminis ratio. porrò Eraſmus trochaicum exiſtimauit, fortaſſis eliſo s, in Facinus. At ego iambicum malim, vt cæteros. Quartus haud dubiè iambicus eſt, quẽ Eraſmus trochaicũ facit, ſed eſſet hypercatalecticus. quod illũ non animaduertiſſe, haud admodũ miror, cùm ita præcipitaret editionem. Si verum trochaicum tetra. catal. vellet, neceſſe erat omittere verbũ aliquod, vt partẽ. Sed ſi iambicus fuerit, ita legetur,*

*Non innueram, verum iſtam in partẽ potius peccato tamẽ.*

*In quinto iam diſſyllabũ eſt, vt ſit loco primo ſpõdeus, deinde duo iambi, & Rei monoſyllab. totum eliditur, niſi amphybrachyn loco quarto conſtituamus. Eſt & Rei monoſyllabũ in ſeptimo verſu, niſi bacchiũ loco ſecundo ponamus, & Noſtin' per apoſtrophon legendum. In octauo verſu anapæſtus eſt loco primo, & Tui monoſyllabũ. In nono, magis iambus eſt. In decimo, Melius hoc, pro anapæſto eſt. In decimoquarto, Bacchatus legit Frobenij codex. Nam primo verſu Leno idem verbi ita triſyllabicõs repetit. quod ſi verè legitur, erit aduerbium Iam bis hoc in verſu diſſyllabũ. Alij debacchatus legunt. At in decimoquinto De, locũ non habet. In decimonono tibi ante tamen ponendum. In viceſimoſecundo tibi bis ſuperfluit & carmini & ſenſui. In viceſimoquinto eſt dactylus primo loco. In viceſimoſexto, proceleuſmaticus loco tertio. In viceſimoſeptimo iambus eſt loco tertio, & qui corripitur, non eliditur, vt ſit iambicus, vt cæteri.* ¶*Ob malefacta hæc tantidem emptã poſtulat ſibi tradier.*} *Hi deinde decẽ verſus ſunt trochaici tetra. catale. In quorũ tertio Eraſmus exiſtimat, m, elidendum in enim. quod ſanè durum videtur. ego ſuſpicor Suum ſubreptitium eſſe. nihil tamen aſſeuero. Si tamen creticus primo, bacchius ſexto loco ponantur, etiam ſuum legi poteſt. In quarto niſi ſi modo primam corripiat, vt ſiquidem, neceſſe eſt d, elidi in ſed, & hoc pronomen corripi, vt fieret tribrachys loco ſeptimo. eſt enim prima de Ariolor correpta, vt puto.* ¶*In antepenultimo* Ariolor. *eum monoſyllabũ eſt, niſi creticum loco quinto ponamus.*

IOANNES THEODORICVS.

*Noui veſtra hæc, Nollem factum: iuſiurandum dabitur, te eſſe*

*Indignum iniuria hac.*} *Expreſſit poëta ſolennem ſatisfactionis morem. Iurabant enim de illata iniuria ſatisfactu.* Satisfactio de iniuria illata. *ri, ſe agnoſcere, quòd indigno eam iniuriam intuliſſent. quæ res læſum vindicabat ab infamia. Simile eſt apud Plautũ in Amphitryone Act. III. ſce. I. vbi Alcmena ſtupri arguta à marito, ac iam diuortium parans, non placatur niſi iſtiuſmodi ſatisfactione. Eius hæc ſunt verba.*

*Durare nequo in ædibus. ita me probri,*
*Stupri dedecoris á viro argutam meo?*
*Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat:*
*Quæ neq; ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit:*
*Atque id me ſúſque déque eſſe habituram putat?*
*Non ædepol faciam, neque me perpetiar probri*
*Falsò inſimulatam. quin ego illum aut deſeram,*
*Aut ſatisfaciat mihi: atque adiuret inſuper*
*Nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.*

¶ANTE *ædeis non feciſſe erit melius hîc conuitium.*} *Habent quidem hæc verba ſpeciem ſuadentis, ſed interim graues minas ei denũtiant, qui nolit deſiſtere.* Erit melius *Liuius Decad. I. lib. III. Tum Appius iam propè eſſe ratus, vt ni violentiæ eorũ pari reſiſteretur audacia, victũ imperium eſſet: Nõ erit melius, inquit, niſi de quo cõſulimus, vocẽ miſiſſe. Et ad Valeriũ negantem ſe priuato reticere, lictorẽ accedere iuſſit.*

DONAT. TACE, *egomet conueniam iam ipſum.*} *In hac ſcena actus, eſt exemplũ continens vitæ auarorũ, qui ſæpe in damnũ ipſius auaritiæ rationibus ruunt: ſimul etiam duorũ inter ſe nequã hominum ſpectanda quædã viciſſim, & doloſa captio eſt.* ¶*Tace, egomet cõueniam iam ipſum.*} Tace. *Tace, ſi pro aduerbio eſt, omnibus dicitur. ſi pro verbo ponitur, dicitur Cteſiphoni maximè ſollicito & ſupplicanti omnibus ob metum patris.* Iam. *Iam autem, non tarditatis eſt, ſed properationis ſignificatio.* ¶*Bene dicat ſecũ eſſe actum.*} *Actũ, rectè additum eſt: nam multa etiam cupidè accipimus, ita tamen vt malè nobiſcũ eſſe dicamus actum.* ¶*Quid iſtuc Sannio eſt?*} *Illud ſuprà poſt ſcenam, hoc iam in proſcenio dicitur. Et vide quàm ingenioſè Terentius, qui ſuprà ab Aeſchino lenonis nominẽ facit Sannionem vocari, vtpote ab homine arroganti & feroci ob ætatem & negotium: at hunc blandè circunuenientem honorificentius inducit cum lenone loqui, & Sannionem eum vocare. Sanè qui in ſordidis profeſſionibus agũt vitam, honorificè nomine proprio appellas. ſed qui in ſplendidis artibus ſunt conſtituti: gaudent artis nomine nuncupari, vt Imperator, Orator, Philoſophus. Sic & in Eunucho, Audire vocẽ viſa ſum modò militis, apud ſe loquẽs meretrix. Et poſtquã illum cominus videt, Salue mi Thraſo inquit: non, ſalue miles, quod erat duriſſimũ. Et mox irata perſonat, miles nunc adeò edico tibi.* ¶*Neſcio quid concertaſſe cũ hero?*} *Argutè poſitũ neſcio quid. vult enim ex illo audire, vt nanciſcatur initium quod perſuadendum ſuſcepit.* ¶*Concertaſſe.*} οἰκονομία *honorificè nomen tractat, vt & placidum ſibi reddat, & vt eum*

## ACTVS II. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

SAnnio queritur de iniuria ſibi facta ab Æſchino, & Syri conſiliis eluditur.

vt eũ faciat ad contemnendam pecuniã liberalem. nã honeſtas adimit auaritiam. ¶Concertationem comparatam.} διασύρει, quia ille cõcertaſſe dixit, nõ cæſum eſſe. ¶Comparatam.} Propriè à lidis conſtitutam. Et comparatam ad dictũ Syri refert, qui ait concertationem fuiſſe, pares faciens Aeſchinum & Lenonem. nam Sannio vult ſibi deberi pro eo quod vapulauit: quod abſtulit illi Syrus, dicendo eum non verberatum eſſe, ſed potius concertaſſe. Et propriè dixit cõcertationẽ ipſum actum. nã certamẽ, eſt res ipſa de qua certatur, vter columbã ſagitta feriat: vter prior decurrat ad metas. Vnde Virgilius,

*Cõparare.*

*Certamen.*

Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.

At verò certatio, ipſe actus cõtentióque certantium eſt. ¶Ille verberãdo vſq; ambo defeſſi ſumus.} Incerta eſt diſtinctio, vel verberãdo vſque, vel vſque defeſſi. & eſt Vſq; aduerbiũ, ſignificãs aut diu, aut multum. ¶Tua culpa.} Poteſt & nominatiuus & ſeptimus caſus eſſe. ſi nominatiuus eſt, deeſt Eſt. ſi ſeptimus, deeſt Factum eſt. ¶Adoleſcẽti morem geſtum oportuit.} Ab ætate adiuuatur ſentẽtia. ideo adoleſcenti dixit, non Aeſchino. Et morem gerere, propriè lenonis & meretricis eſt: vnde & ipſe ſic reſpõdet, vt nõ fugiens κακέμφατον dicat, vſque os præbui. ¶Adoleſcenti morẽ geſtum oportuit.} Cum ἐμφάσει Adoleſcenti pronuntiandum eſt, ſcilicet qui facilius aſſentatione caperetur. ¶Quid potui melius.} Subauditur, morem gerere. Et hoc ſubtiliter leno, cùm morem gerendum fuiſſe in meretricis pretio dixerit Syrus, Hodie autem, non tempus ſignificat, ſed iracundã eloquẽtiam ac ſtomachum. Vt Virgilius,

*Certatio.*

*Vſque, aduerbium.*

*Morem gerere.*

*Hodie.*

Nunquam omnes hodie moriemur inulti.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIC duorum inter ſe nequam hominum, ſpectãda quædam viciſsim & doloſa captio cõtinetur. Etiam in hac ſcena exemplum ſpectatur vitæ auarorũ, qui ſæpe in damnũ ipſius cupiditatis, ſuiſmet rationibus ruũt.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena Leno Syri callidis conſiliis ludificatur.

*Iambici partim Tetrametri, partim Senarij.*

SYRVS *ſeruus*, SANNIO.

*TAce, egomet conueniam iam ipſum: cupidè accipiat ſaxo, atque etiam*
*Bene dicat ſecũ eſſe actũ. quid iſtuc Sannio eſt quod te audio*
*Neſcio quid concertaſſe cum hero?* SAN. *Nunquam vidi iniquius*
**Certationen comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit.*
*Ego vapulando, ille verberando vſque, ambò defeſſi ſumus.*
SY. *Tua culpa.* SA. *quid agerem?* SY. *adoleſcenti morem geſtum oportuit.*
SA. **Quid potui melius, qui hodie vſque os præbui?* SY. *age, ſcis quid loquar?*
PECVNIAM IN LOCO NEGLEGERE, *maximum interdum eſt lucrum.* SA. *hui.*
SY. *Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atque*
*Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime,*
*Ne non tibi iſtuc fœneraret,* SA. *ego ſpem pretio non emo.*
SY. *Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines Sannio.*
SA. *Credo iſtuc melius eſſe: verùm ego nũquam adeò aſtutus fui,*
*Quin quicquid poſſem, mallem auferre potius in præſentia.*
SY. *Age, noui tuum animum, quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ,*
*Dum huic obſequare. præterea autẽ te aiunt proficiſci Cyprum.* SA. *hem.*
SY. *Coëmiſſe hinc quæ illuc veheres mul-*

¶Age.} Modò age, corripientis eſt aduerbiũ. ¶Scis quid loquar?} Argutè quia ſimulauerat leno non intellexiſſe quid dixerat ſeruus. ¶Scis quid loquar?} Legitur &, ſcis quî loquar. ¶In loco negligere, maximũ interdum, &c.} Bene additum eſt in loco, & interdum: non enim ſemper. ¶Si nunc de tuo iure cõceſſiſſes.} Bene tuo iure: ne diceret, non erat res mea quam vænalem habui. Aut De tuo iure, de lenonina duritia: vt alibi, Meo iure vtar, vt potior ſit qui prior ad dandum ſit. ¶Ne non tibi iſtuc fœneraret.} Fœneratum, eſt cum lucro redditum & multiplicatum. Fœneraret ergo, nõ Aeſchinus, ſed ipſa res in qua fœneratio eſt. ¶Ego ſpem precio non emo.} ἀντιπονομία: cõtra, pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrũ. ¶Nunquam rem facies.} Leno quicquid agit, ad lucrum refert: & ſic lucri genus dicit eſſe Syrus, à lenone quẽadmodum perſuadet. Et nota Rem, & litem, & negotiũ meretricis, patrimonium, & omnem pecuniã nominari. ¶Nũquam rem facies.} Secundum perſonam ſerui lenonem Syrus hortatur, hominem ad lucrum excitans, nõ ad honeſtatem. ¶Neſcis ineſcare homines.} μεταφορὰ ab aucupibus, qui auibus capiẽdis effundũt cibum. ¶Credo iſtuc melius eſſe.} Vide comicum errorẽ vtriuſq; perſonæ, & callidi lenonis, & captioſiſſimi Syri ſerui. ¶Age.} Age, nunc verbum eſt ſignificãs dic. quia iam propè eſt vt conſentiat perſuadenti. ¶Tuũ animũ.} Deeſt, liberalem. ¶Quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ.} Senſus, quaſi numero in aliquo ducas, & in aliqua æſtimatione conſtituas: & non ſi velis, penitus contemnas viginti minas, dummodo huic obſequi velis. ¶Te aiunt proficiſci Cyprũ.}

*Age, corripientis aduerbium.*

*Fœneratũ.*

**Concertationẽ cõſtitutam*

*Rem facere*

**Quî*

*Res.*

*Ineſcare homines.*

*Age, Pro dic.*

*ta:nauem conductam: hoc ſcio,*
*Animus tibi pendet: vbi illinc ſpero redieris,*
** tamen hoc ages.*
SA. *Nuſquam pedem: perij hercle, hac illi ſpe hoc inceperunt.* SY. *timet:*
*Inieci ſcrupulum homini.* SA. *ô ſcelera, illuc vide*
*Vt in ipſo articulo oppreſſit: * emptæ mulieres*
*Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum.*
*Niſi eò ad mercatum veniam, damnum maximum eſt.*
*Nunc ſi hoc omittam, actum agam: vbi illinc rediero,*
*Nihil eſt, refrixerit res, Nunc demum venis?*
*Cur paſſus? vbi eras? vt ſit ſatius perdere,*
*Quàm aut hîc nũc manere tam diu, aut tum perſequi.*
SY. *Iámne enumeraſti, quod ad te rediturum putes?*
SA. *Hocine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum?*
*Per oppreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet?*
SY. *Labaſcit. vnum hoc habeo vide, ſi ſatis placet,*
*Potius, quàm venias in periculum Sannio:*
*Seruéſne, an perdas totum, diuiduum face:*
*Minas decẽ corradet alicũde.* SA. *hei mihi,*
*Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.*
*Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi.*
*Præterea colaphis tuber eſt totum caput.*
*Etiam inſuper defrudet? nuſquam abeo.* SY. *vt lubet.*
*Nunquid vis quin abeam?* SA. *imò hercle hoc quæſo Syre,*
*Vtvt hæc ſunt facta, poti⁹, quàm lites ſequar,*
*Meũ mihi reddat, ſaltẽ quãti empta eſt, Syre,*
*Scio non te vſum antehac amicitia mea:*
*Memorẽ me dices eſſe, & gratũ.* SY. *ſedulò*
*Faciam. ſed Cteſiphonem video. lætus eſt*
*De amica.* SA. *quid quod te oro?* SY. *paulìſper mane.*

*Et eum nõ profecturum dixit, ſed iam proficiſci: & nõ ab vno dicit ſe audiuiſſe, ne negaret: ſed aiunt inquit.* [**tum* — *Archaiſmos.*] [*Præterea autẽ.*] *ἀρχαϊσμὸς eſt figura. Nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant.* [*Coëmiſſe hinc quæ illuc veheres multa.*] *Nuſquam hoc oſtendit aliàs Terẽtius: ſed apparet ex confeſſione lenonis vera hæc omnia eſſe.* [**empta*] *Et mira varietas eſt, proficiſci, coëmiſſe, Conductam nauem: ne diceret, proficiſci, emere, & conducere nauem. Et conductam nauim addidit, vt dilationẽ res habere non poſſit.* [*Animus tibi pendet. Hoc.*] [*Hoc ſcio, animus tibi pẽdet.*] *Hoc & corruptè legi poteſt, vt articulus demonſtratiuus ſit: & productè, vt ſignificet aut hanc rem, aut hunc locum, id eſt Cyprum.* [*Vbi illinc ſpero redieris.*] *Ex ſpe ſua vult Syrus oſtẽdere quid leno debeat ſperare, id eſt non ſe accepturum modò.* [*Tamen hoc ages.*] *Hoc eſt, exiges debitum.* [*Hoc agere.*] *nam hoc agere dicimus eum, qui inſtat negotio ſuo.* [*Nuſquã pedem.*] [*Apoſiopeſis.*] *Quia exclamatio eſt, per ἀποσιώπησιν non completur.* [*Inieci ſcrupulum homini.*] *Hoc leno non audit. ſimul enim dicitur, cũ ille clamat. & ideo ſimul legi nõ poteſt. Et hîc oſtẽdit Syrus quo hęc cõſilio locutus ſit.* [*Quæ porto Cyprum.*] *Hanc inſulam poſuit poëta, vel quòd Veneri ſacrata ſit. vt Horatius, Sic te diua potẽs Cypri. Vel quòd mercatus in ea ſit. vt idem, Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.* [*Illuc vide.*] *Vide, τῷ ἰδιωτισμῷ dicit.* [*Oppreſſit ĩ ipſo articulo.*] [*Vt in ipſo articulo oppreſſit.*] *μεταφορὰ perſeuerãs à ſcrupulo, id eſt lapillo qui nos in calceo latens plerunque lædit.* [*Scrupulus.*] *Et oppreſſit, vel Aeſchinus, vel res ipſa quam ſubiicit, id eſt quod ait, Emptæ mulieres complures, &c.* [*Item hîc alia.*] *In lenonis mercibus ἐξοχὴ.* [*Emptæ mulieres cõplures.*] *σύλληψις. Empta, legitur & empta.* [*Niſi eò ad mercatum veniam.*] *Eò, nunc aduerbium eſt loci, id eſt Cyprum.* [*Mercatus.*] *Mercatus autẽ, locum tempúſque ſignificat.* [*Damnum maximum eſt.*] *Quia & hoc damnũ in pretio mulieris eſt.* [*Nũc ſi hoc omittam.*] *Quod damnum eſt ſcilicet. Hoc autem, dicit negotium cum Aeſchino.* [*Actum agam.*] [*Actum agere.*] *Prouerbiũ, id eſt nihil agam. quod enim in iure ſemel iudicatũ fuerit, reſcindi, & iterum agi nõ poteſt. Sic in Phormione, Actum, aiunt, ne agas.* [*Nihil eſt.*] [*Nihil eſt.*] *Nouè nihil eſt:* [*Refrixerit.*] *pro, nulla ſpes eſt.* [*Refrixerit.*] *Pro refrigeſcet.* [*Vt ſit ſatius perdere.*] *Per ὑπερβολὴν hoc accipe. nam nõ conuenit perſonæ lenonicæ damna contemnere.* [*Hîc nunc manere.*] *Dum non nauigo.* [*Tum perſequi.*] *Cum rediero.* [*Iámne enumeraſti.*] *Finxit Syrus ſe non intellexiſſe quid apud ſe ipſum leno locutus ſit. ideo illi aliud ait, quàm ille ſecum diſputauerit.* [*Quod ad te rediturum putes?*] *Hoc dicto, tantum illum accepturum ſignificat, quantum dederat in puella. Nã hoc ad nos redit, quod à nobis abierit.* [*Redit ad nos.*] *Et dicendo redituru͂, oſtẽdit ſuper viginti minas nihil illũ ſperare oportere: ſic enim ſuprà, Minis viginti tu illam emiſti: quæ res tibi vertat malè.* [*Hocine illo dignum eſt?*] *Huiuſmodi comploratio ſummam deſperationem lenonis oſtendit.* [*Hoccine incipere Aeſchinum.*] [*Incipere.*] *Quaſi de magno facinore dixit. Vt in Heautontimorumeno, Vide quod inceptet facinus. Aeſchinũ autem cum laudatione dixit: quaſi quem non deceat malefacere. Et vide quàm omnia experiatur impotens, & miſer ob recuperandam rem ſuam.* [*Vt hanc mihi eripere poſtulet?*] [*Poſtulare.*] *Non dicit de qua: quia de illa ſermo eſt.*

eſt. Poſtulet, velit, aut ſperet. Cicero, Vt temporibus reipub. cedat, non eſt poſtulandum. id eſt cupiendum, aut expectandum. ¶ Eripere poſtulet. } ἐν τῷ ἤδη dixit, nõ eripuerit: tanquam adhuc non fecerit. & ſic loquuntur qui nolunt circa ſe perſeuerare iniuriam. ¶ Labaſcit. } Hoc preſſe dicitur. &
Labaſco. propriè dicit labaſcit, vt & ſuam inſtantiã, & cunctationẽ tardè incipiẽtis conſentire monſtraret. nam inchoatiuũ verbum eſt. Et eſt metaphora ab arbore facta: quæ multis ſuccisa ictibus ferri, tãdem incipit in caſum ponderis, ruinámque minitari. ¶ Vnum hoc habeo. } Hoc clarè: & ſubaudiendum eſt, quod dicam, vel dicere. ¶ Vide, ſi ſatis placet. } Non placet dixit: ſed ſatis placet, veluti magnum conſilium præbiturus. ¶ Potius quàm venias in periculum. } Oratoriè: comparatione peiorum, dicit hoc eſſe quod ſuggerit eligendum.
Diuiduum facere. ¶ Diuiduum face. } Hoc eſt diuide: figura μακρολογία. Diuiduũ, à diuiſione: Dimidium, à dimenſione dicimus. ¶ Mi-
Dimidium. nas decem. } Scit illum viginti poſſe accipere: ſed idcirco a-
Corradet alicunde. git, vt optet leno quod paulo antè nolebat. ¶ Corradet alicunde. } Alicunde, dictum eſt quaſi non habentis: nam nec ipſa in promptu ſunt. ¶ Hei mihi etiam de ſorte nunc venio
Sors. in dubium miſer. } Sors eſt ſumma, cui extrinſecus acquiritur fœnus. Ergo ſortem dicit de pretio quo empta eſt, id eſt viginti minis. Et vide illum damno potius exclamare quàm
Venio in dubium. iniuria. ¶ Nunc venio in dubiũ. } Id eſt, in periculum. Virgil.

Nec tibi deſertæ in dubiis coluiſſe dianam Profuit.

¶ Omnes dentes labefecit. } Iniuria lenoni tunc dolet, cum adiuncta damno eſt: vt ſuprà, Quando eum quæſtum occeperis, accipiunda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vel idcirco enumeratis contumeliis adiecit, Etiam inſuper defrudet. Et vide vt eadem quæ dixit ſuprà, repetat: ſed ardentius tamẽ, & cum αὐξήσει. Sic Virgilius in maius repetit, quod non ſemel dicit. ¶ Colaphis tuber eſt totũ caput. }
Tuber. Tuber, eſt genus cibi collectum ex tumẽtibus, & quaſi prægnantibus arenis. Plus autem hîc, quàm ſuprà, dixit. Suprà enim dixit, Plus quingentos colaphos infregit mihi. hîc verò, Colaphis tuber eſt totum caput. ¶ Etiam inſuper defrudet? } αὔξησις apta lenoni auaro. nam honeſtior perſona non
Defrudare. hunc ordinem faceret. ¶ Defrudet? } Fraude decipiat. ¶ Nuſ-
Nuſquam abeo. quam abeo. } Hoc dictum vim habet comminantis. niſi illud cum contemptu ſuſceperit Syrus. ¶ Vt lubet. } Negligenter
Nunquid vis? ſeruus reſpondet, vt rogetur à lenone. ¶ Nunquid vis quin abeam? } Hæc eſt plena locutio. Nunquid vis, deſiderat ſup-
Quin, pro Quare. plementum. & hoc vti dicto diſcendentes ſolent. Quin, nũc, quare non, ſignificat. ¶ Imò hercle hoc quæſo vtut hæc ſunt
Vtut. facta. } Ipſe ſibi ſatisfacit. Vtut enim, quoquo modo ſignificat, diuerticulum ad preces faciens. ¶ Potius, quàm lites ſequar. } Quia dixerat Aeſchinus, Nunc vide vtrum vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam. ¶ Meum mihi reddat. } Sortem, quam ſolam ſuprà recuſabat. Et oratoriè: non enim quãti emi dixit: ſed, inuidioſè meũ mihi reddat.
Saltem. ¶ Saltem. } τὸ ἔσχατον. natum eſt autem à captiuis ſaltem, qui nihil aliud præter ſalutem à victore petant. ¶ Scio non te vſum antehac amicitia mea. } Figura ἀποπιστία: per quã
Apopiſtia. oſtendit ſe fideliter promittere quod promittit. Virgilius,

—ſcio me Danais è claſſibus vnum,
Et bello Iliacos fateor petiiſſe penates.

¶ Memorem me dices. } Figuratè eſt inducta promiſſio præmiorum. Et bene vtrunque narrat. nam non continuò qui
Memor. memor eſt, etiam gratus eſt. Memor enim eſt, qui apud ſe
Gratus. meminit. Gratus qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. Nam multi ſunt memores, ingrati tamen. ¶ Se- Sedulò facere.
dulò faciam. } Sic promittit, vt nihil ſua intereſſe credatur. ¶ Sedulò. } De induſtria: ſine dolo. ¶ Sed Cteſiphonẽ video. } Aduentus in proſcenium perſonarum, cùm conſulto conſilio fingantur à poëta, tanquam ſuperueniunt aliis rebus in medio poſitis, quæ ipſarum interuentu finiantur. mirè tamen, quod quaſi ex argumento ſit, vt futuri actus ſui, antequam loqui incipiant, deſcribantur. ¶ Lætus eſt de amica. } Hoc lentius, & ſummiſſè. ¶ Quid quod te oro? } Deeſt agis, & deeſt ego. ¶ Quod te oro? } Aut ſi quid, aut propter quod, ſubintelligimus: vt ſit, Quid mihi non reſpondes de eo propter quod te oro: aut ſi quid te oro? Et quàm bene faſtidioſum lenonem facit Syrus, vt optans ille deſperando viginti minas accipiat. nam & ſuprà non intendenti dicit toties in vno ſenſu hoc idem Syrus de amica. Poteſt hoc & interrogatiuè pronuntiari.

Si huic de iure tuo cõceſſiſſes. } Si de tua duritia remiſiſ- ADRIA. BARL. De ſuo iure concedere.
ſes paululũ. ¶ Eſſes morigeratus. } A verbo morigeror præteritum eſt, quod obſequẽtem, & facilè morem gerentem ſignificat. Cicero in Oratore perfecto, Voluptati autem auriũ morigerari debet oratio. ¶ Ego ſpem pretio non emo. } Spem Spem pretio emere.
pretio emere, eſt lucrum incertum & in euentu ſitum, certo affectare damno. Hanc ſententiam leno refert illi. Pecuniã in loco negligere maximum interdum eſt lucrum. Quadrabit potiſſimum in eos, qui ſpe rerum adducti maximarum, principum fauorem muneribus, obſequiiſque captant, certè ætatis, ac temporis impendio, quo nõ alius ſumptus charior: nam ii quid aliud quàm ſpem pretio emunt? Figura mutuò ſumpta videtur à quodam emptionis genere, in quo conſueuit alea rei, non res emi, veluti ſi quis retium iactum emat in piſcando, aut miſſilium prædam in venatu, aut ſi quid aliud eiuſmodi, qua de re multa fit mentio in Pandectis, titulo de contrahenda empt. ¶ Nunquam rem facies. } Laurentius libro primo Dialecticæ cap. 2. de rei ſignificationibus a- Res.
gens, dicit in illo Horatii, Nunquam ſic facies rem, Rem facultates ſiue cenſum ſignificare. ¶ Neſcis ineſcare homines. } Ineſcare eſt quaſi eſca decipere. Ducta metaphora ab his Ineſcare.
qui præfixo æri cibo piſces illiciunt. Appoſitè lenoni dicitur, cuius artis eſt primùm huiuſmodi velut eſcis illectare iuuenes, vt poſtea totos deuoret. Eſcam per tranſlationem ap- Eſca.
pellant illecebram illam quæ trahit in fraudem. Vnde Plato quemadmodum in Catone maiore teſtatur Cicero, Voluptatem malorũ eſcam dixit, quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo piſces. ¶ Nunquam adeò aſtutus fui. } Talis eſt & lena illa Plautina, quæ amatori ſuo mõtes aureos pollicenti cùm nihil promiſſis moueretur, Semper, inquit, noſtræ oculatæ ſunt manus, credunt quod vident. ¶ Inieci ſcrupulum homini. } Scrupi ſunt minuti lapilli qui inter ambu- Scrupus.
landum inſiliunt in calceos hominis, ac pedem torquẽt. Inde Scrupulum
ſcrupulum iniicere dicitur, qui ſolicitudinem iniicit animo iniicere.
cuiuſpiam. Vnde & Seneca. Sed mihi aduerſarius ſcrupulum iniecerat. ¶ Aiunt te proficiſci Cyprum. } Nomini regionis præpoſitionem detraxit. De Cypro dixi aliquid in Maronianis enarrationibus, quas proximo emiſi anno. ¶ Vt in ipſo articulo oppreſſit. } Hîc articulus momẽtum & tempe- Articulus.
ſtiuam rerum efficiendarum horam ſignificat. ¶ Labaſcit. } Vincitur. Ab arbore ſuccisa metaphoram ſumpſit. ¶ Diuiduum face. } Vulgò dicitur, Iniquum petas, vt æquum feras Diuiduum
quod à negotiatoribus profectum videri poteſt, qui callidè facere.
merces longè minoris liceri, & multo pluris indicare ſolent,

quàm pro dignitate, quo pretium ſaltem æquum accipiant. Ita & Syrus lenonem aſtu tractãs, poſtulat vt puella Aeſchino dimidio pretij tradatur, hac arte effecturus, vt leno ſortem ſolidam percupidè, & rogans etiã accipiat. ∇ De ſorte nunc venio in dubium. ⁊ Sortem vocat ipſam ſummam, cui extrinſecus acquiritur fœnus. ∇ De ſorte &c. ⁊ Hoc eſt, de pretio quo empta eſt fidicina. ∇ Minas decem corradet. ⁊ Mina, decem aureos coronatos valuit. ∇ Hei mihi, etiam de ſorte. ⁊ Ob damnum potius exclamat quàm propter iniuriam. & nunc dolet adiuncta damno iniuria. vnde dicit, omnes dentes labefecit mihi. ∇ Colaphis tuber eſt. ⁊ A colaphizo quod eſt alapam incutio, colaphus deducitur. ∇ Imò hercle iam hoc quæſo Syre. ⁊ Si quid petas, eius à quo petis beneuolentia primùm concilianda eſt, deinde oſtendendum, rem eſſe honeſtam quæ petitur. Item curandum vt modum habeat petitio. denique pollicearis gratiam te habiturum & relaturum. quæ omnia facit hic Sannio. Beneuolentiam captat, nominatim eum compellando, honeſtam eſſe & iuſtam petitionem oſtendit dicens, Saltem quanti empta eſt. Ad poſtremũ promittit ſe penſaturum beneficium, cum addit, Memorem me eſſe dices & gratum. ∇ Scio te non eſſe vſum &c. ⁊ Suaſoria eſt oratio. ∇ Memorem dices me eſſe & gratum. ⁊ Inter vocabula duo, coniunctione copulatiua copulata, aliquid venuſtè interponimus quod cum vtroque conueniat, vt amicitia virtute paratur & conſuetudine. & apud Terentium, Memorẽ me dices & gratum. ∇ Memorem dices me eſſe & gratum. ⁊ Petitioni eſt addita remuneratio.

Mina.

LATOMVS.

Argumentum. Syrus callidè impellit lenonem, vt accipiat pretium pro erepta virgine. ∇ Tace, egomet conueniã. ⁊ Egrediens Syrus alloquitur Cteſiphonem ſolicitum ob factũ Aeſchini. ∇ Quid iſtuc. ⁊ Diſſimulat ſe ſcire quod probè nouit, ne ſubornatus eſſe videatur. ∇ Vapulando, verberando. ⁊ Facetum Antitheton, quo in ſeipſum ludit leno. ∇ Quid potui. ⁊ Facetè aliud reſpondet quàm expectatur. ∇ Metuiſti. ⁊ Hæc tota admonitio ad authoritatem & beneuolentiam pertinet. & eſt præparatio ad id quod intendit. ∇ Ego ſpem. ⁊ Prouerbiũ. ∇ Ineſcare. ⁊ Tranſlatum ab aucupibus. ∇ Age noui tuum. ⁊ Leuiter prætentat aditum perſuaſionis, & mox ſollicitudinem iniicit callido commento, qui ſanè locus vim habet à tuto. Nam ſatius eſt certum accipere, quàm incertæ ſpei euentu pendere. ∇ O ſcelera. ⁊ Hæc cũ præcedentibus ſecum leno, digreſſo paulum Syro, vt apparet. Iniicere ſcrupulum prouerbiale eſt. ∇ Nunc demum venis. ⁊ Proſopopœia tergiuerſantis debitoris. ∇ Oppreſſionem, vim, fraudem. ⁊ Auxeſis. ∇ Vtut hæc. ⁊ Metu damni impulſus leno, eligit id quod tutius videtur.

PETRVS MARS. Tace egomet, &c. ⁊ Veteratoris hominis vaframentum, & dolos tantum poſſe docet hæc ſcena, vt illis interdum, viri etiam malitioſi circunueniantur, vt cauere ſit difficillimum, maximè cum inſidiæ lateant ſub ſimulatione illarum actionum, quæ vtiles eſſe videntur. Vnde Cicero in tertia actione in Verrem ſic ait: Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latẽt in ſimulatione officij. Et Plinius in Epiſtolis dicit, magnas habere latebras vitam hominis, & altos receſſus. ∇ In ipſo articulo ⁊ Id eſt, temporis puncto, & anguſtijs. ∇ Hei mihi etiam de ſorte. ⁊ Sors dicitur principale mutuum, & pretiũ, cui quicquid accedit, dicitur vſura.

RIVII castigatio. Tace, egomet conueniam ipſum, cupidè accipiat faxo. ⁊ Nos ex manu ſcripto & quibuſdam impreſſis: Cupidè accipiat iam faxo. In nonnullis erat: cupidè iam accipiat faxo. Eſſe autem addendum iam, è Donato liquet, qui hoc loco: Iam, inquit, non tarditatis eſt, ſed properationis ſignificatio. ∇ Quàm quæ hæc hodie inter nos fuit. ⁊ Nos, Quàm hæc hodie, & cætera omiſſa particula quæ: quomodo conſentiunt omnes fermè antiquiores libri: niſi ſi malis omittere pronomen hæc. ∇ Vbi illinc ſpero redierit, tamen hoc ages. ⁊ Hic alij legunt. tum hoc ages. quomodo eſt in Veneto, Lugdunenſi, & nonnullis alijs. Sed prior lectio mihi non ſanè diſplicet, quam ex manu ſcriptis codicibus habent Bunanus & Haſſenſtenianus. Vtra harũ verior, alij viderint. Error fluxit ex compendioſo illo ſcribendi genere, quòd librarius feſtinans, quo paucioribus literis vocem notaret, aut u, pro n: aut contra n, pro u, ſcripſit, tenui videlicet inter vtrunque diſcrimine. Ergo fuit, credo, qui cum reperiret tñ, quod ſic decurtatum ſignificat tamen, non animaduertens poſteriorem literam supernè clauſam eſſe, tũ legerit, & deſcripſerit, id eſt tum: quaſi litera hæc poſterior ſupernè pateret. Inoleuit autem hæc menda eò facilius, quòd ſententia neutrum reſpuere videtur. ∇ Iámne enim. quod ad te &c. ⁊ Lege, id quod ad te rediturum putes. Pronomen id addendum eſt, quod ex manu ſcriptis voluminibus duo habent, & ex impreſſis vetuſtiſſimũ quódque, & editiones Donati ferè omnes. Eſt & magis Terentianũ: nam gaudet hæc duo iungere, id quod & poſt eũ M. Tullius. ∇ Etiã in. de. ⁊ Nos, defraudet. Ita pleraque exemplaria, vt & illud calamo deſcriptũ: in quo ipſo tamẽ lectoris manu ſuperſcriptum eſt a. Voluit, credo, emendare quiſpiã antiquitatis imperitus & rudis. ∇ Meum mihi reddatur, ſaltẽ quanti empta eſt. ⁊ Nos, meum mihi reddat: quomodo emendatiores codices. Præterea Dona. qui ſic in hunc locum: Meum mihi reddat: Sortem, inquit, quam ſolam ſuprà recuſabat: & oratoriè. Non enim quanti emi dixit, ſed inuidioſè, meum mihi reddat. Ita Dona. Romæ excuſus, conſentiente Veneto: eſtque hæc, ni fallor, vera lectio.

GLAREANVS.

Vndeuiginti primi huius ſcenæ verſus ſunt iambici tetramet. acatalectici. Reliqui deinde ſenarij. In primo verſu plerique in codicibus omiſſa erat particula Iam, quã Riuius poſt verbum Accipiat ponit. vetuſtus meus codex habebat poſt verbum Cupidè. Frobenij codex poſt verbum conueniã. Aldi perperam omiſerat. loco autem vltimo tribrachys eſt, quod rarum eſt, inuenitur tamẽ, in acatalectico iambico & ſenario & tetrametro. In ſecundo d, eliditur in Quid, vel creticus eſt loco quarto. In tertio, poſt dactylũ duóſque ſpondeos, puto tribrachyn eſſe, ſe cũ he, ſed m, non elidi. In quarto verſu, vetuſtus codex habet, Quàm hæc quæ hodie inter nos fuit. Quidam Hæc omittunt. Riuius Quæ omittendum cenſet. ego vtrunque legi poſſe puto, ſi Hæc ante Quæ ponatur. In quinto verſu, creticus eſt loco tertio, niſi malimus I, de ille elidere. In ſexto, ſi Tua ablatiuus eſt, erit monoſyllabum, niſi loco primo ſit bacchius: ſin nominatiui caſus, erit diſyllabum. In ſeptimo vel i, in Qui, vel e, in Hodie corripitur, non eliditur. In nono Tuo monoſyllabum, niſi bacchius ſit loco quarto. porrò vltima ſyllaba à verſu ſequenti excipitur, vt inquit Eraſmus. In duodecimo, Abi ſecunda correpta, niſi loco tertio ſit creticus. In decimoſeptimo, vel bacchius eſt loco primo, vel primæ duæ ſyllabæ in vnam coëunt. ∇ Inieci ſcrupulũ homini. SAN. O ſcelera, illuc vide. ⁊ Senarij ſunt hi, vt diximus. in quorum quinto i, in Rediero productũ eſt deriuatione, niſi quis malit Rediuero legere.

*uero legere. In octauo, Manere verbum ponendum ante Nunc aduerbium, & loco quarto eſt creticus, niſi quis Diu monoſyllabum totum elidi exiſtimet, quod mihi non probatur. In nono d, eliditur in quod, niſi creticum loco tertio conſtituamus. In decimo, creticus eſt primo loco, niſi vel Hócne pro Hocine legamus, vel Hocine primam correptam putemus. Ego creticum malim. Quemadmodum & verſu vndecimo, loco ſecundo, quanquã Eraſmus r in Per elidere maluit, quod mihi neutiquã probatur, immò potius i cum o collidendum puto, quàm r elidendũ, quod inauditũ eſt. In* XII. *s in Satis eliditur, vel creticus loco quinto. In* XIII. *Periclum triſylla. vel amphibrachys loco quarto. In quinto à fine ſi reddat legatur, vt vult Donatus, Meũ eſt iãbus, quemadmodum & ſcio proximè ſequẽti verſu, iambus eſt.*

DONAT. ABS QVIVIS *homine, cùm eſt opus, beneficium accipere gaudeas.} In hac ſcena, gratiarum actio eſt ex perſona eius qui præſtitit, & eius cui præſtitum eſt, & ex ipſius pretij quantitate.* Nam *omne quod geritur, aut in rebus eſt, aut in perſonis, aut in attributis eorum. ¶ Abs quiuis homine.} Bene ſic cœpit, dicturus, O frater frater. Et Qui ſecundũ regulam dixit: quia dicimus Quibus. cæterùm à* Qui. *Quo, quis facit, non Quibus. Et incerta diſtinctio eſt: cùm eſt opus accipere beneficium. vel cùm beneficium eſt opus. Hoc vetus eſt, illud communiter. ¶ Id demum iuuat.} Oſtendit plus eſſe quod iuuat, quàm gaudium. ¶ Is facit.} Bene, ſubaudiendum eſt bis numero. ¶ O frater frater.} Virgilius, Et fratrem ne deſere frater. Vnum, relatum eſt ad appellationem: alterum, ad laudem. & ſubdiſtinguendum, vt videatur quæſiuiſſe quid vltrà diceret, & plus inuenire ſe non potuiſſe q̃ frater. ¶ Quid ego nunc te laudẽ?}* Quid. *Quid, propter quid &, Nũc te* τῷ ἰδιωτισμῷ *additum eſt de ſuperfluo. Vt, — tu nũc Carthaginis altæ Fũdamẽta locas. ¶ Quid ego nũc te laudẽ?} Quia laus, genus cauſæ eſt: quod nõ adhibetur niſi dubiæ rei. ¶ Quid ego nunc te laudem?} Diſtinguendum. Quid autem, pro vt quid? ¶ Nunquam ita magnificè.} Deeſt quòd: vt ſit, quòd nunquam ita magnificè. Duplex cauſa eſt omittẽdæ laudis, ſi res aut nimium mala eſt, aut nimium bona. ¶ Id virtus quin ſuperet tua.}* Bona περίφρασις, *virtus tua potius, quàm tu.* Itaque. *¶ Itaq; vnam hanc rem me habere, &c.} Itaq; & ſubiunctiuum poteſt eſſe media ſyllaba correpta: & præpoſitiuum, producta eadem ſyllaba, vt ſit, itáque. ¶ Fratrem.} Nouè dixit vnã rem fratrem: ſed ego puto Fratrem non ſubdiſtinguendum, ſed legendum contextè vſque ad Principem. nam ſi diſtinxeris Fratrem, erit bis, vt arbitror, ſubaudiendum, & ſuprà & infrà. quòd ſi Fratrem inferioribus iunxeris, & cum admiratione pronuntiabitur, & ſubaudietur Quam mihi. Hanc ſanè locutionem ſcire debemus, propter perſonam elaboratam. nam nimium gaudet, & ruſticus adoleſcens eſt qui laudare conatur Aeſchinum, quaſi titubans, & penè balbutiens. ¶ Hominem neminem.} Nouè auribus noſtris, ſed veterũ conſuetudine locutus eſt. nam cùm neminem, hominem ſignificet: quid opus fuit dicere hominem neminem? Sed vt diximus, figura eſt* ἀρχαϊσμὸς. Nemo homo. *¶ O Cteſipho.} Mirè cœpit, gaudium ſignificans. ¶ O Cteſipho, ô Syre.} Ille vt prauidens: hic, vt qui non præuiderit, ô dicit. ¶ O Syre, Aeſchinus vbi eſt?} Bene ſtatim de illo, cui agebat gratias, loqui cœpit. ¶ Ellũ.} Ecce illum, vel pronomẽ eſt, vel aduerbium demonſtrantis. Alij interrogatiuè legunt: vt ſit, ellum dicis? te expectat domi.* Ellum. *Vt ſit ellum pronomen, id eſt illum. nam & illum, & ellum, & ollum veteres dixerunt.* Ollum. *¶ Domi.} Aduerbium eſt in loco.* Domi. *¶ Hem.} Interiectio eſt lætantis.* Hem. *¶ Feſtiuum caput.} Huic contrarius ſenſus eſt, Ridiculum caput. Alij putant, feſtiuũ caput, non Aeſchini intelligendum, ſed orationis, quam habet Cteſipho, agens gratias fratri.* Feſtiuum caput. *Ita in Eunucho, Quàm venuſtè, quod dedit principiũ adueniẽs. Quod ſi eſt, nihil poteſt ſupra hanc laudationẽ: nam*

## ACTVS II. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

CTeſipho fratrem laudat, & commendat, agítque gratias abſenti pro accepto beneficio.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Æſchini commẽdatio à fratre Cteſiphone facta continetur. Exinde gratiarum actio ingénſque gaudium, de quo beneficio eum Æſchinus affecit, ſcilicet, eripiendo illi amicam, eiúſque cauſa ſubeundo famæ ſuæ periculum.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

PRædicit factum Æſchini Cteſipho, nec iniuria, nam Æſchinus amorem Pſaltriæ, quam amabat Cteſipho, in ſe transferebat.

*Tetrametri Iambici.*

CTESIPHO *adoleſcens*, SYRVS.

ABS *quiuis homine, cùm eſt opus, beneficiũ accipere gaudeas:*
*Verùm enimuero id demũ iuuat: ſi, quẽ æquũ eſt benefacere, is facit.*
*O frater frater, quid ego nunc te laudem? ſatis certè ſcio,*
*Nunquam ita magnificè quidquam dicam, id virtus quin ſuperet tua.*
*Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,*

Fratrem * homini neminem eſſe primarum
artium magis principem.
S. O Cteſipho. C. ô Syre, Aeſchinus vbi eſt?
S. ellum, te expectat domi. C. hem.
SY. Quid eſt? C. quid ſit? illius opera Syre
nunc viuo: feſtiuum caput,
* Quin omnia ſibi poſt putarit eſſe præ meo
commodo.
Maledicta, famam, meum * amorem, & peccatum in ſe tranſtulit.
Nihil pote ſupra. ſed * quíſnam? foris crepuit.
S. mane, ipſe exit foras.

*hominẽ ſuprà factum erit accipiendum. ſed malè: nam caput

Caput.

Aeſchini intelligo, id eſt ipſum Aeſchinum, vt in toto pars ſit per συνεκδοχὴν: in

Synecdoche.

qua figura & pars pro toto ponenda eſt, quæ aut eminet ex toto, aut maioris pretij eſt ad id quod agitur. Quod ipſum ſic eſſe obſeruatũ à bonis authoribus, ſi exempla συνεκδοχῆς penitus conſiderare ſtudes, inuenies. ¶ Illius opera. } Dicendo opera, & corporeũ laborem Aeſchini oſtendit, & religionem: vt,

* Quin, pro Qui

* laborẽ.

* quídnã fores crepuat?

— hunc mihi da proprium ſata nocte laborem, Hanc operam. Hanc religionem ait: vt

Opera.

— annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis. ¶ Quid ſit? } Deeſt, quæris? ſed eſt admirantis magis, quàm interrogantis. ¶ Illius opera nunc viuo. } O miram amplificationem beneficij. non dixit, illius opera amicam habeo: ſed quod ſatis graue, & ſatis amatorium, Illius opera viuo, inquit. ¶ Quin omnia. } Admiratiuè quin: & ſic pronuntiandum quin, τὸ παρέλκον vſque ad maledicta, famam. ¶ Maledicta, famam. } Maledicta aut lenonis, aut Demeæ: Famam autem, populi. nam ſi aliter acceperis, idem maledictum videbitur & mala fama. ¶ Præ meo commodo. } Id eſt, mei commodi comparatione: vt in Eunucho, Hîc ego illum contempſi præ me, id eſt mei cõparatione. ¶ Meum amorem & peccatum. } De rapienda meretrice, & amanda. ¶ Meum amorem, & peccatum. } Cum dixiſſet, omnia: duo tantum intulit, maledicta & famam: vt, Omnia Mercurio ſimilis, vocémque colorémque. Et hoc, vt ſit defectus quidam intelligendus ex affectu gratias agentis. ¶ In ſe tranſtulit. } Pulchra παρασκευὴ, qua erratura eſt Soſtrata circa Aeſchinum, quemadmodum iam errauit Demea, eo quòd ab illo credidit amari meretricem. ¶ Nihil pote ſupra. } ἔλλειψις per admirationem eſt: ſubaudiendum eſt enim vel eſſe, vel dici. Et pote pro potis, vt mage pro magis, τῷ ἀρχαϊσμῷ. ¶ Sed quíſnam? foris crepuit. } Reſonuit: vt decrepiti dicti ſunt clamoſi ſenes. Foris, ſingularis numeri, nominatiui caſus. ¶ Mane. } Mane, gaudentis eſt hoc dictum, non operiri iubentis.

Quid ſit?

Quin.

Præ.

Pote.

Mage.

Crepere.

Decrepiti ſenes.

ADRIA. BARL.

A.

Ab.

Abs.

Abs quiuis homine. } A præpoſitio nunquam iungitur dictionibus à vocali incipientibus: Ab verò vocalibus apponitur, & frequentiſſimè liquidis, & i conſonanti, vt ab lege, ab rege, ab re, ab Ioue: Abs cum t, vt abs te: interdum cum litera q, vt hoc loco. Abs quiuis homine, Rodolphus Agricola libro tertio inuẽtionis dialecticæ capite primo De affectibus loquens. Venit, inquit, quandoque in partem rei perſona, non quidem cui contigit, ſed à qua profecta res eſt. Vnde perſæpe non tam bene, aut ſecus de re quæ facta eſt exiſtimamus ex re ipſa, quàm ex animo, aut opinione eius qui fecit, vt ſcitè apud comicum dictum eſt: Vnum hoc ſcito, contumeliæ non me feciſſe cauſa, ſed amoris. Et item alio loco: Abs quiuis homine cum eſt opus beneficium accipere gaudeas. Verùm enimuero id demum iuuat, ſi quem æquum eſt benefacere, is facit. ¶ Hominem neminem. } In quibuſdam codicibus, eſt homini. Dona. hominem legit, & ſubaudit verbum arbitror. ¶ Itaque vnam hanc rem habere me præter alios præcipuam arbitror, fratrem hominem & cætera. } Græca conſtructio eſt. Per infinitum loquitur, quod per vt, interpretandum eſt hoc modo. Arbitror me habere fratrem hominem neminem eſſe, id eſt, Fratrem talem vt nemo homo ſit magis princeps primarum artium. Sic & in illo Maronis. Dederátque comas diffundere ventis, id eſt, vt diffunderent ſe. ¶ Primarum artium. } Primas inter artes numerantur, humanitas, & beneficentia, à quibus laudatur hîc Aeſchinus. ¶ Maledictum, famam. } Famam, id eſt infamiam teſte Nonio.

Artes primæ.

Fama, pro infamia.

LATOMVS

Argumentum. Inducitur Cteſipho prædicans Aeſchini beneficium. Qua ſcena commendatur fraterna inter ſe fides & beneuolentia. ¶ Abs quiuis homine. } Amplificatio beneficij à perſona. ¶ Primarum artium. } Virtutum. ¶ O Cteſipho, O Syre. } Vtrunque gaudentis. ¶ Syre nunc viuo. } A ſua perſona, & mox à re ipſa. ¶ Maledicta, famam. } Congeries.

PETRVS MARSVS.

Abs quiuis homine, & cætera. } Fratrem fratri adeſſe in primis debere, cùm vſus venerit, docet hæc ſcena. Eſt enim inter eos ea coniunctio, quæ alterum à parentibus requirit officium. Plus enim debemus fratri quàm nepoti, & ſic deſcendendo per gradus propinquitatis, quales etiam ſunt gradus officiorum, vt non omnibus eadem debeantur. Ariſtoteles octauo Ethicorum de amicitia, ſic ait: Eſt enim grauius ſodali, quàm ciui pecuniam auferre: & fratri, quàm alienigenæ opem nõ ferre: & patrem, quàm quemuis alium pulſare. Creſcit autem & iuſtum cum amicitia ſimul, quippe cum ſint in eiſdem, & æquè ſe extendant. Cyrus, vt eſt apud Xenophontem libro vlti. Cambyſem filium natu maiorem, ſic monuit: Homines ciues alienigenis præferendi, & qui vnà ſunt aliti his qui contubernales non ſunt: & qui fratri prouidet, ſeipſum curat: & quem præterea turpius eſt non amare quàm fratrem?

Deſcripta ad exemplar Petri Marſi Romæ, M CCCCXC. die decimonono Iunij, qui in colligendis argumentis ſuperioribus hactenus duntaxat ſolicitus fuit.

RIVII CASTIGATIO.

Homini neminem eſſe primarum artium magis principem. } Nos, Hominem neminem eſſe & cætera ex antiquis & Donat. cuius hæc verba ſunt: Hominem nouè auribus noſtris, ſed veterum conſuetudine loquutus eſt. Nam cum, neminem, hominem ſignificet, quid opus fuit dicere hominem neminem? Sed, vt diximus, figura eſt ἀρχαϊσμὸς. Hæc Dona. Poſcit idem ſenſus quoque. ¶ Sed quíſnam foris crepuit? } Legitur ad hunc modũ in omnibus ferè codicibus recentioribus. Nos, Sed quídnam fores crepuit? ex antiquis. Præterea Dona. fores legit numero ſingulari, caſu nominatiuo, quomodo & Acron interpres Horatianus, non foris, ſicque

Fores.

Foris.

ſicq́ue legendum monet. Habent & manu ſcripti codices fores. Porrò illud quidnam aptius hoc loco quadrat, quàm, quiſnam. Tametſi non me fugit, hoc pro, quænam foris, poni poſſe τοῦ ἀρχαϊσμοῦ, & ad imitationem Græcorum, cum vel Priſcianus adnotarit, Quis, etiam communis eſſe generis apud veteres, ſicut apud Græcos τίς. vnde in Aulula. Plau. Quis ea eſt, quam me vis ducere vxorem? Et, Quis eánam eſt optuma? Sed & Terentius in Eunucho, Noſtrarum nunquam quiſquam vidit, inquit: pro, quæquam. Verùm ſenſus alterum magis expoſcit. ¶ Mane, ipſe exit foras.} In libris calamo deſcriptis eſt: Mane, mane, ipſe exit foras: geminato: verbo, quod & rectius eſſe puto. Conſentiunt ex impreſſis Lugdunenſe, Venetum, editionis Donati omnes. Ego, vt ſimpliciter & breuiter dicam, arbitror ſic legendum ex veterum exemplarium conſenſu: Nihil pote ſupra. Sed quidnam fores crepuit? SY. Mane mane, Ipſe exit foras: vt hîc prior Tetrameter catalecticus ſit, poſterior monometer: quo in monometro primæ dictionis ſyllaba prima ad verſum pertineat ſuperiorem per colliſionem vocalium: cuius in initio libelli huius meminimus. Solet autem Poëta, quoties ad παρασκευὴν alterius ſcenæ ventum eſt, mutare interdum metri genus.

Quis, cõmunis generis.

GLAREANVS.

Verſus ſunt iambici tetramet. acatalectici. In primo proceleuſmaticus eſt loco quinto; Niſi malimus s, in Opus elidere. In ſecundo verſu creticus eſt loco primo, niſi elidamus u, in Vero. In tertio, vel s, eliditur in Satis, vel creticus eſt loco ſexto. Verſu ſexto, vel s, eliditur in Magis, vel Mage pro Magis legendum. In octauo d, eliditur in Quid, & illius diſſyllabum eſt. poteſt & bacchius eſſe loco primo. In nono, Donatus legit Quin pro Qui. quod placet, & carmẽ poſtulat. alioqui in Qui non elideretur i, ſed corriperetur, & vel Meo monoſyllabum eſt, vel bacchius eſt loco ſeptimo. In penultimo pro Amorem Eraſmus annotauerat Laborem in quibuſdam legi. quod ſi ſit, vel Meum monoſyllabum fuerit, vel creticus loco tertio. Sin Amorem legendum eſt, m in Meum non eliditur. In vltimo s, eliditur in Foris ſiue Fores legas, niſi creticum loco quarto conſtituamus. Cæterùm eum verſum ita legimus,

Nil pote ſupra, ſed quidnam foris crepuit? SYR. mane, ipſe exit foras.

Riuius Mane mane geminat verbum, vt ad integrũ iambicum tetra. ſit monometer ad hunc modum,

Nil pote ſupra, ſed quidnam fores crepuit? SYR. mane mane. Ipſe exit foras.

vt prior ſyllaba de ipſe à ſuperiore excipiatur verſu, quod lectori iudicandum relinquimus.

DONAT. VBI eſt ille ſacrilegus?} Mirè Aeſchinus ſeruat aduerſus lenonem ſuperbiam, qua oſtenditur tanto eſſe alienior ab amoribus meretriciis, quanto audacior in lenonem. ¶ Méne quærit? nunquidnam effert?} Sperat nunc leno ſe aliquid accepturum propter conuitium, vt alibi, Minas viginti tu illã emiſti: quæ tibi res vertat malè: argenti tantum dabitur. Et vide quanti faciat leno præ lucro iniuriam, qui ſe ſacrilegi nomine ſignificari non ſolùm nõ dolet, ſed etiam cupit. Oportet autem Méne quærit, cum quadam geſticulatione & ſubſultatione ſperãtis lenonis ad hoc ſe quæri vt accipiat, pronuntiare. ¶ Occidi: nihil video.} Occidi, non quia ſacrilegus dictus eſt, ſed quia nihil accipit. & ſimul geſtum conſidera loquentis ex verbis. ¶ Occidi, nihil video.} Mirè hoc verbo apparet in vultu lenonis & ſpem mortuam, & extinctũ gaudium. nam & apta ἔκλειψις hæc dicentis, Occidi, nihil video. neque addidit proferri, aut quid tale. ¶ Hem.} Interiectio repentinæ rei. ¶ Opportunè, teipſum quærito.} ἀσύνδετον, deeſt veniſſe: non enim ſequenti nectitur.

Méne.

Hem.

Aſyndeton

¶ Quid fit Cteſipho?} Quid fit, blandum initium eſt. non enim nunc interrogat, cum ipſe dicat, In tuto eſt omnis res. mox ipſe in ſubditis iam hæc addidit præter naturã quæſtionis. ¶ Quid fit.} Quid agitur? ¶ In tuto eſt omnis res.} Quaſi amatori, omne dixit negotium de amica. An omnis res, & lenonis iurgium, & ſuſpicio patris Demeæ. ¶ Omitte verò.} Verò abundat: aut correptiuũ eſt iandudum, non omittentis. ¶ Ego illam hercle verò omitto.} Apparet non nunc primùm dici Cteſiphoni ab Aeſchino, Omitte triſtitiam tuam: nec nunc primùm reſponſum, omitto: & ideo additum eſt, hercle verò. quia nunc demum data eſt plena ſecuritas. ¶ Triſtitiam tuã.} Sic dixit, quaſi nimiã. ¶ Qui quidem te habeam fratrẽ.} Acuendum Te. ¶ O mi germane.} Mi, meus: ſed vocatiuo dixit caſu. ¶ Coràm in os te laudare.} Coràm, ad ipſum pertinet quẽ laudat, & ad eos qui audiunt: in os, ad ipſum qui laudatur. Nã coràm laudat, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epiſtolam, sed ipſe præſens. In os, qui apud ipſum loquitur quem collaudat. ¶ Laudare amplius.} Quia laudauit. ¶ Ne id aſſentandi.} Antiqua ἔκλειψις. deeſt

Quid fit?

Verò.

Te.

Mi.

Coràm laudare.

In os laudare.

Aſſentari.

## ACTVS II. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

Colloquuntur fratres, agitur de pecunia reddenda Lenoni, & paranda cœna.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIC fratrum admirabile continetur colloquiũ, perſolutio Lenonis, datis per Syrum pecuniis, deinde paraſitica de cœna paranda, & obſonio concluſio.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

COngrediuntur fratres, & conſalutant ſe comiter, Lenoni per Syrum ſatis fit.

Iambici Tetrametri.

AESHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

VBI ille eſt ſacrilegus? SA. mén' quærit? nunquidnā effert? occidi: Nihil video. AE. ehē, opportunè: te ipſum quærito: quid fit Cteſipho? In tuto eſt omnis res: omitte verò triſtitiam tuam.

C. Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeam fratrem,

O mi germane, ah vereor coràm in os te laudare amplius,

Ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere exiſtumes.

AE. Age inepte, * quaſi nunc non norimus nos inter nos Cteſipho.

Sed hoc mihi dolet, nos penè ſerò ſciſſe, & penè in eum locum

Rediſſe, vt, ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier.

C. Pudebat. AE. ah, ſtultitia eſt iſtæc, non pudor, tam ob paruolam

Rem, penè ex patria, turpe dictu: deos quæſo vt iſtæc prohibeant.

C. Peccaui. AE. quid ait tandem nobis Sannio? SY. iam mitis eſt.

AE. Ego ad forum ibo, vt hunc abſoluam: tu intrò ad illam Cteſipho.

SA. Syre inſta. SY. eamus: nanq; hic properat in Cyprum. SA. ne tam quidem,

Quamuis etiam maneo otioſus hîc. SY. reddetur, ne time.

SA. At vt omne reddat. SY. omne reddet, tace modò, ac ſequere hac. SA. ſequor

C. Heus heus Syre. SY. hem, quid eſt? CT. obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum

Quamprimum abſoluitote: ne ſi magis irritatus ſiet,

Aliquà ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuò perierim.

SY. Non fiet: bono animo eſto: tu cum illa te intus oblecta interim,

Et lectulos iube ſterni nobis, & parari

* quaſi nūc norimus nos

enim cauſa. ¶ Aſſentandi. } Adulandi. Et vtrum deeſt cauſa, an ad * ipſam litem ſic dicitur? Ne id aſſentandi. } Specta ſi nō ruſticus adoleſcens eſt, & puriſſimæ ſimplicitatis, adeò vt etiam velle laudare fratrem nimio pudore non poſſit, hoc ſolo quia præſens eſt cum illum nimium laudarit abſentem. ¶ Quàm quòd habeam gratum. } Variè: non enim intulit, quas gratias agenti. ¶ Quòd. } Quia. ¶ Age inepte. } Non eſt iniuria: quia & maior frater eſt, & blanda dicturus. ¶ Hoc mihi dolet. } τῷ ἰδιωτισμῷ. Mihi dolet, pro doleo. & Dolet his ſubaudiendum eſt. ¶ Et penè in eum locum rediſſe. } Inſinuatio beneficij ex periculo & difficultate ob tempus. ¶ Vt ſi omnes cuperent. } Non ſi ego tantummodò aliis aduerſantibus. ¶ Pudebat. } Deeſt fateri. ¶ Stultitia eſt iſtæc, non pudor. } Hoc ſcilicet fateri ei, qui ipſe patri nunquam quicquā celauerit. ¶ Tam ob paruolam rem. } Ergo diminutiuis adiungitur tam particula, & deeſt perire: ſed τῷ εὐφημισμῷ tacetur. ¶ Tam ob paruolam rem. } Id eſt meretricem. Et bene hic dicit AEſchinus, quaſi qui maiora expertus ſit, id eſt vitium virginis. ¶ Penè è patria. } Deeſt fugere: quia amatores comici citò comminantur patriam ſe deſerturos, vt amicæ ſequantur. ¶ Penè è patria. } ἀποσιώπησις εὐφημισμοῦ χάριν. Menander, mori illum voluiſſe fingit: Terentius, fugere. ¶ Turpe dictu. } Te fugere ſcilicet: & deeſt Eſt. ¶ Vt iſtæc prohibeant. } Id eſt, exilium, fugámque patriæ. ¶ Peccaui. } Approbauit ex periculo magnitudinem beneficij. ¶ Quid ait tandem nobis Sannio? } Nobis, τῷ ἰδιωτισμῷ additum eſt. non enim Nobis intelligendum eſt. ¶ Iam mitis eſt. } Quia debacchatus eſt ſuprà leno, iam mitis eſt, dixit. ¶ Ego ad forum ibo. } Tunc enim in foro & de mēſæ ſcriptura magis, quàm ex arca domóque, vel ciſta, pecunia numerabatur. ¶ Vt hunc abſoluam. } Id eſt, vt hunc, reddito illi pretio dimittam. Nam velut ligati ſunt, quibus debetur aliquid. Dicuntur etiam ſerui illi ſolui, qui cum debitores pretiorum fuerint, pecuniam reddunt debitam. Eſt ergo abſoluam, pro, à me ſoluam. An iocatur in triſtitia lenonis, qui illum cum barba lenonia, & mœſto vultu ſequitur, tanquam reus? ¶ Tu intrò ad illam Cteſipho. } Bona ἔκλειψις, ſignificans lætitiam potiundæ meretricis. ¶ Syre inſta. } Iam Syrus, non vt adiuuet, ſed vt inſtanter adiuuet, rogatur. ¶ Eamus, nanque hic properat. } Hoc clamat Syrus, vt beneficium oſtendat: ſanè ita vt rurſus lenonem de profectione abſterreat. ¶ Ne tam quidem. } A lenone inconſtanter dicitur, vt perturbatio metuētis, magnum damnum poſſit oſtendere. ¶ Ne tam quidem. } Tam, pro tantum, an tam pro tamen? & deeſt, dicas me properare, aut propero: vt ſit Etiam aduerbium hortantis, vel conſentientis. ¶ Quamuis etiam. } Pro inquantum vis. Etiam particula, vtrum conſentientis aduerbium, an coniunctio, qua ſignificat & properare ſe, & non in tantum vt negligat quod ſibi debetur? ¶ Maneo otioſus hîc. } Hoc ſeparatim inferendum eſt, quaſi pertinaciter aſſeuerantem lenonem inſtaturum ſe exclamationem * facere denotetur. ¶ Maneo otioſus hîc. } Dixit enim propero: & rurſum conſenſerat in Syri verba, properaſſe dicentis.

¶ Reddetur,

Quòd.

Dolet mihi.

Tam paruola.

Fugere, in exiliū ire, voluntariū exiliū ſibi cōſciſcere.

Abſoluere

Soluuntur ſerui.

Tam.

Quamuis. Etiam.

*cætera:*

*Ego iam tranſacta re conuortam me domum cum obſonio.*

C. *Ita quæſo: quando hoc bene ſucceſsit, hilarem hunc ſumamus diem.*

*Reddetur, ne time.* } Quod deſperauerat Leno, Syri oſtendit ſermo. ¶ *Vt omne reddat.* } Propter illud quod Syrus dixerat, Diuiduum face. Et probatum eſt, completúmq; quod ait, Cupidè acciplat faxo. Et hoc ipſum, cum trepida & vultuoſa ſupplicatione pronuntiandū eſt. ¶ *Tacè modò, ac ſequere hac.* } Sic ait Syrus, quaſi nunc lenonem doceat, quæ ſit ars non perdendi. Et totum cum ſupercilio præſtantis magnum beneficium dicit. ¶ *Sequor.* } Hoc verbo Leno ſatis commitigatus oſtenditur. ¶ *Heus heus Syre.* } Ex argumento eſt oſtendere quantum timeat Cteſipho ſæuum patrem. ¶ *Heus heus.* } Vox eſt de longinquo reuocātis. ¶ *Obſecro hercle hominem iſtum impuriſsimum.* } Satis manſuetè, quaſi lenonem aut non poſsit ruſticus, aut non audeat dicere, hominem dixit. ¶ *Iſtum impuriſsimum.* } Auariſsimū. & totum cum execratione lenonis. ¶ *Ne ſi magis irritatus ſiet.* } Velut clamet ſcilicet: & propriè de Lenone, quem irritari dicit vt canem. Nam irritati, propriè canes dicuntur. Lucilius de litera R, Irritata canis quod homo quàm plurima dictat. Lenonem autem timet Cteſipho vt ruſticus, vt ſub patre duro, vt amator. ¶ *Aliquà ad patrem hoc permanet.* } Non dicit quid: ſed nos intelligimus raptum puellæ ſignificari. ¶ *Aliquà ad patrē hoc permanet.* } Propriè ſecretum latens, latici comparatur intra vas clauſum exiſtenti: quod, cum effunditur, manat. Sic & alibi de committendis ſecretis loquens, Plenus, inquit, rimarum ſum: hac atq; illac perfluo. ¶ *Atque ego tunc perpetuò perierim.* } Quaſi & nunc ſe periiſſe ſentiat, ſed non perpetuò. ¶ *Non fiet: bono animo eſto.* } Vt illi liberalis timor eſt: ita Syro ſeruilis confidentia. ¶ *Tu cum illa te intus oblecta.* } Moraliter Illa dictum eſt. vt donatúrne illa hodie Pamphilo? &, Illa quidem mea erit. ¶ *Tu cum illa te intus oblecta.* } Honeſtè explicauit turpe dictu. ¶ *Et lectulos iube ſterni nobis.* } Seruus * nihil tam comicum. Et vide vt totum ſuperbè ac magnificè loquatur Syrus. ¶ *Conuertam me domum.* } Conuertam, magnificè dictum. verbum eſt enim magni molimінis & agminis ingentis. Nam conuertere ſe dicitur, quē pompa præcedit: vt imperator propriè conuertit exercitum. Et hoc ſpectatur, vt moribus arrogantes ſerui ſint cum lætantur. ¶ *Ita quæſo, &c.* } Volunt quidam & hunc verſum, Syri perſonæ adiungendum: ſed Cteſiphonis verba eſſe, ex ſubditis planum eſt, cum dicit, Hunc diem miſerè nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.

Heus heus.

Impurus.

Irritari.

Permanare

Conuertere ſe.

ADRIA. BARL.

*Quid fit Cteſipho.* } Non interrogat, ſed blanditur. ¶ *Ad forum ibo vt hunc abſoluam.* } Id eſt, vt hunc reddita pecunia dimittam, nam velut ligati ſunt quibus debetur aliquid. Donati eſt. ¶ *Tu intrò ad illam Cteſipho.* } Dona. Eclipſis eſt, inquit, ſignificans lætitiam potiundæ meretricis. ¶ *Quanuis etiam maneo otioſus hîc.* } Quamuis pro quantumuis poſitum nonnulli exiſtimant. ¶ *Vt omne reddat.* } Eraſmus in primo de copia. Omnis quaſi generale eſt ad omnia. ſiquidem omne corpus pro toto dicimus, & omnem populum pro toto populo, & omnem diem pro quouis die, & omnes pro cunctos, & omne pro vniuerſum. Terentius: At vt omne reddat, tametſi hoc pro toto poſitum videri poteſt. ¶ *Tu cum illa te intus oblecta.* } Rem turpiculam honeſtis verbis expreſsit. ¶ *Conuortam me domum.* } Magnificè dixit. Magni enim molíminis verbum eſt, conuertā. Vides ſeruorum arrogantiā, cum lætantur.

Quamuis.

Omnis.

LATOMVS.

*Argumentum.* Læto & benigno congreſſu fratrum Cteſipho gratias agit Aeſchino, & ficta opera Syri leno abſoluitur. ¶ *Vbi eſt ille ſacrilegus?* } Auxeſis. & hoc priſtina ſuperbia dicitur ad terrendum lenonem. ¶ *Ab vereor.* } Præciſio, quaſi neceſſaria ruſtico & parum facundo adoleſcenti. ¶ *Age inepte.* } Blanda correptio. ¶ *Penè ex patria.* } Eclipſis, ſubaudi, profugiſſe, & mirè indicatur amor Cteſiphonis. ¶ *Ne tam quidem.* } Non vult hoc credi leno, quare diſsimulat, timens ne promiſſum argentum differat. ¶ *Aliquà ad patrem.* } Aliquà aduerbium. & permanet, primæ coniugationis.

Aliquà, aduerbiū.

PETRVS MARSVS.

*Vbi eſt ille ſacrilegus?* } Nihil ſatius eſt, quàm vt impuros homines quàm longiſsimè ablegemus, improborum commercia quamcitiſsimè effugiendo, ídque quomodocunque poſsimus: quamuis ſæpe maximo etiam rerum noſtrarum cum diſpendio. Vnde Plato quarto de Republica loquens de improborum hominum conuerſatione: A bonis, inquit, nullus eſt, qui non iuuari poſsit, quíque non ad bona exempla incitetur: malorum verò contubernia noxium finem ſemper determinant. Senecæ verbum eſt, Alter alterum in vitia trudimus. Et lib. Epiſtola. ſeptimo ait: Malignus comes, quanuis candido & ſimplici rubiginem ſuam affricat. ¶ *Mēne quærit?* } Quòd contumelias, pecuniæ aut lucri gratia, plerique patiantur, docet hic locus. Nam Leno grauiſsimo conuicio laceratus, nihil aliud quàm familiariter reſpondet. Exemplo quoque nobis ſit Ariſtippus philoſophus, qui & conſpui gaudebat, quo liberalitate principis frui illi concederetur: Vnde apud Horatium ita Diogenem alloquitur:

*Scurror ego ipſe mihi, populo tu, rectius hoc, &*
*Splendidius multo eſt, equus vt me portet, alat rex.*

¶ *Quamprimum abſoluito te.* } Malum quamprimum expellendum, ne contagionem trahat, docetur hoc loco: Vnde ab Ouidio rectè dictum eſt:

*Principiis obſta: ſerò medicina paratur,*
*Cum mala per longas inualuere moras.*

*Ego illam Facilè verò omitto.* } Nos ex vetuſtis codicibus loco aduerbij facilè ſubſtituimus iurandi particulam hercle: quam lectionē etiam interpres agnoſcit, cuius hæc ſunt verba: Adparet, inquit, non nunc primùm dici Cteſiphoni ab Aeſchino, omitte triſtitiam tuam: nec nunc primùm reſponſum, omitto: & ideo additum eſt hercle verò, quia nunc demum data eſt plena ſecuritas.

RIVII caſtigatio.

GLAREANVS.

*Sunt ſimiles prioribus. In primo legendum Vbi ille eſt, non, Vbi eſt ille. & Men' legendum, nō Mēne, niſi creticum loco quarto eſſe putemus. In quarto verſu Ego à ſuperiore verſu ac inferiore eliditur, & Hercle pro Facilè legendum ex Donato. Cæterum ex his quatuor verbis, Illam, Verò, Quidem, Fratrem, vnum abundare videtur, & Mi non eliditur, vt tres iſti verſus qui in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus corrupti habentur, ita legantur,*

*In tuto eſt omnis res, omitte verò triſtitiam tuam,*
*C. Eg' illam hercle verò omitto, qui te habeam fratrem, ô mi Aeſchine*
*O mi germane, ah vereor corã in os te laudare amplius.*

*Quidam ab Ego initio facto tres ſenarios ex duobus tetrametris fecerunt, ita vt nullum omitterent verbum, ad hunc modum,*

*C. Ego verò illam facile hercle omitto, qui quidem*
*Te habeam fratrem ô mi Germane, ô mi Aeſchine*
*Ah vereor coràm in os te laudare amplius.*

*Lector quod veriſimilius videbitur, ſequatur. In ſexto s, eliditur in Magis, & d, in Quid. Serptimus verſus & ipſe corruptè paſſim legitur. In eo enim* Non *negandi aduerbiũ abundat, & ô vocandi deeſt, Nam ita legendus eſt.*

*Age inepte, quaſi nunc norimus nos inter nos ô Cteſipho.*

*Atque ita vetuſtus habet codex, quaſi Aeſchinus dicat, Age inepte, quid ita agis gratias, quaſi nunc primùm ô Cteſipho nos inter nos norimus. Nec dubito ab ſciolo aliquo adiectum negãdi aduerbium. In octauo eliditur d, in Sed, niſi paana ſecundum loco primo conſtituamus. In duodecimo, creticus eſt loco quinto, niſi Deos monoſyllabum fecerimus, ſed poſt quæſo vel coniunctio Vt tollenda eſt, quippe ſine qua ſenſus bene conſtat, vel creticus erit ſexto quoque loco. In quarto verſu à fine creticus eſt loco primo, niſi Fiet monoſyllabum fecerimus. Et in antepenultimo ſecunda de Iube correpta eſt, niſi ſit bacchius loco tertio.*

IOANNES THEODORICVS.

*Ego ad forum ibo, vt hunc abſoluã.] Itum fuiſſe ad Argentarium, inquit* Nannius, *ſatis conſtat ex verbis Donati. ſic enim ait: Tunc enim in foro, & de menſa ſcriptura, magis quàm ex arca domóq; vel ciſta, pecunia numerabatur.* Non *debemus ex his verbis intelligere pecuniam ab Argentario acceptam (obſtant enim verba Syri) ſed eos nummos à Mitione datos eſſe. Sic enim inquit Syrus Act.* III. *ſce.* III.

*— omnem rem modo ſeni,*
*Quo pacto ſe haberet, enarramus ordine:*
*Nihil quidquam vidi lætius.*
*— collaudauit filium:*
*Mihi, qui dediſſem conſilium, egit gratias.*
*— argentum adnumerauit illico:*
*Dedit præterea in ſumptum, dimidium minæ.*

*Argentarius.*

*Ex quibus verbis clarè apparet, eos nummos nec in ſolutũ, nec in creditum ab Argentario acceptos eſſe. obſtat enim vocabulum adnumerandi. Videnturque Argentarij adhibiti fuiſſe, vt in ſolutionibus contrahentium intereſſent, actáque ab vtraque parte in ſuas rationes referrent. Eos autem id munus de publico habere, teſtis eſt Caius in L. Argentarius. ff. de edendo. Argentarius, inquit, rationes edere iubetur. nec intereſt, an cum ipſo Argentario controuerſia ſit, an cum alio. Ideo autem Argentarios tantùm, neque alios vllos abſimiles, rationes edere cogit, quia officium eorũ atque miniſterium publicam habet cauſam: & hæc principalis eorum opera eſt, vt actus ſui rationem diligenter cõficiant. Cic. pro L. Flacco. Cum ciuitate mihi res eſt, acerrima, & conficientiſſima literarum, in qua nummus moueri nullus poteſt, ſine quinq; Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor Menſariis, qui apud illos à populo creãtur. Hæc* Nannius. *quæ (vt planè dicam & ingenuè) mihi parũ firma vidẽtur. Hoc enim ait in ſumma: Pecuniã adnumerauit Mitio, non igitur Argentarius. At ego ſic, authore vtique Donato: Tunc in foro, & de menſa ſcriptura, magis quàm ex arca domóq; vel ciſta, pecunia numerabatur. Pecuniã quæ Sannioni lenoni pro rapta puella daretur, Aeſchino & Syro numerauit Argentarius, idque in foro, & de menſa ſcriptura. Deinde Mitio ſuper his à Syro factus certior, ex arca domóque vel ciſta tantundem adnumerauit pecuniæ, quæ Argẽtario redderetur, ne ſcilicet fœnus procederet. Argentarij quippe, qui & menſarij, & Trapezitæ dicuntur, Romæ tabernas in foro publico cõductas habebãt, pecuniámque fœnori interdum dabant, interdum accipiebant. Plautus in Aſinaria Actus ſecundi ſcena quarta.*

*Quia triduum hoc vnum modò, foro operam dederim,*
*Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.*
*Idem in Curcul. Actus quarti Scena prima,*
*In foro infimo boni homines atque dites ambulant.*
*Paulo pòſt,*
*Sub veteribus, ibi ſunt qui dant, quíque accipiunt fœnore.*

*Quòd autem à contrahentibus adhiberetur Argẽtarij, non ſolùm vt contractuum ſolutionúmque tabulas conficerent, ſed pecuniam interdum etiam ipſi numerarent, luculentiſſimè teſtatur illud Plautinum in Curcul. Act.* v. *Sce.* II.

*Ego quidem pro iſtac rem ſolui ab trapezita meo.*

*Illud quoque in Captiu. Act.* II. *Scen. vlt. ſub finem,*

*Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi.*

*Verba ſunt Aegionis Philocratem peregrè amandantis, cui in ſumptũ itineris daturus erat pecuniam à Trapezita acceptam. Viaticum à Trapezita, ſubaudi acceptum. eſt enim ſermo eclipticus. Tale eſt illud Cic. ad Atticum libro ſeptimo, epiſt.* XVI. *Frater laborat, vt tibi, quod debet, ab Egnatio ſoluat. Id eſt, pecuniam ab Egnatio ſumptam tibi numeret. Et alibi, Pecuniam ab aliquo repræſentare, Sumptum ab aliquo ſuppeditare, Quod promiſi, ab alio perſoluere. Quarum dicendi formularum teſtimonia dedimus ampliſſima in Linguæ Latinæ Theſauro. Quid ſi hanc pecuniam Mitio adnumerauit ab Argentario? vt quemadmodũ Plautinus Aegio viaticũ Philocrati dedit à Trapezita, ſic Terentianus Mitio argẽtum Syro adnumerauerit ab Argentario. Quod ſi eſt, abſolutus eſt Sannio pecunia ab Argentario accepta: quod inficiatur* Nannius. *Expẽdat lector. Sed hic mirari ſubit* Nanniũ, *qui hæc de re ſcripturus, Budæum non adhibuerit in conſilium. Cedere foro, inquit Budæus, & Solum vertere, dici propriè poteſt de Argentariis, qui &* Nummularij *dicuntur, & Menſarij, menſularíique, & Græcis verbis Trapezitæ & Collybiſtæ: qui & ipſi rurſus duorũ ſunt generum. Nam minutuli illi* Nummularij, *id eſt Campſores vulgò dicti, quos Græci Argyrognomonas vocant, quaſi pecuniæ ſpectatores, & Callybiſtas & ἀργυραμοιβοὺς publicam cauſam habere non videntur: nec rationem accepti expenſíq; facere, vt Argentarij illi & Menſularij, qui non tam pecuniarum permutationem, quàm maiorem negotiationem exercent. quibus olim moris fuit pecunias cuſtodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuito. Hos Demoſthenes Trapezitas vocat. Romæ autem Argentarij etiam auctionibus interueniebant: cuius exemplum eſt in l. Filiæ. ff. De ſolutionibus. & pecunias ibi à licitantibus ſtipulantes, auctionantibus repræſentabant. Cicero pro Cecinna, Ebutio negotium datur: adeſt ad tabulam: licetur Ebutius: deterrentur emptores multi, partim gratia Ceſenniæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Ebutio: pecuniã Argẽtario promittit Ebutius. Quintilianus de arte memoria*

riæ loquens libro vndecimo cap. 11. Et forſan in hoc ſunt, adiuti, qui auctione dimiſſa, quod cuiq; vendidiſſent, teſtibus Argentariorum tabulis reddiderunt: quod præſtitiſſe Hortenſium dicunt. Hos ego inuenio ἀργυροπράτας vocatos in Pandectis Græcis, vel ἀργυροπράκτας fortaſſe, ab exigendis venditarum rerum pretiis. Meritò igitur huiuſcemodi Argentarij publicam cauſam habere dicũtur à Caio in titulo De edendo. Horum nunc inſtar ferè ſunt apud nos, qui vinarij venditores pecuariíque dicuntur, & Cetarij piſcariíque, operam negotiatoribus præbentes identidem commeantibus, ne in foro diu ſedere cogantur, & à ſingulis emptoribus pretia expectare. Hactenus Budæus. Pãdectarum locus cuius Budæus meminit, ſic habet. Filiæ inteſtato patri hæredis negotia mater geſſit, & res vendendas per Argentarios dedit, ídque ipſum codice conſcriptum eſt. Argentarij vniuerſum redactum venditionis ſoluerunt. &cæ. Verba ſunt Scæuolæ. De nummulariis ſic Paulus in l. Quædam ſunt perſonæ. ff. De edendo, Nummularios quoque non eſſe iniquum cogi rationes edere, Pomponius ſcribit: quia & hi, ſicut Argentarij, rationes conficiunt. Et quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio ſcriptura codicibúſque eorum maximè continetur: ideo frequentiſſimè ad fidem eorum decurritur. Sciendum, inquit Alciatus lib. IIII. Diſpunctionum, in re nummaria eſſe Argentarios, nummularios, mẽſarios, Campſores, Trapezitas, Collybiſtas: quæ omnia vocabula ferè idem ſignificãt: niſi quòd Argentarij maiores negotiatores erant, qui nõ in permutando tantùm, vt cæteri, tabernam exercebant, ſed qui etiam nummos fœnori collocabant, non ſuos tantùm, ſed etiã aliorum. Hinc apud Plautum Argentarius pro fœneratore accipitur. Sicut enim noſtris temporibus in foro mercatorum literis quibuſdam, quas cambij vocãt, debitores ſubſcribunt, ſoluúſq; proxenetæ teſtimonio vtuntur: ita veteres illi, Argentarij rationes pro inſtrumento habebant. quapropter ne fides labefactaretur, de publico ſolebant conſtitui: eligebantúrque magnæ fidei homines. Hæc ad verbum Alciatus. Porrò Cedere foro, id eſt, quod vulgus facere bancquam ruptam dicit: hoc eſt, negotiationem menſariam abrumpere. Vertere ſolum, eſt aliò migrare, hoc eſt regionem mutare, ſiue exilij cauſa, ſiue ob æs alienum. Teſtimonia vide apud Budæum.

Cedere foro. — Vertere ſolum.

DONAT. — Tragœdiæ in tria diuiſio.

OBſecro mea nutrix. } Hæc ſcena, Tragœdiæ ordinem ſeruat. Nam Tragœdia in tria diuiditur, Expectationem, Geſta, & Exitum. Hîc ergo expectatio eſt in Getæ nũtio: Geſta, in planctu Soſtratę: Exitus. * ¶ Obſecro mea tu nutrix. } Hinc demonſtratur qui ſit maternus affectus, quàm grata in dominos ſeruorũ fides ſit: eundémque laborem & dolorẽ eſſe ex falſis & veris malis. ¶ Obſecro mea tu nutrix. } Perſonæ aut ſuis verbis, aut aliorum inſinuantur. ex ſuis: vt nunc perſona Soſtratæ. Ex alienis: vt Mitio, Aeſchini perſona ex Mitionis oratione ac Demeæ. ¶ Obſecro mea tu nutrix. } Mea nunc pro blandimento ponitur.

Mea.

¶ Quid nunc fiet? } Imploratio eſt magis trepidãtis, quàm ignoratio et interrogatio. nãque illius nutrix eſt, quippe anicula eſt: ſed non ſapientior nutrix eſt, quàm domina ſua. Ipſum etiã quod dicit, Nutrix, honorificum eſt. Vt, Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem. Sunt enim nomina ad aliquid, quibus nos tamen velimus appellari, vt Magiſter, Medicus, Orator. ¶ Modò dolores mea tu occipiunt primulũ. } Euidenter hîc Modò tẽporis præſentis aduerbiũ eſt. Et rurſus Mea tu, blãdimẽtum eſt: ſine quo non progreditur colloquium fœminarũ, & maximè trepidantium.

Quid nunc fiet. — Nomina ad aliquid. — Modò temporis præſentis aduerbium. — Mea.

¶ Primulum. } Initium, & ipſa origo dolorũ, diminutiuè demonſtrata eſt. Non enim primum, ſed primulum dicit. ¶ Nũquam tute pepereris. } Vide præparationẽ doloris: nihil mali adhuc ſecutum eſt, & iam ſic turbatur Soſtrata. ¶ Iam nũc times, quaſi nunquam adfueris, nunquã tute pepereris? } Doctè duo propoſuit, quibus experientes ſcienteſque rerum ſumus, videre & pati. Virgilius ſic, — quęque ipſe miſerrima vidi, Et quorum pars magna fui. Tute autem pro tu. παρέλκον eſt quod * recitatu. & facit tute, et tutemet, & tutemetipſe. ¶ Miſeram me. } Proprium eſt mulierum cùm loquuntur, aut alios blãdiri: vt, Annã chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem. Aut ſe commiſerari: vt — miſerę hoc tamen vnum Exequere Anna mihi. Nam hæc omnia, muliebria ſunt, quibus pro malis ingentibus quaſi in aceruum redigũtur, & enumerantur nullius momenti querelæ. ¶ Neminem habeo. } Quid enim opus eſt? aut cur nũc quereris? ¶ Solæ ſumus. } Nunquã pluraliter ſolę. ¶ Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Aeſchinũ. } Habeo, ſubauditur. & magis à trepidante quàm rationabiliter dicitur: nam refellit hoc totũ nutrix Canthara. ¶ Solæ ſumus. } Cùm hoc nomen ſingularitatis ſit, mirè ſolæ pluraliter dixit. ¶ Neminem habeo: ſolæ ſumus. } Muliebri-

Primulum. — Tute. — Tutemet. — Tutemetipſe. — Miſerã me. — Solæ.

## ACTVS III. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

SOlicitam inducit Soſtratam, ob filiæ, quæ ex Aeſchino grauida eſt, vicinum partum.

ARG. PAVL. MALL.

HIc Soſtrata matrona vna cum nutrice introducitur compatiens filiæ ſuæ, quæ ex Æſchino grauida facta iam parturiebat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

CAnthara conſolatur Soſtratã, quòd doleat ob partum filiæ.

*Iambici & Trochaici permixti.*

SOSTRATA *matrona*, CANTHARA *nutrix.*

OBſecro mea tu nutrix, quid nũc fiet? C. quid fiet rogas? rectè Aedepol ſpero. S. modò dolores mea tu occipiunt primulum.

C. Iam nunc times, quaſi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris.
S. Miſeram me, neminem habeo: ſolæ ſumus: Geta autem hîc non adeſt:
Nec habeo quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Aeſchinum.
C. Pol is quidem iam hîc aderit: nam nunquã vnum intermittit diem,
Quin ſemper veniat. S. ſolus mearum miſeriarum eſt remedium.
C. E re nata melius fieri haud potuit, quàm factum eſt hera:
Quando vitium oblatum eſt, quod ad illum attinet potiſsimum,
Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
S. Ita pol eſt, vt dicis: ſaluus nobis, deos quæſo, vt ſiet.

*ter queritur, & ex perturbatione ſua æſtimans, metu multa facit ea quæ pauca ſunt. [Geta autem hîc non adeſt.] Hîc apparatio eſt, vt oſtẽdatur abſens qui ſuperuenturus eſt. [Nec quem ad obſtetricem mittam.] Deeſt, habeo. Sed in conſuetudine eſt ſic loqui. cum vtrumque nobis, non alterutrum deeſſe conquerimur. [Nunquam.] Pro non. Et ſemper non ad omne tempus retulit: nã qui poteſt? ſed ad omnes dies, ſecundum quod ait, Nam nunquam vnũ intermittit diẽ. [Solus mearũ miſeriarum.] Bona locutio. [E re nata.] Sic propriè dicimus de iis quæ contra voluntatem noſtram acciderũt: vt nunc vitiũ virginis. Ergo è re nata, ex vitio virginis. Sic Lucilius, p i i Et ſic maluit dicere, quàm nũc Aeſchino culpam, ſed potius caſui attributam vellet. Eſt autẽ ordo, Nihil potuit melius è re nata fieri, quàm id quod factum eſt hera. vt quandoquidem vitianda erat virgo: ab eo vitiaretur, qui erat expetẽdus ad matrimonium. Senſus enim hic eſt, Malum vim fieri virgini: ſed ex conditione eius quæ vitiata ſit, nihil potuit melius euenire quàm contigit, vt ab eo vitiaretur, cuius nos nõ pœniteret. Intelligere autem debemus, fieri, & factum eſſe: pro euenit, & contigit, dici. [Melius fieri haud potuit.] Si fieri pro euenit acceperis: erit conſequutio locutionis. ſin minus: deerit, quantũ intelligo. vt ſit, è re nata, quantum intelligo. [Quando vitiũ oblatũ eſt.] Hoc eſt, è re nata. [Oblatũ eſt.] Oblatum dicitur, quod offertur inuito. [Quod ad illum attinet potiſsimum.] Quaſi vitium oblatum ſit potiſsimum, hoc eſt bonũ: ſed ex perſona eius qui obtulit vitium factum eſt bonum, quod per ſeipſum malum eſt. Et hoc eſt quod melius haud fieri potuit quàm factum eſt. Illum autem dicit, Aeſchinum ſcilicet. Potiſsimum autem ſuperlatiuum eſt ab eo quod eſt potis & potius. Sic enim facit, potis, potius, potiſſimum. Et quod, modò exceptionem ſignificat: vt ſit, quãtum ad illum attinet, id eſt Aeſchinum. [Tali genere.] Laus, ante illum talem * & tali animo. In illo, Et genus, ad viuos pertinet. Familia etiam ad defunctos. Alij, genus ad nobilitatem referunt: Familiam, ad copias. Vnde & paterfamiliâs dicitur: vt ſit, Ex tanta familia, ex tam diuite domo. Hæc omnis παρέκτασις tragica eſt gaudiorum introductio ante funeſtiſsimum nuntium. [Talem.] Scilicet à corpore, à forma, à pulchritudine. [Tali genere.] Id eſt ab his quæ extrinſecus ſunt, id eſt honeſtate generis. [Atque animo.] Id eſt, ſapiẽtia, modeſtia. Hoc modo igitur nihil prætermiſit in laude. [Saluus nobis, deos quæſo, vt ſiet.] Quàm bonus eſt cum nihil ad vota præter ſalutem, opus eſt.*

Nunquam, pro non. Semper. E re nata. Fieri. Factũ eſſe. Oblatum, Potiſsimũ. Quod. Genus. Familia. Paterfamiliâs. Animus.

ADRIA. BARL.

*Obſecro mea nutrix.] Mea blandimentum eſt. [Quid nunc fiet?] Trepidantis eſt magis fœminæ, quàm ex ignorantia interrogantis. & mea nutrix, honorifica eſt compellatio. Sũt enim nomina, quibus appellari gaudeam⁹, vt magiſter, Orator, Poëta. [Vitium oblatum eſt.] Offerre, pro inferre, Terentio familiare eſt, nec aliis inuſitatum ſcriptoribus. Cicero, Reginæ ſtuprum obtulit. Vel dic antiquam eſſe locutionem. Oblatum autem vitium vel ſtuprum dicitur, quod inuitæ offertur. [Tali genere atque animo natum.] Laus eſt Aeſchini à natalium honeſtate & modeſtia.*

Offero, pro Infero. Oblatum vitium.

LATOMVS

*Argumentum. Colloquiũ mulierculanum de Aeſchino, éſtque hîc initium adepitaſin. [Mea tu.] Muliebre blandimentum. [Miſeram me, neminem.] Conſternatio & ſollicitudo Soſtratæ, ad augendam futuram perturbationem, nunciata alienatione Aeſchini. [E re nata.] Pro euentu rei.*

E re nata.

PETRVS MARSVS.

*Obſecro mea nutrix, quid, &c.] Maternũ affectum ſedulitatémque, & induſtriã in celandis liberorum vitiis appoſitè hæc ſcena exprimit. Eſt enim hoc tanquam è iure naturali nobis inſitum, vt pro noſtris talem curam geramus, ne & ſibi nobiſque ſimul vitium adferant, noceántque. [E re nata melius.] Deinde facilius ferimus contumelias nobis illatas à magnis factioſíſque, quàm à vilibus, & neglectis hominibus. Nam animus hominis, qui ad vindictam perpetuos quaſi ſtimulos circunfert, tum demum facilius in iniuria acquieſcit, quando conſiderat, maiorem eſſe poteſtatem, quàm quæ à ſe lædi poſsit.*

RIVII caſtigatio. E re nata.

*E re nata melius fieri haud potuit.] Sunt exemplaria, quæ habeant, è re natæ, pro eo, quod eſt, ex vſu filiæ: quomodo manu ſcriptum quoddam. Sed rectius è re nata legitur, Donato quoque probante: quod quid tandem ſit, & paucis & dilucidè explicat Budæus: Res nata, inquiẽs, dicitur quæ accidit: & hoc verbo ſignificãt πρᾶγμα νεωστὶ συμβεβηκός, de re enim repentina dicitur, vt inquit Donatus in Adelphis. Cicero: Tum tibi placuit, vt mitterem ad filium: inde eſt natum, vt ad Publium. Sermo eſt à Græcis tranſlatus, qui φυ-ϐμνον πρᾶγμα dicunt rem, quæ nuper accidit. Hæc ille. Donatus, E re nata melius fieri haud potuit. Sic, inquit, propriè dicimus de his quæ contra voluntatem noſtram acciderunt, vt nunc vitium virginis. Eſt autem ordo: Nihil potuit melius è re nata fieri, quàm quod factum eſt: vt quando vitianda erat virgo, ab eo potiſsimùm vitiaretur, qui erat expetendus ad matrimonium: quaſi dicat, Malum quidem per ſe vitium offerri virgini: ſed ex cõditione eius quæ vitiata ſit, nihil potuit melius euenire, quàm quod contigit, vt ab eo vitiaretur, cuius nos nõ pœniteret. Ita fermè Do. In manuſcripto, quod Ioan. Muſterus nobis miſerat, ad hunc modum erat, Heræ natæ melius fieri haud potuit. Ibidem in ſpatio quod verſus dirimit, ſic adſcriptum offendi, Heræ genitiui*

caſus, natæ datiui. O infelix ſeculū. Talibus gloſsis paſsim cōtaminatus eſt optimus author, & ſic interdū deprauatus, vix vt corrigi poſsit. Eſt aliud manuſcriptum, quod habeat Frena tē. id ſic lector intelliges, quaſi iræ moderari iubeat: propterea quòd vt ſequitur, melius fieri haud potuerit. O interpretes.

GLAREANVS.

*Huius ſcenulæ verſus oppidò impediti ſunt. Primus eſt trochaicus tetr. catale. ſed finitus in Rogas, vt ſecundus verſus incipiat à verbo Rectè, qui ſecundus ſit iambicus tetr. acatal. niſi loco tertio proceleuſmaticum ponamus. Nā Aedepol vel primam habet breuem, vel creticus eſt in hoc loco. Et Donatus Mea tu legit pro Meatum. Tertius verſus rurſus eſt iambicus: niſi quis tollat Tunc. Quartus & ipſe iambicus eſt, niſi quis loco tertio ponat proceleuſmaticum. Præterea s in Sumus eliditur ad finem. Quintus haud dubiè trochaicus eſt, niſi quis m non elidat in Quem. Sextus rurſus eſt iambicus, niſi s elidamus in Is. Ita ſeptimus iambicus fuerit, niſi & ibi i elidatur in Miſeriarum ante a. Cæterum Mearum diſyllabum fuerit, niſi creticum loco quarto conſtituamus. Vltima quatuor haud dubia trochaica ſunt, fortè vltimum iambicum iudicari poterit, ſi quis Deos diſyllabum fecerit, quod ego malim monoſyllabum. Poteſt & bacchius eſſe loco ſexto.*

DONAT. *Nunc.* NVnc illud eſt. ⁆ Hic locus, ſecundum artem comicam ſeruum currentem exprimit & nunciantem mala. Maxima itaque pars ſcenæ, motoria eſt. ſignificat autem Nunc tale negotium eſt, nunc tale periculum eſt. aut verò conſignificationem temporis habet, vt ſi diceret, quando aut quo tempore.

¶ Nunc illud eſt. ⁆ Vtrum periculum, an tēpus? Eſt enim ἔκλειψις. ¶ Quòd ſi omnes omnia ſua conſilia. ⁆ ὑπερβολή. cū *Paronomaſia.* παρονομασίᾳ omnes omnia. Hinc Cice. Omnes in hoc iudicio conferant omnia. ¶ Salutem quærant. ⁆ Non, remedium, vt ægro: ſed vt pereunti ſalutē. Et nouè dixit ma- *Quærere ſalutē malo* lo ſalutem, pro, cōtra malum. ¶ Auxilij nihil afferāt. ⁆ Mirè de proximo repetitum eſt παρόμοιον, id eſt cōferant & afferant. Hoc conuenit præſertim ſtomacho minus verba curantis. Sic ſuprà, Omnes omnia. ¶ Quod mihíque, heræque, filiæque. ⁆ Mira in ſeruo fides, cum primum ſe ponat in herili malo: & poſt ſe matrem: in vltimo, puellā. *Polyſyntheton.* ¶ Quod mihíque, heræq́; filiæq́; herili eſt. ⁆ πολυσύνδετον ſecundum. vt, — omnia ſecum Armentarius afer agit tectúmque, laréma; Armáque, Amyclæúmque canem, Creſſámque pharetrā. *Circumuallare.* ¶ Circumuallant. ⁆ Circumuallant ſe circa nos, & ſtipāt ſe inuicem. nam circumuallamus nos & alios. tamē rara locutio eſt. Et circumuallant dixit, velut inimica acies cōtra nos: & ideo addidit, Vnde emergi non poteſt. Cùm impreſsio eſt hoſtiū, ſic dicitur. vt Saluſtius, Preſsi vndique multitudine. Cicero, Qui ſemper premuntur, & nunquàm emergunt. Et emergi, nouè. nam emergo dicitur, non emergor. ſed ideo eſt vſus, *Emergi.* quia extra compoſitionem & mergo & mergor facit. ¶ Vnde emergi non poteſt. ⁆ Vnde, abſolutè. an deeſt, illud? an vnde, *Vnde.* pro ex quibus? ¶ Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo infamia. ⁆ Hę res ſunt quæ circumuallant: Vis illata: Egeſtas ipſius puellę: Iniuſtitia iudicum illius tēporis: Solitudo à defenſoribus: Infamia ab iis qui credunt pretio vitiatam. Nam et in ſubditiis ſic habes, Quādo ego cōſcia mihi ſum, néq; pretium, neque rem vllam interceſsiſſe. ¶ Hocine ſeculum? ⁆ ἐν ἤθει. Queſturus de homine, ſeculū accuſat prius vt à tempore, mores increpet: & è contrario, Secula in omnibus rebus laudantur: vt, —quæ te tam læta tulerūt Secula. ¶ O ſcelera? ô genera ſacrilega? ô hominem impurum? ⁆ Moris eſt nimis dolentibus, incuſare alia ex aliis. Vergilius,

*Cum complexa ſui corpus*
*miſerabile nati,*
*Atque deos atque aſtra*
*vocat crudelia mater.*

Et, Quem non incuſaui amēs hominúmq; deorúmq;? ¶ O hominē impurum? ⁆ Aeſchinū ſcilicet. & hoc ἠθικῶς nam ſemper vltimum ponimus eū, cui maximè iraſcimur. vt in Andria, poſt accuſatum ſocerū, & vituperatam ſponſam, Nā quid ego dicam de patre? Et in Phormione, Itáne tandem vxorē duxit Antipho iniuſſu meo? Et poſt multa, O facinus audax? O Geta monitor? Vnde ille, Vix tandem inquit. ¶ Video timidum, & properantē Getam? ⁆ Timidum, perturbatum. non enim timet: ſed *Timidus.*

# ACTVS III. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

GEta Soſtratæ ſeruulus commotior, heræ nūtiat Aeſchinum alio captū amore, puellā eripuiſſe lenoni.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena artificioſè exprimitur ſeruus fidelis, vehementer commotus, curréntque properè, ac mala Soſtratæ nuntians. Nam refert quomodo Aeſchinus alio amore captus, puellam lenoni eripuerit, deſerta ac ſpreta Attica virgine, quā ea lege, vt ipſam vxorem duceret, ſtuprauerat. Poſtremò Soſtrata Hegionis Simulo familiari rem omnem enodandam cenſet.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena, mulierculæ factum Aeſchini recenſent, & motus ſit magnus.

*Tetrametri partim Iambici, partim Trochaici,*
*Dimeter vnus.*

GETA *ſeruus*, SOSTRATA, CANTHARA.

*NVnc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,*
*Atque huic malo ſalutem quærant, auxilij nihil afferant,*
*Quod mihíque, heræque, filiæque herili eſt.*

væ miſero mihi,
Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non poteſt:
Vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia.
Hoccine ſeculum? ô ſcelera! ô genera ſacrilega! ô hominem * impium!
S. Me miſeram, quidnam eſt, quòd ſic video timidum, & properantem Getam?
G. Quem neque fides, neque iuſiurãdum, neque illum miſericordia
Repreſſit, neque reflexit: neque quòd partus inſtabat propè:
Cui miſeræ indignè per vim vitium obtulerat. S. non intelligo
Satis, quæ loquatur. C. propius obſecro accedamus Soſtrata. G. ah,
Me miſerum vix ſum compos animi: ita ardeo iracundia.
Nihil eſt quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam,
Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.
Satis mihi id habeam ſupplicij, dum illos vlciſcar modò.
Seni animam primùm extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus:
Tum autem Syrum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis!
Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem,
Vt cerebro diſpergat viam:
Adoleſcenti ipſi eriperẽ oculos, poſt hæc præcipitem darem:
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tũderem, & proſternerem.
Sed ceſſo heram hoc malo impertire properè?
S. reuocemus. Geta.
G. Hem, quiſquis es, ſine me. S. ego ſum Soſtrata. G. vbi ea eſt? teipſam quærito,
Te expecto: oppidò opportunè te obtuliſti mihi obuiam
Hera. S. quid eſt? quid trepidas? G. hei mihi.
S. quid feſtinas mi Geta?
Animum recipe. G. prorſus. S. quid iſtuc pror

*dolet. Sic Plautus in Bacchidibus, Nam vt ex naui vecta es, credo timida es. ¶ Quẽ neque fides, neque iuſiurandum. } Ordo eſt, Hominem impurum, quẽ neque fides, neque iuſiurandum. Exaggerat crimen admiſſum.*

***impurũ**

*¶ Quem neque fides. } Quia promiſit. ¶ Neque iuſiurandum. } Quia iurauit. ¶ Neq; illum miſericordia. } Quia vim intulit. ¶ Neque illum. } Secundum παρέλκον nam abundat Illum: vt, Nũc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra. Et eius videlicet miſericordia quam amauit, neque Repreſſit, ne auderet: Neque reflexit, ne faceret. et ſic hoc dictum eſt vt à Virgilio, Nũ fletu ingemuit noſtro, num lumina flexit, Nũ lachrymas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt? &c. vt ſi non potuit reprimi ne faceret: ſaltem vt in peccando eſſet mitior, debuit commoueri. ſed melius quod ſuprà. ¶ Neq; quod partus inſtabat propè. } αὐξητικῶς addidit non tantùm mariti, ſed etiam patris ſcelus.*

**Indignè.** *¶ Cui miſeræ. } Deeſt, ei. ¶ Indignè. } Impiè, crudeliter. vt Virgilius, — quæ cauſa indigna ſerenos Fœdauit vultus? ¶ Nõ intelligo ſatis. } Ad hoc Soſtrata ignorãs inducitur, vt malo nuntio repentè feriatur. & quia oportuit ipſam ptiorẽ loqui, præſens loquitur. Quia autem non eſt perdenda tã ſuauis ἠθοποιΐα dolentis ad iraſcẽtem: idcirco nõ audit, nec ob illã Geta cõſeruus loqui deſinat. ¶ Satis quæ loquitur. } Adhuc non audiẽte Geta loquitur. idcirco nec audit eum ſatis, nec videtur ab eo Soſtrata.*

**Vix.** *¶ Vix ſum compos animi. } Aut vix, tandem: aut vix, non. vt Lucilius, Carcer vix carcere dignus.*

**Compos animi. Impos animi.** *¶ Compos animi. } Id eſt competentis animi, vel ſani animi. cui contrariũ eſt, Impos animi. Saluſtius, Neque animo, neque lingua ſatis compotem. cum de amente Septimio loquẽretur. Alij, cõpotem animi, compoſitũ animo intelligunt. ¶ Quam illam totam familiam. } Hîc nunc tam culpa familię, quàm ſcelus Aeſchini oſtenditur, propter quem omnes cruciandi ſunt.*

**Hanc.** *¶ Irã hanc. } Hanc interdum pro qualitate, interdũ pro quantitate accipimus, interdum pro vtroque. vt, Tuáq; animam hãc effundere dextra? Et, Hunc ego te Euriale aſpicio? Sed nunc pro vtroque, hanc dixit. vt Saluſtius de ſcriptione Celtiberi ait, Hũc igitur redarguit Tarquinus. ¶ Satis mihi id habeam ſupplicij. } Moraliter loquitur: nam ferè quando quiſquam iraſcitur, ſibi videtur fortis, tanquam qui plus audet. ¶ Dum illos vlciſcar modò. } Verum eſt hanc eſſe vindictam quæ ex recentiſſimis flagitiis properata ſit. Sic Virgilius, — te Turne ſuperbũ Cæde noua quærens.*

**Extinguere animam.** *¶ Seni animam primum extinguerem. } Bene extinguerẽ: quia ignis eſt. Virgilius, Igneus eſt illis vigor, & cœleſtis origo Seminibus.*

**Primùm.** *Et primùm addidit, quod ordinem ſignificat, tũc enim adicitur, cum multa ſubiiciẽda monſtrantur: vt cui fracta prius crura brachiáque, * & cætera vitia, in Aeſchinum totum promouens oſtenditur, etiam per aliena ſupplicia. ¶ Syrum impulſorem. } Cauſa pœnæ. ¶ Vah, quibus illũ lacerarem modis! } Hîc voluntas immodica oſtẽditur, pœnam pro merito repoſcentis. Et nota, cum Syrum dixerit, addidiſſe nutus de ſupercilio. ¶ Illum ſublimem. } Iſta pœna.*

**Diſpergere.** *¶ Statuerẽ, Vt cerebro diſpergat viã. } Et cerebrum & via diſpergi poteſt: ideo videtur ambiguũ.*

**Spargere.** *vt apud Virgilium, — enſémque cruore Spumantem, ſparſáſque manus. Aliter enim dicitur, Spargite humũ foliis: Aliter, Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni.*

ſus ergo eſt? G. periimus,
Actū eſt. S. eloquere obſecro quid ſit. G. iam. S. quid iam Geta?
G. Aeſchinus. S. quid ergo is? G. alienus eſt à noſtra familia. S. hem,
Perij, quare? G. amare occepit aliam. S. væ miſeræ mihi.
G. Neque id occultè fert: à lenone ipſus eripuit palàm.
S. Satin' hoc certò? G.* certè, hiſce oculis egomet vidi Soſtrata. S. ah,
Me miſeram: quid credis iam? aut cui credas? noſtrúmne Aeſchinum,
Noſtram vitam omnium, in quo noſtræ ſpes, omnéſque opes ſitæ
Erant: qui ſine hac iurabat ſe vnum nūquam victurum diem,
Qui ſe in* ſui gremio poſiturum puerum dicebat: patrem
Ita obſecraturum, vt liceret ſibi hanc vxorē ducere.
G. Hera, lachrumas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus eſt, porrò* conſule.
Patiamúrne, an narremus cuipiam?* S. hau, hau mi homo, ſanúſne es?
An hoc proferendum tibi vſquam eſſe videtur? G. mihi quidem non placet.
Iam primùm illum alieno animo à nobis eſſe res ipſa indicat.
Nunc ſi hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, ſat ſcio.
Tua fama, & gnatæ vita in dubium veniet. tum ſi maximè
Fateatur, cum amet aliam: non eſt vtile hanc illi dari.
Quapropter quoquo pacto* celato eſt opus. S. ah, minimè gentium:
Non faciam. G. quid agis? S. proferā. G. hem, mea Soſtrata vide quam rem agas.
S. Peiore res loco non poteſt eſſe, quàm in quo nunc ſita eſt.
Primùm indotata eſt: tum prætereà, quæ ſecunda ei dos erat,
Periit, pro virgine dari nuptum non poteſt.

*certò, *ſuo *proſpice. *Can. *tacito

ni. ¶ Adoleſcenti ipſi eripere oculos. § Bene oculos, amoris indices, adiutoréſque flagitij. ¶ Poſt hæc præcipitē darem. § Grauior pœna cæcitatis, non prouidere quò cadas. ¶ Cæteros ruerem. § *Ruere.* Ruere, actiuā vim habet. Saluſt. in ſecundo, Ictu eorum qui in flumine ruebant, necabantur. Ruere enim, eſt toto corpore vti ad impellendum: quod faciunt qui ipſi præcipites alios proſternūt. Vnde propriè ſues ruere dicuntur. Virgilius, Ipſe ruit, dentéſq; Sabellicus exacuit ſus. Et Horatius, Hanc rabioſa fugit canis, ac lutulenta ruit ſus. ¶ Tunderem, & proſternerem. § Vide quàm fortis ſibi videatur qui dolet et iraſcitur. ¶ Agerē. § *Agere. Agere ventos.* Proſequerer, premerem. Virgilius, Illa fretus agit ventos. Id eſt, nimia celeritate perſequitur, & penè occupat, præuenítque. ¶ Ego ſū Soſtrata. § Hæc ideo inducitur, vt veriſimile ſit ſuprà non viſam Soſtratam: quando etiam vix nūc agnoſcitur ab irato. ¶ Teipſam expecto oppidò opportunè. § Incerta diſtinctio, vtrū te expecto oppidò opportunè, ſit dicendum: *Expecto.* An expectare, ſit impatienter cupere, & ſine preſcriptione temporis ſperare, iuxta certum tempus. Vnde apparet ad Te expecto, quia per ſe nimiū eſt, non eſſe iungēdum Oppidò. ¶ Quid feſtinas mi Geta? § Probus aſſignat hoc Soſtratæ. Aſper nō vult ad omnia ſeruum reſpondere: ſed nutricem putat hoc loqui. ¶ Quid feſtinas? § *Feſtinare, pro perturbari.* Perturbaris. Et cōmotus dicit Prorſus actu cōmoto & anhelanti, ob perturbationem & contentum curſum. ¶ Animum recipe. § *Animum recipe.* Quod in lectione geſtu oſtendi minimè potuit, id ex verbis Soſtratæ oſtēditur in Geta. Nam ideo dicitur, animū recipe: quia ille præ anhelitu crebriora verba continuare non poſſit. ¶ Perimus: actum eſt. § Iam bina verba iungūtur. ¶ Perimus: actum eſt. § Perimus: Verba ſunt deſperationis. *Actum eſt.* Nam Actum eſt dicitur in ea re de qua iam lata ſit ſententia. ¶ Eloquere obſecro te. § *Eloquor.* Bene eloquere. nam conatur tātum quod nec explicatur, nec intelligitur: cui vitio contraria virtus eſt eloquentia. Iam plus hîc geſtu, quàm dictu agitur: quia vt ſuprà diximus, & laſſus eſt qui nuntiat: & integratur dolor nūtij, cum apud illam loquitur, ad quam maximè calamitas pertinet: quo dolore, vox plerunque ſubtrahitur atq; ſingultit: & ſimul dat ſignū perditarum rerum. ¶ Væ mihi miſeræ. § Interponitur mulieris affectus nouo nuntio. ¶ Amare occepit aliam. § Peius eſt amare occepit, quàm amat. *Occipere.* Nā in eo quod dixit, Occepit, augmenta mali metuenda ſignificat; vt in principiis quæ actum reſpiciunt, non ſtatim imminutionē inſpectant. Et occipit, magnum facinus dixit. ¶ A lenone ipſus eripuit palàm. § Sic nuntiat, vt vltima peiora ſint. Et his argumētis vult probare, quòd immodicè amauit Aeſchinus: qui plus quàm virginem, idipſum quod pudor nec hortatur, nec conſulit, amat. Quis autē magis potuit impudēs eſſe, quàm qui poſt honeſtum amorem, ab lenone amet? *Ab lenone amare.* Hoc etenim ſignificat meretricem. Ergo nō honeſtum, ſed ab lenone: nō per aliū, ſed ipſius: nec emit, aut abduxit, ſed ob impatientiā valde amantis eripuit. neq; id occultè, vt qui celaret factum, tāquam ſatisfacturus vxori videretur: ſed, palam. ¶ Satin' hoc certo? § Magnis malis non ſtatim creditur. Hoc ergo ex dolore dixit. q; ſtupet audiens: non quia non habet fidem. ¶ Hiſce oculis. § *Hiſce oculis.* ἰδιωτισμὸς aſſeuerātis. ¶ Ah, ah. § *Ah, ah.* Interiectio eſt flentis. ¶ Me miſeram. § Mira affectio. nam lachrymæ nōn ſinunt finire ſenſum. ¶ Quid credas iam? aut cui credas? §

hoc reliquum eſt,
Si inficias ibit, teſtis mecū eſt annulus, quem amiſerat:
Poſtremò quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul,
Neque pretium, neque rem vllam intercesſiſſe illa aut me indignam, experiar Geta.
G. Quid iſtuc? accedo vt melius dicas. S. tu quantum potes,
Abi, atque Hegioni cognato huius rem omnem narrato ordine.
Nam is noſtro Simulo fuit ſummus, & nos coluit maximè.
C. Nam hercle alius nemo reſpicit nos. S. propera: tu mea Canthara
Curre: obſtetricem accerſe, vt cùm opus ſit, ne in mora nobis ſiet.

*Fides in perſona, & in re.*

Fides, aut perſonæ qualitate ſeruatur, ſi grauis perſona eſt cui creditur: aut ipſius rei qualitate, ſi ea res creditur, in qua fallere cui creditur, aut non poteſt, aut nō debet. Hîc ergo mirè in vtroq; iam fidem dixit nullam eſſe, & in perſona, et in re. quod Virgilius, tranſtulit, breuiúſque dixit, Nuſquam tuta fides. hoc eſt, nec in re, nec in perſona. Et hic ipſe in Heautōt. Pro Iuppiter, vbi nam eſt fides? ¶Noſtrum Aeſchinum, noſtram vitam.} ἐλλειπτικῶς omnia: quia fletus impedit verba. deeſt autem, hoc feciſſe, vel quid tale. ¶Sitę erāt.}

*Situs.*

Sitæ, poſitæ. nam ſitum eſt quicquid in loco ſuo poſitū non euertitur. ¶Poſiturum puerū.} Puerū dixit, ſi puer naſceretur: nō quia diuinabat. Ad votum ergo cupientis retulit Puerum: non quia neceſſe eſſet marem naſci. Et hæc omnia magno ſtupore dicuntur ad exaggerādam perfidiam illius cui creditur, & dolorem eorū qui crediderunt. ¶Hera lachrymas mitte: ac potius quod ad hanc rem opus eſt.} Hinc Virgilius,

Non lachrymis hoc tempus, ait, Saturnia Iuno.

Sentit autem non lachrymis agendum, vbi conſilio opus eſt. ¶Porrò cōſule.} Porrò, in reliquum, deinde, vel in futurum.

*Porrò.* Porrò enim, ordinis & temporis aduerbium eſt, non coniunctio.

*Hau, hau.* ¶Hau, hau mi homo, ſanúſne es?} Hoc ex perſona nutricis legendum eſt: illa enim diſsimulandam rem putat.

*Mi.* ¶Mi.} Pro meus.

*Vita.* ¶Tua fama, & gnatę vita.} Tibi enim crimini erit vitiatam eſſe filiam: illi etiam oberit. Et vtrum vitam, ſalutem dicit?

*In dubium.* ¶In dubiū.} In periculum. ¶Fateatur.} Vitiaſſe filiam.

*Complexio.* Et complexio eſt διαλλαγὴ oratoria, in qua vtrum ſenſeris, contrarium tollis: cogitúrque quod ex altera parte ſit, hoc eſt tacere. ¶Quapropter quoquo pacto.} Congruè & pro perſona, & pro muliere hoc dictum eſt: eámque in malis conſtantem eſſe demonſtratur. ¶Non faciam.} Non faciam, dixit, pro nō tacebo: quaſi tacere, aliquam actionem habeat. ſed moralis ſignificatio eſt, & cōmunis omnibus: ſicut aduocatum dicimus malè feciſſe, cùm tacuerit.

*Loco peiore.* ¶Peiore loco res eſſe non poteſt.} Satis argutè inter Getā & Soſtratā ſentētias ex perturbatione facit nutare. ¶Quàm in quo nūc ſita eſt.} Cauſa nihil timendi.

*Indotata.* ¶Primùm indotata eſt.} Ratio ſubiecta eſt cauſę: & indotatā, pauperem modò dicit. ¶Tum præterea quæ ſecunda ei dos erat.} Videlicet, dari pro virgine nuptum. Et incerta diſtinctio eſt. etenim erat his ſubaudiendum,

*Pro virgine dari.* Pro virgine dari nuptum. ¶Non poteſt.} Iungendum, dari nuptum. Et pro virgine: id eſt virgo: vt, Nūc planè eſt pro noua, id eſt noua. Aut nec virgo, nec pro virgine nubere poteſt. non virgo: quia vitiata eſt. nec pro virgine: quia res diffamata eſt.

*Inficias ire.* ¶Si inficias ibit.} Si negabit.

*Mecum teſtis.* ¶Teſtis mecum eſt annulus.} Locutio hæc ſic capiēda eſt: hoc eſt, annulus pro me teſtis. Vel ſic, Annulus et ego teſtes ſumus. Sed melius quod ſuprà.

*Quando.* ¶Poſtremò quādo ego cōſcia mihi ſum.} Quando, pro quoniam: vel quando, pro quidē. ¶Neque rem vllā.} Hoc eſt internūtium, pactum clàm, aut promiſſum. Et bene totum execratiuè dixit: vt alij facinora abhorreant. ¶Illa.} Filia ſcilicet.

*Experiri.* ¶Experiar.} Apud iudices agam.

*Quid iſtuc?* ¶Quid iſtuc?} Verbum eſt ęgrè conſentientis: quaſi qui dicat, quid hîc reſiſtam? ¶Accedo vt melius dicas.} Id eſt, vt conſentiam, velut qui melius poſsim dicere.

*Quantum potes.* ¶Quantū potes.} Deeſt, citò: vt ſit, quātum potes citò abi. ¶Atque Hegioni.} Apud Menādrum, Soſtratæ frater inducitur. ¶Hui⁹.} Filiæ ſuę ſcilicet. ¶Simulo.} Nomen patris puellæ: diminutiuum à Simo, vel Simone. Et nota nomen in Palliata fabula Latinè diminutiuum.

*Summus.* ¶Simulo fuit ſummus.} Summus, an ad cognatum, an ad amicū refertur? an abſolutè ponitur? vt in Eunucho, Plurima ſalute ſummum ſuum impertit Gnatho. ¶Et nos coluit maximè.} Et miſerabilius Coluit dictū eſt, quàm ſi diceret colit. Virgilius,

*Colo, colui.* Per caput hoc iuro, per quod pater antè ſolebat.

Colere enim, & maioribus & minoribus conuenit. Vt,

Poſthabita coluiſſe Samo.

*Nos.* ¶Nos.} Monoſyllabo finit, vultuoſam exprimens pronuntiationem.

*Mea.* ¶Tu mea Canthara.} Triſtis ac ſeria fœminæ blandimentū eſt Mea potius, quàm pronomen poſseſsiuum. Deeſt enim, chara, vel quid tale: quo addito, pronomē ſtaret Mea. ¶Curre.} Mirè dictum eſt ancillæ, Curre. ¶Vt cùm poſsit.} Id eſt, cùm adeſſe cœperit partus. ¶Ne in mora nobis ſiet.} Loquutio qualis ſuprà.

*ADRIA. BARL.*

Quod Mihique, heræque.} Vide miram in ſeruo fidem qui primum ſe ponit in malo herili. ¶Tot res repētè circumuallant.} Velut cōtra nos hoſtiles exercitus. A militari more ſumptum eſt. ¶Vis, egeſtas.} Vis, hoc vitium virgini oblatum. Egeſtas puellæ. Iniuſtitia horum tēporum. ſolitudo, defenſores enim non habet. infamia ab iis, qui pretio vitiatam credunt. ¶O ſcelera! ô genera ſacrilega!} Nimium dolens alia ex aliis incuſat. ¶O hominem impurum.} Vltimum poſuit, cui maximè iraſcitur. ¶Video timidum.} Perturbatum, non enim timet, ſed dolet. ¶Quē neque fides.} Criminis admiſsi exaggeratio eſt. ¶Quem neque fides.} Nā ducturum ſe illam promiſerat. ¶Iuſiurandum.} Quia iurauerat. ¶Miſericordia.} Vitium enim obtulerat. ¶Seni animam primùm extinguerem ipſi.} Statius .1. Thebaidos. Licet improbus illic Cuſtodem Phariæ ſomno letóque inuēcæ Reſtinguas.

*Reſtinguere hominē.* bene dixit ille, reſtinguas, & extinguerem Terent. Ignea enim eſt anima. Vnde & Virgil. Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.

*Anima ignea.*

*Mediũ tenetur.* ¶Sublimem medium arriperem.} Medium teneri dicimus, qui ſic tenetur, vt extricare ſeſe nulla ratione poſſit. Tranſlatum à Palæſtritis, qui ſi quem medium corripuerint, facilè vincunt. ¶Eriperem oculos.} Indices amoris, &

flagitij

flagitij adiutores.¶ Poſt hæc præcipitem darē.} Grauior pœ-
na cęcitatis eſt,inquit,Don.nō prǫuidere quò cadas.¶ Ruerē
agerem,tūderē,& proſternerē.}Dolor & ira fortes reddunt.
Agere. Agerem hîc pro mouerē ſignificat. Attēde præterea iratum
R litera. verbis vti literam,r, habentibus,quā ſaxo,aut cōmotis irri-
tati flagellis canes exprimere ſolent.¶ Quid feſtinas mi Ge-
ta.}Ideo feſtinat,quia ob contentū curſum anhelabat Geta:
Et animū recipe.nā præ anhelitu orationē continuare nō po-
teſt.¶ Animū recipe.}Prouerbiale eſt,vbi quis re ſubita cō-
ſternatus poſtea recipit ſeſe.¶ Amare occepit aliā.}Hoc pe-
ius,quàm ſi diceret,amat.nam in eo quod occepit, augmēta
mali metuenda ſignificat.¶ Scíſne hoc certò?}Magnis malis
non ſtatim credere ſolēt homines.¶ Quid credas, aut cui cre
das.}Datiuo & accuſatiuo ſimul, frequēter iungitur verbū
credo.hîc ſignificat nuſquā eſſe tutā fidē.¶ Qui ſine hac iu-
rabat.}Hæc & proximè ſequentia dicit Soſtrata ad exagge
randam perfidiam Aeſchini.¶ Hera lachrymas mitte.} O-
mitte,inquit,lachrymas nihil profuturas in re, vbi conſilio
magis eſt opus.¶ An proferendū tibi videtur eſſe vſquam?}
Eraſ.II.de Cop.com.E comœdiis,inquit,exēplū ſumetur mu-
liebris inconſtātiæ Soſtrata in Adelph.Mi homo ſanúſne es?
An hoc proferendū tibi videtur eſſe vſpiam?Ac paulo pòſt,
Ah minimè gentiū,non faciam.proferā.¶ Mi homo ſanúſne
es?}Donatus legendū putat ex perſona nutricis rem diſſimu
Pudicitia, landā cenſentis.¶ Quæ ſecunda ei dos erat.} Pudicitia,quę
dos ſecūda. illi per vim adēpta fuerat.Hāc Liuius.I.lib.Muliebre decus
appellans,Quo terrore cùm viciſſet,inquit,obſtinatā pudi-
citiā velut victrix libido,profectúſq; inde Tarquinius ferox
expugnato muliebri decore eſſet. Auſonius in Epigrāmatis,
rogans quæ ſit dos pulcherrima. Deinde reſpondens non eſſe
pulchritudinē,aut nobilitatem,aut diuitias,quę plerunque
ſpectantur,dicit pudicitiā eſſe.Eccleſiaſtici cap.XXVI.Sicut
Sol oriens mundo in altiſſimis dei, ſic mulieris bonæ ſpecies
Reſpicere. in ornamētum domus ſuæ.¶ Alius nemo reſpicit nos.} Eraſ.
dicit verbum reſpicit metaphoricè accipi pro curam habere.

LATOMVS Argumentum.Geta nuntiato facto Aeſchini, per erro-
rem mulierculas in magnā perturbationem conijcit.¶ Nunc
illud eſt.}Perturbatio commoti Getæ; quæ eſt vice exordij,
ad futurum nuntium de Aeſchino.¶ Quod mihíque heræ-
que.}πολυσυνδετον.¶ Circumuallāt.} Premunt,Tranſlatum
à militari acie.¶ Hoccine ſeculum.}Exclamatio in Aeſchi-
num.¶ Quem neque fides.}Exaggeratio,in qua attende ve-
hementiam à repetitione & congerie.¶ Nihil eſt quod.} O-
ptatio vltionis more iratorum.¶ Dum ægritudo.} Quaſi tunc
ſæuior futurus ſit.¶ Seni animam.} Enumeratio ſupplicio-
Vah. rum per diſtributionem.¶ Vah.} Interiectio immodicè cupi-
entis,aliàs tum irridentis tum gaudētis.¶ Sublimem.} ὑπο-
τύπωσις.¶ Cæteros ruerem.} More iratorum, qui ſibi tunc
fortes videntur. & attende celeritatem commotè loquentis.
¶ Quid trepidas.}Nempe ex curſu & perturbatione.¶ Pror
ſus.Perimus;actum eſt.} Per interualla à commoto & an-
helante dicuntur.¶ Hiſce oculis.}Ad aſſeuerationem,alio-
qui ſatis erat, vidi.¶ Noſtrum Aeſchinum.}παθητικῶς &
ſuauiter dictum, ob recentem adhuc affectum. Cætera per-
Hau. tinent ad delicti exaggerationem.¶ Hau.}Muliebris inter-
iectio. Donatus putat ex perſona nutricis legendum eſſe.
¶ Iam primùm.}Dilemmate colligit rationem conſilij,quam
complexionem vocant Rhetores.¶ Tu ſi maximè.} Altera
pars διλήμματος.¶ Peiore res loco.} Soluit rationem Getæ,
Complexio. vtranq; complexionis partē reprehēdendo.Nam cùm ille ad
vtilitatē ratiocinetur, primùm grauius damnū opponit:de-
inde negat periculū eſſe.¶ Experiar.} Apud iudices agam.

Nunc illud eſt.} Serui fidelis, & pro ſalute familiæ ſua PETRVS
ſoliciti ſtudium hæc ſcena exprimit. Quamuis enim hoc ho- MARS.
minum genus propter inſitam animi malitiā, vt plurimum
ad vitia promptum eſt, ſi qui tamen aliter mores ſuos inſti-
tuunt,quàm vulgus ſeruorum ſolet, hos multis etiam libe-
ris præferendos quis dubitat? Cicero ad Q. fratrem, homi-
nem ſeruum,ab omnibus Reipub.muneribus arcet: ſi quis
tamen,inquit,egregiè fidelis ſit, hunc in domeſticis & pri-
uatis rebus conſtitutum eſſe oportet.Idem pro Milone de ſer
uis ait:Dixit enim hæc omnia idem,qui ſemper cōſtanter &
fortiter M.Cato:dixítque in turbulenta cōcione,quæ tamen
huius authoritate placata eſt,non libertate ſolùm,ſed etiam
omnibus præmiis digniſſimos fuiſſe,qui domini caput defen
diſſent.Plato de Legib.ſexto. Scimus profectò quod fatere-
mur omnes,ſeruos quambeneuolentiſſimos atq; optimos ha-
bendos eſſe.Multi enim iam ſerui, quibuſdam meliores ad
virtutem omnem quàm fratres & filij,domos, rem domino-
rum omnem,& dominos ipſos ſeruarunt.Seneca de Benefi-
ciis tertio.Præterea ſeruos, qui negat dare beneficium ali-
quando,ignarus eſt iuris humani. Refert enim cuius animi
ſit,qui præſtat, non cuius ſtatus. Nulli præcluſa eſt virtus;
omnibus patet,omnes admittit,omnes inuitat, ingenuos,li-
bertinos,ſeruos,reges,et exules.Et alibi: Poteſt ſeruus iuſtus
eſſe,poteſt fortis,poteſt magnanimus, ergo & beneficiū dare
poteſt.¶ Seni animā primùm.}Animam,ait Nonius.ſecun- Anima.
dum conſuetudinē ſpiritum vocamus,quo viuimus.¶ Cæte-
ros ruerē.}Ruere eſt diruere,proſternere, actiuè poſitum eſt, Ruere.
vt hoc Virgilij:Tantúmque à ſedibus imis Vnà Eurus No-
túſque ruunt.¶ Animum recipe.} Nam qui currendo defa-
tigantur,hi frequenter ſpiritum ducere coguntur.¶ Quæ ſe-
cunda ei dos erat.}Pudorē intelligit,qui verè ſecunda dos di
ci debet,vel potiꝰ prima.Vnde Alcmena apud Plautū ait:

Non ego illam mihi dotem duco eſſe,quæ dos dicitur:
Sed pudicitiam,& pudorem,& ſedatum cupidinem, Pudicitia
Deûm metum,parentū amorē,& cognatûm concordiam. muliebris.

Quare Hieronymus ita pudicitiam commendat: In pudici-
tia,muliebrum virtutum principatus eſt, hæc pauperem cō-
mendat,diuitem extollit, deformem redimit, exornat pul-
chram,bene meretur de maioribus,quorum ſanguinem fur-
tiua ſobole non vitiat:bene de liberis,quibus, nec de matre
erubeſcendum,nec de patre dubitandum.

O genera ſacrilega,ô hominem impium!} Manuſcripta RIVII
volumina habent:ô hominem impurum,quomodo & Vene- caſtigatio.
tum,& alia pleraque.nec aliter Donatus. Eſtque hæc haud
dubiè vera lectio.Impurum autem vocat improbum. Sic e- Impurus,
nim à veteribus accipi ſolitū teſtatur Don.et No.Marcellus. pro impro-
¶ Ah me miſerā,quid credas iam.}Nos,ah ah me miſeram: bo.
quomodo exēplaria quædā, & pręterea Don. vt quidē ha-
bent omnes editiones,qui adnotauit ah ah interiectionē eſſe Ah,ah.
flētis.Mirè autē affectus exprimitur,et velut ſingultus plo-
rātis iſta iteratione vel cōgeminatione interiectionis.Cæte-
rùm in mēſione carminis κατὰ συναλοιφὴν τὸ ah ah,in vnā
ſyllabā coaleſcit.¶ Noſtrū Aeſchinū, noſtrā vitā omnium.}
Nos,Noſtrúmne Aeſchinū?etc.quomodo vetuſti codices,idē
expoſcēte carminis ratione.¶ Neq; pretiū, neq; rē vllā inter-
ceſſiſſe,illam aut me &c.}Nos,Illa aut me indignam, caſu
ablatiuo, non accuſatiuo,quomodo legendum eſſe coniectu-
ra quadam ducor ad ſuſpicandum,vt ſit ſenſus: Cùm ſciam

*nihil interceſsiſſe, quod aut filiam, aut me parũ deceat &c. Habet autem ita exemplar è bibliotheca nobilium Dominorum ab Haſſenſtein. Reperi eodem modo in quibuſdam impreſsis: nec difficilis hoc loco fuit lapſus. Verbum experiri,* Experiri. *quod ſtatim ſequitur, vt id obiter declarẽ, ſignificat actionem intendere in iudicio, quo modo Cicero vtitur pro Quintio: Siquid in controuerſiam veniret, intra parietes aut ſummo iure experiretur. Græcè, vt adnotauit Budæus,* ἀγωνίζεσθαι καὶ δίκην λαγχάνειν. *Proinde rectè Don. Experiar, inquit, pro, apud iudices agam.* ¶*Porrò conſule.*⸥ *Nos porrò proſpice, vt habẽt manuſcripta volumina, & emendatiſsimũ quodque ex impreſsis. Nec aliter Donat. Romæ & Venetiis excuſus, conſentiente & Argentoratenſi & Moguntino. Quod ad ſenſum attinet, haud magno in diſcrimine pono, legáſne conſule an proſpice, cùm eadem ſit hoc loco vtriuſque verbi ſignificatio.* ¶*SO. Hau hau mi homo ſanúſne es? An hoc proferendum tibi vſquam eſſe videtur?*⸥ *Hæc verba Soſtratæ tribuuntur in omnibus, quæ quidem ipſe viderim, exẽplaribus: Sed hoc totum, vt adnotauit diligenter interpres, ex perſona nutricis legendum eſt: illa enim diſsimulandam rem putat, Soſtrata verò, vti paulò pòſt ſequitur, rem proferendam cenſet, rationéſque ſuæ ſententiæ ſubiicit.* ¶*Si inficias ibit.*⸥ *Exemplaria ferè ita ſanè habent. Cæterùm Tho.* Sin. *Linacer, Sin inficias ibit, legiſſe videtur. Nam adnotauit alicubi particulam ſin, quæ plerunque ſubiici ſolet coniunctioni ſi, videlicet cùm dictorum quædam eſt oppoſitio, hoc loco ſine ea poni, quod alioqui perrarum ſit. Donatus quoque Romæ & aliter Venetiis excuſus ſin habet: quibuſcum facit editio Moguntina & Argẽtoratenſis. Quæ quamuis ita habeant, tamen haud ſcio, vtrum magis probem. Metri quidem ratio, Linacri lectionem non reſpuit, ſi s, elidas in nomine inficias, metiendo verſum.*

GLAREANVS.

*Vix alibi inuenias ſcenam æquè iambicis trochaicíſque permiſtam atque hæc præſens eſt. Primi quatuor verſus ſunt iambici tetr. acatalectici. Primus proceleuſmaticum habet loco quinto. Quintus verſus trochaicus eſt tetra. catal. Sextus ad idem, ſiquidem impium in fine eius legetur. Sin impurum, erit iambicus tetra. catal. & Seclum diſyllabum, niſi creticum loco ſecundo ponamus.* ¶*Me miſeram, quidnam eſt, quod ſic video timidum, & properantem Getam?*⸥ *Qui nunc ſequũtur duodecim verſus, omnes ſunt iambici tetra. acatale. Decimustertius autem dimeter eſt. Secundus verſus creticum habet loco quinto. In quinto autem verſu s, eliditur in Satis. Septimus verſus extremas duas ſyllabas ad ſequentem concludit, vt in octauo ſit loco primo anapæſtus Viam Vt i. quod in omnibus codicibus neglectum vidimus.* ¶*Adoleſcenti ipſi eriperem oculos: poſt hæc præcipitem darem.*⸥ *Hîc duo ſunt trochaici tetra. catal. apti ſanè rei. Tertius eſt rurſus iambicus tetr. acata. Qualis & quartus, ſi tertio eius loco proceleuſmaticũ ponamus. Eraſmus tamen eum trochaicum exiſtimauit.* ¶*Te expecto, oppidò opportunè te obtuliſti mihi obuiam.*⸥ *Nouem ſequentes hos verſus trochaicos indico tetra. catal. Quorum in tertio Periimus legendum tetraſyllabicos, & d, elidendũ in Quid. In quarto poſt verbũ Eloquere ponenda eſt Ergo coniunctio, vt habent veteres codices, & carminis ratio poſcit. In quinto, d, eliditur in Quid. De geminatione Ab, in octauo verſu & in nono de non omittenda particula Ne, poſt verbum Noſtrum, diſſerit Riuius, cui nos de Ne ſubſcribimus, de geminatione dubitamus. Nam flentis interiectio eſſe poteſt, etiamſi non geminetur.* ¶*Noſtram vitã omnium, in quo noſtræ ſpes, omnéſque opes ſitæ,*⸥ *Omnes nunc deinceps verſus ſunt iambici tetra. acata. In ſecundo verò verſu prior vocalis de verbo Erat, eliditur à ſuperiore, niſi bacchium loco primo elidamus. In quarto, vel Liceat legendum, vel Sibi tollendum è carmine, vel creticus loco quinto erit, quod probo. In quinto verſu videtur loco primo proceleuſmaticus eſſe, niſi d in Quid elidendum putemus. In ſexti fine, puto deſiderari ſyllabam, nempe An, quod in ſequenti verſu eſt, in quo ſi prima de Proferendũ producta eſt, vt libro VI. Aeneid. ſuper & Garamantas & Indos Proferet imperium.* Profero. *Verbum Tibi ponendum eſt poſt verbum Videtur. Sin correpta eſt pro, vti in tertio mox carmine videtur, bene habet carmen. In XI. verſu, m, nõ eliditur in Cùm, vt loco primo ſit anapæſtus, ſecundo dactylus. In duodecimo pro Celato vetuſtus codex habet Tacito, quod carmen poſcit. In XIII. ſyllaba pro in Proferam videtur ſanè longa, vt apud Virgilium. XIIII. verſus ita legendus videtur ex vetuſto codice,*

*In peiore loco non poteſt res eſſe, quàm in quo nunc ſita eſt. In decimoſexto ll geminandum in Relliquum. In decimoſeptimo. Si legendum, non Sin: quanquam ſcio Lina-* Si, non Sin *crum ita legiſſe, ſed carminis rationem non attẽdit, imò Latinitas non patitur. XIX. verſus malè legitur paſsim in omnibus quotquot nos vidimus exemplaribus, Sed enim ipſe cum ſequente ita diſtinguendi ſunt atque legendi.*

> Neque pretium, neque rem vllam interceſsiſſe illa aut me indignam Geta,
> Experiar. GE. quid iſtuc? accedo, vt melius dicas. SO. Tu quàm potes.

*Vt loco primo ſit proceleuſmaticus in priore verſu, & d in Quid, quod eſt in verſu ſequenti, elidatur, & Quàm pro Quantum legatur, quod & Donato placuit, qui ſupplet, Citò, vt ſit, quàm potes citò abi. In XXI. primò creticus eſt loco ſecundo, & Huius diſyllabum. In antepenultimo vel* Simulus. *Fuit monoſylla. eſt, vel s, in Sumus elidendum. Nam Simulus primam habet productam, niſi bacchiũ loco quarto conſtituere velimus. In vltimo vel s, eliditur in Opus, vel creticus eſt loco quarto.*

*DONAT.* DIſperij: Cteſiphonem audiui filium.} Hîc oſtenditur quòd ſeueri homines, ac recti & honeſti tenaces, vel ridiculi ſunt, vel odio habentur quoquò acceſſerint. Magno autem affectu, & quaſi exclamantis addidit filium: quaſi cauſam redderet cur dixerat, Diſperij. ¶ Vnà fuiſſe in raptio. cum Aeſchino.} οἰκονομία in qua oſtenditur quantum commouebitur Demea ipſa re comperta, cùm ex parua rei ſuſpicione tantum ſe afficiat. *Raptio. Rapina. Raptus.* Raptio autē, ad perſonam refertur, Rapina ad rem: Raptus ad ſtuprum, ſi volumus propriè loqui. *Reſtat.* ¶ Id miſero reſtat.} Bene Reſtat: tāquam iam ſummum malum ſit, Aeſchinū eſſe corruptū. Et, miſero mihi: quaſi qui nihil neſciat, nihil curante Mitione. ¶ Si illū poteſt.} Non dubitat velle: & ideo dicit poteſt. *Rei alicui eſſe.* ¶ Qui alicui rei eſt.} Rectè, de hoc enim ſupra dixit, Non fratrē rei dare operam videt? ruri eſſe, parcum, ac ſobrium. ¶ Etiam eum ad nequitiam abducere.} Quare inuitum dixit, non vocare: ſed abducere. *Ducere. Abducere.* Ducimus enim volētes, ſed abducimus inuitos. *Nequitia. Nugæ.* Nequitia autem propriè libidinoſa inertia dicta eſt: quòd nihil queat, nullique rei apta ſit. Vnde & nugæ: quòd nihil agant, vel à non agendo. ¶ Credo abduc.} Nō iiſſe, ſed abductum eſſe: quaſi adhuc culpa non ſit illius. ¶ In ganeum aliquò.} *Ganeum.* Veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, τουτέσι τῆς γῆς, quòd ipſa ſit in terra, non vt cœnacula ſuperius. Vnde et taberna, *Taberna.* quaſi trabena, à validioribus dicta trabibus, quibus ſuperiora ſuſpenſa ſunt. ¶ Perſuaſit ille impurus.} *Suadere. Perſuadere* Suademus facilia: Perſuademus difficilia. Et ſuadere facientis eſt: perſuadere perficientis. *Impurus, pro, improbo.* Impurus, pro improbo ponitur apud Terentium. Et hîc quoque excuſata voluntas eſt Cteſiphonis, cui à maiore fratre & improbo ingeſta ſit perſuaſione nequitia. ¶ Sed eccum Syrum ire

video.} Ire, & abire & venire ſignificat. ¶ Ire video.} Ire, pro venire: vt, Nec verò Aeacidem me ſum lætatus euntem Accepiſſe lacu. *Eo, it.* ¶ Atque hercle hic de grege illo eſt.} Figura * de grege illo eſt. Ordo vel bonorum vel malorum dicitur, & grauium: vt equeſter ordo, ſenatorius ordo. *Ordo.* Grex vel bonorum, vel malorum eſt, & leuium. vt Cicero, In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique verſantur. *Grex.* ¶ Quæritare.} Inſtanter quærere. *Quæritare.* ¶ Carnifex.} Pro ganeo poſitum eſt. *Carnifex.* ¶ Non oſtendam id me velle.} Scilicet ſcire vbi ſit. ¶ Quo pacto ſe haberet enarramus ordine.} Hoc rectè: quia dixerat Mitioni, Si quicquid eſt, volo ſcire, atque hominem conuenire, ſi apud forum eſt. Et enarramus, pro enarrauimus. vt, *Præſens pro præterito.* Omnis humo fumat Neptunia Troia. Et Ordine, bene: quia ſimpliciter fatetur. Fallax autem & captioſa narratio eſt, quod timemus fateri. ¶ Nihil quicquam vidi lætius.} Quartum παρέλκον. ¶ Hominis ſtultitiam.} Scilicet quia lætatur, ignorans vbi Aeſchinus ſit. ¶ Collaudauit filium.} Plus additum eſt. non enim ſolùm non accuſauit, ſed & collaudauit. ¶ Diſrumpor.} *Diſrumpor.* Mirè: his enim verbis commouetur, collaudauit, & egit gratias. Et vide αὔξησιν ſtomachi reſeruatam. ¶ Argentum adnumerauit illico.} Contra illud eſt, Cur tu his rebus ſumptum ſuggeris? Et non ſolùm inquit, adnumerauit: ſed quod peius eſt, ilico. *Diſtributum.* ¶ Id diſtributum ſanè eſt ex ſententia.} Diſtributum, in diuerſa tributum: id eſt diſpartitum per pulmentaria. ¶ Huic mādes, ſi quid rectè curatum velis.} εἰρωνεία eſt maioris ſtomachi: quia ille dixit, Ex ſententia diſtributum: id eſt, vt indicat Demea dilapidatum. Sic alibi, Columē familię noſtrę, bone cuſtos ſalue. ¶ Ebē demea.} *Ebem.* Ebē, interiectio eſt cōmoti, & quaſi perculſi re ſubita & noua. ¶ Quid agitur?} *Quid agitur?* Blandientis eſt, non interrogantis. vt alibi, O noſter

## ACTVS III. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

MAlè eſt Demeæ, quòd filium Cteſiphonem audiuerit vnà adfuiſſe, cùm eriperet mulierem Aeſchinus. Commendatur Cteſipho, vituperatur Mitio & Aeſchinus. callidè vtrunque Syrus facit. Demea autem narratione virtutum Cteſiphonis plurimùm gaudet.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcenà oſtenditur, quantum Demea ipſe commouebitur, vt rem ipſam reſciuerit, cū ex tam paruæ rei ſuſpitione tātopere ſe affligat. Hîc Syrus Cteſiphonem apud Demeam patrem commendat, Aeſchinum verò atque Mitionem qui illi ad ſcortandum ſumptum ſuppeditat, probro afficit ac vituperat, quòd Demea magno eſt gaudio. Deinde Syrus in piſcibus parandis, patiniſque curandis ſolicitum habet animum. Poſtremò Demea Hegionem contribulem ſuo magno deſiderio conuenire decreuit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

QVerela de re, quam de Cteſiphone audierit. In hac ſcena lepido commento cauet Syrus, ne Demea, Cteſiphonis peccatum olfaciat.

*Senarij.*

DEMEA, SYRVS.

DISPERII: *Cteſiphonem audiui filium*
*Vnà fuiſſe in raptione cum Aeſchino.*
*Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt*
*Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere.*
*Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum*

Aliquò: perſuaſit ille impurus, ſat ſciò.
Sed eccum Syrum ire video: hinc ſcibo iam, vbi ſiet:
Atque hercle hic de grege illo eſt. ſi me ſenſerit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex:
Non oſtendam me id velle. S. omnem rem modò ſeni,
Quo pacto haberet, enarramus ordine:
Nihil quidquam vidi lætius. D. prò Iuppiter
Hominis ſtultitiam. S. collaudauit filium:
Mihi, qui dediſſem conſilium, egit gratias,
D. Diſrumpor. S. argentum adnumerauit illico:
Dedit præterea in ſumptum dimidium minæ:
Id diſtributum ſanè eſt ex ſententia. D. hem,
Huic mandes, ſi quid rectè curatum velis.
S. Ehem Demea, haud aſpexeram te, quid agitur?
D. Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis
Rationem. S. eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Abſurda. piſces cæteros purga Dromo:
Congrum iſtū maximū in aqua ſinito ludere
Pauliſper, vbi ego venero, exoſſabitur:
Prius nolo. D. hæccine flagitia? S. mihi quidem non placent.
Et clamo ſæpe, Salſamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchrè. D. Dij voſtrā fidem,
Vtrum ſtudióne id ſibi habet, an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? væ miſero mihi,
Videre videor iam diem illum, cùm hinc egēs
Profugiet aliquò militatum. S. ô Demea
ISTVC EST SAPERE, *non quod ante pedes modò eſt*
Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,
Proſpicere. D. quid? iſtæc iam penes vos pſaltria eſt?
S. *Eſt iam intus. D. eho, an domi eſt habiturus? S. credo vt eſt
Dementia. D. hæccine fieri flagitia? S. inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. D. fratris me quidem

*quid ſit? quid agitur? ¶ Nequeo mirari ſatis rationem. ʒ Mira ſunt etiā illa quæ vehemēter praua ſunt. Et ideo*

*Mirari.*

*mirari, pro horrere & reprehēdere poſitum eſt. Et rationem* ἰδιωτικῶς *dixit malam:*

*Ratio inepta.*

*cum non ſit ratio niſi bona. ſed ſic loquitur popul⁹. ¶ Eſt hercle inepta. ʒ Hoc ad ſenē.*

*Dolo dicere*

*¶ Ne dicam dolo. ʒ Ne mentiar, id eſt, ex cōtrario dicere videar: ſed vt ſedulò dicam.*

*Ineptum. Abſurdū.*

*¶ Atque abſurda. ʒ Ineptū, eſt ſtultū tātùm: Abſurdum quod & ſtultū eſt, & in ipſa ſtultitia diuerſum, & quaſi repugnans ſibi. Sic ergo locutus eſt, vt videatur ineptam rationē ad Aeſchinū referre: abſurdum, ad Mitionem, quem iam fieri ſtultum, contrariū ſenectuti eſt.*

*Diaſtole.*

*¶ Congrū iſtum maximū. ʒ* διαστολὴ: *quia erant alij, non maximi. vt è cōtrario, Argitiſque minor. quia eſt & maior. Nā iſtum quòd ait,* δεικτικὸν *eſt. videtur enim oſtendere digito quem dicat. ¶ In aqua ſinito ludere pauliſper. ʒ Sic oſtenditur bene obſonaſſe, qui viuos attulit piſces. nam non ludit piſcis, niſi viuus.*

*Nolo.*

*¶ Prius nolo. ʒ Superbè, et pro authoritate: nō dixit non oportet, ſed nolo. ſubauditur purgari eum. Et nihil ex mora corruptelæ acceſſurum piſcı ex eo oſtendit, quòd ait,*

*Ludit piſcis*

*ludere, hoc eſt viuere. & non læſum viuere. non enim dixit, natare: quod etiā poſſunt*

*Purgare piſcem. Exoſſare piſcem.*

*languidi piſces. Ipſe inſuper planum fecit quid ſit purga, dicendo exoſſabitur. Purga igitur, exoſſa ſignificat: non, vt quidam putant, exoſſabitur, comedetur. ¶ Mihi quidem non placent. ʒ Plus hoc ad ſenem: & vide quàm totum ſuperbè, & confidenter dixerit ob amicitiā omnium dominorū, excepto vno Demea, quem tantum præ illis contemnit.*

*Ellam intus.

*Salſamēta.*

*¶ Salſamenta. ʒ Hoc ad diſcipulum. Salſamenta, aut ſalſi piſces ſunt, aut laridum. ¶ Salſamenta hæc Stephanio. ʒ In tota comœdia opera danda eſt, vt ſtomachetur Demea: excepto quòd ſe ipſe in fine commutat. Hæc ergo cauſa eſt, quare Syrus quoque illi obiicitur, magnificè inferens ſe vt luxurioſum, licentémque ſeruum: præſertim qui adoleſcentum pædagogus fuerit.*

*Vtrum.*

*¶ Vtrum ſtudióne. ʒ Aut ordo eſt, vtrúmne. aut eſt* παρέλκον *tertium, aut verò per* ἔκλειψιν *accipitur: quaſi dicat, vtrum eſt? aut, vtrum verum eſt? quod qui accipit, vtrum ſubdiſtinguat, & ſeparet à ſequentibus neceſſe eſt. ¶ Vtrum ſtudióne. ʒ Aut vtrum ſuperuacuum eſt, aut*

*Tmeſis.*

*Ne: aut certè* τμῆσις *figura eſt, pro, vtrúmne ſtudióne id ſibi habet, ſi ſciens lædit filium? ¶ Laudi putat. ʒ Quia decipit. ¶ Si perdiderit gnatum? ʒ Et magno affectu, non dixit Aeſchinum: & mirè, non addidit cuius gnatum. ¶ Væ miſero mihi. ʒ Hoc eſt, quod ſuprà dixit, Aegrè eſt, alienus non ſum.*

*Ille.*

*¶ Videre videor iam illum diem. ʒ Illum dixit, quaſi quendam triſtem ac funeſtum. ¶ Quod ante pedes modò eſt videre. ʒ Hoc ſumpſit poëta de illo peruulgato ancillæ dicto, Quod ante pedes eſt, non videt: cœli ſcrutatur plagas. ¶ Sed etiam illa quæ futura ſunt. ʒ Magis ridicula eſt aſſentatio, ſi quis maximè laudetur quibus maximè caret. ¶ Iſthæc iam penes vos pſaltria eſt? ʒ Dicendo iſthæc, oſtēdit iandudum ſe hac indignari. ¶ Eſt iam intus. ʒ Vt, Ellum confidens, catus.*

*Habetur vxor & mulier.*

*¶ An domi eſt habiturus? ʒ Propriè: quia haberi vxor dicitur, & haberi mulier cùm coit. ¶ Credo vt eſt dementia. ʒ Sic & in Eunucho, Eam ſe intendit eſſe, vt eſt dementia. Et nominatiuus caſus eſſe poteſt, & ſeptimus. Si ſeptimus: perditus aut quid tale ſubaudimus. Sed melius nominatiuum accipimus caſum. ¶ Inepta lenitas patris, & facilitas praua. ʒ*

Pudet pigétque. S.nimium inter vos Demea,
Ac non quia ades præſens dico hoc, pernimiũ intereſt:
Tu quantus quantus, nihil niſi ſapientia es,
Ille futilis, ſomnium: ſineres verò illum tuum
Facere hæc? D.ſinerem illum? an non ſex totis menſibus
Prius olfeciſſem, quàm ille quidquam * cœperit?
S.Vigilãtiam tuam tu mihi narras? D.ſic ſiet
Modò, vt nunc eſt, quæſo. S. vt quiſque ſuum volt eſſe, ita eſt.
D.Quid eum? vidiſtíne hodie? S.tuúmne filium?
D.Abigam hunc rus. S.iandudum aliquid ruri agere arbitror.
D.Satin' ſcis ibi eum eſſe? S. oh, qui egomet produxi. D.optumè eſt.
Metui ne hæreret hîc. S.atque iratum admodum.
D.Quid autem? S.adortus iurgio fratrem apud forum
De pſaltria iſtac. D.aín' verò? S. vah, nihil reticuit:
Nam vt numerabatur fortè argẽtum, interuenit
Homo de improuiſo: cœpit clamare, Aeſchine
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere noſtro? D.oh, lachrumo gaudio.
S. Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam.
D.Saluos ſit: ſpero, eſt ſimilis maiorum ſuûm. S. hui.
D. Syre præceptorum plenus iſtorum ille. S. Phy,
Domi habuit vnde diſceret. D.fit ſedulò.
Nihil prætermitto, conſuefacio: denique
Inſpicere, tãquam in ſpeculum, * vitas omniũ
Iubeo, atque ex alus ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito. S.rectè ſanè. D.hoc fugito. S.callidè.
D.Hoc laudi eſt. S. iſtæc res eſt. D. hoc vitio datur.

*Lenitas. Facilitas. Prauum. Malum. Pudet. Piget. Nimium. Quantus quantus. Nihil. Somnium. Totis ſex menſibus. Nares vnde dictæ.*

*praua.} Lenitas, ad permittendum: Facilitas, ad ignoſcendum. ſic quidam. Sed ego lenitatem ad Mitionem refero, qui hæc leniter patitur: Facilitatẽ, ad Aeſchinum, cui hæc per licentiam facilitas datur. Prauum autem eſt, quod & ipſum lædit facientem: Malum, quod alios tantùm. ¶ Fratris mei quidem pudet pigétque.} Pudet, in his quæ turpiter facit: Piget, in his quæ cũ damno ac malo. Pudere, etiam ad dedecus: Pigere, ad dolorẽ refertur. Pudet, quod turpe eſt: Piget, quod dolet. ¶ Nimium inter vos Demea.} * nunc enim redditum eſt, quod ſuprà dicebatur. & præterea repetendo Nimium, confirmauit ſuperius dictum, non ſoluit. ¶ Tu quantus quantus.} Id eſt quantuſcunque. ¶ Nihil niſi ſapientia es.} Ridiculè prius additum nihil, quàm quicquam, laudis nomine. Deinde ſi ſapiens dixiſſet, non tanta eſſet irriſio * ſed ſtultus. ¶ Nihil niſi ſapientia es, ille ſomnium.} Nec tu ſapiens, ſed ſapientia: nec ille ſomniculoſus, ſed ſomnium, ὑπερβολή. ¶ Sineres verò illum tuum.} Ab argumento fabulæ repetit ſinerem: & εἰρωνικῶς interrogat. ¶ Totis ſex menſibus.} Totis, quaſi longi ſint: id eſt integris, vt ne vnũ quidem diem minus à ſex menſibus ſciat, quid cœpturus ſit filius. Nimis comica & moralis aſſẽtatio. ¶ Quàm ille quicquam cœperit.} Multum dixit, & ante ſex menſes, & olfeciſſẽ, & prius quàm cœperit. ¶ Non olfeciſſem.} Totum ridiculè. Nam quid olfeciſſet, qui nondum quicquam ſcire cœpiſſet, cuiúſq; natibus nihil obiectum fuiſſet? Nam ideo nares à naritare dictæ ſunt, quòd nos odoratu doceãt præſto & propè eſſe, quod adhuc oculi non vident. ¶ Vigilantiam tuam tu mihi narras?} Id eſt, quã*

** cœperet? Quid eum? Abigo. Abactores. Agere. Ager. Produxi. Hæreo. Quid, pro Quare. *in vitas*

*maximè ſcio. ¶ Sic ſiet modò, vt nunc eſt.} Non dicit qui, ſed reſpice ad argumentum, & videbis hæc optãtem Demeam. ¶ Vt quiſque ſuum vult eſſe, ita eſt.} Hæ ſunt ſententiæ & ſemper probabiles, & pro perſonis ridiculæ. Plautus in Milite glorioſo, Nimia eſt miſeria, nimis pulchrum eſſe hominem. ¶ Quid eum? vidiſtíne hodie?} Quid eum, initium interrogationis futuræ de perſona alicuius. Sic in Heauton. Sed Syrum. quid eum? ¶ Tuúmne filium?} Hoc clarè. ¶ Tuúmne filium?} Moris eſt vt qui cogitat quid reſpondeat, interrogatione remoretur. ¶ Abigam hunc rus.} Vt pecudem, dixit abigam: non vt hominem, mittam. ¶ Abigam.} Hoc lentius. & abigam quaſi pecudem dixit: vnde & Abactores dicti ſunt. Cicero in Verrinis, Equarum greges iſtum abigendos curaſſe. ¶ Iandudum aliquid ruri agere arbitror.} Hoc clarè. ¶ Aliquid ruri agere arbitror.} Hoc plus eſt, quàm illic eſſe. vult enim cũ laude eius loqui. vt ſuprà, Rei dare operam: ruri eſſe, parcum, ac ſobrium. Et agere, propriè dixit. nam ab agendo, ager dictus eſt, quòd in eo multa agẽda ſunt. ¶ Qui egomet produxi.} Mutata præpoſitione, non deduxi, ſed produxi dixit: id eſt porrò duxi. ¶ Metui, ne hæreret.} Hæc tranſlatio vt ſubleuat Cteſiphonem, ita Aeſchino inuidioſa eſt. nam hæreret, non animo, nec voluntate: ſed viſco decipientis aucupis. ¶ Quid autem?} Quid pro quare, vel ob quam cauſam. Virgilius, Quæ fortuna viris, claſſem quo littore linquant. Quid veniant. Cui contrarium in ſignificatione * id quod te oro. ¶ Nihil reticuit.} Mirum enim, minorem fratrẽ nõ peperciſſe maiori: nec reticuiſſe quicquid erat opus. ¶ Cœpit clamare.}*

S. Probiſſimè. D. porrò autem. S. non hercle otium eſt
Nunc mihi auſcultandi: piſces ex ſententia
Nactus ſum: hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt.
Nam id nobis tam flagitiũ eſt, quàm illa Demea
Non facere vobis, quæ modò dixti: & , quòd queo,
Conſeruis ad eundem illis præcipio modum:
Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum:
Illud rectè, iterum ſic memento: ſedulò
Moneo, quæ poſſum pro mea ſapientia.
Poſtremò tanquam in ſpeculum, in patinas Demea
Inſpicere iubeo: & moneo quid facto* vſus ſiet.
Inepta hæc eſſe, nos quæ facimus, ſentio:
Verùm quid facias? vt homo eſt, ita morem geras:
Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.
S. Tu rus hinc abis? D. rectè. S. nam quid tu hîc agas,
Vbi ſiquid bene præcipias, nemo obtẽperat?
D. Ego verò hinc abeo, quando is, quam ob rem huc veneram,
Rus abiit: illum curo vnũ: ille ad me attinet:
Quando ita volt frater, de iſtoc ipſe viderit.
Sed quis illic eſt, quem procul video? eſtne hic Hegio
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is* hercle eſt, vah, homo
Amicus nobis iam inde à puero. Dij boni,
Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium
Penuria eſt, homo antiqua virtute ac fide:
Haud citò mali quid ortũ ex hoc ſit publicè.
Quàm gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias
Reſtare video? vah, viuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hîc, vt ſalutem & conloquar.

ὑπὸ λιλῶς totum, & cœpit, & clamare: & quod ſequitur. ¶ Adortus iurgio eſt. } Aggredimur, de longinquo: Adorimur, ex inſidiis & ex proximo. nam adoriri, eſt ad aliquem oriri, id eſt exurgere. ¶ De pſaltria iſtac. } Hic mirè ſenem imitatus eſt: & memoriter, quia ille dixerat, Quid iſtæc iã penes vos pſaltria eſt? ¶ Interuenit homo de improuiſo. } Interuenire, eſt in medio negotio, quaſi ex inſidiis ſuperuenire, & opprimere in ipſo actu eos, qui rẽ celatã vellent. Et vide quàm oratoriè narret geſtionem rei, quæ nunquam facta ſit: his enim fides fit. ¶ Aeſchine hæcine flagitia facere te? } Et accuſatio à pſona: & vide pondus in nomine Aeſchini. ¶ Hęc te admittere? } αὔξησις. nam plus eſt admittere, quàm facere. ¶ Hæc te admittere indigna. } Pronum eſt hæc ſtatim credere Demeã, de eo quem ſuperius laudauerit, Nõ videt fratrem rei dare operam: ruri eſſe parcũ & ſobrium. Vnde mira poëtæ arte & initia, & media, & poſtrema ſibi congruũt atque reſpondent. ¶ Lachrumo gaudio. } Immoderata lætitia maximè parẽtum, lachrymas habet. Rectè ergo additum eſt, gaudio: quia lachrymæ ſolum mœrorem ſignificant. ¶ Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam. } Hæc figura oratoria δεινότης dicitur. qua oſtenditur non eſſe mediocre quod factum eſt. ¶ Hui. } Quaſi admiretur ipſe quæ narrat. ¶ Syre, præceptorũ plenus iſtorũ ille. } Vide Demeam nõ deſinere culpam Aeſchini in Mitionem conferre: cũ è cõtrario præceptorũ ſuorum vult eſſe quòd ſapit Cteſipho. ¶ Iſtorum. } Quæ dicis ſcilicet. Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam. ¶ Phy. } Interiectio mirantis eſt. ¶ Domi habuit vnde diſceret. } Vnde, id eſt, de quo. ¶ Fit ſedulò. }

Aggredior. Adorior. Interuenire. Admittere plus eſt quàm facere. * opus. Lachrumo gaudio. Dinotes. Hui. *ecere. Phy. Vnde. Sedulò.

ὑπὸ λιλῶς dictum eſt, fit. Et ſedulò, ſine dolo, id eſt inſtanter: quia negligentes doloſi dicuntur. ¶ Inſpicere tanquam in ſpeculum, vitas omnium iubeo. } Videndum, an rectè ſpeculum induxerit, cùm alienas vitas dicit inſpiciendas eſſe. niſi fortè ad cauſam admouendi ſpeculi, non ad effectũ referamus. nam cauſa inſpiciendi ſpeculi, emendatio eſt vultus: effectus, forme per imaginem reſultatio. ¶ Hoc laudi eſt, hoc vitio datur. } Non philoſophicè, ſed ciuiliter monet. non enim dixit, hoc bonum: ſed, hoc laudi eſt. Nec, hoc malum: ſed, vitio datur. Ergo vt idiota & comicus pater, non vt ſapiens & præceptor. ¶ Callidè. } Callidus dictus eſt etiam qui exercet dolos. Callidus dicitur, qui callum ſibi vſu artis induxerit. ¶ Iſtęc res eſt. } Non quam rem gerit Mitio: non vt ille agit. Et ſignificat, hoc verum eſt, hoc vtile eſt. ¶ Porrò autem. } Propè delinitus erat Demea contra inſtitutum argumenti. Artificiosè igitur poëta ſubiecit ex perſona ſerui, vnde illum ad amaritudinẽ prouocet. ¶ Porrò autem. } At verò. & huiuſmodi principia narrationum ſunt, quibus ſuperiora ſequentibus connectuntur. ¶ Nam id nobis tam flagitiũ eſt. } Nõ dixit, peccatum, irridens ſenem: ſed, flagitium. Et quidem flagitium, corrũpi piſces, vel talia. ¶ Quòd queo. } Quod poſſum. ſed ſic maluit dicere, vt alluſionem de ſua arte faceret Syrus: & hac re oſtenderet nihil ab illo dici ſeriò. ¶ Quòd queo. } A coquendo ſumpſit παρὸ ὁμοιον. Sic et infrà, Sedulò moneo quæ poſſum pro mea ſapientia. Et Ciceronis dictum refertur in eũ, qui coqui filius ſecũ cauſas agebat: Tu quoque aderas huic cauſæ. Nam apud veteres coquus non per c literam, ſed per q ſcribebatur. ¶ Ad eũdẽ illis præcipio modũ. } Arguta imitatio

Negligẽtes. Speculum. Laudi eſſe. Callidus. Iſthæc res eſt. Porrò autẽ. Cocus. Coquus.

iatio ad deridendum Demeam, omnium quæ ſeriò ille ſuprà dixerat. ¶Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum.} Hæc contextè & coniunctè dicũtur: quia nõ viciſsim Syro aſſentatur ſenex.
Sapientia. ¶Pro mea ſapientia.} διασυρτικῶς ſapientia dixit: quia condimentum guſtu ac ſapore temperant coci. ¶Tanquam in
Speculum. ſpeculum.} Et hîc ſpeculum non ad imaginem vultus, ſed ad contuitum contrapoſitæ rei retulit. ¶Nos quæ facimus.} Non coci, ſed Mitio, Aeſchinus, & familia. An nos pro do-
Nos, pro ego. mini poſuit? An nos, pro ego? & melius. ¶Sentio.} Cum dilatione & vultuosè dicendum ſentio. ¶Verùm quid facias?}
Sentio. Quid facias? Quid facias, pro quid faciat, vnuſquiſque ſcilicet. ¶Vt homo eſt, ita morem geras.} Vtrum aptum prouerbium ſit ſeruis, an etiam amicis? Vt eſt, Obſequium amicos veritas odiũ
Vt homo eſt. parit. Et hæc ſententia modò velut querela, demiſſa voce proferenda eſt. ¶Mentem vobis meliorẽ dari.} πρὸς τὸ vis, reſpondit agreſti feritate. nam reſpondẽdum erat, Rectè, aut valeas. ſed hîc, ne vel abiens blandus eſſet, pro ſalutationibus ipſis amaras ſupponit. Et memento etiam hunc eundem inſalutatum relinquere, qui adueniens paulo antè nec
Melior mẽs ſalutauerat, nec reſalutauerat fratrem. Meliorem autẽ, pro bona ac tolerabili poſuit. non enim bonam credit, vt meliorem optet. ſic Virgilius, Dij meliora piis errorémque hoſtibus illum. ¶Tu rus hinc abis?} Vult Syrus noſſe an eat. ¶Nam quid tu hîc agas.} Addidit hortatum, vt quamprimum abeat. ¶Tu rus hinc abis?} Qui conſuetudinis memor eſt, animaduertit has interrogationes non inquirendi cauſa poni, ſed admonitionis loco eſſe apud eos, quos velimus abſcedere. Sic igitur interrogat vt hortetur. & ſic pronuntiat, vt & ſciat, & approbet quod rogat. ¶Quando is, quam ob
Is quam ob rem. rem.} Noua locutio, Is quam ob rem: pro, Is propter quem. ſic & alibi, In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi. ¶Illum curo vnum.} Vnum cum exceptione. & tamen ſic loquitur, vt appareat illum non poſſe ſibi imperare obliuionem Aeſchini. nam iccirco addidit, Quando ita vult frater, de iſtoc ipſe viderit. Amare cœpit. & ideo tenet, Nam ambos curare, propémodum repoſcere eſt illum quem dediſti. ¶Quis illic eſt quem procul video? éſtne hic Hegio?} Inuenta cauſa eſt cur non abeat Demea, propter reliquam fabulæ partem: & ſimul aliud adduur quo indignetur. Bene autem dubitat, & familiam * ciuem, & multũ abſens à conſpectu ciuium. ¶Næ illiuſmodi iam nobis ma
Næ. gna ciuium penuria eſt.} Næ valde. ¶Illiuſmodi.} Cuiuſmo
Illiuſmodi. di eſt Hegio, id eſt qualis. Et magna οἰκονομία ſenex laudatur, vt poſtulationi eius ſtatim adſit fides. ¶Haud citò mali quid ortum ex hoc ſit publicè.} Vtrum hoc optantis eſt ne moriatur? an eſt teſtimonium vitæ hominis nunquam obfuturi reipublicæ? ¶Vbi etiam huius generis reliquias reſta-
Reliquiæ. re video.} Paucos ac raros bonos. nam reliquias, pro reli-
Reſtare. ctis paucíſque dixit. ideo reſtare etiam dictum eſt. ¶Viuere etiam nunc lubet.} Ex hac delectatione oſtenditur, Demea, & quàm peccantibus ſit amarus ac ſæuus: & quàm facilè huius incuſationi tanquam graui teſtimonio crediturus ſit: & quantum doliturus ſuper Aeſchino, qui diſpliceat talibus viris.

ADRIA. BARL.

Nequam. Nequam Latinis non rarò dicitur homo laſciuus ac libidinoſus. Vnde & aurum nequam appellatur, & nequitia laſciuia, & libidinoſa illecebra, ſiue vt Gellius ait, luxus vitæ prodigus, vt hoc in loco. ¶Credo abductum in ganeum.}
Ganeum. Ganeum locus eſt abditus, & velut ſubterraneus, vinolentiæ ac libidini aptus. Græcis ge, & gæa terram ſignificat, à quibus ganeum deduci Donatus intellexit, qui meretricum tabernam appellat. ¶Ille impurus.} Improbus, ad animum refertur. ¶Ire.} Pro venire poſitũ. ¶De grege illo eſt.} Eiuſ- Grex.
dem factionis aut contubernij. ¶Quæritare.} Multum & inſtanter quærere. ¶Collaudauit filium.} Aeſchinum. Callido eludit commento Demeam, ne filij peccatum reſciſcat. ¶Huic mandes ſiquid.} In eum qui non rectè commiſſum ſibi negotium curauerit. ¶Piſces cæteros pur.} In curanda quoque re culinaria ſolicitum habet animum. ¶Congrum iſtum.} Conger vel congrus anguilla marina eſt. ¶Sinito lude.} Moueri. ¶Prius no.} Superbè ſatis & pro
authoritate. ¶Exoſſabitur.} Plautus, In Pſeudolo, Exoſſabo Exoſſare
ego illum ſimiliter itidem, vt murænam coquus. Hic Teren piſcem.
tius per verbum exoſſabitur, planum fecit, quid ſit illud, Piſces cæteros purga. ¶Salſamenta hæc.} Salſamenta vocat aut ſalſos piſces, aut laridum, vt Donatus ait. ¶Fac vt macerentur.} Macerare mollire eſt. Sicut triticũ macerandum
Columella dixit. & gemmas aceto macerari Plinius. ¶Cùm Macerare.
hinc egẽs profugiet aliquò militatum.} Virgilius libro Aeneidos ſecundo: Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum Pauper in arma pater primis huc miſit ab annis. Militãdi cauſa fuerat, quòd pauper, ita & hoc in loco. ¶Egens profugiet.} Paupertas olim militiæ cauſa fuit. ¶Cùm hinc egens profugiet aliquò militatum.} Qui ſua profundunt, poſtea vel turpiter egent, vel turpius rem parant. vtrunque facturum filium Demea dicit ſe proſpicere. Turpiter autem
rem quæſiturum, cùm profugiet aliquò militatum. Nam mi Militia
litia mercenaria antiquitùs erat infamis. Exemplum requi- mercena-
ris? Cares quare in tantum contemptum venerunt? Nimirũ ria infa-
hoc ſolo, quòd velut carnifices ad lenienam pretio empti æs mis.
merebant. ¶Ante pe.} Ante pedes eſſe dicitur, quod obuiũ,
quódq; vel præſens adeſt, vel imminet, ſiue in proximo eſt. Ante pe-
¶Pudet pigétque.} Pudet eius, quod turpe eſt. Piget eius, des eſt.
quod dolet ac moleſtum eſt. ¶Quantus quantus.} Pro quantuſcunque, eo modo, quo qualiſqualis, pro qualiſcunque, & quiſquis pro quiſcunque. Priſcianus: Eſt præterea notandum, inquit, quòd tam nomina infinita, quàm aduerbia, ſi generalem habent pronuntiationem colligentem vniuerſitatem numerorum, de quibus loquimur, geminantur apud Latinos, vel aſſumunt cunque, vt quiſquis vel quicunque. ¶An non ſex menſibus totis prius olfeciſſem?} Tranſlationes quæ ducuntur à corporis ſenſibus, quoniã velut ad manum ſunt, & quaſi de proximo ſumuntur, omnes fermè prouerbiales ſunt, velut odorari, pro reſciſcere, & ſagaciter de-
prehenſum atque animaduerſum cognoſcere. Olfacere hoc Odorari.
loco pro deprehendere poſuit. ¶Abigam hunc rus.} Ruſti- Olfacere.
cus ruſticè loquitur. Abigam dicit vt pecudem, non vt hominem mittam. ¶Nihil reticuit.} Mirũ eſt, quod minor natu frater maiori non pepercerit. ¶Lachrymo præ gaudio.} Immoderata lætitia maximè parentum, lachrymas habet. Donati eſt. Panegyrico ad Philippum Burgundionum principem Eraſmus. In fabulis inducitur, inquit, ſenex præ gaudio lachrymans, habent lachrymas ſuas & gaudium, at nõ niſi verum, non niſi ingens, non niſi maius, quàm vt animi conceptaculis queat contineri. Ex eodem fonte manarunt illæ poſt captas ſecundo Punico bello Syracuſas Marcelli lachrymæ. De quo Liuius 25. lib. Marcellus vt mœnia ingreſſus ex ſuperioribus locis vrbem fermè omnium illa tempeſtate pulcherrimã ſubiectam oculis vidit, illachrymaſſe,

partim gaudio dicitur tãtæ perpetratæ rei,& cætera.¶ Philoſophos domi habuit.} Quidam hîc legunt Phy, vt ſit interiectio ſimulata cum irriſione admirationis. Apud Græcos φεῦ admirãdi aduerbium eſt. Gulielmus Sagarus oppido Syricenſium in Selandia à penſionibus, vir eruditus apprimè,& amicus noſter, hanc lectionem dicit ſe reperiſſe in vetuſto codice, quem viderit Gandaui in bibliotheca D. Bauonis, in cuius margine adnotatum fuit, Phy, interiectionem admirantis eſſe. Hoc ipſum volumen & ego proximo menſe Maio, Gandauũ ex Selandia mea profectus, inſpexi.& hanc quam dicimus, ſcripturam, reperi. Vt alia quoque ad vtilitatem ſtudiorum obſeruare per otium liceret, commodauit, auehendúmque nobis etiam Louianum, codicem hunc indulſit Cœnobij Bauonici Eleemoſynarius, vir humanitate quapiam non vulgari celebrandus. ¶ Philoſophos domi habuit.} Id domi habemus, quod in nobis ſitum, neque neceſſe eſt ab aliis mutuò ſumere. Tranſlatum apparet à conſuetudine foris rogandæ ſupellectilis, quam domi deſideres. Proinde dixeris eleganter. Quid in rebus iſtis felicitatem venaris? Domi habes vnde beatus eſſe queas. Regum eſt domi conſilium habere, non ab aliena pendere ſententia. Vide Parœmiographum in Chilia. ¶ Philoſophos domi.} Ideo Philoſophos, quòd olim in terra Græcia rectè viuẽdi doctores ac magiſtri eſſent Philoſophi. ¶ Domi habuit vnde diſceret.} D. Hieronymus quoque vir tantus in dicendi facultate,& ſummus Theologus, Terentiũ imitari non dedignatus, ad Heliodorum de Nepotiano, Solitudines, inquit, occupate, auunculum pontificem deſerere, non audebat tot in illo cernens exempla virtutum, domíque habens vnde diſceret. ¶ Tanquam in ſpec.} Prouerbiale eſt de re vehementer euidenti, ac perſpicua. Inter multa quæ rerum referunt imagines, nihil æquè perſpicuè reddit ſimulacbra, vt vitrum plumbo ſublitum. ¶ Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas hominum iubeo.} Hinc illud Mimianum. Ex vitio alterius ſapiens emendat ſua. Sic Plautus Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit. Et Plinius: Optimum eſt aliena frui inſania. Et Cicero officiorum libro primo. Quo in genere non eſt incommodum, quale quídque eorum ſit, ex aliis iudicare. Et Cato. Vita eſt nobis aliena magiſtra. Porrò autẽ, Nouo quaſique maioris ſermonis initio conuenit. ¶ Tanquam in ſpeculum, in patinas.} Irriſionẽ facit ex iteratione. Sic & apud Virgilium, irridendi Menalcæ gratia verſiculum repetit alter, Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo. ¶ Vt homo eſt, ita morẽ geras.} Alludit ad ſententiam illam, Obſequium amicos, veritas odiũ parit, Donatus admonet prouerbialiter dictum eſſe. ¶ Mentem vobis meliorem dari.} Meliorem eis optat, qui bonam non habent. Dic igitur meliorem id eſt tolerabilem. ¶ Tribulis noſter.} Quemadmodũ loquimur, Hic eſt ciuis meus, pro eo quod eſt, ego & ille ſumus eiuſdem ciuitatis: ita dixit hoc loco Terentius Tribulis noſter, pro eo quod eſt, Contribulis noſter. Nam hoc verbo D. Hieronymus vtitur. Populus Athenienſis diſtributus erat in tribus duodecim ad menſium numerum. Rurſum vnaquaque tribus in triginta genera, quemadmodum vocant, ad dierum numerum. Vnde Genniti vocabantur, non coniuncti ſanguinis propinquitate, ſed in eandem tribus partẽ aſciti. Ex Chiliadibus. ¶ Næ illiuſmodi iam magna.} Næ pro valde accipies, vt ſit, valde magna. ¶ Haud ſcio mali quid ortum ex hoc ſit public.} Teſtimonium eſt vitæ hominis, qui neque obfuit vnquam reipub. nec obfuturus eſt. ¶ Viuere etiam nunc libet.} Nihil mirum eſt mala patrantibus tam amarum ac ſæuum eſſe Demeam, qui tantopere viris bonis delectetur.

Phy. Domi habere. Porrò autẽ. Ciuis meus. Tribulis noſter. Contribulis

LATOMVS.

Argumentum. In hac ſcena Syrus mira verſutia & procacitate ludit ſenem, ſolicitum de Cteſiphone, & Aeſchino pariter ac Mitioni infenſum. ¶ Ad nequitiam.} Rectè: quia nequitia & frugalitas opponuntur. ¶ Prò Iuppiter.} Exclamatio in Mitionem. ¶ Collaudauit.} Syrus data opera irritat ſenem. ¶ Dimidium minæ.} Quinq; coronatos. ¶ Huic mandes.} Ironia. ¶ Salſamenta.} Salſa & durata. ¶ Macerentur.} Molliantur. ¶ Iſthuc eſt ſapere.} Sententia vera, ſed qua irridet ſenem. ¶ Inepta lenitas.} Simulata in Mitionẽ vituperatio,& mox cõparatio eodem ſpectãs. ¶ Sinerem illum.} Oeconomia ad augẽdam futuram epitaſin. Olfeciſſem dicit metaphoricῶs, pro ſenſiſſem, deprehendiſſem. ¶ Adortus iurgio.} Attende calliditatem ad celandum Cteſiphonẽ. ¶ Aeſchine.} Mirè fictum ad inuidiam Aeſchini,& cõmendationem Cteſiphonis. ¶ Phy.} Interiectio admirantis. ¶ Domi habuit.} Prouerbiale eſt. ¶ Porrò autem.} Plura dicturus erat ſenex, ſi permittat Syrus: ſed ille ſe auellit,& ridicula imitatione eorum quæ ſupradicta ſunt, hunc deridet. ¶ Mea ſapientia.} Faceta vſurpatio ex etymologia verbi, quod ab animo ad guſtum transfertur. ¶ Mentem vobis.} Offenſus aliud reſpondet, quàm expectabat Syrus. ¶ Sed quis illic.} παρασκευὴ ad ſequentẽ ſcenam. ¶ Dij boni.} Hæc pertinebunt ad augendam Demeæ indignationem,& vt habeatur fides Hegioni. ¶ Vah.} Gaudentis.

Salſamẽta. Olfacere. Sapientia.

PETRVS MARSVS.

Diſperij: Cteſiphonem.} Hominum omnium mores hoc loco indicantur, qui cum aliquid audiunt, quod gratum eſſe, aut placere poteſt, facillimè & citiſſimè fidem adhibent: & quamuis minimè verum, id tamen libenter credunt. Cæſar in Commentatio. III. Libenter homines, id, quod volunt, credunt. Xenophon. III. Cyri inſtituti: Fama quamuis falſa, tamen cum per vrbem gratiſſimis auribus exciperetur, apud regis amicos fidem inuenit. Præterea bonos homines rectiq; ſtudioſos, ab omnibus derideri & ſubſannari oſtendit. Quare ait Plato VI. de Repu. Qui virtutem conſectantur, & vitia fugiunt, vt quidẽ ab omnibus hominibus probantur, ſic pauci inueniuntur qui illorum facta & conatus non derident, quòd illorum virtutes prauorum conſiliis maximè obſiſtunt. Et Iuuenalis: Probitas laudatur & alget. Ganeum, vt ait Pompeius, antiqui locum abditum, ac velut ſub terra dixerunt: pro lupanari ac ſcortorum proſtibulo ferè ſemper ſumitur. Varro: Qui ſeſe in ganeum accenſum coniecit amicæ. ¶ De grege illo.} Hoc eſt, de illo hominum genere, qui filiis operam præſtant in amoribus promouendis. Senibus verò ac parentibus quocunque modo imponunt. ¶ In aqua ſinito ludere.} Ludunt piſces, cùm in aqua mouẽtes ſe tanquam ſpatiantur. ¶ Salſamenta.} Salſamenta ſunt inteſtina liquamináque piſcium, muria condita, quæ veteribus in deliciis fuiſſe conſtat. ¶ Fac macerentur.} Macerare eſt humore ſuper infuſo præparare ad mollitudinem, quemadmodũ lupinos dulceſcere faciunt. ¶ Iſthuc eſt ſapere.} Hominem prudentem & circunſpectum, qualem ſapientes eſſe velint, deſignat hæc ſententia. Is enim prudens eſt, vt ait Cicero, qui id quod futurum eſt, antequã factum ſit, quàm longiſſimè prouidet. Hinc, vt idem ait de le. I. id eſt prudentia à prouidentia dicta eſt. Homo enim prudens cognoſcit

Ganeum. Salſamẽta.

futura.

*futura, per cauſas effectrices & ſigna, tanquam ea quæ fuerunt: & hoc facit intellectus & obſeruatio rerum, quæ ſunt & accidũt in vita humana.* ¶Non quod ante pedes modò eſt &c.} *Ande pedes, id eſt, de proximo, quod ob oculos verſatur, ad quod niſi præuideris haud quaquam impingere non potes. Stultorum verò contrà nulla induſtria circa prouidentiam eſt: non enim vitare venientia poſſunt, nec ferre præſentia. Ariſtot. in Ethicis prudentiæ hæc contraria eſſe docet, primùm non poſſe diſcernere cauſas & negotia, nullo cõſilio ſibimet ſuccurrere, peruersè cum aliis ſermones ſerere, quæ in vita bona maláq; ſunt, in his diſcernendis corrupto eſſe indicio. Seneca cap.* XI. *de virtutibus: Si prudẽs eſſe cupis, in futurum proſpectum intende, & quæ poſſunt contingere animo tuo cuncta propone.* Nihil *tibi ſubitũ ſit, ſed totum ante conſpicies.* Nam *qui prudens eſt, non dicit, non putaui quidem hæc poſſe fieri: quia non dubitat, ſed expectat, nec ſuſpicatur, ſed cauet. Et mox: Si prudẽs eſt animus tuus, tribus tẽporibus diſpenſetur, Præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare.* Nam *qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit.* ¶Inepta lenitas patris.} *Carpitur in parentibus nimia lenitas, quæ ferè in cauſa eſt, cur ad bonam frugem iuuentus rarò perducatur. Et cum alioqui vitium non ſit, ſed virtus potius, vt mox dicetur, tamen contemptum quendam præceptorum, maiorum, parentúmque inducit. Quare vt diſcerni facilius poſsit, ſolent authores verbi alterius adiectione tanquam denotare, bonámne lenitatem an prauã intelligi velint. Quod idem facilitate fieri conſueuit, & hîc apud Terentium obſeruatum, cùm ait:* Inepta lenitas & facilitas praua. *Philoſophus lenitatem virtutẽ in Ethicis ſic deſcribit, quæ mediocres criminationes ferre ſufficiens eſt, & cõtemptum leuem non patienti animo tolerat: minimè quoque facilè ad vindictam & pœnas ſumendas impetu fertur: iram præterea concoquit, nec illi prompta eſt. Præditus autẽ lenis eſt moribus haud quaquam amarulentis, verborum contentiones quàm maximè fugitans, cuius in animo quies conſiſtit, & tranquillitas pertinaciter hæret.* ¶Vt quiſque ſuum volt.} *Vera ſanè ſententia, queq; non ex triuio, ſed tripode deſumpta videri debet: in nobis enim ſitum eſt, quales tandem liberos habere velimus.* Nam *ſi illos negligentiori indulgentioriq; educatione aſſuefecerimus, fieri non poteſt, quin corruptiſsimi inſolentiſsimiq; tandem euadant: Rurſus ſi contractis habenis laxam vitæ rationem negauerimus, pro voluntate noſtra corrigere & temperare boniſque adſueſcere poſſumus, licet repugnante natura. Quod cum Lycurgus Lacedæmoniorum legiſlator, vt ſcribit Sextus hiſtoricus, viuo quaſi exemplo demonſtrare vellet, noſtræ ſcilicet facultatis eſſe habere liberos optimos, duos de eadem matre catulos ſuſcepit, atq; alterum quidem in culina lucronem, & ad guloſam voracitatem educauit, alterum verò ad indagandas feras ſagacem & venaticum reddidit. Poſtea verò, cum aliquando ſimul omnes in vnũ locum Lacedæmonij congregati fuiſſent, acceptis canibus ita in concilio verba fecit: Magna res eſt, inquit, viri Spartani ad parandam virtutẽ conſuetudo, diſciplina, & vitæ inſtitutio, quod per me vobis quàm mox apertũ fiet. Et mox catulos ſuos dimiſit, depoſitis prius olla leporéq; in medio, tũ helluo ille in ollam, alter autẽ in leporem magno impetu inuaſit. Cúmq; Locedæmonij ſtupentes admirarẽtur, quídnam ſibi hoc vellet, quod Lycurgus catulos exhibuiſſet, ambo, inquit, iſti iiſdẽ parentibus editi ſunt, ſed propter educationẽ diuerſam alter guloſus, alter verò venator euaſit. Et Iuuen. Saty.* XIIII.

*Plurimũ enim intererit, quibus artibus, & quibus hũc tu*
*Moribus inſtituas.*

¶Deniq; inſpicere.} *Vtile eſt iudicare in aliis, quale ſit vnũquodque quod vitio verti poſsit: vt nos cauere valeamus, ſi aliquid præter decorũ fieri cognoſcimus.* Nam *magis deprehendimus errores aliorũ, quàm noſtros. Vnde magiſtri cùm diſcipulos reprehendere volunt, aliorũ errores ipſis obiiciũt, vt diſcipuli vidẽdo cognoſcãt, quàm dedeceat id in quo reprehenduntur. Quapropter Anacarſis Scytha interrogatus, quo pacto quis abſtemius fieret? reſpondit, Si ebrioſorũ mores ſibi ante oculos ponat. Et Plato ebriis & iratis præcipere conſuleréq; ſolebat, vt in ſpeculo vultus ſuos contẽplarentur, vt viſa deformitate vitia fugerẽt. Huc facit hoc Ciceronis lib.*I.*Offi.* Non *eſt incommodũ, quale quicque vitiorũ ſit ex aliis iudicare: vt ſi quid dedeceat in illis, vitemus & ipſi. ſit enim, neſcio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobiſmetipſis, ſi quid delinquitur. Videtur tamẽ Comicũ in hiſce verbis vſum comœdiarũ oſtendere voluiſſe: nẽpe ꝙ ſint humanæ vitæ inter cætera ſcripta ſpeculũ optimũ. Quod & Cic. pro Roſc. agnouit: Etenim hæc, inquit, conficta arbitror à poëtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſámq; imaginem noſtrã vitæ quotidianæ videremus.*

*Etiam eum ad nequitiã adducere.} Donatus legiſſe videtur abducere. ita etim hoc loco: Abducere, inquit, quaſi inuitũ dixit, non vocare. Ducimus enim volentes, ſed abducimus inuitos. Ita Donatus, vt omnes editiones conſentiunt.* RIVII caſtigatiõ.
Nec *hîc deprauatũ eſſe aliquid, liquet ex iis quæ mox ſubſequuntur. Credo abductum:* Non *iiſſe, inquit Donatus, ſed abductũ eſſe, quaſi adhuc culpa non ſit illius. Ex his videlicet colligimus, nec hîc culpã eſſe vllam Aeſchini, nec antè fuiſſe, vt qui inuitus fratri obſequutus ſit. Scio ſecus legiſſe Sipontinum: ſed ſuſpicor in corruptos codices incidiſſe. proinde ad hoc & alia huiuſmodi multa conniuendũ nobis puto. Apud Plautum haud ſcio an mendum ſubſit in Bacchi. cum inquit:* Nam *ita me dij ament, vt Lycurgus mihi quidem videtur poſſe hîc ad nequitiam adducier. Ponitur autẽ abducere ad nequitiam περιφραστικῶς pro corrumpere, & quod Germani dicunt, ver furem.* ¶Omnem rem modò ſeni quo pacto ſe haberet, &c.} Nos *omiſſo pronomine legimus: Quo pacto haberet, enarramus ordinẽ: vt & manu ſcripta habent & impreſſa quædam, ea quidẽ, quæ mihi cæteris emẽdatiora vidẽtur. Præterea illud ſe, reſpuit verſus. Vtrunque autẽ dicitur, ſic res ſeſe habet, quo in Bruto vtitur Cice. vel ſic res habet, omiſſo accuſatiuo: quod Græci dicunt,* οὕτως ἔχει. *Lucianus:* ἀνύσατε, ὡς ἔχει ὑμῖν τὰ πράγματα. & *Terentius alicubi: Sic eſt res.* Nam *Priſcianus quoq; libro* XVIII. *annotauit habere apud Latinos proceſſe interdum accipi ad imitationẽ Græcorum. vt in Phormione: Bene habent tibi principia. T. Liu.* VIII. *ab vrb. cond. Bene habet, inquit, vicit diſciplina militaris, vicit imperij maieſtas. Horat. quoq; Satyra.* IX. *Ser.* I. *Magnũ narras, vix credibile, atqui Sic habet. pro ita eſt. Sic aliàs ſæpe.* ¶Quã ille quidquam cœperit.} Nos *cœperet, ex Haſſenſteniano codice, & ex Priſciano: quod à cœpio venit, verbo penè obſoleto & iã olim deſito, ſed quo in Menæchmis vtitur Plaut. inquiens: Quid illud eſt, quod hi homines inſanire prædicant?* Neque *inſanio, neq; pugnas aut lites cœpio. cuius &* Non. *Marcellus meminit. Idem in Truculento: Dum habeat, tum amet:*

*Abducere ad nequitiam.*

*Habere pro Eſſe.*

*Cœpio verbum antiquum.*

vbi nihil habeat, alium quæſtum cœpiat. Sext. Pompeius quoq; III. inueniri apud antiquos cœpere teſtatur. Priſciani verba ſi quis fortè requirat, ea ſunt ex lib. X. ad hunc modum: Cœpio, inquit, quod in vſu non eſt, cœpi facit præteritum. Terentius tamen in Adelphis præteritum imperfectũ ſubiunctiui eius verbi, quod naſcitur ex præſenti, profert: Sinerẽ ego illum? an nõ ſex totis menſibus Prius olfeciſſem, quàm ille quidquã cœperet? Habet eodem modo, ni fallor, exemplar, cuius nobis copiam fecit Ioannes Muſlerus, quo in exemplari monachus, credo, quiſpiam, antiquum eſſe verbũ adnotarat. [Tuúmne filium? Abigam hũc rus, iamdudum aliquid ruri agere arbitror.] Hæc omnia Syri verba ſunt: quod ex vetuſtis exemplaribus atque è Donato intelligere licet, cuius hoc loco verba ſunt: Tuúmne filium? Hoc clarè, inquit. Moris eſt, vt qui cogitat quod reſpondeat, interrogatione remoretur. Abigam hunc rus, vt pecudem dixit abigam, non vt hominẽ mittam. Abigã hoc lenius. Iamdudum aliquid ruri agere arbitror, hoc clarè. Hæc Donat. Idem Act. IIII. Sce. II. vbi Syrus ad Cteſiphonem: Age, tamen ego hunc amouebo: Mirè, inquit, amouebo dixit, non deterrebo. Nam propriè amouetur ſaxum de loco: quo verbo ſignificat imminere ſibi magnum laborem in hoc opere. Et vide αὔξησιν. Suprà vt pecudem abigam hunc rus, dixit: modò vt ſaxum amouebo, inquit. hactenus ille. [Satín' ſcis ibi eum eſſe?] τὸ eum, non eſt in manu ſcriptis, nec in Veneto & Lugdunenſi, atque aliis. Tollendum eſt igitur, cùm præſertim id fieri poſſit commodiſſimè, abſque detrimento ſententiæ & metri. Adiectum autem apparet ab aliquo, vt fit, locum explicare volente. [Ob lachrymo gaudio.] Nos, Ob ob lachrymo gaudio: vt habet manu ſcriptum volumen: éſtque videlicet adfectuoſius, ſi ſic gemines. Conſentiunt quædam ex impreſſis: nec habet aliter Haſſenſtenianus codex. [Philoſophos domi habuit.] Sic ferè in cunctis exemplaribus impreſſis inuenitur. Nos, Phy, domi habuit vnde diſceret. Sic enim Donatus, qui, Vnde diſceret, id eſt, de quo, interpretatur: quod ſecus oportebat, ſi legiſſet philoſophos. Suffragantur huic emẽdationi veterrima quæque volumina, néc aliter ſenarius. Pertinet autem phy, ad finem verſus præcedentis. Fuit, opinor, qui parum ipſe, quid ſibínã vellet illud phy intelligeret, igitur, vt eſt audax inſcitia, in philoſophos commutauit, præſertim cum ſequatur, vnde diſceret, quod iſti verbũ errori miré velut obſequundabat, vt & illud proximè antecedens: Præceptorum plenus iſtorum ille. Quid ſi aliquis ſuſpicatus eſt librarium, vt aſſolet, compendium aucupantẽ, quò paucioribus literis vocem notaret, phõs ſcribere voluiſſe, quæ ſcriptura ſic notulis decurtata philoſophos ſignificat, atque ita dum nimium feſtinat, phy reliquiſſe, lapſu haud dubiè procliui. Itaque cũ locus mendæ ſuſpectus videretur, caſtigandum eũ ſibi, quicunq; ille fuit, ad hunc modum, quo nunc vulgo legitur, exiſtimauit. Veriſimile prorſus eſt inde fluxiſſe errorem, & de vno aliquo exemplari corrupto in codices ex illo deſcriptos, atque inde porrò in alios atq; alios propagatũ eſſe: quod & aliàs factũ deprehendimus. [Inſpicere tanquam in ſpeculũ vitas hominum.] Nos, vt quædam exẽplaria habent, vitas omnium: quod ipſum & carminis ratio poſtulat, niſi ſenariũ catalecticum eſſe malis. [Quàm illa Demea facere vobis.] Nos addita negatione, Nõ facere vobis. Sic enim vetuſti codices. Idẽ & ſenſus & Trimeter expoſcit. [Haud mali quid ortum &c.] Legendum forſan: Haud ſcio, mali quid ortũ ex hoc ſit publicè, quo modo pleraq; exemplaria, & in his Haſſenſtenianum. In altero manu ſcripto erat eraſum s, & in ſpatio ipſo quod verſus dirimit, adiectum t, ad literam penultimam. Vnde ſuſpicor legendum: Haud citò mali quid &c. &, niſi longè fallor, hæc vera emendatáque lectio eſt: quantum ex interprete quidem coniicere licet, cuius verba ſunt in hunc locum: Vtrum, inquit, hoc optantis eſt, ne moriatur? an eſt teſtimonium vitæ hominis nunquam obfuturi Reipu. Hæc ille. Verſus alterutrum horum expoſcit.

Phy.

GLAREANVS.

Sequuntur ſenarij iambici. Quidam etiã ex hac vnica ſcena duas faciunt. In quarto verſu, aut Rei monoſyllabũ, aut Eum eliditur. In ſeptimo, d, eliditur in Sed, vel bacchius eſt loco primo. In nono, Eum monoſyllabũ eſt, vel bacchius loco primo. In vndecimo, Se, quod quidam habent codices, abundat. Admonuit & Riuius hoc. In viceſimoquinto, vel Prius monoſyll. vel bacchius eſt loco primo, & pro Non ego legerem Haud, niſi quinto quoque loco bacchium conſtituamus. Trigeſimus ſextus eſt tetra. iambicus acatalect. quod rarũ eſt inter tot ſenarios. In trigeſimonono, Ac pertinet ad verſum præcedentẽ. In XLI. creticus eſt loco primo, bacchius ſecundo, pæan ſecundus tertio, niſi quis vel l, elidere, vel es in priore verſu malit. Dein s, in Futilis etiam abiicere, & Somnium facere diſyllabum. In XLIII. vel vigilantiam tetraſyllabum eſt, & Tuam monoſyllabum, vel, quod magis credo, Narras verbum abundat, & ab aliquo ſciolo adiectum eſt. Præterea in fine eiuſdem legendũ, Sic modo ſiet. Vt ſequens verſus ab Vt, incipiat. In quadrageſimoſexto, vel Tuum monoſyllabum eſt, vel creticus loco quarto. In quadrageſimooctauo, s, in Satis eliditur, vt primo loco ſit anapæſtus. Riuius Eum tollit, nec habet vetuſtus codex, ſed nihilominus s, eliditur in Satis, niſi loco ſecundo ponatur creticus. In quinquageſimo, d, eliditur in Apud, niſi creticus ſit loco quinto. In quinquageſimoprimo, Vah extra metrum eſt, vt in Heautontimoru. Actus ſecundi ſcena quarta. LV. variè legitur. Riuius geminandum cenſet Oh oh, quod carmen non patitur, niſi extra metrum putet eſſe oh, vt Vah paulo antè, aut corripiendũ, aut proceleuſmaticum loco ſecundo ponendum. Quidam Gaudio, quidam Præ gaudio legunt. Lector videat, quid potiſſimum ſequendum. Quinquageſimusoctauus, finiendus eſt in PHY, ad hunc modum,

Syre præceptorum plenus iſtorum ille. S. PHY.

Vt ſequens deinde verſus à verbo Domi incipiat, quemadmodum ſexageſimusoctauus, in Demea finiendus, & ſequẽs deinde à Non facere, inchoãdus. Sic & Riuius. In LXXV. Opus legendum pro Vſus, atq; ita habet codex vetuſtus. In LXXIX. Tu hinc rus abis. alioqui claudicabit carmen, & Tu hinc, iãbus loco quinto. Nonus à fine s, amittit in Quis, vel eſt creticus loco primo, & Ille, habet codex vetuſtus pro Illic, quod carmen exigit. In octauo à fine s, eliditur in Satis, & Vah producitur ſequente vocali quod paulo antè extra carmen erat. In ſexto à fine Illius diſyllabũ. In quinto, Homo ponendũ intra adiectiuum ac ſubſtantiuũ Antiqua virtute, vt quarto loco ſit anapæſtus. In penultimo Vah extra carmen eſt, niſi quis i, in Etiam euaneſcere velit.

PROH

DONAT. PROH *Dij immortales.} Hac ſcena fidem amici erga defunctum, maturitatem ſenilis orationis, & accuſationem eius quem lædere noluit ipſe accuſator, cõtinet. ¶Indignum facinus.} Iam narrauit Geta: & rectè. non enim apud ſpectatores iterum fuerunt dicenda quæ dicta ſunt. Illud ſanè admirandũ, eiuſmodi Hegionis verba induci, qualia eſſe debuerunt tantopere laudati viri, & eiuſdẽ Hegionis ac Demeæ. ¶Quid narras.} Mirantis eſt, nõ interrogãtis. ¶O Aeſchine, pol haud paternũ.} Mira maturitas: in qua neſcias vtrum magis iniuriam illatã orbæ virgini, an Aeſchinũ peccaſſe plus doleat. ſeruatur enim in Hegione, ꝙ vir bonus ſit, & amicus. ¶Tam illiberale facinus.} Id eſt non odiſſe cui ſuccenſeas, laudare homines, factũ reprehẽdere. ¶Haud paternum iſtuc dediſti.} Deeſt facinus. & Dediſti, pro feciſti, Sed ſic dicitur in re magna: vt, —dabit ille ruinas Arboribus, ſtragémque ſatis. ¶De pſaltria hac audiuit.} Sic errat Demea, vt intelligatur quantũ debeat iraſci in iis quæ inopinata audiet. ¶Videlicet de pſaltria hac audiuit.} Videlicet, cõfirmatiuũ eſt. vt videlicet, videre licet: ſic ſcilicet, ſcire licet: ilicet, ire licet. ¶Is nihili pendit.} Is, abundat. vt in Heautontimorume. Perij, is mihi, vbi adbibit plus paulò, ſua quæ narrat facinora? Aut is, pro ipſe ſubiunctiuũ pronomẽ minus quàm finitum. ¶Vtinã hic propè adeſſet.} Quaſi non crediderit dicenti, In ore eſt omni populo. ¶Haud ſic auferent.} Quomodo accipimus, Haud ſic auferent? an factum ſuũ auferent ſic? An, ſi correxerint culpam, non ſilentio tranſituros ipſos, vel ipſum quod factum eſt? Et ni. Si non, ſignificat. ¶Haud ſic.} δεικτικὸν eſt. ¶Quæ illos ęquũ eſt.} Subauditur, facere, à ſuperiori per σύλληψιν intellectum. ¶Haud ſic auferent.} Id eſt leniter abibunt, vel ſubtra-

*Date, pro facere.*

*Videlicet.*
*Scilicet.*
*Ilicet.*
*Is.*

bent culpam. ¶Haud ſic auferẽt.} Senilis & matura comminatio. & eſt ſic demonſtratio, geſtum continens leuiſſimæ ac paruæ ſignificationis. ¶In te ſpes omnis Hegio.} Vt narratio non fuerit neceſſaria: ita preces interponendæ ſunt. ¶Tu es patronus: tu parens.} Patronus aut temporale nomen eſt defenſoris: aut certè appellatio eſt, per quam oſtenditur quid illi cultus & obſequij debeatur. eſt enim nomen ad aliquid. Parens autem, veri amoris nomen eſt: & æquali loco continet interpretationem. Et vide quàm vigilanter poëta, cũ ſimpliciter matronam de abſente Hegionẽ loquentem induceret, Coluit nos, dixit: cùm ſeruus & ſupplex ad præſentem loquitur; Tu es patronus, inquit. ¶Ille tibi moriens nos commẽdauit ſenex.} Seruus magnum veritatis indicium addidit, dicendo moriens. nemo enim moriens nõ vera loquitur & vrgentia. vnde in iure vltima indicia, certiora ſunt. Sic & alibi, Hanc mihi in manum dat: mors continuò ipſam occupat. ¶Si deſeris tu, periimus.} Propriè: quaſi patrono. nã Socius deficit, Parens prodit, Patronus deſerit. Sic Saluſtius, Poſt defectionem ſociorum & Latij. Et, —vnius ob iram Prodimur. Et, Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatũ: quod quidẽ in te fuit. Plautus, Qui libertos habent, eos deſerunt. Hinc & milites, qui defenſores patriæ deberent eſſe, deſertores eſſe dicuntur. Hæc autem omnia magnam vim habent, ſi per ſingulas partes orationis conſiderentur, ad commouendũ precibus Hegionem. Et, Tu es patronus, ab honeſto: Tu es parens, à iuſto. ¶Si deſeris tu, periimus.} Et huic rei maximè reſpondet oratoriè, quę illum maximè cõmouit. Vt, En ego victa ſitu. Et, Pulſus ego? Alij πρὸς τι periimus, τῷ ἐνθυμισμῷ reſponſum putãt. ¶Satis piè poſſe.} Deeſt, facere. ¶Neque me ſatis piè poſſe arbitror.} Honeſta locutio, qua ſignificat quicquid fecerit, pro pietatis debito illis merito parum eſſe.

*Patronus.*
*Parens.*
*Iudicia vltima.*
*Deficere.*
*Prodere.*
*Deſerere.*
*Deſertores milites.*

# ACTVS III. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

HEgio dolet Soſtratæ filiam tam iniquè ab Æſchino tractatam, ac tandem vitiatam eſſe. id factum nũc Demeæ narrat.

ARG. PAVL. MALLEO.

HÆC ſequens ſcena complectitur querimoniam Hegionis cognati Soſtratæ, dolentis eius filiã, adeò iniquè ab Æſchino tractatam eſſe, ac tandem vitiatam. Nam putabãt hãc deſertã ab eo eſſe, cùm ita nõ ſit, hoc multis coniiciebant argumentis, quãquam falſis: tamen Hegio Demeæ rem omnem de Æſchino & raptu Pſaltriæ aperit, quo ipſum admodum conturbatum reddit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena & Æſchinum per oppreſsionẽ Pſaltriam lenoni eripuiſſe traditur, & puellam quandam ab eo vitiatam eſſe, palàm fit.

*Senarij.*

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

PRoh Dij immortales, facinus indignum: Geta
Quid narras! G. ſic eſt factũ. H. ex illán' familia
Tam illiberale facinus eſſe ortum? ô Aeſchine,
Pol haud paternum iſtuc dediſti. D. videlicet
De Pſaltria hac audiuit: id illi nunc dolet
Alieno: pater * is nihili pendet: hei mihi
Vtinam hic propè adeſſet alicubi, atque audiret hæc.
H. Ni facient quæ illos æquum eſt, haud ſic auferent.

**id*

G. In te ſpes omnis Hegio nobis ſita eſt.
Te ſolum habemus: tu es patronus: tu parẽs:
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex.
Si deſeris tu, periimus. H. caue dixeris,
Neq; faciam, neq; me ſatis piè poſſe arbitror.
D. Adibo. ſaluere Hegionem plurimùm
Iubeo. H. te quærebam ipſum: ſalue Demea.
D. Quid autem? H. maior filius tuus Aeſchinus,
Quem fratri adoptandũ dediſti, neque boni,
Neque liberalis functus officium eſt viri.
D. Quid iſtuc eſt? H. noſtrum amicum noras Simulum,
Atque æqualem? D. quídni? H. filiam eius virginem
Vitiauit. D. hem. H. mane nondum audiſti Demea
Quod eſt grauiſſimum. D. an quidquam eſt etiam amplius?
H. Verò amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo eſt:
Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia:
Humanum eſt. vbi * ſcit factum, ad matrem virginis
Venit ipſus vltrò lachrumas, orans, obſecrãs,
Fidem dans, iurans ſe illam ducturum domũ.
Ignotum eſt, tacitum eſt, creditum eſt: virgo ex eo
Compreſſu grauida facta eſt: menſis hic decimus eſt.
Ille bonus vir nobis pſaltriam (ſi Dis placet)
Parauit, quicum viuat: illam deſerat.
D. Pro certóne tu iſtæc dicis? H. mater virginis
In medio eſt, ipſa virgo, res ipſa: hic Geta
Præterea, vt captus eſt: ſeruulorum, non malus,
Neque iners, alit illas: ſolus omnẽ familiam
Suſtentat: hunc adduce: vinci: quære rem.
G. Imò hercle extorque, niſi ita factum eſt Demea.
Poſtremò non negabit: coram ipſo cedo.
D. Pudet: nec quid agã, neque quid huic reſpondeam,

*Senſus autem hic eſt, Neque faciã quod nefas eſt, vt vos deſerã: nec hoc ipſum quod facio, ſatis pium eſt pro tanta neceſſitudine. Et bene addidit, ſatis vt, Et ſapiens, non tamẽ ſatis. ¶ Saluere Hegionem plurimùm iubeo. } Ideo prouidit Demea, non prouiſus eſt, quia oportuit illum audire quæ loqueretur Hegio: & ex illius iam verbis in indignationẽ moueri.*

Iubeo ſaluere.

*Iubeo autẽ, volo ſignificat: ab eo quod ſequitur, id quod præcedit. Non iubemus enim, niſi quod voluerimus. & eſt Homericum. ¶ Maior filius tuus Aeſchinus. } Artificioſa poſtulatio: in qua, ne ſtatim Demea diceret, nihil ad ſe hãc querelam pertinere, quippe qui Cteſiphonem curare debeat, infertur cauſa cur nõ diſſimulet pater, quia filius: quia maior eſt, quia Aeſchinus, ſi quid eſt in ipſo nomine charitatis: quia fratris adoptiuus: quia bonus & liberalis: & contra hæc, quib⁹ laudatus eſt, fecit.*

* ſic

*¶ Neq; boni. } Quaſi id quod eſt, velit quod eſſe debet. ¶ Neque liberalis functus eſt officiũ viri. } Quærendum inter bonum & liberalem quid interſit.*

Bonus. Liberalis.

*An bonus eſt, qui nõ nocet? Liberalis, qui etiam prodeſt? An bonus, qui non peccat in facto: liberalis, qui nec verbo quidem? ¶ Aequalem. } ὁμήλικα. ¶ Quídni? }*

Quídni?

*Plus eſt Quídni, quàm Nouerã. nam quaſi corripit dubitantem, dicẽdo, quídni? vt ſubaudiatur, nouerim. ¶ Filiam eius virginẽ vitiauit. } Vides quantum valeat iniuria, vel dignitas perſonarũ. Non contẽtus facinore, perſonas credidit antè proponẽdas. ¶ Hem. } Interiectio eſt irati vehemẽter: quippe qui aliud vitiũ audiebat, præter crimina quæ ſciebat.*

Hem.

*¶ Quod eſt grauiſſ. } Quia illud graue. ¶ An quidquã eſt etiã amplius? } Amplius, quantitatis eſt. nam ideo,*

Amplius.

*Nondum etiam audis quod eſt grauiſſimũ. ¶ Amplius. } Id eſt maius. ¶ Perſuaſit nox amor, vinum, adoleſcentia. } Plau. in Bacchidibus. Quia iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt. nox, mulier, vinum, homini adoleſcẽtulo. Et hæc omnia ab impulſionis parte dicuntur, non à ratiocinationis. Ideo & perſuaſit dixit. nam inſtans perſuaſio, impulſio dicitur: vt ipſe, Dũ in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur.*

Perſuaſio. Impulſio.

*¶ Humanum eſt. } Nihil tandem ex ea ſumptum conſuetudine eſt, quod non humanum. & hoc dicere ſolemus, vbi peccatum quidem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus. ¶ Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. } Hæc inferuntur ἀσυνδέτως, vt multa videantur. ¶ Vinum. } Plus dixit, quàm ſi vinolentiam diceret. vt, Tu nihil niſi ſapiẽtia es, ille ſomnium. Proximũ huic, & ſimile eſt in Hecyra, Cum virgine vnà adoleſcens cubuerit, Plus potus, ſeſe illa abſtinere vt potuerit. non veriſimile dicis, neque verum arbitror. Virgilius, Bacchus & ad culpam cauſas dedit. ¶ Vbi ſcit factum. } Id eſt. intelligit & ſentit: quia ſupra futuræ * peccauerit: & quia qui impulſione peccat, non peccat ratiocinatione. Hic locus illi rei occurrit, Cur ergo tacuiſti? ¶ Orãs, obſecrans. } Orare, eſt placidos petere: Obſecrare, iratos rogare. Vnde plus facit obſecrans, quàm orans: plus verò orãs, quàm rogans Cicero, Orare & rogare.*

Orare. Obſecrare. Rogare.

*¶ Venit ipſus vltro lachrymans. } Mirè: & ad matrẽ venit vltro lachrymãs, ne quòd leniter, aut mollius mulier tuliſſet, propè pactionẽ iniiſſe videretur. ¶ Ignotũ eſt, tacitũ eſt, creditũ eſt, } ἀσυνδέτως per συντομίαν vt ſolet, hic loquitur: vt, Imus, venimus, videmus. Ignotum eſt autem, quòd vltro venerat &*

Scio. PAMPH. miſeram me, differor doloribus,
Iuno Lucina fer opē, ſerua me obſecro. H. hē,
Númnam illa quæſo parturit? G. certè Hegio. H. hem,
Illæc fidem nunc veſtram implorat Demea.
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Hæc primùm vt fiant, deos quæſo, vt vobis decet.
Sin aliter animus veſter eſt, ego Demea
Summa vi hāc defendam, atq; illum mortuū.
Cognatus mihi erat: vnà à pueris paruoli
Sumus educati: vnà ſemper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatē vnà pertulimus grauē.
Quapropter nitar, faciam, experiar: denique
Animam relinquā potius, quàm *illas deſerā.
Quid mihi reſpondes? D. fratrem conueniam Hegio:
Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar.
H. Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites:
Quàm vos facillimè agitis, quàm eſtis maxumè
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxumè vos æquo animo æqua noſcere
Oportet, ſi vos vultis perhiberi probos.
D. Redito: fient, quæ fieri æquum eſt, omnia.
H. Decet te facere. Geta duc me intrò ad Soſtratam.
D. Non me indicente hæc *fiunt: vtinam hoc ſit modo
Defunctum. verùm nimia illæc licentia
Profectò euadet in aliquod magnū malum.
Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum hæc euomam.

*illam

*fient.

rat & lachrymans: tacitum eſt, quòd orabat & obſecrabat: creditum eſt, quòd fidē dabat & iurabat. Et honeſtius impersonaliter, quàm ignouimus, tacuimus, credidimus. ¶ Virgo ex eo cōpreſſu grauida facta eſt. } Hæc addidit, ne ex viliore vſu, inhoneſta patientia virginis ad conceptū libido peruenerit. & præterea quia & hoc potuit dici, Ille quidē vitiauit virginē. ſed quid ſi ex alio concepit poſtea, quæ nūc grauida facta eſt? Idcirco & à vitio virginis tempus oſtēdit: vt cùm facto ratio conueniret. ¶ Ille bonus vir. } εἰρωνεία indignantis in loco addita eſt verbis ardentibus. ¶ Ille bonus vir, nobis Pſaltriā, ſi diis placet, parauit. } Concluſio accuſationis. &, Bonus vir, εἰρωνεία quidem eſt, ſed ab eo poſita, qui indignetur virum bonum eſſe debuiſſe qui non ſit: vt ſuprà, Neque boni, neq; liberalis eſt functus officiū viri. Et ſimul conſidera quo nomine Aeſchinū vocet, virū appellans ſcilicet, qui vult eius certa eſſe promiſſa, & qui illū iampridē videri maritum velit: Nobis autē, ex abūdanti τῷ ἰδιωτισμῷ ad indignationē relatū eſt. ¶ Si diis placet. } Bene interpoſitū ad inuidiā. Si diis placet: ſcilicet per quos iuratū eſt. ¶ Pſaltriā nobis. } τῷ ἰδιωτισμῷ. ſic enim dicimus: & eſt cōſuetudinis peruulgatæ. ¶ Illam deſerat. } Id eſt, cui è contrario, dū viuat, obſtrictus eſt. Et deſerat, virginē ſcilicet. ¶ Prô certóne tu iſtæc dicis? } Hoc ideo non dicit, quia fidem non habeat narranti: ſed quia mira ſunt ſcelera. ¶ Mater virginis in medio eſt. } Terribiliter ſatis, in medio eſt, quaſi retineri non poſſit, nec cohiberi quin rem probet. Et præterea, cum argumentorū genera duo ſint, ἔντεχνον καὶ ἄτεχνον: ſicut in rebus manifeſtis ἀτέχνῳ vtitur. Hoc ergo, ſublatis ſuperciliis dicendum eſt, In medio eſt. nā lentius erat, ſi diceret, Præſto eſt. ¶ Ipſa virgo. } Scilicet quæ in Aeſchinum reum & teſtis, & crimen eſt. Et ideo addit, Res ipſa: Id eſt, pondus vteri, exactis ad pariendum menſibus. ¶ Præterea, vt captus eſt ſeruulorum, nō malus. } Ad hæc, intelligamus aliter dici non inertē Socratem: aliter nō inertem ſeruū: aliter non malum Scipionem eſſe: aliter non malū ſeruum eſſe. ¶ Præterea, vt captus. } An, quantū capit animus ſeruilis, tantū nō malus neq; iners Geta? An, vt captus eſt ſeruulorū, quemadmodum ſæpe aucupiū in ſeruis habendis bonum euenit? Vt in captu auium, vel piſciū, vel ferarum plurimū fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia ſeruū euenire bonum, non ratio eſt aut natura, ſed caſus eſt, vtpote in re rariſſima: vt ſit, vt captus eſt ſeruorū, id eſt euentus eſt in ſeruis. ¶ Vt captus eſt ſeruulorū. } Id eſt vt ſe habet conditio ſeruorum. Afranius in Simulante, Is vt ſeruorū captus eſt, facillimè domo atq; noſtra familia prouenditur. Ergo captus ſortem intelligo. ¶ Non malus. } Id eſt fidelis. ¶ Neq; iners. } Id eſt artē habens. Oratoriè futurum teſtē & indicē laudat: ſed ne improbè facere videatur, parcius id facit. non enim dixit, bonus & ſolers: ſed, quod in ſeruo ſufficit, non malus, neque iners. Et proferendi Getæ hæc maximè cauſa eſt: ne quod permittere videatur in ſeruo pauperis, atrocius fiat. & ſimul vt hæc προθεραπεία non cōtriſtet Getam, quem prius laudat dicturus, Hunc abduc, vinci: quære rem. ¶ Alit illas: ſolus omnem familiam ſuſtentat. } Duas hîc res docet: & vnde hæ viuāt: quod teſtimoniū pudicitiæ eſt. & grauē teſtem poſſe eſſe Getā. ¶ Solus. } Incerta diſtinctio eſt, ſolus. ſed melius, Solus omnem familiam ſuſtentat. Hoc verbo tenuis victus oſtēditur, quòd bene frugi eſſe monſtratur in fœminis. ¶ Hunc abduce, vinci: quære rem. } Non multū permittit, vtpote de alieno ſeruo. ideo Geta plus de ſe largietur. ipſe tamen ἀσυνδέτως tria poſuit, vt multa videretur dicere. ¶ Hunc abduce. } Vt, Tu Voluſe armari Volſcorū edice maniplis. Nam poſtea, e litera, huiuſmodi verbis aucta eſt. ¶ Hūc abduce, vinci. } Bono ordine. & abduce: ab hoc illuc vbi nemo poſſit intercedere. & vinci: ne ſoluto, vt ſciat ſi verū ſeruus accuſet. ¶ Quære rē. } Latenter præter vincula, etiā tormenta ſignificauit: nā hoc, quære rē: pete rei

Ironia.

Captus ſeruulorum.

Nō malus.
Non iners.

Abducē.

Quære rē.

veritatem,ſignificat.¶ Imò hercle éxtorque.§ ἄτεχνος πίστις.
Et bene ipſe de ſe plus & apertius, quàm Hegio, largitur.
Torquere. ¶ Extorque.§ Multum dixit:non torque,ſed extorque.Tor-
Extorquere quemus enim hominem.Extorquemus veritatem.¶ Pudet.§
Aduerſus hoc dicit,& perturbatus Demea.Maioris erit pon
Differor do deris Pudet dictum,ſi Me nec addas,nec ſubaudias. ¶ Dif-
loribus. feror doloribus.§ Diuellor, diſcrucior, dilaceror. Et propriè
hoc genus quærelæ conuenit parturienti, & cui viſcera di-
ſtenduntur:& ei quæ inexpertũ dolorem nunc primùm ſen-
tiat.¶ Iuno Lucina fer opem.§Bona procuratio poëtæ:vt &
vox parturientis, pro teſtimonio ſuccedat ad inflammandũ
Demeam.Et nota puellarum,quæ in comœdiis honeſtæ ſunt,
& ex amore dicuntur: aut nullam in ſcena eſſe, aut rariſſi
mã vocem. ¶ Fer opem.§Partui.¶ Serua me obſecro.§ Par-
turientem. Duas enim res poſcit hæc precatio: & naſcentis
& parturientis ſalutem. ¶ Númnam illa quæſo parturit?§
Illa ſcilicet de qua ſermo eſt. quid enim opus fuerat nomi-
ne?¶ Illæc fidem nunc veſtrã implorat.§Hæc oratoria πλά-
Implorare. σις eſt. non enim verè rogat:ſed videtur hoc facere.Et implo
rare,eſt in malis poſitos cum ploratu aliquẽ rogare. ¶ Quod
vos ius cogit, id voluntate impetret.§Artificioſè: ne totum
Ius. ſimpliciter agendo,diffidere cauſæ videatur. Ius igitur le-
gum intelligitur. ¶ Deos quæſo,vt vobis decet.§ Hoc eſt non
voluntate aduerſarium fore. ¶ Vt vobis decet.§ παραινετι-
Decet vo- κῶς dixit, non vt puellæ vtile eſt, ſed vt vobis decet. ¶ Vo-
bis. bis decet.§ Græcè dixit, ὑμῖν πρέπει. & deeſt, facere. ¶ Sin
aliter animus veſter eſt.§Officium amici exequitur in red-
dẽda cauſa,cur aduerſarius futurus ſit. ¶ Ego Demea ſum-
ma vi defendã hanc.§ Non dixit id quod eſt,Vos vlciſcar:
ſed,hanc defendam. ¶ Atque illum mortuum.§Idonea cau
ſa eſt,aduerſus viuos querimoniam faciẽdo pro mortuo ſci-
licet,qua in re, & de officio ſuo locutus eſt, & exaggerauit
culpam in Aeſchinum,qui videbatur in vno & eodem fa-
cinore viuos mortuóſque læſiſſe ¶ Cognatus mihi erat.§Cau
ſa expoſita,iam agit Hegio de perſona ſua,vtrũ rectè faciat:
vt quam perſonã inducit * oſtendat habiturus.
Amicitia- Cùm amicitiarum duo genera ſint, vnum neceſſarium,id eſt
rum duo ge propinquitas ſanguinis:alterum voluntarium, quo nobis e-
nera. tiam alieniſſimi coniunguntur: Mitionem dicit ac Demeã,
& viuos, & voluntarios tantum ſibi amicos eſſe:Simulum
verò, & mortuum, & non ſolùm voluntate, ſed neceſſitate
amicum fuiſſe coniunctum. In qua re & illi non deerit,&
his purgatur. Sed &, Cognatus mihi erat, vultu adiuuat:
quia non à coniunctione inceptiua ſumpſit exordium.¶ Co-
gnatus mihi erat.§Officia multa cõtra officium vnum De-
meæ amicitiæ ac Mitionis. ¶ Paupertatem vnà pertulimus
Epanapho- grauẽ.§ἐπαναφορά eſt.quia magis coniungit malorũ conſor-
ra. tium,quàm bonorũ. ¶ Nitar,faciam,experiar.§ Sic dicit,ne
dicat Vindicabo: quod vult magis ſignificatum eſſe, quàm
dictum.Et ne ei diceretur,nihil poteris:quod ad incipiendũ
ſufficit,dixit,experiar.¶ Animam relinquã potius.§Mode-
ſta comminatio : prius quid ſibi poſſit euenire dixit, quàm
quid paſſurus ſit Aeſchinus.¶ Fratrem conueniam Hegio.§
Vultuosè pronuntiandũ,hoc quod addidit,Hegio. quaſi di-
cat,In manu fratris eſt conſtitutũ,non mea.¶ Quid mihi re-
Reſpõdere. ſpondes?§ Reſpondere propriè dicitur,cùm lis intẽditur.Re-
ſpondere enim,eſt priorẽ alloqui,quaſi reſpondere verba fun
dere.vt,Funditq; has ore querelas.¶ Reſpondere.§Poſterio-
re loco dicere.¶ Sed Demea hoc tu facito.§ἀπὸ τῆς ἐρωτήσεως ſu-
prà habitæ comminationis. ¶ Quam vos facillimè agitis.§

Vt & ſuprà,facilem victum paret. Et vide quàm oratoriè
laudes ſumpſerit argumẽta ſuadendi.¶ Aequo animo æqua
noſcere oportet.§Bene dixit,æquo animo:quia potentiori &
fortiori contra naturam eſt æquitas. ¶ Redito.§ Proſequeba
tur eum,quemadmodum apparet ex verbis. ¶ Decet te fa-
cere.§ Solicita obſequela Hegionis,vltima in loquendo, o-
ſtendit impotentiorem perſonam contra Aeſchinũ, quo ma
gis gaudium creſcit comœdiæ:quando tali ac tanto, paupe-
rior puella, ſed tamen cupita,iungetur. ¶ Non me indicen-
te.§ Quia dixerat, Ipſe ſentiet poſterius. Et nimis dura cõpo
ſitio eſt: ſed apta iraſcenti.¶ Vtinã hoc ſit modò defunctũ.§ Vtinam.
Vtinam,deſperandi vim habet. Hoc,id eſt negotium,id eſt Hoc.
raptus virginis.Defunctũ,finitum,id eſt vt non peiora com- Defunctũ.
mittat. Defunctum,finitum, id eſt ne vlterius peccet Ae-
ſchinus.¶ Nimia illæc licẽtia.§ Quam illi dat Mitio. ¶ Pro- Euadere.
fectò euadet.§ Per ardua & prærupta veniet. ¶ Hæc euo- Euomere.
mam.§ Non effundam,ſed euomam. vtpote quæ me ægrum
faciunt,quibus me releuabo,cùm languor ille egeſtus ſit.nã
euomam,hoc tranſlatione ſignificat.

Pol haud paternũ iſtuc dediſti.§οὐ πατρῷα αὐλεῖ μέλη. ADRIA.
haud paternas canit cantilenas. De eo iactatum,qui à pa- BARL.
ternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum ſuorum
cantiunculis,quas admodum pueri didicerint, magis dele-
ctari.¶ Videlicet de Pſaltria hac audiuit.§ Videlicet aduer Videlicet,
bium confirmandi eſt, pro certè. ¶ Id illi nunc dolet alie- pro Certè.
no.§ A minori. ¶ Haud ſic auferent.§ Ciuilis eſt & matura
comminatio. ¶ In te ſpes omnis Hegio &c.§ Polyptoton eſt, Polyptoton
diſtincta caſum varietate oratio,quale & illud. Littora lit-
toribus contraria,fluctibus vndas.¶ Ille tibi moriens.§Do-
natus. Magnum veritatis indiciũ addidit ſeruus, moriens.
Nemo enim moriens nõ vera loquitur.Hinc in iure,vltima
iudicia certiora ſunt. ¶ Filiam eius virginem.§Non conten-
tus delicti narratione,etiam addidit virginem. plerunque
enim iniuriam auget perſonarum dignitas. ¶ Hem.§Inter-
iectio eſt vehementer irati. Sciebat ab lenone ereptã Pſal- Hem.
triam:de vitiata virgine,nondum quicquam inaudiuerat.
¶ Hoc quidem ferundũ.§Collatione rem amplificat. In per-
mouendis affectibus præcipuè,atque adeò propè ſola domi-
natur amplificatio, cuius vis omnis in alleuando,deprimen Amplifi-
dóque conſiſtit. Quæ per ſe grauiſſima ſunt,conſultò inter- catio.
dum deprimimus, quo magis magíſque attollantur quæ ſe-
quutura ſunt. Apud Terentiũ Hegio ſic amplificat.De vir-
gine vitiata Demeæ queſtus, facinus hoc veluti vulgatum
iam,& humanum contemnit, iubénſq; grauius adhuc acci
pere. Mane,inquit,nondũ audiſti quod eſt grauiſſimũ.cùm
pater nihil hoc grauius neque fieri, neque dici poſſe crede-
ret.¶ Perſuaſit nox,amor,vinum.§ Ouidius,

Nox,& amor,vinúmque nihil moderabile ſuadent.
Illa pudore vacat,liber,amórque metu.

Iuuenta cum vino audax.inuerecunda nox eſt.Ebrius nec
timet quicquam, nec quid faciat videt. ¶ Vinum, Adole-
ſcentia.§In ſecundo Rhetoricorum ad Herennium,ſic legi-
mus.Defenſor primùm demonſtrabit vitam integram,ſi po-
terit. Id ſi non poterit, recurret ad imprudentiam, ſtulti-
tiam, adoleſcentiam. ¶ Perſuaſit nox.§ Donatus annotauit
hæc omnia ab impulſionis, non ratiocinationis parte dici.
Ideo perſuaſit dixit. Inſtans enim perſuaſio dicitur impul-
ſio. ¶ Humanum eſt,§ Hoc dicere conſueuimus, vbi pecca-
tum quidem non negamus, ſed tolerabile eſſe dicimus.
¶ Virgo ex eo compreſſu grauida facta eſt,§Virgo hîc ætatis, Virgo.
non

non integritatis nomen eſt.¶ Menſis hic decimus eſt.} Hoc legitimũ pariendi tempus. In nono & decimo menſibus ſecundum naturam pueri naſcuntur. Volunt quidam ſeptimo menſe & octauo tarò pueros naſci vitales. nono ſæpe, decimo ſæpius. Plautus: Tum illa quàm compreſſerat, decimo pòſt menſe exacto hîc peperit filiam.¶ Hic Geta, præterea, non malus, neque iners.} Confirmatio. Rectè laudatur, qui futurus eſt teſtis.

*Exquirere.* ¶ Exquire rem.} Id eſt, diligenter & acutè inquire. Sic & Cicero in oratione pro Deiotaro. Exquire de Bleſamio nunquid ad regem contra dignitatem tuam ſcripſerit?

*Extorquere* ¶ Imò extorque.} Extorquere eſt tormento veritatem dicere.¶ Differor doloribus.} Diuidor, ſcindor, diſſipor. Donatus ait, parturienti conuenire hoc genus querelæ.

*Decet vobis.* ¶ Vt vobis decet.} Datiuus pro accuſatiuo poſitus eſt, teſte Nonio.¶ Atque illum mortuũ.} Hîc Aeſchini culpa exaggeratur, qui in vno & eodem facinore viuos & mortuos læſiſſe videtur. Et rectè aduerſus viuos mortui defenduntur. ¶ Paupertatem vnà pertulimus grauem.} Aſtipulatur prouerbium. Mala coniungunt homines.¶ Quàm vos facillimè agitis.} Quò vos facilius agitis & eſtis potẽtiores, hòc magis oportet æqua æquo animo noſcere.¶ Vtiam hoc ſit modo defunctum.} Id eſt, finitũ, ne vlterius peccet Aeſchinus.¶ Nimia illæc licẽtia.} Epiphonema eſt.¶ Vt in eum hæc euomã.} A corpore ſumpta metaphora eſt, nec dicit, effundam, ſed

*Euomere.* euomam. Aegrum enim Demeã faciebant Aeſchini flagitia. Et euomere eſt dicere, quæ dolor non ſinebat reticere.

LATOMVS.

Argumentum. Hegio ex indicio Getæ errans de rapta fidicina grauiter accuſat Aeſchinum, eſtque hoc nouum periculum ad epitaſin fabulæ.¶ Prò dij immortales.} Colloquium Hegionis & Getæ eſt vice exordij ante accuſationẽ, ſpectans ad beneuolentiam ab officio perſonæ.¶ Maior filius.} Propoſitio criminis primùm generaliter propoſita, deinde explicata per partes, & exaggerata.¶ Vero amplius.} Ironica repetitio, affirmationis loco. Nam mox approbaturus, excuſat quod per ſe magnum eſt, vt quod maius videri vult, attollatur.¶ Pro certón' tu.} Controuerſia coniecturalis, fecit, non fecit. Probatur teſtimoniis, & tormentorum pollicitatione, commendata Getæ perſona.¶ Miſeram me.} Exclamatio parturientis, opportuna ad faciendã fidem præſenti Demeæ.¶ Vobis decet.} Græca figura cum datiuo ὑμῖν πρέπει.¶ Cognatus.} Reddit rationem officij ſui à generis & vitæ neceſſitudine, & comminatur.¶ Sed Demea.} Admonet officij à perſona.

*PETRVS MARS.* Proh dij immortales.} Quantum tragœdiarum excitare poſſint error, & res malè intellectæ, docet hæc ſcena. Nam cùm rebus geſtis fidem aſtruere intendat, eò fere illas perducit, vt non ſine graui aliquo diſpendio finiri poſſint: De quo ſic Valerius Maximus libro nono, capite nono. Temeritati proximus eſt error, quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignouerit, quia nõ ſuapte ſponte, ſed vanis concitatus imaginibus, culpæ ſe implicat: qui quàm latè in pectoribus hominum vagetur, ſi complecti coner, vitio de quo loquor, ſim obnoxius. Marcus Cicero in Philipp. bene dixit errorem tam latè per hominum vitam vagari, vt nullus ſit, qui non erret: ſed inſipientis eſſe dixit, in errore perſeuerare. Ad hoc, amici boni officium ſub oculos ponitur: nos ſcilicet eam familiaritatem & amorem, quem amicis viuentibus oſtendimus, eundem etiam poſt mortem exhibere debere. Plato: Mors de amicis, quantũ ſcilicet humanitatis officia ſe extendere debuerunt, optimè indicat.¶ Adoptandũ.} Adoptari dicitur, qui ex ſua familia in alienã aut cognatã *Adoptio.* transfertur. Hinc adoptio eſt actio legalis, ad ſolatium eorum, qui liberos non habent, penè naturam imitans. Cicero pro domo ſua: Is adoptet, qui iam aſſequi natura nõ poteſt. In aliis connectuntur hæc.

Vbi ſic factum, ad matrem virginis.} Nos, vbi ſcit factũ: *RIVII caſtigatio.* quomodo vetera exemplaria & Donatus, pro eo quod eſt, vbi intelligit & ſentit, quid peccauerit: vt ille interpretatur.¶ Hunc abduce, vince.} Ita in quibuſdam perperam legitur, Nos vinci legendum cenſemus, in quarta coniugatione, à verbo vincire: quod & ſententia expoſcit, & emẽdatiores libri habent.¶ Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id exequar.} Nos, id ſequar: vt habet manu ſcriptus codex, conſentiẽtibus quibuſdam ex impreſſis.¶ Quàm vos facillimè agitis, quàm eſtis maximi, Potẽtes, dites &c.} Nos, maxumè legimus, non maximi: quo modo manuſcripta etiã exemplaria, & ex impreſſis Lugdunẽſe & Venetum. Præterea ſenſus idem expoſcit: Reſpondent enim ſibi inuicem *Quàm & Tam cũ ſuperlatiuo.* quàm maxumè, & quod ſequitur, tam maxumè. Eſt apud Saluſtium ſimilis loquutio: Quàm quiſq; peſſimè fecit, tam maximè tutus eſt. Q. Aſconius, vt hoc obiter adnotem, difficultatem nonnunquam paupertatem ſignificare ait, ſicut *Difficultas pro paupertate.* apud Cice. IIII. Verr. Oſtendit ſe ſumma difficultate eſſe nummaria. Huic autem contrariũ eſſe, quod hîc ait Terentius: Quàm vos facillimè agitis. Difficultas rei nummariæ *Agere facillimè.* apud Ciceronem VI. Verr. pro inopia atque egeſtate.¶ Geta duc me intrò ad Soſtratam.} Perperam omiſſum eſt aduerbium intrò in quibuſdam exemplaribus, velut Moguntino, Vuitembergenſi, aliis pleriſque: cum addendum eſſe, præter ſenſum etiam metri ratio doceat.¶ Et iſthanc quod potes conſolare.} Nos, fac conſolere, ex Donato, quicum antiqua exemplaria faciunt, & verò etiam metri ratio. Sunt autem iambici trimetri.

GLAREANVS.

Et hi ſenarij ſunt iambici. In tertio verſu, vel, s, eliditur in Facinus, & o, corripitur, non eliditur, vel, o, extra carmen eſt. In quarto, Videlicet omnibus ſyllabis correptum eſt. *Videlicet.* In vndecimo ſi pro Senex quis legat Amico, carmẽ erit Heroicum, qualia multa ſimilia reperias. In duodecimo, Si deſeris nos tu perimus, habet vetuſtus codex. Alij Periimus tetraſyllabicõs legunt, abſque particula Nos. Cæterùm Caue corripitur poſteriore ſyllaba. In decimotertio proceleuſmaticus eſt initio, & s, eliditur in Satis. In viceſimo, Atque priore ſyllaba pertinet ad præcedentem verſum. In viceſimotertio, loco ſecundo, vel bacchius eſt, vel s, eliditur in Amplius, vt eo in loco ſit anapæſtus. In viceſimonono s, eliditur in Menſis, niſi pæana ſecundo loco quinto cõſtituamus. In trigeſimo vel, l, de Ille abiicitur, vt ſit proceleuſmaticus loco primo eliſo s, de Bonus, vel i, in Pſaltriã eliditur, vel deniq; creticus eſt loco quarto. Quod perplacet. In trigeſimoquarto eliditur s, in Captus. In quadrageſimoquinto, vel Deos monoſyllabum eſt, vel creticus tertio loco. Quadrageſimuſſeptimus malè vulgò legitur. Sed hunc vel initio ponendum: vel poſt verbum Defendam. In quadrageſimooctauo, vel Mihi diſyllabum eſt, vel verbum Nos legendum poſt verbum Pueris, vt vetuſtus habet codex. In XLIX. haud dubiè legendũ Educti, nõ Educati. In LIIII. legendum. Sequar, non Exequar, quod & Riuius annotauit. In LV. Hoc facito vt, legendum. non, Hoc tu facito.

Facillimè. In quinquageſimoſexto, ll, geminandum in Facillimè, vt loco ſecundo ſit iambus. ¶Bono animo fac ſis Soſtrata, & iſtã, quod potes, Hîc quidam ſcenã quintam ordiuntur. At Donatus ait, ſex hos verſus in quibuſdam non eſſe. Verſu ſecundo, Fac conſolere legendum, & d, in Apud elidendum, niſi creticum loco quinto eſſe velimus. In quarto, Si corripitur, non eliditur. In quinto, Eius monoſyllabum. In ſexto, Mihi monoſyllabum totum eliditur.

## ACTVS III. SCENA V.



HEGIO.

BOno animo fac ſis Soſtrata,
& iſtam, quod potes,
*Conſolere. ego Mitionẽ,
ſi apud forum eſt,
Conueniã, atq; vt res geſta eſt, narrabo ordine.
Si eſt, facturus vt ſit officium ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi, vt quid agam quamprimum ſciam.

DONAT. BONO animo fac ſis Soſtrata.} Hi ſex verſus in quibuſdam non feruntur. In hac ſcena videtur iam locutæ Soſtratæ Hegio reſpondere. Poteſt tamen & ipſe incipere, tanquam qui & rẽ nouerit, & mœrore eius moueatur. ¶Bono animo fac ſis Soſtrata.} Meminiſſe debemus quòd dixit, Duc me intrò ad Soſtratam. & quia hoc Intrò, in proſcenio eſt * non poſt ſcenam. nam aliud ſignificat, Eamus intrò, vbi dicitur, Intus deſpondebitur, intus tranſigetur, ſi quid eſt quod reſtet. illud enim interius agitur extra omne proſceniũ. ¶Fac ſis Soſtrata.} Sis honorificè additur verbo, ne quod imperatiuo modo pronũtiatur, ſuperbum ſit. Deductum eſt autem à ſenatuſconſulti formula: vbi enim aliquid ſenatus conſulibus iniungit, addit, ſi eis videatur. ¶Et iſtam quod potes.} Quia vox ipſa triſtis, & citra triſtem filiã, Quod potes dixit. ¶Fac conſulere.} Duas res dixit, quas & ordine locutus eſt, Et tu bonũ habe animum, inquit: & filiã fac habere. ¶Ego Mitionem.} Quia Demeam iam vidit. ¶Si eſt facturus officiũ.} Hoc dicendo, promittit eum eſſe facturum: nam facile eſt vnumquenque ſuo officio fungi. ¶Vt quid agam quamprimum ſciam.} Maturè: neque comminatur, neque ſegnem oſtendit ſe fore.

Intrò.

*Fac conſolere.

Sis.

Quod potes.

LATOMVS. Bono animo.} Oeconomia ad futurum congreſſum ſenum.

PETRVS MARS. Bono animo fac.} Amicos dolentes ſi iuuare nõ poſſumus, proximũ erit, vt conſolatione dolorem quomodocunque mitigemus, operámque noſtram in id, quatenus noſtrarum virium eſt, benignè polliceamur. Quomodo autem conſolari debeamus, docet Cicero tertia Tuſculana. Erit igitur in conſolationibus prima medicina, docere aut nullum malum eſſe, aut admodum paruum. Altera eſt, & de communi conditione vitæ, & propria, ſi quid ſit de ipſius qui mœreat diſputandum. Tertia, ſummam eſſe ſtultitiam fruſtra confici mœrore, cùm intelligas nihil poſſe profici.

## ACTVS IIII. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

PRobi adoleſcentis ingenium, amoréſque hac ſcena exprimuntur. Syrus Cteſiphonem inſtituit, quemadmodum reſpondere debeat patri. Initio ſcenæ oſtendit non rarò contingere, vt filij optent parentum abſentiam, ſi quando ſolatius viuere, ac genio indulgere ſtatuerint.

DONAT. AIN' patrẽ hinc abiiſſe rus.} Hîc oſtenditur timiditas boni adoleſcentuli, & verti * ſe ad peccandum ex delicti conſcientia, & reuerentia parentis apparet. Itẽ mos verorum patrum circa filios, Syro Demeam deſcribente. ¶Ain' patrẽ hinc abiiſſe rus.} Compẽdio oſtẽditur quid ſit iã locuturus Syrus. ¶Nunc eũ maximè aliquid operis facere cre.} Vide quaſi ἰδίωμα verborum Syri eſſe, de opere loqui. ſic enim dicit & Demea: ſed illud, falſo: hoc ſeriò. ¶Vtinam qui.} Apud villã ſit, ſubaudiendum & diſtinguẽdum antè quàm inferatur quod ſequitur. ¶Quod cum ſalute eius fiat.} Hoc non eſt odiſſe patrem: ſed tantum timere ex proprio delicto. ſeruatur enim in eo & amor filij, & amoris effectus. ¶Vt triduo hoc perpetuo.} Quantũ ſufficiat amatori. etenim nõ opus erat Perpetuo dicere, ſi Triduũ dixiſſet. ¶Et iſtoc ſi qd potis, &c.} Deeſt, addi. nã ſi mortẽ ſignificaret, non cõueniret adoleſcentẽ ita dicere. videtur enim plus tẽporis optaſſe languori. ¶Nam hûc diẽ miſerè etc.} Moriatur ſcilicet. & ad hoc aduerſus ſeruũ debet dicere, ne indecorũ adoleſcentis perſonæ ſit hæc ita dixiſſe: quanuis eiuſmodi adoleſcentes

Triduo perpetuo, vel triduum.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIc formidoloſus & verecundus adoleſcens inducitur, qui patrem ſuum Demeam ruri diutius remanſurum exoptat, quò lætius interim genio indulgere poſſit. Deinde ſimplex ipſe Cteſipho, quid patri reſpõdeat, à callido Syro inſtruitur: qui paternum quoq; erga ipſum, credulum ac facilem animum, eidem Cteſiphoni non ſine ſalibus exploratum reddit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

SYrus conſolatur Cteſiphoně, ne vereatur patris duritiam.

*Tetrametri Iambici, Trochaicis quibuſdam admiſtis. Dimeter vnus.*

CTESIPHO, SYRVS.

AIN' *patrem hinc abiiſſe rus?* S. *iam dudum.* C. *dic ſodes.* S. *apud villam eſt.*
*Nunc eum maxumè operis aliquid facere credo.* C. *vtinam quidem.*
*Quod cum ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit velim,*
*Vt triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere.*
S. *Ita fiat, & iſtoc ſiquid potis eſt rectius.* C. *ita. nam hunc diem*
*Miſerè nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.*
*Et illud rus nulla alia cauſa tam malè odi, niſi quia*
*Propè eſt: quòd ſi abeſſet longius,*
*Prius nox oppreſsiſſet illic, quàm huc reuerti poſſet iterum.*
*Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret ſat ſcio.*
*Rogabit me, vbi fuerim, quem ego hodie toto non vidi die:*
*Quid dicam?* S. *nihílne in mente eſt?* CT. *nunquam quidquam.* S. *tanto nequior.*
*Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis?* CT. *ſunt: quid poſtea?*
S. *Hiſce opera vt data ſit.* C. *quæ non data ſit? non poteſt fieri.* S. *poteſt.*
C. *Interdiu: ſed ſi hîc pernocto, cauſæ quid dicam Syre?*

*adoleſcẽtes inducant comici. vt Næuius in Tribaſelo, Deos quæſo vt adimãt & patrem & matrem meos.* ¶ *Miſerè nimis cupio.* ❡ Nimis: *Nimis abũdat, more comicorũ, qui hoc dicto aſſeuerationem inculcabãt.* ¶ *Cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.* ❡ *Qui & ſuprà dixit, Ita quæſo quãdo hoc bene ſucceſsit, hilarem hunc ſumamus diẽ.* ¶ *Et illud rus nulla alia cauſa tã malè odi.* ❡ *Mirè oſtendit omnia ex delictis in prauum verti: adeò vt miſerã putet adoleſcẽs ſuburbanã villam: qua re cæteri delectantur. Illud ergo tanquã cũ deteſtatione dixit: & Malè & nimis vt miſerè. nã nimium, & malum miſerúmq; eſt ſecundum illam ſententiã, Ne quid nimis.* ¶ *Quod ſi abeſſe longius.* ❡ *Amori magis, q̃ rei conſulit adoleſcẽs.* ¶ *Iam huc recurret.* ❡ *Mirè de ſene, recurret dixit, vt eius inſtantiam demõſtraret.* ¶ *Nihílne in mẽ. eſt?* ❡ *Sic hoc accipiendũ eſt, vt adoleſcẽti libero malitiã putemus, non ſapientiã deeſſe: adeò in hac re magiſter eſt ſeruus.* ¶ *Tãto nequior.* ❡ *Sic hoc dictũ eſt, vt è contrariò dicimus, Tanto melior.* ¶ *Nũquam quidquã.* ❡ Nunquam quicquam. *παρέλκον. pro nunquã, id eſt nõ.* ¶ *Cliẽs, amicus, hoſpes nemo &c.* ❡ *Vide magiſtrũ ad nequitiã, vt ſimplici adoleſcenti mẽtiendi viam demonſtret, & honeſtũ tẽtet afferre argumentũ ad mendaciũ propter clientẽ, amicũ, aut hoſpitẽ in vrbe ceſſare viſum. quod tamẽ nec ſic intelligit rudis ac ruſticus adoleſcẽs.* ¶ *Cliẽs, am. ho. ne. eſt vob.* ❡ *Mirè ſic interrogauit, vt qui agreſtes inhumanóſque reprehendat, & inſociabiles aliis, propter aſperitatẽ ruſtici ſenis.* ¶ *Hiſce ope. vt data ſit.* ❡ *A ſuperiore ſubauditur, Veniat in mentem, id eſt cogita dari potuiſſe: & datam dicito.* ¶ *Quæ non data ſit?* ❡ *Hîc de facto quæſtio eſt, in qua quidẽ diſputãt quædam tũc poſsibilia intelligi; quãdo facta ſint. cũ autẽ nõ fiunt, nõ modò non fieri, ſed ne impoſsibilia quidem eſſe dicenda. qui locus περὶ δυνατῶν dicitur.* ¶ *Poteſt.* ❡ *Iterũ ſubauditur, Fieri vt data ſit: vel vt credatur data.* ¶ *Interdiu.* ❡ *Bene: quia amatori maximè nocte opus eſt.* ¶ *Vah, quàm vel etiam no.* ❡ *Hoc vtriuſq; perſonæ conuenit, ſed melius & Syro, & facetius dicitur. & quidam totũ Cteſiphoni aſsignãt abuſq; Inter diu. Et q̃ vellem,* Quàm vellem. *propriè dicimus in his quæ nõ videmus fieri. Bene igitur deficiente argumẽto, cùm aliud non inueniret, in vota cõuerſus eſt. vnde videntur magis hæc verba Cteſiphonis eſſe.* ¶ *Calleo.* ❡ Calleo. *Callidè ſcio.* ¶ *Cùm feruit ma.* ❡ Féruere. *Tertia cõiugatione dixit, vnde féruere dicitur correpta media ſyllaba.* ¶ *Quo modo?* ❡ *Miratur, quia timet eum quẽ iſte cõtemnit.* ¶ *Laudarier te audit li.* ❡ *Quod à Demea dicitur, in omnes parẽtes dici puta. nam nemo tã aſper eſt pater, vt non ſtatim miteſcat laudato filio.* ¶ *Virtutes narro.* ❡ Virtutes. *Non dicit elegantẽ indolẽ, ſed virtutes. Virtutes autẽ ſunt perfecti ſapientis, vel diui alicuius. Et bene cũ ſtupore reſpõdet Meas? oſtẽdens q nullæ eſſent.* ¶ *Meas? Tuas.* ❡ *Cũ geſtu pronũtiare debem⁹, vt intelligatur irriſio.* ¶ *Quaſi pu. gau.* ❡ *Deeſt, pręut ſit, Præ gaudio.* ¶ *Lupus in fa.* ❡ Lupus in fabula. *Silentij indictio eſt in hoc prouerbio: atq; eiuſmodi ſilentio vel in ipſo verbo vt ipſa fabula cõticeſcat. Quia lupũ vidiſſe homines dicimus, qui repẽtè obmutuerũt: quod ferè iis euenit, quos prior viderit lupus: vt cũ cogitatione in qua fuerint, etiã voce et verbis careãt. Sic Theocritus, οὐ φθεγξῇ, λύκον εἶδες. Et Virgil. —vox quoq; Mœrin Iam fugit ipſa lupi Mœrin videre priores. Alij putant ex nutricũ fabulis natum, pueros ludificantium*

S. Vah, quàm vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari!

Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulchrè calleo.

Cùm feruit maxumè, tam placidum,* quàm ouem reddo. C. quo modo?

S. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum:

Virtutes narro. C. meas? S. tuas: homini ilico lachrumæ cadunt,

Quaſi puero gaudio. hem tibi autem. CT. quídnam eſt? S. LVPVS IN FABVLA.

C. Pater eſt? S. ipſus eſt. C. Syre quid agimus? S. fuge modò intrò: ego videro.

C. Siquid rogabit, nuſquam tu me: audiſtin'? S. potin' vt deſinas?

*à cauea terrore lupi paulatim *Capua venientis vſque ad limen cubiculi. Nam falſum eſt quod dicitur interueniſſe lupum Neuianæ fabulæ alimoniæ Remi & Romuli, dũ in theatro ageretur. ¶ Fuge modò intrò. } Non dixit I, vel abi, vel vade: ſed fuge, tanta celeritate opus eſt. ¶ Si quid rogabit, nuſquam tu me. } Magna virtute Terẽtius rudẽ, ſimplicẽ, timidúmque inducit Cteſiphonem ab initio: vt is ſit qui mox opprimeretur cũ meretrice accumbens, interuẽtu patris, ob imprudentiã ac ruſticitatẽ ſuã. ¶ Nuſquam tu me. } Familiaris ἔκλειψις, & apta properanti, quare hæc omnia preſſa voce cum celeritate pronuntianda ſunt.

*quaſi

Odioſè pro deprehendiſſet. ¶ Nunq̃ quidquã. } Attende tarditatẽ Cteſiphonis, vt qui ruri potius quàm in vrbe conſueuerit. ¶ Cũ feruit. } Feruit tertia coniugatione. ¶ Lupus in fabula. } Prouerbiũ de eo, qui mentioni ſui inexpectatus interuenit, & eſt ſilentij indictio.

PETRVS MARS. Ain' patrem hinc. } Metuentis patrem, & propterea peccare nõ audentis timiditas filij hac ſcena exprimitur: Et quamuis hoc animo obſequioſi filij officium non eſt, tamen multo ſatius eſt ita animatum eſſe, quàm omni verecundia poſtpoſita, patris præſentiam nihili facere. Plato inter rationes, quæ poſſint liberos ad obſequium impellere, duas præcipuè refert, metum ſcilicet & vtilitatem: quas tamen tantum abeſt vt probet, vt quaſi indignas ingenuo adoleſcente ducat, & amorem liberalem omnibus anteponat, quo ſcilicet ſumma, & naturali affectione patris iuſſa imperiáque, imò & nutus omnes libenter obeat, non vtilitatis ſpe aut metus gratia. Exprimit præterea hac ſcena parẽtum affectum ſingularem, qui quoties laudes & encomia liberorum ſuorum audiunt, præ maximo gaudio lætitiáque vix à lachrymis temperare ſibi poſſunt. Nihil ſiquidem in hac vita iucundius, nihil gratius contingere poteſt parentibus, quàm ſi liberos propter probitatem, honeſtatémq; celebrari intelligant. ¶ Cùm feruit maximè. } Nonius ait feruit pro feruet. Virgil. Aenei. lib. 4. Iam littora feruere flammis. ¶ Lupus in fabula. } Hoc eſt, is adeſt, de quo ſermo eſt, & propter quem tacere neceſſe eſt.

ADRIA. BARL. Tam malè odi. } Bene nõnũquam pro valde ponitur, huic authore Vallenſi libro ſecundo, ſimile quiddã habet malè, vt malè mihi timeo, pro eo quod eſt valde timeo. Neq; id ſolum in poſitiuo aduerbio, ſed in ſuperlatiuo quoq;, & frequentius cum verbo odi. vt peſſimè odi. ¶ Quòd ſi abeſſet longius. } Amori magis, quàm rei conſulit adoleſcens. Commendatur enim villa quæ vrbi vicina eſt. ¶ Amicus, hoſpes. } Qui tibi excipiendus fuerit. Nam Vitruuio authore, Græci cùm delicatiores, & opulentiores eſſent à fortuna, hoſpitibus aduenientibus inſtruebãt triclinia, & cubicula, & cum penu cellas. Primóque die ad cœnam inuitabant, Poſtero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquáſque res agreſtes. ¶ Sed ſi hîc pernocto. } Abnoctare ab vrbe, dixit Seruius, pro non noctare in vrbe. Item Budæus. A comitatu regio non abnoctarent. Ita dicimus, Si domo apud vos abnocto. ¶ Facio te apud vllũ deũ. } Deum eſſe, Deum facere. Hyperbolæ ſunt prouerbiales, de ſingulari laude dignis. Marcus Tullius Oratoris ſui lib. 2. In quo tu mihi, inquit, deus eſſe videris, id eſt ſingularis ac ſummus. Et deum te facio, id eſt ſummis laudibus effero. Inde natum, quod priſci mortales, ſi quem ob egregias, ac minimè vulgares virtutes ſuſpiciebant, hunc Deum ac Diis genitum aiebant. ¶ Lupus in fabula. } Seruius, Aiunt, inquit, Phyſici voce deſeri eum quem prior lupus viderit. Vnde eſt prouerbium, Lupus eſt in fabula: quoties venit, de quo loquimur, & nobis aufert loquendi facultatem. hoc eſt, cùm forte fortuna in medio ſermone interuenit is cuius mentio fiebat. Plautus in Sticho. Quin tu vocaſti hominem ad cœnam. Reſpondet. Epignomus adoleſcens. Nequid aduenienis perderem. Atque eccum tibi lupum in ſermone. ¶ Nuſquam tu me? } Eſt apta properanti Eclipſis, & in pronuntiando celeritatem requirens, & vocem oppreſſam.

Malè, pro valde.

Abnoctare.

Deum eſſe.

Deũ facere.

Lupus in fabula.

LATOMVS.

Argumentum. Solicitus Cteſipho timet aduentum patris, & à Syro cõfirmatur. éſtq; hæc adhuc periculi eius protaſis. ¶ Vtinam quidem. } Faceta optatio amantis, non improba tamen, ne patrem odiſſe videatur. ¶ Oppreßiſſet. }

Opprimo.

RIVII CASTIGATIO.

Nam hunc diem miſerè nimis cupio &c. } Hæc vera lectio, quam etiam habent recentiores codices omnes. Sed manu ſcriptus ille è bibliotheca Haſſenſteniana habet: Nam hunc diem mi Syre nimis &c. adſtipulante Argẽtoratenſi. Prior lectio verior: quod ex interprete liquet, qui hîc adnotauit nimis, abũdare, more Comicorum, qui hoc dicto aſſeuerationem inculcent. ¶ Cùm feruit maxumè. } Ita planè legendum eſt, vt & Probus nobilis grammaticus admonet, & diligẽter adnotauit Dona. Tametſi hîc fermè conſentiunt nobiſcum libri recentiores. ¶ Tam placidum, quàm ouẽ reddo. } Priſc legit: Tam placidum quaſi ouem reddo. niſi codex mendoſus ſit. Idem autem ratio metri poſcit, niſi in quàm nulla fiat eliſio. Exemplaria ferè cum impreſſa tum manu ſcripta, priorem lectionem habent. proinde reliquimus.

GLAREANVS.

Verſus ſunt iambici tetra. acatalect. Sed admodum miror in omnibus quotquot nos vidimus codicibus primos duos corruptè legi: nec quenquã eſſe qui eos ordinaſſe curet. imò trochaicos immiſtos iãbicis clamãt, vt lectori tenebras offundant tota hac ſcena. Igitur primos duos verſus ex codice vetuſto ſic legendos exiſtimamus.

Ain' tu

*Ain' tu patrem hinc abiiſſe rus? SY. Iandudum. CT. dic ſodes. SY. apud*
*Villam eſt. Hunc maximè operis aliquid facere credo. CT. vtinam quidem.*

*Pro Hunc, alij Eum legunt, ſed nihil refert, alij etiam Nunc poſt Aliquid habent, ij s, in Operis elidunt. Et bene vtroq; modo habet carmen. In* III. *verſu Eius monoſyllabum eſt. In quarto s, in Prorſus eliditur. In ſexto proceleuſmaticus eſt primo loco. Octauus dimeter eſt, & ſolus, ſed variè legitur. Vetuſtus codex ita, Tam propè eſt, quòd ſi abeſſet longius. Atqui ſic non erit iambicus, ſed initio trochaicus, deinde cauda iambicus. Quòd ſi Si coniunctio longa eſſet, ac non elideretur, erat verſus trimeter trochaicus catalecti. quales aliquoties intermiſcet. Verùm alij initio Tam, abiecere, neque tamen carmen ſanarunt, fortaßis & Quod abiiciendũ. Nam ſic verè Dimeter iãbicus acata. fuerit ad hunc modũ;*

*Propè eſt, ſi abeſſet longius.*

*Lector quod placuerit ſequatur, certè ſenſus abſque Quod conſtabit. In nono iambus loco primo, & verbum Poßit, legendum ante verbum Reuerti, & in fine vel tribrachys eſt loco iambi, quod admodum rarum eſt, vel e, eliſo iterum legendum. In decimo Me corripitur ſequente vocali, non eliditur. In ſexto à fine vel Quam, non eliditur, ſed corripitur, vel Quaſi legendũ, vt quidã ſciani codices habent; admonuit hoc etiã Riuius. In q[u]arto à fine anapæſtus eſt loco tertio, & Meas, & Tuas, diſyllaba. In ante penultimo proceleuſmaticus eſt loco primo. In penultimo legendũ Paterne eſt? Deinde ſi legatur, Ipſus eſt, s, in Ipſus eliditur.*

DONAT. *NAE ego homo ſum infelix.} In hoc actu exemplum eſt, neminem facilius, quàm optimum quemque falli atque deludi, vt Virgilius ait. Et næ, valde ſignificat. vt,* Næ. *Næ illi vehementer errant, Cicero in Catilinam. ¶ Næ ego homo ſum infelix.} Vide initium coueniens perpetuo mœrori Demeæ: per totam fabulam, aut diſperij dicit, aut defeſſus ſum, aut aliquid tale ſemper quod queratur: ita tamen, vt cum augmento ſit miſeria, quotieſcunque proceſſerit. nam plus eſt quod nunc dixit, Nę ego infelix homo ſum: quàm diſperij. ¶ Nuſquam inuenio* Nuſquam gentium. *gentium.} Abundat gentiũ. ¶ A villa mercenarium vidi.} Sapientißimè Terẽtius, etſi proxima villa eſt, neceſſariò ſenẽ ad reliquos actus fabulę noluit ab vrbe diſcedere, perſonæ ſenilis memor. nam & arduũ fuerat, dum redit, & cruciabile, ne fatigatio eius in tragœdiã tranſiret. Rectè igitur inuenit à mercenario illi in vrbe narratum, ruri nõ eſſe Cteſiphonem. aut vbi perſona eſt adoleſcentis, & proficiſcitur ad* A villa. *villam: & continuò redit. vt in Eunucho Phædria. Et à villa: vtrũ à, pro de, poſitum eſt: vt ſit, de villa? an deeſt veniſſe: vt ſit, à villa vidi veniſſe mercenarium? ¶ Nec quid agam, ſcio} Vtrum fratrem an filium magis quæram. nã ſenex querulus tria dicit eſſe incommoda ſibi: quòd fratrem non inueniat: quòd Cteſipho ruri non ſit, quòd vtrũ in vrbe maneat, an ad villam abeat, ipſe neſciat. ¶ Verùm.} Modò verùm, nomen nõ eſt: ſed aduerbium* Verùm, pro Verè. *confirmantis, id eſt verè. ¶ Perij.} Hæc Cteſiphonis perturbatio huc tendit poëtæ arte, vt deprehendatur cũ amica filius, repentè ingreſſo ſene. ¶ Quin tu animo bono es.} Nunc quin,* Quin. *pro quinimo poſitum eſt. ¶ Quid hoc, malùm, infelicitatis?} Abundat malùm. ¶ Quid hoc, malùm, infelicitatis?} Deeſt, deos teſtor. ¶ Quid hoc, malùm, infelicitatis?} Hîc autẽ Malùm, pro interiectione po*Malùm.* *ſitum: & eſt dictum, quaſi, ô malum, & eſt dictum anxij hominis, & perturbati nimis. ¶ Niſi me credo.} Pro, niſi* Niſi me credo. *quia iam supereſt, vt me credã. hic enim ſenſus eſt in huiuſmodi locutione, Niſi me credo huic eſſe natum rei. ¶ Niſi me credo huic eſſe natum rei.} Noua locutio, pro, Niſi quia credo. Et Huic rei,* Huic rei. *poteſt ſubtrahi, incolumi sẽſu: vt, Niſi me credo natum eſſe ferendis miſeriis. Ergo, huic rei ſubdiſtinguendum: & ſic inferendum, ferendis* Natus huic rei. *miſeriis. Ergo, huic rei, pro, ad hanc rem. ¶ Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia.} ἐπαναφορά* Epanaphora. *¶ Primus ſentio mala.} Ridiculus error Demeæ. Et Pri*Primus.* *mus, ad ordinem: Solus, ad* Solus. *numerum dicitur. ¶ Primus porro obnũtio.} Qui malam rem nuntiat, obnuntiat: qui* Obnuntio. *bonam, annuntiat. nam pro*Annuntio.* *priè obnũtiare dicũtur Augures, qui aliquid mali ominis ſæuúmque viderint. Ergo, obnuntio malum imminens, quaſi omen nuntio. inde enim ἐτυμολογία huiuſce verbi eſt. ¶ Aegrè ſolus, ſi quid eſt, fero.} Prauè ſcilicet. ¶ Is ſolus neſcit omnia.} Et*

## ACTVS IIII. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

QVeritur Demea quòd fratrem non repererit. Idem à Syro deluditur, locum in quo ſit frater bifariam deſcribente.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena primùm Demea de fratre nõ reperto conqueritur. Is deinde rurſum a Syro verſutè deluditur. Poſtremò idẽ ille Syrus longis ambagibus locum in quo Demeæ germanus exiſtat, abſtruſè ac bifariam deſcribit. Hîc exemplum quoque proponitur, neminem facilius, quàm optimum quemque ac facilem ac ſimplicem falli atque deludi.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

CAllido commento eluditur Demea, ne Cteſiphonis amores reſciſcat.

*Trochaici Tetrametri, admiſtis Iambicis quibuſdam.*

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

NAE *ego homo ſũ infelix.*
*primùm fratrem nuſquã*
*inuenio gentium:*
*Præterea autem, dum illũ*
*quæro, à villa mercenarium*

Vidi: is filium negat eſſe ruri: nec quid agam ſcio.

C. Syre? S. quid ais? C. mén quærit? S. verum. C. perij. S. quin tu animo bono es.

D. Quid hoc, malùm, infelicitatis? nequeo ſatis decernere,

Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis.

Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia,

Primus porrò obnuntio, ægrè ſolus, ſiquid fit, fero.

S. Rideo hunc, primum ait ſe ſcire, is ſolus neſcit omnia.

D. Nunc redeo, ſi fortè frater redierit, * viſo. C. Syre

Obſecro, vide ne ille huc prorſus ſe irruat. S. etiam taces?

Ego cauebo. C. nunquam hercle hodie ego iſtuc committam tibi,

Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam, id tutiſſimum eſt.

S. Age, tamen ego hunc amouebo. D. ſed eccum ſceleratum Syrum.

S. Non hercle hîc quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt.

Scire equidẽ volo, quot mihi ſint domini, quæ hæc eſt miſeria?

D. Quid ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? hem eſt frater domi?

S. Quid, malùm, bone vir mihi narras? equidem perij. D. quid tibi eſt?

S. Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam

Vſque occidit. D. hem, quid narras? S. hem, vide vt diſcidit labrum.

D. Quamobrem? S. me impulſore hanc emptã eſſe ait. D. non tu eum rus hinc modò

Produxe aiebas? S. factum, verùm venit poſt inſaniens.

Nihil pepercit, non puduiſſe verberare hominem ſenem,

Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis?

bene Solus, vt pote de multis: quia cũ ſciat Mitio, Syrus, Aeſchinus, Cteſipho, populus, hic ſolus fallitur.

*Si redierit.* ¶ Si fortè frater redierit, viſo.} Pro, ſi rediit. ¶ Huc prorſus ſe irruat.} Neutrum verbum,

*Irruat ſe.* quaſi actiuum, ſe irruat, poſuit. ¶ Vide ne ille huc.} Iam metuitur quod futurum eſt. Et cùm neutrum ſit irruat, nouè intulit ſe. Præterea ſic

*Irruo.* dixit irruat, tanquam de eo qui pugnaturus ſit. vt in Eunucho, Quàm mox irruim⁹. Aut tãquam de ſue. vt Horatius, Hac lutulenta ruit ſus. Et Virgilius, Ipſe ruit, dẽtéſque Sabellicus exacuit

*Taces, pro Tace.* ſus. ¶ Etiam taces?} Antiquè pro tace. Sic in Andria, Etiam tu hoc reſpõdes? pro

**viſam.* reſponde. Eſt ergo correptionis ſignificatio. ¶ Hodie ego iſtuc committam tibi.} Quod ago, iam id eſt complexum mulieris. ¶ Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam.} Id egit ſtultè adoleſcens, vt ibi deprehendatur, vbi concluſus eſt. ſed ſic ipſe egit, vt poßit ſubterfugere nõ deprehenſus, conſpectum patris. ¶ In cellam aliquam cum illa.} Legitur figuratiuè: vt dicimus in locum, pro in loco. In cellã con-

*Concludere in cellam.* cludam, non in cella, ait. Et mirè, vt recluſum totúmque locum ſubiret, cellã ſcilicet, quam ob ea quæ in ipſa celantur, clauſam eſſe conue-

*Cella. Cellarium.* niat. nam & cella, & cellarium, à reponẽdis celandíſq; rebus eſculentis & poculentis dicitur. ¶ Age, tamen ego hunc amouebo.} Mirè amouebo, dixit: non, deterrebo. nam propriè amouetur ſa-

*Amouere.* xum de loco. in quo verbo, ſignificat imminere ſibi magnum laborem in hoc opere. Et vide αὔξησιν. Suprà, Vt pecudem abigam hunc rus, dixit: modò, Vt ſaxum amouebo, inquit. ¶ Nõ hercle hîc quidem durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt.} Nimis moraliter expreſſa verba ſunt ſerui verberatum ſe indicantis. quis non ex verbis, ſeruum verberatũ intelligat? & ſeruum recèns verberatum? & ſeruum fugam cõminantem? Mirè autẽ, non ego, ſed quiſquam dixit. nec permanere, ſed durare: nam hoc verbũ,

*Durare.* perferendis malis conuenit. vt Virgilius, Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis. Hæc autem omnia ſic dixit, quaſi non videat Demeam. ¶ Quot mihi ſint domini.} Et hîc apparet nõ à legitimo domino verberatũ eſſe. ¶ Quæ hęc eſt miſeria?} Deeſt, quam patior. & quaſi comploratio quędam eſt flebilis poſt querelas. ¶ Quid ille gannit?}

*Gannitus.* Gannitus eſt propriè veluti ploratus vapulãtiũ. ¶ Quid, malùm.} Et hîc malum, pro

*Malùm.* interiectione abũdat. ¶ Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam vſque occidit.} Mirè interiecit miſerũ: & neceſſariò, vſque addidit: vt oſtenderet Occidit nimiæ cędis verbum, non occiſionis intelligi oportere. ¶ Vſ-

*Vſque. Occido.* que occidit.} Propè occidit: aut, vſque. pro valde eſt: occidit, pro vehemẽter cecidit.

*Peroccido.* Nam occidere, & peroccidere, ad cædem referebantur apud veteres. ¶ Vſque occidit.} ἰδιωτικῶς non enim occiſus loquitur. ¶ Hem, vide vt diſcidit labrũ.} Non oſtẽdit, ſed videtur oſtendere ſeni parum iam vidẽti, & intra os. ¶ Hem, vide vt diſcidit labrum.} Aſper mediam longam à cædendo accipit: ego mediam breuem à ſcindendo. ¶ Non tu eũ Rus pro-

*Produxe.* duxe aiebas?} Mirè Terentius eoſipſos, qui fallũtur, ex aliqua parte cautos facit: vt eo delectabilius ſpectatoribus procedant doli. nanque gratia eſt aut delectatio non ſtultiſsimum falli. ¶ Non tu eum rus hinc modò produxe aiebas?} Memoriter ſenex non ſolum quid dixerit Syrus paulo antè, ſed quibus verbis dixerit, refert. nã ſic dixerat, Quem egomet produxi. ¶ Verum venit poſt inſaniens.}

ſaniẽs.} Suprà, Produxi iratũ admodũ. nunc αὐξητικῶς non iratum prędicat, ſed inſanum. ¶ Nihil pepercit.} Vt ſuprà, Nihil reticuit. ſic dicimus in his quæ præter expectationẽ geſta ſunt. ¶ Verberare ho. ſe.} Miſerum fit de ætate id, quod de conditione nõ poterat. ¶ Quem ego modò puerum tãtillum, in manibus geſtaui meis?} Addidit ætati inuidiam & meritũ recens. hoc eſt enim quod dicit, modò. Et tãtillum, δεικτικὸν eſt.

*Tantillus.*

videtur enim manu fingere, quàm paruulum. ¶ Laudo Cteſipho: patriſſas.} Facilè inductus eſt ſenex varietate fraudis & doli. nam Syrus & ſuprà, vt laudans, non vt vituperans Cteſiphonem: & nunc, vt accuſans, idem perficit atque perſuadet.

*Patriſſare.*

¶ Patriſſas.} ἀυξητικῶς. nam vt ſuprà dixerat, Spero eſt ſimilis maiorũ ſuorum: hic confirmat quod ſperare ſe dixerat. ¶ Et virum te indico.} Inquit, non, adoleſcentulum.

*Virum te indico.*

hoc enim ad ętatem & probitatem, non ad ſexũ, refertur. ¶ Patriſſas.} Attẽde, quàm bene inuentum ſit inanẽ ſe dicere. nónne videtur ibi ſtultiſsimus, cùm huiuſmodi laude non modò ſe non laudare velle, quod odioſum eſt: ſed etiam filium apud intelligẽtes vituperare videatur? ſiquidem non ſolùm hic ſtultus, ſed etiam ille, quia patriſſas inquit. ¶ Patriſſas.} Tam ſecurus eſt, vt ſe laudet. Et Abi

*Abi.*

addidit: quaſi dicat, Non eſt quod iam demorer, perfectus es. ¶ Laudo Cteſipho.} Hic totus verſus mirè doloſum oſtẽdit ſenem. ¶ Næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manꝰ.} Comminatio eſt ſubtilis: & parcior, velut ſerui.

*Perquam.*

¶ Perquam.} Nimis εἰρωνεία. ¶ Et me ſeruulum.} Oratoriè, non ſeruum, ſed ſeruulum: cùm ſit ſenex.

*Seruulus.* *Audere.* *Perfortiter.*

¶ Non audebam.} Non poteram. ¶ Hui, perfortiter.} Hoc geſtu ſeruili, & nimis leuiori perſonæ cõgruè

D. Laudo Cteſipho: patriſſas: abi, virum te iudico.

S. Laudas? næ ille cõtinebit poſthac, ſi ſapiet, manus.

D. Fortiter. S. perquam: quia miſeram mulierem & me ſeruolum,

Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter.

D. Non potuit melius: idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.

Sed eſt'ne frater intus? S. non eſt. D. vbi illum quæram, cogito.

S. Scio vbi ſit, verùm hodie nunquam monſtrabo. D. hem, quid ais? S. Ita.

D. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen neſcio

Illius hominis, ſed locũ noui vbi ſit. D. dic ergo locum.

S. Noſtín' porticum apud macellum hanc deorſum? D. quídni nouerim?

S. Præterito hac recta platea ſurſum, vbi eò veneris,

Cliuos deorſum vorſum eſt, hac te præcipitato, poſtea

Eſt ad hanc manum ſacellum. ibi angiportum propter eſt.

D. Quónam? S. illic vbi etiam caprificus magna eſt. noſtín'? D. noui. S. hac pergito.

D. Id quidem angiportum non eſt peruium. S. verum hercle, vah,

Cenſén' hominẽ me eſſe? erraui. in porticum rurſum redi:

Sanè hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.

Scin' Cratini huius ditis ædes? D. ſcio. S. vbi eas præterieris,

Ad ſiniſtram hac recta platea, vbi ad Dianæ veneris,

Ito ad dextram, prius, quàm ad portam venias, apud ipſum lacum

Eſt piſtrilla, & ex aduorſum eſt fabrica, ibi eſt. D. quid ibi facit?

S. Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit,

dictum eſt. ¶ Nõ potuit melius.} Id eſt, Laudo te Cteſipho: et deeſt, fieri. ¶ Idẽ quod ego.} Id eſt patriſſas, virum te iudico. ¶ Sed éſtne frater intus?} Deeſt, reſpõde: vt ſit, reſpõde. ¶ Verum hodie nunquam monſtrabo.} Volẽs ſenem auidius quærere, quòd hic ardor ſemper paratiſsimus credentes etiam fallit, ei fingit ſe nolle dicere. Hodie *Hodie.* autem aut abũdat: vt, Nunquã omnes hodie moriemur *Nunquam hodie.* inulti. aut, nunquam hodie, pro, nullo tẽpore huius diei. quia, nunquam, per ſe generale eſt. ¶ Diminuetur tibi quidem iam cerebrũ.} Comminationis genus verba ipſa indicant: ut appareat ſenem baculum ſuſtuliſſe. ¶ At nomẽ neſcio illius hominis: ſed locum noui vbi ſit.} Rectè: quia ſi hominem diceret, nõ erat errandum agnita perſona hominis: & vbi habitet cognito. ſi notus eſſet, nulla cauſa quærendi supereſſet. ¶ Dic ergo locum.} Dic ergo, quaſi inuitum coëgerit. Ergo *Ergo.* ſemper addimus, vt hortemur tardè quid facientes. vt Virgilius, Ergo age, chare pater, ceruici imponere noſtræ. ¶ Noſtíne porticũ apud macellum?} Conuenit ruſtico & parciſsimo ſeni macellum in vrbe neſcire. & ideo ſic interrogatur à ſeruo. ¶ Hanc deorſum.} Bene, hanc deorſum: quia non eſt vna. ¶ Hac *Hac recta.* recta.} Propriè, hac parte: vt manu viam oſtendere videatur. ¶ Quídni norim?} Cor- *Quid ni?* reptiuè, quídni? pro quid niſi? Etenim quamuis ruſticus, tamẽ eſt ciuis Demea. ¶ Vbi eò veneris, cliuos deorſum vorſum eſt: hac te præcipita *Precipitare* to.} Hoc lentius. quidam clarius legunt: vt ſit, præcipitato, citò deſcende. ¶ Ad hanc manum.} * dicitur, in quo nõ permanet certum dextrum, nec certum ſiniſtrum: & ideo proficit in errorẽ. vult enim ſeruus hæc ſigna eſſe perplexa. ¶ Eſt ſa- *Sacellum.* cellum.} Vt Varro ait, ſacra

*Vbi potetis vos. D.* rectè ſanè. ſed ceſſo ad eum pergere?*
*S. I ſanè, ego te exercebo hodie, vt dignus es ſilicernium:*
*Aeſchinus * otioſè ceſſat: prandium corrumpitur.*
*Cteſipho autem in amore eſt totus. ego iam proſpiciam mihi.*
*Nam iam adibo, atque * vnum quicquid, quod quidem erit belliſsimum,*
*Carpam: & cyathos ſorbillās paulatim hunc producam diem.*

Propter. Caprificus. * ſane bene. *odioſè Pergere. Eo,is. * vnumquodque Angiportū Portus. Inſula.

*cella eſt. ¶Propter.} Propè. vt Virgilius,—templum de marmore ponam Propter aquam. Et Lucretius, Propter aquę riuum ſub ramis arboris altę. ¶Vbi etiā caprificus magna eſt.} In hoc Homerū imitatus eſt, qui dicit caprificum prope Troiana mœnia conſtitutam. ¶Hac pergito.} Non, ito: ſed quia lōgum eſt, pergito. ¶Id quidem angiportum.} Id eſt anguſta & curua via: quaſi anguiport᷑: vt angitia, aut anguitia. Alij, quòd inter portus, ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos. Nā domos vel portus, vel inſulas veteres dixerūt. Et obſerua Terentianam conſuetudinem, in qua inducit nonnihil ſapere eos qui fallūtur. ¶Cenſen' me hominem eſſe? erraui.} Calliditas eſt maxima, deprehenſum mendacium non defendere, ſed fateri: vt opinionē ſimplicitatis acquirat. Vides igitur vt ipſe ſibi ſuccenſeat, tanquam imprudens errauerit, non doloſus impulerit interrogantem. Et mirè ſe negat hominem: tanquam homo corde ſit, non corpore.*

Sanè. Erratio. Error. Cratinus. Ad Dianæ Porta vnde dicta. Lacus.

*¶Sanè hac mul. propius ibis.} Quaſi erraſſe profuerit illa via. Et ſanè, pro ſatis, ac valde: quia qui ſanus eſt, idē & validus. ¶Minor eſt erratio.} Erratio, eſt pecudum: Error, animi eſt, & loci in quo erratur. ¶Cratini huius ditis ædes?} Congruè nomen inuenit diuiti Cratinus, ἀπὸ τοῦ κράτους, id eſt à potentia. ¶Ad ſiniſtram hac.} Deeſt, to: figura ἔλλειψις. ¶Vbi ab Dianæ veneris.} Sic abſolutè dicebant, non addito templo. Saluſtius, Ad Iouis mādem noſtra. ¶Priuſquā ad portam venias.} Portam dicendo, oſtendit vſque ad muros finémque ciuitatis erraturum Demeam. Porta autem, ab aratro portando dicta eſt, quòd in eo loco coloniæ deductor & conditor, ſubiunctis vacca & tauro, aratrū, quo vrbem deſignat, ſuſpendit manu: ne imprimat ſulcos, vbi ciuitatis aditus relinquendi ſunt. ¶Apud ipſum lacum.} Credibiliter addidit lacum. nam Varro docet ſemper lacum portis additum: ſcilicet ob vſum iumentorum exeuntiū & introeuntium: præterea vt aduerſum hoſtilem ignem portis de proximo ſubueniretur.*

Piſtrilla. Piſtrina. Sutrina. Medicina. Diminutiua.

*¶Eſt piſtrilla.} Veteres abſolutè dicebant piſtrinam, vt ſutrinam, & medicinam, ad tabernam referentes. nam piſtrino piſtrina non conuenit. Et ſimulata diminutiua diuerſa ſunt à genere nominum primæ poſitionis: vt Rana, ranunculus, veterana: vt eſt in his ſcutum, ſcutella, canis canicula. ¶Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit.} In vrbe conuiuium, aut in ſole, aut in vmbra, pro conditione temporis inſtruebatur. Repentè igitur interrogatus, quòd minimè opinabatur quæſitum ſenem, arripuit ſtatim lectulos. Et quia potuit ſenex dicere, Mentiris: nam habet lectulos: addidit ex tempore, in ſole. Et ne eos quoque habere diceret, addidit, iligneis pedibus faciundos. ſed hoc, geſtu actoris adiutum eſt: quaſi eodem tempore ſeruus & quærat quid dicat, & reſpondeat.*

Bene ſanè. Sanè. Silicerniū.

*¶Vbi potetis vos.} Incerta perſona eſt: nam Syro vel Demeæ hoc dictum iungi poteſt. ¶Bene ſanè.} Hic εἰρωνεία eſt, non approbatio. ¶I ſanè.} Aut abundat ſanè: aut inferioribus iungitur. ¶Silicernium.} Cœna quæ infertur diis manibus, quòd eam ſilentes cernant, id eſt vmbrę poſſideant: vel quòd qui hæc inferāt, cernant, neque deguſtēt. Nā de his quæ libantur inferis quiſquis comederit, aut biberit, funeſtatur. Aut erit ſilicernium ſenex, qui iam iámque ſilentibus vmbríſque cernendus ſit: et ſic eſt melius, quàm vt quidam Xenophanta interpretatur. putatis Xenophāta ſic nos Silicernium intelligere, hoc eſt Silicem cernētem ſenē, dum incuruus eſt, vel ſtrata ſaxouiæ, vel ſarcophagi iamiam appropinquantis ſibi. ¶Odioſè Aeſchinus ceſſat. prandium corrumpitur.} ἀσύνδετον. deeſt Et. ¶Prandiū corrumpitur.} Vt coquus dixit, qui ſciat conditionem quandam magis feruētem placere.*

Iam. Proſpiciam mihi.

*¶Ego iam proſpiciam mihi.} Iam, interdum ſignificat feſtinationem: vt nunc. Interdum ad deſcribendum ponitur, & increpandum moram: vt, Iam melior, iā diua precor. Et, Vos quoque pergameæ iam fas eſt parcere genti, Diíque deǽque omnes. Et proſpiciam mihi dixit, tanquam hoc ſentiat, Illi ſua agunt negotia: & ego illorum exemplo cōſulam mihi. Et bene proſpiciam: quaſi non pranſurus, niſi prouidero mihi. ¶Cteſipho autem in amore eſt totus.} Non potuit plus dici de incondita ac nimia voluptate.*

Belliſſimū. Bellaria. Carpo. Producere diem.

*¶Belliſsimum.} Propriè belliſsimum dixit. vnde & huſmodi ad irritādam gulam cibi, bellaria dicuntur. ¶Carpam} Modò eligam. Aliàs lædā ſignificat: vt, Carpit enim vires paulatim, vritque videndo Fœmina. Aliàs fruar: vt, Carpamus dum mane nouū, dum flumina creſcunt. Et Perſius, Indulge Genio, carpamus dulcia, id eſt, fruamur rebus dulcibus. ¶Paulatim hunc produ. diem.} Bono verbo vſus eſt ad metaphoram, tanquam vel morientis diei. Vt eſt, —nec te tua funera mater Produxi preſsiue oculos.*

ADRIA. BARL.

Ne. Næ. A. Villa.

*Næ ego homo ſum infelix.} Ne pro non. Terētius in Andria. Ego id agam mihi qui ne detur. Eſt interdum prohibentis. Virgil. Tu ne cede malis. Eſt coniunctio adiunctiua ſignificans vt nō. Martial. Lex hæc carminibus data eſt iocoſis: ne poſſint, niſi pruriant, iuuare. Aliquando eſt rationalis, pro ergo. Virgilius. Méne incepto deſiſtere victam? Eſt dubitatiua, pro an. Virg. in 1. Qui teneant, nam inculta vident, hominéſne ferǽne. Eſt interrogatiua. Virgil. Tantáne vos generis tenuit fiducia veſtri? Quādo verò cum diphthōgo ſcribitur, græca dictio eſt affirmatiua ſiue aſſertiua. & pro vtique ac profectò accipitur. Terent. in Pro. An. Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant. Idem. Næ illa illū haud nouit. ¶A villa mercenarium vidi.} A motum à loco ſignificat. Virg. Et iam Argiua phalanx inſtructis nauibus ibat A Tenedo. Pro poſt accipitur. Plin. Virus equi à coitu ſtatim collectum. Item ſi dicas. A prandio te conueniam. Et pro de. ut hoc loco apud Terentium. Sic Henricus à Gandauo, potius dicimus, quàm de Gandauo. quanquam ſic quoque loquuntur aliquando nec indocti. ¶A villa.} M. Varro. Villicus, inquit, agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus à villa, quod ab eo in eam conuehuntur fructus, ac euehuntur, cùm veneunt, vnde ruſtici viam nunc quoque*

*que vebam appellant propter vecturas,& vellam,non vil-*
*lam,quò vehunt,& vnde vehunt.* ¶*Niſi credo me huic eſſe*
*natum rei.* } *Niſi quòd tanquam aſinus ad clitellas, ſic ad*
Anaphora *ærumnam genitus ſum.*¶*Primus ſentio mala noſtra,primus*
*reſciſco.*}*Anaphora eſt,quæ relatio dicitur eiuſdem verbi*
*per principia complurium verſuum.*¶*Obnuntio.*}*Mala ob-*
*nuntiantur. Donatus,propriè,inquit,augures obnuntiant,*
*qui aliquid mali ominis ſæuúmque viderint.* ¶*Is ſolus ne-*
*ſcit omnia.*} *Vallenſis in opere,quod ſcripſit de Dialectica,*
*apud Terentium,inquit,Is ſolus neſcit omnia, vel quia ni-*
*hil ſcit,vel quia nō omnia.quod differt ab illo,Is ſolus igno-*
*rat omnia.*¶*Huc prorſus ſe irruat.*} *Proripere, proruere,ir-*
*ruere,impetum eundi ſignificant.*¶*Hîc quidē durare.*}*Du-*
*rare perſeuero ſignificat. verbum perferendis malis conue-*
*niens.& verba expreſſit ſerui pulſatum ſe indicantis. Eo-*
*dem ſignificatu Plautus Durare,inquit, nequeo in ædibus,*
Gannire. ¶*Quid ille gannit?*}*Propriè ganniunt vulpes. hîc ſignificat*
*veluti vapulantis vocem emittere.Hinc obgannio compoſi-*
*tum,qua voce in Phormione eſt vſus.*¶*Non puduit verbe-*
*rare hominem ſenem.*} *Amplificat rem à perſona.* ¶*Vſque*
*occidit.*}*Vſque hîc propè ſignificat.* ¶*Quem ego modò pue-*
Vſque. *rum tantillum.*}*Vallenſis in Raudenſem.Credibile eſt, in-*
*quit,Syrum oſtēdiſſe geſtu manus,puſillitatem illam quam*
*dicebat. Sed iam à quibuſdam eſt vſu receptum vt etiam*
*ſine geſtu ità dicatur. Cicero in Verrem actione quarta.*
*Quorum oratione iſte cùm pretiū iā accepiſſet,ne tantulum*
*quidē cōmotus eſt.*¶*Perquàm nimis.*} *Ridetur à Syro De-*
*mea,qui à fortitudine laudet filium, eò quòd fœminam ce-*
*ciderit. Nam authore Seruio. Turpe eſt viro forti in fœmi-*
*nam rapi,vt ſuperare fœminam,nullam conſtat eſſe virtu-*
Perfortiter. *tem.Virg.Et ſi nullum memorabile nomen Fœminea in pœ-*
*na eſt,nec habet victoria laudem.*¶*Perquam.*} *Eſt confu-*
*tatio eius quod Demea fortiter dixerat.* ¶*Perfortiter.*}*Hæc*
*intentionis aduerbia,per & quàm.illud Latinæ cōſtructio-*
*nis ius proprium habent, quod Per abſolutis iunctum legi-*
*mus, vt hîc & in Eunucho. Perpulchra credo Dona. Item*
*quibuſdam verbis,vt peruelim, perplacet. Quàm verò ſu-*
*perlatiuis, Teren.in prologo. Si quiſquam eſt qui placere ſe*
*ſtudeat bonis quamplurimis.*¶*Huic Rei caput.* } *Caput, ne-*
*gotij præcipuus author dicitur.Virgilius. O latio caput ho-*
*rum & cauſa malorum. Plaut.in Aſinaria.Ego caput huic*
*argento fui hodie reperiūdo.*¶*Scio vbi ſit,uerùm hodie nun-*
*quam monſtrabo.*} *Donatus in* II. *Æneidos. Sinon græcus*
*vbi ad cardinem venit,in quo mendaciorum conſiſtit effe-*
*ctus, negauit ſe dicturum, ne vltro omnia referendo daret*
*ſuſpicionem falſitatis.*¶*Nunquam hodie.*}*Id eſt,Nullo tem-*
Diminuo. *pore huius diei.nunquam enim per ſe generale eſt.* ¶*Dimi-*
*nuetur tibi quidem iam cerebrum.*}*Comminatur baculum*
Dimminuo *ſuſtollens, quem tertij loco pedis habet.* ¶*Diminuetur tibi*
*&c.*}*Priſc.primo grammaticarum inſtitutionū libro. Dim-*
*minuetur per geminum m. legit, dicitque pro diſminuetur*
*poſitum eſſe.Hæc ſunt eius verba.Tranſit, inquit hæc ea-*
*dem(de litera s.loquitur)in m vt rurſum rurſus, dimminuo*
*pro diſminuo.Terent.in Adelph. Dimminuetur tibi quidem*
*iam cerebrum.*¶*Præterito hac recta.*}*Manu viam oſtendit.*
Caprificus. ¶*Vbi caprificus magna eſt.*}*Caprificum è ſylueſtri genere fi-*
*cum eſſe dicunt,nunquam matureſcentem. Omnia,in qui-*
*bus naſcitur loca vi ſua penetrare,& è muris maximè ſolet*
*erumpere.Hinc ducta ſimilitudine,Perſius , nimium gloriæ*
*cupidorum hominum ſcientiam quæ latere nolit, comparat*
*arbori caprifico,Verſus ij ſunt in prima Satyra.*

*Quid didiciſſe,niſi hoc fermentum,& quæ ſimul intus*
*Innata eſt, rupto iecore exierit caprificus?*
*En pallor,ſeniúmque:ô mores,vſque adeóne*
*Scire tuum nihil eſt,niſi te ſcire hoc ſciat alter?*

¶*Id quidem angiportum nō eſt peruium.*} *In vrbe viarum* Vici.
*ſunt genera tria.Sunt vici,qui latiores exitus habent.Sunt* Fundulæ.
*fundulæ,à fundo, quæ exitu carent. Sunt angiportus, hinc* Angipor-
*dicti,quòd propter anguſtiam nihil per eos agi poſſit in por-* tus.
*tus.Veteres enim vocabant domos partim inſulas, partim* Portus,pro
*portus,inde porticus appellata.Pro fundula, angiportū Te-* domo.
*rent.hîc dixit.Id quidem angiportū non eſt peruium.* ¶*Vbi* Porticus.
*ab Dianę veneris.*}*Porphyrio in illud Horatij,Ventum erat* Ad Dianæ
*ad Veſtæ,Amant inquit, neſcio quo modo eclipſim in rela-*
*tione ſui loca ſacra, ſubaudiendum eſt ædem, aut aliquid*
*tale.Sic & Terent.ait. Vbi ad Dianæ veneris. Et Liu.ad*
*Murtiæ.Sic denique nos hodie,In Claudij, vel Telluris di-*
*cimus,nec addimus templum,aut ædem. Similiter diei vo-*
*cem ſubaudimus de ſacris diebus loquentes, vt ſi dicas,Ad*
*Paſchæ,ad Diui Ioannis.*¶*Vbi ad Dianę veneris.*}*Eclipſim* Eclipſis om-
*dictionis ad legitimam conſtructionem neceſſariæ, in ſenſu* nium ora-
*defectum dicimus.Eſt Eclipſis omniū orationis partium com-* tionis par-
*munis.Nam & appellatiua deſiderātur, Tēplum vel ædes,* tium.
*vt hîc apud Terentiū & alio loco, Cur non recta introibas?*
*deeſt via.Item illic.Non poſteriores feram. Adiectiua quo-*
*que nō rarò deſunt,vt in illo.Si niſi quæ facie poterit te di-*
*gna videri,Nulla futura tua eſt.Integrum erit hoc modo.Si*
*nulla poterit te digna videri,niſi quæ facie eſt te digna,nul-*
*la futura tua eſt.Terēt.in Eunucho.Si qua eſt habitior pau-*
*lo,pro cæteris habitior.Deſunt orationi nōnunquam & pro-*
*nomina,vt Omnes deteriores ſumus licentia,& memini vi-*
*dere,ſuffice,me, ad conſtructionis debitum. Sæpe etiam poſt*
*verba quæ cum ſint tranſitiua,abſolutè tamen proferuntur.*
*vt Teren.Facilè vt pro Eunucho probes. pro te probes. Sic*
*dici videntur & illa.Bene habet,bene vortat, malè vortat.*
*Verba quoque non pauca ad legitimam conſtructionem in-*
*terdum requiri ſolent, præcipuè verbum ſum. Virgil. Hinc*
*mihi prima mali labes. Item, Et qua vectus Abas. pro la-*
*bes erat,& vectus erat.Terent.Et vultu Soſia adeò mode-*
*ſto,adeò venuſto,vt nihil ſupra. vbi deeſt,eſſet. Reſpondeo*
*ſubinde in oratione deſideratur.Cic. Quod epiſtolam meam*
*ad Brutum poſcis,non habeo eius exemplum.Facio,vel vo-*
*lo,in illis,Dij meliora,dij melius.Decet, vel oportet.Terent.*
*Tantámne rem tam negligenter agere?Idem.Siccine me,at-*
*que illam tua opera ſollicitarier. Idem in Andria. Seruón'*
*fortunas meas me commiſiſſe futili? Plenâ in his exemplis*
*conſtructiones fient per decet,vel oportuit. Participia etiam*
*ſuppeditantur aliquando ad legitimam conſtructionem.Ci-*
*cero ad Atticum.Occupationum mearum, vel hoc ſignum*
*erit,quòd epiſtola librarij manu eſt.vbi ſcripta ſubaudien-*
*dum.Frequenter & præpoſitiones requirūtur, vt apud Te-*
*ren.Nunc id prodeo,vt conueniam Parmenonem.Integrum*
*erit ſi dicas.nūc propter id.Suetonius.Natus eſt regione vr-*
*bis ſexta.Pro,in regione. Hanc & in citādis authorum ope-*
*ribus,deſiderare antiqui ſolent more Græcorum, vt Plau-*
*tus Aulularia.Terentius Andria,pro in Andria.Vix ad-*
*uerbia ſubaudiuntur.Duæ tamē præpoſitiones,ante,& poſt*
*cùm aduerbia ſunt, ad plenam aliquando conſtructionem*
*requiruntur.Liuius, Quadringenteſimo anno, quàm vrbs*
*Roma cōdita erat.Idem, Anno triceſimo altero, quàm Re-*

ma condita erat,pro,poſt quàm Roma condita erat.Deſiderantur eædem præpoſitiones & poſt pridie & poſtridie,cùm eis ſubiicitur, quàm.Cicero ad Terentiam,Quid cauſæ autem fuerit,poſtridie intellexi,quàm à vobis diſceſſi. pro poſtridie poſtquam à vobis diſceſſi.*Requiruntur & coniunctiones,copulatiuæ, maximè vbi celeritati ſtudetur.Virgil.

Ferte citi ferrum,date vela,impellite remos. Terent.

Viderem,audirem,eſſem vnà cum qua cupiebam.

Sed eclipſim vbi copulatiuæ deſiderantur, Aſyndeton,vel Dialyton vocãt.In numeris verò ſæpius copulatiuæ deſunt, vt,Vixit viginti vnum annos.Subaudiuntur & diſcretiuæ. Terẽt. Traditus ſum mulieri,illa illico vbi me accepit.Pro, illa verò.Ex diſiunctiuis etiam,ſeu,vel ſiue. vt, Velis nolis, boni conſulas oportet.Seneca,Scias neſcias fient. Item vel aut ve.vt,Annos natus plus min⁹ viginti. Diſiunctiua vel, aliter quoque deſideratur.Cic.quando enim frequentiſſimo ſenatu quatuor,ad ſummum quinque ſunt inuenti,qui Milonis cauſam non probarẽt.Deſunt & cauſales.Terent.Hęc cùm illi Mitio dico,tibi dico. Tu illum corrumpi ſinis. Deeſt nam,& feruentius Aſyndeton dicitur.Omittitur interdum & continuatiua ſi, vt apud Plin. Dediſſes huic animo par corpus,feciſſet quod optabat. Iuuenalis, Græculus eſuriens in cœlum iuſſeris,ibit.Pro,ſi dediſſes, ſi iuſſeris. Requiruntur identidẽ & illatiua.Terent.Hac non ſucceſſit,alia aggrediamur via,Pro,ergo alia. ¶Prius quàm ad portam ve-

Exercere, pro fatigare Silicerniũ. nias.}Hoc dicens oſtendit vſque ad mutos vrbis erraturum Demeã.¶Exercebo hodie.} Fatigabo.Virg. Nate Iliacis exercite fatis. ¶Silicernium.} De Silicernij ſignificationibus, diuerſi diuerſa tradũt.Philelphus in quadam epiſtola.Non, inquit, à ſilentio, & cernendo ſilicernium deſcendit,mea quidem ſentẽtia,ſed à ſilice & hernia.Nam decrepitos admodum ſenes ; herniam nonnullos audio pati ſolitos, vt de Neſtore legitur,quem annos nonaginta vixiſſe tradũt. Duo autem ſunt herniarum genera.Nam alias molles & aquoſas medici vocant,& eas quidem facilè ſanabiles:alias duras & carnoſas, quæ nullam curationem admittunt. Hinc igitur Silicernium dictum autumo à ſilicea ſcilicet,hoc eſt, dura hernia appellatũ. Illud enim genus farciminis inſtar veſtrarum lucanicarũ,iſtarúmque craſſiorum, duriſſimum erat,& iis ſimillimæ ſeniles illæ carnoſę hernię.Vnde etiã, decrepiti ſenes huiuſmodi morbo obnoxij,ſilicernia per contumeliam vocantur. vt eſt apud Terentium. I ſanè ego te exercebo hodie vt dignus es, ſilicernium. Qui verò dicunt, Silicernium idcirco ita nominatum, quoniam qui ſunt admodũ ſenes,incuruitate corporis ſilices cernant, ij ſiliceo ſunt cerebro.Et hæc de ſilicernio tuo ſatis ac ſuper.Hacten⁹ Philelphus.Gerardus Liſtrius Romanæ, Græcæque linguæ apprimè peritus homo,locum quendã in moriæ Encomio enarrans, Terent.in Adelph. Senem inquit ſilicernium vocat, vel quòd incuruus cernat ſilices, vel quòd mox ſilentibus vmbris cernendus ſit. ¶Prandium corrumpitur.} Antiquis

Prandia et cœnæ in vſu fuerunt antiquis. in vſu fuiſſe non minus prandia, quàm cœnas,& homines in die bis ſaturos fieri ſolitos, affirmat Cicero in Tuſculanis, ſcribens Platonem ſolitum improbare vitam Italicorum, quoniam bis in die ſaturi fierent. Refert & Macrobius,antiquis morem fuiſſe Romanis, vt patentibus ianuis pranſitaretur, & cœnitaretur. Cornelij Celſi huc accedit authoritas,præcipiẽtis bis in die potius,quàm ſemel cibum eſſe capiendum.Celebrat etiam Plutarchus apophthegma alexandri cognomento Magni. Hic dicere ſolebat obſonium prandij,nocturnam eſſe ambulationem: cœnæ verò,prãdij parcitatem. Superiorum ſententias confirmat quod Ariſtoteles in problematibus ſcribit,largè prandẽdum, parcè verò cœnandũ eſſe.Ex quibus omnibus ſatis liquet erraſſe Seruiũ, qui negat antiquos vſum habuiſſe prãdiorum.¶Quod quidem erit belliſſ.}Bellis gerendis aptæ res bellaria dicebantur Bellaria. antiquis,vt arma,ſagittæ, & id genus alia.Item menſæ ſecundæ omne genus,quia vt illa belli,ita hæc menſarum inſtrumenta eſſent. vina etiam dulciora in veteribus comœdiis Liberi bellaria appellata ſunt. hinc belliſſimum Terent.dixit,lautiores cibos intelligens, qui ad gulam irritandam inferri ſolent. Eraſmus in enarratione adagij, Siculus omphacizat,Sunt qui credant,inquit,in eos quadrare, qui belliſſima quæque ſibi decerpũt, vt Syrus ille Terentianus. Belliſſimũ.

LATOMVS.

Argumentum. Syrus vt tegat latentem apud amicam Cteſiphonem,faceto commento ablegat Demeam.¶Næ ego.} Querela ſenis ob tædium rerum aduerſarum. ¶Obnuntio.} In malam partem,tractũ ab auguribus,qui cùm triſtia omina nuntiant, propriè obnuntiare dicũtur.¶Se irruat.}Pro Irruo. conijciat,neutrum vt trãſitiuum.& prorſus, id eſt,penitus, Prorſus. odioſè. ¶Non hercle hic. } Statim Syrus habet commentum quo eludat ſenem, fingit enim ſe pulſatum à Cteſiphone. Gannite. ¶Gannit.} Odioſè in Syrum, nam eſt proprium vulpium, hîc pro ploratu poſuit.¶Vt diſcidit labrũ.}Hoc velut oſtenſo ore & cum geſtu pronuntiandum.¶Non puduiſſe.}Amplificatio ab ætate & meritis. ¶Næ ille.} Comminatio.¶Te Caput. eſſe caput.}Prouerbiale,pro authore. ¶Præcipitato.} Odioſè.& attẽde quomodo data opera in errorem inducere ſtudeat.¶Caprificus magna.}Syluestris ficus,cuius fructus nũquam mateſcit.¶Vah.}Agnoſcentis errorem. ¶In porti- Vah. cum redi.}Diſcendo ſcilicet viam,non eundo.¶Ad Dianę.} Subaudi templum,abſolutè.¶Lectulos in ſole.}Ad potetis referendum eſt,non ad faciundos.Vt ſit ordo,vbi vos potetis in ſole.nam aut in vmbra,aut in ſole cõuiuium apparatur.

PETRVS MARSVS.

Næ ego ho.}Verſuti & præter modum callidi ſerui ingenium conſiliáque exponit hęc ſcena,quibus ſemper cordi eſt heros,& virtute præditos homines impudenter circumuenire. Sic enim natura vſu venit, vt quò ſint ingenia viliora abiectioráque, hôc magis in omnem improbitatem, & impudentiam procliuia.Præſertim ſeruorum,quibus nihil poteſt eſſe neque vilius,neque peruerſius.Horũ ingenia Plautus faberrimè expreſſit in Pſeudolo:Plagigera hominum genera,quorum haud quicquam in mentem venit,quod rectè faciant.At cùm eſt occaſio data,tene,clepe, rape,hoc eſt eorum opus,vt maueli s lupos apud oues relinquere, quàm hos domi cuſtodes. Plato VI.de legibus: Nihil dicitur in animo ſeruiente integrum ineſſe, nec quicquam ſeruorum generi eſſe credendum.Quod & ſapientiſſimus poëtarum teſtatur nobis,cùm de Ioue ſic loquitur.

Dimidium mentis Iuppiter illis aufert,

Qui ſeruitutis ſorti ſubiecti ſunt. Apud Xenophontem Cyrus iubetur ne vnquam fidem ſeruis habeat:quòd innata ſit illis mentiendi libido.¶Reſciſco.} Gellius in hac com- Reſciſco. poſitione negat re ſignificare idem quod in relegere,reſcribere.Nam,inquit,qui factum aliquod occultius,aut inopinatum,inſperatúmque cognoſcit, is propriè dicitur reſciſcere. ¶Gannit.}Gannire propriè canum eſt. ¶Noſtin' porticum.} Porticus quondam erigebantur ad inambulationes & vmbram,

bram,ſub quibus vehebãtur nobiles:quales Romę permultæ ad ciuium delicias & deambulationes. ¶ Cliuos deorſum vorſum.] Hoc eſt inæquali, & difficilis propter decliuitatem,& aſcenſum. ¶ Vbi ad Dianæ veneris.] Locutio figurata per licentiam caſus, vel per defectum: Subintelligitur enim tẽplum. Quod imitatur Cicero in duobus locis, pro Cluentio: Sicut in ſtatuis inauratis, quas poſuit ad Iuturnæ, Et Philippica II. Quod in tabulis quæ ſunt ad Opis patebat.

Piſtrilla.

¶ Et piſtrilla.] Piſtrilla eſt diminutiuum à piſtrina. ¶ Fabrica fabrica.] Officinam fabrorum ſignificat. ¶ Ego te exercebo.] Exercere Nonius docet hîc pro fatigare ſumi. ¶ Silicernium.] Silicernium ſenex dicitur, qui iam incuruus incedens ſilices platearum cernit.

RIVII CASTIGATIO.

Nam me in cellam aliquã.] Nos addito aduerbio: Nam me iam in cellam aliquam. Ita manu ſcriptum exemplar, et Do. Romæ excuſus, idem expoſcente carminis ratione. ¶ Tamen ego nunc amouebo.] Nos, hunc amouebo. vt Dona. & vetuſti codices. Eſt hoc, fateor, haud magni alicuius momẽti: ſed non mihi prætermittendũ putaui. ¶ Non tu eum rus hinc modò Produxe aiebas?] Hæc vera lectio. Cæterùm in Haſſenſteniano codice eſt: Rus hinc modò prodidiſſe: vt & in Veneto & Lugdunenſi, ſed falsò & mendosè. id quod è Donato liquet, cuius verba ſunt: Produxe aiebas. Memoriter, inquit ſenex, non ſolum quid dixerit Syrus paulo antè, ſed quibus verbis dixerit, refert. nam ſic dixerat: Quem egomet produxi. Hęc ille. Eſt autẽ produxe κατὰ συγκοπὴν conciſum, nam integrum eſt produxiſſe: quo modo apud Catullum promiſſe pro promiſiſſe: apud Virgilium expleſſe pro expleuiſſe: apud Horatium denique ſurrexe pro ſurrexiſſe.

Produxe, pro Produxiſſe.

¶ Laudáſne? ille cõtinebit poſthac, ſi ſapiet, manus.] Sic fermè exemplaria, & in his manu ſcriptum quoque. Cæterùm ex Veneto, Argentoratenſi, aliis quibuſdam ſic legẽdum coniicio: Laudas? næ ille continebit &c. quod è Donato etiam liquet, vt quidem conſentiunt omnes editiones. Eſt autem, vt idem adnotauit, comminatio ſubtilis & parcior, velut ſerui. Næ idem hîc, quod profectò aut iurandi particula hercle ſignificat. vt alibi, At næ illud haud inultum, ſi viuo, ferent. &: Næ illa illum haud nouit. Sic aliàs ſæpe.

GLAREANVS.

Omnes huius ſcenę verſus ſunt trochaici tetra. catal. Nulli iambici, ſi quidem rectè legantur. Primus feſellit quoſdam inattentos, in quo verbum ſubſtantiuum adiectum videtur ab aliquo qui ſenſum plenum facere volebat. Sed vel intelligitur, vel ſuſpenditur ſentẽtia vſque ad verbum Inuenio. Verſus autem ita legendus eſt.

Næ ego homo infelix, primùm fratrem nuſquam inuenio gentium.

Vt primo loco ſit anapæſtus, Næ ego homo in. In quarto verſu, vel Ais monoſyllab. eſt, vel d, in Quid eliditur, vel proceleuſmaticus eſt loco primo. In quinto d, itẽ initio in Quid eliditur, & s, in Satis. In ſeptimo Spondeus loco primo eſt, ſecundo trochæus, tertio dactylus. In nono, Ait monoſyll. eſt. In decimoquarto tribrachys eſt initio verſus, deinde anapęſtus, & Hunc legẽdum, non Nunc. In decimoſexto trochæus eſt loco ſecundo. In decimoſeptimo d, eliditur in Quid, vt primo loco ſit trochæus, poſſet tamen & amphibrachys eſſe loco primo. In vigeſimo creticus eſt loco quinto. In vigeſimoprimo & Ait, & Eum monoſyllabum. In vigeſimoſecũdo Aiebas videtur diſyllabum, nec hoc admodum mirum, cùm Ais & Ait, toties monoſyllaba inueniãtur apud hunc Poëtam. Hæc carmina in Aldino codice peſſimè corrupta erant. In vigeſimoquinto i, corripitur in Abi. In vigeſimonono poſt duos dactylos anapæſtus eſt, & rei monoſyllabum eſt. In trigeſimo d, eliditur in Sed, & Illum primam corripit, niſi vel bacchium loco quinto conſtituamus, vel Eum legendum putemus pro Illum, quod placet. Triceſimusprimus atque ſecundus in vulgatis codicibus malè habent: quia adeſt verbum communiter diuiſum, quem morem, quia Terentius raò habet, omnino non agnoſcimus, cũ interea in Horatio atque aliis poëtis id neque miramur, neque reiicimus, vt in Vxorius amnis. Itaque ego hoſce duos verſus ita legendos cenſeo,

Ais, & Ait, monoſyllaba.

SY. Scio vbi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. D. Hem quid ais? SY. Ita. DE. di-

Minuetur tibi quidem iam cerebrum. SY. at nomen neſcio.

vt verbum diminuetur primam ſyllabam, vnà cum aduerbio Ita ad ſuperius porrigat carmen, & vt ſequens verſus initio habeat anapæſtũ, ſed loco ſecundo ac tertio trochæum. In trigeſimoquarto Deorſum diſyllabum eſt, vel bacchius loco quinto. In trigeſimoquinto trochæus eſt loco primo, item quinto, ſexto autem anapæſtus, & i, in Vbi non eliditur. Quidam libri tamen habent Surſum ante Platea. In trigeſimoſexto rurſus Deorſum diſyllabum eſt, vel bacchius loco ſecũdo. Trigeſimuſſeptimus ex meris trochæis eſt præter ſextum locum, vbi ſpõdeus eſt. In trigeſimooctauo vel creticus, vel pæan primus, eſt loco primo, & tollendum eſt aduerbium Illic, abſque quo ſenſus optimè conſtat. Etiã autem vel triſyllabum, vel diſyllabum, Eraſmus ſatis habuit dicere, Videntur cretici, Riuius tranſilit vt ſolet. Ego carmen ita legendum cenſeo.

D. Quónam? SY. vbi etiam caprificus magna eſt. noſtin'? DE. noui. SY. hâc pergito.

In quadrageſimoſecundo, Huius diſyllabum eſt. Et in quadrageſimoquarto, Prius. vel bacchius loco tertio. In quadrageſimoſexto vel Iligneis triſyllabum eſt, vel creticus eſt loco quarto.

DONAT. Tantopere.

EGO In hac re nihil reperio.} Hęc ſcena eſt plena ſententiarum ſeniliũ ad officia demonſtranda. Et tantopere, vim aduerbialem in ſe continet. nam ſignificat nimis. ¶ Quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo.} Si diceret, peccatum eſt à nobis, participium fuiſſet. nunc quia Ortum addidit. nomen eſt. Nunquam enim eadẽ pars orationis iũgi, niſi p ἀσύνδετον, poteſt. ¶ Si quã fecêre, ipſi expoſtulant} Hîc diſtingue: & ſeparatim inſer, ipſi expoſtulant. ¶ Siquã fecêre, ipſi expoſtulãt.} Senſus eſt manifeſtus: ſed obſcura ſunt verba, & eorum collocatio et diſtinctio. nam incertum, vtrum, ſi expoſtulãt, intelligẽdum ſit: an, ſiquam, pro vna parte orationis accipi oporteat. ¶ Vltro accuſant.} Vltro, nunc prauè & peruersè. ¶ Id quia à me nõ eſt factum.} Hæc interrogatio, quaſi ſubtriſti vultu eſt proferenda. ¶ Ah, minimè.} Non, minimè ago: ſed, minimè te credo eſſe illorũ in numero. ¶ Quæſo, vt vnà mecum.} Seruauit τὸ πρέπον, adiciendo Vnà mecum eas: quippe ad incognitam matrem familiàs. ¶ Tute dicas mulieri.} In nomine oſtendit cur hęc ipſe dicat. mulieri enim, inquit, nimis pauidę ac diffidẽti. ¶ Suſpicionem hanc propter fratrẽ eius eſſe.} Nimis breuiter ac ſuccinctè, & vt oportuit inter ſciẽtes. ¶ Et illam Pſaltriã.} Propter fratrem eius eſſe, ſubaudiendum eſt. ¶ Si ita ęquum cenſes.} A iuſto & vtili eſt tota ſententia. Et ſanè hi verſus deſunt, quos multa exẽplaria non habent. ¶ Nam & illi animum iam releuabis.} Et deinceps Illi maluit dicere, quàm nurui, adhuc diuitem reueritus. ¶ Dolore ac miſeria.} Dolore parturiẽtis: Miſeria, iniuria ab Aeſchino accepta. ¶ Sed ſi aliter putas.} Artificioſè, remittendo quod petebat, extorſit magis. ¶ Imò ego ibo.} Hoc aduerbio quod ait imò, oſtendit ſe promptè agere, & inſtanter quod promiſit. ¶ Minus ſecundæ.} Dicere ſic maluit, ne Miſeræ diceret. ¶ Neſcio quo modo.} Hoc eſt, vehementia, nulla palàm ratione. ¶ Accipiunt magis.} Mirè additum magis: cùm poſſit ſenſus & ſine hoc eſſe integer. ¶ Propter ſuam impotentiam.} Infirmitatem. Et rurſus noluit humilitatem aut miſeriam dicere. ¶ Neglegi.} Legitur & claudicare. ¶ Quapropter te ipſum purgare.} Vtrum te ipſum vna pars orationis ſit? an diuiſè accipiendũ? vt ſit, Te Mitionẽ, ipſum Aeſchinum purgare. ¶ Coràm placabilius.} Coràm, id eſt præſentem, & præſentibus. & Coram indiget adiectione, Palàm non indiget. Et prætereà coràm, ad cæteras perſonas refertur: Palàm, generaliter dicitur. ¶ Et rectè & verum dicis.} Rectè, ad verba retulit: Verum, ad rem atque ſententiam. Poteſt enim rectè et falſum dici, dũmodo nullo vitio verborum nominũmque dicatur. quãquam & ipſum fallere in tẽpore quidam de officiis ſcribentes rectum putent.

Siqua. Vltro. Vnà mecũ eas. Imò. Minus ſecundæ. Magis. Impotẽtia. Teipſum. Coràm. Palàm. Rectè dicere.

ADRIA. BARL.

Aliter atque.} Eleganter pro quàm. Sic et Varro, Hoc nunc aliter ſit atque olim. Cice. in epiſtola ad Seruium Sulp. Aliter cecidiſſe rẽ exiſtimas, atque opinatus ſis. ¶ Suſpicionem hanc.} Quanta breuitas! Sed inter eos qui rem omnem norant, pluribus verbis opus non erat. ¶ Nam & illi animũ iã releuabis.} A cõmodis, & à laudabili, cùm dicit. Tuo officio fueris functus. ¶ Imò ego ibo.} Aduerbiũ imò ſignificationem habet paratiſſimum ſe oſtendentis ad faciendum quod petitur. ¶ Propter ſuam impotentiã.} Quia infirmi ſunt humiles ac miſeri.

Animum alicui releuare.

LATOMVS

Argumentũ. Hegio cognito errore ſuo ex Mitione, illũ orat, vt apud mulierculas quoq; liberet falſa ſuſpicione Aeſchinũ. Eſt'q; hoc initiũ ad cataſtrophẽ periculorum Aeſchini. ¶ Niſi me.} Ironicωs. ¶ Id quia.} Interrogatio moleſtiã indicãtis. ¶ Et illã.} Emphaſis. ¶ Tabeſcit.} Conficitur. ¶ Omnibus quibus.} Vera ſentẽtia ad approbandum obſequium Mitionis.

## ACTVS IIII. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

ROgat Mitionem Hegio, vt Soſtratam adeat, narraturus illi ſuſpicionem alienari à Pamphila Aeſchini, ortam eſſe propter ereptam Cteſiphoni Pſaltriam.

ARG. PAVL. MALL.

HIC Mitio ſuſpicionem diluit, quem Hegio ad virginis matrem hortatur accedere, atque hæc eadem quæ ſibi dixit referre, vt illius dolores aliquantulum releuentur. Demum, egregia ab eodem ſententia præmiſſa perſuadet omnino Mitioni, ſeſe debere illis coràm de ſuſpicione purgare.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

ORat Hegio Mitionem, vt Soſtratam & filiam eius adeat, & coràm ſe ipſis purget.

*Iambici Tetrametri, & Trochaici quidam.*

MITIO, HEGIO.

EGO *in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere* Hegio,
*Meum officiũ facio, quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo,*
*Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant*
*Sibi fieri iniuriam, vltro, ſi quam fecêre, ipſi expoſtulant,*
*Et vltro accuſant. id quia nõ eſt à me factum agis gratias.*
H. *Ah, minimè: nunquam te aliter, atque es,*

Ego

in animum induxi meum.
Sed quæſo, vt vnà mecum ad matrem virginis eas Mitio,
Atque iſtæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri:
Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe, & illam pſaltriam.
M. Si ita æquum cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus. H. bene facis:
Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria
Tabeſcit, & tuo officio fueris functus: ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti. M. imò ego ibo. H. bene facis:
OMNES QVIBVS RES ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quo modo
*Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credũt *neglegi.
Quapropter te ipſum purgare ipſis corã placabilius eſt.
M. Et rectè, & verum dicis. H. ſequere me ergo hac intrò. M. maxumè.

PETRVS MARS. Ego in hac re.} Debere eum qui doloris author & cauſa fuit, modò id ipſe poſſit, remedium & conſolationem adferre, nõ aliũ ad eam rẽ allegare, docet hic locus. Eſt enim gratiſſimum dolentibus, ſi videant & eos quoque dolere, & angi, qui in cauſa fuerũt, cur ægritudinẽ paſſi ſint. Præterea, quàm magnum malum ſit ſuſpicio, quæ ſemper apud pauperiores hoc maior eſt, quòd res ſuas acciſiores, & ſe minus ob id in loco eſſe cognoſcũt. *Suſpicio, magnum malum.* Plato quarto de Repub. Magnum malũ eſt ſuſpicio, quæ profundos ſtimulos cõſcientiæ manifeſtat. Seneca de natur. quæſt. lib. II. Plurimũ mali credulitas facit. Sæpe non audiendum quidem eſt: quoniã in quibuſdam rebus ſatius decipi, quàm diffidere. Tollenda ex animo ſuſpicio & coniectura, falacißima irritamẽta. Et mox: Simplicitate opus erit, & benigna rerum deſtinatione. Nihil niſi quod in oculos incurret, manifeſtũmque erit, credamus. Et quoties ſuſpicio noſtra vana apparuerit, obiurgemus credulitatẽ. Pulchrè quoque Plautus in aulularia pauperum ſuſpicionem quanta eſſet oſtẽdere volens, hęc loqui Euclionem facit:

Non temerariũ eſt, vbi diues blandè appellat pauperem.
Et mox:
Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.
Nemini credo qui largè blandus eſt diues pauperi.

*Suſpectioſi:
*claudicare.

Virginis.} Virgo hîc etiam Virgo, dicitur de corrupta, ſed ea corruptã ratione, quòd hoc ipſum vulgo lateret, & celatum eſſet.

RIVII. Niſi me in illo credidiſti eſſe.} Nos niſi ſi in illo me caſtigatio. credidiſti eſſe hominum numero: vt antiqua exemplaria conſentiunt. Et τὸ niſi ſi, libenter vti ſolet Terentius.

GLAREANVS. Contra huius ſcenæ omnes ſunt iambici, tetra. acatal. nulli trochaici. In ſecundo verſu vel Meum monoſyllabũ totum eliditur, vel pæan ſecundus eſt loco primo. In tertio Niſi ſi legit Riuius, & rectè. & ad finem Qui ita, legendum, nõ Quid ita. In quarto initio proceleuſmaticus eſt. In quinto vel s, eliditur in Agis, aut bacchius eſt loco ſeptimo. In nono Suſpicionem videtur natura breui ſecunda poſuiſſe, niſi malimus Eius monoſyllabũ eſſe. Cũ cõtrà in quarto à fine huius ſcenæ verſu manifeſtè produxerit, ſicut prima Eunuchi ſcena. De decimo verſu Donat. ita ait, Et ſanè hi verſus deſunt, quos multa exemplaria non habẽt. In vndecimo i, in Illi à fine corripitur, nõ eliditur. In duodecimo Tuo monoſyllabum totum eliditur, niſi pæana ſecundum loco tertio conſtituamus. In decimotertio Mihi diſyllabum iambum facit loco quarto. In decimoquinto s, ter eliditur, & anapæſtus penultimo eſt loco. Præterea iambicus eſt, non trochaicus, vt iudicauit Eraſmus. In penultimo verſu & Coram, & Placabilius, primas ſyllabas natura longas habent.

## ACTVS IIII. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

DOLET vehemẽter Æſchinus in ſuſpicionem veniſſe ſe apud Soſtratam, & Pamphilam, quòd ama-

DONAT. Diſcrucior animi.} Hoc loco χαρακτῆρα amantis modicè iuuenis, & ſenu facit indulgentis, ac lepidiſſimi patris. Diſcrucior animi.} ἀνταπόδοσις figura: vt, ô præſtans animi. *Antapodoſis.* Obiici.} Propriè, quia inopinanti. nam obiici dicitur in vtranque partem: *Obiicio.* vt ſi quos antè quis videt quàm expectauerit. quo verbo magnitudo doloris oſtenditur ex improuiſo incommodo. Hoccine de improuiſo mali &cę.} Hæc verba repentino nuntio perculſum indicant Aeſchinum propter diuortium ſtare: et iram circa ſe Soſtratæ, & eius filiæ ob raptum meretricis. Vt neq; quid me faciam.} Quid me Pl' eſt, quid me faciã: quàm, faciam. quid faciã. illud enim de rebus: hoc, de ipſo homine intelligitur. Nec quid agam, certum eſt.} Certum eſt, pro certũ ſit. niſi fortè vt, quàm *Vt.* ſignificet. Membra metu debilia ſunt: animus timore obſtupuit.} Metu patris: Timore diuortij. Nunc ſuſpicio.} Modò oſtenditur cauſa

trepidationis Aeſchini. ¶Id anus mihi indicium fecit.} Illa anus cui Soſtrata dixerat, Curre, obſtetricẽ accerſe. ¶Nam vt hinc fortè ea ad obſtetricẽ erat miſſa. } Apparet inter cætera anum dixiſſe ad obſtetricem ſe miſſam: an vltro hæc ſuſpicatus eſt Aeſchinus? Hinc autem addendo, oſtendit ſe ante fores Soſtratæ ſtare. vt alibi, Ex Andro cõmigrauit huc viciniæ. ¶Vbi eam vidi.} Sunt qui addãt ſuperuacuè Hanc: & legunt, Hanc vbi vidi. ¶Pamphila quid agat: iam partus adſiet.} Amatoria interrogatio, qua mõſtrat Aeſchinus curæ ſibi eſſe res omnes. ¶Illa exclamat.} Nõ reſpondet, ſed, exclamat. Et bene vim addidit ad exclamationem fuiſſe. Ergo à vocis ſono exclamat, nõ à verbis. ¶Abi, abi, iam Aeſchine ſatis diu verba dediſti nobis.} Vſque, dum intelligeremus. ¶Satis adhuc tua fruſtrata eſt fides.} Vſque dum deciperetur. ¶Hẽ, quid iſtud obſecro inquã eſt?} Hem interiectio eſt nouas res & inopinatas audiẽtis. ¶Valeas: habeas illam.} Quaſi recedat & lõgè abſit. vt in Andria, Valeant qui inter nos diſsidiũ volunt. ¶Garrulæ.} Vtpote anus. ¶Ac fieret palam.} Demeæ ſcilicet, cui minimè opus fuit. ¶Nunc quid faciam?} Figura διαπόρησις. ¶Vt ne qua exeat.} Erumpat. vt, —cũ ſpumeus amnis Exiit, oppoſitáſque euicit gurgite moles. ¶Ipſum id metuo vt credãt.} Ipſum, quòd fratri rapui. & Vt, pro ne non poſuit. ¶Tot concurrunt veriſimilia.} Vt mea eſſe credatur. ¶Ad me abducta eſt domum.} Propriè, non dixit adducta, ſed abducta: Abducitur enim alienum. vt in Heautontimorumeno, Abducimus tuam Bacchidem. Ad me autẽ, domũ moraliter dixit, pro, ad domũ meã. an ideo ad me, quia & illic luctatus leno eſt in retinenda contra Aeſchinum puella? ¶Vtut erat geſta, indicaſſe.} Id eſt, ſiue malè, ſiue bene geſta erat: Vt enim, certã qualitatẽ ſignificat, vtut incertam. quaſi dicat, quoquo modo, malè bene. ¶Exoraſſem vt eam ducerem.} Sic enim promiſerat ſe Soſtratæ facturum. ¶Nunc iam porrò Aeſchine expergiſcere.} Sic & alibi, Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſocordiæ. Legitur & Etiã: quod eſt correptiuum interdum. ¶Nunc hoc primum.} Primum, ab eo quod rogandus eſt pater. ¶Accedam ad fores.} Soſtratæ ſcilicet. ¶Horreſco ſemper.} Satis amatoriè: nam nimium ſemper eſt calor, & frigus recedit à corpore. vt, Totus Parmeno tremo horreóque, poſtquam aſpexi hanc. ¶Aperite aliquis actûtum oſtium.} Vim pluralem habet Aliquis, quanuis ſingulariter dicatur: non eſt enim aliquis, niſi de multis. rectè ergo, aperite aliquis, & nouè. nam non placet, illud, vbi duæ diſtinctiones ſunt, vnde Aperite eſt vna, altera Aliquis. ¶Actûtum oſtium.} Vt aſſumatur rurſus, aperiat. propriè enim veteres & quis, & aliquis, & quiſquam, non obſeruabant quo genere aut quo numero declinarent. eſt ergo figura ἀρχαϊσμός.

Hinc.

Exclamare

*eſt

Hem.

Valeas.

Exire.

Vt, pro ne.

*repreſſi

Abduco.

Ad me.

re Pſaltriam cœperit, quam nõ ſibi, ſed fratri vt gratum faceret, ab lenone eripuerat.

ARG. PAVL. MALL.

AEſchinus hîc ſuas effundit querimonias, mirum in modum dolens, ſeſe eſſe ſuſpectum Soſtratæ, Pamphilæque de amore Pſaltriæ, quam fratri obſequendo rapuerat. Veretur enim, ne ob id cum Pamphila nuptiæ ſibi impediantur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

QVERELA eſt Tragica, de malis quę ſibi oboriãtur.

*Iambici Quadrati, & Trochaici Tetrametri.*

AESCHINVS.

*DIſcrucior animi: hoccine de improuiſo mali mihi obiici*
*Tãtum, vt neque quid me faciam, neque quid agam, certum *ſiet?*
*Membra metu debilia ſunt: animus timore obſtupuit.*
*Pectore conſiſtere nihil cõſilij quit. vah, quo modo*
*Me ex hac expediam turba tanta? nunc ſuſpicio de me incidit,*
*Neque ea immeritò. Soſtrata credit mihi me Pſaltriam hanc*
*Emiſſe: id anus mihi indicium fecit:*
*Nam vt hinc fortè ea ad obſtetricẽ erat miſſa, vbi eam vidi, illico*
*Accedo, rogito, Pãphila quid agat, iam partus adſiet,*
*Eo'ne obſtetricem accerſat: illa exclamat, Abi, abi, iam Aeſchine*
*Satis diu verba dediſti nobis: ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides:*
*Hem quid iſtuc obſecro inquam eſt? valeas, habeas illam, quæ placet.*
*Senſi illico id illas ſuſpicari: ſed me * reprehendi tamen,*
*Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm.*
*Nunc quid faciam? dicam fratris eſſe hanc? quod minimè eſt opus*
*Vſquam efferri: age, mitto: fieri potis eſt, vt ne quà exeat:*
*Ipſum id metuo vt credant: tot cõcurrunt veriſimilia:*

Vtut.

Etiam.

Horreſco.

Aliquis.

Aperite aliquis.

Quis. Aliquis. Quiſquam Archaiſmos.

ADRIA. BARL.

Diſcrucior animi. } Dis nunc ſeparat, vt diſiungo. nunc negat, vt difficilis. nunc diuerſitatem notat, vt diſsideo, diſcordo. nunc ſignificat malè, vt diſpereo. nunc pro valde accipitur, vt diſcrucior. ¶Diſcrucior animi.} Ad modum græcorum facta oratio, qui genitiuum ponunt, vbi nos ablatiuum vſurpamus. Sic & Liuius de Lucretia. Aegram animi conſolantur. ¶Id anus mihi indicium fecit.} Cantharam intellige, cui aliàs dictum à Soſtrata. Tu mea Canthara curre, obſtetricem accerſe. ¶Tot concurrunt

Dis in compoſitione.

Diſcrucior animi.

Egomet rapui: ipſe egomet ſolui argētum: ad me abducta eſt domum:
Hæc adeò mea culpa fateor fieri, nō me hanc rem patri,
Vt * erat geſta, indicaſſe: exoraſſem vt eam * ducerem.
Ceſſatum vſque adhuc eſt: nunc * iam porrò Aeſchine expergiſcere.
Nunc hoc primum eſt, ad illas ibo, vt purgem me: accedam ad fores.
Perij, horreſco ſemper, vbi pultare haſce occipio * fores.
Heus, heus, Aeſchinus ego ſum, aperite aliquis actūtum oſtium.
Prodit neſcio quis: concedam huc.

*currunt veriſimilia.* ❳ *Vt me credāt amore flagrare illius Pſaltriæ.* ❲ *Tot concurrunt veriſimilia.* ❳ *Habes ſtatum coniecturalem.* ❲ *Egomet rapui.* ❳ *Priſcianus lib.* XIII. *ſoluta, inquit, pronomina dicuntur, quæ cum alijs ſociari poſſunt, vel non. ſolet tamen met addita plerunque diſcretionem oſtendere: quam Græci Diaſtolen dicūt. Egomet; ego, & nō alius. nec non etiam, Ipſe ego, vel egomet ipſe. Terentius in Adelph. Egomet rapui.* ❲ *Ad fores.* ❳ *Domus Soſtratæ.* ❲ *Horreſco ſemper.* ❳ *Satis dictum amatoriè. Sic et in Eunucho. Totus Parmeno tremo, horreóque; poſtquam aſpexi hanc.* ❲ *Aperite aliquis.* ❳ *Priſcianus libro.* XVII. *Terenti. Aperite aliquis actūtum. aliquis ad multos intelligitur. Nec antiquitas obſeruabat, quo genere aut numero inclinaret, quis, aliquis, aut quiſquam. vim igitur hîc pluralē habet aliquis.* ❲ *Aperite aliquis.* ❳ *Prolepſis eſt, cùm generalis dictio, quę in multidinis numero ferè præcedit, rurſus in partibus intelligitur. nec adhibetur. Vt hîc apud Terent. vnico membro generalitatem ſequente, formula quædam huius figuræ repręſentatur. Aperite aliquis actūtum oſtium. Supplendum eſt ita quod deſit. Aperite oſtium, & aliquis actūtum aperiat. Hæc & alia pleraque de figuris obſeruata etiam ſunt à Thoma Linacro viro docto, & induſtria ſua bene de literis merito.*

Egomet. | Prolepſis.

LATOMVS.

*Argumentum. Querela & ſolicitudo Aeſchini quomodo ſe purget mulierculis, & tamen fratris amorem non procedat: Et eſt hæc ſumma rerum eius epitbaſis.* ❲ *Membra metu de.* ❳ *Aſyndeto auget vim enumerationis.* ❲ *Vah.* ❳ *Perplexi, hoc loco, & trepidantis.* ❲ *Nam vt hinc.* ❳ *Narratio cauſæ ſolicitudinis, quomodo rem ex anu cognouerit.* ❲ *Nunc.* ❳ *Inſtauratio perturbationis.* ❲ *Age mitto.* ❳ *Occupatio per antipophoran, & mox ſigna coniecturæ, quibus id quod grauius eſt confirmatur. totum pertinet ad amplificationem periculi.* ❲ *Nunc iam porrò.* ❳ *Apoſtrophe ad ſeipſum.*

PETRVS MARSVS.

*Diſcrucior animi.* ❳ *Turbati hominis querelas, ſed tamen inter affectus & animi oblæſiones cordati hæc ſcena proponit. Nam cùm poſſet adoleſcens facillimè à ſe culpam remouere, ſi fratris ſui facinus detexiſſet, maluit hoc vitio ſuo adſcribi ſufferre, quàm germani dedecus propalare.* ❲ *Membra metu debilia.* ❳ *Eſt enim met⁹, vt ait Ariſtotel. in Phyſicis, cauſa cur ſanguis ad cor ſe recipiēs exteriora membra ſuo vigore deſtituat. Et Seneca libro ſexto quæſtionum: Non eſt facile inter magna mala non deſipere. Itaque leniſſima ferè ingenia in tantum venire formidinis, vt ſibi exciderent. Nemo quidem ſine aliqua iactura ſanitatis expauit: ſimiliſque furenti quiſquis timet: ſed alios citò ſibi timor reddit, alios vehementius perturbat, & in dementiam transfert.* ❲ *Garrulæ illi.* ❳ *Garrulus à garrire deſcendit, quod ſignificat, vt ait Nonius, multum ſtrepere. Igitur qui ſilētium continere non poſſunt, ſed quicquid audiuere effutiunt, hi rectè garruli nominandi ſunt. Probè autem adoleſcēs nihil mulieri, quod tacitum eſſe cupit, credere intēdit, Seneca libro vndecimo declamationum: Muliebris garrulitas id ſolum poteſt tacere, quod neſcit. Xenophon.* VII. *Mulieri pectoris arcana caue committas, nihil enim diu continet.*

Garrire.

*Vtut | * ducerē | domum i | *etiam

RIVII CASTIG.

*Vt neque quid de me faciam, ne quid agam & cæt.* ❳ *Hanc veram lectionem eſſe reor. Neque verò mirabere, quòd hæc duo, neque, et nec, ad hunc modum cum aliàs, tum hîc vſurpauit; cum ſæpenumero idem faciat Cicero. velut in Verr.* III. *Tametſi de abſolutione iſtius, neque ipſe iam ſperat, nec populus Roma. metuit. Idē in Bruto: Sed neque laboris multi, nec ſatis verſatus in cauſsis. Sic aliàs ſæpe. Plancus ad Ciceronem: Hoc tibi ſpondeo mi Cicero, neque animum nec diligentiam mihi defuturam. Nam ſic etiam in exemplari Ciceroniano manu ſcripto reperi. Tacitus: Quæ nec in virtutibus, neque in vitiis numerantur.* ❲ *Vbi eam vidi.* ❳ *Nos, vbi vidi: omiſſo pronomine ex ſententia Donati, qui ſuperuacuè pronomen addi teſtatur.* ❲ *Non me hanc rem patri, vt erat geſta indicaſſe?* ❳ *Nos, vtut erat geſta: Sic habet vera lectio, conſentiente nobiſcum Donato, cuius verba ſunt: vtut erat geſta, id eſt, ſiue malè, ſiue bene geſta erat. Vt enim certam qualitatem ſignificat: vtut incertam, quaſi dicat quoquo modo; malè bene. Hęc ille. Nec aliter ſanè conſtat Trochaicus.* ❲ *Nunc iam porrò Aeſchine expergiſcere.* ❳ *Nos, omiſſo iam, legimus: Nunc porrò Aeſchine & cæ. nec aliter ſanè verſus. Ex interprete colligitur quoſdam legiſſe: Iam porrò Aeſchine expergiſcere. Eius verba ſunt: Nunc porrò Aeſchi. Sic & alibi: Enimuero Daue nihil eſt loci ſegnitiæ neq; ſocordiæ. Legitur & iam, quod eſt correptiuum interdum. Hæc ille. Eſt igitur alterutrum horum tollendum, quod, vt dixi, Trochaici etiam ratio cogit.* ❲ *Vbi haſce pultare occipio fores.* ❳ *Vera lectio eſt, vbi haſce pultare occipio miſer, quātum ipſe quidem ex manu ſcriptis voluminibus colligere, & coniectura aſſequi poſſum. Porrò ſubſtantiuum fores repetitur à verſu ſuperiore, vbi Aeſchinus, accedam ad fores &c. Paulo pòſt, vbi nunc legitur concedam huc, quædam exemplaria habent, concedam hoc, pro huc, ſicuti alibi adnotauimus.*

* miſer. | Neq; nec.

GLAREANVS.

*Et in hac ſcena non parua difficultas eſt, quo pacto carmina ſint diſcriminanda. Verùm hîc leuiter tranſiliunt qui ex profeſſo eius rei curā ſuſceperunt. Nobis diſſimulandum hoc non fuit, vtcunque alij ſuum excuſent ſilentium. Primi duo verſus iambici ſunt. tetramet. acat. In quorū priore Mihi diſſyllabū eſt, ſecūda eliſa ſyllaba. In altero bis legendum Neque quid, quamuis Riuius exiſtimet Nec poſteriore loco pro Neque legi poſſe. Sed verſus nō patitur. fieret enim tro-*

*chæus loco quinto,qui in iambico locum non habet. quanquam haud ſum neſcius,Donatum legere Certũ eſt,pro Certum fiet. At vt integer hac ſcena ſit Donati Commentarius, valde vereor. Deinde ſequuntur quinque trochaici tetra.cata. Qui quòd perperam in omnibus codicibus leguntur, nobis verò ordine adſcribẽdi viſi ſunt, dein ratio eiuſmodi digeſtionis ſubiungenda.*

*Membra metu debilia ſunt,animus timore obſtipuit.*
*Pectore conſiſtere nihil conſilij quit,vah, quo modo*
*Me ex hac expediam turba?tanta nunc ſuſpicio incidit*
*De me,neq; ea immeritò. Soſtrata credit mihi me Pſaltriam*
*Hanc emiſſe,fecit Canthara anus id indicium mihi.*

*In primo verſu Obſtipuit antepenultima producta eſt. In ſecundo quidam codices habent Quit, & tum Nihil diſyllabum eſt. Quidam habent quiuit: ſic Nil monoſyllabum. Sed Quo modo duæ ſunt dictiones,quemadmodum & præcedente ſcena verſu quinto à fine. In tertio duo verba De me,legi non debent, ſed ad ſequentem pertinent verſum. Quintus non eodem vbique modo legitur. In quibuſdam Hanc ad priorem verſum adpoſitum vidimus, abſque item verbo Cãthara,vt eſſet trochaicus trimeter catal.hoc ordine,*

*Emiſſe,anus id fecit indicium mihi.*

*Eraſmus trochaicum,non trimetrum, vt nos, ſed dimetrum hypercatalecticum iudicauit,perperam, meo quidem iudicio.quanquam ipſe eum aliter legit,vt in vulgatis habetur codicibus,*

*Emiſſe,id anus mihi indicium fecit.*

*Mirabile ſanè carmen, ſi modò carmen eſt. Sed iudicet lector,mea parui refert. Quod nos docuimus, facilè probabimus,ſi fuerit opus. Deinde ſequuntur ſeptem iambici tetra.acat. In quorum primo verbum Erat ponendum poſt verbum Miſſa. Præterea Eam pronomen tolli nõ debet propter Donati verba, qui de Hanc pronomine ante Vbi poſito,non de Eam poſt Vbi poſito loquitur. In* III. *Eo monoſyllabũ eſt. In quarto Satis bis ponitur,& bis poſterius s,amittit. Præterea Diu monoſyllabum. In* V. *d,eliditur, niſi creticus ſit loco primo. Sextus anapæſtum ſecundo loco habet. ¶Nunc quid faciam?dicam fratri eſſe hãc? quod minimè eſt opus.} Hi ſunt rurſus trochaici tetra.catal.In quorum* V. *vel Mea monoſyllabum eſt,vel creticus loco ſecundo: In ſeptimo trochæus eſt loco ſecundo.In octauo,vel illas primam corripit, vel bacchius eſt loco tertio,vel d,in Ad,eliditur.In fine decimi verſus pro Fores rectè Riuius legit Miſer. Nã Fores ex ſuperiore verſu repetẽdum.In* XI. *trochæus eſt loco ſecundo. Vltimus perficitur ſcena ſequente,inquit Eraſmus.*

DONAT. *ITa vt dixi Soſtrata facite. } Hîc apparet Mitionem iam multa dixiſſe.¶Facite.} Iubet vt vel ſecuræ ſint, vel adornent nuptias.¶Ego Aeſchinum conueniam.}Mirè occurſurus Aeſchino, Aeſchinum quærit. ¶Pater hercle eſt. } Quid eſt hoc quod Mitio timetur? an quia illi non eſt confeſſus? Oſtendit autem poëta tantundem pudorem poſſe, aut amplius, quàm timorem. ¶Quid huic hîc negotij eſt?} Aliꝰ timor, quòd hinc egreditur pater. ¶Tune has pepuliſti fores? } Sic cœpit interrogare, vt negationi locũ præbeat.Et nota,pepuliſti,elatum verbum:& tragico cothurno magis quàm loquelæ comicæ accõmodatur. ¶Tacet.} Hoc apud ſe loquitur Mitio.¶Melius eſt } Et non ludere bonũ eſt: ſed melius. et hoc meliore affectu dixit, quàm ſi diceret, dignus eſt. ¶Hoc mihi nunquam voluit credere. } Contra illud quod ait, Denique alij clanculum patres quæ faciunt,quæ fert adoleſcentia,ea ne me celet, conſueſeci filiũ. Credere autem magno affectu dixit.nõ enim confiteretur vt patri: ſed crederet,vt parenti, aut ſodali ſuo. ¶Non equidem iſtas?}Deeſt pulſaui.¶ Quod ſciam.} Quãtũ ſcio.¶Itan'? nam mirabar quid hîc negotij eſſet tibi.} Accepit negationem Mitio, vt ludere Aeſchinum poſſit. ¶Erubuit: ſalua res eſt.}Nimis paterna ſententia.& è contrario Simo in Andria,Vide num eius color, pudoris ſignum vſquam indicat. Et quanti affectus eſt,nõ dixiſſe,erubuit,ſaluus eſt:ſed,ſalua res eſt.Nonne videtur tibi res eius omnis in Aeſchino cõſtituta? eodem animo & ſuprà dixit, In eo me oblecto, ſolum id eſt charum mihi. Nõ enim ſolum intulit quod expectabatur: ſed abſolutè, quaſi ex omnibus ſolũ id eſt, inquit.¶Nihil mihi quidẽ.} Mihi,id eſt nec propriæ rei. & callida negatione cœpit. vt & illi adimat confitendi locum ac fiduciam:ſimúlque fiat ei deſperatio ducendæ eius, cuius mentio tam contemptim ab ipſo tractetur. ¶Amicus quidam me à foro abduxit modò huc aduocatum ſibi.}Hinc incipit mendacium miſſum vero. nam amicus quidã me à foro huc, verũ eſt: aduocatum, falſum, Sed huc, & quidam, modò ἔμφασιν habent leuis negotij,et in quo nec magnæ perſonæ nec res difficilis operę,aut longæ occupationis habentur. Et aduocatum dicendo, alienum negotium demonſtrauit: nam & Sibi non vacat. ſi enim mulieribus addidiſſet, potuit aliud ſperari*

*Erubuit ſalua res eſt.*

*Pepuli.*

*Quod ſciã.*

*Quidam.*

## ACTVS IIII. SCENA V.



ARG. ADRIA. BARL.

MIrè faceto commento nouũ incutit Æſchino metum pater,oſtendens alii viro nupturam Pamphiam.Tandem amoto ludo agere ſeriò incipiens,filii animum gaudio explet, futurum promittens, vt illam ipſe ducat vxorem.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena facetè luditur Æſchinus à patre Mitione,qui variis modis Pamphilam oſtendit ab alio in vxorem ductum iri. Qua de re non paruo dolore concutitur Aeſchinus,qui eam ſummopere deperibat,quod anxiè patrem celauerat. Tandem illum eundem pater miro explet gaudio: recipiens, id eſt promittens eidem eam puellam quamprimum vxorem datum iri.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena vafro comméto Mitio ex Æſchino, quòd puellam ſtuprarit, elicit.

*Partim Trochaici Tetrametri, partim Iambici Trimetri, in fine Quadrati quidam.*

MITIO, AESCHINVS.

ITA *vt dixi Soſtrata, Facite: ego Aeſchinũ conueniam, vt quomodo acta hæc ſint, ſciat.
Sed quis oſtium hoc pultauit? AE. pater hercle eſt: perij. M. Aeſchine.
AE. Quid huic hîc negotij eſt? M. túne has pepuliſti fores? tacet.
Cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt,
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe voluit credere.
Nihil mihi reſpondes? AE. non equidem iſtas, quod ſciam.
M. Itáne? nam mirabar quid hîc negotij eſſet tibi.
Erubuit: ſalua res eſt. AE. dic ſodes pater,
Tibi verò quid iſtic eſt rei? M. nihil mihi quidem:
Amicus quidam me à foro abduxit modò
Huc aduocatum ſibi. AE. quid? M. ego dicam tibi.
Habitant hîc quædam mulieres pauperculæ,
Vt opinor has non noſſe te, & certò ſcio:
Neq; enim diu huc commigrarũt. AE. quid tum poſtea?
M. Virgo eſt cũ matre. AE. perge. M. hæc virgo orba eſt patre.
Hic meus amicus illi genere eſt proxumus:
Huic leges cogunt nubere hanc. AE. perij. M. quid eſt?
AE. Nihil, rectè: perge. M. is venit, vt ſecum auehat:
Nam habitat Mileti. AE. hem, virginem vt ſecum auehat?
M. Sic eſt. AE. Miletum vſque obſecro? M. ita. AE. animo malè eſt:
*Quid ipſæ? quid aiunt? M. quid iſtas cen-

*ſperari. ¶Quid?} Deeſt, ait: vt ſit, Quid ait? ¶Ego tibi dicam.} Senile eſt. nam id iam dicendũ fuit. & hoc ἔμφασιν habet vilis rei, quæ vel facilè dici poſſit, vel non celanda ſit. ¶Mulieres pauperculæ.} Non potuit magis celare dignitatẽ formæ & ætatis puellæ, quæ amatur ab Aeſchino, quàm vt eam primo eodem nomine cũ matre nominaret: deinde cõmuniter diceret de ambabus vniuerſa quibus contemni debeãt.* (Quidam.) *¶Quædã mulieres pauperculæ.} Pauperculæ addidit, vt magis deſperet Aeſchinus impetrare poſſe has nuptias à patre. Et item Quædam: vt ignobiles demõſtrarentur. Et totum hoc, cũ abiectione pronũtiandum eſt. Et quædã, & pauperculæ, dicẽdo, adimit, omnem ſpem nuptiarum: nam quædam, ignobilem indicat: pauper, indotatam. quid ergo remanet quod ſperet Aeſchinus? ¶Pauperculæ.} Nec pauperes ſaltem. ¶Et certè ſcio.} ἐπανόρθωσις. parũ dixit inquit.* (Opinor.) *¶Opinor.} Vel adeò obſcuræ ſunt, & nullius pretij, vt opiner has nõ noſſe te. Potuit rectè dicere & hoc, vt opinor, has non noſti: ſed illud vetuſtius. ¶Vt opinor has non noſſe te.} Aut abundat Vt: aut deeſt ſcilicet. Magnum autem crimen eſt in forma vicinæ puellæ, incognitam eſſe adoleſcenti de proximo. Et quia ſcit hunc eſſe de quo dixerit, Quã hic non amauit meretricem? aut cui non dedit aliquid? ſubdidit cauſam, ne dignitatis pudoríſque eſſet, quòd eam incognitã Aeſchino eſſe dixiſſet. Neque enim diu huc, inquit, commigrauerunt. Et Vt opinor, mirè ipſe ſibi ſumit atque confirmat, quod nondum ille confeſſus eſt. ¶Quid tũ poſtea?} Gratiſſimè proditur Aeſchinus amator, cùm ſedulò diſſimulet. ¶Virgo cum matre eſt.} Vult Mitio ſic audire Aeſchinum tãquam alieniſſimum: & ideo velut inſcius facti, diligẽtius narrat. Virginem autem ἀρχαϊσμῷ, pro muliere dixit.* (Virgo.) *¶Perge.} Vide inſtantius interrogantem quàm extraneum decuit. ¶Hic meus amicus.} Qui me aduocatum abduxit de foro.* (*vti) *¶Huic leges cogunt nubere hanc.} Non, permittũt, dixit: nec, iubent: ſed cogũt, ad perturbandum Aeſchinum. & rectè. alia enim ſinunt leges, alia cogunt fieri. Et ne eſſet quo reſiſteretur illi, vult vt mulieres à lege cogantur. ¶Perij.} Hoc audit Mitio, ſed diſſimulat. ¶Nihil rectè.} Id eſt rectè quòd perij. & nihil magis comicum. Et vide triſyllabum artificiosè eſſe ſubiectum: vt qui Perij dixit, vix hoc locutus fuiſſe videatur. ¶Venit is vt ſecum auehat.} Aliud peius in amatam, vt nec Athenis ſaltẽ alteri nuberet. ¶Nam habitat Mileti.} μίλητος Mileti. & eſt aduerbium locale.* (Mileti.) *¶Hem virginem vt ſecum auehat?} Hic acrius commoueri proditur adoleſcens, vt affectu fateatur, quod verbis negat. ¶Sic eſt. Miletum vſq; obſecro? ita. animo malè eſt.} Ille oblitus ſui, ſic indignatur, vt in re propria. hic rurſus callidè vultu vtitur tanquam aliena narrãtis. ¶Miletum vſque obſecro.} Bene Vſque. nam Miletos, colonia eſt Athenienſium in Ponto.* (Vſque. Miletos.) *¶Animo malè eſt.} Animo malè fieri dicitur, cùm ictu alicuius mœroris perculſus animus, non ſuſtinet corpus: ſequitúrque ruina membrorum.* (Animo malè eſt.) *¶Quid ipſæ? quid aiunt?} Non ſtatim credit Aeſchinus pudicam matremfamilias ſtatim conſentire in nuptias nouas viri ignoti. ¶Quid iſtas cenſes?} Poſſe dicere, ſubaudiendum. ¶Nihil enim.} Dicũt, ſubaudiendũ, & ſic intelligendum, Nihil, non quòd taceant, ſed quòd nihil confir-* (Nihil.)

*quid ipſæ aiunt

ſes? nihil enim:
Commenta mater eſt: eſſe ex alio viro
Neſcio quo puerum natum, neque eum nominat:
Priorem eſſe illum, non oportere huic dari.
AE. Eho, nónne hæc iuſta tibi videntur poſtea?
M. Non. AE. obſecro non? an illam hinc abducet pater?
M. Quídni illam abducat? AE. factum à vobis duriter,
Immiſericorditérque, atque etiã, ſi eſt pater
Dicendum magis apertè, inliberaliter.
M. Quamobrem? AE. rogas me? quid illi tandem creditis
Fore animi miſero, qui* illi conſueuit prius,
(Qui infelix haud ſcio an illam nunc miſerè amat)
Cum hãc ſibi videbit præſens præſenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
M. Qua ratione iſtuc? quis deſpondit? quis dedit?
Cui quãdo nupſit? author his rebus quis eſt?
Cur duxit alienã? AE. an ſedere oportuit,
Domi virginem tam grandem, dum cognatus * hinc
Illinc veniret, expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquom fuit, & id defendere.
M. Ridicule, aduorſúmne illum cauſam dicerem,
Cui venerem aduocatus? ſed quid iſta Aeſchine
Noſtra, aut quid nobis cum illis? abeamus. quid eſt?
Quid lachrumas? AE. pater obſecro, auſculta. M. Aeſchine audiui omnia.
Et ſcio: nam te amo: quo magis quæ agis curæ ſunt mihi.
AE. Ita velim me promerentem ames, dum viuas mi pater,
Vt me hoc delictum admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet. M. credo hercle: nam ingenium noui tuum

*Cõmentor. Cõminiſcor. Poſtea. Hodie.* **illam* *Non? Hinc. Duriter. Immiſericorditérq. *huc* *Illiberale. Illiberaliter. Liberalis.*

*mationis habeat id quod dicunt.* [Cõmenta mater eſt.] *Nũc dicit quid dicat. etiam cõmẽta dixit, id eſt, fallaciã confinxiſſe, veriſimile cõminiſci.* [Ex alio viro.] *Iam de proximo tangit Aeſchinũ.* [Priorem eſſe illum.] *Mirè tractat etiam partes Aeſchini.* [Nonne hęc iuſta tibi videntur poſtea?] *Scilicet illa quæ amicus tuus dixerat prius, quàm hæc audires.* [Iuſta tibi.] *Iuſta quæ poſtea audiſti, quàm illa quæ pro Lennio dicebas prius. Aut ſi hoc non eſt: quære quid ſit Poſtea.* [Poſtea.] *Sic abundaret, quomodo interdũ Hodie de ſtomacho adiicitur loquentis. vt Virgilius dicit. Nunquam omnes hodie moriemur inulti.* [Nõ.] *Vultuosè pronũtiandum eſt non.* [An illam hinc abducet pater.] *Hinc, tanquam ſingultus ploraturi eſt. nam ſic eſt pronuntiandum.* [Pater.] *Quaſi hoc ad ſupplicandum dicatur.* [Factũ à vobis duriter.] *Non, durè & crudeliter: ſed quaſi dura mente, id eſt inflexibili, & quod Græci dicunt ἀτενές.* [Immiſericorditérque.] *Nota octo ſyllabatũ aduerbiũ, atque inſuper compoſitum, & cum coniunctione prolatũ.* [Illiberaliter.] *αὔξησις. nam multa duriter, etiam, ſi opus ſit, immiſericorditer quoque, & facienda ſunt, & patienda, ſi ita ratio & cauſa cogat: & non ſit illiberale, id eſt non malum atq; inhoneſtum.* [Si eſt pater, dicẽdum magis apertè.] *Id eſt apertius: quia iam apertum fuerat, duriter, & immiſericorditer. Et bene præfatus eſt, ne contumax aduerſus matrem videretur.* [Illiberaliter.] *Iniuſtè, inclementer, non bene. quia liberalis, bonus dicitur.* [Quamobrem?] *Delectari magis cupiens Mitio, Aeſchinũ vult protrahere ad defenſionem ſui.* [Fore animi miſero.] *Quid de ſe plus diceret, ſi factum fateretur?* [Qui illi cõſueuit.] *Legitur & illam: & dicebant veteres, hanc rem conſueui. & συνήθως. vt Plautus, Vt clãdeſtinè, vt celetur conſuetudo. Et maiore affectu non amorem allegauit, ſed quod eſt commune cum bonis, & multo iuſtius, conſuetudinem.* [Qui infelix.] *Non, qui: ſed, qui infelix: & non, amat, ſed miſerè dixit. & ita affectu proditur, qui vt alienus vult loqui.* [Præſens præſenti eripi.] *Adiuuant ſignificationẽ hæc ex abundanti addita: vt illã abſens abſentẽ auditque vidétq;. Et, Fratrem ne deſere frater. Sic, Cæcilius in Eratoſthene, Hæc caterua plena gladiatoria, cũ ſuum ſibi alius ſauciat: ſocius ſocium. Et totus hic locus eſt tranſlatus ex Virgilio, in quarto Aeneid. Quis tibi nunc Dido cernenti talia ſenſus, Quóſve dabas gemitus? cum littora feruere latè Proſpiceres arce ex ſummá, totúmque videres Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor?* [Iſtuc.] *Deeſt, dicis.* [Quis deſpondit?] *Latẽter obiurgat Aeſchinum, rem ſine patre geſſiſſe. et dicitur figura.* *

[Quis deſpondit?] *Quia nõ interfuit pater.* [Quis dedit?] *Quia rapuit antè q̃ peteret.* [Quãdo nupſit?] *Quia nuptiæ nõ factæ ſunt. Et Nupſit moleſtè additum, quaſi aliena ſit, quæ non legibus ducta ſit.* [Author his rebus quis eſt?] *Datiuo caſu, nõ harum rerũ. Et Saluſtius, Qui tunc Romanis imperator erat.* [Author his rebus quis eſt?] *Iterum obiurgat, quia non interfuit pater. & agit ſic dolens, velut ſibi minus amoris præbitum fuerit, Mitio: vt ſe his, quantum amor patitur, videatur vlciſci, quódque ſibi negotium non cõfiteatur Aeſchinus.* [An ſedere oportuit.] *Sedere propriè ignauæ ceſſationis eſt. vt, Sedeãt, ſpecténtq; Latini. Et,*

*Conſueui hac rem. Author his rebus. Sedeo.*

Liberale: ſed vereor ne indiligens nimiũ ſies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tangere:
Iam id peccatum primùm magnum, at humanum tamen:
Fecere alij ſæpe, item boni: at poſtquam id euênit, cedò,
Nunquid circunſpexti? aut nunquid túte proſpexti tibi
Quid fieret? quà fieret? ſi te ipſum mihi puduit dicere
Quà reſciſcerem? hæc dum dubitas, menſes abierunt decem.
Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatum, quòd quidem in te fuit.
Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo.
Bono animo es, duces vxorẽ hanc. AE. hem.
M. bono animo es, inquam. AE. pater.
Obſecro, * non ludis tu nunc me? M. ego te? quamobrem? AE. neſcio,
Niſi quia tam miſerè hoc cupio eſſe verum, eò vereor magis.
M. Abi domũ, ac deos comprecare, vt vxorem acceſſas: abi.
AE. Quid? iámne vxorẽ? M. iam. AE. iam?
M. iam quantum potes. AE. Di me pater
Omnes oderint, ni magis te quàm oculos nũc amo meos.
M. Quid? quàm illam? AE. æquè. M. perbenignè AE. quid ille, vbi eſt Mileſius?
M. Abiit: periit, nauẽ aſcendit. ſed cur ceſſas? AE. abi pater.
Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certò ſcio,
Quò vir melior multò es, quàm ego ſum, obtemperaturos magis.
M. Ego eo intrò, vt quæ opus ſunt, parentur: tu fac vt dixi, ſi ſapis.

ni. Et, Quid ſedes Verres? quid ſpectas? [Cur duxit alienam?] Vtrum filiam? an quæ poſſit aliena eſſe? nam omnes alienas filias ducũt. [Tam grãdem.] Grandem, ad ætatẽ veteres retulerunt, non ad corpus. & in parte *Grandis.* ætatis dicitur grandis, nõ in tota vita, niſi ſi addatur na- *Grandis natu.* tu. vt, Grãdis natu parẽs adductus ad ſuppliciũ. Et Grãdis infans, & grandis puer, & grandis ephebus, & grandis virgo rectè dicitur. Et vnde ſcit Aeſchinus? an grãdem hic fingit ignotam? an quia dixit pater, Commenta mater eſt eſſe ex alio viro neſcio quo puerũ natum. Ergo & illa grandis: & ſerus Mileſius, qui tunc virginem petit, cũ iam alteri data ſit, vel rapta ſit alteri. [Dũ co- *Hinc illinc* gnatus hinc illinc veniret.] Prouerbialiter hinc illinc. [Et id defendere.] Non potuit magis amatoriè, & magis pueriliter loqui, quàm vt non cõtentus quòd ait, Hæc dicere te æquum fuit: etiam adderet, Et id defendere. Patet autẽ qualis affectus eſt, cùm etiam patri ob alienam cauſam blanditur, vt ipſe nũc ſimulat. [Ridicule.] Vocatiuus eſt caſus, ab eo quod eſt ridiculus. [Quid iſta Aeſchine noſtra.] Hîc iam vltima deſperatio, & Aeſchinũ in confeſſionẽ protrahet, & in finem fallaciæ ſenẽ deducet. Et bene quidem noſtra dixit. memor eſt enim ſe reſpondiſſe Aeſchino interrogãti, Tibi verò quid iſtic rei eſt? Nihil mihi quidem. Totum autem hoc ſenex ad id redegit, non tam vt torqueret Aeſchinũ, quàm vt maius faceret beneficium ſuũ, exponendo id quod penè periculũ amor eius incideret. [Quid eſt? qd lachrumas?] Quaſi repẽtè animaduerterit flentẽ, & quaſi cauſam omnem neſciat, ſic inquirit. [Aeſchine.] Nõ exhibuiſſet perſonam patris, niſi pietate victus, pati filium nollet confeßione torqueri. Virgilius, —nec plura quærentẽ Paſſa Venus, medio ſic interfata dolore eſt. Bene ergo intelligunt, qui ſic accipiunt, perrecturũ adhuc fuiſſe Mitionem, niſi victus affectu fallaciam proieciſſet. [Nam te amo.] Benè addidit, nam te amo, & cætera. nam & inuidis, & inimicis moris eſt ſcire quid agamus. [Ita velim me promerentem ames.] Quàm piè additum eſt promerentem: tanquam illic ſit votum Aeſchini, cùm poſſit pater etiam immeritũ amare. Et animaduertendũ eſt, Vt, ſemper ſequi, vel ſtatim, vel ex interuallo, maximè in huiuſmodi cõfirmationi- *Vt.* bus. ſic Cicero, Ita velim mihi deos propitios, vt cùm illius temporis mihi venit in mentẽ, & cætera. Velim au- *Velim.* tem, pro volo antiquè dicitur. [Admiſiſſe in me.] Me in me, αὐξητικῶς, adiectũ eſt. [Et me tui pudet.] Ambiguum quidam hoc dictũ putant: ſed apparet adoleſcentem propter ſuum peccatum dicere, non quòd quicquam turpe fecerit patri. [Ne indiligens nimium ſies.] Non **num* ergo ingratus, ſed negligens Aeſchinus. nec negligẽs, ſed indiligens. nec in alterũ, ſed in ſe deliquit. Mira clemen- *Indiligens.* tiæ genus eſt, aut omnino ignoſcere, aut crimen in leuius commutare. nam tota obiurgatio ita amica eſt, vt non multum à blandimento diſcrepet: magiſque proficiat apud audientẽ, vt vult Terentius: quàm illa aſpera atque præfracta. [In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?] Communem locum inducit, à perſona, à facto, à tempore. [In qua ciuitate.] Aliter pronuntiandum eſt, id eſt preßè ac leniter: ne faciat illud Tullianũ, Prô dij immortales, vbinam gentiũ ſumus? quam rempublicam habemus? in qua vrbe viuimus? Et tandem pro tamen. *Tandẽ, pro* [In qua ciuitate.] Hoc eſt, tamen.

AE. Quid hoc eſt negotij? hoc eſt patrē eſſe?
aut hoc eſt filium eſſe?
Si frater, aut ſodalis eſſet, quî magis morem
gereret?
Hic non amandus? hiccine non geſtandus in
ſinu eſt? hem,
Itaque adeò magnam mihi iniecit ſua com-
moditate curam,
Ne fortè imprudens faciam, quod nolit: ſciens
cauebo.
Sed ceſſo ire intrò, ne mora meis nuptiis ego-
met ſiem?

*oblitus es Athenis te eſſe, vbi viuitur legibus? Vide omnes ſententias poni accuſatorias, & nihil amoris: iſti ſunt orationum colores difficillimi: ſed elaborauit Terētius Mitionem facere leniter accuſantem, & inducere Demeam duriſsimè blandientem. ¶ In qua ciuitate. } Quod obiurgat Mitio, magni amoris eſt, & neceſſaria pro perſona aſſentatio. non enim cōuenit patrem nimiū diligentem filium, eius præterire peccata. ¶ Virginē vitiaſti. } Vide & rem dici, & abeſſe tragicam inclamationem, & oſtendi delictum, & ad veniam feſtinari. nam ſtatim dicet, Iam id peccatum primum eſt magnum, at humanum tamen. Et tota pronuntiatio huiuſmodi verbis ſummiſſa debetur. ¶ Fecere alij ſæpe, item boni; } Moris eſt exemplo lenire. quod purgare non poſsis. ¶ Fecere alij ſæpe, item boni. } Conſolatio ab exemplo. Et boni, non cum hoc facerent, ſed aliàs boni. ¶ At poſtquam id euênit. } Euênit, inquit, non, cōmiſſum eſt. nihil innocentius dici potuit.*

Circūſpicio.

*¶ Nunquid circunſpexti? } συγκοπὴ, pro circunſpexiſti. Circunſpicimus præſentia: Proſpicimus futura.*

Proſpicio.

*¶ Quid fieret? } Id eſt qua ratione, quo modo fieret? & qua ratione, id eſt quibus adminiculis, vel per quas perſonas? ¶ Si te ipſum mihi puduit dicere. } Optimè hoc additū eſt: quaſi non debuerit Aeſchinum apud Mitionem pudere.*

Qua.

*¶ Qua reſciſcerem. } Qua, id eſt per quos. & ad omnia ſubauditur: nunquid circunſpexti? ¶ Qua reſciſcerem. } Deeſt Re, vel ratione. ¶ Menſes abierunt decem. } Mirè abierunt, Quaſi dicat, Te ceſſante, menſes ceſſere: & locus eſt incuſationis à tempore. Et abire dicitur quod paulatim nos deſerit: hoc autem ex partu intelligit.*

Abeo.

Quod quidē in te fuit

*¶ Quod quidem in te fuit. } Saluſtius, Quod in familia noſtra fuit, præſtitit, vt in omnibus bellis adeſſet vobis. Et Cicero, Senator P. R. quod in omnibus fuit, iacuit & pernoctauit in publico. ¶ Prodidiſti & te, & illam miſeram. } Vide feſtiuum ſenem, quantum ſe adoleſcenti accommodet: non enim illum, quem cauſa depoſcit, ſed amatorium ordinem fecit, prius dicendo prodidiſti te, quàm illam, tum etiam gnatum: vt ex animo amare videatur id quod natum eſt.*

Prodo.

*¶ Prodidiſti. } Decepiſti, vel deſeruiſti. vt Virgilius, —vnius ob iram Prodimur. ¶ Quod quidem in te fuit. } Pro, id quod in te erat: id eſt quantum in officio tuo ſpei & auxilij partiúmque tuarum: vel, quantum ad te ſpectabat. Et hîc eſt illud quod obſequentiſsimus pater vult omnia per ſe eſſe correcta.*

Quod in te fuit.

*¶ Dormienti hæc tibi confecturos deos? } Quàm mitis, quàm faceta obiurgatio. Videtur ſatis Mitio ille eſſe qui antè eſt deſcriptus? ¶ Quid credebas? dormienti hæc, &c. } Incerta diſtinctio: nam & per ſe quid &, quid credebas, legi poteſt: & velut per hoc ſubaccuſetur Aeſchinus, Dormienti hæc tibi cōfecturos deos? infertur. Et quæ ſint quæ à diis, ceſſantibus præſtari non poſsint, ſequēti verſu docet, ne videatur de diis malè ſenſiſſe.*

Facere.
Conficere.

*¶ Dormienti. } Multo melius quàm ſi diceret ceſſanti. & non, facturos: ſed quod plenum eſt, confecturos. Et mirè deos ponit in eo negotio quod ipſe præſtat: tanquā hic & ſe & deos excuſet, quòd non fecerint Aeſchino, quę volebat, etiā dormiēti. ¶ Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domum? } Ordo, deductum iri domum. ¶ Nolim cæterarum rerum te ſocordem. } Quàm nihil imperioſè ac pro authorite patria fit! nolim, inquit, te ſocordem cæterarum rerum eſſe. non dixit, ne ſis ſocors. ¶ Bono animo es. } Apparet flenti hæc dicta omnia eſſe. & hoc decuit verecundum adoleſcentem & ex vitantæ orationis, & metu amittendæ puellæ.*

Bono animo es.

*Et Es, modò Es, eſto. imperatiui modi eſt, temporis præſentis. nam eſto, futuri eſt.*

Es, eſto.

*¶ Duces vxorem hanc. } Datur in vltima obiurgatione, & breuiter & plena ſecuritas. ¶ Hem. } Singultientis fletu & gaudio dixit hem.*

Hem.

*¶ Obſecro non ludis tu nunc me? } Mœſtus amatoris animus ludentem ſeriò loqui credidit: vera dicentem, quia optata ſunt, putat ludere nunc. Poteſt & ob hanc cauſam dicere, Ludis tu me nunc: quòd nunquam eum antea luſerit. ¶ Ego te? quamobrem? } Magna vis pronominum cur non ludat. quibus & acceſsit conſideratio rei. nam primò ego: deinde te: deinde cauſæ propoſitio. Et rectè Ludis. Eſt enim amantis in falſum metum coniicere imminente lætitia, qualibet ſentētia. inimici verò in falſum gaudium quenquam impellere ſub alicuius mœroris aduētum. & ideo negat ſe Mitio in hac parte luſurum Aeſchinū, qui in aliis luſerit.*

Ludo.

*¶ Quia tā miſerè hoc cupio eſſe verum. } Pro nimis: quia nimia miſeria: vt, Nequid nimis. hoc enim putant, qui virtutes mediocritates eſſe dixerūt.*

Miſerè.
Nimis.

*¶ Neſcio. } Religioſè dixit neſcio: quaſi non ſit ratio quare non credat patri, quamuis ſubiecerit cauſam. ¶ Abi domum, ac deos comprecate. } Magnus inſtitor ſui beneficij eſt, qui à diis petendum eſſe dixit, quod ipſe præſtabit. an ideo quia ordinis fuerat, prius rem diuinam facere, & ſic vxorem accerſere? Et bene repetitum eſt Abi. quaſi hærenti morantíq;: vt, Vos iſtæc intrò auferte: abite.*

Abi, abi.

*¶ Quid? iam vxorem? } Acceſsit ad beneficium tempus. & ideo Iam quaſi geſtiens repetit adoleſcens. ¶ Quantum potes. } Aut deeſt citò: aut quantum poteſt eſſe.*

Quantum potes.

*¶ Quid? quàm illam? } Commendat ſe Mitio, & familiariorem amatori facit, mentionem faciendo ſæpius de amica in vxorem ducenda. ¶ Ni magis te, quàm oculos nūc amo meos. } Mirè Nunc addidit. & eleganter inuentum eſt quod in ſe amator multum diligat, id eſt oculos. vt è cōtrario in Eunucho, Adoleſcēti ipſi eriperem oculos. id eſt ipſos, de quibus amat.*

Nunc.
Oculi.

*¶ Aequè. } Sic infert hoc quaſi dubitando inuenerit. ¶ Perbenignè. } Multum putat, quia amator hoc dixit: ergo benignè, largè abundéq;.*

Perbenignè.
Benignè.

*¶ Quid, ille vbi eſt Mileſius? } Non amat, ſi ſtatim timere deſinit. vnde Virgilius, Omnia tuta timens, eadem impia fama furenti Detulit, armari claſſem, curſumque parari. ¶ Abiit: nauem aſcendit. } Facetè, abiit: ne diceret, mentitus ſum. atque ita dixit, vt infantibus nutrices deterriculis dicere ſolent: quas cū ipſæ confinxerint, abolitas volunt, poſtquam illos vident nimiū pauere. Et mihi videtur ridēs hæc dixiſſe: vt intelligat Aeſchinus*

Abiit.

ſchinus Mitionem ioco fuiſſe mentitum. ∇ Tibi obtemperaturos magis.} Mira ſentētia, deos obſequi bonis, quaſi bonis hominibus multum debeant. & in excuſationem precandi deos vide quę facultas nata ſit patrē ſine aſſentatione laudandi. non eſt autem iniurioſum, ad patrem referre deprecationem deorum: ſed magis honorabile. nam tale eſt apud Virgilium, Tu genitor cape ſacra manu, patrióſque penates. vt ipſe patrem portet, hic deos. ∇ Ego eo intrò, vt quæ opus ſunt, parentur: tu fac, vt dixi, ſi ſapis.} Hic verſus in quibuſdā non inuenitur. ∇ Quid hoc eſt negotij?} Et mirantis hæc, & laudantis oratio eſt. & penè videtur huiuſmodi patrem Terentius probare. ∇ Quî magis morē gereret?} Quî, quo modo, qua re, qua ratione. ∇ Hic non amandus?} Omnia perfecit hic pater, vt & ametur, & laudetur, & foueatur. ∇ Magnā mihi iniecit ſua cōmoditate curam.} Mira ſententia, mala etiā de bonis nobis naſci. an bonus parens magnæ curæ eſt filio? ∇ Sciens cauebo.} Facere quod nolit ſcilicet. ∇ Sed ceſſo ire intrò, ne mora meis nuptiis egomet ſiem?} Bene hoc, vtpote obiurgatus.

Quì

ADRIA. BARL.

Non equidem iſtas quod ſciam.} Adrianus Cardinalis, Quod ſine moleſtia tua fiat, & huiuſmodi, inquit, loquendi modi orationem Latinam candidam & luculentam efficiunt. ∇ Amicus quidam me à foro abduxit aduocatum.} Id olim erat præcipuum in amicos officium, adeſſe in iudicio. ∇ Amicus quidam.} Falſa veris admiſcet. Verum eſt quòd amicus. Sed falſum, quòd aduocatū me ſibi abduxit. ∇ Pauperculæ.} Hoc additum, vt magis deſperet Aeſchinus impetraturū ſe à patre illam vxorem. ∇ Leges cogunt.} Non ſinunt, ſed cogunt. Magis hoc perturbat Aeſchinū. ∇ Perij.} Donato authore, hoc audit pater, ſed diſſimulat. ∇ Miletum vſque.} Miletus vrbs quondam Ioniæ totius, belli paciſque artibus princeps fuit, natale ſolum Thaletis Philoſophi. Donatus de Mileto intelligit quæ colonia ſit Athenienſium in Ponto. ∇ Ex alio viro.} De proximo tangitur Aeſchinus. ∇ Illiberaliter.} Inclementer, non bene. Nam liberalem bonum dicimus. ∇ Domi virginem tam grandem.} Secundum ius locutus eſt. In quo & ex animorum ratione, & ex habitu corporis ætas probatur. Ideo maior, minor, & grandis ad ætatem referuntur, quod ex auctu corporis ætas deprehēditur in adoleſcētibus. ∇ Quid lachrymas?} Sic rogat, quaſi lachrymarum cauſas ignoret. ∇ Me promerentem.} Me rectè agentem, vt filium decet. ∇ Quam te ius nō fuerat tangere.} Eam tu virginem vitiaſti, cui ne digitulum quidem per ius admouere poteras. ∇ Iam id peccatum primum magnum, at humanum tamen. Fecēre alij ſæpe, item boni.} Antypophora eſt, quam dicunt eſſe ad obiicienda reſponſionem. vt Sum pius. heu doleo, nā mihi ſæpe nocet. Poſſet rogare quiſpiam. Cur doles te pium eſſe? Huic tacitæ quæſtioni occurritur, ſi dicas, nam mihi ſæpe nocet. ∇ In qua ciuitate &c.} Leniter pronūtia, ne ſit quale Ciceronis illud. Proh di immortales, vbinam gentiū ſumus? In qua vrbe viuimus? Et hîc loci conſideratio eſt. De qua vide Rhetorum libros. ∇ In qua ciuitate.} Parum mihi videris meminiſſe te Athenis agere, vrbe celebri, & vbi leges puniunt eos qui malefaciunt. ∇ Fecēre alij ſæpe item boni.} Leniter factum, & conſolatur ab exemplo. ∇ Item boni.} Non boni, cùm tale quippiam patrarent, ſed aliàs boni. ∇ Poſtquam euēnit.} Non dixit, poſtquam id commiſiſti, ſed poſtquam euēnit, vbiq; Mitionem agens, & facilè ignoſcētem patrem. ∇ Dormienti tibi hæc confecturos deos.} In eos dicitur, quibus citra conatum obtingunt ea quæ cupiunt. Ex euentu natum eſt, quòd aliquando acciderit, vt dormientibus piſcatoribus piſces fortè retibus inuoluti caperentur. Sunt qui ad Timotheum imperatorem Athenienſium referant, cui quòd multa feliciter obtingerēt magis fortunæ fauore, quàm ipſius opera, felicis cognomē inditum eſt. In huius inuidiam pinxiſſe traduntur nonnulli fortunam, vrbes ad rete cogentem, illo iuxta dormiēte. quos ſic eludens, Si huiuſmodi, inquit, vrbes capio dormiēs, quid me facturū arbitramini ſi vigilauero? Huc Terent. alluſiſſe videtur. ∇ Num ludis nunc tu me?} Diomedes libro primo. Ambigua verba dicuntur, quæ o, litera terminata, & actiua poſſunt eſſe, & neutralia, pro ſignificatione dicentis, vt ludo. ſi enim ſit ludo, exerceo ludum, erit neutrale. vt apud Virgilium, Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Si autem ſignificat deludo, derideo, erit actiuum, vt ludo illum, & ludor ab illis. & apud Terentium, Num ludis tu nunc me? ∇ Nauem aſcendit.} Quare potius nauem aſcendit, quàm in nauem deſcendit? Reſponde, quòd terra elementum, vt Phyſici tradunt, aqua inferius eſt, quā cauſam dicit Seruius eſſe, cur Virgilius dixerit, Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor. ∇ Deos comprecari.} Pro ſacris operari, vel ſacrificare poſitum videtur, neque enim coniux duci, neque ager coli ſine ſacrificiis poterat. ∇ Ego eo intrò.} Priſc. Additio pronominis diſcretionem aliquam deſiderat perſonæ alterius. Terentius in Andria: Vos iſtæc intrò auferte. Idem in Adelph. Ego ibo intrò, vt quæ opus ſunt parentur. ∇ Hoc eſt patrem eſſe.} Miratur & laudat patrem. ∇ Quî magis morem gereret?} Obſequor & morem gero, non ſolùm de minoribus dicuntur erga maiores, ſed etiam maioribus erga minores. Vnius exemplum hîc eſt: alterius apud Plautum in Aſinaria his verbis: Ego ſanè cupio obſequi gnato. ∇ Hiccine non geſtandus in ſinu eſt?} Paternam liberalitatem exaggerat.

Miletus. — Antypophora. — Dormienti Dij conficient. — Timotheus Athenienſium imperator. — Ludo. — Nauē aſcēdere. — Comprecari deos. — Obſequor. Morē gero.

LATOMVS.

Argumentum. Mitio egrediens à mulierculis, deprehenſum ad fores Aeſchinum ludit aliquantiſper faceto cōmento, deinde Pamphilam habere permittit. quæ eſt cataſtrophe huius partus fabulæ. ∇ Tacet.} Hæc ſecum Mitio, & cur non ludo dicit. vt intelligat ſpectator quid acturus ſit. ∇ Erubuit.} Et hoc ſecum ſenex. ∇ Animo malo.} Hoc ſecum Aeſchinus. ∇ Neſcio quo.} Vim reiectionis habet. ∇ Duriter.} Immiſericorditer, illiberaliter: auxeſis per incrementum. ∇ Quid illi.} Ratio ab euētu, qui imaginatione proponitur. ∇ Qua ratione.} Obiectiones ab iniuſto, quibus latenter filiū obiurgat. ∇ An ſedere.} Solutio ab ætate virginis. ∇ Aeſchine.} Victus pietate ſenex non patitur eloqui filium, ne confeſſione torqueatur. ∇ In qua ciuita.} Attende blandam obiurgationem. ∇ At humanum.} Vnum excuſat, vt quod ſequitur maius videatur. ∇ Hæc dum.} Amplificatio à tempore, & conſequentibus. ∇ Bono animo.} Addit conſolationem flenti, vt appareat: nam ita decuit mitem patrē, & verecundum adoleſcentem. ∇ Iámne vxorem.} Admirantis ſimul & gaudentis. ∇ Quid.} Faceta obiectio. ∇ Abiit. periit.} Hæc ita dicit, vt appareat ioco mentitum fuiſſe. ∇ Hic non.} Tangitur ſcopus fabulæ.

PETRVS MARSVS.

Ita vti.} Parentum officiū in caſtigandis & ad rectam viam reducendis errātibus liberis hæc ſcena denotat. Nam eos quos vident indomita quadam audacia & ingenio confidenti ad vitia & errores ferri, hos ſi duriore diſciplina at-

*cere à flagitiis non poſſunt, quod ſupereſt, operam dabunt, vt mitioribus verbis, & placabili quodam animo id tandẽ efficiant, quod non alia ratione commodius licet. Quòd ſi ſanè flexa ſunt ingenia & ſummiſſa, faciliter parentum monitis obtemperabunt, nec verbis ſunt exaſperandi.¶ An ſedere.§ Maturanda eſſe virginum connubia, & alicui marito locandas puellas, quæ iam grandes ſunt, docet hic locus: præſertim in pubertate, cùm Veneris ſtimulos accipere incipiunt. Quare Ariſtoteles libro de hiſtoria animalium loquens de pubertate ſic inquit: Eſt etiam cur per id tempus puellæ præcipuè cuſtodiri debeant, maximè enim ad vſum rei venereæ incitantur, cùm hæc incipiunt & quæ ſequũtur in hanc ſententiam. Plato libro ſexto de legibus certum tempus locandarum virginum præſcripſit:* Nuptiarum, *ait, tempus puellæ ſit à decimoſexto in viceſimum, idque ſit longiſsimum tempus ad hoc inſtitutum.*

RIVII CASTIGATIO.

*Ita vt dixi Soſtrata facito.§ Hic quoque locus ex iis vnus eſt, quos ſciolorũ corrupit audacia & inſcitia.* Nos, *facite numero plurali, ex Donato & obſeruatione vetuſtæ lectionis. Iubet autẽ vt vel ſecuræ ſint, vel adornent nuptias, inquit Donat. ¶ Virginem vt ſecum aduehat?§ Sic & Haſſenſtenianum habet exemplar. Verùm in altero manu ſcripto & quibuſdam impreſsis auehat legitur: quod eſt, ni fallor, rectius.¶ Qui cum illa conſueuit prius.§* Nos, *qui illi conſueuit &c. ex Dona. ſuffragantibus vetuſtis exemplaribus, & ratione carminis. quamuis prior lectio ſit in codice Haſſenſteniano. Don. verba ſunt: Qui illi conſueuit. Legitur & illam: & dicebant veteres hanc rem conſueui. Sic Donat.*

*Cõſueuiſſe cũ aliqua, vel aliquo.*

*Eſt tamen vbi ablatiuo iungatur præpoſitione interueniẽte, ſed ferè in obſcœnum ſenſum, velut in Hecyra, Quicum tot conſueſſet annos. In Phormione. Cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum. Et apud Plaut. in Ciſt. En vnquã cum quiquam viro conſueuiſti? Inde ſtupri cõſuetudo apud Saluſt. in Catone.*

*Conſuetudo ſtupri.*

*¶ Author his rebus qui eſt?§ Don. ni fallor, legit: Author his rebus quis eſt? quomodo & manu ſcripta exemplaria habent. quanquam fateor illud qui, eſſe mollius & ſuauius: Et ſolet nonnunquam Terent particulã qui corripere, ſequẽte vocali, nulla vtens* συναλοιφῆ. *vt in And. Scena ſecunda. Act. primi.*

*Qui.*

*¶ Dum cognatus huc illinc veniret.§ Blanditur hæc lectio prima fronte, quo minus deprehendi mendum queat, præſertim obſequundante etiam ſenſu. At nos veram lectionem eſſe arbitramur: hinc illinc veniret: ex Donato qui hoc adnotauit dictum prouerbialiter. Cum Donato facit ſcriptus codex, vbi eodem modo legitur. Conſentiunt & plerique de impreſsis. ¶ Ridiculum, aduorſumne illum cauſam dicerem.§ Donat. legit ridicule, aitque vocatiuum eſſe caſum, ab eo quod eſt ridiculus. Præterea Terent. nouè cauſam dicere poſuit: cũ alioqui dicere cauſam propriè ſit, quando reus accuſationibus reſpondere cogitur. Exempla paſsim obuia.*

*Cauſam dicere.*

*¶ Virginem vitiaſti, quam te ius non erat tangere.§* Nos *fuerat, legendum putamus, non erat: quod perperam habent exemplaria Moguntinum & Vuittembergenſe, atque alia pleraque. Faciunt nobiſcum manu ſcripti codices, præterea carminis ratio.* Nan *ſi, erat, legeris, erit in trochaico iambus: quem pedem hoc metri genus reſpuit.*

GLAREANVS.

*Ita Vti, non Ita vt, legendum eſt, vt perficiatur trochaicus tetra. acatalecti. cuius generis ſunt & ſequẽtes duo verſus. Tertium eiuſdẽ generis indicauit Eraſmus: ſed eſt iambicus ſenarius, initio habens bacchium. Tacet autem pertinet ad verſum ſequentem. Deinde Melius diſſyllabum amittit s, in fine. Senariĳ igitur ſunt hi omnes verſus in quadrageſimumquartum vſque, quorum primus eſt, quem hîc tertium nominauimus. Ab hoc igitur nunc numerabimus reliquos. Itaque in quinto horum Itáne, prima ſyllaba pertinet ad verſum præcedentem, & d, in Quid eliditur. Septimus, vel ſenarius eſt, ſi d, in Quid elidas, & Rei monoſyllabum feceris, vel tetrameter, ſi Tibi iambum conſtituamus initio, nec d, elidãtur, nec Rei monoſyllabum, ſed diſſyllabum fuerit. In duodecimo vel Diu monoſyllabũ totum eliditur, vel bacchius eſt loco ſecundo. In decimonono verbum Quid in quibuſdam codicibus ter legitur, ſic d, bis eliditur. In aliis ante verbum Aiunt non habetur, ſed ante pronomina Ipſæ ac Iſtas. Tum verò nunquam eliditur. In viceſimoquarto, anapæſtus eſt loco ſecundo. In viceſimooctauo d, in Quid, eliditur, niſi tertio loco ſit creticus. In viceſimonono Qui illi, pro Qui cum illa legendum ex antiquo codice, & ob carminis item legem. annotauit & hoc Riuius. In trigeſimo,* Nunc *ante amat, ac poſt Miſerè ponendum. In trigeſimoſexto bacchius eſt loco primo, niſi i, breue dicamus, quia aduerbium loci factum, aut iambum loco primo, ſecundo autem creticum. Et Huc malim quàm Hinc, etiam ſi in Donati commentario contrarium eſt: quãquam poteſt eſſe corruptum. In quadrageſimo vel d, eliditur in Quid, vel eſt bacchius loco quinto. ¶ Quid lachrymas? Ae. pater obſecro auſculta.§ Sequuntur nunc trochaici tetrametri catalectici. Quorum hic primus terſus, at non ita ſecundus, prorſus tortuoſus. Primo in loco trochæus eſt, ſecundo ſpondeus, tertio anapæſtus vel tribrachys propter o, anceps, ſed & Te corripitur, non eliditur. Quarto rurſus trochæus. Quinto loco, vel creticus, vel s, in Agis eliſo, dactylus. ſexto ſpondeus, ſeptimo trochæus cum ſyllaba. In quinto verſu, vel Tui monoſyllabum eſt, vel amphibrachys eſt loco ſecundo. In octauo Fuerat, non Erat legendum ex antiquo codice, quod & Riuius notauit. Cæterùm ſequentem verſum intactum relinquũt omnes, cum in eo vel m, bis non elidendum, vel carmen defectum exiſtimandum vno pede. Quod ſi poſt Primum ponamus Certo, carmen conſtabit. In decimo d, eliditur in Id. Sunt alia effugia, ſed non placent. In decimoquarto tollendum puto Quidem, & d, in Quid elidendum. Cæterùm codex vetus habet Prodidiſti te atque illã. quod melius eſt, quàm quod vulgati habent codices Prodidiſti & te & illam in qua lectione iambus trochæúſque ſeſe impediunt. Totum igitur carmen ita legendum exiſtimo,*

*Prodidiſti te atque, illam miſeram, & gnatum, quod*
*in te fuit.*

*Hoc ex Donati commentario, illud quidem legendum hîc eſſe coniici poteſt: cum ipſe, Quod in te fuit, exponat, Id quod in te erat. Non addito Quidem. Id quod quidem in te erat. quare videri poteſt à ſciolis adiectum, maximè cùm carmen non recipiat. In decimoſexto, vel illam l, abiicit, aut bacchius eſt loco primo. Nam in hoc verſu triſyllabi pedes ab initio ſunt quatuor. Decimuſoctauus verſus quibuſdam in codicibus male diuiſim legebatur. finitur enim in Poteſt, & in eius loco quinto dactylus eſt, in ſexto anapæſtus. In viceſimo proceleuſmaticus loco primo eſt. Item eſſe verbum ante cupio legendum. Denique*

Eo mono-

*Eo monoſyllabū eſt. In viceſimoprimo Deos monoſyllabū. & i breue in Abi, niſi primo loco ſit amphibrachys, ſecundo creticus. In vigeſimotertio s eliditur in Magis. In viceſimoquarto poſterius Quid amittit d. In viceſimooctauo s eliditur in Opus, & Fac poſt Dixi legendum. Quanquam creticus in ſecundo ac quinto locis vtrunque excuſat. Eſt autē trochaicus, vt omnes præcedētes, non iambicus, vt viſum eſt Eraſmo, qui hæc obiter duntaxat inſpexit. ¶ Quid hoc nego tij? hoc eſt patrem eſſe, aut hoc eſt filiū eſſe? } Qui nunc ſequuntur iambici, ſunt tetrametri catalectici. In primo d eliditur in Quid, in ſecundo s in Magis. In quarto Sua monoſyllabū eſt: & Adeo ſub finem Verſus ponendū ante Curam, Vltimus erit acatalecticus, niſi in fine Sim monoſyllabum ſit, quod placet, vt ſit catalecticus vt cæteri. ſed ſit liberum lectori, propter ſcenæ finem. Eraſmus trochaicum iudicauit non rectè, vt opinor.*

# ACTVS IIII. SCENA VI.



ARG. ADR. BARL.

DEmea ambulãdo fatigatus de Syro queritur, quòd non apertè ſatis commōſtrauerit locum vbi frater eſſet Mitio.

ARG. PAVL. MALLEO.

DEmea quem inſtituerat Syrus vt fratrem quæreret, per vrbem totus fatigatus hîc conqueritur de Syro, quòd non ſignificatè & planè, in quo loco eſſet frater, deſcripſerit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Quomodo Syrus Demeam deluſerit, hîc palàm fit.

*Senarij.* DEMEA.

*Defeſſus ſum ambulando, vt Syre te cum tua*
*Mōſtratione magnus perdat Iuppiter.*
*Perreptaui vſq; omne oppidum, ad portā, ad lacū,*
*Quò non? neque illic fabrica vlla erat, neque fratrem homo*
*Vidiſſe ſe aiebat quiſquam. nunc verò domi*
*Certum obſidere eſt vſque, donec redierit.*

DONAT. DEFESSVS *ſum ambulando. } Hîc exemplū inducitur ſæui patris ex affectu vero, & ob hoc inuiſi omnibus. non autem tantum amare vultu, quàm ipſa re inducitur. nam neque ſibi, neque cuiquam alij, ſed filio tantùm conſultum cupit. De autem, valde ſignificat.* (*De, pro valde.*) *¶ Vt Syre te cum tua monſtratione. } Vt, pro vtinā. & hæc omnia anhelans dixit.* (*Vt, pro vtinam.*) *¶ Te cum tua. } Adhuc nō credit in errorem ſe miſſum fuiſſe. ¶ Te cum tua mōſtratione. }* εἰδωτικῶς, *Te cum tua monſtratione. ¶ Perreptaui vſq; omne oppidum. } Tardus inceſſus, nō perambulatio, ſed perreptatio dicitur.* (*Perreptatio.*) *¶ Ad portam, ad lacum. Quò non? } Mirè propinquiora omiſit, vtpote porticum, macellum, Cratini ædes, templum Dianæ: & vltima poſuit, vt quantum peragrauerit, demonſtraret. ¶ Ad lacum. } Facetè poëta memorē inducit ſenē, quorū minimè opus fuit meminiſſe. ¶ Quò non? } Duobus dictis, Quò nō addidit: quaſi & ad dicendū laſſus appareat.* (*Quò non?*) *¶ Certū obſidere eſt vſq;, donec redierit. } Propriè obſidere dixit.* (*Obſidere.*) *conuenit enim & irato, & repentè aggreſſuro. & ab eo quod eſt obſideo, obſidere facit, producta media ſyllaba, ab eo quod eſt obſido, obſidere facit, eadem ſyllaba correpta.*

ADRIA. BARL. *Defeſſus ſum. } Priſcianus. Deficiſcor, inquit, defeſſum facit ſupinum, & præteritum defeſſus, vt Terentius in Adelphis, Defeſſus ſum ambulãdo. Idē in Phormione: Neq; defeciſcar vſq; adeò experirier.* (*Deficiſcor.* *Defeſſus.*) *Nam ab eo quod eſt deficior, fit defectus participium. ¶ Vt te Syre. } Vt pro vtinam eleganter accipitur. Adrianus Cardinalis, Vt pro vtinam execrando vel optando.* (*Vt, pro Vtinam.*) *Plautus in Moſtellaria. Vt dij deæq; omnes me peſſimis exemplis interficiant, niſi ego illam interfecero ſiti, faméq; ac gelu. Terētius in Adelphis, Vt Syre te cum tua mōſtratione &c. ¶ Perreptaui vſque. } Vallenſis Laurentius lib. 6. cap. 5: Cum repere ſit animalium, inquit, pedibus carentium, & ventre euntium, licet quædam reptilia pedes habeant vt lacerta, tamē reptare hominem dicimus, qui ſegniter, lentè, & quaſi teſtudineo paſſu incedit, quales ſunt qui in hortis, aut vinetis, ſimilibúſque locis ſpatiantur.* (*Repere. Reptare.*) *Horatius, An tacit⁹ ſyluas inter reptare ſalubres? Plinius in epiſtola vltima libri primi, Scholaſticis porrò dominis, vt hic eſt, ſufficit abūdè tantum ſoli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitē, vnā ſemitam terere, omnéſq; viticulas ſuas noſſe, & numerare arbuſculas poſſit. Idem, Frequētior currentibus, quàm reptantibus lapſus eſt. Terētius in Adelphis, Perreptaui vſque omne oppidum, ad portā, ad lacum, quò non? Plautus in Amphitryone, Omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia. Apud Emporiū, apud omneis ædeis ſacras ſum defeſſus quæritando. ¶ Ad portā, ad lacū. } Mirè omiſſis propinquioribus, porticu, macello, Cratini ædib⁹, tēplo Dianæ, vltima ponit, vt quātum fruſtra locorum adierit, oſtēdat. ¶ Quò nō? } Hoc & præcedentia loquitur anhelans, & defeſſum ambulando, ad dicendum quoque laſſum eſſe ſignificat, quod dicit, Quò non? ¶ Certum obſidere. } Verbum irato conueniens, & repentè adortuto.*

LATOMVS *Argumētum. Redit Demea, vt mox conueniat Mitionem. Eſt autē iratus Syro quòd ſe falſa indicatione ludificauerit. ¶ Perreptaui. } Aptè & propriè ad tarditatem ſenis.*

PETRVS MARS. *Defeſſus ſum. } Quantos labores pro ſalute liberorum patres ſuſcipiant, docetur hoc loco. ¶ Perreptaui. ¶ Emphaſis eſt, ſenes enim ob tarditatem & annorum grauitatem*

*ægrè admodum corpore mouentur: præſertim in ea monſtratione, quam fecit Syrus.*

GLAREANVS.

*Senarij ſunt ſex iambici. In quarto verſu codex antiquus non habet Illic, & carmen planè reſpuit, niſi in quarto loco ſit creticus, quod equidem puto, vt maneat aduerbium Illic, quod ſenſus deſiderare videtur. Neque verò Lector audaciam vocabit, nos alibi quædam amouere auſos, quaſi ſubdititia, Cùm multi eximij uiri ante nos id iure ſint queſti in hoc potiſſimum authore. In quo hercle quidam quicquid in mentem venit, addere non ſunt veriti, videlicet vt primum aut Eclipſis aut Apoſiopeſis obſcurior, quàm ipſorum ferebat ſenſus, ſeſe offerebat, ibi continuò, arrepta virgula cenſoria inſulſerunt, ſuppleuerunt, addiderũt liberrimè. Quis verò hæc atq; huiuſmodi aliquot nunc tam infelicibus ſeculis deprehendere voluit, aut verius potuit? Cùm ne nunc quidem vix ſufferent etiam eximiè docti. ſed iacta eſt alea, & perfricuimus, quãquam admodum modeſtè, iampridem frontem. ita in quinto quoq; verſu vel omittendum eſt Se, vel Bacchius eſt loco ſecundo.*

DONAT. *IBO, illis dicam.} In hac ſcena eſt exemplum intẽpeſtiuæ obiurgationis, ac per hoc ridiculæ. ¶ Ibo illis dicam.} Moris eſt ſecum loqui vel ſenes, vel maximè aliquid ex animo agentes. ¶ Illis dicam.} Soſtratæ & filiæ. ¶ Fero alia flagitia ad te ingentia boni.} Magno ſonitu, ac ingenti oſtentatione futuræ accuſationis exorſus eſt. magna ſunt enim omnia & fero, &, alia flagitia, & ingentia, & quod εἰρωνικῶς, boni illius adoleſcentis, dicit. ¶ Boni illius adoleſcẽtis.} εἰρωνεία, quæ ſemper amarius ponitur, quàm criminatio manifeſta.* [*Ironia ſemper amara.*] *¶ Ecce autem.} Ecce dicitur cùm repẽtè triſte aliquid rebus interuenit lætis, aut certè cùm aliud agitur, aliud emergit nouum. vt Virg. Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta, Horreſco referens, immenſis orbibus angues. Et, Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus. Et Cicero, Ecce autẽ repentè ebrio Cliomene, eſurientibus cæteris &c.* [*Ecce.*] *¶ Noua.} Recentia. an mira & magna? vt, Pollio & ipſe facit noua carmina.* [*Nouum.*] *¶ Neſcis qui vir ſit.} εἰρωνεία. nã vir, ad laudem ſumi ſolet, vt alibi, Virũ te iudico.* [*Vir.*] *¶ Scio.} Satis ridiculè: nec quod ille cupit, abnegat Mitio: vt conſentiendo, iracundiam Demeæ acriorem fieri * poſſibilẽ ſibi, mitigare queat. nam Scio ad negotij totius geſtionem retulit, non ad illud quod ait, Neſcis qui vir ſit. ¶ Ehò, ſcis, & patere?} Iam & illi iraſcitur, nõ Aeſchino. ¶ Nõ. malim quidem.} Alij volunt Mitionem dicere, Malim quidem: alij Demeam. ¶ Puer natus eſt. dij bene vortant.} Hic bono exemplo inducitur Mitio iraſcentem iuſtè Demeam leniter ferre: quia exanimato ob mœrorem non conuenit inclementer ire obuiam, cùm poſſit in tempore obiurgari, poſtquam deſtomachatus fuerit. Et vide quàm facetè: cùm ille, Puer natus eſt, ad argumentum mali attulerit: hic ita reſpondit, quemadmodum ſolent illi, quibus puellam naſci metuentibus, nuntiatur puerum natum eſſe. nam in omnibus quæ cupitè venerint, Dij bene vertant, dici ſolet: quia ſæpe homines ea optauerunt, quæ aliis aliter atque expectauerunt, contigiſſent.* [*Dij bene vortant.*] *quam poteſtatẽ rerũ vertentiũ ſemet in vtrãque partem, Vertumno deo ſupereſſe veteres exiſtimauerunt.* [*Vertum.*] *¶ Virgo nihil habet.} Vult rẽ ſine remedio videri: quia ſcit poſſe nuptiis finiri ſolicitudinẽ. Et vide amaritudinem Demeæ contra omnes, vt nec virgini ipſi parcat. ¶ Audiui.} ἀφελῶς, & cum ἐξουθενισμῷ reſpondendum, quaſi leue ſit quod admiſſum eſt. ¶ Et ducẽda indotata eſt?} Ducenda ſcilicet, niſi damnãdus ſit Aeſchinus. & hoc verbum, neceſſitatis vim habet: vt Pacẽ Troiano ab rege petendũ.* [*Ducenda.*] *¶ Quid nunc futurum eſt?} More iraſcentium, cùm ipſe futurũ eſſe ſciuerit quid futurum ſit, Mitionem interrogat. & huiuſmodi interrogatio, ſecundum figuram ſuam non habet reſponſionem: ſed Mitio ſic reſpõdit, quaſi ſimpliciter inquirenti.* [*Quid nunc futurũ eſt.*] *¶ Illinc huc transferetur virgo.} Virginẽ quæ etiã cũ viro fuit, vocat. Virg. Ab virgo infelix.* [*Virgo de corrupta.*] *¶ O Iuppiter, iſtoccine pacto oportet?} O Iuppiter, tragicè adiecit à Mitione verſus. Iſtoccine pacto, ad ipſum Mitionem*

## ACTVS IIII. SCENA VII.



ARG. ADR. BARL.

Demea de vitio virgini oblato, & nuptiis reſciſcit, is fingitur iam tumultuari, ſed poſtea placatur.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena exemplum eſt intempeſtiuæ obiurgationis Demeæ aduerſum Mitionem, proindéque admodum ridiculæ. Namque noua, & inaudita Mitioni referre ſtudet, omnia prius melius ipſo Demea nouit, quem profectò rotundis ſalibus feſtiuè, vrbaniter, & facetè irridet. Cæterùm in calce ſtomachoſa Demeæ in Mitionis mores exclamatio continetur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Demea Æſchinũ ducturũ puellã reſciſcit: & primũ iraſcitur, vti ſolet, deinde rurſum placatur.

*Senarij.*

MITIO, DEMEA.

IBO, *illis dicam nullam eſſe in nobis moram.*
*D. Sed eccũ ipſum. te iam dudum quæro Mitio.*
*M. Quídnam? D. fero alia flagitia ad te ingentia*
*Boni illius adoleſcẽtis. M. ecce autẽ. D. noua.*
*Capitalia. M. ohè, iam. D. neſcis qui vir ſit. M. ſcio.*

*Mitionẽ reſpiciens dixit.* ¶ *Si non re ipſa tibi iſtuc dolet.* } *Nunc rem pro veritate poſuit.* ¶ *Simulare certè eſt hominis.* } *Non hoc dixit, quia hominis eſt mentiri: ſed quia ſæpe iracũdiæ ſimulatio, cuſtodia diſciplinæ eſt.* ¶ *Iam virginem deſpondi. res compoſita eſt. fiunt nuptiæ.* } *Ne diceret, deſpondi, compoſui, facio. Et deſpondet puellam, qui petit: Spondet, à quo petitur. Rectè ergo ſocer futurus, deſpõdi dixit.* ¶ *Hæc magis ſunt hominis.* } *Bene repetit hominis: ille enim dixerat, Simulare certè eſt hominis.* ¶ *Cæterum, placet tibi factũ Mitio?* } *Nihil aliud volebat Demea, niſi vt ſæuiret Mitio. quod impetrare non potuit, etiam ab eadem ſentẽtia de prauitate & peccato Aeſchini.* ¶ *Si illud, quod eſt maximè opus, iactu nõ cadit.* } *Vtrum, quod opus eſt, iactu non cadit: incerta diſtinctio.* ¶ *Quaſi cùm ludas teſſeris.* } *Rectum erat ſi diceret, Ita vita eſt hominum quemadmodũ teſſeris ludere, aut quemadmodũ ludus eſt teſſerarum. Nota ergo genus locutionis.* ¶ *Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas.* } *Ars adhibenda pro fortuna. non enim ſi malè iactus ceciderit, deſerẽdus eſt ludus.* ¶ *Et forte nũc pro fortuna intelligendum.* ¶ *Corrector.* } *Quia dixit, Arte vt corrigas. ſed moris eſt iratis ab vltimo verbo contradicentis incipere.* ¶ *Neque eſt. neque illam ſanè ſtudeo vendere.* } *In ſcopulo verſatur Mitio, in quo eligit ineptus potius videri, quàm prodat Cteſiphonem patri.* ¶ *Cur non?* } *Poſſet dicere, non eſt Aeſchini amica: ſed celãda eſt culpa Cteſiphonis.* ¶ *Ita me dij ament, vt video ego tuam ineptiam.* } *Ordo eſt, Ita me dij ament, te facturum credo, vt habeas quicũ cantites. Ipſe ſe fallit, nõ inquirẽdo vlteriorem cauſam retentæ in domo meretricis.*

*Res, pro veritate.*

*Deſpõdere. Spondere.*

*Quaſi cùm ludas teſſeris.*

*Forte.*

*Corrector.*

D. *Ah, ſtulte tu de Pſaltria me ſomnias agere,*
*Hoc peccatum eſt in virginem ciuem.* M. *Iſcio.*
D. *Eho, ſcis, & patere?* M. *quidni patiar?* D. *dic mihi,*
*Non clamas? non inſanis?* M. *non.* D. *malim quidem.*
*Puer natus eſt.* M. *dij bene vortant.* D. *virgo nihil habet.*
M. *Audiui.* D. *& ducenda indotata eſt?* M. *ſcilicet.*
D. *Quid nunc futurum eſt?* M. *id enim, quod res ipſa fert:*
*Illinc huc transferetur virgo.* D. *ò Iupiter,*
*Iſtoccine pacto oportet!* M. *quid faciam amplius?*
D. *Quid facias, rogitas? ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet,*
*Simulare certè eſt hominis.* M. *quin iam virginem*
*Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiæ:*
*Dempſi metum omnem: hæc magis ſunt hominis.* D. *cæterum*
*Placet tibi factum Mitio?* M. *non, ſi queam*
*Mutare:* NVNC, CVM *non queo, æquo animo fero.*
ITA VITA EST HOMINVM, *quaſi cùm ludas teſſeris:*
*Si illud, quod eſt maxumè opus, iactu non cadit:*
*Illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas.*
D. *Corrector: nempe tua arte viginti minæ*
*Pro Pſaltria periere: quæ, quantum poteſt,*
*Aliquò obiicienda eſt, ſi non pretio, * vel gratis.*
M. *Neque eſt, neque illam ſanè ſtudeo vendere.*
D. *Quid igitur facies?* M. *domi erit.* D. *prò diuum fidem,*
*Meretrix, materfamiliàs erit vnà in domo!*
M. *Cur non?* D. *ſanúmne te credis eſſe?*
M. *equidem arbitror:*

*Mirè autem cantites: quaſi turpius ſit cantare ſenem cũ pſaltria, quàm coire.* ¶ *Et noua nupta eadẽ hæc diſcet?* } *Alius ſubaudiet dicere. ſed ô magna in verbis elegantia! vide enim quam vim ſignificet Diſcet. & ideo non vxor, ſed noua nupta, quam ad omnia docilem eſſe, ipſum indicat nomen.* ¶ *Hilarum.* } *Vetuſtè. non, hilarem.* ¶ *Tu inter eas reſtim ductans, ſaltabis.* } *Luſus eſt natus ab eo fune quo introductus equus Durius in Troiam eſt. Connexis manibus fune, chorũ ducunt ſaltantes. Hoc à quibuſdam dicitur. Sed ego puto manu cõſertos choros puellorum puellarúmque cantantes, reſtim ducere exiſtimari: & id maximè cõuenire ad exagitandam importunitatem ſenis, veluti pueros imitantis. Simul etiam quia iſte connexus manuũ laſciuus ac petulans adimit diſcretionem conditionis, dignitatis, ætatis inter meretricem, nouam nuptam, & ſenem. Et hoc, quemadmodũ dictũ eſt? & quanto ſtomacho iã ab Aeſchino receſſum eſt, & trãſitũ ad Mitionis luxuriã deſcribendã.* ¶ *Iam verò omitte Demea.* } *Mirè vrbanitatẽ expreſſit vltro obiurgãtis qui obiurgatus eſt.* ¶ *Tuam iſtanc iracundiã.* } *Nam ira, de cauſa eſt: Iracũdia, de vitio multũ iraſcentis.* ¶ *Atque vti decet, hilarem ac lubentem.* } *Bene addidit lubentẽ. multi enim hilares ſe ſimulantes, nõ lubẽtes ſunt.* ¶ *Fac te.* } *Non dixit Eſto: ſed, elabora vt eſſe poſſis.* ¶ *Hancine vitam? hoſcine mores? hanc dementiã?* } ἐλλειπτικῶς *omnia vtpote ſtomachosè ſecum loquens. deeſt enim eſſe aut quid tale.* ¶ *Dom⁹ ſumptuoſa.* } *Domus, id eſt homines.* ¶ *Ipſa ſi cupiat Salus, ſeruare prorſus non poteſt hanc familiã.* } σωματοποιΐα. *Plautus, Lubentiorem te faciam, quàm ipſa Lubentia*

*Cantitare.*

*Noua nupta.*

*Hilarus.*

*Reſtim ductare.*

*Durius equus.*

*Ira.*

*Iracundia.*

*Lubens.*

*Fac te.*

** at*

*Dom⁹ ſumptuoſa.*

*eſt. Etenim ὑπερβολὴ eſt, Ipſa Salus ſi cupiat ſeruare, prorſus non poteſt hanc familiã. Hinc licet æſtimare quantũ & caloris & grauitatis apud Terentium ſit ad imitationem Cæcilianam. Vide quantum creuerit à ſuperioribus, vt ſic finiat.*

ADRIA. BARL.

*Ducenda indotata eſt.} Vide durũ Demeæ: & mite Mitionis ingeniũ reſpondentis, ſcilicet. Itẽ, Id enim quod res ipſa fert. ¶ Simulare certè eſt hominis.} Vt Donatus habet, non hoc dixit, quia hominis ſit mentiri, ſed quia perſæpe iracundiæ ſimulatio cuſtodia diſciplinæ eſt. Imò ſi verè iraſcaris, hæc ira peccatum non eſt. Exurgit ad vindictam qui præeſt, non quòd læſus ſit ipſe, verùm vt diſciplinã ſeruet, mores corrigat, licentiam comprimat.*

D. Ita me. dij amẽt, vt video ego tuã ineptiã,
Facturum credo, vt habeas quicum cantites.
M. Cur non? D. & noua nupta eadem hæc
  diſcet? M. ſcilicet.
D. Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. M.
  probè:
Et tu nobiſcum vnà ſi opus ſit. D. hei mihi,
Non te hæc pudent? M. iam verò omitte
  Demea
Tuam iſtanc iracũdiam, atque ita vti decet,
Hilarum, ac lubentem fac te in nati nuptiis.
Ego hos conueniam: pòſt huc redeo. D. ô
  Iuppiter,
Hanccine vitam! hoſcine mores! hanc de-
  mentiam!
Vxor ſine dote veniet, intus Pſaltria eſt,
Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus,
Senex delirans: ipſa, ſi cupiat, Salus
Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.

*cordaciſmon ages. Vide Athenæum in quarto libro, & nos aliàs pluribus, parum enim ad rẽ attinent quæ iſtic à Dona. ſi modò gneſia ſunt, ſcribuntur. ¶ Non te hęc pudent?} Priſc. Sunt quæ adiũguntur genitiuo & accuſatiuo, vt pudet me illius rei, tadet, piget, miſeret, pœnitet. Infinitiuis tamẽ hæc eadem coniuncta, accuſatiuum ſolum aſſumunt, vt pudet me diſcere. Terent. in Adelph. nouo more dixit, non te hæc pudent? ¶ Hilarem ac lubentem.} Donat. vetuſtè hilarũ legit. ¶ Adoleſcẽs luxu perditus.} In ſcorta furens, temulentia veſanus, pulſator violentus, qui nullis legibus coërceri, nec pudore, nec reuerentia, nec metu cohiberi poteſt, audens quicquid animo collibitum fuerit. ¶ Ipſa ſi cupiat Salus.} De familia deplorata ſumptum videtur*

Pudẽt hæc me.

*Ita vita eſt hominũ quaſi cùm ludas teſſeris.} Gnome venuſta eſt. In opere prouerbiorum. Eraſmus. Omnem iácere aleã eſt, inquit, rem vniuerſam periclitari, fortunæq́; arbitrio committere. Siquidem alea fortunæ ludus eſt, magis quàm artis. Vnde prouerbiali figura, ſi quando ancipitẽ rei euentum ſignificamus, quaſi non arbitrio iacientis, ſed à fortuna pendentis, aleã iaci dicimus. Ita Terẽtius in Adel. Vitam hominũ perinde dixit eſſe, quaſi cum ludas teſſeris, vt quod iactu non cecidit, id arte vt corrigas. Plato vitam humanam, teſte Plutarcho, ſimilem eſſe dixit alearũ ludo, in quo & iácere oporteat accommoda, & eis quæ ceciderũt rectè vti. Quid cadat, id fortunæ in manu eſt: diſtribuere verò rectè quæ fortè ceciderunt, id in nobis eſt ſitum. Quam collationem imitatus fuiſſe videtur Terẽtius in Adelphis. ¶ Quaſi cum ludas teſſeris.} Teſſeram Græci cubum nominant. Tribus ludebant veteres teſſerulis, quemadmodum etiã noſtris temporibus in foro aleatorio fieri conſueuit. Talos autẽ quatuor iaciebant in ludo talario. Eraſmus in quodam dialogo de talis & teſſeris. En tibi talum ouillum, inquit, è dextro crure, vides quatuor duntaxat latera, cùm in cubo & alea, ſeu teſſera ſint ſex, in ambitu quatuor, in ſummo & imo duo. ¶ Corrector, nempe tua arte.} Amarulentiæ plena ironia eſt. ¶ Meretrix, & materfamiliàs.} Locus eſt ab indignitate. Seruius. II. Aeneid. Apud maiores, inquit trahebatur interdum à Græco genitiuus ſingularis, hinc etiã paterfamiliàs & materfamiliàs, quæ duo tantùm nomina remanſerunt. Hæc ille, Rariſſimum eſt & priſcum genitiuos ſingulares nominum purorum in a, per as exire, vt hæc Maia Maias, pro Maiæ. & in hoc Latini Græcos æmulamur. ¶ Tu inter eas reſtim ductans.} Quidam libro Inſtitutionum grammaticarum, obiter Terentianum hunc explicans locum, in hanc ferè ſententiam ſcribit. Eſt autem cordax comica ſaltatio, eneruis ac indecora, ad eam alluſit in Adelph. Terent. Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis, id eſt*

Aleam omnem iácere. — Alearũ ludo ſimilis eſt vita humana. — Teſſeræ. — Tali. — Cordax. — Reſtim ductare.

*à Plauti Moſtellaria ſub perſona Tranionis, ſic loquentis. Nec ſalus nobis ſaluti iam eſſe ſi cupiat poteſt. Omnes id genus hyperbolæ prouerbij faciẽ obtinent, veluti, Philoſophiæ ſtudium, ne Momus quidem ipſe reprehenderit. Item de loco vehementer munito. Hanc arcem ne Mars quidem ipſe expugnarit. De re tacitu difficili. hoc ne Harpocrates quidẽ ipſe, aut Angerona continere queat. De homine ſupra modum ſuſpicaci. Iſte ne Fidei quidem ipſi, fidem habeat. Hæc & eiuſmodi alia in Chili.*

LATOMVS

*Argumentum. Iurgium Demeæ cum Mitione ſuper peccato Aeſchini. ¶ Fero alia.} Propoſitio accuſationis. ¶ Ah.} Dolentis. ¶ Puer natus.} Iſta ad amplificationem pertinent. Et attende aſperitatem Demeę & lenitatem Mitionis, qualis vterque ſuprà deſcriptus eſt. ¶ Simulare certè.} Conuertitur ad Mitionem omiſſo Aeſchino. ¶ In vita.} Similitudo à Platone ſumpta. Vide prouerb. Eraſ. omnem aleam iácere. ¶ Corrector.} Amarulenta & ironica repetitio, vt ſolent irati. ¶ Ita me Dij.} Poſtquam apertis conuiciis non poteſt ad iracundiam concitare, ioca aggreditur. ¶ Reſtim ductans.} Apparet ſaltationis genus fuiſſe. ¶ Hanccine vitã!} Congeries quę Aſyntheto attollitur. ¶ Ipſa ſi.} Epiphonema.*

PETRVS MARSVS.

*Ibo.} Pacifici hominis ingenium, quódque ad iram minimè temere commouetur, hoc loco deſcribitur. Illi enim, qui eiuſmodi animo præditi ſunt, etiam ſi maximè irritentur, tamen quia communes hominum mores, apud quos nihil promouere poſſunt, non ignorãt, lepidis & facetis dictis turbata ſi quæ ſunt, mitigant. Plato præcepit, quòd vltra placabilitatem & clementiam debemus etiam exercere facilitatem, & animi magnitudinem, quæ non perturbatur: quoniã magnus animus non curat iniurias, & libenter ignoſcit. ¶ Cùm ludas teſſeris.} Teſſera eſt luſoriũ inſtrumentũ, in quo deſcripti ſunt numeri: quod dictum eſt ita, quia ab omnibus partibus*

*tibûs quadrilaterum videtur.* ❡ *Salus.* } *Nam Romani Salutem Deam venerabantur, cui & ædem ſtruxerunt.*

RIVII caſtigatio. *Quid facias, rogitas? ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet.* } *In quibuſdam legitur: Si non re tibi iſthuc &c. omiſſo pronomine: quod ſenarius etiam exigere videtur. Sed cum manu ſcriptum non aſtipuletur, nihil mutare auſim. Quid ſi ita legas, Quid facias? Si nõ re ipſa iſthuc tibi dolet. vt deſit vel rogas, vel quid ſimile: quo modo in Eunucho. Videam obſecro quem? pro, rogas num videam? Et in Adelph. Quid agitur?* DE. *Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis Rationem. In Hecy. Quid ego agam Philippe? quid das conſilij?* PH. *Quid agas? Et in Phorm. Quid ſit denique?* GE. *quid fiat? deeſt rogitas. Frequens eſt huiuſmodi* ἔκλειψις *apud Terent. Sed nolo quiſquam coniecturam meam ſequatur, niſi ſit codices nactus, qui noſtræ diuinationi ſuffragentur. Deprauatum eſſe locum inde cõiicio, quòd in aliis legitur rogas, non frequentatiuum rogitas, in aliis re vera non reipſa. Quam ego diſcrepantiam cùm video, mendum ſubeſſe arbitror.* ❡ *Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. MI. probè, Et tu nobiſcum vnà.* } *Manu ſcriptum exemplar habet ad hunc modum. Mi. probè. DE. probè? Mi. Et tu nobiſcum vnà, ſi opus ſiet. DE. Hei mihi &c. quæ haud ſcio, an verior lectio ſit. Certè nec verſus repugnat, nec ſenſus, quo minus ſic legas. Sed hoc in medio relinquamus.*

GLAREANVS.

*Et hi ſenarij ſunt omnes. In ſecũdo vel d eliditur in Sed, vel bacchius eſt loco primo. In quarto vel Illius diſſyllabũ eſt, vel proceleuſmaticus eſt loco ſecundo. In ſexto e, ad finẽ eliditur à verſu ſequente, niſi tribrachyn loco vltimo concedamus, vt fit aliquando, quanquam rarò. In nono hæc verba, Malim quidem puto Mitionis eſſe, & à Demeæ importunitate impedita, quo minus ea perficeret Mitio. In decimo, vel Puer monoſyllabum eſt, & s, in Natus eliditur, vel ſunt ordine duo bacchij. In decimoquinto, vel Tibi, vel iſtic ſuperfluit. Riuius putat Rogitas tollendum. Agrippinenſis codex tollit Ipſa. Vetuſtus meus codèx habebat, Reuera, vt ex ſenario fieret quadratus iambicus catalecticus ad hunc fermè modum.*

*Quid facias, rogitas, ſi non reuera tibi dolet iſtuc.*

*Lector quod volet ſequatur. In decimooctauo s, eliditur in Magis. In viceſimonono, plerique codices habent coniunctionem &, inter Meretrix & Materfamiliàs. & lias in vnam comprimebant ſyllabam, alij ſuſtulerunt &. In trigeſimo, s, eliditur in Credis, niſi creticus ſit loco quarto. In trigeſimoquinto, Riuius ex veteri codice, per interrogationem facit Demeam repetentem aduerbium Probè, ac deinde Mitionem ſubiungentem, Et tu nobiſcum vnà: verùm ſic vel s, eliditur in Opus, aut creticus erit loco quarto. In tertio à fine, vel s, eliditur in Domus, vel creticus erit loco ſecundo, vel puto, pro vna accipiemus ſyllaba.*

Tribrachys loco vltimo.

IOANNES THEODORICVS.

*Tu inter eos reſtim ductans ſaltabis.* } *Apparet genus ſaltationis ſeu choreæ, in qua præſultor & totius choreæ moderator funem duceret, quem alij eodem fune apprehenſo præeuntem ſequerentur. Liuius Decad.* III. *lib.* VII. *de ſacrificio Iunoni Reginæ facto loquens: Tum ſeptem & viginti Virgines longam indutæ veſtem, carmen in Iunonem Reginam canentes ibant. Virginum ordinẽ ſequebãtur Decemuiri coronati laurea, prætextatiq;. A porta Iugario vico in forum venere. In foro pompa cõſtitit: & per manus reſte data, virgines ſonum vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. Horatius epiſtola decima lib.* I.

*Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique,*
*Tortum digna ſequi potius, quàm ducere, funem.*

*hoc eſt, Pecunia debet alterius ductum & imperium ſequi, non ipſa ducere.*

Reſtim ductare.

DONAT. AEDEPOL *Syriſce.* } *Hîc exemplum inducitur licentiæ ſeruarum ſub miti domino.* ❡ *Aedepol Syriſce te curaſti molliter.* } *Quia detexit Cteſiphonem, iam oportet vt ebrius inducatur Syrus: per cuius fallacias tegatur adeò. Et Syriſcum ſe dicit, non Syrum,* τῷ ὑποκορίσματι. ❡ *Molliter.* } *Delicatè.* ❡ *Lautéque munus adminiſtraſti tuũ.* } *Vt quicquid eſſet belliſſimum, carperes: cyathóſque ſorbillares. Aut munus ſeruile, eſſe & bibere.* ❡ *Abi.* } *Verbum vel ſibi vel alteri cum laudatione blandientis. nam ſic dicunt, qui iam cõpotes ſunt votorum omnium, perfectíq; in rebus vniuerſis.* ❡ *Prodeambulare.* } *Nota duas præpoſitiones vni dictioni adiũctas. Vt, Pede proſubigit terram. &,* ἀμφιπεριχρήνω. *Et optimè ad delicias exprimẽdas hoc verbum conuenit. nam producere ſignum * deambulare ſignificat. nam deambulare etiam intus potuit.* ❡ *Exemplum diſciplinæ.* } *Quia vnus ex multis reliquis. an quia ſenior, & nuper etiam pædagogus, vt ipſe ait, Quem ego puerum tantillum in manibus geſtaui meis.* ❡ *Quid fit? quid tu es triſtis?* } *Mirè ſecuritatem ebrij hîc expreſſit. nunquid enim pertimeſcit interuentum ſenis, vt ſolebat, Syrus? aut quicquam præcauet? Subblanditur tantum, & ita rerum oblitus eſt, vt cũ eum ſæuum ſciat, cauſam triſtitiæ eius inquirat.* ❡ *Tu verba fundis hic, ſapientia?* } *Vtrum ſapientia verba? an tu ſapientia? quia dixit ſuprà, Tu quantus quantus es, nihil niſi ſapientia es.* ❡ *Fundis.* } *Vtrum ſine vlla ceſſatione profers? An perdis? ſecundum illud. Nam quid tu hîc agas, vbi ſi quid boni præcipias, nemo obtemperat?* ❡ *Dis quidẽ eſſes Demea.* } *Ab eo quod eſt dis ditis, dites facit: ab eo quod Diues, eſt diues diuitis, diuites.* ❡ *Quamobrẽ? quid feci?* } *Nihil nunc in Syro niſi ſimplex*

Syriſcus. Molliter. Abi. Prodeambulare. Sapientia. Fundere verba. Dis, ditis. Diues, diuitis.

# ACTVS V. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

SEruulorum licentiam in hac ſcena Terentius oſtendit. Exit egregiè potus Syrus multorum exultans, lautè ſe ac opiparè cœnatum eſſe, hunc Demea ob temulentiam impetit & obiurgat.

& purum ob ebrietatem. Et vide, quamobrem, quid feci dicere, non eſſe ſobrij Syri. ¶ In ipſa turba. } Non minus ridicula importunitas Demeæ eſt, quàm ebrietas Syri: qui aduerſum temulentum tãtæ grauitatis oratione perſonat, vt ex dicentis vultu & verbis, & ex auditis habitu & ſtupore, magnam voluptatem percipiãt ſpectatores. vides enim quãto pondere verborũ cum ebrio litiget. ¶ Poteſtatis ſcelus. } Nõ quòd plus videt ſenex quàm obiicitur oculis: ſed oratoriè Potaſtis, dixit, cum vnũ ebrium cernat: propter illud quod ait. Exemplũ diſciplinæ. quaſi in omnibus ſit, quod in vno nunc aſpicitur. Virgilius, — & crimine ab vno Diſce omnes. ¶ Sanè nollem huc exitum. } Et hoc dictum argumento eſt, Syrum oblitum omnium rerum nihil reſpõdiſſe Demeæ per fallaciã: ſed tantum modò pœnitere quòd exierit.

*Fundes

ADRIA. BARL. Aedepol Syriſce. } Priſcianus, Vſi ſunt authores etiam quibuſdam Græcis diminutiuis, Terẽtius Aedepol Syriſce. Idem: Imperatiua primas, inquit, perſonas ſingulares non habent, quia nemo ſubiipſi poteſt imperare, niſi figuratè quaſi ad aliũ loquens, in ſecunda perſona ſeipſum proferat, vt Terẽtius in Adelphis, Aedepol Syriſce te curaſti molliter, lautéq; munus adminiſtraſti tuum. Abi. ¶ Lautéque munus. } Bene hoc, nam aliàs dixit, vnumquodq; quod erit belliſſimũ carpam, & cyathos ſorbillans paulatim hũc producam diem. ¶ Prodeambulare huc libitum eſt. } Murmel. in compoſitis prodeambulare dixit Terentius, inquit, pro longè ſpatiari. ¶ Tu hîc fundis ſapientia? } Alio enim in loco dixit idem Syrus, Tu quantus quãtus es, nil niſi ſapientia es. ¶ Verba fundis. } Verba fundere eſt copioſè loqui. Cicero libro tertio de Oratore, Antipater Sidonius ſolitus eſt verſus hexametros, alióſque varijs modis, atq; numeris fundere ex tempore. Plautus, En monſtrum mulieris tantula tanta verba fundit at. ¶ Potaſti ſcelus. } Donatus multitudinis numero potaſtis legit, non quod plus videat quàm oculis obiicitur, ſed oratoriè, cum vnum cernat ebrium, propter illud quod ait, Exemplum diſciplinæ. quaſi in omnibus ſit, quod in vno nunc aſpicitur.

Prodeambulare.

Fundere verba.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIC Syrus egregiè potus inducitur, exultans ſe lautè opiparéque cœnatum eſſe, quem Demea ob temulentiam mordaciter impetit & obiurgat. Attendatur hîc etiam exemplum licentiæ ſeruorum ſub miti domino degentium.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena, vt ſic riſus ſit maior, ſeruulus bene potus, cum Demea ſene aſpero committitur.

Senarij.

SYRVS, DEMEA.

AEdepol Siriſce te curaſti molliter,
Lautéque munus adminiſtraſti tuum.
Abi. ſed poſtquam intus ſum omniũ rerũ ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. D. illud ſis vide
Exemplum diſciplinæ. SY. ecce autem hîc adeſt ſenex
Noſter: quid fit? quid tu es triſtis? D. obè ſcelus.
S. Eho iam tu verba *fundis hîc ſapientia?
D. Tun' ſi meus eſſes? S. dis quidem eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes. D. exemplum omnibus
Curarem vt eſſes. S. quamobrem? quid feci? D. rogas?
In ipſa turba, atque in peccato maximo,
Quod vix ſedatum ſatis eſt, potaſtis ſcelus,
Quaſi re bene geſta. S. ſanè nollem huc exitum.

LATOMVS Argumentum. } Redit in proſcenium Syrus temulentus, vt præbeat occaſionem ad epitaſin periculi Cteſiphonis. ¶ Syriſce. } Per diminutionem blandè ſeipſum alloquitur. ¶ Prodeambulare. } Delicatè dictũ, gemina præpoſitione: & ſignificat lõgius expatiari, quaſi porrò, id eſt longè, deambulare: ſic producere, proferre, prodere, eadem figura dicuntur.

Prodeambulare.

PETRVS MARS. Aedepol. } Quantum ſumat ſibi improbitas ſeruorũ abſentibus dominis, hæc ſcena oſtendit. Nam cùm ſit ſeruus perueſiſſima poſſeſſio, quæ ſemper ad incommodum poſſidentis adſpirat, niſi præſentia domini à maleficiis abſterreatur, peſſima quæq; in familia deſignare ſolet. Multũ enim poteſt prodeſſe domeſticis negotiis patrisfaliàs præſentia. Vnde Ariſtoleteles lib. œcono. I. ſignificare volẽs, quantopere proſit adeſſe reb' ſuis, ſic ait: Perſe interrogatus, quid equum maximè pinguem faceret? oculus domini reſpondit. ¶ Hoc ſcilicet deſignare volẽs, quòd vbi ipſe adeſt dominus, nihil ſerui aliud audent, quàm quod vident illi gratum, & ſic ſatis placere. Certè quod ad hunc locum attinet, credendum hanc magnam licentiam ſerui hinc ortam, quòd ſub mitiſſimo hero vitam ducat. Quamobrem bene præcepit Plato libro ſexto de legibus in hæc verba: Alloquutio omnis ad ſeruos, quodammodo imperium ſit, neq; iocus vllus cũ ipſis, ſeu fœminis, ſeu maſculis habeatur. Quòd multi ſtultè faciẽtes, dum delicatius eos nutriunt, difficiliorem vitam, & ſibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt.

RIVII caſtigat. Eho iam tu verba fundis. } Nos ex codice Haſſenſteniano: Ohe, iam tu verba fundes hîc, ſapientia? Fundes, inquam, legimus futuro tempore, quo modo & Donat. cuius in hunc locum verba ſunt: Fundes, inquit, vtrum ſine vlla ceſſatione proferes? an perdes? ſecundũ illud: Nam quid tu hîc agas, vbi ſi quid bene præcipias, nemo obtemperat? Hæc ille, vt quidem editio habet Veneta & Romana: quibuſcum aliæ ferè conſentiunt. Eodem modo reperi in impreſſis quibuſdam bonæ fidei exemplaribus. ¶ Potaſti ſcelus, quaſi re bene geſta. } Hic locus in manuſcripto etiam, cuius iam ſæpe

ſæpe meminimus. ſic depràuatus erat: nedum in impreſſis, præſertim recentioribus. Nos potaſtis legimus πληθυντικῶς ex Don. quod mihi ſanè maximè conuenire ſeni iracundo viſum, quaſi dicat, Da ſaufft yr euch voll. Sic & in Argentoratenſi quodam & Lugdunenſi reperi: præterea in Haſſenſtenſano. Verba Donati ſunt: Potaſtis ſcelus. Non quòd plus videt ſenex quàm obiicitur oculis: ſed oratoriè potaſtis dixit, cùm vnum ebrium cernat, propter illud quod ait: Exẽplum diſciplinę, quaſi in omnibus ſit, quod in vno nunc aſpicitur. Virgilius, Et crimine ab vno Diſce omnes. ¶ Sanè nollẽ hunc exitũ. } Emendatiores codices habent: huc exitum, quæ haud dubiè verior lectio eſt, quam ſenſus quoque ipſe expoſcit.

GLAREANVS.

Senarij ſunt, vt priores. At more huius Poëtæ vel prima de Edepol corripitur, vel creticus eſt loco primo. Abi in tertio corripitur. In quinta prima ſyllaba in Exemplum à ſuperiore eliditur carmine. Sunt alia effugia, ſed hoc magis placet. In ſexto Es ante Tu legendum, vt tertio loco ſit iambus, Quid es. & penultimo anapæſtus. In ſeptimo. Fundes in futuro legendum, non Fundis. In penultimo potaſtis pluraliter legendũ, vt omnibus in domo iraſcatur, quamuis vnum alloquatur Syrum. & Quaſi pertinet ad verſum ſequẽtem, quod fermè neglectum eſt in codicibus. & Riuius nõ annotauit de Quaſi. fortè quod in ipſius codice bene habebat.

DONAT. Heus.

HEVS Sy. } Quàm clarè dicat, oſtenditur ex eo quòd præmiſit Heus, antè quàm loqueretur. ¶ Cteſipho. } Mirè additum nomen eſt: cùm aut ſine hoc, aut per pronomen intelligi poſſit Cteſipho. ¶ Vt red. } Redeas dicendo, oſtendit & illum inter pocula, à quo egreſſus eſt ebrius. ¶ Eſt aliꝰ quidam paraſitaſter paruolus. } Nõ alius paraſitaſter, ſed alius Cteſipho, qui eſt paraſitaſter. & vide non alter, ſed alius: quaſi nõ duo, ſed multi ſint Cteſiphones. Et hoc ſic pronuntiandum eſt, vt ſimul & quærat & dicat. ¶ Noſtin'. } Quaſi ſycophanta, nũc addidit, noſtin'. nam veteratoris eſt, etiam mẽtientem cõfidere. ¶ Quid agis? quò abis? } Hoc iam ebrio conuenit, non illi quem cognouimus Syrum. nam quòd retinet ſenem, confeſſionis genus eſt. ¶ Non manum abſtines maſtigia. } Etiã iniecíſſe manum, vt teneret Demeam, ex ipſius verbis cernitur. ¶ An tibi mauis cerebrum diſpergi hîc? } Vt apparet, baculo minatur. ¶ Abiit. } Quia prohibere non potuit. demiſſo & deſperanti vultu quid factum ſit, dicit, & abiiſſe pronuntiat. ¶ Aedepol comeſſatorem haud ſanè commodum. } τῷ εὐφημισμῷ. tantum inopinatus ſuperuenit, vt omnia ſic offendat, quẽadmodum qui comeſſatum ingreditur: quia comeſſatoris eſt ſuperuenire ad ſcortum, & vociferari aliquid in iocularem ſtrepitum. quare totum falsè, totum ad Demeam contulit. ¶ Præſertim Cteſiphoni. } Bona exceptio, vt appareat omnibus incommodum & in his Aechino, ſed præcipuè Cteſiphoni. ¶ Niſi dum hæ ſileſcunt turbæ. } Non quæ iam ſunt, ſed quæ erunt. ¶ Hoc villi. } ὑποκόρισμα, eſt vini: vt vnus vllus, aſinus aſellus, vannus vallus, vinum villum.

Alius. Vllus. Aſellus. Vallus. Villum.

ADRIA. BARL.

Vt Redeas. } Quò redeas? Ad compotationem. ¶ Eſt Cteſipho intus? } Potat et Cteſipho iſtic? A quo te pulſatum, & iſtã pſaltriã dixiſti? ¶ Alius quidã paraſitaſter paruol. } Laurentius libro primo. Illa quoque diminutiua quæ fiunt in aſter, imitationem potius. quam diminutionẽ ſignificant. vt paraſitaſter, nõ paruus paraſitus. aliter enim non diceretur à comico, paraſitaſter paruulus. Sed hæc imitatio in pleriſque perfectionis diminutionem quandam habet, vnde per contẽptum dicere ſolemus, poëtaſter eſt, philoſophaſter eſt. ¶ Non manum abſtines maſtigia? } Maſtix, igis, correpta penultima flagellũ eſt, à verbo maſtigo quod flagello ſignificat. Vnde Terentiomaſtix, Virgiliomaſtix, Terentij & Virgilij inſectator. Et maſtigia primi inclinamenti, verbero dicitur, hoc eſt, verberibus dignus. Hinc & Plautinũ illud, Crucior lapidem nõ habere, vt illi maſtigiæ cerebrum excutiam. ¶ An tibi mauis cerebrum diſpergi? } Baculo minatur Demea Syro ob iniectam ſibi ab illo manũ. ¶ Comeſſatorem haud ſanè commodũ. } Comos deus eſt luxus. Inde comazin, et Latinè comeſſari. eſt poſt cœnam epulari, & genialiter cũ luxu viuere. non enim dicitur à comedendo. hinc comeſſator, &

Paraſitaſter. Maſtix. Maſtigia. Comeſſari.

## ACTVS V. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

Exitu paraſiti cuiuſpiam Cteſipho Demeæ proditur.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena, interuentu cuiuſdam paraſiti, ſeu comeſſatoris, Cteſipho adoleſcens à patre ſuo Demea deprehenſus eſſe oſtenditur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Hîc Demea Cteſiphonem Pſaltriæ amore teneri reſciſcit.

*Senarij.*

DROMO, SYRVS, DEMEA.

HEus Syre, rogat te Cteſipho vt redeas. S. abi.
D. Quid Cteſiphonẽ hic narrat? S. nihil. D. eho carnufex,
Eſt Cteſipho intus? S. nõ eſt. D. cur hic nominat?
S. Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus:
Noſtin'? D. iam ſcibo. S. quid agis? quò abis? D. mitte me.

*comeſſationes dicuntur tibi & potus qui à cœna ex luxu & crapula ſumuntur. De Vitellio Imperatore Romano legimus. eum diſpertiri ſolitum epulas quadrifariam, in ientacula, prãdia, cœnas, & comeſſationes, quibus tot vicibus epularum, ſufficiebat frequenti vomitu. [Abiit.] Vultus demiſſi, & deſperantis geſtũ habet. [Atque edormiſcam hoc villi.]*

S. Noli inquam. D. *non manum abſtines maſtigia?*
*An tibi mauis cerebrũ diſpergi hîc?* S. *abiit.*
*Aedepol comeſſatorem haud ſanè cõmodum,*
*Præſertim* Cteſiphoni: *quid ego nunc agam?*
*Niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulum*
*Aliquò abeam, atque edormiſcam hoc villi. ſic agam.*

*tur, & in ſuum, & in multorum aliorum incõmodum vergunt. Cyrus apud Xenophontem ob hanc præcipuè cauſam ebrietatẽ fugiẽdam cenſet, quòd arcana prodat. Vnde ait noſter poëta:*

*Arcanum demens detegit ebrietas.*

*Et Horat. in arte:*

*Reges dicũtur multis vrgere culullis,*
*Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant*
*An ſit amicitia dignus.*

Edormiſco. Edormio. Indormio. *Adri. Car. Ediſcendus & hic elegans dicendi modus. Edormire cum accuſatiuo indormire cum datiuo. Quos princeps bonarum literarum Cic. vno eodémque loco cõcluſit in philippicis. Edormi crapulam, inquam, & exhala, an faces admouendæ ſunt quę te excitent, tantæ cauſæ indormientem? Plautus in Rudente. Vt edormiſcam hanc crapulam, quam potaui. Teren. in Adel. In angulum aliquò abeam, atque edormiſcam hoc villi. dum hæ ſileſcunt turbę, non quæ ſunt, ſed erunt inter Demeã, & Mitionem. [Edormiſcam.] Edor-* Edormire. *mire ſignificat per ſomnum decoquere. Vbi ſomnum ſepeliui, omnemq; edormiui crapulam, dixit Plautus in Moſtellaria, id eſt, longo ſopore decoxi.*

LATOMVS. *Argumentum. Proditur per imprudentiam Cteſipho: & Syrus, ne ingrediatur ſenex, retinere conatur. [Paraſitaſter.] Diminutiuum, quod imitationem ſignificat. Conatur Syrus diſſimulare intus eſſe Cteſiphonem.*

PETRVS MARS. *Heus Syre.] Ebrij hominis incuria atque negligentia, hoc loco cernitur. Nam verè dictum eſt, quod in corde ſobrij, hoc in lingua ebrij. Nõ enim celare poſſunt, quæ ſi inuulgentur, & in ſuum, & in multorum aliorum incõmodum vergunt.*

*[Paraſitaſter paruolus.] Si paraſitaſter diminutiuum eſſet, non addidiſſet adiectiuum. Hinc dicendum eſt, eiuſcemodi formam imitationem potius ſignificare. [Villi.] Diminutiuum eſt, à vinum villum: quanuis Plautus dicat vinulum.*

GLAREANVS.

*Et hi ſenarij ſunt. In primo verſu Heus ſemel poſitum relinquit bonum carmen: geminatum, vt ferè habent codices, à ſuperiore verſu eliditur. In quinto verſu, loco quarto dactylus eſt, gis quo ab. vt o in Quo non elidatur. In ſeptimo non eſt omittẽda particula Iam ante Mauis, & Abiit iambus eſt, duobus ij per ſynæreſin compreſſis. eſt enim præteriti temporis, niſi tribrachys ſit loco vltimo, vt paulo antè admonuimus. In octauo carmine de Edepol idem dicimus quod in præcedenti ſcena. Verſu vltimo vel proceleuſmaticus eſt primo loco, quod placet, vel a de Aliquo à ſuperiore eliditur verſu.*

DONAT. *Parata à nobis ſunt, ita vt dixi, Soſtrata.] In hac ſcena collatio eſt perſonarum mitis parentis ac ſæui. [Parata à nobis ſunt.] De verbis abeuntis vult oſtendere poëta quam orationem cum Soſtrata habuerit ingreſſus Mitio. Et vides quas ἐκλείψεις interpoſuerit, primo, Parata à nobis ſunt: Quę nõ dixit: ſed, Ita vt dixi dicendo, ſignificat ſe dixiſſe omnia. Deinde, Vbi vis: fiãt nuptiæ, vel quid tale, aut omiſit: aut dicturus hoc ipſum, audit vehementius fores eſſe pulſatas: & quod agebat, abiecit. [Quiſnam à me pepulit.] A me,* A me, pro meus. *modò id eſt meas. [Tã grauiter?] Quia irati omnia cõcitè faciunt, cum pulſandæ fores eſſent exituro foras Demeæ: ſic eas pulſauit, vt & his ipſis iraſci videretur.*

Hei mibi. *[Hei mihi, quid faciã? quid agam? quid clamẽ, aut querar? ô cœlum, ô terra ô maria Neptuni.] Multum laborauit Terentius vt ἀναλογίαν ſeruaret in dolore Demeæ: quo maior debet in Cteſiphone reprehẽſio eſſe, quàm in delictis Aeſchini. Et nota quòd vbi nõ inuenit quod dignum loqueretur, ab interiectione cœpit, Hei mihi. Et adhuc cum pro rei magnitudine oratio parua eſſet, Quid faciã, inquit. In alieno indignatus eſt: in ſuo, Quid faciam, inquit. In alieno litigauit: hîc ait, Quid agam? In alieno clamauit, & queſtus eſt: hîc in ſuo relinquitur. & præter διαπόρησιν, in Aeſchini peccato Mitionem accuſauit: in Cteſiphophonis, elementa cũ dijs omnibus ac toto mundo. mira αὔξησις, & quam imitatur Virgilius in Orpheo poſt amiſſam rurſus Eurydicem, Quid faceret? inquit. omnia, enim conſumpſerat primus dolor. Quò ſe rapta bis coniuge ferret? Nam quid præter omnes terras atque inferos loci remanebat? Quo fletu manes. Per quem fletum manes quaſi omnes primis luctibus impleuerat lachrymis. Quæ numina voce moueret? Cui nec ira quidẽ inexperta remanſerat. Et vide hîc*

## ACTVS V. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

COgnito Cteſiphonis amore Demea exclamat, & Mitionem iurgio adoritur, vt illorum corruptelam, per quem placatur tandem & Æſchino & Cteſiphoni.

ARG. PAVL. MALL.

Demea vbi reſciuit rem de amore Cteſiphonis, ſumma cum indignatione in exclamationem prorupit. Hunc Mitio vtcũque poteſt placabilem reddere nititur, pollicens ſe ſumptum vtrique Cteſiphoni & Æſchino ſuppeditaturum. Deinde modeſtè auaritiã ſenilem carpit. Poſtremò Demea aſperè Pſaltriã rus abſtracturum comminatur ad æſtum ac laborem duriter perpetiendum.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena vehementer tumultuatur Demea, quòd Cteſiphonis peccatum reſciuit, verùm is mox à Cteſiphone ſedatur.

*Senarij.*

MITIO, DEMEA.

*Parata à nobis ſunt, ita vt dixi, Soſtrata*
*Vbi vis. quiſnam à me pepulit tã grauiter fores?*
*Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar?*
*O cœlum, ô terra, o maria Neptuni.* M. *hem tibi,*
*Reſciuit omnem rem: id nunc clamat ſcilicet.*
*Paratæ lites: ſuccurrẽdum eſt.* D. *eccum adeſt*
*Communis corruptela noſtrûm liberûm.*
M. *Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.*
D. *Repreſſi, redij: mitto maledicta omnia:*
*Rem ipſam putemus: dictũ inter nos hoc fuit,*
*Ex te adeò eſt ortum, ne tu curares meum,*
*Néve ego tuum: reſponde.* M. *factum eſt, non nego.*
D. *Cur nũc apud te potat? cur recipis meum?*
*Cur emis amicam Mitio?* nunquid minus* * nũ qui
*Mihi idem ius æquum eſt eſſe,* quàm mecũ eſt tibi?* *quod
*Quando ego tuum non curo, ne cura meum.*
M. *Non æquũ dicis, non. nam vetus verbum hoc quidem eſt,*
COMMVNIA *eſſe amicorum inter ſe omnia.*
D. *Facetè. nunc demum iſtæc nata oratio eſt.*
M. *Auſculta paucis, niſi moleſtũ eſt Demea:*
*Principio ſi id te mordet, ſumptum filij*
*Quem faciũt, quæſo facito hæc tecũ cogites:*

*Hic gradus doloris & iracũdiæ: in tantum autẽ, vt iam creſcere non poſſint. quippe in initio fabulæ tantum triſtis eſt Demea. nam ſic audit à Mitione, Quid triſtis es? et ipſe, Rogas me, vbi nobis Aeſchinus ſiet, quid triſtis ego ſim? Inde mox procedit in peius: adeò vt ſic incipiat, Diſperij: Cteſiphonem audiui filium vnà fuiſſe in raptione cum Aeſchino. Inde poſtea dicit, Næ ego homo ſum infelix. Ad poſtremũ, Hei mihi quid faciam? quid agã? Et naturali quodam modo, poſtquam ſummus furor ad extrema peruenit, repentè ſenex mutatur, & mitis eſt. ¶O cœ. ô ter. ô m a. Neptu.} Neptunus, quia medius ſit inter cœlum & inferos, dum vtriuſq; regni particeps habetur, elementorum omnium potior. nam ideo tridentem habet pro numero triũ elementorum: vt apud Virgil. iccirco dicit, Iam cœlum terrámq; meo ſine numine venti Miſcere. Et apud Homerũ ſic idem,* ὣς εἰπὼν σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον, χερσὶ τρίαιναν ἑλών, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας παντοίων ἀνέμων, σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον. *Et hoc eſt quod ait Horatius in arte poëtica, Interdũ tamen & vocem comœdia tollit. In hac enim tria rerum natura diuiditur. Vt Virgil. Principio mare ac terras, cœlúmq; profundũ. Et per hoc totum mundum accuſauit. ¶O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni!} Vtrum Deos elementa vocauit, quòd diis quoque iraſcitur, qui in iis commorantur, vt dolẽres ſolẽt? An quia deos eſſe nõ putat, ideo hæc omnia Neptuni dicit: quaſi dicturus eſſet, Neptunia fiant, niſi intercederet perſona Mitionis: quem videns, ad alium cõuerſus, deſiit diluuiũ & interitum rebus optare obiecto fratre, cui maximè iraſcitur, et propter quem deteſtabatur omnia.*

Neptunus.

Tridens Neptuni.

*Tale eſt apud Virgiliũ, Omnia vel medium fiant mare. An omnia accuſat vt indignantes ſolent? Vt, Quem nõ incuſaui amens hominúmq; deorúmque? Et vt, Atque deos atque aſtra vocat crudelis mater. ¶Hem tibi.}* τῷ ἰδιωτισμῷ *Tibi.* Nulli *enim Mitio loquitur. ¶Id nũc cla.} Id, ob id. ¶Paratæ li.} Videtur & ipſe pertimuiſſe, dicẽdo ſcilicet & paratæ lites. Sed vt rurſus confirmet ſeipſum, quia ſuccurrendum eſt, ait. ¶Succurrẽdum eſt.} Cteſiphoni ſcilicet. ¶Communis corruptela noſtrûm liberûm.} Qui communiter ambos corrupent. ¶Communis corruptela noſtrûm liberûm.} Maior accuſatio eſt iſta, quàm prior: quippe cum iam modò de ambobus accuſetur Mitio, non de vno. ¶Tandem reprime iracundiam.} Mirè. Quia reprehendere nequit iraſcentem, nimietatem reprehendit irati. Et ira, de cauſa eſt: Iracundia, de moribus. ¶Atque ad te redi.} Quia ira, ab eo quod eſt Ire dicitur, quòd à ſe eat, qui iraſcitur et furit. Et, Ad te redi, propriè dixit. Virgilius. Verũ vbi nulla fugam reperit fallacia, victus In ſeſe redit. Et Cicero, Redit ad ſe atque ad mores ſuos. ¶Repreſſi, redij.} Non quid dicatur, ſed quo geſtu dicatur, ſpecta: & videbis neque adhuc repreſſiſſe iracũdiam, neque ad ſe rediſſe Demeã. ſed quàm mira eſt atq; perſpicua moralitas, in huiuſmodi rebus apparet. ¶Rem ipſam pute.} Videtur paulo citius deſtomachatus, quàm res etiam incertæ poſcebant. Sed & hoc morale: nam iuſtè irati, omiſſa ſæuitia, ad ratiocinationes ſæpe feſtinãt. & præterea illud accedit, quòd non inuenit iam quod condignè dicat. ſimul etiam quia increpitus eſt à fratre, quòd apud ſe iam non ſit per iracundiam vehementem. ¶Rẽ ipſam putemus.} Tra-*

Id, pro ob id.

Communis corruptela.

Ira.

Iracundia.

Redire ad ſe.

*Putare.* *Putamina.* *ctemus, Purgemus. nam & hinc putamina, purgamenta dicta sũt. vt Plautus in Captiuis ait; Nucleũ amiſi, retinui pignoris putamina. Et Virgilius. Multa putans inquit. Putare propriè, eſt falſa & caſſa, à veris & vtilibus reſecare. vnde arborum purgatores, putatores dicun-* *Putatores.* *tur. Et Rem, cauſam ipſam* *Res.* *litis oſtendit: vt, Mitte iſta, atque ad rem redi. [Ne tu curares meum.] Nam ambos curare, propémodum repoſcere illum eſt quem dediſti. [Factum eſt.] Apparet Mitionem inuitum quidem fateri, ſed facetè contemnere obiecta. [Cur emis amicam Mitio?] Inclamatio iſta nominis, magnam inuidiam ſignificat: vt, Regnúmne Aeſchine hîc poßides? Et, Pacẽ te poſcimus omnes Turne. [Nam quî minus mihi idẽ ius æquũ eſt eſſe.] Aut num, aut quî abũdat. & eſt ordo, Quî minus æquum eſt eſſe idem ius mihi, etc. Quî ergo,* *Qui.* *quare, vel cur ſignificat.* *Non.* *[Non.] Confidenter non repetiuit, non habẽs rationem quã ſubiiceret: niſi illi prouerbium veniſſet in mẽtem. Nam quia ſe videt in malam cauſam incidiſſe, totum vernaliter & facetè agit: & ſubiicit æquitatem, vbi iuſto ſe tueri non poteſt. Quod tamen à Demea ſtatim conuincitur, dicendo, Nunc demum iſtæc oratio nata. vt oſtendat illum perturbatum cõtraria protuliſſe dictis ſuis ſuperioribus. [Communia eſſe amicorũ inter ſe omnia.] Inter Pythagoreos ortum dicitur. [Facetè, nunc demum iſtæc nata oratio eſt.] Alij totum iungunt: alij ſeparant. Et bene Nata eſt: nã ſic dicimus de rebus repẽtinis: vt* *Nata oratio.* *ſuprà. E re nata melius fieri haud potuit, quàm factũ eſt, hera. [Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt Demea.] In duas partes diuiditur tota perſuaſio: nihil paſſurum Demeam damni, nihil corru*

**nẽ* **ſubuertens* **primo lucu.*

Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quòd ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum: eãdem illam rationem antiquam obtine:
Conſerua, quære, parce: fac quamplurimum
Illis relinquas: gloriam tu iſtam obtine:
Mea, quæ præter ſpem euenere, vtãtur ſine:
De sũma nihil decedet: quod hinc acceſſerit,
Id de lucro putato eſſe. omnia hæc ſi voles
In animo verè cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.
D. Mitto rem: conſuetudinem ipſorum. M. mane.
Scio: iſtuc ibam. multa in homine Demea
Signa inſunt, ex quibus coniectura facilè fit,
Duo cùm idem faciunt ſæpe, vt poßis dicere,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
Non quòd diſſimilis res ſit, ſed quòd is qui facit.
Quæ ego eſſe in illis video, vt confidam fore, ita
Vt volumus: video eos ſapere, intelligere, in loco
Vereri, inter ſe amare: ſcire eſt liberum
Ingenium, atque animum: quouis illos tu die
Reducas. at enim metuas, ne ab re ſint tamen
Omißiores paulo. O noſter Demea,
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius.
SOLVM VNVM hoc vitium affert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rẽ omnes, quàm ſat eſt,
Quod illos ſat ætas acuet. D. * næ nimium modò
Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio,
Et tuus iſte animus æquus * ſubuortit. M. tace.
Non fiet: mitte iam iſtæc: da te hodie mihi:
Exporge frontem. D. ſcilicet, ita tempus fert,
Faciundum eſt: cæterùm rus cras cum filio
Cum * prima luce ibo hinc. M. imò de nocte cenſeo.
Hodie modò hilarum fac te. D. & iſtam pſaltriam

*ptelæ. [Et me tum vxorem credidiſti ſcilicet ducturũ.] ἐπαγωγὴ. [Principio ſi id te mordet, ſumptum filij quem faciunt.] Figuratiua locutio eſt: vt, Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit? [Quæſo.] Modò obiurgatorium eſt quæſo. [Pro re tua.] Pro patrimonij tui qualitate. [Cõſerua, quære, parce: fac quãplurimum illis relinquas.] Hoc ſic pronuntiandum, vt appareat hanc ipſam voluptatem diſplicere Mitioni. [Conſerua.] Parta. [Quære.] Noua. [Parce.] Omnibus. [Vtantur ſine.] Aut deeſt His: vt ſit, his vtantur. Aut mea vtantur, antiquè locutus eſt. [De ſumma nihil decedet.] Rei tuæ ſcilicet. [Dempſeris.] Pro demes. [Mitto rem.] Pecuniam. & hæc exclamatio eſt moralis nimis aduerſum tardos, ac non intelligentes homines. [Conſuetudinẽ ipſorũ.] Loquor, aut quid tale ſubaudiẽdum. [Mitto rem: cõſuetudinem ipſorum.] Vel ab vtilitate ad honeſtatem tranſit: vel à rebus ad illos ipſos de quibus agitur. Cauetur enim ne aut rem perdant, aut ipſi pereant. [Mane. ſcio: iſtuc ibam.] Moralis & faceta correptio, cõtinens in ſe latenter blandimentũ quo delinitur auditor. [Multa in homine Demea ſigna inſunt.] Obſcuriſſim' ſenſus & re et verbis. [Duo cũ idẽ faciũt.] Obſcurè locutus eſt, cũ hic ſit ſenſus, Duo idem faciunt: quorum vni licet facere, alteri non licet. [Sæpe vt poßis dicere.] Melius eſt ſæpe ad ſuperiora cõiũgere: nã poſſunt duo idem facere, & caſu, non vt ſimilitudinem facere videantur. tunc ergo erit ſignum, Sæpe idem faciunt. Dicere autem poſuit pro intelligere & ſcire: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. vt, Fœneratum iſtuc beneficiũ pulchrè tibi dices, &, Memorem me dices eſſe & gratum. [Non quòd*

*Mordet hoc me.* *Quæſo.* *Res.* *Conſeruo.* *Quæro.* *Parco.* *Vtor.* *Dempſeris.* *Res.* *Dico.*

Vnà illuc mecum hinc abſtraham. M. pugnaueris.
Eo pacto prorſum illic alligaris filium.
Modò facito, vt illam ſerues. D. ego iſtuc videro:
Atque ibi, fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo ſit ſaxo & molendo: præter hæc
Meridie ipſo faciam, vt ſtipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo eſt. M. placet.
Nunc mihi videre ſapere. atque equidem filium
Tum etiam ſi nolit, cogas cum illa vnà cubet.
D. Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies:
Ego ſentio. M. ah pergiſne? D. iam iã deſino.
M. I ergo intrò: & cui opus rei eſt hilarem hunc ſumamus diem.

quòd diſsimilis res ſit. } An quia huic licet? ¶ Quæ ego illis ineſſe video. } Ordo et sẽſus hic eſt, Multa in homine Demea ſigna inſunt, ex quibus coniectura facilè ſit: quę ego illis ineſſe video, vt confidam fore ita vt volumus. ¶ Duo cùm idem faciunt. } Nam ambo & ſapiũt & intelligunt, & loco verentur. non ingenij vitium, ſed ætatis eſt. ¶ Intelligere, in loco vereri. } Nõ, in loco intelligere: ſed, in loco vereri. ¶ Inter ſe amate. } Citò dixit inter ſe: quod eſt, cùm alter alterum inuicẽ amat. ¶ At enim metuas. } ἀντίθεσις ad priorem tractatum pertinens, qui eſt habitus de conſuetudine rei familiaris. ¶ Ne ab re ſint tamen omiſsiores paulo. } Quia amant, potant, olent vnguenta. ¶ At enim metuas, ne ab re ſint tamen omiſsiores paulo. } Oratoriè paulo: nam non paulo omiſsiores fore Demea ſed plurimùm fore credit & metuit. Et à re, à patrimonio. ¶ Omiſsiores. } Negligentiores. Sic in Heauton. Vbi te vidi animo eſſe omiſſo. ¶ O noſter Demea. } Blanda & cum quodam complexu eius qui reprehenditur, incuſatio, & de more ſublata. Et ſic hoc dixit, tãquam dicturus eſſet, Multa te talent, ſimplex homo es. nam huiuſmodi ſententia latenter quandam dicentis authoritatem fiduciámque deſignat. ¶ Ad alia omnia ætate ſapimus rectius. } Præterquam ad auaritiam. & per hoc, quod optas liberis, vitium ſenectutis eſt. ¶ Attentiores ſumus ad rem omnes. } Propriè attentiores reddit omiſsioribus. ſuprà enim dixerat, Ne ab re tamen ſint omiſsiores paulo. ¶ Quàm ſat eſt. } Quaſi dicat, attentos nos eſſe non ſtatim crimen eſt. ¶ Quod illos ſat ætas acuet. } μεταφορικῶς acuet. ¶ Næ nimium bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio, & tuus iſte animus æquus ſubuertit. } Næ, valde. Subuertit infra legendum eſt. Si Ne, pro Non coniunctio eſt, ſubuertat legendum eſt. ita vt ſubaudiamus timeo, vel aliquid tale. Et Tua & Iſtæ quòd ait, ſignificationem habent nulliuſmodi rationem & ineptam. nam apparet non eas probari ab eo qui ſic loquitur. vt ſuprà, Iam verò omitte Demea tuam iſtanc iracundiam. ¶ Tace. non fiet. } Tace nunc pro εὐφημισμῷ poſitum eſt: quaſi diceret, Non ſubuertet. ne dixeris quod mali ominis verbũ eſt. ¶ Da te hodie mihi. } Accommoda te ipſum voluntati meæ. nam in animum tranſtulit quod eſt corporis. vt in Eunucho. Mihi ſeſe dare, ſermonem quærere. Cicero, Ceruiculam iactare, & populo ſe accommodare. ¶ Da te hodie mihi. } Si nõ vis, inquit, propter te: vel propter me mitis eſto. ¶ Exporge frontem. } Quia contrahi in verbo dicitur. Et verbo iſto oſtẽditur quanto conatu opus ſit, ad explicandam tantam cõtractionem ſenectutis & ſeueritatis. ¶ Scilicet, ita tempus fert: faciundum eſt. } Vide ſi non hoc ſit, quod Græci * dicunt: nam ſic &, Ita tempus fert. Et, Faciundum, dicendo, oſtendit ſe magis cogi neceſsitatibus, vt paulo ſit tranquillior. & cum tanta difficultate promittit, tanquam mala ſubiturus ſit: atque adeò maiorẽ partem ſecum diſputat, neceſſariò hoc velit nolit faciẽdum eſſe, vt ſit lætior: et hoc quia tempus fert. ¶ Ceterùm rus cum filio prima cum luce ibo hinc. } Hoc ideo facit, quaſi gaudere interim non poſsit, niſi ſe vicinæ ſæuitiæ proximitate ſoletur. ¶ Faciundũ eſt. } Satis mirè: tanquam neceſsitate cogatur ad gaudẽdum agreſtis ſenex. ¶ Ibo hinc. } Tãquam de malo loco. ¶ De nocte. } Abundat De. ¶ Cum primo lucu. } ἀποσιώπησις. nã cum primo lucu veteres dicebant. lucũ pro luce, pro ſole ponentes. Ergo cum primo lucu, cùm primùm ſol cœperit illuceſcere. ¶ Cũ primo lucu. } Veteres maſculino genere dicebant lucem. ¶ Fac te. } Eodẽ verbo vtitur, quo iam dudum: vt laborem ad lætitiam ſe conuertentis oſtendat: id eſt, elabora vt ſis hilaris. ¶ Et iſtam pſaltriam vnà illuc mecũ hinc abſtraham. } Vide ſingulas ſyllabas imbutas amaritudine ruſtica atque agreſti: nam Iſtam odium ſignificat. Pſaltriam, ſæuitia in nomine eſt, quam delicioſam eſſe oportet. &, Vnà mecum: quam cum adoleſcentibus eſſe conuenerat. & Illuc: ad quem locum pſaltriam ſecum ire compellit. Deinde ne vel in itinere pœna ceſſet, Cum filio ibo hinc inquit: Illam verò abſtraham. nã Illuc eo animo dixit, quo ſuprà, Ibo hinc. Et apparet illum quaſi mancipium ducturum puellam, non vt fidicinam. ¶ Mecum hinc abſtraham. } Non abducam: ſed quod eſt ſæuientis, abſtraham. ¶ Pugnaueris. } Magnam rem feceris. Sic Lucilius, Vicimus o cyus, & magnam pugnauimus pugnam. ¶ Eo pacto prorſus illic alligaris filium. } Hæc cum riſu dicit Mitio. Et ligare, eſt iniicere alicui vincula. Quis verò dicetur alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poſsit? Ergo propriè ad amicam alligari adoleſcentem dixit amatorem. Prorſus autem, certè, rectè, ac verè ſignificat. ¶ Vt illam ſerues. } Acuẽdum Illam: Hoc eſt, non iam filium, ſed illam ſerua, in qua vtrunque retinueris. ¶ Ego iſtuc videro. } Hoc eſt, vt illam ſeruem. ¶ Coquendo ſit ſaxo, & molendo. } Ne ametur ſcilicet. ¶ Atque illi, fauillæ plena, fumi, ac pollinis coquendo ſit ſaxo, & molẽdo. } Atqui molere prius eſt, quàm coquere: ſed illud prius poſuit, quo pulchritudo magis fœdatur. an quia prius torreatur triticũ, vt tundi poſsit? vt Virg. Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo. ¶ Coquendo ſit ſaxo, & molendo: præter hæc. } ἀπόδοσις octaua. ¶ Meridie ipſo. } Cùm ſol vehementior eſt. & nomen fecit de aduerbio Meridiem dixerunt veteres quaſi medidiem, r, pro d, poſito, propter cognationem harum inter ſe literarum. ¶ Vt ſtipulam colligat. } Quod ſub ſole fieri neceſſe eſt. ¶ Tam excoctam reddam, atque atram. } ἰδιωτικῶς dixit reddam, pro faciam. Et excoctã, ad tenuitatem ſiccati coloris. Atram ad colorem retulit. Et vide quàm aſpera, quámque ingrata clauſula ſit, qua ſæuidici ſenis finitur

*Margin notes:* Inter ſe amare. — Res. — Omiſsior. — O noſter. — Attentior. — Ne. — Tace. — Da te mihi. — Experrigo, Contraho frontem. — De nocte. — Primo lucu. — Lucus. — Fac te. — Iſte. — Abſtraho. — Pugnaueris. — Ligare. — Alligari ad aliquid. — Prorſus. — Meridie ipſo. — Reddere. — Excocta. — Atra.

oratio. ¶ Placet nunc mihi vidêre ſapere. } Non contradicit, ne rurſus prouocet ad iurgium. ¶ Atque equidem filium. } Non ſolùm ſuadet lætitiam, ſed etiam ridere cogit inuitum. ¶ Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies. } Hoc verbũ vultu Demeæ ſic proferetur, vt ſubriſiſſe videatur inuitus. Sed rurſus ego ſentio amarè ſeuerèque dixit.

*Ridere. Deridere.*

Et ridet, qui ſimpliciter ridet: Deridet, qui cum alterius irriſione & cõtemptu ridet. ¶ Fortunatus qui iſtoc animo ſies. } Nõ laudatũ eſt quod ait, fortunatus: ſed moraliter reprehendetis. vt ſi dicas, cùm te aliquid cura offenderit, fortunatos ſtultos, qui nihil ſentiant. At hoc quoque dixit in Eunucho, At ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. ¶ Iamiam deſino. } Et hîc velut neceſſitate queritur imponi ſibi. ¶ Et cui opus eſt rei. } Cui rei credis. niſi nuptiis? hoc eſt ludo, atque lætitiæ: voto, et gaudio nuptiali. ¶ Hunc ſumamus diem. } Non, accipiamus, ſed impendamus, & cõſumamus. Vnde & ſumptum dicimus pecuniam quæ inſumenda eſt.

*Sumo, pro conſumo. Sumptus.*

ADRIA. BARL.

O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni. } Demea conſpecto fratre, cui maximè iraſcitur, in exclamationem prorumpit, qua cataclyſmum, & rebus interitum optare incipit, & hoc eſt quod Horatius dixit in Art. Interdum tamen & vocem comœdia tollit. ¶ Reſciuit omnem rem. } Laurentius lib. ſexto. Eſt, inquit, propriè reſciſcere, rem poſtquam geſta eſt ſcire, quam neſciebas cũ gereretur, præſertim ad te tuóſque pertinentem.

*Reſciſco.*

¶ Ad te redi. } Donatus dicit iram ab eo quod eſt ire nominatã, quòd eat à ſe quicunque iraſcitur. ¶ Cur nunc apud te potat? } Vide vt neque repreſſerit adhuc iracundiam, neque ad ſe redierit, quanquam antea dixit, repreſſi, redij. ¶ Communia amicorum eſſe inter ſe omnia. } Parœmiographus, vtinam hoc, inquit, tam eſſet fixum in hominum animis, quàm nulli non eſt in ore. Profectò magna malorum parte vita noſtra leuaretur. Plato felicem ait ac beatam fore ciuitatem, in qua non audirentur hæc verba, Meum, & non meum. Item Seneca de moribus. Quietiſſimam, inquit, vitam agerẽt homines: ſi hæc pronomina tollerentur, meum & tuum. Sed dictu mirum quàm non placeat, imò quàm lapidetur à Chriſtianis Platonis & Seneca illa communitas, cùm nihil vnquam à gentilibus philoſophis dictum ſit magis ex Chriſti ſententia.

*Amicorum omnia inter ſe communia.*

*Meum & Tuum.*

¶ Tu illos duos. } Ioannes Pierius tractans illud Virgilij in quarto. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet, Terra viros. Caius Iulius, inquit, in libello de analogia, rectam ponit declinationem hos duo. Actius in epinãcimache, Martes armis duo congreſſos crederes. Plau. in Epidico. Ego aliquam parabo doloſam fidicinam nummo conducta quæ ſit, quæ ſe emptam ſimulet, quæ ſenes duo doctè ludificetur. Terentius in Adel. Tu illos duo pro te tollebas tua.

*Duo, pro Duos.*

¶ Duo cum idem faciunt. } Pulchrum vide locum, eandem rem non eoſdem decere. ¶ Vt confidam fore ita vt volumus. } Mitio ſuorum nepotum cauſam agens, ſpem melioris vitæ oſtendit. ¶ Inter ſe amare. } Laurentius libro tertio. Amamus nos inuicem, amatis vos mutuò, amant ſe pariter. Cùm verò adhibemus præpoſitionem inter, tollitur accuſatiuus qui regitur à verbo, ne turpe foret ſi replicaretur, ſic amamus inter nos: non autem, amamus nos inter nos. amatis inter vos, amant inter ſe, nõ autem amatis vos inter vos, amant ſe inter ſe. Terentius in Adelphis: Video eos ſapere, intelligere, in loco vereri, inter ſe amare. Idẽ in eadem, quaſi non norimus inter nos.

*Amamus inter nos.*

¶ Sint tamen omiſſiores. } Comparatiuum eſt dictionis omiſſus, quod vnum ex his participiis

*Omiſſus.*

eſt, quæ in voce paſſiua actionem ſignificant. ¶ Sat ætas acuet. } Docebit, incitabit. Nota eſt metaphora. Terentius ad Græcorum phraſim hunc locum retulit, cùm per ellipſim Atticã ſit locutus.

*Acuo.*

Ne nimium modò bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio, & tuus iſte animus æquos ſubuortant. Cui orationi dictio, vide addenda fuerat, quo modo idem in Heaut. eſt locutus. At vide vt ſatis contemplata ſis modò. Atticorum hæc eſt ellipſis, ἀλλ᾽ ὅπως μὴ λάθωσιν ἑαυτοὺς, ſubauditur enim σκόπει vel ὅρα. vel aliud ſimile verbum. ¶ Exporge frontem. } Frontem exporrigere, cùm exhilareſcimus. Contrahere, cùm ringimur, hoc eſt, vbi quid moleſtum eſt, dicimur. Plinius in vndecimo. Frõs & aliis, ſed homini tantùm triſtitiæ, hilaritatis, clementię, ſeueritatis index. Exporrecta fronte, hilariter, Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. apud Plau. Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte, caperata fronte. Plau. Caperat frons ſeueritudine. Quod quidem à caprinis cornibus trãſlatum volunt. Hæc quoq; ſunt Parœmiographi in Chiliadibus.

*Frõtem exporrigere, et contrahere.*

¶ Cũ primo lucu. } Cum primum cœperit illuceſcere. Lux veteribus tam maſculinum, quàm fœmininum fuit. Plautus in Aulularia, Luce claro diripiamus aurum. hîc primo lucu dixit, pro prima luce. Lucu dixit & Plau. in Mercatore. Ad portum hinc abiit mane cum lucu ſimul.

*Lux, maſculini generis. Lucu.*

¶ De nocte ſentio. } Multa nocte, ad multam noctem. de nocte, noctu, de die frequentes ſunt dicendi modi apud veteres. ¶ Modò hilarem fac te. } Fac te, cũ dicit, innuit aſperum & inclemẽtem. patrem ſine labore non poſſe ſe ad lætitiam conuertere. hoc igitur, Fac te hilarem, perinde eſt ac ſi diceret, elabora vt ſis hilaris.

*Fac te hilarem.*

¶ Et iſtã pſaltriam vnà illuc mecum inde abſtraham. Hæc ruſtica amaritudinis plena ſunt omnia. Pronomine enim Iſta, odium ſignificatur. Durũ eſt & illud quod dicit, vnà mecum, quam cum adoleſcentibus eſſe conueniat. & illuc id eſt, rus, non ad delicias, ſed ſudores. Innatam quoque ſæuitiam ſignificat quod dicit abſtraham, non abducã. ¶ Pugnaueris. } Magnam rem feceris. ¶ Alligaris filium. } Hoc ſubridens dicit. Ligare authore Dona. eſt inicere alicui vincula. Dicimur verò alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poſſumus. ad amicam igitur alligari dixit amatorem. ¶ Fumi ac pollinis. } Pollinis iuxta Cariſium in nominatiuo pollis habet, iuxta Cæſarem verò pollen teſte Priſ. Eſt autẽ pollen groſſior puluiſculus farinæ. ¶ Coquendo ſit ſaxo & molendo. } Magis coquendo, quàm molẽdo forma fœdatur. ¶ Meridie ipſo. } Quo tempore magis quàm aliis diei partibus, caloris ſentimus incommoda. ¶ Quam carbo eſt. } Seru. in. II. Aeneidos. Pruna quandiu ardet dicitur, cùm autem extincta fuerit, carbo nominatur. & pruna à perurendo dicta eſt.

*Pruna. Carbo.*

¶ Irrides? fortunatus qui iſtoc animo ſies. } Quod fortunatus dicitur, non laudat, ſed reprehendit. Quemadmodum ſi quis offenſus curis vitæ huius, dicat fortunatos ſtultos, vt qui nihil ſentiant. ¶ Cui rei eſt opus? } Hoc eſt, & nuptiis, & lætitia.

LATOMVS.

Argumentum. Cognito amore Cteſiphonis exclamat Demea, et cum Mitione expoſtulat: quæ eſt ſumma epitaſis periculi Cteſiphonis. Sed mox placatur à Mitione, quæ eſt cataſtrophe eiuſdem partis fabulæ. ¶ O cœlum. } Tragica exclamatio. ¶ Eccum adeſt. } Accuſatio Mitionis. ¶ Factũ eſt. } Fatetur factum, defenſurus qualitatem. ¶ Nũquid minus. } Confirmatio criminis à pari ¶ Nõ æquum. } Defenſio, & primùm à prouerbio, quod vim iudicati obtinet. ¶ Si id te mordet. } Occurrit obiectioni extra cauſam, quam ſoluit à tuto:

nihil

*nihil deceſſurum Demeæ, ſumptu adoleſcentum. Et pertinet hoc ad minuendum crimen. [Omnia hæc.] Concluſio huius loci. [Mitto rem.] Obiectio, quæ ſoluitur à perſona. [Duo cum.] Declarat exemplo. [At enim metuas.] Obiectio, quę ſoluitur ab ætate. [Bonæ tuæ.] Ironicῶs. & iam placatior factus eſt Demea. [Cæterũ rus.] Comminatio in filium. [Pugnaueris.] Magnam rem feceris, metaphoricῶs. & eſt faceta approbatio. [Atque equidem.] Attēde vrbanitatem Mitionis.*

PETRVS MARS.

*Parata à.] Moleſti hominis & propemodum implacabilis animum hîc deſcribit Terentius. Quid enim odioſius, quàm ſine cauſa in tantam iracundiam effundi, vt neſcias vel cum quo, vel qua de re, vel in quem ſinē verba facias? Hos homines vocãt moroſos, implacabiles, & moleſtos. Moroſos quidem, quòd nimis exactè, & ad vnguem quippiam fieri poſtulant: vt Demea, qui neſcio qua cura exactiore filium ſibi frugalę educere conabatur. Et implicabiles, quòd eorum animi ad aſperiora inclinantur. Moleſtos verò, quòd nimia diligentia obtundãt. [Amicorum communia ſunt.] Prouerbium eſt Græcorum. Pythagoras Samius primus dixit, amicorum debere omnia eſſe communia. Quod Cicero ſic interpretatur: Omnia, id eſt, quæ ſine detrimēto aliis concedi poſſunt, & ſic oſtēditur: nos ex rebus, quas poßidemus; aut iure gentium, aut ciuili, non debere hominibus ignotis aliquid, niſi id, quod poteſt ipſis permitti & concedi ſine detrimento. Plato quinto de legibus ſic ait, Prima ciuitas eſt Reſpublica legéſque optimæ, vbi quammaximè per totam ciuitatem, priſcum illud prouerbium locum habet, quo fertur, amicorum omnia eſſe communia. Ariſtoteles in nono Ethico. ſic ait: Eodem accedunt & prouerbia vniuerſa, vt anima vna, & amicorum omnia ſunt communia, & amicitia eſt æqualitas. Cicero. 1. Offic. E quibus ipſis cætera ſic obſeruentur, vt in Græcorũ prouerbio, amicorũ omnia cõmunia.*

*Moroſus. Implacabilis. Moleſtus.*

*Amicorum communia omnia.*

RIVII CASTIGAT.

*Hei mihi quid faciam? quid clamem, aut querar?] Hic perperam omiſſa ſunt duæ iſtæ voces, quid agam? quas & Do. addidit, aſtipulantibus vetuſtis codicibus, & ſenarius expoſcit: quod non ſenſiſſe alios miror. Legēdum igitur: Hei mihi quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar? [Nunquid minus mihi idem ius æquum eſt &c.] Nos, num quî minus &c. ex Don. qui ſic ait: Nũ quî minus mihi idem ius. Aut num, aut quî abũdat. & eſt ordo: Quî minus æquũ eſt eſſe idem ius mihi. Quî ergo quare vel cur ſignificat. Cõſentiunt quædam exemplaria, velut Moguntinum anno XXI. impreſſum: vt de ſenſu nihil dicam. Nequid tamē diſſimulem, Venetum, Lugdunenſe, & alia pleraque habent: Nam qui minus: quæ lectio et ipſa mihi probatur. [Non æquum dicis. DE. nõ.] Interpres ſic legiſſe videtur: Non æquũ dicis, non. nam vetus verbum hoc quidem eſt: Confidenter, inquit, non repetiuit, non habens rationem quam ſubiiceret: niſi illi prouerbium veniſſet in mētem &c. Vide hoc loco interpretem. [Et tuus iſte animus æquus ſubuortãt.] Ex Donato colligitur hîc ita quoſdam legiſſe: Næ nimium modò Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio, Et tuus iſte animus æquos ſubuortit: videlicet vt næ diphthongo ſcribatur. Sed alterum magis probare videtur: quod ferè exemplaria habent. vt autem apud Græcos κατ' ἔλλειψιν Ἀττικῶς nonnunquam in oratione ſubauditur σκόπει, vel ὅρα, vel aliud ſimile verbum: ita hoc loco apud Terentium vide, vel caue, ſicuti adnotauit G. Budæus in commentariis linguæ Græcæ. Donatus timeo, vel aliquid tale ſubaudiri ait. Sed vtrunque rectè. [Faciundum eſt. Cæterùm rus cum filio.] Nos addito aduerbio temporis: Rus cras cum filio &c. quo modo habet manu ſcriptus codex, & ex impreßis quidam, velut Lugdunenſis & Venetus. Poſcit idem trimetri ratio, cuius cum detrimēto omiſſum eſt τὸ cras in omnibus fermè recētioribus. [Cum prima luce ibo hinc.] Nos: Cũ primo lucu, vt Donat. & antiqua exemplaria, pro eo quod dicimus, cùm ſol primùm cœperit illuceſcere: vel, vt Gell. loquitur, vbi primum diluculabit. Veteres enim maſculino genere lucum dicebãt, quod nos lucem, pro ſole ponentes: vt adnotauit Don. Tale quiddam apud Macrobium obſeruaſſe videor in Satur. Reperitur autem ſæpenumero idem apud Plaut. vt in Ciſt. [Hodie modò hilarum fac te.] Nos, Hilarum te face: quo modo veteres codices. Monuit autem Diomedes antiquos dixiſſe, face, dice, duce, ſicuti & Virgil. antiquitatis amantem: Tu Voluſe armari Volſcorum edice maniplis. Sic ſuprà Terentius. Hunc abduce, vinci. [I ergo intrò, & cui opus eſt rei, hilarem hunc ſumamus diem.] Sic vetera exemplaria, & quædam etiam recentiora. Atque ita probè cõſtat ſenarius. Miror vnde eæ voces, quę ſuperſunt, in hũc verſum irrepſerint.*

*Quî, pro quare.*

*Ellipſis Attica.*

*Lucus, prõ luce.*

GLAREANVS.

*Senarij omnes præter vltimum apud quoſdam quadratum. In primo verſu aut omittēdum verbum Ita, aut bacchius eſt loco quarto. In tertio verſu meritò miratur Riui. omiſſa duo verba Quid agam. poſt Quid faciam. In XIIII. quidam legunt Num quî minus: quidam legunt Nam quî minus, & Quî per Quare vel Cur exponunt, vt Donatus. In decimoquinto. Quod pro Quàm. Sed ad carmē nihil impedit vtrum legas. In decimoſeptimo s, in Vetus eliditur. In viceſimotertio, Duos monoſyllabũ eſt. In viceſimoquarto s. eliditur in Satis. In viceſimoſexto, ſecundo loco bacchius eſt pro ſpondeo, vel eam duæ ſyllabæ in vnam contrahentur. In trigeſimo d, in Quod eliditur. In trigeſimoprimo, Si, commodius ad ſequentē transferetur verſum, vt initio elidatur. In XXXVI. s, in Quibus eliditur. Ita in XXXIX. d, in Quid. In XLI. Eos monoſyllabum videtur. In XLIX. d, in Quod eliditur. In hiſce tamen iam aliquot enumeratis locis creticus ac bacchius abſque eliſione poni rectè poſſunt: ſed ea vbique inculcare non viſum eſt operæ pretium. In LIII. s, in Tempus eliditur. In LIIII. Cras non eſt omittēdum, vt rectè annotauit Riuius. In LV. duæ vltimæ vocales de verbo Cenſeo, eliduntur à verſu ſequente. In LVIII. vel Illi legendum pro Illic, vt ſæpe admonet Donatus, vel Pacto poſt Illic ponendum, vt verſus ita legatur,*

*Eo prorſum illic pacto alligaris filium.*

*In LIX. proceleuſmaticus primo eſt loco, & ſecũdo bacchius, niſi Vt tollendum putemus, vt cõſtet verſus. certè ſenſus non poſcit. In LX. quidam codices habent Atque illi, vetuſtus codex habebat Illic. quæ ſi vera eſt lectio, Atque priorem ſyllabam à ſuperiore verſu elidit. Quidã pro Illi repoſuerant Ibi. In quarto à fine rurſum Vt abundat, ab ſciolo aliquo adpoſitum, cùm carmen reſpuat, & ſenſus non requirat. Vltimus verſus variè legitur. Veteres codices ita habēt,*

*I ergo intrò, & cui opus eſt rei hilarē hunc ſumamus diē,*

*Quam lectionem & Riuius & Eraſmus probarunt. Ita I à ſuperiore verſu eliditur, & Rei monoſyllabum in ſcanſione prorſus eliditur. Codex Aldi quadratũ acatalect. exhibuit,*

*I ergo intrò, & cui opus eſt rei, ei rei hilarem hũc ſumamus diem.*

DONA.

Nunquam ita quiſquã bene ſubducta ratione.} In hac ſcena exemplum inducitur hominum qui virtutem tædio deſerunt ob contemptum eius: quòd apud omnes ſæuum eſſe, vitioſum ſit. Et adeò fauet Terentius clementioribus ac mitiſsimis patribus, vt hunc quoque adducat ad ſententiam Mitionis, non tantũ hoc ſentientẽ quòd ita fieri oportet: ſed quòd ita res cogat. vult enim naturalem ineſſe veris patribus acrimoniã: ſed eam ſemper inuidioſam eſſe adoleſcẽtibus. ¶ Bene ſubducta ratione.} Bene diſpoſita, bene computata. Ducere enim eſt digitis cõputare, ſed ducere, eſt apud aliũ & palàm: ſubducere, apud ſeipſum & ſecretò. quo magis in verbo iſto maioris attentionis & diligentiæ ſignum eſt. ¶ Quin res.} Quin, modò cur non ſignificat. ¶ Quin res, ætas, vſus.} Tria poſuit, ex quibus Res pro experientia ponitur: & hac dicit ſe eſſe mutatũ. nam mox dicet, Re ipſa repperi, Facilitate nihil eſſe homini melius, neq; clementia. ¶ Aliquid moneat.} σύλληψις eſt per caſus. ſubauditur enim, quem. ¶ Quæ tibi putaris prima.} Ante alia eligenda: quæ & primo loco ponẽda, ac per hoc optima. ¶ Vitam duram quam vixi.} ἀρχαϊσμὸς, vt Lucilius, Magnã pugnauimus pugnam. Nam ego vitam duram quam vixi vſque adhuc.} Prius dixit quid faciat, quàm cur faciat. ¶ Propè iam excurſo ſpatio.} Id eſt ad calcem propter ipſos decurſus metáſque viuendi. & eſt μεταφορὰ ſumpta à curſoribus. ¶ Excurſo ſpatio.} Id eſt in ſumma ſenectute. ¶ Id quamobrem re ipſa repperi.} Quia ſecum loquitur, ideo multa reticet. & deeſt, Faciã: &, Si quis quærat: &, Dicam. ¶ Facilitate.} Iam facilẽ ſe infert. Inter facilitatẽ & clementiã hoc intereſt: Facilis enim, cuius ira citò ſoluitur. Clemẽs, qui non iraſcitur. ¶ Ille ſuam ſemper egit vitam.} Hîc iã quaſi cõparatiua qualitas inducitur de vtroque: & vt ille in initio fabulæ locutus eſt, ſic in fine hic loquitur. ¶ Clemens, placidus, nulli lædere os.} Mira varietas & in locis, & in partibus orationis. Et clemens eſt, qui colit mentem ſuam, nec eam vexat iraſcendo. ¶ Nulli lædere os, Arridere omnibus.} Voluptatis affectus eſt duplex: aut enim ex quiete voluptas eſt, aut ex aliquo actu. ergo hîc vtrunque complexus eſt. ¶ Nulli lædere os.} Id eſt, nullum præſentem lædere. Et vide quàm gratè à nominibus verba tranſeant. ¶ Clemẽs, placidus.} Clemens eſt circa rectè agentes. Placidus, etiam circa delinquẽtes. Et clementis eſt, nulli lædere os: Placidi, arridere omnibus. Et clemens animo, Placidus vultu. ¶ Et nulli lædere os.} Adeò vt nulli ſe contriſtem faciat, & hæc eſt figura ἀναδρομὴ, cùm recurrimus per ea quæ diximus: & ἐξηγητικῶς omnia repetita ſunt. ¶ Ego ille agreſtis.} Bene addidit Ille, quaſi iam notus, hoc ipſo quòd ferus atque agreſtis. Et ſæuus, factis: Triſtis, animo: Truculentus, vultu. Et aliter dici poteſt, vt triſtis ſit qui dolet; truculentus & ſæuus, qui terret. & ideo αὔξησις mira per iſta decurrit. ¶ Duxi vxorem.} Pendet, duxi vxorem: ſed Etiam cum magno ſignificatu addendum eſt. maiore enim põdere ſubtrahitur coniunctio, nam, duxi etiam vxorem, dicendum fuit. ¶ Quam ibi miſeriam vidi?} Ibi inquit, quaſi vxor locus ſit. & hoc ſine coniunctione, vt mala quæ enumerat, multa videantur. ¶ Alia cura.} Nõ altera. ¶ Patria potitur commoda.} Accuſatiuo caſu extulit, quod nos ablatiuo dicimus, id eſt, patrio potitur commodo. Actius in Clytemneſtra, Feras potiuntur plagas. ¶ Illum diligunt, apud illũ ſunt ambo: ego deſertus ſum.} Hîc oſtendit Terentius verum patrem & moleſtiorem et odioſum eſſe magis adoleſcentibus. ¶ Illũ vt viuat optãt.} σύλληψις. Nam ſic veteres loquebantur. nos verò dicimus, Illi optant: non, illum.

*Subducta ratione. Ducere. Subducere. Quin, pro cur non. Res, pro experientia. Syllepſis. Prima putare. Vitam vixi. Excurſo ſpatio. Facilis. Clemens. Clemens. Arridere omnibus. Lædere os alicui. Placidus. Anadrome. Ille. Sæuus. Triſtis. Truculentus. Ibi. Potior cum accuſatiuo. Illum vt viuat optant. Syllepſis.*

¶ Illum

## ACTVS V. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

DEmea cùm videat nõ probari vulgo ſeueritatem in liberos, diuerſam inſtitutionis viam meditatur. in qua perſona Terentius indicat mitioribus ſe fauere patribus, ſeculi ſui moribus hoc magis concedens, quàm quòd ita faciundum eſſe exiſtimet.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena exẽplum proponitur hominum qui virtutem tædio affecti deſerunt, ob contemptum eius. Nam ſeuerum eſſe in filios, apud omnes fermè vitio datur, & Terentius adeò fauet clemẽtioribus & mitiſsimis patribus, vt hunc quoque Demeam ſæuum adducat in Mitionis ſententiam. Non tamen ita fieri debere ſentit Poëta, ſed ex communi vſu loquitur, volens naturalem ineſſe veris patribus acrimoniam, quæ profectò ſemper inuiſa eſt, & odioſa adoleſcentibus.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena facilitatem, & clementiam homini eſſe oſtenditur.

DEMEA.

NVNQVAM *ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,*
QVIN RES, AETAS, VSVS *ſemper aliquid adportet noui,*
*Aliquid moneat, vt illa, quæ te ſcire credas, neſcias,*
*Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies:*
*Quod mihi nunc euenit. nam ego vitam duram, quam vixi vſque adhuc,*

Propè iam excurſo ſpatio mitto: id quãobrem re ipſa repperi
FACILITATE NIHIL homini eſſe melius, neque clementia.
Id eſſe verum, ex me, atque ex fratre, cuiuis facile eſt noſcere:
Ille ſuam ſemper egit vitam in otio, in conuiuiis,
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus,
Sibi vixit, ſibi ſumptum fecit, omnes bene dicunt, amant:
Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi vxorem: quam ibi miſeriam* vidi? nati filij,
Alia cura. porrò autem dum ſtudeo illis, vt quamplurimum
Facerem, contriui in quærendo vitam atque ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium: ille alter ſine labore patria potitur commoda,
Illum amant, me fugitant, illi credunt conſilia omnia,
Illum diligunt: apud illum ſunt ambo: ego deſertus ſum.
Illum vt viuat optant, meam autem mortem expectant: ſcilicet
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit ſuos
Paulo ſumptu: miſeriam omnẽ ego capio, hic potitur gaudia.
Age age, nunc experiamur contra hæc quid ego poſſiem
Blandè dicere, aut benignè facere, quando eò prouocat.
Ego quoque à meis me amari, & magni pendi poſtulo.
Si id fit dando, atque obſequendo, non poſterioreis feram.
Deerit: id mea minimè refert, qui ſum natu maximus.

¶Illum.} Mitionem. ¶Nunc experiamur.} Magis comicè pluraliter experiamur dixit, quàm ſi diceret, experiar. ¶Quando eò prouocat.} Non addit, quis, ſed intelligimus Mitionem ſignificari. ¶Si id fit dando, atque obſequẽdo.} Bene naturam ſecutus eſt, qui artem ignorat, putans agi veris omnia debere, non dando & obſequendo. ¶Si id fit.} Id eſt, Iam à liberis ſi magni pendor. ¶Non poſteriores feram.} Subauditur partes, aut, non parui faciã, id eſt, non vincar à Mitione. Et tranſlatio eſt à partibus hiſtrionum in fabula. ¶Non poſteriores feram.} Primus in his ero, inquit, in dando atque obſequendo. ¶Deerit: id mea minimè refert.} Vide remanere in Demea non penitus eiectam ſecuritatẽ.

*Poſteriores feram.*

ADRIA. BARL.

Quin res, ætas, vſus.} Exorditur à ſentẽtia. Sequitur deinde narratio ibi, Nam ego vitam duram. Poſtea cõfirmat, dicens, facilitate nihil eſſe melius. Vſu vitæ, & multa rerũ experientia, conſtat parari prudẽtiam. Gell. ſententiam citat, Vſus me genuit, peperit mater memoria. Quidam apud Platonẽ: Quid aliud, inquit, eſt philoſophari, quàm id facere quod dixit Solon? dixit autem: Diſcenti aßiduè multa, ſenecta venit. Hanc Solonis ſententiam Demea refert. Alludit huc verſiculus ille. Diſcipulus eſt prioris, poſterior dies. ¶Subducta ratione.} Subducere rationẽ eſt cõputare ita vt quæ colligẽda ſunt colligantur, quę ſubducẽda detrahẽdáq;, detrahantur. Seneca, Colligenda quotidie ratio eſt, et quid lucrifactũ ſit vidẽdum. ¶Subducta ratione.} Eraſmus in ſcholiis aduerſus Iouinianũ. Veteres, inquit, non ſolũ notulis quibuſdam numeros ſignificabant, verùm etiam geſtu digitorũ, quos aut explicabãt, aut cõtorquebant, & in figuram variabãt. Caterùm quænam ea fuerit, id non perinde facile ſit explicare. Etenim Donatus explicans illum Terentij locum in Adelphis, Nunquam quiſquam ita bene ſubducta ratione ad vitã fuit: admonet Poëtam ad vetuſtum numerandi morem reſpicere, qui conduplicandis aut ſubducendis digitis cõſtabat. ¶Excurſo ſpatio.} Priſcianus dicit eſſe quædam participia, quorũ verba quamuis in vſu non ſint, ratio tamen analogiæ quòd dici poſſunt oſtendit. vt triumphatus, erratus, regnatus, laboratus, decurſus. Virgilius, Ille triũphata capitolia ad alta Corintho. Idem. Regnata per arua Saturno. In primo Aeneidos, Arte laboratæ veſtes. Idem in tertio, Errata retrorſ[us] Littora. Terẽt. in Adelph. Propè iam excurſo ſpatio, hoc eſt, in ſũma ſenectute. Et à curſoribus tranſlatum eſt. ¶Ille ſuam ſemper egit vitã.} Collationem habet vitæ ruſticę, & vrbanæ. ¶Duxi vxorem, quam ibi miſeriã nõ vidi?} In coniugio ſeruitus eſt, quã effugere nullo modo poßis. et cũ omnis miſera eſt ſeruitus, illa minimè viro conuenit, qua cogimur mulieri inſeruire. Domi deſidendum eſt. Cœnandũ domi. Viuendum more vxoris. quod ſi facis, vbi libertas illa, cuius nos auidos natura finxit? ſi nõ facis, paratæ lites, audiẽda cõuitia, alia multa ferenda. ¶Duxi vxorẽ, quam ibi miſeriam non vidi? nati filij, alia cura.} Auguſtinus lib. de ciuitate XIX. de ſociali vita, quæ cùm maximè expetenda ſit, multis offenſionibus ſæpe ſubuertitur. In huius, inquit, mortalitatis ærumna, quot & quantis abundet malis ſocietas humana, quis enumerare valeat? quis exiſtimare ſufficiat? Audiant apud Comicos ſuos hominem cum ſenſu, atq; cõſenſu omniũ hominũ dicere. Duxi vxorem, quam ibi miſeriam

*Vſus et experientia.*

*Subducere rationem.*

*Digitorum geſtu computare.*

*Participia ſine verbis.*

*nõ vidi?

*Triumphatus. Erratus. Regnatus. Laboratus. Excurſus.*

*Coniugij incommoda*

vidi? nati filij, alia cura. Auguſtini codices ſine negatione habent. Eadem lectio eſt in Ald. & codice Gandauenſi. Quam ibi miſeriā vidi? Sed interrogatione per negationem melius Demeæ ſenſus exprimitur. ¶Nati filij, alia cura.} Vt rectè educentur, vt bene inſtituantur, vt veſtiantur, vt ne quid peccent, ne in morbum incidant. ¶Patria potitur commoda.} *Potior.* Priſcianus. Potior illius rei, & illam rem, & illa re dicimus. Cicero in ſecunda inuectiua. Rerum potiri volunt. Terentius. Patria potitur commoda. Virgilius in I. Aen. Egreſſi optata potiuntur Troës arena. ¶Illū vt viuat optant.} Illum pro ille poſuit veterum more. ¶Hic potitur gaudia.} Dictum & hoc vetuſtè. Sic Gellius quoque, mortem per vim potita eſt. *Benignè facere.* ¶Benignè facere.} Eſt munificum eſſe. Cicero pro Plan. Benignè multus fecit. ¶Nō poſteriores feram.} Subaudi partes. Tranſlatum eſt enim à partibus hiſtrionum in fabula. Et ſignificat ſuperiorem ſe fratre futurum, in dando atque obſequendo, ſiquidem eo pacto efficere poſſit, vt à filiis ametur. ¶Deerit?} Demea ad ingenium redit. atque adeò verum eſſe oſtēdit, quod Flaccus ſcripſit: Naturam expellas furca licet, vſque recurret.

LATOMVS.

Argumentum. Motus exemplis mutat vitæ ſuæ inſtitutum Demea, & ex duro atque agreſti ſtudet fieri benignus. Pertinet hæc ſcena ad erudiendum ſpectatorem, vt intelligat, qui ſit ſcopus huius fabulæ. *Subducta ratione.* ¶Subducta ratione.} Id eſt, conſiderata rectè viuendi via. tranſlatum à calculatoribus. *Excurſo ſpatio.* ¶Excurſo ſpatio.} Finita ætate. tranſlatum à campeſtri certamine. *Lædere os.* ¶Lædere os.} Offendere, rubore afficere. *Videre, pro experiri.* ¶Vidi.} Expertus ſum. ¶Facerem.} Pararem. ¶Hoc fructi.} Vetuſtè pro fructus. ¶Ille, illum, illi.} Pulchra traductio cum repetitione ad amplificationem & ornatum. ¶Ego quoque.} Aetiologia. ¶Poſteriores.} Accuſatiuus, ſubaudi, partes.

PETRVS MARSVS.

Nunquam ita quiſquam.} Imperiti hominis peruerſitatem & ingenij craſſitudinem, qui virtutes, non quòd honeſtæ ſunt, & ſua cauſa dignæ cur expetātur, ſed quia commoditatem & vtilitatem præſtant, ſectari cupiat, exprimit *Virtus per ſe expetēda* hæc ſcena. Hos quomodo philoſophus lib. I. Ethic. inſectetur, ſi libet audias. Qui virtutes hoc modo exiſtimant, quòd diuitias, ſeruitia, altáſque vulgares fortunas, & externa bona producant, quis virtutum finis ſit, videtur mihi planè ignoraſſe. Et poëta Latinus conqueritur, quòd virtutes, quæ carent præmio, parui penduntur.

Nec facile inuenies multis è millibus vnum,
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.

*Facilitas.* ¶Facilitate nihil.} Facilitas eſt virtus contraria moroſitati, quam cùm ſupra modum & inſolètius vſurpamus, in vitium degenerat. Xenophon libro quarto, Facilitatis magna *Clementia.* laus eſt in omni conditione vitæ. Clementiā verò Cic. lib. II. Rhetor ſic definit: Clementia eſt per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. *Fructi.* ¶Hoc fructi.} Vetuſto more pro fructus. Nam veteres Latini tantùm quatuor declinationes ponebant. ¶Patria potitur.} Et hoc veterum cōſuetudine, apud quos potior & fruor conſtruuntur cum accuſatiuo.

RIVII CASTIGA.

Blandè dicere aut benignè facere: quando eò prouocat.} Multo maxima pars librorum veterum habet: Quando huc prouocat: quo modo interpres quoque legiſſe videtur, quantum ex omnibus fermè editionibus colligo. Sed & verſus vtrunque patitur & ſenſus. Proinde non magnopere, vtrum legas, referre puto. Cæterùm benignè facere hîc ſignificat *Benignè facere.* munificum eſſe, quo modo Cicero vtitur pro Plancio, & II. Offic. vbi, Qui, inquit, opera, virtute, & induſtria benefici & liberales erunt: primùm quo pluribus profuerint, eo plures ad benignè faciendum adiutores habebunt. Plautus in Captiuis: Gratis hūc à me, vt ſit liber, abducito. PH. Aedepol Hegio facis benignè.

GLAREANVS.

Trochaici tetrametri catalectici huius ſunt ſcenę verſus. In tertio proceleuſmaticus eſt loco ſecundo. In quinto Euenit præſentis videtur temporis, & creticus loco primo, trochæus ſecundo. Eraſmus tamen iambicum tetra. acatalecticum indicauit inter reliquos trochaicos omneis. Nam in octauo vel Id à ſuperiore eliditur verſu, vel amphibrachys eſt loco primo. alioqui & ipſe futurus erat iambicus tetra. acata. inter reliquos trochaicos, cuiuſmodi & nonus, niſi Egit verbum poſt Vitam legas. ſic enim erit verus trochaicus. Idem de duodecimo aio, in quo puto amphibrachyn eſſe loco primo, alioqui & ipſe iambicus erit tetrameter catalecticus. In decimoquarto, aut s, in Illis eliditur, aut aliquid in eo verſu ſuperfluit, & fortaſſis verbum Autem, quod ego propémodum crediderim, niſi putemus Poëtam abſque Vt, ita locutum, Porrò autem dū ſtudeo illis quamplurimum Facere. per infinitum verbum, quod ego abſque exemplaris vetuſti fide non aſſeruerim. In decimonono, eliditur s, in fine verbi Deſertus. In viceſimo Meam, & in viceſimoprimo, Meo monoſyllaba ſunt, niſi illic bacchium loco quarto, hîc amphibrachyn ponamus loco ſecundo. In viceſimoſecundo, Potitur tertia dixit coniugatione, vt ſuprà *Potitur.* verſu decimoſeptimo, huius adeò ſcenæ. In viceſimotertio deeſt ſyllaba poſt Nunc. ego vel Hercle, vel Ergo, vel Certè, vel quid ſimile poſitum à Poëta puto. In vltimo verſu Mea vel monoſyllabum eſt, vel creticus loco ſecundo.

IOAN. THEOD.

Bene ſubducta ratione.} Bene diſpoſita, inquit Donatus, bene computata. Ducere enim eſt digitis computare. ſed ducere, eſt apud alium & palàm: ſubducere, apud ſeipſum & ſecretò. Hac ille. Quòd autem ſolenne eſſet veteribus, per digitos computare, his teſtimoniis facilè cōprobatur. *Computatio per digitos.* Apuleius oratione ſecunda pro Magia, Si triginta annos pro decem dixiſſes, poſſes videri pro computationis geſtu erraſſe, & quos circulare debueris digitos aperuiſſe. Quum verò quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma ſignificantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum geſtu erraſſe. Tertullianus in Apologetico: Multis inſtrumentis cum digitorum ſupputatoriis geſticulis aſſidendum eſt. Diuus Hieronymus aduerſus Iouinianum lib. primo: *Matth. 13.* Centeſimus & ſexageſimus & triceſimus fructus, quanquam de vna terra, & de vna ſemēte naſcatur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipſa digitorum coniunctio, quaſi molli ſe complexans oſculo & fœderans, maritum pingit & coniugem. Sexaginta verò ad viduas, eo quòd in anguſtia & tribulatione ſunt poſitę. Vnde & ſuperiori digito deprimuntur: quantóque maior eſt difficultas, expertæ quondam voluptatis illecebris abſtinere, tanto maius eſt præmium. Porrò centeſimus numerus de ſiniſtra transfertur ad dexteram: & eiſdem quidem digitis, ſed non eadem manu, quibus in læua nuptæ ſignificantur & viduæ, circulum faciens, exprimit virginitatis coronam. Plinius lib. XXXIIII. cap. ſeptimo,

*Digitorum geſtu computare.*

*Ianus geminus à Numa rege dicatus, qui pacis bellíque argumento colitur, digitis ita figuratis, vt trecentorum ſexaginta quinque dierum nota, per ſignificationẽ anni, temporis & æui, ſe deum indicaret. Quoniam verò hæc adhuc obſcura ſunt, & lucis egentia maioris, non grauabor adſcribere quæ Beda, cognomento apud omnes recepto venerabilis, hac de re mandauit memoriæ. Quum, inquit, vnum dicis, minimum in læua digitum inflectens, in medium palmæ artum figes. Quum autem duo, ſecundum à minimo flexum ibidem impones. Quum tria, tertium ſimiliter adflectes. Quum dicis quatuor, itidem minimum leuabis. Quum dicis quinque, ſecundum à minimo ſimiliter eriges. Quum ſex, tertium nihilominus eleuabis, medio duntaxat ſolo, qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo. Quum ſeptem dicis, minimum ſolum ſupra palmæ radicem, cæteris interim leuatis, impones. Iuxta quem quum dicis octo, medium: quum nouem, impudicum è regione compones. Quum decem enuntias, vnguem indicis in medio figes artu pollicis. Quum viginti, ſummitatem impudici inter nodos indicis & pollicis arctè figes. Quum dicis triginta, vngues indicis & pollicis blando iunges amplexu. Quum dicis quadraginta, interiora pollicis lateri vel dorſo indicis ſuperduces, ambobus duntaxat erectis. Quum quinquaginta pronuntias, pollicem exteriore artu inſtar Græcæ literæ gamma Γ curuatum ad palmam inclinabis. Quum ſexaginta, pollicem vt ſuprà curuatum, indice circumflexo, diligenter à fronte præcinges. Quum dicis ſeptuaginta, indicem vt ſuprà circumflexum, pollice in longum extenſo implebis, vngue illius duntaxat erecto trans medium artum indicis. Quum octoginta, indicem vt ſuprà circumflexum, pollice in longum tenſo, implebis, vngue videlicet illius in medium indicis artum fixo. Quum dicis nonaginta, indicis inflexi vnguem radici pollicis erecti infiges. Et hos quidem numeros læuæ geſtu ita enuntiari, idem author colligit. Deinceps conuerſus ad dextram, Quum, inquit, centum ſignificas, eodem vtaris modo, quo in læua decem monſtrabas. Ducenta in dextra, quomodo in læua viginti. Trecẽta in dextera, quemadmodum triginta in læua. Eadem ratione & cætera vſque ad nongenta. Item mille in dextra, quo modo vnum in læua. Duo millia in dextra, quo modo duo in læua. Tria millia in dextera, quemadmodum tria in læua. Et reliqua vſque ad nouem millia. Porrò decem millia quum dicis, læuam medio pectori ſupinam appones, digitis tantùm ad collum erectis. Quum viginti millia dicis, eandem pectori expanſam latè ſuperpones. Triginta millia quum dicis, eadem prona, ſed erecta, pollicem cartilagini medij pectoris immittes. Quadraginta millia quum dicis, eandem in vmbilico erectam ſupinabis. Quinquaginta millia quum dicis, eiuſdem pronæ, ſed erectæ, pollicem vmbilico impones. Sexaginta millia quum dicis, eadem prona femur læuum deſuper comprehendes. Septuaginta millia quum dicis, eandem ſupinam femori ſuperimpones. Octoginta verò millia, eandem pronam femori ſuperimpones. Nonaginta item millia, eadem lumbos comprehendes, pollice verſo ad inguina. At verò centum millia, ducenta millia, & deinceps vſque ad nongenta millia, eodem quo diximus ordine, in dextra corporis parte complebis. Decies autem centena millia quum dicimus, ambabus inuicem conſertis manibus, digitos implicabimus. Hactenus Beda cap. I. eius libri cui titulum fecit de natura rerum. Hinc non parum lucis affertur Quintiliano, vbi de Geometria libro primo verba facit, Si actor, inquit, non dico ſi circa ſummas trepidat, ſed ſi digitorum incerto ſolùm aut indecoro geſtu à computatione diſſentit, iudicatur indoctus. Iuuenali quoque Satyr. X.*

*Rex Pylius (magno ſi quicquam credis Homero)*
*Exemplum vitæ fuit à cornice ſecundæ.*
*Fœlix nimirum, qui per tot ſecula mortem*
*Diſtulit, atque ſuos iam dextra computat annos.*

*De Neſtore loquitur Pyli rege, qui de ſua ætate ſic ipſe meminit apud Ouid. Metamor. XII. — vixi*
*Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.*

*Sed & rurſus Quintiliano libro vndecimo capite tertio, de manuum geſtu his verbis diſſerenti, Nam geſtum poculum poſcentis, aut verbera minantis, aut numerum quingentorum pollice flexo efficientis, quæ ſunt à quibuſdam ſcriptoribus notata, ne in ruſticis quidem vidi. Qui locus mirè conſentit cum Beda. Quemadmodum enim exprimuntur quinquaginta, pollice manus ſiniſtræ flexo verſus palmam inſtar literę Græcæ Γ, ſic & manus dextræ pollice eundem in modum flexo, curuatóque quingẽta repręſentantur. qui geſtus in dicendo eſſet Oratori inuenuſtus.*

## ACTVS V. SCENA V.



ARG. ADRIA. BARL.

Demea abſurdè contra ingenium ſuum blandus eſſe conatur.

DONAT. *HEVS Demea, rogat frater ne abeas lõgiꝰ. } Hîc oſtẽdit poëta, quàm abſurdè blãdus conetur eſſe, qui non ſoleat: & quàm immodica ſit repẽtina largitas, vbi animus à parcitate nimia in contrarium vitium profuſionis excurrerit. ⁋ Heus Demea, rogat frater ne abeas longius. } Vt apparet, iam edormiuit crapulam Syrus. & ſatis moraliter dixit, frater: nec addidit Tuus. ⁋ Frater. } Moraliter, nam deeſt tuus.*

*Salue.*

*Præter naturam.*

*⁋ O Syre noſter, ſalue, quid fit? } Iam non hæc blanda, ſed dura ſunt. nam ſalue dixit ei, non ſolùm quem ſæpe viderit, ſed cum quo toties litigauerit. ⁋ Quid fit? quid agitur? } Interrogat & cùm ſciat, et cùm damnet actus eius. ⁋ Rectè. } Bene reſpondit: hæ enim interrogationes de ſalute atque incolumitate eius ſunt qui interrogatur. ⁋ Hæc tria. } Deeſt verba. ⁋ Præter naturam. } Plus dicit, quàm ſi diceret, præter cõſuetudinem. ⁋ Iam nunc hæc tria primùm addidi, præter naturam, ô no-*

ſter, quid fit? quid agitur?} Hoc preſſius dictũ eſt.¶ Seruum haud illiberalem.}Dura & importuna repentè cõmutatio ex tanta vituperatione in laudem Syri, oſtendit cõtra naturam ſuam niti Demeam.

*Prabere ſe.* ¶ Præbes te.}Id eſt re oſtendis, factis probas. ¶ Et tibi lubens bene faxim.}Et bene ad quam rem adiectũ eſt: an & bene * hoc addidit. Quis enim credat tam ſubitus poſt ſæuitiam blandimentis, niſi factis quoque vera eſſe oſtendantur? ¶ Et tibi lubẽs bene faxim.

*Et.* } Et additum eſt, vt oſtendat hanc eſſe ſententiam, Non ſolùm te laudo, ſed etiam iuuo: illud dicendo, hoc faciendo. ¶ Et tibi lubens bene faxim.} Poteſt hoc & ſic intelligi, Bene tibi faxim, & lubens. multi enim bene, ſed non ex animo faciunt. Omnia ergo addidit, quæ placidum oſtendant ipſum, atque clementem.

*Atqui.* ¶ Atqui Syre.} Atqui, abundat per παρέλκον. ¶ Syre.} Aſſeueratio eſt non credentis. ¶ Hoc verùm eſt.} Quaſi falſum fuerit illud quod iurgabat: & hoc ſit verum quod nunc dicit.

*Propediem. Hyphen.* ¶ Propédiem.} ὑφὲν. Nam propédiem aduerbium eſt temporis: vt ſi diceret, citò.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena Poëta oſtendit, quàm abſurdè Demea contra ingenium ſuum conetur eſſe blandus: quanquam immodica ſit repentina largitas, vbi animus à nimia parcitate in profuſionis vitium decurrit. Apparet etiam iam crapulam omnem Syrum edormiuiſſe ac deſpumaſſe.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

DEmeæ noua & ſimulata comitas multis patefit, nã in hac ſcena Syro præter naturam adulatur.

*Trimetri.*

SYRVS, DEMEA.

HEVS Demea, rogat frater ne abeas longius.
D. Quis homo? ô Syre noſter, ſalue: quid fit? quid agitur?
S. Rectè. D. optumè eſt. iam nunc hæc tria primùm addidi
Præter naturam, ô noſter, quid fit? quid agitur?
Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre
Hoc verũ eſt, & ipſa re experiere propédiẽ.

ADRIA. BARL.

Quid fit? quid agitur?} Blandimentum eſt, non interrogatio.

*LATOMVS* Argumẽtum. Prodit Syrus, vt Demea experiatur nouam benignitatem. ¶ Iam nunc.}Hoc rectè, quia difficile eſt naturam mutare. Et attende quàm ridiculè contra ingenium conetur ſenex.

PETRVS MARS.

Heus Demea.} Nihil magis riſu dignum eſſe, quàm id quod quis cõtra naturam facere contendit, docet hæc ſcena. Semper enim indicia adſunt, quæ faciunt, vt quæ cum gratia locũ habere poſſent, inutiliter & ineptè audiantur.

GLAREANVS.

Harum ſcenularum verſus ſunt rurſus ſenarij. In vltimo prioris ſcenulæ verſu Hoc, à ſuperiore verſu eliditur. Ita in ſecundo verſu ſequentis ſcenulæ vel a in Accerſant à ſuperiore verſu eliditur, vel d, in Sed, vel denique creticus eſt loco ſecundo. Cæterùm tertium & quartum rectè Riuius legit. In Aldino codice corruptè leguntur. In ſexto a non eliditur in Ita, alioqui carminis ratio claudicabit, Conſentiunt codices omnes.

ADRIA.

*DONAT. Prouiſo.* HERA, ego hinc ad hos prouiſam.} Ad hos, ad Mitionem & Aeſchinum ſcilicet. Prouiſo duas res ſignificat: procedo & video. ¶ Sed eccum.} Hoc apud ſe.

*Ob.* ¶ Oh, quî vocare?} Hac interiectione vtimur, vbi ex interuallo notos videmus. ¶ Oh, quî vocare?} Poſt oh, nomine vocaturus, non habuit quod diceret: & ideo ſubiecit, Quî vocare? Vir. O quam te memorem virgo? nãq; haud tibi vultus Mortalis: nec vox hominem ſonat: ô dea certè, An Phœbi ſoror: an Nympharum ſanguinis vna? Moris eſt autem inferiores proprio nomine vocari, ſi blandiri velis. ſed hic nominis oblitus, dũ dubitat & inquirit, inheſit pronomini.

*Nominis proprij appellatione blãdimur.*

*Animo meo.* ¶ Animo meo.} Hoc eſt ſecundũ animi mei ſententiã, & quãtum ad animum meum pertinet. ¶ Nã is mihi eſt profe. ſer.} In hoc laudando quia nõ laborat, ſubiecit ſpecialiter merita eius: aut, vt exiſtimo, nihil habuit quod diceret niſi laudẽ, ſine vllius facti mẽtione. Et Mibi, id eſt, quãtum ad iudiciũ meũ pertinet. *Mibi.* ¶ Cui dominus curæ eſt.} Cum hic dominas habeat, dominũ dixit: quia prævalet maſculinũ. Virgi. Deſcẽdo, ac ducẽte deo flãmã inter et hoſtes Expedior. *Maſculinũ fœminino prævalet.* Et præterea ſentẽtia generalis inducitur, cũ nullũ ſpecialiter dominũ ſignificat. ¶ Ita vt tibi ſenſi Geta.} Maximũ delinimẽtũ infert, eum nomine vocans. quod tantùm ſuperioribus eſt. & vide quàm gratè, poſtquam ipſe dixit, nomine appellauit Getã. ¶ Et tibi ob eam rem.} Quid & tibi? vtrũ quẽadmodum aliis? an quẽadmodum Syro? ¶ Et tibi ob eam rem, ſi quid &c.} Defectus quidam ruſtici præter naturam blandientis, cogit dicta repetere ſine

## ACTVS V. SCENA VI.



ARG. PAVL. MALL.

HIc Demea obuium Getam præter conſuetudinem blandè nititur compellare, & eius inſulsè laudibus inſiſtit, pollicendo ei ſe benefacturum.

ſine gratia. Hæ autem promiſsiones ad hoc præmittuntur, vt cũ in ſubiectis agi à Demea huiuſmodi res cœperint, non ſit abſurdũ ſpectatoribus, Demeam tam citò eſſe mutatum. Meditor eſſe

Affabilis. affabilis.} Sic hoc lentius, vt illud ſuprà, Iam nunc tria hæc addidi præternaturam, O noſter, quid fit? quid agitur? ∇ Paulatim plebẽ.} Mo-

Plebs. raliter inferiorũ turbam, plebem dixit: hoc eſt, vt in vrbe vulgus, ita in familia ſeruos. Et fit tranſlatio ab iis qui honores doloſè, ac nõ pro merito petunt, ambitioſiq́ue ſunt. ∇ Plebem primulùm fa-

Facio meã. cio meam.} Hoc eſt mihi fa-

Meus. Noſter. uentem. Et è contrario Virgil. Vadimus immiſti Danais haud numine noſtro.

ADRIA. BARL. Quàm mox. Quàm mox virginẽ accerſant.} Quàm mox ſignificat idem quod quàm citò. vt, quàm mox erit cocta cœna? Ita & hoc in loco accipitur. Plautus quoque per interrogationem dixit. Quàm mox mihi operam das? Sed ſi per ſe ponas, ſignificabit paulopoſt. ∇ Qui vo-

Qui vocare? care?} Quis interrogat. Qui in ſingulari ſemper refert, niſi euphoniæ cauſa, & Comicè dicas, Qui vocare? ∇ Si quid vſus venerit.} Sunt qui vſus genitiuum eſſe velint, hoc ſenſu, Si quid fructus & commodi inciderit. ∇ Lubens bene faxim.} Videas multos benefacere aliis, ſed perpauci ex animo benefaciunt. ∇ Paulatim plebem primulùm facio meam.} Ser-

ARG. CHRISTOPH. HEG.

VT in priore ſcena Syro, ita in hac Getę inſulſiſsimè adulatur Demea: Adeò verum eſt illud Horatianũ.

Tu nihil inuita dicas faciáſque Minerua.

GETA, DEMEA.

HERA, ego hinc ad hos prouiſam quàm mox virginem
Accerſant: ſed eccum Demeam: ſaluos ſies.
D. Oh, qui vocare? G. Geta. D. Geta, hominem maxumi
Pretij eſſe te, hodie iudicaui animo meo.
Nam is mihi eſt profectò ſeruus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curæ eſt: ita vt tibi ſenſi Geta.
Et tibi ob eam rem, ſi quid vſus venerit,
Lubens bene faxim. meditor eſſe affabilis,
Et bene procedit. G. bonus es, cùm hæc exiſtimas.
D. Paulatim plebem primulùm facio meam.

uorum turbam plebẽ dixit. Quod enim in vrbe vulgus, hoc in familia ſerui. ∇ Facio meam.} Vt mihi faueant, vt me ament.

LATOMVS.

Argumentũ. Aliud experimentum Demeæ in Geta. Et ſimul egrediũtur perſonæ in proſcenium ad congreſſum ſequentis ſcenæ. ∇ Ob, qui vocare?} Ob ſenilis interiectio. ∇ Meditor eſſe.} Hoc ſecum placens ſibi Demea. ∇ Plebem.} Metaphoricõs ſeruos vocat.

PETRVS MARS. Hera, ego.} Veriſsimum eſſe quod dicit Horat. Dum vitant ſtolidi vitia, in contraria currunt: teſtatur hæc ſcena. Nam dum Demea omnibus ſe facilem & ſuauẽ præbere ſtudet, & vitiũ moroſitatis & inclemẽtiæ effugere laborat, in lõgè grauius incidit, vt penè contemptim nugacitatem ſuam & vilitatem omnibus obiiciat.

RIVII caſtigatio. Geta maxumi pretij eſſe te hominem &c.} Sic quidem Moguntinum & Vuittembergenſe exemplar, vt alia omittam. Cæterùm ſic legendi ſunt hi duo verſus:

Oh, qui vocare? GE. Geta. DE. Geta, hominem maxumi
Pretij eſſe te, hodie iudicaui animo meo.

Ita vetuſta exemplaria conſentiunt, neque aliter conſtant ſenarij: Eſſet enim alter ex his brachycatalecticus.

DONAT. OCCIDVNT me quidẽ.} Adoleſcens & Demea inter ſe affabiles, imaginẽ præbent, & quàm dulcis ſit iunioribus aſſentatio, & quàm ingrata cenſura. ἰδιωτικῶς autẽ dixit Occidunt me, pro, Nimis lædunt &

Occidunt me. cruciãt me. ∇ Dum nimis ſanctas nuptias.} Et nimis ſanctas ridiculè additum eſt in ea ducenda, quæ iam pepe-

Sanctum. rit. nam ſanctum eſt, quod omni obſeruatione inuiolatum eſt. Et bene additum eſt

Nimis. Nimis: quia nimium pro vitio ponitur: iuxta illam ſententiam, Vt ne quid nimis.

Quidem. ∇ Occidunt me quidẽ.} Quidem, pro expectatione * eſt: tanquam in hac mora nullus alius occidatur, niſi qui amat, id eſt ego. ∇ Quid agitur Aeſchine?}

Quid ſit? Iam ipſe docui, quid ſit, & quid agitur, blandimentum eſſe. Iam nũc hæc tria primùm

Quid agitur? addidit pręter naturã, ô noſter, quid fit? quid agitur? ∇ Hem pater.} Non ſine conſternatione reſpondet Aeſchinus: etſi hic blandè interrogat, & miti vultu: nã ex improuiſo obiectus eſt Demea, & inſperanti. ∇ Tuus hercle verò & animo & natura pater.} Totũ eripuit Mitioni, cui ne animũ quidem reliquit. ∇ Qui te amat, plus quàm hoſce oculos.} Magis comicum, quàm amo. ∇ Sed cur non domum vxorem accerſis?} Bene ſubiecit quę volenti eſſe credebat. ∇ Verùm hoc mihi mora eſt, tibicina, & hymenæũ.}

Hymenæũ. Hoc eſt quod ait, Dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere. Hymenæum quidã Li-

Hymenæus beri & Veneris filium dicũt eſſe, qui primus certas nuptias inſtituerit. ideo per laudem cantatur virginalibus

## ACTVS V. SCENA VII.



ARG. ADR. BARL.

NVptiãrum mora offenditur Æſchinus. Hunc Demea blandè alloquitur, & maceriam dirui iubet

*nuptiis ob huiuſmodi meritum. Alij virum fortẽ Atticum dicunt fuiſſe, qui raptas prædonibus virgines, oppreſſis latronibus, intactas patriæ reſtituerit. Alij,* Hymen. *quòd ὑμὴν dicatur mẽbrana quædam, qua eſt munita virginitas, quæ primo diſrumpitur coitu, hymenæum putant, veluti hymnum vocari virginalium nuptiarũ. Ergo ſic accipe hymenæum in nuptiis, quemadmodum* Threnos. *θρῆνον in funere, vel in ſacris hymnum.* Hymnus. *¶ Vin' tu huic ſeni auſcultare?} Contempſit* *qui dũ *ſe ipſum dicendo huic ſeni, hoc ſolum afferens cauſæ cur audiẽdus ſit, quòd ſit ſenex. Et totum hoc apparet lætiſſimo vultu dici. ¶ Turbas, lãpadas, tibicinas.} Bene totũ pluraliter: vt qui reprehẽdit ſic multa. Plautus, Quos tu mihi paraſitos, luſcos, quos ſumanos ſomnias? Hæc igitur vultu pronũtianda ſunt, vt appareat ea diſplicere dicenti. ¶ Atque hanc in horto maceriã iube dirui.}* Maceria. *Maceria dicitur paries nunc * alicuius demacerata. ¶ Euge, iã lepidus vocor.} Apparet Demeam expertendi cauſa aſſentari, nõ quòd animo facit.* Fratri ędes *¶ Fratri ædes fient peruiæ.} Elegantius quàm fratris.* Inire gratiam. *¶ Ineo gratiam.} In gratiam eo, hoc eſt, amicos comparo.* *turbã, *¶ Ego lepidus.} Irridens adoleſcentis animum ſic inquit.* Iube. *¶ Iube nunc iam.} Inſultantis eſt verbũ, Iube, tanquã * præſtet Mitioni, hoc dicit Demea.* *præſenti *Aut apud ſe dicit hoc. ¶ Iube nunc.} Quaſi inſultantes dicere ſolemus, nunc minari, hunc aſſiſtere, quem afflictũ tenemus: ita & Mitioni Demea dicit, Iube nũc. ¶ Iube nunc iam dinumeret Babylo illi viginti minas.} Nimis morale eſt, cũ de abſente tanquam de præſente* * ille *agimus. Eſt autem, Iube nũc iam, figura etiã apud Plautum frequentiſſima.* *ergo *¶ Iube nunc iam.} Iube ſic dicit,*

qua puerperam traducant.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Æſchinus de nuptiarum mora ob apparatum & ritum conqueritur. Hîc deinde Demea paulò vrbaniùs blanditur, ex quo lepidum ſe vocari geſtit, ſimúlque parietem intermedium, quo commodius puerpera inducatur, dirui iubet. Hîc quoque Æſchinus & Demea inter ſe affabiles indicio ſunt, & quàm dulcis ſit iunioribus aſſentatio, & quàm ingrata cenſura.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN Hac ſcena Æſchino Demea ſe comem præbere conatur.

*Trimetri.*

AESCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA.

*Occidunt me * quidẽ, dum nimis ſanctas nuptias.*
*Student facere: in apparando conſumunt diem.*
*D. Quid agitur Aeſchine?* AESC. *hem pater mi, tu hîc eras?*
*D. Tuus hercle verò & animo, & natura pater,*
*Qui te amat plus quàm hoſce oculos: ſed cur non domum*
*Vxorem accerſis?* AE. *cupio, verùm hoc mihi mora eſt,*
*Tibicina, & hymenæum qui cantent. D. eho*
*Vín' tu huic ſeni auſcultare?* AE. *quid? D. miſſa hæc face,*
*Hymenæum, * turbas, lampadas, tibicinas:*
*Atque hanc in horto maceriã iube dirui*
*Quantum poteſt: hac transfer, vnam fac domum.*
*Traducet matrem, & familiam omnẽ ad nos.* AE. *placet*
*Pater lepidiſſime. D. euge, iam lepidus vocor.*
*Fratri ædes fient peruiæ: turbam domum*
*Adducet, & ſumptum admittet: multa: quid mea?*
*Ego lepidus ineo gratiam: iube nunc iam*
*Dinumeret Babylo * illi viginti minas.*
*Syre ceſſas ire ac facere? S. quid * ago? DE. dirue*
*Tu illas: abi & traduce. G. dij tibi Demea*

*quemadmodũ ſuprà ille qui cum alius nemo adeſſet, alicui diceret.* Dinumero. *¶ Dinumeret.} Dinumeret dixit, quaſi multum numeret. ¶ Illi.} Cui illi? Cteſiphoni, Lenoni, an Aeſchino? an Syro?* Babylo. *¶ Babylo.} Fratrem, Babylonem ob nimiam liberalitatem vocat: an Aeſchinum nimis prodigum? ¶ Syre ceſſas ire ac facere?} ἰδιωτικῶς dicitur. ¶ Dirue.} Hoc vultu dicitur adhortante. ¶ Cum te video noſtræ familiæ tam ex animo factum velle.}* Ex animo aliquid facere. *Ex animo aliquid facere, eſt id facere quod ille in animo ſuo velit. aut certa ex tota mente præſtare nõ perfunctoriè, ſed ex animo factum intelligere debemus: vt ſit, ex animo, quaſi ex ſententia. ¶ Dignos arbitror.} Multa deſunt, & vos, & eſſe, & qui fiant.* Quid tu ais? *¶ Quid tu ais?} Eo vultu dicitur Quid tu ais, quo videmus loqui eos, qui interrogant geſticulãte vultu quid ſentiant de conſilio ſuo, quos ſciunt approbaturos eſſe. ¶ Sic ſoleo.} Poteſt εἰρωνεία videri. quippe quando tale conſiliũ probat Demea, quod probaret adoleſcens.*

ADRIA. BARL. Occidunt me.} *Nimis lædunt & cruciant. Amplificandæ rei gratia, verbũ atrocius ſubiecit loco proprij. ¶ Et animo & natura pater.} Hîc Dona. Totum eripuit Mitioni, cui nec animũ quidẽ reliquit. ¶ Plus quàm hoſce oculos.} Hyperbole eſt oratio fidẽ excedens, augendi cauſa. ¶ Cur non domũ.} Bene domum. quæ enim nubunt, teſte* Nonio, *in ædes maritorum tranſeũt. ¶ Hymenæũ qui canat.} Lactantius enarrans Statij tertio Thebaidos verſum illũ, Infauſtíſque dabas hymenæis,* Hymenęus. *Hymenęus, inquit, puer Athenienſis fuit, is cum annos puerilis ætatis exceſſiſſet, neque adhuc virum impleret, ea forma præditus fuiſſe traditur, vt fœminam mentiretur. Hũc cùm nobilis virgo quædam*

Bene faciant, cùm te video noſtræ familiæ
Tam ex animo* factum velle. D. dignos arbitror.
Quid tu ais? AE. ſic opinor. D. multo rectius eſt,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. AE. nihil enim vidi melius mi pater.
D. Sic ſoleo: ſed eccũ Mitio egreditur foras.

*fautum

go quadam amaret, ipſe ob generis ſui ignobilitatem nuptias deſperãs, quod potuit: tamen puellam extrema amoris lignea diligens, animum ſolo ſatiabat aſpectu. Cúmque nobiles fœminæ cũ virginibus ſacra Cereris Eleuſinæ celebrarent, ſubito aduentu piratarum raptæ ſunt, inter quas & Hymenæus, qui illuc muliebri amictu ſubſequutus fuerat amatam. Præda igitur auecta, cùm Piratæ nauigio in regionem longius diſsitam perueniſſent, hi ſomno oppreſsi, ab inſequentibus ſunt ad vnum omnes occiſi. Hymenæus relictis eo loco virginib⁹, Athenas reuerſus dilectæ nuptias paciſcitur à ciuibus hac lege, vt à piratis raptas, auectáſque nuper filias reſtituat. quod cùm feciſſet, exoptatam accepit vxorem. Quod coniugium quia felix fuerat, placuit Athenienſibus Hymenæi nomẽ miſcere nuptiis. Vnde ſolet in nuptiis cani ad hũc ferè modum ὑμὴν ὦ ὑμέναι ὦ ὑμήν. quod in auibus eſt ab Ariſtophane quoque poſitum. Hinc illud Catulli, O Hymen hymenæe, ô hymen, ô hymenæe. ⸢Lampadas.⸣ Facibus adhibitis nuptiæ fiebant veſperi apud antiquos. Seruius in quarto Aeneidos, Varronem citans, aqua & igni dicit vxores à maritis accipi ſolitas. Vnde hodie faces prælucẽt, & aqua de puro fonte intereſt nuptiis. ⸢Hanc in horto maceriam iube dirui.⸣ Quidam adnotauit, maceriam dici parietem, ſiue murum, vel congeriem lapidum in vnum compactorum, ſine cemento, quo vineæ claudi ſolent. Et hũc Terentij locum citat M. Varro libro primo de re ruſtica, agens de ſeptis. Quartum, inquit, fabrile ſepimentũ eſt notiſsimum maceria: huius ſpecies ferè quatuor. Quod fit è lapide, vt in agro Tuſculano. Quod è lateribus coctilibus vt in agro Gallico. Quod è lateribus crudis, vt in agro Sabino. Quod ex terra & lapillis compoſitis informis, vt in Hiſpania, & in agro Tarentino. ⸢Sumptum admittet.⸣ Non facilè dediſcuntur quæ nobis natura penitus indidit, atque inſeuit. Vnde hic Demea qui alienam, hoc eſt, liberalis viri perſonam ſumpſerat, facilè per occaſionẽ recurrit ad mores. ⸢Ineo gratiam.⸣ Amicos mihi cõparo, amicis ditor. Adrianus Cardinalis, Inire gratiam, inire rationem, inire magiſtratum, inire conſilium, inire pugnam, modi ſunt, inquit, Romano candore conditi, & memoriæ maximè mandandi. ⸢Dinumeret Babylo ille.⸣ Donat. legit illi, dubitans referendum ſit ad Cteſiphontem, Lenonem, an Aeſchinum. Et loqui videtur de minis illis viginti, quibus Leno citharistriã emerat. Illud quoque dubitans interrogat, an Babylonem Demea fratrem vocet, vt nimium liberalem. Ego puto fœneratoris nomen eſſe, à quo pecuniam peti velit, viginti minas. Olim homines pecuniam non in arca repoſitam habebant, ſed ad argentarios deferebant, vt inde quotannis vſuram reciperent.

Faces in nuptiis.

Maceria.

Babylo.

Argentarij

LATOMVS.

Argumentum. Demea noua benignitate proſequitur Aeſchinum, & traducta ſponſa, vnam domum fieri iubet. Pertinent hæc cuncta ad augendam cataſtrophen, per omnes perſonas deducendam. ⸢Sanctas nuptias.⸣ Id eſt, ſolennes & religioſas. vnde mox dicit: tibicina & hymenæum qui cantent, quæ ad nuptiarum ſolennia pertinebãt. Alioqui ſanctum, immolatum ſignificat, hîc pro religione ipſa in epitheto vſurpatur. ⸢Fratri ædes.⸣ Hæc cum inſultatione quadam dicit ſenex: & rectè, quia,

Sanctæ nuptiæ.

Naturam expellas furca,
tamen vſq; recurrit.

⸢Babylo illi.⸣ Nomen fœneratoris, vt apparet. Alij tamen ad Mitionem, vel ad lenonem, vel ad Aeſchinum referunt.

PETRVS MARSVS.

Occidunt me.⸣ Quod omnes homines ex alieno liberales ſunt, verùm ſi quando de ſuo quicquam erogabunt, tum tenaciſsimi ſunt, & ad rem mirum quàm attenti: quod hîc exemplo Demeæ docetur. Et Ariſtoteles libro Oeconomicorũ de Dionyſio ex Dione refert, quòd nullus parem curam habet alienorum & ſuorum. ⸢Sanctas.⸣ Sanctum, vt Feſtus ait, veteres dicebant, quicquid ſplendidè apparatum, magnificum, opiparum, & lautum eſſet. Sanctæ nuptiæ, id eſt ſolennes, quæ ſecundum ritus, & ceremonias matronalium legum inſtituuntur, quaſi ſancitæ. ⸢Hymenæum.⸣ Hymenæus deus eſt, nuptiarum præſes, cuius nomen frequentius in nuptiis boni ominis cauſa inuocabatur. ⸢Maceriam.⸣ Maceria, Nonius ait, paries eſt. Siſenna hiſtor. libro tertio, Poſt villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit.

Sanctum.

RIVII CASTIGATIO.

Et Hymenæum qui cantent.⸣ In manu ſcriptis erat, canat, non cantent: quaſi de vno loquatur Aeſchinus. Conſentiunt ex impreſsis Lugdunenſe, Venetum, Argentoratenſe, alia pleraque, vt de tanto planè conſenſu mirer: cum tamẽ, quo minus ita legi poſsit, ſenarius repugnare videatur: Eſſet enim quinto loco pyrrhichius. In eiſdẽ verſu proximè præcedente additum eſt verbum quæſo, aſtipulãtibus omnibus fermè Donat. editionibus, ad hunc modum: Sed cur nõ domum vxorem quæſo accerſis? Per me integrum ſit lectori vtrum volet ſequi. Hoc obiter addam: in nuptiis quondam cani ſolitũ ad hunc propè modum: Ὑμὴν ὦ ὑμέναι ὦ ὑμήν. cuius Cælius meminit libro decimoquinto capite viceſimoquarto, Vnde illud Veronẽſis poëtæ: O hymenæe hymen hymen ô hymenæe. Plautus, Age tibicen, dum illam educunt huc nouam nuptam foras, ſuaui cantu concelebra omnem hanc plateam hymenæo: Io hymen hymenæe, ô hymen. Huc illud facit ex epiſtola Medeæ ad Iaſonem.

Hymenæus

At ſubitò noſtras vt hymen cantatus ad aures
Venit, & accenſo lampades igne micant.

Item illud in Hypermneſtra,

Vndique collucent præcinctæ lampades auro.
Vulgus hymen hymenæe vocant.

⸢Traduc & matrem & omnem familiam.⸣ Nos, tranſduce, vt plerique codices. Sed & poſtea ibidem ſequitur: Tu illas abi & traduce. ⸢Fratris ædes fient peruiæ.⸣ Hi verſus longè deprauatiſsimi ſunt. Nam primùm fratri legendum eſt, non

*non fratris, ex ſententia Dona. qui illud elegantius eſſe adnotauit. Deinde verbum adducet, quod in fine ponitur, id reponendum eſt ad initiũ verſus mox inſequentis. Præterea coniunctio & eximenda eſt, vt ſit* ἀσυνδετον, *Sic igitur leges ex obſeruatione veterum exemplarium:*

*Fratri ædes fient peruiæ, turbam domum*
*Adducet, ſumptum admittet, multa, quid mea?*

*In verſu proximè ſequenti primo loco proceleuſmaticus eſt. Ego lepidus in eo, &c. ¶ Iube nunc iam Dinumeret Babylo ille. } Nos, Dinumeret illi Babylo viginti minas: quo modo legẽdum è Donato liquet: Illi, inquit, cui? Cteſiphoni, an Leoni? Aeſchino, an Syro? Hæc ille. Verbum iube poſteriorem hîc habet breuem, ſicuti & caue, & vide, in carmine nonnunquam apud poëtas. Iam per diæreſim diſyllabũ eſt: quod ipſum quidem apud Plautum ſæpe reperias, velut in prologo Aſinariæ: Hoc agite ſultis ſpectatores nunc iam, Quæ mihi quidem atque vobis vortat bene. In Moſtellaria: Age comminiſcere ergo.* TR. *Quid agam nũc iam? Eodem modo in Pſeudolo. ¶ Syre ceſſas ire ac facere?* SY. *Quid ago? } Vocum ſimilitudine irrepſit mendum, vt opinor, Nam manu ſcriptus codex habet: Quid ergo? vt ſubaudias faciã, aut ſimile quippiam: Eſtq́; hæc haud dubiè vera lectio.*

*Iube ſecunda breui.*
*Iam diſyllabum.*

GLAREANVS.

*Harum ſcenularum verſus ſunt rurſus ſenarij. In vltimo prioris ſcenulæ verſu Hoc à ſuperiore verſu eliditur. Ita in ſecundo verſu ſequentis ſcenulæ vel a in Accerſant à ſuperiore verſu eliditur, vel d, in Sed, vel denique creticus eſt loco ſecundo. Cæterùm tertium & quartum rectè Riuius legit. In Aldino codice corruptè leguntur. In ſexto a, non eliditur in Ita, alioqui carminis ratio claudicabit. Conſentiunt codices omnes.*

IOANNES THEODORICVS.

*Babylo. } Nannius hanc vocem Babylo, quæ nuſquam alibi occurrit, planè arbitratur ſuppoſititiam eſſe: legẽdúmque, vel Babalon, quem Græci loquacem appellant: vel Bacalum, quod mollem ſignificat: vel (quod omnium maximè ipſi arridet) Bacelum, hoc eſt ſtultum. qua dictione Auguſtus Cæſar libẽter vti ſolebat, teſte Suetonio. Eo autem ſtomacho hæc verba à Demea ſecum loquente pronutiantur. Mitio viginti minis ad fidicinæ emptionem datis, gratiam Aeſchini & Cteſiphonis ſibi comparauit. Ego autẽ hac mea comitate illos ad me retraxi. Periit igitur ipſi ſuus ſumptus. ego enim iam lepidus vocor, ego lepidus meo gratiam. atque hinc inſultatio. Dinumeret nunc illi bacelo viginti minas. Bacelum filium vocat, quòd parentes non ob veras virtutes, ſed ob indulgentiam amet: vel quòd nuptias cum indotata contrahat.*

DONAT.

IVBET *frater? } Apparet Mitionẽ dixiſſe, Cur diruis? Syrum reſpondiſſe, Quia hoc iubet frater tuus. ¶ Iubet frater? } Dirui maceriam ſcilicet. ¶ Tún' iubes hoc Demea? } Interrogatiuè pronuntiandum totum. ita erit vna perſona. Et oſtenditur breuiter ex huius verbis, quid prior dixerit Syrus. Et mirum initium: ne procœmio opus eſſet Demeæ ad profitendam mutationem voluntatis. ¶ Hac re. } Maceriæ diſiectione. ¶ Et aliis omnibus. } Vt nuptiis ſenilibus. ¶ Colere. } Subauditur iubeo per* ζεῦγμα. *¶ Colere, adiuuare, adiungere. } Colere, ad nurum pertinet: Adiuuare, ad Hegionem: Adiungere, ad Soſtratam. Et notandum coli à ſuperiore. vt, Poſthabita coluiſſe Samo, hîc illius arma. ¶ Imò hercle ita nobis decet. } Antiqui ſi addebãt ſtatim verbum, Nos decet facere, nos decet dicere: ſi non addebant, Nobis decet, dicebãt. ¶ Primùm huius vxoris eſt mater. } Incipit à perſuaſione, ſed latenter, ita vt ea quæ propoſito conſilio dicenda erant, antè demõſtrarit, quàm dicat quid fieri velit. Et hoc ſemper fit ab oratoribus in his rebus à quibus incipere nõ oportet propter turpitudinẽ, aut incommoditatem rei quæ perſuadenda eſt. Conſidera adeò apud Virgilium, vbi perſuadet Iris matribus vt naues ſuas incendant: & inuenies hoc ipſum conſilium vltimũ poni poſt argumenta quamplurima, Quin agite, & mecum infauſtas exurite puppes. Et initium à poſſibili factum eſt. nam dicit, Huius vxoris eſt mater. ¶ Proba & modeſta. } Proba ſibi: & Modeſta apud alios. Et vide laudes cõſiliatoribus inuentas & vſitatas. ¶ Ita aiunt. } Hoc ita reſpondet, quaſi dicat, ſed quid mea? ¶ Scio. } Adhuc Mitio non intelligit quò res tendat: ſed tamen vultu quodam admirãtis, cur hoc dicatur, reſpondet. ¶ Parere iã diu per annos hæc non poteſt. } Rectè, ne contra filios ſuadere videatur. ¶ Per annos non poteſt. } Bene per annos: quia non eſt ſterilis. ¶ Hanc te æquum eſt ducere. } Te Mitio ſcilicet. ¶ Et te operam. } Te Aeſchine. nam ad illũ conuerſus à Mitione eſt. Et quare Aeſchinum operam dare æquum eſt? ſcilicet vt profit ſocrui. ¶ Parere iam diu per annos hæc non poteſt. } Hoc autem addidit, ne contra filios pater ſuadere videatur nuptias, ſi illis cohæredes eſſe procreandos ſuadeat. ¶ Me ducere autem? } Magna vis in prone-*

*Zeugma.*
*Colere.*
*Decet nobis*
*Proba.*
*Modeſta.*
*Per annos.*

# ACTVS V. SCENA VIII.



ARG. ADR. BARL.

Mitioni ſuadetur, vt vxorem ducat Soſtratam, ac vix tandem perſuadetur. Et non ſine riſu ſpectantium Demea præter naturam facilis eſſe ſtudet.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena variis rationibus perſuadetur Mitioni, vt Soſtratam vxorem ducat. Attende etiam, quòd Mitio videns Syrũ diruere maceriam, quæſierat, cúrnam id faceret, cui reſpondiſſe Syrus intelligitur fratrem ſuum Demeam ita iuſsiſſe, proindéque ſic incipit Mitio: iubet frater, &c.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

DEmea in hac ſcena ſe ridendũ propinat, dum præter naturam facilis, clemens, & comis eſſe vult.

*Trimetri & Tetrametri.*

MITIO, DEMEA, AESCHINVS.

IVbet frater? vbi is eſt? túne iubes hoc Demea?
D. Ego verò iubeo, & in hac re, & aliis omnibus,
Quammaximè vnã facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. AE. ita quæſo pater.
M. Haud aliter cenſeo. D. Imò hercle ita nobis decet.
Primùm huius vxoris eſt mater. MIT. eſt: quid poſtea?
D. Proba, & modeſta. M. ita aiunt. D. natu grandior.
M. Scio. D. parere iam diu per annos hæc non poteſt.
Nec qui eam reſpiciat, quiſquam eſt: ſola eſt. M. quam hic rem agit?
D. Hanc te æquum eſt ducere: & te operam, vt fiat, dare.
M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te inquam. M. ineptis. D. ſi tu ſis homo,
Hic faciat. AE. mi pater. M. quid? tu huic aſine auſcultas? D. nihil agis:
Fieri aliter non poteſt. M. deliras. AE. ſine te exorem mi pater.
M. Inſanis? aufer. D. age, da veniam filio. M. ſatin' ſanus es? ego
Nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam: atque anum decrepitam ducam? idne eſtis authores mihi?
AE. Fac: promiſi ego illis. M. promiſti autem? de te largitor puer.
D. Age, quid ſi quid te maius oret? MI. quaſi hoc non ſit maximum.
D. Age, da veniam. AE. ne grauare. D. fac, promitte. M. non omittis?
AE. Non, niſi exorem. M. vis eſt hæc quidem. D. age, prolixè Mitio.
M. Et ſi hoc mihi prauum, ineptũ, abſurdum, atque alienum à vita mea

*in pronominibus poſita eſt.
nam Me ille, ſic dicit, quaſi*
Me. *quem minimè deceat.* ¶ *Te.* ❡
Te. *Ille ſic reſpondet, quaſi quẽ
maximè oporteat.* ¶ *Ineptis* ❡
Ineptio. *Verbum eſt, quod facit ine-
ptio, ineptis, ineptit.* ¶ *Si tu*
Si ſis. *ſis homo.* ❡ Non, *ſi es, ſed ſis
dixit: quaſi in eo ſe hominẽ
ſit Aeſchinus probaturus.*
¶ *Si tu ſis homo.* ❡ *Aeſchine,
ſi ſis, pro ſi eſſe volueris, &
ſi credi homo volueris.* ¶ *Si
tu ſis homo.* ❡ *Hîc facetè &
mirè coëgit Aeſchinum ad
perſuadendum. non enim di
xit, Si tu ſis homo, perſuade:
ſed ſic, faciat: vt ab illo non
factum, ſed effectum exige-
ret.* ¶ *Quid? tu huic aſine au*
Aſinus. *ſcultas?* ❡ *Aptum conuitium
grãdi & fatuo.* ¶ *Mi pater.* ❡
Mi. *Mi, vocatiuus caſus eſt, ab
eo quod eſt meus.* ¶ *Fieri ali-
ter nõ poteſt.* ❡ *A neceſſario.*
Deliro. ¶ *Deliras.* ❡ *Proprio vocabu-
lo vſus eſt, tanquam loqua-
ci.* ¶ *Inſanis? aufer.* ❡ *Congruè*
Inſanio. *ſeni deliras, iuueni inſanis.
Et aufer, vel te, vel manum.
nam rogans manum admo-
uet ſcilicet, dicens, Mi pa-
ter.* ¶ *Aufer.* ❡ *Aut Te de-*
Aufer. *eſt, aut Manum: aut pro eo
quod eſt Abi, aut ſic, Au-
fer rem.* ¶ *Ego nouus mari-
tus.* ❡ *Apud Menandrum
ſenex de nuptiis non gra-
uatur.* ¶ *Ego nouus maritus
anno demum quinto & ſe-
xageſimo fiam: atque anum
decrepitã ducam?* ❡ *Hic deeſt
& quis, & quid, & quan-
do, & quomodo. vt ſit, Quis?
ego. quid? nouus maritus.
quando? anno demum quin
to & ſexageſimo. quomodo?
anum decrepitam ducam.*
¶ *Atque anum decrepitam
ducam.* ❡ *Hoc facetè addit,
tanquam faciendum hoc eſ-
ſet, ſi puella duceretur ſeni.*
¶ *Anno demum quinto &
ſexageſimo.* ❡ *Hæc ætas eſt,
vt Varro ait, etiam comico-*
Demum. *rum ſenum. Et demum, ad-
uerbiũ tarditatis eſt.* ¶ *Id'ne*
Author, pro *eſtis mihi authores?* ❡ *Hoc eſt*
perſuaſore. *perſuaſores. vt Virgil. Au-*
Decrepita. *thor ego audiendi.* ¶ *Decre-
pitam.* ❡ *Decrepitam, aut ſto
macho anili & iracũdo: aut
decrepitam obtuſi animi &
læſæ ſenectutis. aut decrepi-
tã, cui ſæpe moribundæ cre-
puerit plãctu familia, id eſt
clamauerit.* ¶ *Largitor.* ❡ *Ver* Largitor.
*bum eſt imperatiui modi, fu
turi temporis.* ¶ *De te largi-
tor puer.* ❡ *Acutius De te di* De te.
*ctũ eſt, quàm de tuo. Et be-
ne in eum, qui promiſerat
puellæ cõiunctionem ſuam.*
¶ *Da veniã.* ❡ *Præſta beneſi-* Dare veniã.
*cium, concede quod petitur.*
¶ *Ne grauare.* ❡ *Ne te difficị-
lem præbeas. quia grauem* Grauem ſe
*ſe dicitur præſtare, qui id fa* præſtare.
*cilè non præſtat in beneficio
quod poteſt.* ¶ *Da veniam:
ne grauare. fac, promitte.* ❡
*Altrinſecus agentium, fati-
gantiúmque verba ſunt.*
¶ *Age, prolixè Mitio.* ❡ *Aut* Prolixè.
*age prolixè, id eſt age beni-* Age.
*gnè: vt ſit prolixè benignè,
ſecundum veteres. aut per*
ἀσύνδετον, *&* ἔκλειψιν, *Age,
correptiuum: vt ad Prolixè
ſubaudiatur, noſter eſto, aut
quid tale: & Mitio velut
inſuaui dictũ ſit.* ¶ *Etſi hoc
mihi prauum, ineptum, ab-
ſurdum.* ❡ *Prauum, ſi anum* Prauum.
*ducit nullo cõmodo ſuo. Ine-* Ineptum.
*ptum, qui non voto filiorum
ducat vxorem. Abſurdum* Abſurdũ.
*homini, qui nunquam duxe
rit, & nunquam ducere vo-
luerit, ſeni duci vxorẽ, quæ
adoleſcenti ducta non ſit.*
¶ *Si vos tantopere iſtuc vul-
tis, fiat.* ❡ *Cur hîc non verti-
tur de voluntate Soſtratæ?
An quia illam conſentire
neceſſe eſt, vel propter pau-
periem, vel ob amorẽ filiæ
ſuæ?* ¶ *Si vos tantopere iſtuc
vultis, fiat.* ❡ *Ridiculè dixit,
& comicè, vxorem ſe duce-
re, non quia velit, aut de-
beat: ſed vt obſequatur iu-
bentibus.* ¶ *Hoc confit quod
vo.* ❡ *Perficitur inquit quod
volo: vt ſumptum & turbã
domũ recipiat Mitio, & ego
ineam gratiam.* ¶ *Quid nũc
quod reſtat?* ❡ *Quod reſtat,* Reſtat.
*pro, quod ſequitur. An quod
reſtat, tanquam reliquiarũ*

Videatur: ſi vos tantopore iſtuc voltis, fiat.
AE. bene facis.
D. Meritò te amo. verùm, quid ego dicam?
hoc * confit quod volo.
Quid nunc * quod reſtat? Hegio his eſt cognatus proxumus,
Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.
M. Quid facere? D. agelli hic ſub vrbe eſt paululum quod locitas * foras:
Huic demus qui fruatur. M. paululum id autem? D. ſi multum, tamen
Faciundum eſt: pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, rectè datur.
Poſtremò nõ meum illud verbum facio, quod tu Mitio
Bene, & ſapiẽter dixti dudum: vitium commune omnium eſt,
QVOD NIMIVM ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam nos decet
Effugere: dictum eſt verè, & re ipſa fieri oportet.
M. Quid iſtuc? dabitur quidem, quando hic volt. AE. mi pater.
D. Nunc mihi tu es germanus pariter corpore & animo. M. gaudeo.
D. SVO SIBI HVNC gladio iugulo.

*quũ ſit
*quid
*foris.

priorum, ac per hoc minimũ? ¶ Hegio his eſt cognatus proximus.} Commendatio perſonæ quaſi notæ, etiam Mitioni ob merita ſua. Et bene addidit proximus: nã multi gradus & veluti rami ſunt propinquitatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. ¶ Affinis nobis.} Rectè. nam vxoris cognati, marito affines ſunt. ¶ Pauper.} Iam hoc nomine apparet aliquid flagitari. ¶ Quod locitas foras.} Foras dixit, locum pro perſona ponẽs: quaſi diceret, neſcio cui alieno. ſic & nos dicimus, Audi quid dicit

Proximus. Affinis. Locito. Foras.

* Ecce hac, pro ecce hic. Cicero, Hic tum alius ex alia parte. Deeſt ergo aliquid, vt ſit, Quod locitas foras verſum. Aut ſi foris: foris poſito, id eſt alieno. ¶ Sub vrbe eſt agelli pau.} Totũ cum contẽptione pronũtiandum. ¶ Huic demus qui fruatur.} Id eſt qui fructũ capiat, non proprietate potiatur. Propriè ergo & quaſi de iure dixit fruatur. eſt autem fruatur, alatur: quia frumen dicitur ſumma gula, per quam cibũ lingua demittit in ventrem. ¶ Bonus eſt, noſter eſt. rectè datur.} ἐπιτροχασμὸς hortantis, & ἀσύνδετον multa congerentis. ¶ Noſter eſt.} Bene addidit. nanq; dixit, Pro patre huic eſt. ¶ Bonus eſt.} Potuit reſponderi. Quid mea? ¶ Rectè datur.} Quaſi non quæratur, an dandum ſit: ſed illud ſolum, an rectè. ¶ Bonus eſt, noſter eſt.} Hæc omnia vultuoſè, tanquam inuidiã parſimoniæ faciat Mitioni. Et plus ſignificat Noſter, quàm ſi addatur, quid noſter. ¶ Non illud verbum facio.} Nunc verbum pro ἀξιώματι poſuit, quod vno non ſtringitur verbo. Ergo verbum, breuis ſententia. ¶ Non meum illud verbum facio.} Nota verbum pro ſentẽtia. vt, Vno verbo dic, ſiquid eſt quod me velis. Et, Miſerũ me, quod verbum audio? Verbum dixit veram ſententiam. nam verba eſſe à veritate dicta teſtatur Varro. ¶ Hanc maculam nos decet effugere.} Maculam τῷ χλευασμῷ dixit, irridens opinionem Mitionis: quia parſimoniã, maculam putet. & ſimul auxit: primò vitium, deinde maculam dicendo. ¶ Suo ſibi hunc gladio iugulo.} ἀλληγορία. & non ſuo, ſed ſuo ſibi, moraliter, & vt veteres ſolent loqui.

Frui. Frumen. Noſter. Verbum. Verba. Macula. Suo ſibi hũc iugulo gladio.

ADRIA. BARL. Iubet frater?} Demea iuſſerat dirui in horto maceriam, quod nunc fieri à Syro videns Mitio rogat quam ob rem id faciat. Syrus ita iuſſiſſe Demeam reſpondet. Vnde Mitio. Iubet frater? ¶ Nihil agis.} Inanem operam ſumus. Simile eſt Illud Plinij in epiſtola quadam, Satius eſt otioſum eſſe, quàm nihil agere. hoc eſt, melius eſt nihil operis facere, quàm fruſtra laborare. ¶ Hanc te æquum eſt ducere.} Vide nouam turbam in qua mirè declarat Mitio facilitatem ſuam. ¶ Et ſexageſimo.} Ab ætate. ¶ Da veniam.} Quibuſdam dare veniam eſt concedere quod petitur. ¶ Anno demum quinto.} Sunt qui demum pro primùm accipiendum putent, vt ſit, Ego fiam nouus maritus quinto & ſexageſimo primùm anno? De te largitor puer.} Diomedes. In modo imperatiuo declinatione paſſiua, tempus futurum apud veteres vulgo vſitatum eſt, loquitor, largitor. Legimus apud Terentium, Loquitor paucula. Idem, De te largitor puer, id eſt, loquere, largire. ¶ Agelli eſt hîc ſub vrbe paululum.} Cum contemptu hoc totum pronũcia, & quod ſequitur. ¶ Huic demus qui frua.} Non propriè accepit verbum, ſed pro vtatur ſiue alatur, id eſt, qui fructũ capiat. ¶ Pro patre huic eſt.} Ab honeſto. ¶ Nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus.} Tenacior eſt ſenectus: & ſola neſcit moderari cupiditatibus. Quæſita reponere ac ſeruare, pecuniam congerere, occupare terras poſſeſſionibus, vnum huius ætatis ſtudium eſt. ¶ Suo ſibi hũc iugulo gladio.} Suo gladio, ſuóue telo iugulari dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur, aut qui ſuopte inuento telóue capitur. denique in quem quocunque modo ſeu dictum, ſeu factum retorquetur, quod ab ipſo profectum ſit. veluti ſi quis, quemadmodum Phalaris Perillum, mali repertorem ſuo inuento conficiat. Itaque in Adelphis Terentij, Mitio ſenex fratris Demeæ ſæuitiam increpans, huiuſmodi vtitur ſententia, Hoc vnum adfert vitij ſenecta, attentiores ad rem ſumus, quàm oportet. Eãdem Demea paulo pòſt in fratrem retorquens, Poſtremò, inquit, non meum illud verbum facio, quod tu Mitio bene & ſapienter dixti dudum. vitium commune omnium eſt, quod nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus. hanc maculam nos decet effugere. Hac ratione cùm Mitio conſtringeretur adigeretúrque, vt agrum quem rogabat, daret: tum Demea, Suo, inquit, ſibi hunc iugulo gladio. Tranſlata metaphora ab his, qui in pugna ſuis ipſorum telis aliquoties confodiuntur. Hæc in Chiliadibus Parœmiographus. ¶ Suo ſibi.} Interdum pronomini ſuus additur ſibi, nulla neceſſitate, ſed veluti cuiuſdam feſtiuitatis gratia. vt hîc apud Terentiũ, & apud Ciceronem. Suo ſibi victitãt ſucco Dicimus, Suo ſibi, pro ſuo ipſius.

Nihil agis. Demum. Loquitor. Largitor. Frui. Suo ſibi hunc iugulo gladio. Suo ſibi, pro Suo ipſius.

Eſt enim

*Eſt enim adiectitia dictio ſibi in pronomine ſuus.*

LATOMVS. *Argumentum. Mitio hortatu Demeæ & Aeſchini impellitur ad ducendam Soſtratam:& Hegio parte agelli donatur.¶Nobis decet.}Rurſum Græca figura dictū.¶Haud te æquum.} Propoſitio hortationis. nam quod præceſsit, ad præparandum ſimul & perſuadendum valuit.¶Aufer.} Verbum ſubmouentis.¶Nouus mari.}Recuſatio à turpi & indecoro,quod ab ætate ſumitur.¶De te largitor.}Ad prouerbiū pertinet, De alieno liberalis. largitor imperatiuum. ¶Prolixè.}Benignè.¶Hoc confir.} Iterum plaudit ſibi Demea.¶Paululum id autem?} Interrogatio negantis.¶Pro patre.} Iuſtum à meritis & perſona, deinde à teſtimonio Mitionis.¶Suo ſibi.}Prouerbium in Mitionem,qui ſuis ipſius dictis capitur.*

PETRVS MARSVS.

*Iubet frater.} Prudentis ſenis temperantiam, & continentiam,qui à rebus venereis animū quàm longiſsimè abducere cupit, hæc ſcena exprimit. Nihil enim inſanius, ac intempeſtiuius, quàm ſenex amator, aut qui ætatem ad a-*
Senex amator. *mores applicat ſenilem: cùm nec procreare liberos, aut ſi quammaximè procreauerit, illis non prouidere, nec ſuauitate aliqua perfrui poteſt. Plato prudentia ſingulari vſque ad ſexageſimum annum ducendi vxorem tempus prorogauit. Et Ariſtoteles refert apud Laconas hanc fuiſſe propoſitam multam,qua plecterentur,quicunque ſerò ad matrimonium aſpirarent. Cicero libro primo Officiorum: Luxuria verò cùm omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſsima eſt. Si autem & libidinem intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt: quod & ipſa ſenectus concipit dedecus,& facit adoleſcentium impudentiorum intemperantiam. Plato de legibus quinto:Nam vbi ſenex minus pudici ſunt,neceſſe eſt ibi iuuenes impudentiſsimos eſſe.*

RIVII CASTIGATIO.

*Ego verò iubeo,& in hac re,& aliis omnibus,&c.}Nos omittendam cenſemus præpoſitionem in,abſque detrimento verſus, ex obſeruatione veterum exemplarium: id quod ſenſus quoque expoſcere videtur.Facit nobiſcum Donatus, qui hunc in locum: Hac re,inquit, maceriæ diſiectione: & aliis omnibus, vt nuptiis ſenilibus.¶Eſt,quid poſtea?}Nos ſimpliciter,Quid poſtea? omiſſo verbo eſt:quod nec verſus requirit,nec habent veteres codices.¶Si tu ſis homo hic faciet.} In codice Haſſenſteniano, atque item altero quodam manu ſcripto eſt: Hic faciat, quomodo interpres etiam legit, cuius verba ſunt:Hic facetè,inquit,& mirè coëgit Aeſchinum ad perſuadendum.Non enim dixit,Si tu ſis homo,perſuade: ſed ſic,faciat: vt ab illo nō factum ſed effectum exigeret.¶Quid tu huic aſine auſcultas?} Nos,quid tu autem huic aſine &c.Donatus & ad vnum omnes antiquiores libri: Perperam igitur & cum detrimento elegantiæ & carminis omiſſa eſt in recentioribus coniunctio illa Autem.*
Quid tu autem. *Vtitur ad hunc modum Plautus quoque in Captiuis: Quid tu autem etiam huic credis? inquit. Libenter autem fecit Poëta noſter,vt Plautum imitetur.¶Inſanis? aufer te.}Nos omittimus pronomen te,ex Donato. Is enim Aufer,inquit, aut te deeſt, aut manum, aut pro eo quod eſt abi. Conſentiunt quædam ſpectatæ fidei exemplaria.¶Hec confit quod volo.}Manu ſcripta exemplaria habēt: Hoc quom fit quod volo. Et perfacilis ſanè & lubricus vocum ſimilitudine lapſus fuit. Sed vtrum tamen rectius,mihi nondum liquet.*

GLAREANVS.

*Decem primi verſus iambici ſenarii ſunt, reliqui deinde tetrametri. In primo,vel bacchius eſt loco primo, quod magis placet, vel s,eliditur in Is, quanquam ſine Is etiam ſenſus conſtat. In ſecundo, Riuius particulam In tollendam cenſet, quanquam id nihil ad carmen. In ſexto idem cenſet ſecundum Eſt(nam duo fermè habent codices)omittendum,cui nos ſubſcribimus,& Huius monoſyllabum eſt.*

*In octauo,poſt Diu, Hæc ponendum, vt conſtet carminis ratio,atq; ita etiā habet vetuſtus codex.¶Me ducere autē? D.te. M.me?}Hîc tetrametri incipiunt omnes acatalectici,exceptis fortaſsis duobus catalecticis & vno ſenario. In ſecundo,Hic faciat,ex Donato legit Riuius,non faciet. Cæterùm vetuſtus codex & hoc ſic habet, & poſt Quid tu, Autem ſubiungit: quæ coniunctio omitti non debet, propter carmē. Annotauit & hoc Riuius. In tertio verſu proceleuſmaticus eſt loco primo. In quarto s,eliditur in Satis: In quinto,in Nouus. In ſecundo, creticus eſt loco ſecundo, niſi abiicere alterum l, de illis malimus. In octauo,codex vetuſtus habet negationem Non, ante verbum Hoc, vt ſit iambicus tetrameter catalecticus,vt priores. quem non rectè Eraſmus trochaicū exiſtimauit. Nonus catalecticus tetrame. iambic. videtur,abiecto verbo Age initio,quod vetuſtus codex non habet. Nec poteſt eſſe trochaicus, niſi acatalecticus. In decimo, Non niſi te exorem, habet codex vetuſtus, vt ſit acatalecticus tetrameter iambicus, vt cæteri. In decimotertio, codex idem habet, Cùm hoc conſit quod volo.quod & Riuius annotauit. Decimumquartum ita legendum cenſeo,*

*Quid nunc quod reſtat? Hegio hic eſt his cognatus proximus.*

*Sic enim fiet aliis conſimilis. Decimumſextum autem ſic,*

*Quid facere? D. agelli eſt hîc ſub vrbe paulum, quod locitas foras.*

*Viceſimuſſecundus videtur catalecticus tetrameter iambicus, ita vt ſyllaba re, bis hîc obuia, in Vere & re ipſa, natura longa non elidatur, ſed corripiatur: & alter verſus non tetrameter, ſed ſenarius incipiat in Quid iſtuc, ac d, elidatur. Denique nonus deinde tetrameter acatalecticus iambicus incipiat in Nunc tu es mihi. ac in eodem verſu proceleuſmaticus ſit loco ſexto. Poſtremò trochaici tetrametri catalectici fragmentum ad finem eſt,in cuius loco primo eſt trochæus contracto Suo in vnam ſyllabam,vel amphibrachys loco primo. Hæc vt ita ordinaremus neceſsitas extorſit, iudicium tamen lectori committimus.*

DONAT. *Frugi homo.*

ACTVM *eſt, quod iuſti Demea.*} *Id eſt, diruta eſt maceria.* ¶ *Frugi homo es.*} *Vtilis, vt fruges.* ¶ *Aedepol hodie mea quidē ſentētia iudico Syrum fieri liberum.*} *Hoc eſt quod iamdudum promiſerat Syro: ſed nunc opportunè. videtur enim modò meritum praeceſſiſſe.* & *Sententia iudico,* κυριολογία. ¶ *Multa.*} *Oratoriè maluit generaliter dicere, quàm quaerere ſpecialiter quod inuenire non poſſit. Et Mitio ſingulariter vnum quaerit, hic pluraliter multa reſpondet.* ¶ *Quódnam ob factū?*} *Iure. aſcribi enim cauſas manumiſſionis in iure formula eſt.* ¶ *Aedepol vir bonus.*} *Iurat bonum: quia praeter opinionem eſt.* ¶ *Ego iſtos vobis vſque à pueris.*} *Intelligit Syrus laborātem pro ſe Demeam non habere quod dicat: & ideo ipſe proſequitur ordinē meritorum: ſecundū quē apparet paedagogū fuiſſe.* ¶ *Docui, monui, be. prae.*} *Ridiculè addūtur, & tantū conſuetudine: quia imputātur etiā facta prauè pro bonis.* ¶ *Quae potui omnia.*} *Bene, quae potui: quaſi plura vellet.* ¶ *Res apparet.*} *Mirè irridet Demea: ſic tamen, vt ſeriò agere videatur.* ¶ *Apparare de die conuiuium.*} *Id eſt repentè, neque antè praedictum, nec pridie conſtitutum.* ¶ *Poſtremò, hodie in pſaltria iſta emunda.*} *Et hoc totum ſeriò dicitur, vt magis ridiculum videatur.* ¶ *Hic adiutor fuit.*} *In re bona adiutores, in re mala impulſores dicuntur. Ergo hic adiutor dicitur à non iraſcente: à criminante autem & irato, impulſor.* ¶ *Hic adiutor fuit: Hic curauit.*} *De more repetitū eſt Hic: cùm dicitur, hic adiutor fuit, hic curauit. Sic enim ſolemus onerare audiētem meritis eius quem laudamus. Deinde quid nō praeſtitit, qui & officium corporis, vt adiutor: & curam animi praebuit, vt conſultor?* ¶ *Deniq; hic vult fieri.*} *Abutitur Demea, ſciens prodigām voluntatem adoleſcen-*

*De die apparare conuiuium.*

*Adiutor. Impulſor.*

## ACTVS V. SCENA IX.



ARG. ADR. BARL.

Seruis libertas, filiis dantur vxores. Mitioni narrat Demea, cur tam repentè mores mutauerit. In cuius perſona Terentius nobis ridicula prodigalitatis exempla proponit.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac vltima ſcena, omnia iucundo clauduntur fine, vbi & ſeruis libertas elargitur, & filiis ambobus vxores optatae conceduntur. Cauſam etiam Mitioni refert Demea cur tam repentè mores mutauerit, vbi & ſeculum corruptum, & conſuetudinem aſpernandam carpit. Demum filiis ſedulam poſt hac operam ſuam pollicetur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Ridicula prodigalitatis Demeae exempla proponuntur.

*Tetrametri Trochaici, admiſtis Iambicis quibuſdam, qui & ipſi ferè Trochaici potius videntur.*

SYRVS, DEMEA, MITIO, AESCHINVS.

ACTVM *eſt, quod iuſti Demea,*
*D. Frugi homo es: aedepol hodie mea quidem ſententia*
*Iudico Syrum fieri eſſe aequum liberum. M. iſtunc liberum?*
*Quódnam ob factum? D. multa. S. ô noſter Demea, aedepol vir bonus es.*
*Ego iſtos vobis vſque à pueris curaui ambos ſedulò:*
*Docui, monui, bene praecepi ſemper quae potui omnia.*

*tuli.* ¶ *Syre accede huc ad me.*} *Vtrum vt eundem manu emittat, an vt palàm fiat, iubet propius accedere, iuris publici conſuetudine ludens? Et vide quàm comicam manumiſſionem, quàm facetè induxerit atque condignè.* ¶ *Et ſeorſum tibi praeterea Demea.*} *Effecit Demea plus quàm volebat. nam qui conabatur amari, praefertur etiam his qui amantur.* ¶ *Gaudeo. & ego.*} *Gratulantiū Syro haec verba ſunt: quibus de more ille Credo reſpondet.* ¶ *Vtinā hoc perpetuum fiat gaudiū.*} *Integrum, ſolidum, & nuſquam interruptū.* ¶ *Phrygiā vt vxorem meam.*} *Vt ipſe, Syrus: ita vxor, Phrygia, ſecundū veteres, qui ſeruis nomina à nationibus imponebant.* ¶ *Vna mecū videā li.*} *Hoc ſic pronuntiandum eſt, quaſi gaudeat ſe recordatū Demeae: quod cùm vltro cogitat habuiſſe * plenè oblitus fuit.* ¶ *Hodie primam mammam dedit haec.*} *Ridiculum meritū: ſiquidē oportuerit primā eſſe quan cunque: an quia cauſa eſt, quòd ingenui dicūtur ſeriò à nutricibus liberis educādi?* ¶ *Hercle verò ſeriò.*} *Aduerbia ſunt confirmatiua.* ¶ *Ob eam rem?*} *Hoc eo vultu dicit, quo rem veluti excutimus, & oſtendimus momenti eſſe nullius.* ¶ *Argentum, quanti eſt, ſumito*} *Quanto pretio valet.* ¶ *Argentum, quanti eſt, ſumito.*} *Hoc verbo vtimur, vt faciūt qui perſuadere aliquid cupiunt.* ¶ *Dij tibi Demea oro omnes ſemper omnia optata offerant.*} *Omnes, omnia: antiqua elegantia, & figurata.* ¶ *Proceſſiſti hodie pulchrè.*} *Nunc verè pulchrè proceſſit Syrus.* ¶ *Si quidem tu tuum officium facies.*} *Hoc eſt patroni, vt libertum non deſeras, ſed vt alas manumiſſum. Plautus, Facis melius quàm pars lenonum. qui libertos habent, & eos deſerunt.* ¶ *Vnde vtatur.*} *Vtatur, viuat: vnde vſura, vita dicitur. vt, Vnius vſuram horae gladiatori iſti non dediſſet. an vnde alatur, de quo vſumfructum capiat & cuius tibi*

*Perpetuum gaudium.*

*Seruorū nomina à natione.*

*Hercle verò ſeriò.*

*Ob eā rem?*

*Quāti eſt.*

*Omnes omnia.*

*Vtor. Vſura.*

*ſortem*

D. Res apparet: & quidem porrò hæc, obſonare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium:
Non mediocris hominis hæc ſunt officia. S. ô lepidum caput.
D. Poſtremò, hodie in pſaltria iſta emunda, hic adiutor fuit,
Hic curauit: prodeſſe æquum eſt: alij meliores erunt.
Denique hic vult fieri. M. vin' tu hoc fieri? AE. cupio. M. ſi quidem
Tu vis, Syre eho accede huc ad me, liber eſto. S. bene facis:
Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum tibi præterea Demea.
D. Gaudeo. AE. & ego. S. credo. vtinã hoc perpetuum fiat gaudium,
Phrygiam vt vxorem meam vnà mecum videam liberam.
D. Optumam quidem mulierem. S. & quidẽ tuo nepoti huius filio
Hodie primam mammam dedit hæc. D. hercle verò ſeriò,
Si quidem * prima dedit, haud dubium quin emitti æquum fiet.
M. Ob eam rem? D. ob eam: poſtremò à me argentum, quanti eſt, ſumito.
S. Dij tibi Demea oro omnes ſemper omnia optata offerant.
M. Syre proceſſiſti hodie pulchrè. D. ſi quidẽ porrò Mitio
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid * paululum præ manu
Dederis, vnde vtatur: reddet tibi citò. M. iſtoc vilius.
AE. Frugi homo eſt. S. reddam hercle, da modò. AE. age pater. M. poſt conſulam.
D. Faciet. S. o vir optime. AE. o mi pater feſtiuiſſime.
D. Quid iſtuc? quæ res tam repentè mores mutauit tuos?
Quod * proluuium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? D. dicam tibi:

ſorte reddat? Et hoc melius: nam ideo addidit, reddet tibi citò. [Iſtoc vilius.] Hoc egit Terentius, vt conuerſis officiis vſqueadeò prodigum faceret Demeam, donec parcum redderet Mitionem.

Iſtoc vilius [Iſtoc vilius.] Quaſi nihil minus, negatio enim eſt ſtoccum oſtẽdentis, aut quid tale, cum ἔλλειψει: qua ſubauditur, quicquam: &, nõ dabo. [Faciet.] Ne quid negatum in fine fabulæ videatur, addidit Demea, Faciet. & Faciet, quod petis ſcilicet: quod irridens dixit: quaſi de prodigo dicere videatur. Et mirè faciet: quia nec credibile erat ſtatim conſenſurum qui negauerat: & perpetuò negatio eſſe in fine non debuit. [Quid iſtuc? quæ res tam repentè mores mutauit tuos?] Animaduertendum eſt, qua calliditate Terentius quærens finem fabulæ, complere lætitiam per ipſum Demeã nititur in vniuerſos, qui in tota comœdia triſtis ac ſæuus interturbauit & vociferatus eſt.

Proluuiũ. *primã [Quod proluuium?] Proluuium, quod Græci προθυμίαν: id eſt promptus animus ad largiendum.

Subita largitas. [Subita eſt largitas?] Repentina: ac per hoc ipſa eſt ingrata & immoderata: vt euenit cùm ex nimis parcis non largi & liberales, ſed effuſi prodigíque redduntur. [Vt id oſtenderem.] Abundat

Ellipſis. Id. Aut ἔλλειψις eſt, pro, per id. [Quod te iſti facilem,

*paulum & feſtiuum putant.] Multum detraxit Mitioni, dicendo, Te iſti putant. per quod ſignificatur errare adoleſcentes, & hunc non eſſe feſtiuum. [Quod te iſti facilem, & feſtiuum putant.] Bene in poſtremo dignitas perſonæ huius ſeruata eſt, vt non perpetuò commutata videretur, vt Truculenti apud Plautum. [Indulgendo.] Attende indulgentiam à Demea culpæ aſcribi de-

*proluuium? nuo. [Et largiendo Mi.] Se-

uerè additum eſt nomen verbis ex animo ploratis. [Quia non iuſta iniuſta prorſus omnia omnino obſeq.] Prouerbiales ſunt huiuſmodi elocutiones, fanda nefanda, digna indigna, velis nolis. [Effundite, emite, fa.] Effundite, ad Aeſchinum pertinet: Emite, ad Cteſiphonẽ: Facite, ad omnes. [Facite quod vobis lubet.] Propriè redit rurſus ad amaritudinem priſtinã. Hæc ἐπιτροπὴ eſt figura, quà inuitos nos permittere oſtendimus, quod nolumus fieri. [Quæ vos potius propter adoleſcẽtiam minus videtis.] Hîc oſtendit Terentius magis Demeam ſimulaſſe mutatos mores, quàm mutauiſſe. [Minus videtis: magis impensè cupitis: conſulitis parum.] εἰρωνεία. minus, magis, parum. [Hæc reprehendere, & corrigere me, & ſecũdare in loco.] Tribus tria redduntur: & vtraque αὐξητικῶς. Illa in malam partem ſuperiora: hæc in bonã, quæ inferiora ſunt. non tantum enim culpæ eſt, minus prouidere, quàm impensè cupere: nec tantùm mali eſt impensè cupere, quantũ parum conſulere. Item reprehẽdere bonum eſt: melius, corrigere: optimum, ſecundare. nã qui reprehendit, non continuò corrigit. qui corrigit, nõ illico ſecundat: id eſt lætiſſimum reddit & fideliſſimum. Alij ſecundare, obſequi dictum putant. & ideo additũ eſſe in loco: quaſi non ſemper faciendum ſit. Ergo ſecundare, vel in melius conuertere, vel obſequi intelligimus. [Tibi pater permittimus.] Noluit Terentius ab amoribus filiorũ perpetuò repulsũ patrẽ. Sino, Habeat: in iſtac finem faciat. [Hæc quidem permiſſio eſt: ſed & exceptionẽ in ſe continet: & cũ quodã ſtomacho, & velut minaci denunciatione profertur. [In iſtac finẽ faciat.] Hoc eſt, aut ne aliam amet, aut ne alteram comparet: ne

Iuſta iniuſta.
Fanda nefanda.
Digna indigna.
Velis nolis.
Epitrope.
Secundare.
In loco.

Vt id oſtenderem, quòd te iſti facilem, & feſtiuum putant,
Id nõ fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono:
Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo Mitio.
Nunc adeò ſi ob eam rem vobis vita mea inuiſa eſt Aeſchine,
Quia non iuſta iniuſta, prorſus omnia omnino obſequor:
Miſſa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet.
Sed ſi id vultis potius, quæ vos propter adoleſcentiam
Minus videtis, magis impenſè cupitis, conſulitis parum,
Hæc reprehendere & corrigere me, &* obſecundare in loco:
Ecce me, qui id faciam vobis. AE. tibi pater permittimus:
Plus ſcis quid facto opus eſt: ſed de fratre quid fiet? D. ſino,
Habeat, in iſtac finem faciat. AE. iſtuc rectè. Plaudite.

*ſecundare

*poſt iſtã luxurietur vlterius.* ¶ *Iſtuc rectè.* ⸗ *Bene & Mitio nõ diſceſsit de propoſito ſuo, qui vt peccaſſe aliàs oſtẽderet fratrem ob nimiam aſperitatẽ, cum exceptione quadã laudãs verba eius, Iſtuc rectè, dixit: quaſi diceret, nõ vt cætera: & ſimul repoſuit ei, qui ſuprà dixerat, Vt id oſtenderẽ, quod te iſti facilẽ, & feſtiuũ putant, id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono, &c.*

*Iſtuc rectè.*

ADRIA. BARL. *Factum eſt quod iuſſi.* ⸗ *Hoc eſt, dirui in horto maceriã.* ¶ *Vſq; à pueris curaui.* ⸗ *Suaſoria eſt oratio à iuſtitiæ partibus. oſtendit enim merentibus gratiã referri conuenire. Dabatur ingenuus olim pueris pædagogus quiſpiã ex ſeruis, quem metuerent. Syrus autem dicere videtur, ſe Cteſiphonis, atque Aeſchini pædagogũ fuiſſe. Huc & illud Getæ ſpectat in Phormione. Abeũtes ambo tum ſenes, me pueris relinquunt quaſi magiſtrũ.* ¶ *De die conuiuium.* ⸗ *Seruius in primũ Geor. Nocte nomen eſt adeò, vt ei Horatius iũxerit præpoſitionem. Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones. Nam aduerbium noctu facit, ſicut diu. Saluſtius: Diu, noctúque laborare, feſtinare.*

*Serui olim pædagogi.*

*Conuiuium* ¶ *Conuiuium.* ⸗ *Huius proprietatem vocis, M. Cic. in Catone ſuo demonſtrans: Bene, inquit, maiores noſtri accubationem epularem, quòd amicorum, & vitæ cõiunctionem haberet, conuiuium nominauerũt, melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum cõcœnationem vocant, vt quod in eo genere minimũ eſt, id maximè probare videantur.* ¶ *Vſq; à pueris.* ⸗ *Præpoſitio Vſq;, coniungitur plerunque, à perfectis illis viris, cum alijs præpræpoſitionibus à, vel ab, ante, è, ex, Terent. Vſque à pueris. Virgil. Vſque à proauis vetus ordinis ætas. Idem, Siculo proſpexit ab vſq; Pachino.* ¶ *Hic adiutor fuit.* ⸗ *Impulſor ferè in mala re vſurpatur, quemadmodum adiutor in bona. Terent. autem hoc loco ironicè locutus eſt. nam aliàs impulſorem dixit, quem hîc adiutorem vocat.* ¶ *Liber eſto.* ⸗ *In manumiſsionibus olim mos erat vt dominus caput, aut membrum eius ſerui quem liberaturus erat, manu tenens ita diceret, Hunc hominem liberum eſſe volo, ſtatímque emitteret eum è manu. De manumiſsionibus quæ poſtea apud Chriſtianos in ſacris locis fieri cœpta, Theodoſiani codicis libro quarto titulo ſeptimo ſic legere eſt. Qui religioſa mente in eccleſiæ gremio ſeruulis ſuis meritã conceſſerint libertatẽ, eandem eodem iure donaſſe videantur, quo ciuitas Romana ſolennitatibus decurſis dari cõſueuit.* ¶ *Hodie primam mammam dedit hæc.* ⸗ *Ridiculum hoc eſt meritum.* ¶ *Præ manu.* ⸗ *Adrianus Card. Præ manu, inquit, dare eſt, quod vulgò dicunt, ante omnia, vel ante manum dare.* ¶ *Quod proluuium.* ⸗ *Proluuium per trãſlationem profuſio dicitur, & prodigalitas, cum quis more aquæ opes ſuas profundit. Prodigus autem hic Demea eſt, iuxta illud Horatij. Dũ ſtulti vitãt vitia, in cõtraria currunt.* ¶ *Effundite, emite, facite.* ⸗ *Figura eſt qua nos inuitos aliquid permittere oſtẽdimus. Cicero permiſsionem vocat. Similis eſt apud Maronẽ cũ ironia in oratione Didonis. I, ſequere Italiã ventis, pete regna per vndas. Et authore Donato hîc oſtendit Terẽtius, Demeam non tam mutaſſe, quàm ſimulaſſe mutatos mores.* ¶ *In iſtac finẽ faciat.* ⸗ *Permiſsio exceptionem in ſe habet, & quẽadmodũ Donatus adnotauit, cum ſtomacho quodã, ac velut minaci denũtiatione proferẽdum eſt, In iſtac ſi nẽ faciat, ne aliam amet, ne alteram comparet amicam.*

*Vſque à.*

*Adiutor. Impulſor.*

*Manumiſſio.*

*Præ manu.*

*Proluuiũ.*

*Permiſſio.*

LATOMVS *Argumentum. Hortatu Demeæ Syrus cum vxore libertate donatur.* ¶ *Fieri eſſe.* ⸗ *Ordo, iudico æquum eſſe Syrum fieri liberũ.* ¶ *Res apparet.* ⸗ *Ironia in Syrum pariter & Mitionem.* ¶ *Alij meliores.* ⸗ *Quaſi prouocati exemplo.* ¶ *Hercle verò.* ⸗ *Et hoc ironicõs.* ¶ *Dij tibi.* ⸗ *Gratiarum actio.* ¶ *Præ manu.* ⸗ *Vulgò, vff die hant, vt ſentit Adrian. Cardi.* ¶ *Iſthoc vilius.* ⸗ *Recuſantis eſt, & oſtendentis ſummum digitum.* ¶ *Vt id oſtenderem.* ⸗ *Oſtendit hoc loco poëta aliã ferè communis, aliam perfectæ vitæ rationem eſſe: ne temere exemplo huius fabulæ commendaſſe Mitionem, & illius indulgentiam ſeueritati Demeæ prætuliſſe videatur.*

PETRVS MARS. *Factum eſt.* ⸗ *Prodigalitatis, & intempeſtiuæ largitionis damnoſam temeritatẽ taxat hæc vltima ſcena. Hæc, vt Cicero veriſsimè dixit, fundũ non habet: hæc ad corrumpẽdos animos accipiẽtium tota cõparata eſt. Nam qui largitur, ad ſuam voluntatem alios traducere nititur. Ariſto. in magnis Ethicis ſic ait: Prodigus eſt, qui vbi non decet impendit, & plura quàm deceat. & cùm minimè decet. Idẽ in Ethicis ad Nicomachum: Prodigi ad capiendũ proni ſunt, quia cupiũt dare: hoc autẽ facere interdum nequeũt, cùm citò facultates deficiant, ac ita ex alienis dare cogũtur: & ſimul quia nulla eſt in eis honeſtatis cura, ſine vllo diſcrimine: & vndique rapiunt, dare nanq; cupiunt: quo pacto autẽ, aut vnde, nihil curant, aut quapropter: nec dationes ipſorum ſunt liberales. Non enim ſunt honeſta, aut honeſtatis cauſa, nec vt oportet efficiũtur, ſed interdum quos deceret eſſe pauperes, eos ditant, & his quidem, qui moderati ſunt, nihil dant.* ¶ *Proluuium.* ⸗ *Proluuium, profuſio ait Nonius, nempe à proluendo.*

*Prodigalitas.*

*Proluuiũ.*

*Si quid*

RIVII caſtigatio. Proluuiũ. Si quid porrò Mitio.} Nos, Siquidē porrò &c. Ex Donato & pleriſq; codicibus.[ Quod proluuiũ, quæ iſth.ſu.eſt lar.} Non. Marcellus proluuiũ profuſionem interpretatur, citátq; hoc Terētianũ pro eiuſce rei cõprobatione. Cæterùm exēplaria quædam habent prolubiũ, quod mehercle valde placet, præſertim cùm eodē modo interpres legiſſe videatur. Sic enim ait: Prolubiũ. Prolubiũ, quod Græci προθυμίαν, id eſt, prōptus animus ad largiendũ. Hæc ille: Vtitur autē hac voce poſt Terentiũ, Aul. Gell. lib. 16. cap. vlt. & alicubi etiã Apuleius. [ Quia nõ iſta prorſus &c.} Nos, Quia nõ iuſta iniuſta prorſus omnia omnino obſequor. Ita Lugdunēſe exēplar, nec ſecus in manu ſcripto quodã fuiſſe, ex deletili mēbrana cõijcim⁹, in qua huius rei veſtigiũ adparet haud obſcurũ. Facit nobiſcũ Donatus, cuius hunc in locũ verba ſunt. Prouerbiales ſunt huiuſmodi loquutiones, fanda, infanda, digna, indigna, velis, nolis, fas, nefas. Hæc ille, indicans videlicet ἐναντίωσιν & contentionē vocũ, quæ prouerbij faciē habeat. Facilis autē & procliuis lapſus fuit, vna tantùm omiſſa litera nēpe v. [ Miſſa facio, effundite, emittite &c.} Nos, emite legim⁹, nõ emittite. Ita enim manu ſcriptũ exēplar, quicũ facit Lugdunēſe. Præterea Donatus, cuius verba ſunt: Effundite, ad Aeſchinũ pertinet: emite ad Cteſiphonē: facite, ad omnes. Sic editio habet Romana, nec aliter cõſtat Trochaicus.

GLAREANVS. Hîc alterum eiuſdē verſus ſequitur fragmentũ. Reliqua eiuſdē generis ſunt ad ſcenæ finē. In ſecūdo verſu ſi Edepol priore correpta legetur, trochęus erit initio. Sin producta, dactylus initio veniet. In tertio ſanè videtur correpta prior in Edepol, & vel s in Bonus elidetur, vel Es verbũ nõ legetur, ſed intelligetur. Certè codex vetus nõ habet. Initio ſequẽtis verſus eſt bacchius, niſi malimus s de Iſtos elidere: alioqui quintus verſus huius ſcenæ cõtra omneis alios erit iãbicus tetra. acatalec. In VII. verſu Hæc abũdat, nec habet vetus codex. Poteſt tamē loco tertio eſſe creticus. In XII. Si quidē duæ videntur dictiones, & Si ſecundum naturã producta. quanquã cõpoſita hæc cõiũctio apud hunc Poëtã, vt apud Ouidiũ ac Lucanũ, id quod ſuprà oſtēdimus initio Eunuchi, corripiatur frequētius. In XIIII. initio creticus eſt, & loco quarto bacchius. In XVII. vix effugere poterimus iãbi ac trochæi pugnã. Eraſmus in Quidē ſit eliſio, inquit. Hæc idē dixerat ſcena VII. huius actus. In vtro tamen, cũ bis hîc ponatur, nõ adiecit. Vetuſtus codex pro Et quidē, habet Equidem. ita Aldinus codex. Verùm nondũ ſanatũ eſt carmen. Ego pro accuſatiuo legerē nominatiuũ, Optima quidem mulier: vt loco primo ſit trochæus, ſecũdo anapæſtus. Nã temere ab aliquo in accuſatiuũ, quòd accuſatiuus præceſſerat, mutatum puto. Quod tamē opus non erat. Deinde ſequatur, Equidē tuo nepoti. Cæterũ tuo & Huius monoſyllaba ſunt. Lector ſequatur quod volet. Dixi ſententiã meã, ſecuturus eũ qui meliora adferet. In XIX. Siquidē correptè legitur. In XXI. amphibrachys erit loco quinto, alioqui carmē inſanabile fuerit. R, enim elidi inſuetum eſt, niſi quis dicat mn in Omnia, vt muta ac liquida eſſe. Sed hæc effugia ſunt lectori non ſatis facientia. In XXIII. creticus eſt primo loco, vel Tuum monoſyllabũ totũ eliditur, & Paulũ, non Paululum legendũ, niſi in ſexto quoq; loco ſit creticus, vel Paululum ante Aliquid legatur. In XXVI. O pater mi, legendũ, pro O mi pater, propter carmen. In XXVII. vel d, eliditur in Quid, & in XXXI. in Sed, vel bacchius loco primo in vtroq; verſu. In XXXII. legendũ Aeſchine eſt. nõ, Eſt Aeſchine. In trigeſimoquarto, Emite legendum eſt, non Emittite, quod codex Aldinus habet. In trigeſimoſexto s, in Mitius eliditur. Et eſt mirabile carmen. In trigeſimoſeptimo, Secundare legendum ex Donati commentario, non obſecundare. In vltimo verſu proceleuſmaticus eſt loco primo, & quod ad finem eſt verbum Plaudite, in aliquibus codicibus ſeparatum, ad hunc attinet, nec omittendum.

# TERENTII HECYRA.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Philotis | meretrix. | Pamphilus | adoleſcens. |
| Syra | anus. | Myrrhyna | mulier. |
| Parmeno | ſeruus. | Soſia | ſeruus. |
| Laches | ſenex. | Bacchis | meretrix. |
| Soſtrata | mulier. | Philumena | puella. |
| Phidippus | ſenex. | | |

## PERSONARVM ETYMA PER Ioannem Theodoricum Bellouacum.

PHILOTIS, meretrix. Verti poteſt, amica. Philotis. Philotion, amicula. φίλος, amicus. φιλία, amicitia: Scribũtur autē Græcè per ω, φιλώτις & φιλώτιον. Sic apud Ariſtophanem φιλωνίδης, nomen viri proprium ab eodem fonte deriuatũ. Certè Philotis tota hac comœdia ſecundam producit. Philotium.

Syra, anus, & eadem lena. A natione. Vel fortè à verbo Græco σύρω, id eſt trabo. Lenæ ſiquidē puellas & adoleſcentes conciliant, atq; ad inuicem amandũ pertrahunt. Syra.

Parmeno, ſeruus, quaſi apparitor, ſemper hero ſuo aſſiſtens. Etymon ſuprà diximus. Parmeno.

Laches, ſenex, pater Pamphili. A ſortiendo, propter contētiones & lites, quibus & ſors obtingit. Vel ab intēdendo iniuriarũ actionem. λάχος, ſors. λαχεῖν, ſortiri, accuſare. Laches.

Pamphilus, adoleſcens. A fideli amore. vel, Omnibus amicus. vel, Totus amans, ſeu prorſus amori deditus. Habes ſuprà. Pamphilus.

Soſtrata, mater Pamphili. Ab exercitu conſeruando. Diximus in Heautont. Soſtrata.

Phidippus, ſenex, Philumenæ pater. Ignauus, deſes, non bellicoſus, abſtinens ab equis, ſeu equis parcens, vt qui præ ſenili auaritia ne equulum quidem domi aleret. A uerbo Græco φείδομαι, id Parco, abſtineo. ἵππος, equus. Phidippus.

Myrrhina, Philumenæ mater. Vel à myrrha, vel à myrto. Myrtus enim Græcè dicitur μυῤῥίνη, vel μυρσίνη. Penultimam corripit. Myrrhina.

Soſia, ſeruus. quòd ſeruatus in bello. vel quòd ſeruare & tueri, ſit verum ſerui officium. σώζω, ſeruo. Soſia.

Bacchis, meretrix. Ab ebrietate, vel inſania. βακχία, inſania. βακχέω, immodeſtè ago more bacchantium. Bacchis.

Philumena, puella. In amore perſeuerans ac perſiſtens. Manens in amicitia. φίλος, amicus. μένω, maneo. Sed hac ratione ſcribendum eſſet Philomena, ſecunda & tertia breuibus. Proinde cauſa productionis, aſſumit υ poſt ο, vt ſit diphthongus ου, quam nos in u longũ vertimus, dicentes Philumena. Sic dicunt Græci νοῦσος, οὔνομα, pro νόσος, ὄνομα. Sic quoque dixit Virgilius Vpilio, pro Opilio. Vel fortè à verbo φιλοῦμαι, id eſt cõcilior: vt ſit participium fœmininum, quaſi conciliata, vel amata. Penultimam corripit. Philumena.

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN HECYRAM.

VXOREM duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit.
Eiúſque per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ;
Dein profectus in Imbrum eſt: nuptam haud attigit:
*compererit, Hanc mater vtero grauidam,* ne id ſciat ſocrus,
*reuênit Vt ægram ad ſe transfert: * reuertit Pamphilus,
Deprehendit, partum celat, vxorem tamen
Recipere non volt, pater incuſat Bacchidis
Amorem: dum ſe purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ fortè agnoſcit Myrrhina:
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

ADRIA. BARL.

*Cui quondam ignorans.* Nam in tenebris eam vitiauit. *Profectus in Imbrum eſt.* Regionum nominibus Latini adiiciunt præpoſitionem in, cum verbis motum ſignificantibus. *Nuptam haud attigit.* In fabula eſt, Nocte illa prima virginem non attigit. quæ conſequuta eſt nox, eam nihilo magis. *Ne id ſciat ſocrus.* Soſtratam intellige. ſocrus erat hæc Philumenæ, & huic nurus Philumena. *Deprehendit.* Vterro grauidam vxorem. *Pater incuſat.* Laches pater, dicit Bacchidis amorem in cauſa eſſe, quòd vxorem recipere nolit Pamphilus. Omnes enim qui amant, grauiter ſibi vxorem dari ferunt. *Annulum mater vitiatæ.* Annulum quem in digito Bacchis habebat.

## DONATI PROLEGOMENA IN HECYRAM TERENTII.

*HAEC fabula Apollodori eſſe dicitur Græca. nam & ipſa & Phormio ab eodem dicuntur eſſe tranſlatæ: cùm reliquæ quatuor ſint Menandri comici. Hecyra autem dicitur ideo,* Hecyræ etymon. *quia per ſocrus & ſoceros in ea aguntur multa. Nam & ἑκυρὸς καὶ ἑκυρὰ, ſoceri nomen, ſocrúſque ſignificant. Eſt autem miſta motoriis actibus ac ſtatariis: multúmque ſententiarum & figurarum continet in toto ſtylo. Vnde cùm delectet plurimum, non minus vtilitatis affert ſpectatoribus. Atque in hac, primæ partes ſunt Lachetis, ſecundæ Pamphili, tertiæ Phidippi, quartæ Parmenonis: ac deinceps aliarum perſonarum, quæ his adiunctæ ſunt. Diuiſa eſt autem, vt cæteræ, quinque actibus legitimis, quos in ſubditis diſtinguemus. In hac prologus eſt & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea quòd ſæpe excluſa hæc comœdia, diligentiſſima defenſione indigebat. Atque in hac Protaſis turbulenta eſt, Epitaſis mollior, lenis Cataſtrophe. Acta ſanè eſt ludis Megalenſibus, Sexto Iulio, C. Rabirio Aedilibus curulibus. Egítque L. Ambiuius. Modulatus eſt eam Flaccus Claudius tibiis paribus. tota Græca eſt, factáque & edita quinto loco, Cn. Octauio, T. Manlio Coſ. Cantica & deuerbia ſummo in hac fauore ſuſcepta ſunt. προτατικὰ πρόσωπα, Id eſt perſonæ extra argumentum duæ ſunt, Philotidis & Syræ. In tota comœdia hoc agitur, vt res nouæ fiant, nec tamen abhorreant à conſuetudine. Inducuntur enim beneuolæ ſocrus, verecunda nurus, leniſſimus in vxorem maritus, & item deditus matri ſuæ, meretrix bona.*

ARGVMENTVM.

*VITIATAM in tenebris ante nuptias, cui annulum extorſerat, meretricem amans dum ignorat Pamphilus, duxit vxorem grauidam ex compreſſu ſuo. Quam peregre profectus, cùm reliquiſſet domi, rediens parientem offendit furtim & apud matrem ſuam. Qua re commotus, dum repudium inuitis parentibus, & cauſam repudii neſcientibus parat, per meretricem, apud quam annulus inuentus eſt, cognoſcit tandem ita à ſe vitiatam vxorem, & ex ſe natum filium. Primus actus colloquium continet meretricis Philotidis ac lenæ Syræ cum Parmenone: vt per harum perſonas, quæ προτατικαὶ dicuntur, argumentum ſpectator diſcat. Secundi actus tenor in hoc eſt, Immeritam vxorem veluti malam ſocrum, accuſat Laches: & conuenit Phidippum de eadem cauſa. Statim poſt quorum colloquium conqueſtio inducitur Soſtratæ, quòd falſum crimen inuidioſúmque ſuſtineat. Tertio actui hæc adſcribuntur, Conqueſtio Pamphili peregre redeuntis, de amore ſuo circa vxorem. Partitudo Philumenæ. Soſtratæ verba ſuper ægritudinem nurus, quam morbo credit afflictam. Fletus Pamphili errantis, cùm putat non ex ſe filium natum eſſe. Colloquium Parmenonis cum pueris à naui venientibus, vt mox loquatur cum ipſo Pamphilo, à quo in arcem mittitur. Item Lachetis, Phidippíque, & Pamphili verba de reconcilianda illi coniuge: & eorum ab inuicem litigioſa diſſenſio. Quartum actum hæc complent, Perturbatio Myrrhinæ ex interuentu mariti: & eiuſdem cum eo nimis callida ac muliebris aſtutiæ diſceptatio. Soſtratæ, Pamphili, Lachetiſque colloquium. Inclamatio patris & ſoceri aduerſum Pamphilum vxorem recuſantem. Conuentio meretricis promittentis ſe iuſiurandum matronis exhibituram de non admiſſo ad ſe Pamphilo. In quinto actu Bacchidis narratio de intus geſtis, & colloquium cum Parmenone inducitur: quem nuntium mittit ad Pamphilum: Pamphilíque ad vltimum actio gratiarum apud ipſam Bacchidem.*

*Docet autem Varro, neque in hac fabula, neque in aliis eſſe mirandum, quòd actus impares ſcenarum paginarúmque ſint numero: cùm hæc diſtributio in rerum deſcriptione, non in numero verſuũ conſtituta ſit: non apud Latinos modò, verùm etiam apud Græcos ipſos.*

ACTA

# ACTA LVDIS MEGALENSIBVS

## SEX. IVLIO, CN. CORNELIO DOLABELLA AEDIL.

CVRVLIB. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDIVS TIBIIS PARIBVS. TOTA GRAECA APOLLODORV FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECVNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST L. AEMILIO PAVLO LVDIS FVNERALIBVS. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA, Q. FVLVIO, L. MARTIO AEDIL. CVRVLIBVS. EGIT L. AMBIVIVS, L. SERGIVS TVRPIO. PLACVIT.

DONAT. *Hecyra eſt huic nomen*

*HEcyra eſt huic nomen fabulæ.} A nomine cœpit, vt incognitã probaret, & ideo ſpectandam. ¶ Hecyra eſt huic nomen fabulæ.} Nominatiuo caſu figurauit: cùm in vſu ſit vt datiuo dicamus, quanuis præſtò ſint exempla, quibus veteres per omnes ferè caſus hoc genus locutionis enuntiabãt. ¶ Hecyra eſt huic nomen fabulę.} Hęc primò data eſt ſine prologo ludis Megalẽſibus, quos Sex. Iulius, et Cornelius Dolabella ediderunt. ſed occupato populo ſtudio funambuli, diſplicuit. Poſtea data eſt ludis Funebribus L. Aemilij Pauli, quos fecerũt, Q. Fabius Maximus, et Cornelius Africanus. Tunc quoque non peracta eſt per ſtudium populi circa gladiatores. Tertiò ad poſtremũ introducta, Q. Fuluio, L. Martio ædilibus: virtute actorũ, L. Ambiuij, & L. Turpionis eſt commendata. ¶ Hecyra eſt huic nomen fabulæ.} Totus hic prologus ſubtilem conqueſtionem continet, ob hoc, ne apertè populum neglectæ fabulæ reum faciat, et facilè reuocet in fauorem.*

*Data fabula.* *Edidit.*

*¶ Hæc cum data eſt noua.} Ita dicitur, data eſt fabula, vt data eſt cœna, datum eſt prandium. Et edidit, à dato deſcendit. ¶ Hæc cùm data eſt noua, nouũ interuẽnit.} Sic & Homerus. * Et dari dicitur fabula, cùm agitur: Stare, cũ placet.*

*Stat fabula.*

*¶ Hæc cùm data eſt noua, nouũ interuẽnit vitium.} σύλληψις prima, deeſt enim, huic: et eſt figura παρωνομασία Noua nouum.*

*Paronomaſia.* *Vitium.* *Calamitas.*

*¶ Vitiũ & calamitas.} Bene ſecundum augures. Vitiũ enim eſt, ſi tonet tantùm: Vitium & calamitas, ſi tonet & grandinet ſimul, & etiam fulminet. ¶ Vitium & calamitas.} Tranſlatio eſt ab augurio: & vitio creati dicuntur conſules. Calamitas παρὰ τὴν χαλάζην, dicitur clades, quia clamatur: vt aliud ſit grãdinis culmum frangentis, aliud furti, aut doli mali ſit Probus.*

*Calamitas vnde dicta*

*¶ Vt neque ſpectari.} Vitium, quòd non ſpectata eſt: Calamitas, quòd nõ cognita. ¶ Vt neque ſpectari, neque cognoſci.} Mira defenſio. ſi quidẽ non iudicio comœdia exacta eſt, ſi ſpectari cognoſcíque nõ potuerit: cogniturus ſcilicet, ſi audiretur. ¶ Vt neque ſpectari, neq; cognoſci.} Ideo theatrũ, ideo ſpectatores, ideo actores: quia maior pars in geſtu eſt quàm in verbis. ¶ Cognoſci.} Vel probari, vel ſciri: an Hecyra ſciri dicatur. quæ ſcita ſit nomine? ¶ Ita populus ſtudio ſtupidus.} A deriuatione cauſæ, non quia mala, inquit, excluſa eſt: ſed quia populus funãbuli admiratione obſtupuit: quod infrà de gladiatoribus dicet, ad cõmutationẽ cauſę inducẽdã. ¶ Ita populus ſtudio ſtupidus.} Hìc excuſatur et populus, qui neque iudicauit de fabula, neque tamẽ ſtultè errauit. Stupidus, pro ſtupẽs. vt, Timidíſque ſuperuenit Aegle. ¶ Pro noua.} Rectè: iam enim non eſt noua. ¶ Et is qui ſcripſit hanc, ob eam rem.} Id eſt ob eam cauſam quaſi dicat, non iterum acta eſt ſine cauſa. Cur ergo non poſt funambulum relata eſt, vbi ille ceſſarat? in quo maluit auarum Poëtam populo inducere, quàm ſuo operi diffidentem. ¶ Iterum referre.} Superuacuum eſt. ¶ Vt iterum poſſit vendere.} Aliis ſcilicet ludis. hoc vt diximus, ad laudem fabulę referatur: poſtquam tantum fiduciæ poëtæ dedit. ¶ Alias cognoſtis eius, quæſo hanc*

*Cognoſci.* *Stupidus.* *Ob eam rẽ.*



ARG. PAVL. MALL.

PRæſens hic Prologus varius eſt, & Rhetoricorũ obſeruantiſsimus præceptorum. Nempe hæc Comœdia ſæpenumero alieni populi ſtudio intercepta, diligẽtiſsima defenſione indigebat, proindéque hîc loquitur L. Ambiuius, qui Poëtæ partes ſedulò defendere, & popularem auram fauorémque ſpectatorum locis oratoriis multifariam captare nititur, ſimúlque & beneuolos in primis, & maximopere attentos auditores reddere conatur. L. Ambiuius, & L. Turpio hiſtriones hanc fabulam egerunt.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

HIc Prologus magno artificio conſtat: nam cum ſemel exploſa Comœdia honeſtè reuocare non poſſet actorem, prudentia eam exploſam dicit. ſub hoc & Poëtam & Comœdiam laudat, & ita perſuadet vt recipiatur.

PROLOGVS.

*Senarij.*

HECYRA *eſt huic nomen fabulæ: hæc cùm data eſt*
N*oua, nouum interuenit vitium & calamitas,*
V*t neque ſpectari, neque cognoſci potuerit:*
I*ta populus ſtudio ſtupidus, in funambulo*

*Animum occuparat. nunc hæc planè eſt pro noua:*
*Et is qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit*
*Iterum referre, vt iterum poſsit vendere.*
*Alias cognoſtis eius, quæſo hanc noſcite.*
*Orator ad vos venio ornatu prologi:*
*Sinite exorator ſim, eodem vt iure vti ſenem*
*Liceat, quo iure ſum vſus adoleſcentior.*
*Nouas qui exactas feci vt inueteraſcerent,*
*Ne cum poëta ſcriptura euaneſceret*
*In his, quas primùm Cæcilij didici nouas,*
*Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.*
*Quia ſciebam dubiam fortunã eſſe ſcenicam,*
*Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli:*
*Eaſdem agere cœpi, vt ab eodẽ alias diſcerem*
*Nouas ſtudioſè, ne illum ab ſtudio abducerẽ.*
*Perfeci vt ſpectarentur: vbi ſunt cognitæ,*
*Placitæ ſunt: ita poëtam reſtitui in locum*
*Propè iam remotum iniuria aduerſarium*
*Ab ſtudio, atque ab labore, atque arte muſica.*
*Quod ſi ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia,*
*Et in deterrendo voluiſſem operam ſumere,*
*Vt in otio eſſet potius, quàm in negotio:*
*Deterruiſſem facilè, ne alias ſcriberet.*
*Nunc quid petã, mea cauſa, æquo animo attendite.*
*Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium*
*Nunquam agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas.*
*Eam calamitatem veſtra intelligentia*
*Sedabit, ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ.*
*Cùm primùm eam agere cœpi, pugilum gloria,*
*Funambuli eodem acceſsit expectatio,*
*Comitum conuetus, ſtrepitus; clamor mulierum*
*Fecêre, vt ante tempus exirem foras.*
*Vetere in noua cœpi vti conſuetudine,*
*In experiundo vt eſſem: refero denuo.*
*Primo actu placeo: cùm interea rumor venit*
*Datum iri gladiatores, populus conuolat:*
*Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:*

*noſcite.* ❡ *Mirè illi fauorẽ petit ex aliis, quæ ſpectatori nota ſunt.* ¶ *Eius.* ❡ *Poëtę. Quaſi hæc omnino nota ſit. At in Andria, quæ omniũ prima eſt, aliter ait, Vt pernoſcatis et quid ſpei ſit reliquũ: Poſthac quas faciet de integro comœdias, Spectãdæ, an exigendæ ſint vobis prius.* ¶ *Orator ad vos venio ornatu prologi.* ❡ *Magna arte hic prologus ſcriptus eſt, & nimis oratoriè. nam toties expulſa fabula quomodo honeſtè reuocari potuit in proſcenium: niſi primò ipſa impudentia pro fiducia proferretur? deinde actor peritiſsimus ipſe habitus, probaret & poëtam & comœdiã, cuius authoritas elucet ex verbis? tum deinde ſubtiliter nouo poëtę, à vetuſto, & magnæ authoritatis Cæcilio peteretur exemplum, & peteretur ingenioſiſsimè? nam quod rudi Terẽtio contigit, accidiſſe memoratur veteri Cæcilio: quod huic ſemel, illi ſæpe: quod huic in aliis nũquam, hoc illi ferè in omnibus: quòd huic pręter Hecyram et actæ, et probatæ ſunt cæteræ: illi partim exactæ, partim vix probatæ. Itaque his omnibus argumẽtis id actum eſt, vt neque deſperãdum ſit de Terẽtio, quòd expulſus eſt: vt nihilominus illi tantum attribuendum ſit, vt aut par Cęcilio, magno tũc poëtę, aut vltro melior etiam eſſe poſsit. Hic tamẽ L. Ambiuius hiſtrio fuit actor comœdiarum.* ¶ *Orator ad vos venio.* ❡ *Oratorem audire oportere, ius gentium eſt. oratorẽ non licet iniuriam pati. Ideo ergo ne expellatur, non ſe prologũ, ſed oratorem nominat. Plautus, Impia ſecretè oratorem verberas.* ¶ *Eodem vt iure vti ſenẽ liceat.* ❡ *Vt, Me liceat caſus miſerari inſontis amici.* ¶ *Sinite exorator vt ſiem.* ❡ *Orator, eſt dũ agit: Exorator, cùm impetrauerit. Ita illud dicentis: hoc iam effecti ſignificationem*

*Orator.*
*Exorator.*

*habet. Et orator eſt, cui cauſa defendenda mandatur.* ¶ *Quo iure ſum vſus adoleſcentior.* ❡ *Tanquam aliud agens affert exempla, quibus oſtendat, turpe non eſſe Terentio, excluſam eſſe vnã illius fabulam, cùm multorum poëtarum multæ exactę ſint: & in his Cæcilij, cuius illo tempore magna authoritas fuit.* ¶ *Adoleſcentior.* ❡ *Hæc comparatio minus à poſitiuo ſonat, & vim diminutiuam exprimit: vt, Iam ſenior, ſed cruda deo, viridiſq; ſenectus.* ¶ *Nouas qui exactas feci vt inueteraſcerẽt.* ❡ σύλληψις. *Et Interueraſcerẽt denuo agerentur. quia nondũ acta, noua dicitur fabula.* ¶ *Inueteraſcerẽt.* ❡ *In cõſuetudinem venirẽt, ſpectarẽtur, amarẽtur.* ¶ *Exactas.* ❡ *Expulſas.* ¶ *Ne cũ poëta ſcriptura euaneſceret.* ❡ *Cauſa facti honeſtior eſt. non ſe poëtæ vnius, ſed ipſi poëmatis cauſa laborare.* ¶ *In his, quas primùm Cæcilij didici nouas.* ❡ *A ſimili argumẽtum, quod fit per comparationem artificioſam et oratoriam rerum ac perſonarũ.* ¶ *Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.* ❡ *Vide, plus eſſe in exẽplo: ſiquidem partim exactæ ſunt Cæcilij fabulæ, partim vix admiſſæ: cùm vna Hecyra excluſa ſit. Et eſt ſenſus, Aut diſplicui, inquit, aut in aliquibus vix placui.* ¶ *Partim ſum earũ exactus.* ❡ *Pro in aliis. Et ſimul ſplẽdida locutio eſt. Partim, aduerbium eſt. Et propriè locutus eſt. Nã fabulę aut agi dicuntur, aut ſtare.* ¶ *Quia ſciebã dubiam fortunam.* ❡ *Non igitur poëtæ culpa, ſed caſus eſt. nã ideo fortunam euentum extulit.* ¶ *Spe incerta certũ mihi laborem ſuſtuli.* ❡ *Sententioſè, & verum. nam vbi certa ſpes eſt, nihil opus eſt laborare certo ac vehementi.* ¶ *Spe incerta.* ❡ *Pro ſpei incertæ. An deeſt In?* ¶ *Incerta certũ.* ❡ *Honeſta figura, quæ dicitur* ἀντίθεσις. ¶ *Eaſdem.* ❡

*Comparatiuus min' poſitiuo ſignificans.*
*Inueteraſcit fabula.*
*Noua fabula.*
*Exacta fabula.*
*Earum.*
*Partim.*
*Fabula aut agitur, aut ſtat.*
*Fortuna.*
*Spe incerta.*
*Incerta certum.*
*Cœpi.*

Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla eſt: otium, & ſilentium eſt.
Agendi tempus mihi datum eſt: vobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.
Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere ad paucos: facite vt veſtra authoritas
Meæ authoritati fautrix, adiutrixque ſit:
Si nunquam auarè ſtatui pretium arti meæ:
Et eum eſſe quæſtum, in animũ induxi, maximum,
Quammaximè ſeruire veſtris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in veſtram commiſit fidem:
Ne eum circumuentũ iniquè iniqui irrideãt.
Mea cauſa cauſam hanc accipite, & ſilẽtium
Date vt libeat ſcribere aliis, mihíque vt diſcere
Nouas expediat poſthac, pretio emptas meo.

Exactas.¶ Cœpi.} Difficultatẽ facti & molem oſtendit.¶ Ab eodẽ.} Cæcilio ſcilicet.¶ Nouas ſtudioſè, ne illum ab ſtudio abducerem.} Iterum cauſa honeſtatis. ¶ Perfeci vt ſpectarentur.} *Perfeci.* Attende quantum pondus habeat, quòd nõ Feci dixit, ſed potius Perfeci: vt molem difficultatis oſtẽderet.¶ Placitæ ſunt.} *Placitæ.* Nota participium ſine origine verbi.¶ Ita poëtam reſtitui in locum.} Mirè non Cæcilium, ſed poëtam: vt hoc generaliter populo præſtitiſſe, non vni homini, videatur.¶ Vbi ſunt cognitæ, placitæ ſunt.} Elegans promiſſio et hanc placituram ſi cognoſcatur. & eſt coniectura à futuro tempore.¶ Reſtitui in locũ.} *Remmotus.* Quia remotum excluſum dixit.¶ Propè iam remmotum.} Geminauit m, ſecũdum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant. *Liquidæ in verbis geminatæ.* ¶ Ab ſtudio, atque ab labore.} *Ab.* Bene oſtendit ſe populo profuiſſe, Cæcilium poëtam ad laborem reuocando atque artem. Ab autem in tertio commate audiẽdum eſt: vt, Hîc portus alij effodiunt, hîc alta theatri Fundamenta locãt alij, immanéſque columnas Rupibus excidũt, ſcenis decora alta futuris.¶ In præſentia.} *In præſentia.* Statim vt à populo eiiciebatur. ¶ Vt in otio eſſet potius, quàm in negotio.} Ex ipſis rerum nominibus oſtendit facilitatem deterrendi.¶ Nunc quid petam, mea cauſa.} Bene petam, & mea cauſa, quaſi orator.¶ Mea cauſa, Aequo animo attendite.} Commẽdatio perſonæ leuis per aliam perſonam grauem, ſecundum præcepta in Rhetoricis.¶ Hecyram ad vos refero.} A cauſa. Principium à principali quęſtione, an cognita ſit, & an ſpectanda ſit.¶ Quam mihi.} A perſona dicentis.¶ Ita eam oppreſſit calamitas.} Hoc ſuccedit pro illo, quod eſt à perſona aduerſariorum. ſimul ad fortunam retulit culpam populi. non enim dixit quod pręſtò erat.¶ Ita eam oppreſſit calamitas.} Eam calamitatem. Calamitatem repetit, ne nos fabulam illum dicere putaremus. ¶ Veſtra intelligẽtia.} Ab auditorum perſona.¶ Noſtræ induſtriæ.} Rurſus à ſua. & bene περιφράσει vſus eſt: ne diceret, vos nobis.¶ Cùm primũ eam agere cœpi.} Iam hinc narratio ſubtilis inducitur, & vt nõ lædat populum, & vt defendat poëtam.¶ Pugilum gloria.} περίφρασις ἀντὶ τοῦ Pugiles etiam glorioſi: vt minus turpe ſit, antelatos eos eſſe. ſicut Virgilius, —vaſtis cum viribus effert Ora Dares, magnóque virum ſe murmure tollit, Solus qui Paridem ſolitus contendere contra. Hæc eſt gloria pugilum gratia funambuli.¶ Pugilum gloria.} *Pugil. Pugna.* Pugil dictus eſt à pugna: & pugna à pugno. veteres nanque ante vſum ferri et armorum, pugnis, & calcibus, & morſibus, corporúmq; luctatione certabant. ¶ Acceſſit expectatio.} Narratio cur excluſa ſit. hoc eſt, non poëtæ culpa deiecta eſt, nec iudicio populi: & ideo nunc admittenda eſt.¶ Pugilum gloria, funambuli eodem acceſſit expectatio.} πελυλογία. ¶ Expectatio.} *Expectatio.* Deſiderium. vt Virgilius, Expectate venis.¶ Funambuli eodem acceſſit expectatio.} Duplex cauſa ad vnam excluſionem adhibetur.¶ Comitum conuentus.} *Comites.* Vtrum eos comites dicit, qui ſunt pugilum aſſectatores? an ſeruos qui dominos ſequuntur?¶ Studium.} *Studium.* Certamen diuerſis fauentiũ. ¶ Clamor mulierum.} Bene mulierũ: non enim timet eas quibus ſuffragari, vel refragari nõ licet in theatro.¶ Vt ante tempus exirem foras.} τῷ ἐξουθενισμῷ, ne grauem paſſus videatur iniuriam.¶ Vetere in noua.} ἀντὶ τοῦ πρῶτον primũ.¶ Vetere in noua cœpi vti conſuetudine.} Niſi nouam comœdiã intellexeris, non erit aperta ſententia. nã & ſuprà dixit, Nũc hæc planè eſt pro noua. An à Terentio noua ideo dictum eſt, quia nunquam aliàs excluſus eſt? Et bene Vetere: vt oſtendat turpe nõ eſſe, quod & aliis poëtis ſæpe contigerit.¶ Refero denuo.} *Refero denuo.* Aut Re abundat, aut Denuo. ¶ Primo actu placeo.} Rationabiliter dixit primo: quia quinque ſunt actus partes fabulæ.¶ Placeo.} *Placeo.* Placeo dixit pro eo quod eſt, fabula placet, aut Terentius. & mirè Non diu, inquit, pependit iudiciũ, ſed ſtatim placuit: vt quod ſequitur, non iudicio, ſed perturbatione factum ſit.¶ Cùm interea rumor venit datum iri gladiatores.} *Gladiatores in theatro ſpectabantur.* Hoc abhorret à noſtra conſuetudine: veruntamen apud antiquos gladiatores in theatro ſpectabãtur.¶ Datum iri.} Datum iri dixit, vt fabulam commendet: vt & omnia ſpectatori & populo dicantur.¶ Non potui tutari locum.} Facetè repetit Locum. ¶ Nunc turba nulla eſt.} *Turba.* αὐταπέδοις ἀντὶ τοῦ tumultuãtur. Turba, id eſt θόρυβος.¶ Nunc turba nulla eſt. Otium & ſilentium eſt.} Turbam retulit ad id quod ſuprà dixit, Populus conuolat, tumultuantur. Otium, ad illud, Pugnant de loco. Silentium, ad illud quod dixit, Clamor mulierũ. Otium, πρὸς τὸ pugnant. Silentium, πρὸς τὸ clamant. ¶ Nunc turba nulla eſt: otium & ſilentiũ eſt.} Quę adhortatio per enumerationem. ¶ Agendi tempus mihi datum.} Ab Aedilibus ſcilicet. ¶ Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.} Quaſi aliquid agat populus cùm ſpectet. ¶ Nolite ſinere per vos.} σχῆμα διανοίας. ¶ Artem muſicam.} Oratoriè: quaſi non Terẽtij cauſa agatur, ſed artis muſicæ. ¶ Meæ authoritati.} Quia iam ſenex eſt. ¶ Meæ authoritati fautrix, adiutrixq; ſit.} Qua Terentiũ probo. & eſt figura ἀναλογία. Vult autẽ ſe eſſe eius authoritatis, vt & populo placere iam debeat qui ipſi placet. ¶ Si nunquam auarè.} Commendatio ab antè dictis, id eſt à perſonæ attributis. ¶ Si nunquam auarè.} A meritis defenſoris argumentum ad laudem fabulæ. ¶ Si nunquam auarè.} Per hæc verba Terentius vult

demõſtrare, quàm grauis author ſit, qui ſuas comœdias probet. Sic Horatius, — ea cum reprehendere coner Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit. ¶ Et eum eſſe quæſitũ in animum induxi. } Modò non nunquam ſubauditur: ſed Si. vt ſit, Et ſi eum eſſe, & cætera. ¶ Quammaximè ſeruire veſtris commodis. } Plus dixit cõmodis, quàm ſi diceret voluptatibus. ¶ Maximum quàm maximè. Iniquè iniqui. } παρέμοιον. ¶ Sinite impetrare me, qui in tutelã meam. } Ordo eſt, Sinite impetrare me, ne eum circumuentum iniquè iniqui irrideant, qui in tutelam meam ſtudium ſuum, & ſe in veſtram cõmiſit fidem. ¶ Mea cauſa. } Quaſi orator, cauſam dixit.

Cauſa.

¶ Mea cauſa, Cauſam hanc accipite. } Hoc oratoriè. ſic enim fit cùm perſona pro perſona ad cõmendationem affertur. ¶ Et date ſilentium. } Quaſi fabulæ ac poëtæ. ¶ Mea cauſa, causã. } παρωνομασία. ¶ Vt libeat ſcribere aliis. } Oratoriè. * ¶ Mihique vt diſcere expediat. } Propriè diſcere. docet enim poëta, diſcit ſcenicus.

Doceo. Diſco.

¶ Nouas expediat poſthac. } Ab vtili argumentatio eſt. & bene, vt expediat: tanquam facturus ſit, & ſi non expedierit, dùm quæſtum maximum ſeruire populo putat. ¶ Pretio emptas meo. } Aeſtimatione à me facta, quantum Aediles darent: & proinde me periclitante, ſi abiecta fabula, à me pretium, quod poëtæ numerauerint, repetant. Ergo meo, à me facto, à me ſtatuto. nam quomodo alibi dixit, Poſtquam Aediles emerunt. Et bene, vt ſequatur populus iudicium eius; qui æſtimare verè fabulas potuerit. ¶ Pretio emptas meo. } Vt quidam volunt, periculo.

Pretio meo emptæ.

Pretium.

ADRIA. BARL.

Hecyra. } Propoſitio eſt, qua petitur, vt exploſam antea fabulam nunc cognoſcant ſpectatores. Hanc primùm poëta dedit ſine prologo ludis Megalenſibus, ſed occupatis populi animis in ſpectando funãbulo, nõ eſt placita. Agitur eadem poſtea ludis funebribus. Nec tunc ad plaudite perducta eſt, auocata ad gladiatorum ſpectacula multitudine. Poſtremò exhibita Q. Fuluio, L. Marco ædilibus, placuit, & actorum virtute commendata eſt. Hecyra, noſtro idiomate ſocrus, hecyros, ſocer dicitur. hinc fabula nomen accepit, quia per ſocrus & ſoceros, multa hìc aguntur. Latinè igitur citare licebit hoc modo, Terentius in ſocru ſua. Quemadmodum Eraſmus citans, Terentius, inquit, in ſeipſum excruciante, & me primùm Latinè dixiſſe puto, Terẽtius in fratribus.

Hecyra.

¶ Hecyra eſt huic nomen fabulæ. } Studioſis obſeruandæ nominandi formulæ. Dicũt enim variè Latini, Eſt fabulæ nomen Eunuchus, eſt fabulæ nomen Eunuchi, eſt fabulæ nomen Eunucho. qua forma delectatos maximè video eruditos. Gell. noctium Atticarũ libro XV. cap. XXIX. Duæ iſtæ in loquendo, inquit, figuræ notæ ſatis vſitatæque ſunt. Mihi nomẽ eſt Iulio, mihi nomen eſt Iulij. Tertiam figuram nouam hercle reperi apud Piſonem in ſecundo annalium. Verba Piſonis hæc ſunt: Tarquinium collegam ſuũ quia Tarquinium nomen eſſet, metuere: eúmque orat vti ſua voluntate Roma concedat. Quia Tarquinium, inquit, nomen eſſet. Hoc perinde eſt, tanquam ſi ego dicam, mihi nomen eſt Iulium. ¶ Hæc cùm data eſt. } Dare eſt agere & exhibere. ¶ In funambulo. } Funambuli ſunt, qui per funem protenſum ingrediuntur. Quam rem non ſolum admirabilem, verumetiam ſtupendam olim fuiſſe hoc loco Terent. ſatis indicat, cũ ait. Ita populus ſtupidus in funambulo animum occuparat. Non enim ſine arte ſumma id, ſummóque fiebat vſu. Atque hinc in prouerbium etiam abiit, Ire per extentum funem, hoc eſt, rem factu perquam difficilem præſtare.

Nominandi formulæ.

Funambulus

Ire per extentũ funẽ.

¶ Nunc hæc planè eſt pro noua. } Iam enim non eſt noua. ¶ Referre. } Agere. ¶ Orator ad vos venio. } Vis non eſt inferenda Oratoribus. Igitur ne expellatur, oratorem ſe, non prologũ vocat. ¶ Nouas qui exactas. } Innuit non eſſe vitio dandum Terentio, ſi vna illius exploſa ſit comœdia, cùm & aliis poëtis idem cõtigerit. ¶ Feci. } Adhuc adoleſcentior. ¶ Vt inueteraſcerent. } In conſuetudinem venirent, & ſpectarentur. ¶ Partim ſum earum exactus. } Gellius noctium Atticarũ libro X. Partim hominum venerunt, plerunque dicitur, inquit, quod ſignificat, pars hominum venit, id eſt quidam homines. nam partim, hoc in loco aduerbiũ eſt, neque in caſus inclinatur: ſicuti, cum partim hominum dici poteſt, id eſt, cũ quibuſdam hominibus, & quaſi cum quadam parte hominum. Sic Terent. quoque dixiſſe videtur, Partim earum ſum exactus, id eſt, cum parte earum.

Partim hominum venerunt.

¶ Dubiam fortunam eſſe ſcenicam. } Vt varia eſt fortuna belli, ita varia ſunt doctorum iudicia. ¶ Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli. } Vbi incerta ſpes eſt, quid labore opus eſt? Suſtuli pro omiſi dixit. ¶ Eaſdem agere cœpi. } Poſtea cœpi eaſdem agere, quæ prius exactæ fuerant. ¶ Alias. } Præter exactas prius. ¶ Ne illum ab ſtudio abducerẽ. } Si ſemper diſplicerent. ¶ Iniuria aduerſarium. } Pro aduerſariorum, qui apud populum agebant, vt fabulæ eius exploderentur. ¶ Ab arte muſica. } Poëtica. ¶ In præſentia. } Quo tempore ſunt à populo eiectæ.

Suſtuli, pro omiſi.

Muſica ars

¶ Hecyrã ad vos refero. } Ad propoſitionem rediens, amplificat per querelam quòd antea fuerit exploſa. ¶ Pugilũ gloria. } Cur eiecta ſit narrat. Si neque poëtæ hoc factum culpa eſt, neque populi iudicio, debetis nunc eam admittere, inquit. ¶ Comitum conuentus. } An eos intelligit qui dominos comitabantur? ¶ Vetere conſuetudine. } Qua equidem exactas, Cæcilij nouas, poſtea retuli. ¶ In experiundo eſſem. } Vt experirer an ſuccederet. ¶ Refero denuo. } Id eſt iterum. ¶ Nunc turba nulla eſt. Nunc. } Id eſt actione tertia.

In experiundo eſſe.

¶ Recidere ad paucos. } Si enim contemni cœperint, futurum video vt pauci ſcribant. nam honos alit artes, omnéſque accẽdimur ad ſtudium gloria. ¶ Pretio emptas meo. } Aediles à poëta fabulas emebant, æſtimatione prius facta ab eo qui acturus erat. vnde dicit, pretio emptas meo, id eſt à me ſtatuto. Quod poëtæ adnumeratum pretium à nobis repetent ædiles, ſi exploſa fuerit fabula.

Pretium meum.

### LATOMVS.

Argumentum prologi. } Reddit rationẽ cur exploſa denuo cognoſcenda ſit, & excuſando infortunium attentionem poſtulat. ¶ Hecyra eſt huic. } Occupatio ante propoſitionem, cur exploſa fuerit, & cur iterum referatur. Habet vim exordij. Aetiologia ad expolitionem. ¶ In his quas pri. } Confirmat exemplis, exploſam cognoſcendã eſſe. ¶ Partim earum. } Aduerbialis eſt locutio, quã à veteribus vſurpatam teſtatur Gellius. ¶ Quod ſi ſcrip. } Accommodatio exẽpli. ¶ Nunc quid petam. } Deinceps poſtulat attentionem, quam vt obtineat excuſat fortunã fabulæ, cur antea exploſa fuerit. ¶ Nolite ſinete. } Confirmatio petitionis ab arte & meritis ſuis.

### PETRVS MARSVS.

Hecyra. } Maximo artificio & prudentia compoſitus eſt hic prologus. Nam cùm aliquoties ob inſperata & incidentia ſubitò infortunia ſpectatores ſuas aures non præberent, ſed ad alia ſpectanda cõuerterent animos, oportebat vt principio ſingulari quadam vi reconciliaret, quos abalienatos frequenti exhibitione vereretur. Quare is qui agit partes poëtæ, totus eſt, vt poëtæ fauorem, attentionémque à populo emereatur. Status eſt aſſumptiuus tranſlatitius: excuſatur enim,

enim, quòd exhibita aliquoties nō eſt placita. Firma autem excuſatio fit, quòd exemplū habet Cæcilij, qui in ætate matura, quæ per ſe illi authoritatem comparare potuiſſet, fuerit exploſus. Deinde transfert culpam in tempora & mores. ¶ Funambulo. ❡ Funambulus eſt, qui delibrata aëris circūſiſtentia, motu corporis conſtanti, & minimè vacillabundo in funiculis ſaltare poteſt, quem græci ſchœnobatā vocant.

Muſica ars ¶ Arte muſica. ❡ Poëticè hîc vocatur muſica, quòd in Muſarum cura dicuntur eſſe poëtæ, vel quòd omnem liberalem artem veteres muſicam vocabant. ¶ Cùm primùm eam. ❡ Veriſſimum eſt, quod vulgò dicitur, Noua placent, vetera præ contemptu haud quiſquam ferè attingit. Seneca libro quarto declamationum reſpiciens ad Terentij ſentētiam, ita ait: Acrior eſt cupiditas ignota cognoſcendi, quàm nota repetendi. Hoc in hiſtrionibus, in gladiatoribus, de quibus modò aliquid fama promiſit, in omnibus denique rebus videmus accidere.

RIVII CASTI. Eam calamitatem veſtra intelligentia. ❡ Nos, voſtra intelligētia. Ita vetus exemplar: quo in exemplari paſſim intellego per, e, ſcriptum reperias: vt facilè equidē eam in ſententiā

Intellego. Angeli Politiani, qui vt intellego dicat potius quàm intelligo, vetuſtis codicibus adduci ſe ait, præſertim cùm nec grammaticorū repugnet authoritas, nec analogia: Sic enim intellego dici, vt pellego: Priſciano quoque adfirmante ab interlego formari hoc verbum, r, litera in l, conuerſa, ſicut à perlego illud pellego libro quinto Epiſt. ¶ In animum induxi meum. ❡ Nos, Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maxumum. Refertur autem adiectiuum ad quæſtum, ne cui hoc ſcrupulum iniiciat. ¶ Ne eum circumuentum iniqui irrideant. ❡ Nos, Iniqui iniquè irrideant. Perperam quidem, ſi diis placet, aduerbium iniquè ſuſtulerāt, atque adeò tollendum in margine adnotarāt his verbis: Trimeter iniquè reiicit. Imò enim verò Trimeter hoc expoſcit. quod ne cui in dubio relinquatur, áge metiamur hunc verſum: N' ūm cīr, cūmuēn, t' ĭ nī, qu' ĭ nī, qu' īrrī, dĕānt. Pronomen eum in vnam contrahitur ſyllabam: quæ συναίρεσις frequens eſt apud Terentium: Mecum faciunt vetuſta exemplaria, &

Paromion. in Commētariis Donat. qui adnotauit iniquè iniqui παρόμοιον

Aſsimile. eſſe. Nos aſsimile dicimus: qua voce et Cice. vtitur & Virg.

GLAREANVS.

IN Apollinaris Argumento Eius & Dein diſyllaba ſunt. Et in fine ſexti verſus Aldinus codex habet, Comperit, pro Ne id ſciat ſocrus. ſed errat. In ſeptimo, malim legere Reuertit, quàm reuênit. In primo verſu æ, in Fabulæ non eliditur, imò producta manet, ita in verſu ſequente m, in Nouum non eliditur. In quarto, proceleuſmaticus eſt

Prologus prima producta. loco primo, niſi quis elidat s, in Stupidus. In IX. prologus producitur conſuetudine Latina, vt annotauit Riuius. In decimo, Eodem diſyllabum, & vel creticus loco tertio, vel Sim, non Siem legēdum, vt totum elidatur. In decimoſexto. Scibam legendum puto, non Sciēbam, niſi pæana tertium loco primo conſtituamus. In decimooctauo, vel Eiuſdem diſyllabum eſt, vel pæan ſecundus eſt loco primo. In viceſimotertio, ex commentario Donati tertiū Ab, in tertio commate omittendum, quod probat exemplo Virgilij. locus malè habet in pleriſque codicibus, cùm ſit intellectu non difficilis. In viceſimoquinto, vel Et, ad finem pertinet prioris verſus, vel bacchius eſt loco primo: quanquam id admonere toties, perquam tædioſum. In viceſimooctauo. Mea monoſyllabum eſt. In trigeſimoprimo. Eam, monoſyllabum eſt. In XLII. E in Ego à ſuperiore eliditur verſu, & Meum monoſyllabum, niſi creticus ſit loco ſecundo. In XLVIII. Mea monoſyllabum totum eliditur. Quanquam bacchium initio malim. In quarto à fine Ne eum pro vna ſyllaba. In antepenultimo, Mea monoſyllabum, ſed vel Hanc tollendum, vel Capite pro Accipite legendum.

IOANNES THEOD.

—Nunc hæc planè eſt pro noua.
Et is qui ſcripſit hanc, ob eam noluit.

Iterum referre, vt iterum poſſit vendere. ❡ Poteſt mirum videri, cur dicatur Terentius hanc fabulam noluiſſe referri, quum poſtea ſequatur, Hecyrā ad vos refero: ac paulo pòſt, refero denuo. Non ſecum pugnare videtur Terentius? Quid quòd ipſe Comœdiæ titulus eam tertiò relatam aſſerit? At quæ toties relata eſt, non ſine Terentij conſenſu referri potuit. Quamobrem igitur eam iterum referre noluiſſe nunc dicitur? Hunc nodum diſſoluit Donatus, ſed admodum paucis & ſubobſcurè. Cur ergo, inquit, nō poſt funambulum relata eſt, vbi ille ceſſarat? in quo maluit auarū poëtam populo inducere, quàm ſuo operi diffidentem. Hactenus ille. Solebant poëtæ ſuas fabulas Aedilibus diuendere. quod ex huius prologi fine, et Donati cōmentario planè patet. Quum ergo Terentius ob funambuli ſtudium eſſet auditorio deſtitutus, noluit mox poſt ipſius funambuli ludos deſertam fabulam denuo referri. Quod ne factum videatur deſperatione, qua denuo ſe exploſum iri putaret, fingitur alia cauſa: nimirum relationi iſti non diffidentiam, ſed auaritiam poëtæ obſtitiſſe. Nam ſi tū peracta fuiſſet: pro noua iterum vendi non potuiſſet. Quòd ſi alios expectaret ludos, eámque de integro ederet, nouam illi pecuniam ſperare liceret. Atque ita ſatisfit huic obiectioni: Si comœdia bona fuiſſet, reduxiſſet illam poëta ſtatim in ſcenam, poſt ludum funambuli. Simul alia obiectio, nimirum auaritiæ, quæ tanquam crimen aliquod illum premere videtur, gratiam & authoritatem huic Comœdiæ conciliat. Nō enim denuo ab Aedilibus emeretur, niſi præclarè de ea & magnificè ſentirent.

DONAT. *PER pol quampaucos reperias meretricibus fideles.* } *Nouo genere hîc vtraque* προτατικὰ πρόσωπα *inducuntur. Nam & Philotis & Syra non pertinent ad argumentum fabulæ. Hoc autem maluit Terentius, quàm aut per prologū narraret argumentū, aut* θεὸν ἀπὸ μηχανῆς *induceret loqui.* ¶ *Per pol quampaucos reperias.* } *Hæ perſonæ Terentij more extrinſecus aſſumuntur, vt ſic argumenti obſcuritatem ſpectator effugiat.* ¶ *Per pol quampaucos.* } *Animaduertendū eſt in hac fabula, Terentium bonam meretricem inducturum, ne id cōtra morem videatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere: vt id exēplis fiat tritius, & vſu veriſimile.* ¶ *Per pol quampaucos.* } *Ordo eſt, Pol perquāpaucos reperias. nam perpol, non eſt Latinū, ſed* κατὰ τμῆσιν *perquā, id eſt, nimio.* ¶ *Quampaucos.* } *Quidam non paucos, ſed paucis legūt. ſic enim Apollodorus.* ¶ *Reperias.* } *Aptum verbum ad raritatem. & ideo non dixit pauci ſunt, ſed, paucos reperias: quaſi quærens. nō autem reperitur niſi quod quæritur: non quæritur, niſi quod præſto nō ſit.* ¶ *Fideles.* } *Huiuſmodi ſentētias rhetores* διανοίας *vocant. Et mirè, nō eſſe, ſed euenire dixit: vt non rationis, ſed caſus ſit id, quod rariſſimum eſt.* ¶ *Fideles.* } *Fidi, in maximis: Fideles in minoribus negotiis.* ¶ *Vel hic Pamphilus.* } *Tranſitus à generali ſententia ad ſpecialē.* ¶ *Vel.* } *Nunc veluti: aliàs cō iunctio diſiunctiua eſt: aliàs correptionem ſignificat. vt apud Ciceronem, Vel optimam Meſſanæ vitam. Virgilius. Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Aut vel, Vt modò.* ¶ *Iurabat quoties Bacchidi quā ſanctè.* } *Tria ſunt, quòd iurabat, & quoties, & quàm ſanctè. quod totum de more amatorum & meretricum dixit, quæ iureiurādo teneant quos lege non poſſunt.* ¶ *Vt quiuis.* } *Nō modò Bacchis, quæ amica erat.*

*Perquam. Reperio. Quæro. Euenire. Fidus. Fidelis. Vel.* *En.

¶ *Nūquam illa viua ductūrum vxorem.* } *Ita id eſt iurans primo iurabat.* ¶ *Nunquam illa viua vxorem ducturum. En duxit.* } *Pronuntia vt mirantem oſtendas.* ¶ *Ergo propterea.* } *Modò ergo affectum exprimit reprehendentis tardè ſibi conſentientem. ſic Virgilius, Ergo age chare pater, ceruici imponere noſtræ.* ¶ *Propterea te ſedulò.* } *Sedulò inſtanter, & ex animo: vel ſine dolo.* ¶ *En duxit.* } *En aduerbiū demonſtrantis eſt: vt, En alter.* ¶ *Et moneo, & hortor.* } *Monemus conſilio, Hortamur impulſu.* ¶ *Ne cuiuſquam miſereat.* } *Deeſt te.* ¶ *Quin ſpolies, mutiles, laceres.* } *Quin pro quominus. Et magna perſuaſio eſt ad malefaciēdum.* ¶ *Spolies.* } *Spoliare eſt non minimam partem auferre. Mutilare, aliquid detrahere, ſine quo res eſſe non poſſit. Lacerare autem, cùm omnino nō habeas quod imminuas. Vnde mutili dicti ſunt boues, aut capri, ſine cornibus. nam malè qui à multa putant dici: & inde Mulciber Vulcanus, quòd ſit mutilatus ac debilis: nam propriè Mulciber dictus eſt, quòd omnia mulceat, id eſt, molliat ac vincat. Vtin' eximiū neminem habeam?* } *Vtin' pro vt ne.* ἀπόστροφος. *Et perſeuerat in* ἀλληγορίᾳ. *nam eximia pecora dicūtur, quæ à grege excepta ſunt ad vſus dominorum ſuorum, vt vberius paſcantur. Sed propriè eximij sūt porci maiores, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcūtur. Etenim boues qui ad hoc electi ſunt, egregij dicuntur: et oues lectæ. vt Virgilius. Mactant lectas de more bidentes. Ita & porci eximij.* ¶ *Vtin' eximium.* } *Deeſt, cenſes: vt ſit, Cenſéſne vt eximium neminem habeam? vel certè mones.* ¶ *Vtin' eximium.* } *Separatū ex omnibus. Propriè eximius porcus eſt, exemptus grege, atque ſignatus macula aut nota.* ¶ *Habeam.* } *Deeſt cenſes, aut vis, aut mones.* ¶ *Nā nemo quiſquam.* } παρέλκον *tertium. nam abundat Quiſquam.* ¶ *Scito, ad te venit.* } *Bene additum eſt ſcito:*

*Ergo. Sedulò. En. Moneo. Hortor. Quin. Spoliare. Mutilare. Lacerare. Mutili boues. Mulciber. Vtin'. Eximia pecora. Egregij boues. Lecta ouis. Eximius porcus. Nemo quiſquam. Scito.*

## ACTVS I. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

PHilotis & Syra indignè ferunt Pamphilum vxorem duxiſſe, relicta, quam amare videbatur, Bacchide. & protaticæ ſunt perſonæ, nam extra fabulæ argumētum inducūtur, vt Parmenoni detur occaſio commemorandi argumenti.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena Philotis & Syra indignantur Pamphilum adhæſiſſe vxori. & Bacchidem meretricem, quam amare videbatur, reliquiſſe. Exemplum quoque hîc proponitur verſutę et nequitioſæ lenæ, meretricem bonam, quæ talis contra vulgatum morem inducitur, à leni ac benigno inſtituto dehortantis, & ad aſperitatem & exactionem amatorum ſuorum perſuadentis. Attende quòd Philotis & Syra Protaticæ ſunt perſonæ, extra fabulæ argumentum inductæ.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Eſt querela de perfidia amatorum.

*Senarij.*

PHILOTIS, *meretrix*, SYRA *anus*.

PER *pol quam paucos reperias meretricibus*
*Fideles euenire amatores, Syra:*
*Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,*
*Quàm ſanctè, vt quiuis facilè poſſet credere,*
*Nunquam illa viua ducturum vxorem domum:*
*Hem *duxit.* S. *ergo propterea te ſedulò*
*Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat,*
*Quin ſpolies, mutiles, laceres, quenquem na-*

ēta ſis.
P. Vtin' eximium neminem habeam? S. neminem:
Nam nemo illorum quiſquā, ſcito, ad te venit,
Quin ita paret ſeſe, abs te vt blanditiis ſuis,
Quam minimo pretio ſuam voluptatem expleat.
Hiſcine tu, amabo, non contrà inſidiabere?
P. Tamen eādem pol eſſe omnibus, iniurium eſt.
S. Iniurium eſt autem vlciſci aduerſarios?
Aut qua via captent te illi, eadem ipſos capi?
Eheu me miſeram, cur non aut iſtæc mihi
Aetas & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?

to: & moraliter, & acutius pronuntiandum. eſt enim verbum illorum qui familiares corrigūt. ¶ Quin ita paret ſeſe. } Hoc verbum paret, aduerſum munificos & ſegnes ſumitur. Vt alibi, An

Paraſti te. paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſit tibi? ¶ Abs te. } Pro ex te.

Abs te. ¶ Suam voluptatem expleat. } Bene expleat, quòd contrarium meretrici eſt, amatorem voluptate ſatiari. ¶ Hiſcine. } ἐρώτησις. Id eſt talibus. & vide ſi pulchra meretrix puella eſt.

Hiſcine.

Inſidiari. ¶ Inſidiabere? } Inſidiari malum eſt: ſed contrà inſidiari, iuſtum eſt. ¶ Tamen eandem pol Eſſē omnibus iniurium eſt. Idem aliter, et vehementius intulit. nā peius eſt eandem eſſe omnibus, quàm nullū excipere. ¶ Iniurium. } Ini-

Iniurium. quum. Iniurium autem indignantis modò ſignificatio eſt: & vim aduerbij habet. ¶ Vlciſci aduerſarios? } De more aduer-

Aduerſarius. ſarios mutato nomine poſuit. durum enim fuerat, ſi amatores diceret. ¶ Qua via captent te illi. } Qui te captent ſæpe,

Capto. tu eos vel ſemel cape. ¶ Eheu me miſeram. } Bene quia non perſuaſit. ſed affectum doloris expreſſit. intelligitur enim ex vultu eius, non eam perſuaſiſſe quod voluit. ¶ Eheu me miſeram, Cur non aut iſtæc mihi ætas, & forma eſt. } ἐμπαθῶς aut quod reliquū eſt: quia quod volebat, perſuadere non potuit. Et bene iſtæc ætas & forma: quia vtrunque non habet. & mirè è contrario deſcripta eſt deformitas lenæ, & formam & voluntatem malam gerentis. ¶ Aut tibi hæc ſententia? } δεικτικῶς: ſimúlque oſtendit ſecūdum φυσιογνωμικοὺς difficile deformem reperiri bonum.

ADRIA. BARL.

Perpol quampaucos. } Ordo eſt. Pol perquam paucos reperias. Nam perpol Latinum non eſt, & perquāpaucos, idem

Perquam. eſt quod nimis paucos. Vallenſis libro primo ex per et quàm conflatur vnum, inquit, perquam, cuius quamuis alteram partem poſitiuus ſibi, alteram ſuperlatiuus vendicat. poſitiuo tamen id dādum erit, vel quia per anterius eſt, vel quia indecens videretur duo aduerbia vehementiam ſignificantia ſuperlatiuo anteponi. Dicimus itaque perquam doctus. quale apud Terentium. Perpol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores. ¶ Vel hic Pamphilus. } A generali ſententia tranſit ad ſpecialem. & hic pronomen emphaſim habet. Eſt ſenſus. Quotuſquiſque amator meretricibus fidelis, cū hic Pāphilus toties data fide non ducturum ſe viua Bacchide vxorem, iuſiurandum reliquerit? ¶ Vtin' eximium neminem habeam? } Vtin' pro vt ne, & perpetua allegoria eſt in his verbis, ſpolies, mutiles, laceres. ¶ Vtin' eximium. } Mutilantur enim boues, & eximia dicuntur pecora, quæ ad vſus dominorum, vt paſcantur vberius, à grege ſolemus excipere.

LATOMVS.

Argumentum. } Inducitur perſona proſtatica ad occaſionē narrandi argumenti in ſequenti ſcena. ¶ Syra. } Nomen lenæ. ¶ Cuiuſquam miſereat. } Pro miſereatur vetuſtè. Et attende præceptum lenæ.

PETRVS MARSVS.

Perpol. } Anus peruerſiſſimæ, et improbiſſimę lenæ malam & peruerſam mentem pulchrè depingit hæc ſcena, quæ cùm omnes meretriciæ artis modos, & rationes calleat, hoc vnum agit, vt miſeros adoleſcentes quomodocunque ad egeſtatis terminos perducat. Quare nō immeritò hoc genus hominum Plato à Rep. ſua quàm longiſſimè ablegat, & Iuriſprudentes infamia notant, & priuilegia immunitatéſque adimunt, quicunque euiuſcemodi ſtudia profitentur.

Perpol quàm paucos } Dona. ait quoſdam, non paucos, RIVII
ſed paucis legere, vt addatur meretricibus. Eſt autem τμῆσις CASTI.
pro, per quàm paucos. ¶ Hem du. } Plerique codices habent: En duxit: quo modo interpres, ni fallor, legit. ¶ Ne cuiuſquā te miſereat. } Nos omiſimus illud te, ex fide antiquorum codicum, & ex ſententia Donati, qui adnotaunt deeſſe te.

GLAREANVS.

In tertio verſu vel s eliditur in Pamphilus, vt ſit dactylus loco ſecundo, vel creticus eſt, quod malim. In IX. Vtin' aduerbium vti producit, i. Nec eſt legendum Vt in, quemadmodum Aldinus habet codex. In duodecimo, vel Suam monoſyllabum eſt, vel creticus loco tertio. In antepenultimo aut Via monoſyllabum, aut Eadem diſyllabum. Quanquam vel bacchius loco ſecundo, vel creticus loco quarto eſſe poſſunt.

DONAT. SEnex ſi quæret me modò, iſſe dicito ad portum.} Hoc ſeruus dixit, in ſcenam de proſcenio reſpiciens. ¶ Senex ſi quæret me.} Duæ coniecturæ ſunt in hac ſcena: an veræ ſint nuptiæ: & an veriſimile ſit abſtinere potuiſſe adoleſcẽtem à virgine ſibi nuptũ tradita. ¶ Senex ſi quæret me.} Magis expreſſit conſuetudinem, dicendo, ſenex: quàm ſi diceret, dominus maior. ¶ Senex ſi quæret me.} Vt ex verbis ſuis tã meretrix quàm lena deſcripta eſt: ita & Parmeno ipſe, qualis ſit, oſtenditur ex ſua locutione. Exeundi autem cauſa de argumento ſumitur: quia Pamphilus abſens eſt, & expectatur in dies eius aduentus. ¶ Percontatum aduentum Pamphili.} Honeſtam cauſam dixit, id eſt, Pamphili aduentum. Et percunctatum, & percontatum ſcribitur, ſed percontatum à conto dicitur, quo nautæ vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna. Si verò percunctatum: ab eo quòd à cunctis perquiratur, dicitur. ¶ Senex ſi quæret me modò, iſſe dicito ad portum.} Hæc omnia, ſubmiſſa & veloci pronuntiatione efferenda ſunt. hoc enim deſiderant huiuſmodi verba, vt pote & ſerui & feſtinantis. ¶ Audin' quid dicam Scirte?} Audis modò, ſentis, intelligis. vt Virg. Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci Audierat. Item alibi, Neque audit curr⁹ habenas. ¶ Audin' quid dicam Scirte?} Audis modò, pro aduertis. ¶ Scirte.} κωφὸν πρόσωπον inducitur. ¶ Audin' quid dicam Scirte?} Cõuenit nomen ſeruo puero, παρὰ τὸ σκιρτᾶν: quod eſt geſtire & ludere. ¶ Nullus.} Pro non. ¶ Aliàs vt vti poſſim.} Inter aliàs & aliâ hoc intereſt: quia aliàs alio tempore ſignificat. aliâ aliter, aut per alia. ¶ Integra.} Non dicta. ¶ Sed videóne ego Philotion?} Mirè inuenta eſt cauſa narrandi ideo, quia peregrè venit meretrix alia, quaſi Athenis omnia eſſe ſciret. ¶ Sed videóne ego Philotion?} Sic ſolet dubitari, aduenientibus ipſis, quos poſt multum temporis interuallum vident. ¶ Vnde hæc aduenit?} Cum quodam contemptu eius hæc dicit Parmeno. ¶ Salue me caſtor Parmeno.} Olim ſalutantes addebant iuſiurãdum, vt hoc ſedulò facere viderentur. ¶ Me.} Aut adiectio eſt, & abũdat: aut poſitum eſt pro μὰ ſyllaba: vt Græci μὰ τὸν ἀπόλλωνα dicũt. ¶ Et tu ædepol Syra.} Irriſit ad caſtor addẽdo ędepol. et quod illa Parmeno, ille hic addidit Syra. Syra Sura veteres legerũt, v pro y ponẽtes: vt Muſia, Syria. ¶ Dic mihi Philotis.} Vide licẽtiã: ſuprà Philotion, hîc Philotis dixit. ¶ Vbi te oblectaſti tam diu?} Facetè dictũ meretrici: non, vbi fuiſti: ſed, vbi te ble ctaſti. ¶ Minimè me equidẽ oblectaui.} Me acutius proferendũ eſt: & reſpõdet πρὸς τὸ Te. ¶ Corinthum hinc ſum profecta.} Hinc magnũ oſtendit dolorẽ habere Philotion, quòd relictis Athenis Corinthi habitauerit. ¶ Cum milite hinc ſum profecta inhumaniſſimo.} Multa dixit: & Milite, & Hinc, & Inhumaniſſimo. ¶ Inhumaniſſimo.} Quid potuit de milite dici niſi in ſuperlatiuo? nanque omnis miles inhuman⁹, hic verò inhumaniſſimus. ¶ Corinthum hinc ſum profecta.} Hęc argumenta ſunt, an ſe oblectare potuerit. à perſona, quia miles inhumaniſſimus: à loco, quòd hinc profecta: à tẽpore, quòd biennium: à re, id eſt ab iniuria quam intulit. ¶ Biennium ibi perpetuum.} Vt cõtinuationem ſui caſus oſtẽderet, perpetuum dixit. ¶ Miſera.} Muliebris interpoſitio, τὸ miſera. ¶ Illũ tuli.} Non, cum illo fui, ſed tuli: adeò nõ me oblectaui. ¶ Deſiderium Athenarum.} Quòd Corinthum profecta es. ¶ Athenarũ arbitror.} Quod dixit Hinc ante * Athenarum. ἀμφιβολία te deſiderium cœpiſſe. ¶ Aedepol te deſideriũ Athenarũ arbitror cœpiſſe ſępe.} Quod cũ milite inhumaniſſimo. ¶ Conſilium contemſiſſe.} Pœnitudine eſſe poſſeſſam. ¶ Huc redeundi.} Iterum

Percunctor. Percontor. Contus. — Audio. — Scirtus. — Nullus, pro non. — Aliàs. Aliâ. — Integra cauſa. — Sed videóne ego.

Salue mecaſtor. — Iuſiurandũ in ſalutatione. — Mecaſtor. — V pro Y. Suria. — Muſia. — Philotis. Philotion. — Miles inhumanus. — Perpetuum.

## ACTVS I. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

REdeunti peregrè Philoti Parmeno totius narrat argumentum fabulæ.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequẽti ſcena Parmeno ſeruus occaſionem nactus eſt Philotim peregrè redeuntem alloquendi, cùm tamen Pamphilo ad portum obuiam ire ſtatuiſſet. Itaque ex verbis Bacchidis inſtigata Philotis, ex Parmenone de Pamphili nuptiis percontatur. Cui certè Parmeno rem omnem, atque totius comœdiæ argumentum ordine narrat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

ANimaduerte ſingularem in hac ſcena Poëtæ artem, quàm egregiè & Oratorios locos, & decorũ perſonarum obſeruarit.

*Senarij.*

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

SENEX ſi quæret me modò, iſſe dicito
Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
Audin' quid dicam Scirte? ſi quæret me, vti
Tum dicas, ſi non quæret, nullus dixeris,
Aliàs vt vti poſſim cauſa hac integra.
Sed videóne ego* Philotiõ? vnde hæc áduenit?
Philotis ſalue multũ. PH. ô ſalue Parmeno.
S. Salue mecaſtor Parmeno. PA. et tu ædepol Syra.
Dic mihi Philotis vbi te oblectaſti tam diu?
PH. Minimè equidẽ me oblectaui, quæ cum milite
Corinthũ hinc ſum profecta inhumaniſſimo,

Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli.
PA. Aedepol te deſideriũ Athenarũ arbitror
Philotion cœpiſſe ſæpe, & te tuum
Conſilium contempſiſſe. PH. non dici poteſt
Quàm cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,
Vóſque hîc videndi, antiqua vt conſuetudine
Agitarem inter vos liberè conuiuium.
Nam* illic haud licebat, niſi præfinito, loqui
Quæ illi placerent. PA. haud opinor cõmodè
Finem ſtatuiſſe orationi militem.
PH. Sed quid* hoc negotij eſt? modò quæ hæc narrauit mihi
Hîc intus Bacchis? quod ego nunquã credidi
Fore, vt hac ille viua poſſet animum inducere
Vxorem habere. PA. habere autẽ? PH. eho tu, an non habet?
PA. Habet, ſed firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ.
PH. Ita dij deæque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis:
Sed quî iſtuc credã ita eſſe, dic mihi Parmeno
PA. Non eſt opus prolato: hoc percontarier
Deſiſte. PH. nẽpe ea cauſa, vt ne id fiat palã:
Ita me dij bene amabunt, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam: ſed vt tacita mecũ gaudeã.
PA. Nunquam dices tam commodè, vt tergum meum
Tuã in fidem cõmittã. PH. ah noli Parmeno,
Quaſi non tu multo malis narrare hoc mihi,
Quàm ego quæ perconter, ſcire. PA. vera hæc prædicat,
Et illud mihi maximũ vitiũ eſt. ſi mihi fidem
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis:
Fidem do, loquere. PA. auſculta. PH. iſtic ſum. PA. hanc Bacchidem
Amabat, vt cum maximè, tum Pamphilus,
Cùm pater vxorem vt ducat, orare occipit:
Et hæc, cõmunia omnium quæ ſunt patrum,
Seſe ſenem eſſe, dicere, illum autem eſſe vnicum
Præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ.

Iterum à loco. ¶ Abeundi à milite. } A perſona. ¶ Vóſq; hîc vidẽdi. } A re. ¶ Redeundi, abeundi, vóſque hîc videndi. } Oratoriè vnam rem in tria diuiſit, huc redeundi, abeũdi à milite, vóſque hîc videndi: vt diceret, huc veniẽdi. ¶ Niſi pręfinito, loqui. } A tẽpore. Hîc oſtendit quid dixit ſuprà, Tuli: & quid ſit agitare conuiuium liberè. ¶ Agitarem inter vos liberè conui. } Inter agere et agitare hoc intereſt: quòd Agere, eſt aliquid vel neceſſarium facere: Agitare, voluptarium. Ergo agitarẽ, exercerem. ¶ Nam illic haud licebat niſi præfinito, loqui. } Legitur & illî: vt ſit circumflexus accẽtus, & ſignificet illic: vt, Illî mea triſtia fata. & abſolutum eſt. ¶ Pręfinito. } Deeſt tempore, aut quid tale. ¶ Niſi præfinito, loqui quæ illi placerent. } Duo dixit: & præfinito, & quæ illi placerent: vt neque quãtum velles, neque quod uelles, diceres. ¶ Haud opinor commodè. } Commodè, pro blandè, & bene: ut, Nunquam tam dices commodè. ¶ Finem ſtatuiſſe orationi militem. } Argutè militem: quia quaſi inimicus ſit orationi, quæ in pace plurimũ poteſt. ¶ Sed quid hoc nego. eſt? } Hîc ad argumentum nunc deſcendit. In Phormione, Sed quid tu es triſtis? prælatis ſcilicet allocutionibus, & ſeparatatum & permiſtarũ perſonarum: ne ieiunè ad argumentum veniens, nõ agere fabulam, ſed narrare videretur. ¶ Quid hoc negotij eſt? } Bene addidit negotij: vt augeret inuidiam facti. nam potuit dicere, Quid hoc eſt? Sed, vt diximus, ad inuidiam & magnitudinẽ rei, Negotij dixit. ¶ Quæ narrauit mihi. } Quę: qualia ſcilicet, & quanta. ¶ Modò quod narra. mihi. } Quæ, legendũ eſt: vt ſit, qualia & quãta. & hoc in ἀποκρίσει. ¶ Quod ego nunquam credidi. } Hoc totum cum inuidia pronuntiandum ex animo meretricis, quæ facinus indignũ nuptias putat. ¶ Vt hac ille viua poſſet. } Mirè oſtendit ex eiſdẽ verbis eandem hanc eſſe quã ſuprà dixit, Nunquam illa viua vxorem ducturũ. ¶ Poſſet animũ indu. } Quaſi in rẽ duram & immanẽ. ¶ Habere autem? } Oſtẽdit pronũtiatione quòd propè eſt vt nõ habeat. ¶ Sed firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ. } Bene pro perſona ſerui qui vult dominum vxorium eſſe magis, quàm amatorem Bacchidis. ¶ Vt. } Ne non. ¶ Sed firmæ hæ vereor. } Animaduerte Terentiũ in nuptiis hoc dictũ ſeruare, vtrũ firmas an infirmas dicat nuptias. ¶ Si in rem eſt Bacchidis. } Bene additum, ſi in rem eſt Bacchidis: vt oſtenderet ſe nõ malignitatis, ſed beneuolentiæ cauſa, talia vota ſuſcipere. ¶ In rem. } Pro, vtilitatem: Ab re, contra vtilitatẽ. ¶ Sed quî iſtuc credã. } Id eſt, nuptias eſſe infirmas. ¶ Sed quî iſtuc credã ita eſſe: dic mihi Parmeno. } Superiore voto excuſauit crimen curioſitatis: iam videtur poſt Bacchidẽ audire velle. ¶ Nõ eſt opus prolato: hoc percontarier deſiſte. } Vide quàm conuenienter poëta, cùm id agat vt narrantem Parmenonem inducat, tamẽ multis diuerticulis morales facetias interneciat. ¶ Non eſt opus prolato: hoc percontarier deſiſte. } Incerta diſtinctio, vtrum prolato hoc, an hoc percontarier. ¶ Ita me dij bene amabunt. } Pro ament: vt,
— donec regina ſacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolẽ. ¶ Vt hoc proferam. } Prodam, Bacchidi ſcilicet, vel cuilibet. ¶ Mecum gaudeam. } Mecum, intra me. Virgilius, Hæc ſecũ. ¶ Nunquam dices tam commodè. } Hæc pronuntiatio eiuſmodi eſſe debet, vt ex ea appareat propè deletũ Parmenonem, vix ſe poſſe continere quin narret. ¶ Nun-

Agere. Agitare. Illî, pro Illic. Præfinito. Commodè. Quid hoc negotij eſt? Quæ.

Animum inducere. * illi Vt, pro ne non. * negotij eſt, modò quod n. * negotij hoc modo q̃ n. In rem. Ab re. Ita me Dij bene amabunt. Proferre. Mecum gaudeam.

Ille primò ſe negare: ſed poſtquam acrius
Pater inſtat, fecit animi vt incertus foret,
Pudorine, ánne amori obſequeretur magis.
Tundendo, atque odio denique effecit ſenex:
Deſpondit ei gnatam huius vicini proxumi.
Vſque illud viſum eſt Pamphilo neutiquam
graue,
Donec iam in ipſis nuptiis. poſtquam videt
Paratas, nec moram vllam, quin ducat, dari,
Ibi demũ ita ægrè tulit, vt ipſam Bacchidẽ,
Si adeſſet, credo ibi eius commiſereſceret.
Vbicunque datum erat ſpatium ſolitudinis,
Vt colloqui mecum vnà poſſet: Parmeno
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malũ?
Non potero hoc ferre Parmeno: perij miſer.
PH. At te dij, deæque * perduint cum iſtoc
odio Laches.
PA. Vt ad pauca redeam, vxorem deducit do
mum.
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quæ conſecuta eſt nox, eam nihilo magis.
PH. Quid ais? cum virgine vnà adoleſcens
cubuerit
Plus potus, ſeſe illa abſtinere vt potuerit?
Non veriſimile dicis: nec verum arbitror.
PA. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te
venit,
Niſi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat.
PH. Quid deinde fit? PA. dieb⁹ ſanè pauculis
Pòſt, Pamphilus me ſolum ſeducit foras,
Narrátque, vt virgo à ſe integra etiã tũ ſiet,
Séque antè, quàm eam vxorẽ duxiſſet domũ,
Speraſſe eas tolerare poſſe nuptias:
Sed quam decrerim me non poſſe diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
Quin integram itidẽ reddã, vt accepi à ſuis,
Neq; honeſtũ mihi, neq; vtile ipſi virgini eſt.
PH. Pium, ac pudicum ingeniũ narras Pamphili.
PA. Hoc ego proferre, incommodum eſſe arbitror:
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitij,
Superbũ eſt: ſed illã ſpero, vbi hoc cognouerit
Non poſſe ſe mecum eſſe, abituram denique.

*quam dices tam commodè.* § *Quaſi ex parte labefactus eſt: ſic enim loquitur.* ¶ *Ab noli Parmeno.* § *Artificiosè ſe fingit audire nolle, vt taciturа credatur ſi audierit: quia curioſitas, ſignũ eſt loquacitatis. Sic Horat. Percontatorem fugito, nã garrulus idem eſt.* ¶ *Quaſi nõ tu multo malus.* § *Deeſt, ita dicis: vt ſit, ita dicis quaſi. Et nunc Philotis non eſt inſtãtior hac calliditate, vt magis ſeruum ad dicendũ prouocet.* ¶ *Quaſi non tu multo malis narrare hoc mihi.* § ἔλλειψις. *deeſt enim. Ita grauaris dicere. aut, Ita negas te eſſe locuturum.* ¶ *Et illud mihi maximũ vitium eſt.* § *Seruile vitiũ eſt, tacere nõ poſſe.* ¶ *Vera prædicat: & illud mihi maximũ vitium eſt.* § *Hæc lentius apud ſeſe: illud clarè, Si mihi fidẽ das. Etiam alia ſe habere vitia exceptione ſignificat in hoc quod dicit, Illud mihi vitium maximum eſt.* ¶ *Si mihi fidẽ das.* § *Animaduerte his dilationibus etiam ſpectatorem ſuſpendi: quo libentius audiat.* ¶ *Si mihi fidẽ das.* § *Fideliter, pro des.* ¶ *Ad ingeniũ redis.* § *Quia à ſe diſceſſerat, ſi taceret. Cic. Redit ad ſe.* ¶ *Hanc Bacchidem amabat, vt cùm max.* § *Eiuſmodi eſt hæc tota narratio, vt defenſionem adoleſcẽtis continere videatur: quòd meretricem amicã neceſſitate coactus deſeruerit. Mirè igitur vnde quæſtio eſt, inde cœpit: Amabat inquit Bacchidem. Sic & in ſecundo Virgilius, an fortiores Græci Troianis, —fracti bello, inquit, fatiſque repulſi Ductores Danaum.* ¶ *Bacchidem amabat vt cum maximè.* § *Ordo et ſenſus hic eſt, Hanc Bacchidem tum amabat Pamphilus, vt cùm maximè amabat, cùm pater vxorẽ vt ducat orare occipit. Et vt poſitum pro quemadmodum. Et maximè bis numero ſubauditur. Et cum maximè, vna pars orationis eſt: aut cum maximè*

* perdãt cũ iſto o.

*Si mihi fidem das.*

*Ad ingeniũ redire.*

*Vt.*

Cũ maximè.

Cùm.

*pro nimis.* ¶ *Cũ pater.* § *Cùm, modò aduerbiũ eſt, pro quando.* ¶ *Orare occi.* § *Maxima neceſſitas eſt, vt oret pater.* ¶ *Et Hac cõmunia omnia.* § *Quid ſi iniuſtum eſt quod orabatur? oſtendit iuſtum, & frequentatum quod dicebat pater.* ¶ *Se ſenem eſſe dice.* § *Omnem cauſam adoleſcentis ſenex amputauit, pro ſuo ſenili cõmodo rogans: potuiſſet enim adoleſcens dicere, Quam pro me curam geris, hanc precor pro me deponas.* ¶ *Senem eſſe di.* § *Illud poſſet agere amator contra vtilitatem ſuam: ſed nõ poterat filius contra vtilitatem patris. Ergo vt cogeret pater, ſuam cauſam interponebat.* ¶ *Præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ.* § *Præſidium ſenectutis, ſobolem & ſucceſſorem dicit.* ¶ *Sed poſtquam acrius pater inſtat.* § *Tria dicit, & acrius, & pater, & inſtat.* ¶ *Sed poſtquam acrius pater inſtat.* § *Poſtquam, inquit, pater acrius inſtat, non compulſus eſt Pamphilus, ſed tantùm deliberauit.* ¶ *Pater inſtat.* § *Maior vis eſt cùm pater inſtat, quàm cùm rogat.* ¶ *Pudoríne, an ne amori obſequeretur magis.* § *Sic oſtendit in vtranque partem, vt tantum in animo honeſti adoleſcentis pudor amorem vincere debuiſſet.* ¶ *Pudoríne, an'ne amori.* § ἀνακόλουθον. *non enim præpoſito Vtrum, intulit An'ne.* ¶ *Pudoríne, an'ne amori.* § *Latẽs excuſationis ratio explicata eſt.* ¶ *Pudori.* § *Patris ſcilicet.* ¶ *Amori.* § *Meretricis.* ¶ *Tundendo atq; odio.* § *Tundere, eſt ſæpius idem repetere. tranſlatio à fabrorũ malleo.* ¶ *Odio.* § *Aſſiduitate. Attendendã eſt difficultas vniuſcuiuſque verbi.* ¶ *Tundendo, atque odio Denique effecit.* § *Denique, temporis longitudinem ſignificat. Efficimus, quod cum magno conatu & molimine facimus, vixque per nos finem accipit.* ¶ *Tundendo, atque odio*

*Præſidium ſenectutis.*

*Tundere.*

*Odium.*

*Denique.*

*Efficere.*

denique

PH. Quid interea? ibátne ad Bacchidē? PA. quotidie:
Sed, vt fit, poſtquā hunc alienū ab ſeſe videt,
Maligna multo, & magis procax facta illico eſt.
PH. Non ædepol mirum. PA. * atqui ea res multo maximè
Diſiunxit illum ab illa: poſtquam et ipſe ſeſe,
Et illā, et hāc, quæ domi erat, cognouit ſatis,
Ad exemplum ambarum mores earum exiſtimans.
Hæc, ita vti liberali eſſe ingenio decet,
Pudens, modeſta: incommoda atque iniurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hîc animus partim vxoris miſericordia
Deuictus, partim victus huiuſce iniuriis,
Paulatim elapſus eſt Bacchidi: atque huic tranſtulit
Amorem, poſtquam par ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horum: ea ad hos redibat lege hæreditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater:
*Relinquit cū matre hîc vxorem: nam ſenex
Rus abdidit ſe: huc rarò in vrbem commeat.
PH. Quid adhuc habēt infirmitatis nuptiæ?
PA. Nunc audies: primùm, dies compluſculos
Bene conueniebat ſanè inter eas: interim
Miris modis odiſſe cœpit Soſtratam:
Neque lites vllæ inter eas, poſtulatio
Nunquam. PH. quid igitur? PA. ſi quando ad eam acceſſerat
Confabulatum, fugere è conſpectu illico,
Videre nolle: denique vbi non quit pati,
Simulat ſe à matre accerſi ad rē diuinā: abiit:
Vbi illic dies eſt complureis, accerſi iubet:
Dixere cauſam tūc neſcio quā: iterum iubet,
Nemo remiſit. poſtquam accerſunt ſæpius,
Aegram eſſe ſimulant mulierem: noſtra illico
It viſere ad eam: admiſit nemo. hoc vbi ſenex
Reſciuit, heri ea cauſa rure * huc áduenit:
Patrem continuò conuênit Philumenæ.
Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio:
* Niſi ſanè curæ eſt, quorsū euēturū hoc ſiet.

*denique effecit ſenex.* } Mirè interpoſuit moras, ad poſtremum confeſſurus vxorem ductam. Primò, inquit, negauit: pòſt, de liberauit: ad poſtremum, duxit. Non, inquit, ipſe: ſed effecit hoc ſenex. Ita mutatione perſonæ totam voluntatem adoleſcentis abſoluit. [ *Denique effecit.* } Oratoriè tempus appoſuit: nam hoc ſignificat denique. [ *Odio.* } Hoc eſt inſtantia. [ *Deſpondit ei gnatam.* } Vide, nō hîc dici, duxit vxorem Pamphilus: ſed totum ad patrem referri. [ *Neutiquam.* } Non nimis. [ *Donec iam in ipſis nuptiis.* } Nota locutionē ſenſu magis, quàm verbis manifeſtam. [ *Donec iam in ipſis nuptiis.* } Deeſt, poſitus conſtitutúſue ita doluit, & ægrè tulit. Aut repetere debemus ſic, In ipſis inquā nuptiis. [ *Donec iā in ipſis nuptiis.* } In mētione nuptiarū efferueſcit animus amatoris. [ *Nec moram vllam, quin ducat, dari.* } Vbi nec aliquam dieculam, vel dilationem videt ad nuptias. [ *Quin.* } Quo minus. [ *Ibi demum.* } Denique, poſtremò. Et mirè additum eſt Ibi: quia malè pendebat, In ipſis nuptiis. & ſic eſt quaſi dixiſſet, In ipſis inquā nuptiis. Demum ita ægrè tulit, vt ipſam Bacchidem, Si adeſſet, credo ibi eius commiſereſceret. } Hoc ὑπερβολικῶς. vt, Virgilius, Vel Priamo miſerāda manus. [ *Vt ipſam Bacchidē.* } Quæ nunc accuſatrix eſt. Et eſt argumētum ab animo. [ *Aegrè tulit.* } Idē Virg. —quis talia fando, Myrmidonum Dolopúmue, aut duri miles Vlyſſei, Temperet à lachrymis? [ *Credo ibi.* } Ibi, pro tum. [ *Vt colloqui mecum vnà poſſet.* } παρέλκον tertium. Et argumentum à perſona quòd ait, mecum. [ *Parmeno perij.* } Argumētum à dictis: quòd ait, Parmeno perij. [ *Parmeno.* } Moraliter, & antonomaſticè nomen repetit. Et ſignificanter fecit, non addēdo Dicebat, & in μιμητικὸν à διηγηματικῷ tranſeundo. Et mirè interpoſuit nomen. vt affectum doloris oſtenderet. Sic Virgilius, Ama, fatebor enim. [ *Parmeno perij miſer.* } ἐν ἤθει repetit nomen. [ *At te dij, deǽque perduint.* } Obtinuit, & perſuaſit ſeruus. nam iam meretrix ſeni iraſcitur, non Pamphilo. [ *Cum iſtoc odio.* } Cum inſtantia ac moleſtia. [ *Vt ad pauca redeam.* } Tāquam multa ſint, quæ de Pamphili amore dici poſſint. [ *Vt ad pauca redeam.* } Præceptum oratorium in longa narratione pro veritatis inquiſitione. reddit enim auditorem acriorem, quem ſpes finis recipit fatigatum. [ *Vxorem deducit domum.* } Vxor dicitur vel ab vngendis poſtibus, & figenda lana: id eſt quòd cū puellæ nuberent, maritorum poſtes vngebant, ibíque lanam figebant. vel quòd lotos maritos ipſæ vngebant. cuius rei teſtis Ennius, Exin Tarquinium bona fœmina lauit et vnxit. [ *Nocte illa prima.* } Pronuntiandum acutius Illa prima: quaſi dicat, plena deſiderij, plena cupiditatis. Similiter addidit Virginem. Et expreſsè, non attigit. [ *Nocte illa prima.* } Quaſi dicat, plena amoris & plena dulcedinis: vt mirum ſit quod infertur, non tactam virginem. Et hîc argumentum eſt quanta fecerit Pamphilus erga amicam ſuam. [ *Virginem non attigit.* } Virginem, ἔμφασις eſt: quamuis non amatam, virginem tamen. & nō dixit, nō amplexus eſt: ſed, ne attigit quidē. [ *Quæ conſecuta eſt nox.* } Eam primā noctem ſcilicet. [ *Nihilo magis.* } Quaſi in nihilo poſſit eſſe magis aut minus. Et nihilo magis, aſſeuerationis eſt. [ *Quid ais? cū virgine vnà.* } Inuenitur quaſi interiectio vnà, id eſt ſimul, vno loco. [ *Cum virgine.* } A perſona. [ *Vnà.* } A loco.

Odium. Neutiquā. Donec iam in ipſis nuptiis. Quin. Demum. Ibi. Ibi, pro Tum.

* atque. Odium. Vxor vnde dicatur. *Reliquit. Nihilo magis. *aduenit huc: *Niſi pro Sed.

Habes omnem rem: pergã quò cœpi hoc iter
PH. Et quidem ego: nam conſtitui cum quodam hoſpite,
Me eſſe illum conuenturam. PA. dij vortant bene
Quod agas. PH. vale. PA. & tu bene vale Philotion.

¶ Adoleſcens. } A perſona. ¶ Cubuerit. } Ab habitu & occaſione. ¶ Plus potus. } Ab impulſione, & ex accidentibus. ¶ Cum virgine vnà adoleſcens cubuerit. } Argumenta in coniecturam neceſſariò poſita: quibus Terentius ex vtraque parte diſputans, τὸ ἀπίθανον purgat, ne quis illum ſtultè hæc poſuiſſe iudicaret. Hæc enim meretrix tardè credit argumentis, ne à Parmenone vincatur. Hinc eſt quod ait Horatius, Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte. ¶ Non veriſimile dicis. }
*Auxeſis.* αὔξησις peruerſa: prius eſt enim verum, deinde veriſimile. Sed ideo ſic dixit, quia eſt ſæpe non veriſimile, verum tamen: vt, Decios pro alieno commodo mori voluiſſe. ¶ Non veriſimile dicis. } Hoc iam plus eſt, tantum eum amaſſe Bacchidem, quantum non poſſit credi. ¶ Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit. } Magno cõpendio vſus eſt, non oſtendens cur hoc falſum ſit quod putet meretrix: ſed cur hoc putet. ita ex eius perſona refellitur quod obiicit. ¶ Ille inuitus. }
*Inuitus.* Inuitus dicendo, quaſi admonet iterum iterúmque. vt Virgilius, Italiam non ſponte ſequor. ¶ Quid deinde fiet? } Interponitur perſona ad exitum feſtinans: vt alibi, Quàm metui quorſum euaderes. ¶ Diebus ſanè pauculis. } Hîc exitus eſt. ¶ Pòſt Pamphilus me ſolum ſeducit foras. } Ne teſtis quiſquam & arbiter ſecretorum interueniat. ¶ Me ſolum ſeducit foras. } Familiaris in ſeruo iactantia, de dominorum familiaritate. ſimul quia decẽs eſt, vt per eum, quid geſtum
*Integra ab adoleſcente virgo.* ſit, ſpectatores ſciant. ¶ Narrátque: vt virgo ab ſe integra etiam tum ſiet. } Hoc eſt illud quod ſuprà dixerat, Nocte illa prima virginem non attigit. ¶ Séque antè, quàm eam vxorem duxiſſet domum. } Bonus color purgationis. diceretur enim, Quare ſi illam odio habebat, ducebat vxorem? ¶ Tole-
*Tolerare.* rare poſſe. } Tolerare, verbum eſt mala patienis. ¶ Decre-
*Decerno.* rim. } Statuerim, & defixerim. ¶ Quam decrerim me non
*Ludibrio haberi.* poſſe diutius habere. } ἀποστροφὴ, καὶ ἠθοποιΐα ἀπομνημονεύοντος. ¶ Eam ludibrio haberi. } Honeſto verbo & pudoris pleno
*Quin.* vſus eſt: & nouè pro vitiari. ¶ Quin. } Quo minus. ¶ Inte-
*Integra.* gram. } Id eſt honeſtam: non enim dixit, ſpoliatam virginem aut mulierem. ¶ Vt accepi à ſuis. } Vigilanter quidem integram ſpecificat: id eſt talem qualem accepi à ſuis. potuit enim vitiatam accepiſſe, vt ſæpe euenit. Ergo non abundat,
*Pium.* Vt accepi à ſuis, ſed habet ſignificationem. ¶ Pium ac pudi-
*Pudicum ingenium.* cum ingenium narras Pamphili. } Erga meretricem, pium: pudicum erga virginem. Cogitur pium dicere Pamphilum, quem periurum putabat. ¶ Pium & pudicũ ingenium narras Pamphili. } An ſimul erga virginem & pium & pudicum? an pium erga meretricem: pudicum erga virginem? ¶ Hoc ego proferre. } Verba Pamphili ſunt: non vt quidam putant, ad perſonam Parmenonis referentes. ¶ Hoc ego proferre. } Amorem ſcilicet meretricis. ¶ Cui tu nihil dicas vi-
*Vitium.* tij. } Nunc vitij, culpæ vxoriæ. ¶ Abituram denique. } De-
*Denique.* nique, moram ſignificat, & poſtremam tarditatem. itaque
*Interea.* poſtremò, vel ſerò abituram indicat. ¶ Quid interea? } Exultantis eſt, & geſtientis audire. ¶ Interea. } Inter eos dies.
*Alienus, pro Alienatus.* ¶ Poſtquam hũc alienum ab ſeſe videt. } Pro alienatum dixit. vt in Phormione, Quid ego vobis Geta alienus ſum? Nã quomodo alienum, ſi amabat, dixiſſet? ¶ Poſtquam hunc alienum. } Oratoriè, non iam Bacchidem excuſat, quam à veriſimili cauſa vult inducere, quòd ipſa ſit in Pamphilum durior. ¶ Alienum ab ſe videt. } Id eſt maritũ: nam hoc nomen à meretricibus alienum eſt. ¶ Maligna multo. } Maligna, difficilis. Malignus eſt, qui difficultatem ſui oſtendit. ¶ Procax. } *Malignus.*
Diſpoliatrix & petax. Procare enim, eſt petere. Virg. Proca- *Procax.*
cibus auſtris: id eſt impudentibus. nam qui multum petit, *Procare.*
impudens eſt & procax. Vnde & proci dicti ſunt, qui filias *Procus.*
alienas in matrimonium petierunt. ¶ Atqui ea res. } Atqui, *Atqui.*
imò. Legitur & atque. ¶ Non ædepol mirũ. } Obtinuit quod volebat Parmeno. nam credidit Philotis iniuriam factam Pamphilo. ¶ Atqui ea res multo maximè. } Opportunè concitatius Pamphilum defendit Parmeno, poſtquã Philotis inducta eſt, vt fateretur iniuriam factam. ¶ Et hanc, quæ domi erat. } Vxorem modeſtã. ¶ Et illam. } Meretricem malam. ¶ Et illam, & hanc quæ domi erat. } Illã quæ meretrix eſſet:
hanc, id eſt vxorem. ¶ Cognouit. } Diligentius & attentius *Cognoſcere.*
conſiderauit. nam cognoſcere, eſt diligenter & attentè con- *Ad exem-*
ſiderare. ¶ Cognouit ſatis. } Bene ſatis, ex ipſius moribus, et ex *plum.*
meretricis. ¶ Ad exemplum. } Quaſi ad imaginem, & colla- *Exiſtimo.*
tionem, & ſpeciem cõparationis. ¶ Exiſtimans. } Intelligens. ¶ Hæc ita vti liberali eſſe ingenio decet. } Qualitas compa-
ratiua. ¶ Pudens. modeſta. } Hæc cõtra vitia meretricia po- *Pudens.*
ſuit. pudens hęc, illa procax: modeſta hæc, illa maligna. reli- *Modeſta.*
qua verò ſuperadduntur, ornamenta vxoria, matronǽque laudes. ¶ Incõmoda atque iniurias. } Callidè, laudata vxore non repetit vitia meretricis apud meretricem: & ſimul contentus de vxoris laudibus, vitia meretricis intelligit. ¶ Incõmoda atque iniurias viri omnes ferre. } Figura ἔλλειψις. ¶ Tegere. } Hoc plus eſt quàm ferre. & tegere, quòd me- *Tegere.*
retricem amaret. Et plus dixit tegere, quàm celare. Tegere *Celare.*
enim ad hoc dixit: vt non ſolùm cuiquam non ediceret, ſed & ne quis ſciret. ¶ Hîc, animus. } Oratoriè dixit. non enim Pãphilũ dixit: ſed, animũ Pamphili. ¶ Vxoris miſericordia. } *Hîc, pro*
ἀμφιβολία. Hîc, animus. } Hîc, pro tum. Virgilius, Hîc annis *Tum.*
grauis, atq; animi maturus Alethes. ¶ Vxoris miſericordia. } Rectè, quia ex miſericordia amor naſcitur. Sic et in Phorm. Miſertũ eſt, virgo ipſa facie egregia. Virgilius, — heu quibus ille Iactatus fatis. ¶ Partim victus huiuſce iniuriis. }
Qualitas relatiua. ¶ Deuictus, partim victus. } De proximo *Deuictus.*
repetiuit παρόμοιον, deuictus, victus. ¶ Paulatim elapſus. }
Adeò eſt tardus amor Pamphili & magnus, vt etiam poſt *Elapſus ani-*
iniurias difficilè diſcedat. ¶ Elapſus. } Animus, non Pãphi- *mus.*
lus. Poſtquã par ingeniũ nactus eſt. } An ſibi par? an abſo-
lutè bonum? vt dicimus, Sic par eſt facere te. Ergo aut ſibi *Par inge-*
par, aut vxori: id eſt liberali fœminæ. ¶ Par ingeniũ nactus *nium.*
eſt. } Par ingenium. eandem volũtatem. Saluſtius, Quos eadem odiſſe, & eadem metuere in vnum coëgit. Idem alibi, Nam idem velle, atque idẽ nolle, ea demum firma amicitia eſt. ¶ Interea in Imbro moritur cognatus ſenex. } Bene cauſa abitionis Pamphili narratur. ¶ Cognatus ſenex. } Bene quòd ait ſenex: nã acerbũ funus non conueniebat fabulę. In comœdia itaq; apud Terent. aut meretrix moleſta, aut ex duabus vna vxor moritur, aut ſenex. Ita ex huiuſmodi mortib⁹, vel

incommodum vitatur, vel lucrum inſuper naſcitur, vt non
ſit cauſa lugendi. ¶ Horum. § Maluit horum, quàm domi-
norum, dicere. ¶ Ea ad hos redibat lege hereditas. § Verbo iu
Legitima ris vſus eſt. ea enim legitima eſt hæriditas, quæ familiæ de-
hæreditas. bebatur. ¶ Eò amantem. § Modò iam vxorē, non enim ami-
cam. ¶ Inuitum Pamphilum extrudit pater. § Inuitum re-
Extrudo. ceſsiſſe vis verbi demonſtrat. Nam propriè extrudere dici-
tur, qui manibus expellit. ſed hîc tranſlatione vſus eſt, vt
oſtenderet tantum importunitatis verbis ſenis fuiſſe, quan-
tum impulſio manuum efficere potuiſſet. ¶ Extrudit. § Ver-
bum neceſsitatis. ¶ Relinquit. § Inertia præſentis temporis.
Legitur & reliquit. ¶ Relinquit cum matre hic vxorem. §
¶ Præparatio ad futurum errorem. ¶ Nam ſenex rus abdi-
Nam. dit ſe. § Nam, incœptiua particula: vt, Nam meus conſeruus
eſt homo vt magni pretij. Plautus in Milite glorioſo. ¶ Rus
abdidit ſe. § Verbum reprehendentis ſenem: quòd ſe abdi-
dit, dixit. ¶ Huc rarò in vrbem commeat. § Huc bene dixit,
vt oſtendat Parmenonem in vrbe eſſe. Mira οἰκονομία. fac
enim præſentem, & nullus error in fabula eſt. ¶ Commeat. §
Commeare. Commeare eſt abeſſe inde vbi te eſſe oporteat. Ergo hoc di-
cto oſtendit, quàm rarò ad vrbē veniat ſenex. quippe com-
meatus eſt ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus.
¶ Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ? § Bene vſque ad-
huc ſuſpēſa narratio eſt. & in hac interrogatione quaſi ſub-
ſtomachatur Philotis decepta, quòd nihil videat infirmita-
tis in nuptiis, quod optauerat. ¶ Quid adhuc habent. § Hoc
triſtior meretrix dixit. ¶ Nunc audies. § Sic ait, quaſi iam-
dudum audire cupienti, vel quaſi ad moleſtam perconta-
Bene. tricem. ¶ Bene conueniebat ſanè. § Bene, pro multum. & ſa-
Sanè. nè, validè: quia qui ſanus, idem & validus. ¶ Miris modis. §
Miris mo- Miris exemplis. ¶ Interim miris modis odiſſe. § Huc vſque
dis. Parmenonem poëta verba paſſus eſt dicere: cætera actibus
ſeruaturus. ¶ Interim miris modis. § Mirè, ad finē comœdiæ
rerum explanatio reſeruatur. nanq; ſi quæras, fallitur Par-
meno, cùm non odio ſocrus, ſed pudore ſimultatē aduerſus
Interim, ſocrū Philumena ſimulauerit. ¶ Interim. § Modò repentè: &
pro Repētè. eſt aduerbiū tēporis. ¶ Poſtulatio. § Expoſtulatio, querela. ſed
Expoſtula- propriè expoſtulatio eſt apud illū ipſum qui peccauerit: Po-
tio. ſtulatio, de illo apud alterum. ¶ Quid igitur? § Rectè dixit, ſi
Poſtulatio. hoc nō fuit, quid ergo? Poſtulatio, querela, & quaſi iuſta in-
terpoſitio querelarū. ¶ Fugere è cōſpectu illico. § Bene è cōſpe
ctu: vtpote, quæ caueret grauida intelligi. Sed tamē ſubiun-
git Videre nolle, vt ignorātia Parmenonis appareat, qui ar-
gumentum odiorum credidit, quòd Philumena neq; videri
vellet, neque videre. ¶ Fugere è conſpectu. § Ne videretur.
¶ Videre nolle. § Ne videret. ¶ Denique vbi non quit pati. §
Pati. Pati, & ſuſtinere & ſuſtineri, intelligi poteſt hoc loco. vtrū
poſtquam non potuit ſuſtinere ſocrum? an poſtquam ſocrus
ferre non potuit ſic ſe celantem nurum? Poteſt etiam ſic in-
telligi, vbi non potuit argumenta odij ſui ipſa nurus pati &
Pati. continere, migrauit ad ſocrū. ¶ Non quit pati. § Tolerare aut
tolerari: quia patior commune eſt. nam patior te, & à te, di-
cimus. ¶ Abiit. § Propriè abiit: quia nō expectauit vt mit-
Dies com- teretur. ¶ Vbi illic dies eſt complures. § ἀρχαίως dies, nō die-
plures eſſe. bus, dixit. ¶ Accerſi iubet. § Non addidit, quæ: quia intelli-
Neſcio quā. gitur. ¶ Dixêre cauſam tunc neſcio quam. § Ideo Neſcio quā,
quia nullius momenti, ac falſam. ¶ Nemo remiſit. § Hîc iam
apertius odium videtur, vbi nec iam fingitur cauſa. ¶ Poſt-
quam accerſunt. § Subauditur, noſtri, id eſt miſsi à ſocru.
It viſere. ¶ It viſere. § Vt, —populare penates Venimus. ¶ Poſtquam
accerſunt. § Id eſt miſsi à nobis ſcilicet: Et mira varietas.
¶ It viſere ad eam. § Viſere, officij eſt: Videre, quærentis ali- Viſere.
quem. ¶ Admiſit nemo. § Iniurioſa etiam ipſa pronuntiatio Videre.
eſt. ¶ Hoc vbi ſenex reſciuit. § Scimus quæ ad nos deferūtur: Scire.
Reſcimus celata. ¶ Heri ea cauſa. § Bene ea cauſa: quippe Reſcire.
qui ſe ruri abdidiſſet. ¶ Nondum etiam ſcio. § παρέλκον ter-
tium. & deeſt ſcire. Et eſt σύλληψις ſcio ſcire cum ἀναδόσει.
¶ Nondum etiam. § Rectè ſeruauit reliquis partibus fabulæ
pendulum & attentum ſpectatorem. ¶ Niſi ſanè curæ eſt,
quorſum euenturum hoc ſiet. § Bene: quia curioſus eſt Par-
meno, & idem garrulus, nam per totam fabulam talis indu
citur. ¶ Quorſum euenturum. § ἔκλειψις. deeſt ſcire. ¶ Ha-
bes omnem rem. § Quaſi dicat, quā audire expetiſti. ¶ Per- Pergā hoc
gam quò cœpi hoc iter. § Pergam hoc iter: vt, Tendere iter iter.
pennis. ¶ Quò cœpi hoc iter. § Ad portum ſcilicet. ¶ Nam con
ſtitui cum quodam hoſpite. § Dicit cauſam cur in reliqua fa
bula nō appareat perſona huius meretricis. ¶ Conſtitui. § Con Conſtitui.
ſtitui propriè. nam de huiuſmodi rebus dicitur conuenire &
conſtituere, de cuiuſmodi rebus apud extraneos meretrices
agūt. ¶ Dij vertant bene quod agas. § Sæpe enim res eueniūt
aliter quàm volumus. & ideo Vertumnus colitur, qui præ- Vertumn⁹.
eſt rebus vertentibus.

ADRIA. BARL.

Senex ſi quæret me. § Submiſſa hæc voce, & veloci pro-
nuntiāda ſunt, feſtinat enim ſeruus. ¶ Nullus dixeris. Aliàs
vt vti poſſem. § Nullus pro non, & aliàs pro alio tempore po
ſitum eſt. ¶ Sed videón' ego Philotion. § Narrandi argumen
ti inuenta cauſa eſt. ¶ Salue me caſtor Parmeno. § Mos erat
antiquis in ſalutando iuſiurandum addere, vt hoc ſedulò fa
cere viderentur. Seruus autē & ipſe addens alterū iuſiuran
dum ſalutationem irridet Philotis, & vt illa Parmeno, ita
hic addidit Syra per eandem irriſionem. ¶ Corinthum hinc
ſum profecta. § Multum dolere ſe ſignificat quòd Corinthi
relictis Athenis habitauerit. & quòd ſeruus dicit, vbi te
oblectaſti tā diu? apto meretrici verbo eſt vſus. ¶ Cum mi-
lite inhumaniſsimo. § Omnis humanitatis expers eſt hoc ho-
minum genus, ardent oculi, pallent ora, furorem præfert in-
ceſſus, frendet vox, clamor inſanus: hæc fortaſsis experta
Philotis inhumaniſsimum dicit militem, quocum Athenis
relictis profecta eſt Corinthum. ¶ Biennium ibi perpetuum. §
Adrianus Cardinalis, multos dicit in nomen perpetuus er-
raſſe, proprietatem ignorantes. Eſt enim perpetuum idem Perpetuus.
quod ſolidum, non conciſum in fruſta, ſed continuum, non
interruptum, aut temporis ſpatio intermiſſum. Sic Terentius
dixit, Biennium ibi perpetuum. Sic & perpetuam ora-
tionem dicimus, qualis eſt Liuij in hiſtoria, & Ciceronis in
orationibus, in libris philoſophicis. Alij contrà vtuntur non
perpetua oratione, ſed interrupto dicendi genere, vt Sueto-
nius, & Valerius. ¶ Firmæ vereor hæ vt ſint nuptiæ. § Loco
particulæ vt, non pauci ne ineptè ponunt. dubitationem ſi-
gnificat. & coniungitur cum his verbis, metuo, vereor, timeo.
¶ Sed firmæ hæ. § Senſim ad narrationem accedit. ¶ Vt ne
id fiat palam. § Adrianus Cardinalis in literas miſit, ele-
gantiſsimas eſſe has particulas vt ne, & idem ſignificare
quod ne particulam ſolam. Si rationē quæris, reſpondeo di-
cendi modum quo doctiſsimi felicioris ſeculi illius viri ſunt
vſi pro ratione eſſe. ¶ Vt tacita mecum gaudeam. § Sic Vir-
gilius in primo Aeneidos, Latonæ tacitum pertentant gau-
dia pectus. ¶ Vt hoc proferam. § Bacchidi vel alij cuipiam.
& mecum gaudeam dixit, pro intra me gaudeam. ¶ Hanc

Bacchidem amabat vt cùm maximè.} Incipit narrare, & ordo eſt. Cùm pater occipit orare, vxorem vt filius ducat, tum Pamphilus amabat hanc Bacchidem, vt cùm maximè
Cùm maximè. ſolebat ſcilicet amare. Adrianus Cardi. Amat cùm maximè, modus eſt loquendi Romano candore perfuſus. id enim ſignificat, quod illiterati dicunt, Amat ſicut vnquam, vel nũquam magis. Cicero Quinto fratri, Domus celebratur ita vt cùm maximè. Eraſmus in cap. de mutatione ſuperlatiui. Sunt & illæ orationes annotandæ. Officium tuum tam mihi gratum fuit, quàm quæ gratiſſima. Tam te amo, quàm qui maximè. Amabat Pamphilus vt cùm maximè. ¶ Orare occepit.} Pater ſenio confectus filium vnicũ habere præſidium cupit, & baculum ſenectutis ſuæ. Nónne hæc iuſta videntur? ¶ Præſidium velle ſe.} Donatus ad ſucceſſionem, & prolem hoc refert. ¶ Pudori an amori.} Pudori, ob magnitudinem & vbertatem beneficiorũ parentis. ¶ Tundendo.} A fabrorum malleo tranſlatum eſt. ¶ Odio.} Inſtandi moleſtia. ¶ Vicini proximi.} Adrianus Cardin. Nulli dubium eſt, quin inter proximum & vicinum differentia ſit.
Vicinus. Licet prima facie videantur idẽ. Nam qui vicinus eſt, pro-
Proximus. ximus certè videri poteſt. & contrà, qui proximus, eſſe idẽ qui vicinus. Eſt tamen proximus is, quem nemo antecedit, & quo nemo vicinior eſt. Vicinus autem proximus eſſe, & idem non proximus eſſe poteſt. Sed ea duo nomina coniuncta antiquo modo dicendi, quo diſcrimine internoſceretur elegantiſſimè reperiuntur. Terentius in Hecyra, Deſpondet ei gnatã huius vicini proximi. ¶ Donec iam in ipſis nuptiis.} Subaudi poſitus. ¶ Cum iſtoc odio.} Significatu eodem quo paulo antè. ¶ Non attigit.} Abſtinuit ſe à connubiali con-
Potus. greſſu. Coitu matrimonium non confirmauit. ¶ Plus potus.} Priſcianus inter participia præteriti temporis, quæ à neutris veniunt, etiam numerans potus citat hunc locum: Terẽtius, inquit, in Hecyra: Quid ais? Cum virgine vna adoleſcens cubuerit Plus potus? Laur. contra Raudenſem. Impugnat, inquit, Raudenſis Priſcianum, qui ait apud Terentium ſcribendum eſſe, Quid ais? cum virgine vnà adoleſcẽs cubuerit Plus potus, non autem potis. Oſtendat Raudenſis ſtare verſum. vt ipſe emendat, & melius ſentire quàm Priſcianum confitebor. Potus nanque habet primam longam, potis verò breuem. ¶ Cum virgine vnà adoleſcens.} Locus à perſonis. ¶ Cũ virgine vnà cubuerit.} Occaſionẽ vide. ¶ Plus potus.} Ab impulſione, & ex accidentibus. Accidentia Rodolphus deducit in ſpecies quinque, Contingentia, pronuntiata, nomen rei, comparata, & ſimilia. Eſſe autem hæc omnia ex accidentium genere hinc facilè videri poteſt, quòd omnes hi loci nõ ſolùm in his ſunt, quæ ſunt coniuncta cum re, & quæ ſimul eſſe oportet, ſed & in eis quæ antecedunt rem, & quæ conſequuntur. Sic ea quæ contingentia vocamus, vt iurgatum eſſe, antecedit quandoque cædem: aut expalluiſſe, aut latebras quæſiſſe. aliquando conſequitur cædem: vtraque verò cædis ſunt accidentia, quia & illa ſine cæde, & cædes ſine illis potuit euenire. Sic & apud Terentium, Temulentia ſine congreſſu venereo, & congreſſus venereus ſine temulẽtia euenire potuit. ¶ Me ſolum ſeducit foras.} Gloriatur & iactat ſe domino familiarem. Libenter ſolet hoc facere genus ſeruorum. ¶ Vt virgo à ſe integra }
A. A, ſæpicule capitur pro quantũ ad illum attinet, vel hunc. Titus Liuius libro primo, Ne id quidem ab Turno tacitum tuliſſe ferunt, id eſt, quantum ad Turnum attinet. Sic hoc in loco, à ſe, id eſt, quãtum ad ſeipſum attinet. ¶ Etiam tum fiet.} Quod multi inſcitè quidem & minus Latinè dicunt vſque nunc; vſque tunc, vſque ad id tempus: perfecti illi Romani ſermonis parentes, etiam nunc, etiã tunc, vel etiam Etiã tum.
num, etiam tum dicebãt, quod poſtremum quandoq; adhuc ſignificat. Terẽtius in Hecyra, Me ſolum ſeducit foras, narrátque vt virgo à ſe integra etiam tum fiet. ¶ Séque antequam eam vxorem duxiſſet domum, tolerare eas poſſe nuptias.} Purgatio eſt contra eos qui dicere poſſent. Si illam oderat, cur vxorem duxit? ¶ Quin integram.} Quin, quo minus hoc loco ſignificat. ¶ Magis procax.} Petax & diſpoliatrix. ¶ Atq; iniurias viri omnes ferre & tegere.} Quod meretricem amaret. ¶ Par ingenium.} Bonam fœminã, & eadem volentẽ quæ maritus vellet. Nam Saluſtio teſte, Idem velle & idem nolle, ea demum firma amicitia eſt: firmúmq; cõiugium, quod inter pares copulatur. ¶ Interea in Imbro.} Imbros.
Hanc quidam putant eſſe inſulam Pathmos, in quam Cæſar Domitianus Ioannem Euangeliſtam relegauerit. ¶ In Imbro moritur ſenex cognatus.} Audis cauſam profectionis Pamphili. ¶ Rus abdidit ſeſe.} Nemo eſt ferè qui ignoret Abdere ſe.
abdere quid ſignificet, modum autem loquẽdi quotuſquiſq; eſt qui norit? quẽ vt videant iuuenes, hic exempla aliquot ſubiiciam. Cicero, Abdo me in bibliothecam. Idem, Domũ ſe abdidit. Idem, In Aegyptum nos abdemus. Idem, Vtar tuo conſilio, neque me Arpinum hoc tempore abdam. ¶ Interim miris modis.} Interim hîc Donato repentè ſignificat. ¶ Conſtitui me eſſe illum conuenturam.} Diomedes Grammaticus per hæc verba probat præteritum perfectum finitiui modi rectè iungi futuro. ¶ Et tu bene vale Philotion.}
Diminutiua vox eſt Philotion à Philotis. Philotion.

LATOMVS.

Argumentum.} Per occaſionem Parmeno narrat argumentum Philoti, quomodo Pamphilũ coactum vxorem ducere poſt Bacchidis conſuetudinem, tædium ceperit nuptiarum. ¶ Nullus dixeris.} Pro, nihil Eſtq; hoc totũ præparatio & via quædam ad futurã narrationem. ¶ Illum tuli.} Verbum difficultatis & odij. ¶ Haud opinor.} Vrbanè dictum in mulierem. ¶ Habere autem?} Ironica correctio. ¶ Quaſi non tu.} Facetè notat futilitatem Parmenonis, reponens vices exprobratæ garrulitati. ¶ Hanc Bacchidem.} Narratio. ¶ Se ſenem.} Obliqua alloquutio exprimens verba ſenis. ¶ Vt ipſam.} Faceta comparatio. ¶ Perij, quid.} Proſopopœia pœnitentis Pamphili. ¶ Quid ais?} Admirãtis. ¶ Credo ita.} Soluit à perſonis. ¶ Sed quam.} Labitur in proſopopœiam. ¶ Hac ego.} continuat verba Pamphili. ¶ Maligna.} Difficilis ac ſuperba. ¶ Hæc, ita vt libe.} Comparatione indicat mores Philumenæ, & obiter modeſtæ vxoris officium exprimit. ¶ Paulatim elapſus.} Propria & elegãs locutio. ¶ Quid adhuc.} Interpellatio continuãs partes narrationis. ¶ Poſtulatio.} Accuſatio, querela. ¶ Dixêre cauſam.} Rectè cauſa Poſtulatio.
odij non exprimitur, vt reſeruetur ad errorem fabulæ.

PETRVS MARSVS.

Senex ſi quæret.} Quàm grauiter adoleſcẽtes ferãt vxores ſibi dari, præſertim in ea ætate, qua amoribus liberaliter indulgere poſſunt, docet hæc ſcena. Interim tamen pereleganter etiam exprimuntur bonæ vxoris, & prudentis mulieris mores: qui ſanè circa maritum tantum poſſunt, vt vel facilè ex malo bonum, & ex bono malum, ſi importunæ fuerint reddant. Ariſtoteles libro ſecundo de re familiari: Quapropter decet non ſolùm in proſperis rebus, ſecundáque fortuna, vnanimem ſeſe viro præſtare, & inſeruire velle,

verumetiam

verumetiam in aduerſis. Si ſit in rebus defectus, vel corporis ægrotatio, vel alienatio mentis, æquo ferat animo, & obſequatur: niſi fortè turpe aliquid ſit, vel indignum. Nec ſi quid maritus perturbatione animi deliquerit, memoriter ſeruet, ſed ægritudini ignorantiæque adſcribat. Nam quanto in his diligentius obſequetur, tanto ſibi maiorem gratiã habebit, cùm ab ægritudine fuerit liberatus. Et: Parua quidẽ peccata mariti, & ſi voluptaria fuerint, ignoſcendo vxor

Nullus, pro Non. neſciat. ¶ Nullus dixeris. ❡ Pro non dixeris per antimeriã, hoc eſt, nomen pro aduerbio. ¶ Præfinito. ❡ Hoc eſt ſtatuto mo-

Præfinito. do, & termino, quid & quatenus.

RIVII CASTIGATIO.

*Audin' quid dicam Syre?* ❡ Ex interprete colligimus le-

Scirtus. gendum Scirte: cuius verba ſunt. Scirte. κωφὸν πρόσωπον inducitur. Conuenit nomen ſeruo puero, παρὰ τὸ σκιρτᾷν, quod eſt geſtire & ludere. Conſentiunt cum hoc pleraque exemplaria: inter quæ Moguntinum quoddam anno ſalutis. M. D. XXI. excuſum. Vt omittam, quod iambici ratio idem expoſcit. ¶ Ah noli Parmeno. ❡ Nos, ha noli &c. quomodo vetuſti codices & Donat. Quanquam hoc ſanè leuius, quàm vt adnotari debeat. ¶ Biennium ibi perpetuum miſera illum pertuli. ❡ Nos ſimpliciter tuli legimus, vt habent libri emendatiores, & in his manu ſcripti, & Dona. qui hoc loco, Non cum illo, inquit, fui, ſed tuli. adeò me nõ oblectaui. Sed & pertuli tamen, neque ſenſus ipſe, neque carmen reſpuit. ¶ Philotim cœpiſſe ſæpe. ❡ Nos admoniti à veteribus & manu ſcriptis exemplaribus: Philotion cœpiſſe &c. Sic enim in pleriſque legitur: idque nimirum rectius. Eſt autẽ caſus vocatiui, diminutiuũ nomen, cuius & Priſcianus meminit libro quinto: Nec quadrat hoc loco Philotim, quod ad ſenſum pariter & carmen attinet. Sic & paulo ſuperius legendum: Sed videŏn' ego Philotium? vnde hæc aduenit? Et in fine ſcenæ: Bene vale Philotium. ¶ Quàm cupida eram huc redeundi, & abeundi à milite. ❡ Nos omittimus τὸ &, coniunctionem copulatiuam, vt ſit ἀσύνδετον: quo modo habent exemplaria vetuſta, &, ni fallor, Donat. ¶ Nam illic haud licebat. ❡ Nos, illî cum circunflexo accentu, ex ſententia Donat. quanquam vtrunque rectè. ¶ Modò quæ hæc narrauit mihi hîc intus Bacchis? ❡ In manu ſcriptis & quibuſdam impreſsis, velut Lugdunenſi & Veneto, omiſſum erat pronomen hæc: & quidem rectè, ſi quid ego iudico, præſertim cùm nec Donat. adiecerit: quod ex hiſce verbis liquet: Quæ narrauit mihi? quæ qualia ſcilicet & quanta. Modò quod narrauit mihi: Quæ legendum eſt. vt ſit, qualia & quanta. Hæc Donat. Poſſet tamen referri pronomen hæc ad ſubſtantiuum Bacchis: niſi tanto conſenſu refragarentur co-

Ita me dij amabunt. dices antiqui. ¶ Ita me dij bene ament, haud propterea te rogo. ❡ Nos ex antiquis: ita me dij amabunt &c. vt ſit videlicet κατ' ἐναλλαγὴν pro ament poſitum: quod & interpres adnotauit. Eodem modo Plautus in Aulularia: Ita me dij amabunt, inquit, vt ego hunc auſculto lubens, pro ita me dij ament. ¶ Se ſenem eſſe dicere, illum autem eſſe vnicum. ❡ In quibuſdam geminato pronomine ſe, & ſublato altero illo eſſe, ad hunc modum legitur: Seſe ſenem eſſe dicere, illum autem vnicum. Sed cùm in aliis bis poſitum ſit τὸ eſſe, iis etiam, quæ ſatis emendata videri poſſint, addendum omnino puto, & in metiendo verſu elidendum alterum, l, in pronomine illum, vt ſit quarto loco anapæſtus. ¶ Credo eius commiſereſceret. ❡ Nos, credo ibi eius &c. vt Donat. & bonæ fidei exemplaria: nec aliter verſus. Sed huiuſmodi multa, quæ minutiora videri poſſunt, & leuiora, quàm vt adnotari debeãt, conſulto paſsim prætereo. ¶ Plus potis ſe illa abſtinere. ❡ In omnibus quos quidem hactenus viderim Terẽtianos codices, ſic corruptè legitur. Nos ad hũc modum reſtituimus: Plus potus ſeſe illa abſtinere vt potuerit: cuius emẽdationis ſubſcriptores adprobatoréſque habeõ Priſcia. lib. 9. & Laurẽtium Vallam in Ant. Raudenſem: nec aliter manu ſcriptum volumen, & Donat. non ille quidem Moguntiæ pridem excuſus, quo nihil deprauatius, cùm typographus interim ipſo in veſtibulo ſtatim glorietur, in eo ſupra omnium editionem, quò repurgatior etiam à mendis ederetur, complura reſtituta eſſe & emendata. Sed valeat nugator. Non, inquam, Donatus Moguntiæ editus, nec rurſus ille annos ante vigintinouem Argentorati, qui, ſi rectè memini, haud multo eſt illo Moguntino correctior: ſed, ne longum faciam, qui anno ſalutis humanæ M. CCCCLXXII. Romæ typis excuſus eſt, quod exemplar, etſi ipſum quoque innumeris penè mendis ſcateat, eſt aliis tamen omnibus minus corruptum. De impreſsis tantùm loquor. Nos certè quæ in aliis, compluribus enim vſi ſumus, deſiderabantur, hoc adiuti ſæpenumero bona ex parte ſarciuimus. Hic igitur Donatus potus habet, non potis, haud aliter ſtante ſenario: ne quid de ſententia dicam. Miror quem tandem ſenſum ex priore lectione collegerint: Nàm codices excuſi ad vnum omnes potis habent, non potus. Sed pergamus. ¶ Moritur cognatus ſenex Horum, ad hos redibat &c. ❡ Nos ex antiquis, cõſentientibus & Donati editionibus, Ea ad hos redibat lege hæreditas. Hoc pronomen in Andria quoque additum reperies, vbi Crito: Eius morte ea ad me lege redierunt bona. Vtrobique eandem ſententiam habes, variata κατὰ συνωνυμίαν oratione. Porrò in metiendo verſu τὸ m, in horum non eliditur. ¶ Poſtquam accerſiuit ſæpius. ❡ Nos accerſunt ſæpius, ex ſententia Donati: qui monuit ſubaudiri noſtri, id eſt, miſsi à ſocru. Cum quo faciunt vetuſti codices. Quanquam manu ſcriptum exemplar habet, accerſiunt, in quarta coniugatione, haud ſcio num rectè. Quamuis ſciam ſolere in hoc verbo κατὰ ἐναλλαγὴν inflexionem variari interdum, vt apud Plautum in Amphitryone.

GLAREANVS.

In octauo, Aedepol primam corripit, niſi ſit creticus loco quinto. In nono, s in Philotis eliditur, niſi quis verbum Vbi ante Philotis ponat, & Mihi monoſyllabũ totum elidatur.

In decimo, proceleuſmaticus eſt loco primo. Annotauit etiam hoc Eraſmus. In decimotertio, Aedepol prima breui, niſi ſit creticus loco primo. Et in decimoquarto, Philotion legendum ex Donato, non Philotis, vt habet Aldi codex. In vigeſimoſecundo, d, in Quid eliditur, & Hæc, non omnes habent codices, nominatim vetuſtus noſter. In vigeſimoquarto, anapæſtus loco primo, ſed ſecundo creticus, quod malim quàm, l, de Ille abiicere. In trigeſimo, Ea eſt monoſyllabum. In trigeſimoprimo, Ità me dij amabunt, legendum ex Donato, abſque aduerbio Bene. In trigeſimoſecundo, Vt, à ſuperiore eliditur verſu. Profero enim primam producit apud Virgilium, niſi quis hoc licenter ab hoc Poëta correptũ exiſtimet. Quo de diximus in Adelphis Actu tertio Scena II. Item, d, in Sed eliditur. In trigeſimoſeptimo, vel, l, de Illud eliditur, vel bacchius eſt loco primo. In quadrageſimotertio, ego malim alterum Eſſe abiicere, quàm l, de Illum elidere, & Seſe initio item geminandum puto. Et eſt ſanè luculentior ſenſus, vt poſt Vnicum, neutiquam

*diſtinguatur. In quadrageſimoquinto, vel creticus loco primo eſt, vel Ille abiicit alterum, l. In quadrageſimonono, anapæſtus eſt loco ſecundo, & Huius monoſyllabũ. In quinquageſimo, creticus haud dubiè eſt loco quinto.. In quinquageſimoquarto, Credo ibi eius, legendum ex Donato, & Eius diſyllabum eſt. In quinquageſimonono, vel Deæ monoſyllabum, vel creticus eſt loco ſecundo, Perduint diſyllabum eſt, & Iſto pro Iſtoc legendũ puto propter carmẽ. Alioqui heptametrũ fuerit, quale nullum inter ſenarios. Et verſu proximè ſequenti, vel, d, in Ad eliditur ſequente conſonante, vel Vt à ſuperiore verſu eliditur, vt Lache pro Laches legatur. quod quidam habent codices. In quinquageſimoquarto, Potus legendum, non potus. Sic autem conſtat carmen,*

*Heptametrum.*

*Plus potus, illa vt abſtinere potuerit.*

*Nam vt Seſe aduciatur, non eſt neceſſe. In quinquageſimoſeptimo, proceleuſmaticus eſt initio, niſi creticum malimus loco ſecundo. In ſexageſimoprimo, Eam monoſyllabũ, ſed, m, vel in Quam, vel in Eam non eliditur. In ſeptuageſimo, d, eliditur in Sed, & in ſeptuageſimoſecũdo, in Quid.*

*In ſeptuageſimoquarto, s, eliditur in Magis. In ſeptuageſimoquinto, Edepol prima correpta. In ſeptuageſimoſexto, alterum Se, quod ad finem verſus eſt, à ſequente verſu eliditur. In ſeptuageſimooctauo, d, in Ad elidi videtur, niſi bacchium loco primo eſſe putemus. Sic Earum diſyllabum fuerit, niſi creticus ſit loco quarto. In octogeſimotertio, Deuictus legendum ex Donato, nõ Deuinctus, vt ſit* παρόμοιον *Deuictus Victus, & Huiuſce diſyllabum. In* LXXXVII. *Horum ea ad hos redibat lege hæreditas, legendum. Et vel m, in Horum, vel a in Ea non eliditur. In* LXXXVIII. *anapæſtus eſt loco primo. In* XCIX. *ſynæreſis eſt duorum ij in Abiit. In centeſimo, duo bacchij ſunt initio verſus, quod dicere malim, quàm tam anxiè, l, in Illic, & s, in Dies elidere. In vltimo verſu Philotion legendum, non Philotis, quod Aldi habet codex, nomẽ blandimenti gratia protenſum, ídque aptè ſanè, cùm o ſit productum.*

*Philotion.*

DONAT. P ROH *deûm atque hominum fidem.} In hac ſcena accuſatio ſocrus eſt: quæ ſe coniecturaliter defendit, dicens nihil à ſe factum in perniciem nurus. ¶ Prò deûm atque hominum fidem.}* ἐμπαθῶς *ab exclamatione cœpta ſcena eſt. Senex enim eſt difficilis & iratus. ¶ Quod hoc genus eſt, quæ hæc coniuratio.} Conatur Terẽtius aduerſus famam ſocrum bonã reperire. & incipit à generali exclamatione, quo vehemẽtior ſit eius accuſatio: paulatímque ad ſpeciale crimen deſcẽdit. ¶ Quod hoc genus.} Accuſatio à perſona: cui accidit ex ſexu quòd ſocrus eſt. ¶ Cõiuratio.} Confeßio, bonę rei eſt: Coniuratio malæ. & inde coniuratio Catilinæ dicta eſt. ¶ Quæ hæc coniuratio.} Accuſatio à re. ¶ Vt omnes mulieres eadẽ, &c.} Bono argumẽto vtitur, Læſiſti nurũ, quia ſocrus es: et nulla ſocrus diligit nurũ. ¶ Vt omnes mulieres.} Accuſatio à cauſa eadem. ¶ Studeant.} Maioris operis eſt ſtudere, quàm velle. ¶ Neque declinatam quidquã.} Id eſt flexam vel inflexã, ab eo quod declinauerit: ne parum ſit, diuerſam vel dißimilem dixiſſe. vt eſt illud, Illum tumulum inflexit. ¶ Itaque adeò vno animo.} Neſcias an ex ſentẽtia hac, vel adeò ex hac ſcena nomen fabulæ ſit inuentum. ¶ Itaque adeò.} Neceſſaria ſentẽtia* ἀμφιβολία *ad deſcribẽdum vtranque perſonam. ¶ Viris eſſe aduerſas.} Aliud argumentum, Læſiſti nurum, vt mihi aduerſareris. nam mulieres omnes aduerſantur viris. ¶ Similis pertinacia eſt.}* αὔξησις. *nam ſtudium & bonum eſt: Pertinacia verò nunquam non mala. ¶ Aequè ſtudium eſt.} Studium eſt dedita opera voluntatis hominis attentior atq; impenſior. ¶ In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.} Tria in accuſatione poſuit, ex quibus duo ſunt communia, vnũ ipſius. quòd mulier eſt, & quod ſocrus, communia: quòd ipſa ſpecialiter magiſtra eſt ad malitiã Soſtrata. Ex his colligit iniuriam paſſam nurum per coniecturam. ¶ Et ei ludo ſi vllus eſt, magiſtram.} Magna amplificatio criminis. dubitat, an ſit ludus malitiæ: & magiſtrã nõ dubitat Soſtratam, ſed certò ſcio, inquit. ¶ Me miſeram.} Et hæc quæ* ἐμπαθῶς *cœpit, ad miſericordiã ſpectat defendentis oratio. ¶ Quæ nũc quamobrẽ accuſer, neſcio.} Oratoriè pro ſe loquitur mulier. Siquidẽ maioris innocẽtiæ eſt neſcire crimẽ, quàm defendere. & his verbis oſtẽditur ſine noxa eſſe etiã Philumenam: non ſolùm hanc quæ loquitur, Soſtratam. ¶ Itáque.} Modò duæ partes ſunt orationis. ¶ Non, ita me dij bene amẽt, Mi Laches.} Modò mi Laches nõ eſt blandientis, ſed eius qui periclitetur innoxius. ¶ Nõ ita me dij bene ament.}* πίστις *per iuſiurandum. ¶ Non ita me dij bene*

*Confeßio.*
*Coniuratio.*
*Studere.*
*Declinare.*
*Studium.*
*Pertinacia.*
*Magiſtra.*
*Itáque.*
*Mi Laches.*

# ACTVS II. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

SOſtratam vxoré accuſat Laches, quòd nurum Philumenam duritie ſua, & morum incõmoditate domo eiecerit. Socrus contrà nihil tale à ſe patratum eſſe contendit.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIC Laches omnes ſocrus odij in nurus inſimulat, mulieres aduerſantes viris commemorat. Deinde diuerſis coniecturis Soſtratam vxorem, Philumenæ ſocrum coarguit, quòd nurum ſuam vtpote eandem Philumenam Pamphili vxorem duriſsimis ſuis moribus & intolerabilibus è domo expulerit, coëgerítque ad matrem remigrare. Socrus verò è contrario contendit, nihil ſe in perniciem nurus attentaſſe.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

ACcuſat Laches Soſtratam, quòd diſsidij author ſit.

*Tetrametri partim iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici. Præterea aliquot Senarij.*

LACHES *ſenex*, SOSTRATA *mulier.*

PRob deûm atque hominũ fidem, quod hoc genus eſt, quæ hæc cõiuratio,
Vt omnes mulieres eadẽ æquè ſtudeant, nolintque omnia,
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio vllam reperias?
Itaque adeò vno animo omnes ſocrus oderũt nurus:
Viris eſſe aduorſas æquè ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt.
In eodem omnes mihi vidẽtur ludo doctæ ad malitiam:
Et ei ludo, ſi vllus eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis certò ſcio.
S. Me miſeram, quæ nunc quamobrem accuſer, neſcio. L. hem,
Tu neſcis? S. non, ita me dij bene ament, mi Laches:
Itáque vnà inter nos agere ætatem liceat. L. dij mala probibeant.
S. Méq; abs te immeritò eſſe accuſatam poſtmodum reſciſces. L. ſcio:
Te immeritò? an quidquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt?
Quæ me, & te, & familiam dedecoras, filio luctum paras:
Tum autem, ex amicis inimici vt ſint nobis affines, facis:
Qui illum decreuerunt dignum, ſuos cui liberos committerent.
Tu ſola exórere, quæ perturbas hæc tua impudentia. S. egón'?
L. Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.
An quia ruri eſſe crebrò ſoleo, neſcire arbitramini
Quo quiſq; pacto hîc vitã veſtrorũ exigat?
Multo melius hîc quæ fiunt, quàm illic vbi ſum aſſiduè, ſcio:
Ideo quia vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.

*dij bene ament.*} Animaduertendũ veteres non minus ἐυφημισμὸν in verbis quàm κακόφατον neglexiſſe: velut hic, Ita me dij bene ament. ¶ *Dij mala probibeant.*} Seniliter odit vxorẽ, cuius amor optabilis fuit in adoleſcẽtia. ¶ *Dij mala probibeãt*} Vt vnà inter nos agamus ætatẽ. ¶ *Poſtmodũ reſciſces.*} Hæc figura ab oratoribus

Epãgelma. ἐπάγγελμα nominatur: in qua aliquid promittimus iudicibus nos probaturos, cùm metuimus, ne quid illis temere perſuaſum ſit. ¶ *Poſtmodum reſciſces.*} Fiducia

Reſciſco. innocentiæ. Reſciſcere eſt, cùm quod de induſtria celatur, vix argumẽtorum vi agnoſcitur. ¶ *An quidquam pro iſtis fact.*} Amarè. παρὰ προσδοκίαν. ¶ *Quæ me, & te, & familiam.*} Iam ſic accuſat, quaſi probauerit crimen. & eſt amplificatio. ¶ *Quæ me, et te, et familiã.*} Hæc exaggeratio eſt, quæ

Dinotes. δεινότης appellatur: cùm ex vno maleficio multa fiũt ab oratoribus crimina. ¶ *Dedecoras.*} Dedecoratur, quod

Dedecorari. honeſtũ eſt: Turpatur, quod

Turpari. honeſtum eſt corporale. ¶ *Cui ſuos liberos committerent.*}

Liberi. Nota liberos in ſignificatione etiam vnius filiæ. ¶ *Dignum, ſuos cui liberos committerent.*} Multum ſonanter, & accuſatorio ſtrepitu nec maſculinum genus, nec fœmininum poſuit: nec vnã, ſed liberos. Sic Cice. En cui tuos liberos committas. cùm de vno ageret. &, Habemus enim liberos omnes. de puel-

Dignum. la. ¶ *Dignum.*} Sic dixit dignum, vt honoris genus ſit, accipere vxorem meruiſſe. ¶ *Tu ſola exórere.*} Emergis, reperiris. Verbum hoc impudentiam notat. Cicero, Exortus eſt ſeruus, qui quem in eculeo appellare non poſſet,

Exoriri. eum accuſet ſolutus. ¶ *Exórere.*} Exiſtis. Exoriri dicitur qui non expectatus inuadit aliquem. ¶ *Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidẽ, haud hominem putas.*} Tu

Tu mulier. mulier, ἔμφασιν malitiæ habet. & omnino expreſſio cõſuetudinis eſt ad indignationem. Et lapis nunquam

Lapis. vtilis, niſi ad telũ, quẽ magis ad iniuriam delegit. nam ſaxum melius, quàm lapis. vt Virgilius, Saxáque ſubuectare humeris. ¶ *Tu inquam mulier.*} Sic Euripides * & Virgil. — variũ & mutabile ſemper Fœmina. ¶ *Lapidẽ haud hominem.*} Sufficeret, lapidem putas: ſed de ſtomacho, haud hominem, additũ eſt. Plautus, Heus meus elephãti corio circuntectus eſt, non ſuo. ¶ *Haud hominẽ putas.*} ἐν ἤθει. Sic Apollodorus. * ¶ *An quia ruri crebrò eſſe.*} Memor ſui eſt, qui dixerat, Rus abis. ¶ *Quo quiſque pacto veſtrorum.*} Ve-

Veſtrorum, pro veſtrũ. ſtrorũ pro veſtrum. ſic veteres. ¶ *Multo melius hîc quæ fiunt.*} ὑπερβολῇ vſus eſt. vt in Adelphis, An non prius totis ſex mẽſibus olfeciſſem? ¶ *Ideo quia vt vos mihi domi eritis.*} Mirè cõfirmat vnde ſciat: ne ſuſpiciosè crimẽ obiicere videretur. Et bene Mihi, quia commoditas familiæ ad hunc redundatura eſt. ¶ *Pridem equidem audiui cœpiſſe odium tui Philumenam.*} Primò obiurgatio eſt Soſtratæ, cur non amet nurum. Secundò, cur nõ ametur à nuru. Tertiò, cur vſque adeò puella nupta deſerat domũ. ¶ *Miniméq; adeò mirũ.*} Satis amarè, pro merito dicit odium contra meritum amorémq;: ſimul excuſat nurum, quę oderit talem ſocrum: & ſimul præuenit, Quid ſi non læſa eſt, ſed odio me habet? ¶ *Sed non credidi adeò.*} Deeſt, eſſurã fuiſſe. ¶ *At vide quàm immeritò ægritudo hæc mihi oritur abs te Soſtrata.*} ἰδικῶς poſt acrem inuectionem, ſeipſum miſeratur, vt inuidiã duræ inclamationis in ipſam conuertat. Sic in Andria, Age nunc: iam ego pol

Iam pridem equidem audiui cœpiſſe odium tui Philumenam:
Miniméque adeò mirum: & ni id feciſſet, magis mirum foret.
Sed non credidi adeò, vt etiam totam hanc odiſſet domum:
Quod ſi ſciſſem, illa hîc maneret potius, tu hinc iſſes foras.
At vide quàm immeritò ægritudo hæc oritur mihi abs te Soſtrata.
Rus habitatũ abij, concedens vobis, & rei ſeruiens,
Sumptus veſtros, otiúmque vt noſtra res poſſet pati,
Meo labori haud parcens præter æquum, atque ætatem meam:
Non te pro his curaſſe rebus, nequid ægrè eſſet mihi?
S. Non mea opera, neque pol culpa * euênit. L. imò maximè.
Sola hîc fuiſti: in te omnis hæret culpa ſola, Soſtrata.
Quæ hîc erant, curares, cùm ego vos ſolui curis cæteris.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum. S. haud equidem dico mi Laches.
L. Gaudeo, ita me dij ament, gnati cauſa: nam de te quidem,
Satis ſcio, peccando detrimenti nihil fieri poteſt.
S. Quî ſcis an ea cauſa, mi vir, me odiſſe aſſimulauerit,
Vt cum matre vnà plus eſſet? L. quid ais? non ſigni ſat eſt,
Quòd heri nemo voluit viſentem te ad eam intromittere?
S. * Enim laſſam oppidò tum aiebant: eò ad eam non admiſſa ſum.
L. Tuos eſſe illi mores morbum magis, quàm vllam aliam rem arbitror:
Et meritò adeò: nam veſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit

*hodie, ſi viuo, tibi Oſtendã, herum quid ſit pericli fallere. Et cõtinuò, —Chreme, Pietatẽ gnati. nõ te miſeret mei? Tantum laborem capere ob talem filium? ¶ Quã immeritò ægritudo hæc oritur mihi abs te Soſtrata.} Poſtquam de iniuria dixit, de perſona eius cuius fama * eſt, id eſt cum. ¶ Aegritudo hęc oritur.} Oritur, & magnitudinem rei ſignificat, & repentinũ impetũ. vt ſuprà, Tu ſola exorere. ¶ Rus habitatũ abij.} Quia dixit, Senex rus ſeſe abdidit. ¶ Concedens vobis.} Ne diceretur quòd ſit voluptatis cauſa. Vobis melius pluraliter, quàm ſi diceret qui. ¶ Veſtros ſumptus, otiúmq́ue.} Sumptus veſtros, idem quod alibi, Otium, vitam vrbanam. Vel quòd nihil acquiritis. vt in Adelphis, Hanc ego clemẽtem vitam, vrbanam atque otium ſequutus ſum. ¶ Concedens vobis, Et rei Seruiens.} Concedens vobis, id eſt vt vos in vrbe eſſetis. ¶ Rei ſeruiens.} Res ſeruit diuitibus. quia abundãt, rei ſeruiunt pauperes: quia ſe coartãt ad anguſtias rei. Ita ergo res pro qualitate ſua & ſeruit, & ei rei ſeruitur. Horatius, Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique. ¶ Otiúmque.} Hoc eſt, amorem: quaſi nihil agentibus. ¶ Vt noſtra res poſſet pati.} Mediocris ſcilicet: vt comici patresfamilias. ¶ Præter æquum, ætatem meam.} Præter æquũ, quia vos eſtis domini: vel quia vos fruimini, cùm ego doluerim. Aetatem, quia ſenex. Virgilius, Vires vltra, ſortémq́ue ſenectæ. ¶ Non te pro his curaſſe rebus.} Mirus ſenſus, Pro his, inquit, tot rebus vnam, & facilem redderes: curares ne quid ægrè eſſet mihi. Et te ſic pronuntiandum, quaſi dicat, Etſi alij non curarent, curare debuiſti. ¶ Non mea opera, neq́ue pol culpa} Vellet dicere nurus euênit: ſed*

Oriri.
Sumptus et otium.
*venit.
Res ſeruit diuitibus.
Rei ſeruire
*Eam

*melius dixit, nõ mea: ne accuſando confirmaret quod dixit ſenex, Omnes ſocrus oderunt nurus. ¶ Neque pol culpa euenit.} Bene additũ, Neque pol culpa. Potuit enim fieri, vt non fecerit ipſa iniuriam: ſed tamen permiſerit fieri: mitè tamen nec ipſa accuſat nurum. ¶ Non mea opera, neque pol culpa.} Videtur vnum dixiſſe opera & culpa: & tamen nõ eſt idem. Opera enim eſt, ſi ſcientes læſerimus: Culpa, ſi neſcientes: quorum alterum, ſceleris: alterum, ſtultitiæ eſt. ¶ Sola hîc fuiſti.} Ratio. & deeſt Enim: vt ſit, Sola enim hîc fuiſti, quod ad filiũ & maritum pertinet. nam non ſola, cum qua nurus. ¶ Sola hîc fuiſti.} Sola quantum pertinet ad regendam domum: cæterum & filius, & nurus erant. ſed ſola, id eſt ſine me. ¶ In te omnis hæret culpa.} Etſi in nuru culpa aliqua, in te omnis eſt tamen Soſtrata. ¶ Sola Soſtrata.} Optimè geminauit Sola, more iraſcentium: nondum nomen poſuit. & Soſtrata, additum ad amaritudinem inclamantis. ¶ Cum ego vos ſolui curis cæteris.} Vos, pro te: vt, Deſiſte manum committere Teucris. ¶ Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias.} Hoc dicit tanquam cõceſſerit etiam nurum iniquã eſſe. ¶ Cùm ego vos ſolui.} Noua figura, ſolui vos. ¶ Illius dices culpa factũ.} Præuenit defenſionem: & eam ſic pronunciauit vt crimen. ¶ Cum puella} Puellam blãdè dixit: ita hanc cum amaritudine, anũ. ¶ Haud equidẽ dico mi Laches.} Mi Laches modò dixit, quaſi grauiſſimũ accuſatorẽ arguẽs, & quaſi defatigata & delaſſata eius inclamationibus. Nõ ergo blandiẽtis eſt modò Mi: ſed inuidioſè rogitantis. Mi. Gaudeo, ita me dij ament, gnati cauſa.} Quòd ſimilis filius non ſit, an quòd talem vxorem habeat, quam nec inimica*

Opera.
Culpa.
Sola.
Hæret in te culpa.
Vos, pro te.
Solui vos.
Mi.

Ducere vxorem: & quæ vobis placita conditio eſt, datur:
Vbi duxere impulſu veſtro, veſtro impulſu eaſdem exigunt.

inimicā accuſare poſſit? Et
gnati cauſa, dixit: quia ta-
lē vxorem habens, ſua cau-
ſa quid gaudeat non habet.
[Nam de te quidem ſatis
ſcio.] Id eſt nihil detrimen-
ti ſit, ſi tu pecces: id eſt nun-
quam, inquit, peccando peior fieri potes: ſed es eadem quæ
ſemper es. Senſus eſt, Iam talis es, vt peior fieri non poſſis.
Sic Cicero, Eſt idem Verres qui fuit ſemper. [Peccando, de-
trimenti.] Seruas, inquit, numerū peccatorum, nec fit vllum
copiæ detrimētum. ſed cùm plurimum delinquas, tantun-
dem ſemper admittitur. [Peccando, detrimenti.] Hic ſen-
ſus obſcurus eſt: attamen hic dum quantumcunque inquit
ſceleris admiſeris, id eſt quantumcunque peccaueris, nihil
de tua exiſtimatione minuitur, nihil de pudore derogatur:
eadem es quæ fuiſti, quia peior fieri non potes. [Peccando
detrimenti.] Quidam hanc putant εἰρωνείαν: quaſi dicat,
Certus ſum quòd ex nullo peccato tuo damnum pati poſſu-
mus. ſed malè. [Quî ſcis, an ea cauſa, mi vir.] Defenſio à
deriuatione cauſæ: in qua oſtenditur non hanc eſſe, quam
obiicit cauſam ſenex, cur abierit nurus ad matrem ſuam.
[Vt cum matre.] Deeſt, Sua. [Vt cum matre vnà plus eſ-
Plus. ſet?] ἰδιωτικῶς dixit. id eſt diu ac maiorem partem. [Quòd
heri nemo voluit.] Bene infirmauit defenſionem ſenex, dicen
do, Si propter matrem abiit, cur tu excluſa es, cùm venires?
[Enim laſſam oppidò.] Infirmius defenditur ſocrus, vt er-
ror ſenis vſque ad καταστροφὴν perſeueret. [Enim laſſam
Enim. oppidò.] Pro, Oppidò enim dixit. Superuacua ponitur in-
terdum hæc coniunctio, aut pro altera coniunctione. [Op-
Oppidò. pidò.] Valde. tranſlatio à ruſticis, qui interrogati quemad-
modum fruges prouenisſent, reſpondebāt, Oppidò, id eſt quæ
Eò. ſibi & oppido ſufficere potuiſſent. [Eò.] Propterea, ideo.
[Tuos eſſe illi mores morbum magis.] Acerbiſſimè inſti-
tit ſenex & accuſationi vxoris, & defenſioni nurus: ſiqui-
dem hoc ſenſu dicat, nurum nec mendacij culpam incurre-
Veſtrarum, re, quæ verè ægrotet ex moribus malæ ſocrus. [Nam ve-
pro veſtrū. ſtrarum nulla eſt.] Pro veſtrum. hoc enim ab eo quod eſt ve
Quin. ſtræ. [Quin gnatum velit.] Quin, quæ non. [Et quæ vo-
bis placita conditio eſt, datur.] Imago hîc quædam argumen
tationis, quæ dicitur ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. quod Latinè di
citur, Ab initio ad finem. & vt generaliter cœpit inuectio-
nem, ita generaliter concluſit in ſocrus. & eſt ſenſus, Eò im-
probius facitis, quòd illas, quas elegeritis odiſtis. [Vbi du-
xere impulſu veſtro.] Bene verba eadem ſtomachosè & ſi-
gnificanter repetiuit, vt improbitas ex proximo appareat
impulſu. [Vbi duxere impulſu.] Videtur, vt ſuprà dixi-
mus, hæc tota ſcena ad hoc interpoſita, vt fabulæ nomen
hinc intelligeremus inuentum. Et impudentiam ſocruū im-
pulſus repetitio demonſtrauit. [Impulſu veſtro.] Sic in He-
autont. Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier.

ADRIA. BARL.

Quæ hæc eſt coniuratio?] A re accuſatio eſt. [Vt omnes
mulieres eadem æquè ſtudeant.] Vide argumentum, quo v-
titur. Nulla ſocrus nurum diligit. & læſiſti nurum, quia ſo-
crus es. Item læſiſti nurū, vt mihi aduerſareris. nam ſocrus
& mulieres omnes aduerſantur viris. [In eodem omnes
Eodē in lu- mihi videntur ludo doctæ.] Eodem in ludo doctos dici-
do docti. mus, qui ſimilibus vitiis laborant, & improbitate pares
ſunt. videas enim fermè ingenio & moribus conuenire,
quî communibus ſunt vſi
præceptoribus. hoc autem
Terentij dictum innuit, nul
lam inueniri bonam mulie-
rem. [Ex amicis inimici.]
Contentio eſt, ex contrariis
enim oratio conficitur. [Tu
inquam mulier.] Mulier quaſi abiecti ſexus dixit. [Quæ Mulier.
me omnino lapidem.] Lapis pro bruto ſtupidóque homine Lapis.
ponitur aliquoties. [Iampridem equidem audiui cepiſſe
odium.] Propoſitio eſt querelæ. [Philumenam.] Nominis Philumena
Philumena Terentius penultimam corripit. Nam in Græ-
co epſilon eſt. Hoc ideo adnotandum duxi, quia vulgus
Latinorum ſine authore eandem ſyllabam producit. [Rus
habitatum abij.] Nam ſuprà dictum eſt, Senex rus ab-
didit ſeſe. [Concedens vobis.] Bene hoc additum, ne volu-
ptatis cauſa, rus abiiſſe videatur. Solent enim plerique
quoties eos vrbis, vrbanorúmque negotiorum ceperit ſa-
tietas, laxandi animi gratia in prædiolum ruſticanum ſe
conferre. [Sumptus veſtros otiúmque.] Rei indignitatem
exaggerat à ſuis in familiam meritis. [Non te pro his cu-
raſſe rebus?] Eſt ſenſus, Si alij non curarent, tu tamen cùm
ſis vxor, curare debuiſti. hinc vide quomodo, te, pronun-
tiandum ſit. [Sola hîc fuiſti.] A circunſtantia, quòd ſo-
la fuerit. [Cum puella anum.] Ab inæqualitate ætatis.
Cum puella. Hoc blandè dicitur. In anum, amaritudinis
multum eſt. [Dices illius culpa factum.] Laches vxoris de-
fenſionem præuenit. [Satis ſcio peccando detrimenti nihil
fieri poteſt.] Donatus dicit obſcurum eſſe ſenſum. Ita expo-
nit ille. Quantúmcunque peccaueris, nihil de tua æſtima-
tione minuitur, nihil de pudore derogatur, eadē es quæ fui-
ſti. [Quî ſcis an ea cauſa mi vir.] Defenſionē habes à cau-
ſæ deriuatione. oſtenditque non eam eſſe cauſam abitionis
Philumenæ, quam obiicit ſenex. [Non ſat ſigni eſt, quòd he
ri nemo.] Hoc contrarium defenſioni Soſtratæ. Si nimio ma
tris deſiderio abiit, cur tu heri excluſa es, cùm eò veniſſes?
[Laſſam eam oppidò.] Oppidò, valde ſignificat. Donatus
tranſlatum dicit ab agricolis. qui rogati quemadmodum fru
ges prouenirent, reſpondere ſolebant Oppidò, id eſt quæ ſibi
& oppido ſufficerent. Quidam huius aduerbij mediam pro-
ducendam exiſtimant. [Tuos eſſe illi mores morbum.] La-
ches grauiter vxorē accuſans, & nurum defendens, non illa
inquit, ex laſſitudine, ſed ex moribus ægrotat tuis.

LATOMVS.

Argumentum.] Expoſtulat ſenex cum vxore, quòd o-
dio & iniuriis Philumenam à ſe abegerit. [Prò deûm at-
que hominum.] Grauiter ab exclamatione incipit, & mo- Coniuratio.
rum ſimilitudinem coniurationem vocat, per auxeſin. Eſtq́;
hoc exordium accuſationis. [Videntur ludo doctæ.] Venu-
ſtæ metaphoræ. [Ita me dij bene.] Deieratio ad purgatio-
nem. [Dij mala.] Abominatio. [Quæ me & te.] Exag-
gerat rem à perſonis, priuſquam crimen proferat. [Tu in-
quam.] Reſumptio ad vehementiam. [An quia.] Occupa-
tio, qua tollit ſuſpicionis opinionem, vt rem certam confir-
met. [Iam pridem.] Propoſitio, quæ amplificandi cauſa di-
lata eſt, cui ſubiicitur confirmatio breuis ex ipſa re, & mox
amplificatio ex odij magnitudine. [At vide.] Amplifica-
tio à ſuis meritis. [Non mea opera.] Inficiatio Soſtratæ,
& fit cōtrouerſia coniecturalis. [Hæret culpa ſola.] Proba-
tio ex vi remotionis. [Cum puella anum.] Inuidia facti à

*perſonis.* ¶ *Illius dices.* } *Occupatio, quæ & ipſa vim habet ex remotione.* ¶ *Quî ſcis.* } *Obiectio ad defenſionem, ſed permodeſta.* ¶ *Non ſigni ſat.* } *Refutatio à ſigno.* ¶ *Enim laſſam.* } *Abſolutio, locus coniecturalis, & proprius defenſoris.* ¶ *Tuos eſſe illi.* } *Redit ad inſtitutum dimiſſa altercatione, & confimat à perſona.*

PETRVS MARSVS.

*Prò deûm.* } *Socrus aduerſus nurus non inſolentem, ſed perpetuam & quaſi debitam ſuperbiam, iram, inuidiam, odiúmque exponit hæc ſcena. Nam ſocrus filiorum ſuorum vxores ob hoc ferè odio proſequuntur, quòd plerunque digniores, & meliores aut ditiores ſuos liberos exiſtimant, quàm qui debeant vxoribus etiam digniſſimis & optimis iungi. Hoc enim totum odium ex ſola philautia deſcendit, vitio vt omnium peſtilẽtiſſimo, ſic etiam frequẽtiſſimo. Deſcribitur prætere a boni patrisfamiliàs officium, qui ita vitam ſuam inſtituere debet, vt quamuis familia illum quàm longiſſimè ſubinde abeſſe putet, interim tamẽ ille omnium illorum facta dictáque explorata teneat. Eſt autem ſocrus mariti mater. Nurus verò vxor filij.*

RIVII CASTIGATIO.

*Non mea opera neque pol culpa euênit.* } *In manuſcriptis eſt: Neq; pol culpa venit: quomodo in Lugdunenſi quoque & Veneto & aliis pleriſque, conſentientibus omnibus fermè Donati editionibus. Ponitur autem* κατ' ἐναλλαγὴν *figuræ pro compoſito euenit.*

GLAREANVS.

*Huius ſcenæ primi ſeptem verſus ſunt iambici tetrametri acatalectici. In primo creticus eſt loco primo. In quarto, proceleuſmaticus eſt eodem loco primo. Finitur autem is verſus in Viris. & quintus ab Eſſe verbo incipit, denique Pertinacia claudit eum verſum, ita vt verbum Eſt præcedat, ac ita legantur,*

*Itaq; adeò vno omnes animo ſocrus oderunt nurus, viris*
*Eſſe aduorſas æquè ſtudium eſt, ſimilis eſt pertinacia.*

*In ſeptimo anapæſtus eſt locis primo & ſexto, & creticus loco tertio, niſi s, in Vllus elidatur. Octauus ac nonus ſenarij ſunt iambici. Decimus rurſus tetrameter iambicus acatalect. cum octo ſubſequentibus. At in hoc adeò decimo, vel proceleuſmaticus eſt loco ſeptimo, vel ſynæreſis duarum vltimarũ ſyllabarum eſt. In vndecimo, anapæſtus eſt loco ſexto. In XV. creticus eſt loco quarto, niſi Suos monoſyllabũ faciamus. Vndeuiceſimus ſenarius eſt.* ¶ *Multo melius hîc quæ fiunt, quàm illic vbi.* } *Quatuor hi proximi verſus tetrametri, vel trochaici catalectici eſſe poſſunt, vel iãbici acatalectici. Eraſmus trochaicos exiſtimauit. Ego malim iambicos. Ceterùm in ſecundo verſu pro Ideo quia, alij codices melius habent, Ideóque. Reliqui deinde ſunt trochaici, quanquam quidam etiam dubij. In ſeptimo, e, corripitur in Vide. In octauo, vel Rei monoſyllabum eſt, vel eſt creticus loco ſexto. In decimo, vel Meo monoſyllabum erit, vel carmen erit iambicum, vel denique amphibrachys eſt loco primo. In duodecimo, trochæus initio eſt, & Venit habet vetuſtus codex, ſed nihil ad carmen. Decimustertius iambicus eſt, niſi aut Fuiſti diſyllabum fuerit, aut bacchius ſit loco ſecundo. In decimoſexto, Illius diſyllabum. In decimooctauo, Dij corripitur, non eliditur.*

*In decimonono, s, in Satis eliditur, alioqui iambicus erit. Quintus quartúſque à fine ambigui ſunt, quanquam in quinto Enim à ſuperiore verſu priorem elidere poteſt, & in quarto Tuos monoſyllabum eſſe poteſt, vt ſic ambo ſint trochaici. In vltimo Eaſdem diſyllabum erit, ambiguum ſanè, ſed ego trochaicum malim, quia duo proximi haud dubiè erant trochaici.*

DONAT. ETSI SCIO *Philumena meum ius eſſe.* } *In hac ſcena moralis allocutio Phidippi eſt ad filiam, mitiſſimi patris colorem oſtendens.* ¶ *Etſi ſcio Philumena.* } *Apparet & hîc multa prius patri ſuo Philumenam locutam fuiſſe. ergo hæc reſponſio eſt, nõ principium.* ¶ *Quid fiet.* } *Vtrum quid ſit rei? an quid fiet nurus? vtrũ innocens, an iniqua? Et videtur hoc Soſtratæ dicere: nam vicini ſunt inter ſe proximi Laches & Phidippus.* ¶ *Phidippe, etſi ego meis.* } *Expoſtulatio Lachetis apud Phidippum, accuſationem continens, tanquam cauſam iniuriarum intendat.* Lachetis in de nomen. ¶ *Apprimè.* } *Vehementiſſimè.* Apprimè.

Cogo. ¶ *Vt te cogam.* } *Etiam inuitam ſcilicet.* ¶ *Scio meũ ius eſſe vt te cogam.* } *Hoc idem in Adelphis, Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere.* ¶ *Patrio animo victus.* } *Bene victus: quia non ratione facio.*
Victus. *Victus eſt vndecunque, qui recedit à iure.* ¶ *Neque tuæ libidini.* }
Libido. *Libido eſt quælibet volũtas temerè ſuſcepta. Et bene libidini. eſt enim non æquum domo mariti abeſſe nuptã. Etſi enim pro voluntate poſuit libidinem: tamẽ ſubaccuſauit hoc nomine.* ¶ *Optumè.* } *Opportunè.*
Optumè. Scibo. ¶ *Ex hoc iã ſcibo.* } *Legitur & Hinc, locale aduerbium. & quaſi comminatur vxori modò ſe inuenturum*

# ACTVS II. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

LAches remitti cupit nurum ſuam. Pater Phidippus dicit non poſſe eam perdurare apud ſocerum abſente Pamphilo.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena Laches Pamphili pater, Phidippum Philumenæ parentem conuenit ſuper reditu ſuæ

¶ *Scio me eſſe apprimè obſequentem.* } *Principium à perſona eius cum quo agitur, & ſua: & an vtile ſit nimis obſequi hominem ſuis.* ¶ *Sed non adeò, vt facilitas mea.* } *Facilitas, indulgentia.* Facilitas. ¶ *Sed non adeò, vt facilitas mea.* } *Deeſt Tamen. & eſt* ἀνακόλουθον *tertium.* ¶ *Eia verò.* } *Modò aduerbium corripientis.* Eia verò. ¶ *Eia verò.* } παρέλκον. ¶ *Nũc video in illarum poteſtate.* } *Iucundè temperat eius culpam, quem accuſat, cùm dicat illum coactum à ſuis facere ſibi iniurias.* ¶ *Adij te heri de filia.* } *Narratio. & memoriter poëta: quia dixit heri, ea aliqua cauſa* Adire quẽpiam de re.

nurus, quam certè Phidippus negat apud ſocerum abſente Pamphilo perdurare poſſe. In primis autem Phidippus filiam alloquitur, qui mitiſsimus eſſe pater oſtenditur, eo quòd multum de ſuo iure remittat.

*Iambici quadrati acatalectici.*

PHIDIPPVS *ſenex*, LACHES, SOSTRATA.

ETSI *ſcio Philumena meũ ius eſſe, vt te cogam*
*Quæ ego imperem facere: ego tamen patrio animo victus, faciam*
*Vt tibi concedam: neque tuæ libidini aduerſabor.*
*L. Atque eccum Phidippum optumè video: ex hoc iam ſcibo quid ſiet.*
*Phidippe, etſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprimè obſequentem,*
*Sed non adeò, vt facilitas mea illorum corrumpat animos.*
*Quòd ſi tu idem faceres, magis in rem & noſtram, & voſtram id eſſet.*
*Nunc video in illarum poteſtate eſſe te. P. eia verò.*
*L. Adij te heri de filia: vt veni, itidem incertum amiſti.*
*Haud ita decet, ſi perpetuam vis eſſe affinitatem hanc,*
*Celare te iras. ſi quid eſt peccatum à nobis, profer:*
*Aut ea refellendo, aut purgando, vobis corrigemus,*
*Te iudice ipſo: ſin ea eſt cauſa retinendi apud vos,*
*Quia ægra eſt: te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe,*
*Si metuis, ſatis vt meæ domi curetur diligenter.*
*At, ita me dij ament, haud tibi hoc concedo: etſi illi pater es,*
*Vt tu illam ſaluam magis velis quàm ego: id adeò gnati cauſa,*
*Quem ego intellexi illam haud minus, quàm ſeipſum * magnifacere.*

*cauſa rure huc aduenit: patrem continuò Philumenæ conuenit. ¶ Itidem incertum amiſti. § Pro amiſiſti συγκοπῆ. Et itidem quid eſt? an id, Incertum amiſiſti, vt ad te incertus veni? Iungendum ergo, vt veni, itidem. vt ſit, Vt veni, amiſiſti itidem incertum. Incertus inquit veni: incertus à te receſſi. ¶ Haud ita decet. § Non vſque adeò decet. & eſt confirmatio. ¶ Haud ita decet. § Bene additum eſt Ita. etſi enim celandæ iræ: non vſqueadeò tamen, vt diſcordiam pariant. ¶ Aut ea refellendo, aut purgando. § Refellit, qui negat: Purgat, qui fatetur, & ſic defendit. Ergo refellimus per coniecturam: Purgamus per cæteros ſtatus. ¶ Te ipſo iudice. § Virgilius, Pan deus Arcadia mecum ſi iudice certet. Quid enim eſt Te ipſo, niſi ſcilicet reo culpæ, & tibi ipſi ac tuis fauenti? vel qui me ſperes vincere. ¶ Vobis corrigemus. § Plus dixit Vobis, quàm Tibi. ¶ Sin ea eſt cauſa retinendi apud vos. § Reprehenſio. ¶ Arbitror Phidippe. § Bene addidit nomen, excitans audientem. ¶ At, ita me dij ament, haud. § Addidit iuſiurandum: vix enim credibile eſt tãtundem amare ſocerum, quantum patrem. ¶ Satis vt meæ domi curetur diligenter. § Vt, ne non. & iungendum eſt Satis diligenter. non enim, Metuis ſatis. ¶ Etſi illi pater es. § Saluſtius in primo libro, Et liberis eius auunculus erat. ¶ Etſi illi pater es. § Compendium attulit. Virgilius, Heu fuge nate dea. Hoc enim ſentit, Quanquam natus dea ſis, fuge tamẽ. ¶ Id adeò gnati cauſa. § Honeſtè amori nurus rationem ſubiecit piam. Nam non continuò rectum eſt nimis amari à ſocero nurum, niſi propter filium diligatur. Bene ergo, gnati cauſa. incredibile eſt enim patrem non patris pietate ſuperari. ¶ Quem ego intellexi. § Et cauſam ſui amoris oſtendit, & mariti nullam erga coniugem culpam. quippe qui amet. & à Parmenone dictum, Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater. ¶ Quem ego intellexi illam haud minus, quàm ſeipſum magnificare. § Hîc ſubtiliter oneratur culpa nurus: ſi quidem indignè iniuriam faciat ſocero & marito. ¶ Neque adeò me clam eſt, quàm eſſe. § Ingenioſiſsimè poëta iam præparat cauſam ſimulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo. ¶ Hæc prius, quàm ille huc redeat. § Hîc ſubtiliter etiã terrorẽ iniecit iracundiæ mariti. ¶ Laches, & diligentiam veſtram. § Principium ſimiliter à perſona eſt factum. ¶ Laches, & diligentiam veſtram. § Remotiuo ſtatu agit Phidippus pro perſona ſua. nam in filiam remouet culpam, cur non redeat. & relatiuã ſimul tentat qualitatem: poteſt enim videri eam iniuria ſocrus ad hanc voluntatem eſſe compulſam. ¶ Laches, & diligentiam veſtram. § Ab eo cœpit quo maximè motus eſt, & quod in primis purgandum ſibi fuit: ne ſuſpectam aut voluntatem, aut diligentiam habere videatur affinium. Et cum affectu quodam, & gemitu dixit Laches, quòd ille ait Phidippe. & bene à nomine cœpit, vt cõſentire illi videatur. Et diligentiam, quòd ille ait, Sin metuis, ſatis vt meæ domi, &c. Et veſtrã melius, quàm tuam: cùm ille dixerit de ſe tãtùm. Et benignitatẽ, quòd ait, Haud tibi concedo, etſi illi pater es, vt tu illam, &c. ¶ Et diligentiam veſtram, & benignitatem. § ἀπόδοσις ad vtrunque. ¶ Diligentiã. § quia dixit, Si metuis, ſatis vt meæ domi curetur diligẽter. ¶ Benignitatem. § Quia dixit, Haud tibi concedo,*

Amiſti, pro Amiſiſti.
Itidem.
Refello.
Nego.
Te ipſo iudice.
Vt, pro ne non.
Es illi pater.

* magnificare.

Neque adeò me clam eſt, quàm eſſe eum grauiter laturum credam,
Hoc ſi reſcierit: eo, domum ſtudeo hæc prius, quàm ille huc redeat.
P. Laches, & diligentiam veſtram, & benignitatem
Noui: & quæ dicis omnia, eſſe vt dicis, animum induco.
Et te hoc mihi cupio credere, illam ad vos redire ſtudeo,
Si facere poſſim vllo modo. L. quæ res te facere id prohibet?
Ebo nunquídnam accuſat virum? P. minimè: nam poſtquam attendi
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret, ſanctè adiurat
Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare.
Aliud fortaſſe aliis vitij eſt: ego ſum animo leni natus:
Non poſſum aduorſari meis. L. hem Soſtrata. S. heu me miſeram.
L. Certúmne eſt iſtuc? P. nunc quidem vt videtur: ſed nunquid vis?
Nam eſt quod me ad forum tranſire iam oportet. L. eo tecum vnà.

etſi illi pater es, vt tu illam ſaluam magis velis, quàm ego. ¶ Et quæ dicis omnia, eſſe vt dicis. } Quòd iurauit: & quòd dixit gnati cauſa. & quòd addidit, Quòd illam amet Pamphilus. ¶ Et te hoc mihi cupio credere. } Melius quàm ſi & hîc iuraret. ¶ Et te hoc mihi cupio credere. } Bene collegit ex viciſſitudine quod volebat. ¶ Si facere poſſim. } Hîc eſt remotio, Si facere poſſim vllo modo. & mollius dixit, quàm ſi, nec facere poſſum, dixiſſet. hoc enim vult intelligi, Volo, & non poſſum facere. ¶ Ebo, nunquídnam accuſat virum? } Geſticulatio, quædam ſecretiora quærentis. ſæpe enim de maritis puellæ parentibus quæri ſolent aliquid eiuſmodi, quod ſolis ipſis committẽdum eſt. ¶ Ebo, nunquídnam accuſat virum? } Ebo, interiectio ponentis aurẽ priorem. nam illa quærit quæ ſolẽt de maritis puellæ matribus queri. ¶ Nam poſtquam attendi. } Inſtiti. & vide, num deſit Animum: vt ſit, attendi animum. non enim plenum eſt, ſed nudum. aduerti enim oculos, aut animũ, ſubauditur. ¶ Sanctè adiurat. } τὸ ad nunc actiuum eſt. ſignificat enim valde. ¶ Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. } Bene hîc addidit poëta verba Philumenæ, ad quę Phidippus reſpondebat, cùm diceret, Et ſi ſcio ego Philumena meum ius eſſe, &c. ¶ Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. } Magnificè contra illud quod Laches dixit, ægrè laturum Pamphilum. & ita locutus eſt, quaſi hoc Pamphilo gratius eſſe debeat. ¶ Perdurare. } Propriè & muliebriter dixit. ¶ Aliud fortaſſe aliis vitij eſt. } Sic dixit, ne diceret, Sed coge vt redeat: & mollius dixit Aliis, quàm ſi Tibi dixiſſet. ¶ Ego ſum animo leni natus. } Hoc contra illud quod primum dictum eſt, Etſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprimè obſequentem: ſed non adeò, vt facilitas mea illorum corrumpat animos. ¶ Animo leni natus. } Hoc eſt plenum. nam ſum animo leni, cùm dicimus, ἐλλειπτικῶς profertur. ¶ Non poſſum. } Concluſio. ¶ Ego ſum animo leni. } Qualitas venialis. ¶ Hem Soſtrata. } Quæ dixiſti, non mea opera, neque pol culpa euênit. ¶ Heu me miſeram. } Ad ſe rediri totiens, quaſi delaſſata, conqueritur. ¶ Certúmne eſt iſtuc? } Quòd Philumena non redeat. ¶ Nunquid vis? } Diſcedentis verbum. ¶ Tranſire. } Citò ire.

Ebo.

Attendo.

Aduerto.

Ad.

Animo leni natus.

Nunqd vis?

Tranſire.

ADRIA. BARL. Patrio animo victus. } Mitis pater inducitur. ¶ Tuæ libidini. } Libido quicquid libet. Vnde non modò turpium, ſed honeſtarum etiam rerũ voluntatem dicimus libidinẽ, vt hîc apud Terentiũ. ¶ Apprimè obſequentem. } Ioannes Pierius in caſtigationibus Virgilianis illud tractãs in ſecundo Georgicω̃n. Flos adprima tenax, Quamuis nonnulli, inquit, codices habeant apprimè, magis tamẽ placet quod in vetuſtioribus legitur adprima. Eámque lectionem videtur mihi agnouiſſe Aruſianus. Et in antiquo Terẽtij codice manuſcripto legitur. Meis me omnib⁹ ſcio eſſe adprima obſequentem. Eſt verò Græca figura non inelegans. ¶ Eia verò. } Eia corripientis aduerbium eſt. ¶ Nam ad vos redire ſtudeo ſi facere poſſim vllo modo. } Pro ſua perſona ſtatu remotiuo Phidippus vtitur. In filiam enim culpam remouet cur non redeat, & relatiua ſimul tentatur qualitas, nam videri poteſt ad abitionem eſſe compulſa Philumena per ſocrus iniuriam. ¶ Adiurat non poſſe. } Seruius in verſum illum Maronis. Adiuro ſtygij caput implacabile fõtis. Pro iuro, inquit, Protheſis eſt. Quidam enim volũt iuro tunc dici debere, cùm aliquid confirmamus aut promittimus, vt iuro me factorũ. Adiuro verò, cùm negamus, vt adiuro me non poſſe, me non feciſſe. Terentius, Adiurat ſe non poſſe apud nos Pamphilo abſente perdurare.

Libido, pro voluntate honeſta.

Adprima.

Aduro. Iuro.

LATOMVS. Argumentum. Colloquium ſenum, in quo Laches poſtulat aperiri cauſam diſceſſionis, & Phidippus Pamphilum excuſat. quæ res pertinet ad augendum periculum Soſtratæ ex ſuſpicione Lachetis. ¶ Libidini aduer. } Libidini voluntati, in bonam partem. ¶ Phidippe, etſi. } Admonitio, quam auget comparatione, & eſt vice exordij expoſtulationis. ¶ Eia verò. } Blãda correptio ad defenſionẽ. ¶ Haud ita. } Dilemmate colligit propoſitionem, & iniuriam fieri oſtendit. ¶ At, ita me dij ament, haud. } Propoſitio confirmationis. ¶ Id adeò gnati. } Probatio à ſtudio erga filiũ, & metu incommodi. ¶ Laches, & dili. } Purgatio. ¶ Minimè, nam poſtquam. } Excuſatur Pamphilus. ¶ Aliud fortaſſe. } Purgatio à natura.

Libido.

PETRVS MARS. Et ſi ſcio. } Licere parentibus ſubinde falſa comminiſci, & denuntiare mendacia, quo liberorum ſuorum famæ integritatem, pudicitiam & honeſtatem tueantur, docet hæc ſcena: idque exemplo Phidippi. Nam cùm eſſet grauida ignorante Pamphilo Philumena, & ob eam cauſam, ſi ad ſocrum rediiſſet, in vitio inueniretur, finxit pater animũ filiæ alienatum

*alienatum à Pamphili familia propter eius abſentiam. Plato libro ſexto de legibus: Multa conceſſa ſunt à legiſlatore parentibus, vt illorum probitatem augeant, quæ tamen ſi modum exceſſerint, caſtiganda ſunt, ne inde poſtea malis exemplis peſſundetur legum integritas.*

RIVII CASTIGATIO.

*Haud minus quàm ſeipſum magnificare.* ❡ *Manuſcriptus quidem codex magnificare hoc loco habet, ſed diſſentientibus cæteris omnibus. Quare nihil immutaui. Magnificare autem Terentius pro plurimi facere & charum habere poſuit: quæ vox quanquam rara ſit inuẽtu, tamen identidem ea vtitur Plautus. vt in Sticho: Pudicitia eſt pater eos magnificare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi. Idem in Menæchmis: Quia pol te vnũ ex omnibus Venus voluit me magnificare. Sic in Pſeudolo quoque. Plinius de naturali hiſtoria libro decimoſeptimo capite nono. M. Varro, inquit, principatum dat turdorũ fimo ex auiariis: quod etiã pabulo boum ſuúmque magnificat, neq; alio cibo celerius pingueſcere adſeuerat. Idem eodem verbo vtitur libro trigeſimo capite decimo, preterea aliis in locis. Quod ad carminis rationem attinet, poteſt vtrumlibet legi, vel magnificere vel magnificare. Nam, vt initio ſtatim huiuſce libelli adnotauimus, Poëta in iambico tetrametro catalectico hoc ſibi permittit, vt pro penultima longa in fine verſus duas ponat breues: Qua ratione vides hic vtrumuis quadrare.* ❡ *Nam eſt quòd me forum tranſire iam oportet.* ❡ *Nos addimus præpoſitionem ad, ex vetuſtis exemplaribus: quod ex Donato quoque videor deprehendiſſe.*

*Magnificare.*

GLAREANVS.

*Verſus ſunt iambici tetrametri catalectici, non acatalectici, vt in quibuſdam libris perperam adſcriptum inuenimus. In ſecundo proceleuſmaticus eſt loco quinto, qui & tertio loco eſſe poteſt, vt quarto ſit iambus. Quartus verſus corruptè legitur in omnibus quotquot nos vidimus exemplaribus, quem nos ita legendum cenſemus;*

*Atque eccum ipſum optimè video, ex hoc quid ſiet, iam ſcibo.*

*Nec obſtat quòd hactenus non ſit nominatus, quem continuò ipſe proprio appellat nomine, hîc verò omiſit iracundia præpeditus in vxorem. Iudicet lector, & videbit, nos nõ temerè motos eſſe. In quinto Meis monoſyllabum eſt, & Me ante Omnibus legendum, præterea in omnibus s, à fine eliditur; vt loco quarto ſit tribrachys. Quanquam & tertio loco bacchius, & quarto amphibrachys eſſe poteſt, abſque eliſione omni. In ſexto vel Mea monoſyllabum, vel creticus eſt loco quarto. In nono, Amiſti ex Donato legendum κατὰ συγκοπὴν. In vndecimo, Profer prima lõga eſt, de qua diximus bis antea. In decimotertio, Sin producitur, vt aliàs ſemper. In decimoquarto, Mihi monoſyllabum totum eliditur. In decimoquinto, duo dactyli ſunt initio, tertio loco creticus, quarto iambus, dein duo ſpondei. In decimoſeptimo, s, in Magis eliditur, niſi creticus ſit loco tertio. Nam quarto loco iambus eſt, quinto proceleuſmaticus. In viceſimotertio, ſi Mihi monoſyllabum fuerit, dactylus, ſin diſyllabũ, proceleuſmaticus erit loco ſecundo. Quarto à fine eundem proceleuſmaticum habet loco quinto.*

DONAT.

A EDEPOL *næ nos mulieres ſumus iniquè æquè omnes inuiſæ viris.* ❡ *In hac ſcena eſt allocutio, qua inducitur ſecum loquẽs anus: per quam orationem, mores eius, & animus mitis intelligi poſſit.* ❡ *Iniquè æquè.* ❡ *Comicum παρόμοιον. Et vide ſententiam defenſionem accuſatarum ſocruum continentem: contra illud quod ait, itaque vno animo omnes ſocrus oderunt nurus. Officium enim boni poëtæ eſt, nullum genus hominum ſpecialiter lædere. Sic Virgilius, Quod ſæpe malæ legere nouercæ. Id eſt, non omnes nouercæ, ſed tantùm malæ.* ❡ *Aedepol næ nos mulieres ſumus, &c.* ❡ *Laches generaliter incuſauit ſocrus: hæc plurimas defendit. Cauſa accuſationis iniquæ, Non enim omnes ſumus malæ.* ❡ *Nam ita me ament dij.* ❡ *Bene iurat: nam ſine iureiurando incredibile eſt, ſit bona ſocrus.* ❡ *Quòd me accuſat.* ❡ *Deeſt In eo. vt ſit, In eo quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam. An Quod, propter quod?* ❡ *Socrus omnes eſſe iniquas.* ❡ *Intelligitur quibus iniquas, id eſt nuribus: quia ſocrus nomen eſt ad aliquid dictum.* ❡ *Ita animum induxerunt.* ❡ *Inducere animum eſt ita tenere vt non amittant: id eſt perſuadere animo ſuo.* ❡ *Haud pol me quidem.* ❡ *Eſſe iniquam, ſubaudiendum eſt à ſuperiore, vt ſit Pol pro pleno iureiurando.* ❡ *Haud pol me quidem.* ❡ *Subaudiendum, ſcio eſſe, aut noui eſſe, aut tale quid, ſecũdum ἔλλειψιν, quæ familiaris eſt his qui ſecum loquuntur.* ❡ *Nec quî hoc mihi eueniat.* ❡ *Quî, vnde.* ❡ *Multis modis.* ❡ *Vehementer.* ❡ *Iam expecto vt redeat.* ❡ *Quia nihil mirum in matre eſt expectare vt filius redeat: iccirco additum, multis modis.*

*Ita me dij ament.* ❡ *Cur iurat? an quia ſine iureiurando incredibile ſit bonam eſſe ſocrum?* ❡ *Sum extra noxiam.* ❡ *Apud idoneos ſcriptores noxia culpam ſignificat. Iureconſultus ſcribens de verborum ſignificationibus. Noxę appellatione omne delictum continetur. Inde noxales actiones dictæ à noxa. Beroaldus Seruium notat, qui in verſu illo Maronis, Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei, Noxam*

*Iniquè æquè.* *Quod.* *Socrus.* *Inducere animum.* *Quî.* *Multis modis.* ADRIA. BARL. Noxia. Noxa.

# ACTVS II. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

SOſtrata queritur genus mulierum nimis eſſe ſuſpectum viris.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena introducitur Soſtrata ſecũ loquens, conquerendo de ſuſpicione, quam contraxerant in omnes mulieres viri. Ex quo facilè colligi poteſt animus mitis, atque compoſiti illius anus mores.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Querela eſt de communi malo mulierum.

*Trochaici quadrati catalectici.*

SOSTRATA.

AEdepol næ * nos mulieres ſumus iniquè æquè omnes inuiſæ viris
Propter paucas, quæ, omnes faciunt dignæ vt videamur malo.
Nam *ita me ament dij, quòd me accuſat nũc vir, ſum extra noxiam.
Sed non facile eſt expurgatu: ita animum induxerunt, ſocrus
Omnes eſſe iniquas. haud pol me quidem: nam nunquam ſecus
Habui illám, ac ſi ex me eſſet nata: nec quî hoc mihi eueniat, ſcio:
*Niſi pol filium multis modis iam expecto, vt redeat domum.

*pro pœna ſit interpretatus.* ⁋*Haud me quidem.*} *Subaudi, ſcio me quidem non eſſe iniquam, aut vllam feciſſe iniuriã Philumenæ, quamobrem à nobis abiret.* ⁋*Nam nũquam ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata.*} *Secus cum ac venuſtè. Sic & Cicero. Non ſecus, ac ſi meus eſſet frater. Idem, Non dixi ſecus ac ſentiebam. Apud eũdem ad Atticum, Velim domum ad tuos ſcribas: vt mihi tui libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adeſſès.*

* nos ſu- m⁹ ĩiquè æquè oĩ- noomnes

*Secus ac.*

* ita dij me a.

LATOMVS.

*Argumentum.*} *Querela Soſtratæ, qua ſe purgat apud ſpectatores.* ⁋*Aedepol næ.*} *Defenſio totius generis contra accuſationẽ Lachetis.* ⁋*Me quidem.*} *Eclipſis, ſubaudi eſſe ſcio.*

*Niſi, pro Sed.

PETRVS MARS.

*Aedepol.*} *Quòd ſubinde malorum quorundam improbitas omnibus imputetur, docetur hac ſcena. Quod ipſum de mulieribus verificatur maximè: nam illarum ſexus, quod pleraſque malas habet, totus infamatur. Ariſtoteles libro ſeptimo Politicorum: Sed mulieres, vt vulgò dicitur, omnes malæ ſunt. Quod ſi eſſet, non poſſemus ſanè feliciter ætatem degere: ſed quia pleræque ex illis, grauiſsimis quibuſdam animi morbis laborãt, vt inuidia, ira, garrulitate, omnes tamen ad hanc ſtateram ponderantur.*

*nos ſum⁹ ĩiquæ æquæ, omnes.

RIVII CASTIG.

*AEdepol na nos ſumus mulieres ęquè omnes inuiſæ viris.*} Nos, *Aedepol na nos ſumus mulieres iniquè æquè omnes inuiſæ viris: quod, vt alia omittam, ex interprete etiam colligitur, qui iniquè æquè Comicũ παρόμοιον eſſe adnotauit.*

GLAREANVS.

ET *hi ſunt catalectici, ſed trochaici. In primo Aedepol extra carmen eſſe admonuit D. Eraſmus. quod placet, niſi quis monometrum aut creticum eſſe dicat, vt in Eunucho Actus ſecundi ſcena tertia Occidi. quod & ipſum placet. Eſt & tertio loco dactylus, & s, in Sumus eliditur. In quinto verſu creticus eſt loco quinto: in vltimo, loco quarto.*

DONAT. NEMINI *ego plura acerba.*} *Hîc allocutio eſt per conqueſtionem. Et bene non ſe amatoribus modò, ſed infelicibus amatoribus comparauit. & principiũ eſt à ſumma totius mali.* ⁋*Nemini plura acerba.*} *Ab eo loco conqueſtionis, in quo dicitur, quòd nulli ferè talia aduerſa cõtigerint.* ⁋*Nemini ego plura acerba.*} *Nimis conturbati & tragici in hac ſcena dolores eſſent, non comici, niſi adderet, Ex amore.* ⁋*Nemini ego plura acerba eſſe credo.*} *Acerba dupliciter euenerunt Pamphilo. Ex præterito de meretrice: ex præſenti de vxore.* ⁋*Heu me infelicem.*} *Ab ipſa ſimplici exclamatione.* ⁋*Hanccine ego vitã.*} *Ab eo quod ab aduerſis ad aduerſa delatus ſit.* ⁋*Parſi perdere.*} *Parco, conſeruo, parſi facit: Parco, veniam do, peperci. Modò ergo continui, abſtinui ſignificat.* ⁋*Cupidus redeundi domum?*} *Ab eo quod contra ſpem contigit malum.* ⁋*Heu me infelicem.*} *Lachrymans hoc dicit,* ⁋*Vbiuis gentium agere ætatem.*} *A malorum ſuorum comparatione.* ⁋*Vbiuis gentium agere ætatem.*} *Magna deteſtatio præſentis loci, eligere quaſuis terras, vel quamuis gentem potius quàm eam in qua eſt. Virgilius, Tollite me Teucri, quaſcunque abducite terras. Et gentium hîc abundat. Et bene, Vbiuis gentium agere ætatem: quia ſuprà dixerat, Hanccine ego vitam parſi perdere? Nimis enim tragicum fieret, Satius erat in mari perire.* ⁋*Atque hæc ita eſſe miſerum me reſciſcere?*} *Quod ait, lachrymantis eſt. Reſciſcere, eſt vix reperire, quod de induſtria fuerat celatum.* ⁋*Nam nos omnes quibus eſt alicunde.*} *Aut deeſt Apud, vt ſit, apud nos omnes: Aut nos omnes, pro nobis omnibus.* ⁋*Nam nos omnes.*} *Ratio ſuperioris ſenſus. & deeſt Apud, aut Penes, aut quid tale.* ⁋*Nam nos omnes, quibus eſt.*} *Conſtat hanc σύλληψιν eſſe. retulit enim, Lucro eſt, non ad, nos omnes: ſed ad, quibus eſt alicunde:*

*Parſi.*

*Peperci.*

*Gentium.*

*Reſciſco.*

# ACTVS III. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

PAmphilus queritur ſe abſente vxoré ad ſuos abiiſſe, relicta ſocru.

ARG. PAV. MALLEO.

HIC eſt allocutio per conqueſtionem ipſius Pamphili, qui bene non ſe amatoribus, verùm infelicibus quoque amatoribus comparauit, vbi accepit vxo-

*alicūde: vt ſit ordo, Nā quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos, lucro eſt tēpus. hoc eſt, nos omnes. ¶ Nā omnes, quibus eſt.} Hac figura vſus eſt etiam Tullius pro Murena, Prætor quoque ne ſepulchrum ac beatum putaret, ei quoque carmē compoſitum eſt. Nā ille datiuum caſum ſubiecit, cùm præpoſuiſſet nominatiuum. Et totum Apollodori eſt: qui ſic ait,* * *¶ Quibus eſt alicunde.} Hoc genus locutionis abſolutum dicitur. Tale eſt apud Virgilium, Craſtina lux, mea ſi nō irrita dicta putaris, Ingentes Rutulæ ſpectabis cædis aceruos. ¶ At ſic.} Sed ſic. ¶ At ſic, citius quî te.} At hoc modo, quòd veniſti: & diſcordias eſſe celerius reperire poteris: et quo modo his ærūnis te abſoluas. Et bene expedias ærumnis. aut enim ſoluunt nos curæ abeuntes, aut impediunt & ligant aduenientes. Vt, Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas. ¶ At ſic, citius quî.} Sentētia contraria. nā ſuprà ſic collegit, Si ignorare mala ſua vnicuique bonum eſt: ſequitur vt malum ſit, ea citò cognouiſſe. hîc per contrarium, Si in aduerſis ſuis ſuccurrere vnicuique quāprimum bonum eſt: ſequitur vt citò ea cognouiſſe ſit quā optimum. ¶ Sed nūc aduentum tuum ambas.} Ne accuſare alteram altera audeat. ¶ Rē cognoſces.} Melius eſt rem, quàm litem. ¶ Rem cognoſces.} Iram expedies: rurſum in gratiam reſtitues. τρίκολος ſententia. & bono ordine vſus eſt. Prius enim fit querela. deinde ponitur iracundia. poſtremò reditur in conſilium. ¶ Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe.} Genus conſolationis, non à ſubſtantia, ſed à quātitate. non dicit non eſſe cauſam ſolicitudinis, ſed leuē dicit. ¶ Quæ tu pergrauia eſſe.} Bene additū contra Leuia, non grauia, ſed pergrauia. ¶ Leuia*

*Abſolutū genus locutionis.*

*At ſic.*

*Expedire ſe ærumnis.*

rem à ſuis diſceſſiſſe. Parmeno deinde oſtendit, vel leuiſſima interdum cauſa inter mulieres, quas pueris comparat, inimicitias exoriri.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

A Querela exorditur Pamphilus, nam conqueritur ſibi ex amore tot mala offerri, quòd redierit domum, dolet.

*Tetrametri & Iambici & Trochaici miſti, vix vt diſcernere poſſis interdum. In fine Senarij aliquot.*

PAMPHILVS, PARMENO, MYRRHINA.

NEMINI *ego plura acerba eſſe credo ex amore homini vnquam oblata*
*Quàm mihi: heu me infelicem, hanccine ego vitam parſi perdere?*
*Haccine cauſa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?*
*Cui quanto fuerat præſtabilius, vbiuis gentium agere ætatem,*
*Quàm huc redire? atque hæc ita eſſe miſerum me reſciſcere?*
*Nam nos omnes, quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos,*
*Omne quod eſt interea tempus, prius quàm id reſcitum eſt, lucro eſt.*
PAR. *At ſic, citius quî te expedias his ærūnis, reperias.*
*Si non rediſſes, hæ iræ factæ eſſent multo ampliores:*
*Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras:*
*Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues.*
*Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum.*
PAM. *Quid conſolare me? an quiſquam vſquam gentium eſt æquè miſer?*
*Prius quàm hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:*
*Iam in hac re vt taceam, cuiuis facile ſcitu quàm fuerim miſer.*
*Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater.*

*ſunt.} A quantitate. ¶ Quę tu in animum induxti tuū.} Id eſt perſuaſiſti tibi. ¶ Quid conſolare me? an quiſquam vſquam.} Vt ſolet in vero amore, ipſa conſolatione egreſcit dolor. Et ingenioſè: non inquit dicis, ſed cōſolaris me: & hoc ipſo oſtendis ſcire te quòd miſer ſum. ¶ Pri⁹ quā hanc vxorem duxi.} Hoc refert ad illud caput in quo ait, Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini vnquā oblata. ¶ Pri⁹ quàm hanc vxorem duxi.} Ante rem. ¶ Habebam alibi animum amori deditum.} An miſer ſit in amore, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. Ante rem, in re, & poſt rem. ¶ Habebam alibi.} Grauius dixit Alibi, quàm ſi in meretrice diceret. & maluit alibi dicere, quàm ad meretricē. ¶ Quā mihi obtrudit.} Rectè enim dici potuit, Quomodo ergo vxorem duxit, ſi amabat? Et bene obtrudit, quia inuito. Sic alibi, Aliquid monſtri alunt: ea quoniā nemini obtrudi poteſt, Itur ad me. Et obtrudit, pro obtrudebat, ἐνέργεια temporis. ¶ Vix me illinc abſtraxi.} Vix, vel multis modis, vel ſtatim ſignificat. ¶ Atque expediui animum meū.} Curæ, vt diximus, aut ligāt, aut ſoluūt. vt Virgilius, Quæ mihi reddat eum, vel eo me ſoluat amātem. Amatoriè enim, curæ vincula dicuntur. ¶ Vixque huc.} Maluit Huc, quā ad vxorē, dicere. ¶ Hem, noua res orta eſt, porrò.} Porrò, deinde. & vim habet deinde modò implicationem continuarum miſeriarum referentis. ¶ Quod cū ita eſſe inuenero, quid reſtat, niſi porrò vt fiam miſer?} Ordinem ſeruauit allocutionis, in quo à præteritis, à præſentibus, à futuris inducitur perſonæ loquentis oratio. ¶ Niſi porrò vt fiā.} Porrò, poſtea, vel in poſtremum. alij coniunctionem putant. ¶ Pietas iubet.} Aptè, quia Ferre dixit, ad-*

*Inducere in animum*

*Obtrudo.*

*Vix.*

*Expedire animum.*

*Porrò.*

*Porrò.*

*dit iubet.* ¶ *Tum vxori obnoxius ſum.* } *Matris cùm dixiſſet, non intulit vxoris, ſed mutauit caſus.* ¶ *Ita olim ſuo me ingenio pertulit.* } *Olim, ad diuturnitatem retulit, non ad ſpatium præteriti temporis.* ¶ *Tot meas iniurias.* } *Hæ ſunt iniuriæ quas ſuprà dixit, Nocte illa prima virginem non attigit: Quæ conſecuta eſt nox, eam nihilo magis. Et deinde, Quid interea? ibátne ad Bacchidē? Quotidie.* ¶ *Tot meas iniurias.* } *Aliam vim habet quod dixit, me pertulit: aliā, quod adiecit, iniurias meas: aliā, quod reticuit.* ¶ *Quæ nunquam vllo patefecit loco.* } *Non dixit Quas, ſed Quę, vt ad omnia, nō ad iniurias, referatur extrema concluſio.* ¶ *Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt.* } *Bene de ambabus ſentiens, putat magnam cauſam eſſe, quæ iram fecerit, & iram diuturnā.* ¶ *Quæ tam permanſit diu.* } *Et à re, & à tempore.* ¶ *Haud quidem hercle parum eſt.* } *Seruilis ratio & ſordida: et non his reſpondens omnibus quæ dixit Pamphilus, ſed tātùm nouiſſimæ parti.* ¶ *Si vis vero veram rationem exequi.* } *Vero, vel nomen eſt, vel coniunctio, vel aduerbium.* ¶ *Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias faciunt.* } *Iniuriæ faciunt iras, non iræ iniurias. Sed hîc facetè* ὑπαλλακτικῶς *dixit, ſecūdum ſuperiorem rationem increpās errorem Pamphili, qui de iræ magnitudine æſtimet iniuriæ quātitem. Alij faciunt, probant, oſtendunt, intelligunt. Cautè dixit Interdum: plerunq; enim ſic.* ¶ *Parum.* } *Subaudiendum, Neceſſe eſt eueniſſe, vel euenit. nam cōſequēs ſentētia tollit quod ille dixit, neceſſe eſt.* ¶ *Nō maximas, quæ maximæ ſunt.* } *Senſus eſt, In quo primum, non iræ iniurias faciunt: accipiendum eſt. ſecūdum, non maximas maximæ. Faciūt,*

*Olim.*

*Vero.*

*Facere iniurias.*

*I.

Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea expediui animum meum:
Víxque huc contuleram, hem noua res orta eſt, porrò ab hac quæ me abſtrahat:
Tum matrem ex ea re me aut vxorem in culpa inuenturum arbitror:
Quod cùm ita eſſe inuenero, quid reſtat, niſi porrò vt fiam miſer?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet:
Tum vxori obnoxius ſum: ita olim ſuo me ingenio pertulit:
Tot meas iniurias: quæ nunquam vllo patefecit loco.
Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu.
PAR. Haud quidem hercle parum eſt: ſi vis verò ueram rationem exequi,
Non maxumas, quæ maxumæ ſunt interdum iræ, iniurias
Faciunt: nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt,
Cùm de eadem cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt!
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres ſunt fermè, vt pueri, leui ſententia:
Fortaſſe vnum aliquod verbū inter eas iram hanc conciuerit.
PAM. * Abi Parmeno intrò, ac me veniſſe nuntia. PAR. hē, quid hoc eſt? PAM. tace:
Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum: agedum ad fores
Accede propius. PAR. hem, ſenſiſtíne? PAM. noli fabularier:
Proh Iuppiter clamorem audio. PAR. túte loqueris, me vetas?
M. Tace obſecro mea gnata. PAM. matris vox viſa eſt Philumenæ.

*pro oſtendunt.* ¶ *Cùm de eadem cauſa.* } *Obſcurauit elocutionem ſuam: ſed conuenit ſeruo hæc humilitas orationis. nam plenum erat, ſi diceret, Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt, cū de eiſdem rebus eſt iracundus factus inimiciſſimus. Eſt autem pro euenit dixit. et eſt ordo, Sępe eſt, cum quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt: de eadem cauſa iracundus, factus eſt inimiciſſimus.* ¶ *Iracundus fact⁹ eſt inimiciſſimus.* } *Iratus eſt, qui ex aliqua re laceſſitus iraſcitur. Iracundus, qui ex parua nulláue cauſa præcedente iraſcitur.* ¶ *Pueri inter ſeſe.* } *Argumentum à ſimili.* ¶ *Quapropter?* } διαλεκτικῶς *interrogat* ¶ *Quia enim qui eos gubernat anim⁹.* } αἰτιολογικὴ ἀπόκρισις. ¶ *Infirmum gerunt.* } ἐσχηματισμένως, ἀντὶ τοῦ *Infirmus eſt. Sed* ἀνακολουθία *iſta conuenit ſeruo.* ¶ *Itidem illæ mulieres ſunt fermè, vt pueri.* } *Artificioſè mulieres, à perſona. à ſimilitudine, Pueri. à facto, Iras gerūt. ab accidentibus ſimilitudinis, Animus infirmus. à collatione perſonæ mulieris accidentium, Leui ſentētia. à facto, Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hāc conciuerit. qua ſententia totum hîc ſublatum eſt quod ait, Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno, vnde ira inter eas interceſſit.* ¶ *Fortaſſe vnum aliquod verbum iram hāc conſciuiſſe.* } *Sic Plautus, Fortaſſe te amare ſuſpicauere. Nam veteres infinitiuo modo adiungebant Fortaſſe.* ¶ *Conciuerit.* } *Commouerit.* ¶ *Quàm pro leuibus noxis.* } *Interrogatiuè. Noxis, iniuriis, culpis.* ¶ *Itidem illæ mulieres.* } *Sexus alius, ad ingenium & ſenſus, idem eſt. Et mirè ſimilitudinem contulit ad id quod agitur.* ¶ *Iram hanc conciuerit.* } *Legitur & conſciuiſſe. & rem cōſciuiſ-ſe*

*Eſt, pro Euenit.*

*Iratus.*

*Iracundus.*

*Fortaſſe.*

*Conciuerit.*

*Noxa.*

Nullus ſum. PAR. * qui dum? PAM. quia
perij. PAR. quamobrem? PAM. neſcio
quod magnum malum
Profectò Parmeno me * celas. PAR. vxorem
Philumenam
Pauitare, neſcio quid dixerunt: id ſi fortè eſt,
neſcio.
PAM. Interij: cur mihi id non dixti? PAR.
quia non poteram vnà omnia.
PAM. Quid morbi eſt? PAR. neſcio. PAM
quid? nemóne medicum adduxit? PAR.
neſcio.
PAM. Ceſſo hinc ire intrò, vt hoc quamprimum, quidquid eſt, certum ſciam?
Quónam modò Philumena mea nunc te offendam affectam?
Nam ſi periculum vllum in te eſt, periiſſe me vnà haud dubium eſt.
PAR. Nõ vſus facto eſt mihi nunc hunc intrò ſequi:
Nam inuiſos omneis nos eſſe illis ſentio.
Heri nemo voluit Soſtratam intrò admittere.
Si fortè morbus amplior factus ſiet,
Quod ſanè nolim, maximè heri cauſa mei:
Seruom illico introiſſe dicent Soſtratæ:
Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali
Capiti, atque ætati illorum, morbus qui auctus ſiet.
Hera in * crimen veniet, ego verò in magnũ malum.

Conſciuerit ſe, eſt rem nouam feciſſe.
¶ Cõſciuerit.} Decreuerit, fecerit. ¶ Curſari rurſum, prorſum.} Rurſum propriè retro, — *Rurſum.*
*Prorſum.* Prorſum ante ſignificat. & eſt prouerbiale, vt dicimus, Sùrſum deorsũ, intrò foras, hac illac. & ſimilia: Græci ἄνω κάτω. ¶ Trepidari ſentio, curſari rurſum, prorſum.}
*Trepidatio* Trepidatio, ad vocem
*Curſatio.* refertur loquentium: Curſatio, ad ſonum pedum. Et trepidatur ab his qui morbum putant: Curſatur ab his qui raptum ſciunt. ¶ Túte loquerus: me vetas?} Mirè expreſſus eſt mos auſcultantium. ¶ Tace obſecro mea gnata.} Non ſolùm hîc Iuno Lucina non inducitur, ſed etiam ſilentium parturienti inſuper imponitur: quia furtiua conceptio eſt. & tamen eiuſmodi verba ſunt matris, vt duntaxat argumentum ſcientibus manifeſta ſint: Pamphilo verò & Parmenoni, tanquam ægram contine̅ctis filiam videantur. ¶ Tace obſecro mea gnata.} Cõceptum furtiuum furtim cõuenit naſci. ¶ Quia perij.} Satis amatoriè. ¶ Matris vox viſa eſt.} Omnia hæc
*Viſa vox.* quæ ſenſu percipi poſſunt, viſa dicimus. Virg. Viſæque canes vlulare per vmbram. ¶ Vxorem Philumenam pauitare.} Pauitare τῷ ἐξουθενισμῷ. ¶ Pauitare neſcio qd.}
*Pauere.* Pauere & timere, & ad cor-
*Timere.* poris, & ad animi perturbationem veteres referebãt. Plautus in Bacchidibus, Nam & ex mari timida ecce ego pauitare, ægrotare, quia ſic horruiſſe, ac palpitare venis. ¶ Quia nõ poterã vnà omnia.} Deeſt,
*Null⁹ ſum.* dicere. ¶ Nullus ſum.} Rurſus ſe infelicem & miſerum appellauit hic. ¶ Nullus ſum.} αὐξηθικῶς. ¶ Quia non poteram vnà omnia.} Cum ſtomacho pronuntiauit: & deeſt dicere. ¶ Nemóne medicum adduxit?} Scilicet ex quo ſcire poſſes.
*Neſcio.* ¶ Neſcio.} Perturbatus Parmeno idem repetit verbum. & verbum aptum eſt perſonæ ſeruili. ¶ Ceſſo hinc ire intrò.} In vultu proloquium. Sic autem agit poëta, vt grauem morbum in vxore ſuſpectans maritus, protinus ingrediatur, & partum improuiſus offendat. ¶ Quónam modo Philumena.} Amatoria ἀποστροφή. Sic in Phormione, Quòd ſi eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt diſtrahar, nulla eſt mihi vita expetenda. ¶ Nam ſi periculum vllũ in te ineſt.} Multum dixit, Si in te periculum ineſt, me periiſſe non dubito. tantus autem affectus non eſt mariti tantùm, ſed amatoris quoque. ¶ Nam ſi periculum vllum.} Non permiſit amor dicere perituram: ſed ſi periculum. ¶ Offendã affectam?} — * quid
Laſſam poſſeſſámque morbo. ab eo quod eſt affici: vnde affectus dicuntur, propter quos afficimur. — *Affecta.* *Affectus.*
¶ Non vſus facto eſt mihi.} Vide artificem Terẽtium, quemadmodum aliàs per Pamphilum, aliàs per ipſum Parmenonẽ inuenit, quemadmodum neſciatur à cæteris, virginem ante nuptias ab ipſo Pamphilo vitiatã eſſe. — *celant?
¶ Nõ vſus facto.} Non vtile. Facto abundat. — *Vſus facto.*
¶ Nam inuiſos omnes nos eſſe illis ſentio.} Acutè eiuſmodi cauſam reppẽrit, quæ vel hominem curioſum contineret: quæque non Parmenonem modò, ſed mox etiam Soſtratam arceat ab ingreſſu. ¶ Heri nemo voluit Soſtratam.} Quaſi alius dixerit, Vnde intelligis? ¶ Heri nemo voluit Soſtratam.} Argumentum edij. ¶ Maximè heri cauſa mei.} Bene maximè: qui et propter ipſam, vel propter inuidiam ſocrus, nõ velit fieri grauiorẽ morbum. ¶ Seruum introiſſe illico.} Mirè vt crimĩnoſius, ſuſpicioſúmque ſit: non Lachetis, aut Pamphili ſeruam, ſed Soſtratæ: nec Parmenonem ſaltem. ¶ Comminiſcentur.} Dicent, cùm cõfinxerint. — *Comminiſci.*
¶ Capiti atque ętati illorum.} Bene τῷ εὐφημισμῷ maluit Illorum, quàm Puellæ dicere: quod vtique intelligitur. — *litem
¶ Qui.} Qui, vnde. ¶ Hera.} Soſtrata in litem. ¶ Ego verò in magnum malum.} In quæſtionis tormenta. — *Qui, prò vnde.*

ADRIA. BARL.

Nemini plura.} Ab eo conqueſtionis loco exorditur, in quo dicimus nulli ferè tantum contigiſſe, quãtum nobis aduerſitatum. Conqueſtionis locos ſexdecim ponit M. Tullius libro primo de inuentione cap. vltimo. Eſt autem conqueſtio, oratio qua auditorum miſericordiam captamus. — *Conqueſtio.* ¶ Nemini ego plura acerba.} Tragica eſſet, nõ comica hæc conqueſtio, niſi adderet ex amore. ¶ Heu me infelicẽ.} Hoc lachrymans dicit. ¶ Parſi perdere?} Diomedes libro primo. parco peperci, parſi legimus. — *Parco.* Terentius. Egóne hanc vitam parſi perdere? Plaut. Duorum laborum ego hominum parſiſſem libens. ſic enim melius veteres parſi declinãt. Nam parſimoniam non parcimoniam dicimus. Volunt autem quidem differre hæc duo, vt parſi ſemel quid factum eſſe ſignificet, peperci autẽ & ſemel & ſæpius. facit autem participium futuri parſurus. ¶ Hanccine ego vitam parſi perdere?} Eſſet nimium tra-

*gicum ſi dixiſſet, ſatius erat in mediis perire fluctibus.¶ Vbi vis gentium ætatem agere.} Magna præſentis loci deteſtatio eſt, ſi quamuis terram preferas illi in qua agis. Non diſsimile eſt ſi dicas. Quis non malit vel in vltimas Indiæ ſolitudines profugere, quàm hos ferre literarum ſimios? Non paulo malim inter pecora vitam tranſigere, quàm inter hoc brutorum omnium brutiſsimum genus. ¶ Aduētum tuum ambas ſcio reuerituras.} Ne Soſtrata Philumenam, & hæc illam accuſare audeat. ¶ Rem cognoſces.} Vide bonum ordinem, prius enim querimur, iram deinde ponimus, poſtremò redimur in gratiam. ¶ Leuia ſunt quæ tu pergrauia eſſe.} Genus conſolationis eſt, neque negat cauſam ſolicitudinis eſſe, ſed leuem eſſe dicit. ¶ Quid conſolare me?} In vero amore ipſa ſolet conſolatione dolor augeri. ¶ Habebam alibi animum amori deditum.} Nō paulo honeſtius dixit alibi, quàm ad meretricem. Et hîc narrationis initium eſt. ¶ Hem noua res orta eſt.} Cōtinuatas ſignificat miſerias, ita vt mala malis ſuccedere ſolent. ¶ Non maximas quæ maximæ ſunt interdum iræ.} De iræ magnitudine æſtimanda non eſt iniuriæ quantitas. ¶ Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis.} Quàm per admirationem dixit. ¶ Itidē illæ mulieres.} Argumentum à ſimili. ¶ Curſari rurſum prorſum.} Hoc planè ſimillimum eſt illi Terentiano, ſurſum deorſum, pro eo quod eſt, huc illuc. Prouerbiale eſt, vt græcè, ἄνω κάτω, cùm omnia permiſcentur, & ordo rerum conturbatur. ¶ Ceſſo hinc ire intrò?} Maritus ingreditur morbo graui ſuſpicans laborare vxorem. ¶ Si periculum in te &c.} Magnum vide affectum, non mariti ſolùm, ſed & amatoris. ¶ Non vſus facto eſt.} Pro eo quod dicimus, non vtile eſt mihi. ¶ Nam inuiſos omnes nos eſſe.} Aetiologia eſt argutior. Cauſæ redditio dicitur. Sic & apud Maronem. Ad cœlum tendens ardentia lumina fruſtra, Lumina. nam teneras arcebant vincula palmas. ¶ Aliquid tuliſſe &c.} Ingredi hoc tempore nolo, ne quid per me illatum ſuſpicentur quod morbum auxerit. ¶ Ego verò in mag. ma.} Ego verò quæſtionibus admouebor, vario cruciatus genere torquebor.*

Aetiologia

LATOMVS

*Argumentum. Querela Pamphili ob diſsidium matris & Philumenæ. Et eſt periculum Pamphili in protaſi fabulæ. ¶ Heu me infeli.} Exclamando variè amplificat dolorem à reditu. ¶ Nam nos.} Aetiologia. ¶ Labos.} Moleſtia. ¶ At ſic citius.} Conſolatio Parmenonis. ¶ Rem cognoſc.} Incrementum. ¶ Priuſquam.} Narratio, qua à tempore præterito amplificat. ¶ Vix me illinc.} A præſenti. ¶ Tum matrem.} A futuro, & perſonis. ¶ Nam matrem.} Cauſſa à pietate in matrem, & meritis vxoris. ¶ Sed magnum.} Suſpicio à tempore. ¶ Non maxumas.} Sæpe magnæ iræ ex non magna iniuria concitatæ ſunt. ¶ Pueri inter ſeſe.} Declarat exemplo. ¶ Abi Parme.} Sternitur via ad epitaſin, eſt enim occaſio qua innoteſcet partus Philumenæ. ¶ Neſcio quod.} Suſpicatur Parmenonem ſcire, & de induſtria celare. ¶ Quónam modo.} Pathetica & amatoria ſolicitudo. ¶ Non vſus facto.} Pro, non vtile factu, eadem figura, qua, opus eſt facto. ¶ Seruom.} Acuta & inuidioſa ratio in Phidippi domum. & rectè non ingreditur, ne interueniat parienti Philumenæ.*

Labos.

Vſus facto.

PETRVS MARSVS.

*Nemini.} Iracūdas & pronas eſſe in perturbationēs omnes animi mulieres, & leuiſsimis ſubinde de cauſis magnas moleſtias & turbulentias concitare, docet hęc ſcena. Et certè ſic eſt: nam quo fuerint animi remiſsiores & ad puſillanimitatem propenſiores, hoc magis in iram & inuidiam declinant. Quare Plato dicebat mulieres eſſe iracundiores viris, ægros & laborantes integris & corpore ſanis, pueros ætate vigentibus, ſenes adoleſcentibus. Nam quo maior fuerit imbecillitas animi, hoc grandiorē prouocat iracundiam. Et muliebris ſexus, quia ſibi non ſatis cōſtat, multis de cauſis in vitio eſt, in eo enim miræ animi ægritudines, quæ naſcuntur ex zelotypia, ſuperſtitionibus, & inani gloria. Cicero ad Quintum fratrem: Iracundia vitium in hac priuata quotidianáque vita, leuis eſſe animi atque infirmi videtur. Et bene iracundas dicit Comicus mulieres; quod certè veriſsimum oſtenditur in cognatis & affinibus. Socrates enim dicebat, in rapidiſsimum & vorticoſum incidere flumen, minus eſſe periculoſum, quàm alicuius cognati, aut affinis cōmoti, & ira furoréque perciti, incurrere vindictam, & inuidiam.*

Iracundi.

RIVII CASTL

*Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe &c.} Nos omittimus pronomen hæc, ex obſeruatione antiquorum codicum. ¶ Quod cùm ita eſſe inuenero.} Alij Quę cùm ita &c. quomodo etiam exemplar Lugdunenſe, Venetum, alia pleraq; conſentientibus omnibus fermè Donati editionibus. Et ſolet neutro plurali libēter vti Terent. pro ſingulari: Sicut actus quarti, ſce. II. Non clam me eſt mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam vxorem tuam Propter meos mores hinc abiſſe, etſi ea diſsimulas ſedulò. Quo in loco interpres: ea, id eſt, quæ ſcio. & ea, pro eam rem, ſed abſolutè occurrit ſuprà latæ ſententiæ, & genere neutro. Hæc interpres. In proximè præcedenti ſcena: Quid tum poſtea? Si modeſtè & rarò hoc fecit? nónne ea diſsimulare non Magis humanum eſt? &c. Ea, pro eam rem dixit. Sic apud Ciceronem in Bruto aliquoties, vt ibi: Quid ergo? éſtne illa Fannij? nam varia opinio pueris nobis erat: alij à C. Perſio literato homine ſcriptam eſſe aiebant: alij multos nobiles, quod quiſque potuiſſet, in illam orationem contuliſſe. Tum ego: Audiui equidem iſta, inquam, de maioribus natu, ſed nunquam ſum adductus vt crederem, &c. Sic aliâs ſæpe. Virg. I. Aeneid.*

Neutrum plurale pro ſingulari.

*Frater vt Aeneas pelago tuus omnia circum*
*Littora iactetur odiis Iunonis iniquæ*

*Nota tibi. Pro, notum tibi, refertur enim ad ſenſum. Senſus autem omnino eſt ſingularis numeri, quod ante nos etiam obſeruauit Tho. Linacer. Contrà Saluſtius In Catilinam, Interea ſeruitia repudiabat, cuius initio ad eū magnæ copiæ concurrebant, pro, quorum. ¶ Quid porrò, niſi vt fiam miſer.} In quibuſdam eſt, Niſi porrò vt fiam miſer. quo modo interpres etiam legit. In quodam manu ſcripto erat: Quid reſtat, porrò niſi &c. vt videri poſsit ὑπέρβατον legitimo dictionum ordine mutato. Quale illud Ceſaris: Diu cùm eſſet pugnatum. pro, cum diu. Et hoc Ciceronis: In medio relictum quod erat populo Rom. adiudicauit. pro, quod erat relictum in medio. Sunt id genus exempla paſsim obuia in bonis authoribus. ¶ Curſari ſurſum prorſum.} Nos ex manuſcriptis, & ex ſententia Donati: rurſum, prorſum. quo modo in Argentoratenſi etiam legitur: pro eo quod eſt, huc illuc. Nam rurſum pro[illegible] ſcat retro, & prorſum ante. Eſt autem prouerbia[illegible] ot[illegible]uit Donat. vt dicimus ſurſum deorſum, intrò for[illegible] illac, et ſimilia. Græci ἄνω καὶ κάτω, πρόσω καὶ ὀπί[illegible] apud Non. Marcellum: Mortales multi rurſus ac [illegible] meant. Idem in Amphitr. Plautina reperies. ¶ [illegible] quod magnum malum Profectò Parmeno me celas.} M[illegible] uſcriptum habet Celant, vt & Lugdunenſe & alia quædam ex impreſsis; nec mihi ſanè diſplicet. Qui*

Singulare pro plurali

Rurſum prorſum.

celas

celas legunt, reſpicere videntur ad id quod ſtatim ſequitur: Cur mihi id non dixti? PAR. quia nõ poteram vnà omnia.

GLAREANVS.

Huius ſcenæ ſunt varij verſus. Primus eſt iambicus tetra. catalecti. qui loco primo habet dactylũ, quarto ac quinto creticum. quod equidem malim quàm Eſſe & Ex extra carmen eſſe. Tertius ac ſecundus trochaici ſunt tetra. catalecti. Quartus iãbicus tetra. catal. In quo Fuerat adiectum puto ab aliquo ſenſum explere cupiente. Quintus trochaicus eſt catalect. ita ſextus ſeptimúſque. In ſeptimo Prius monoſyllabum eſt. Octauus catalecticus eſt tetra. ſiue illum iambicum ſiue trochaicum exiſtimes. Nonus, decimus vndecimúſque haud dubij trochaici ſunt tetra. catal. In decimo vel Tuum monoſyllabum eſt, vel creticus eſt loco tertio. In vndecimo Rurſum abundat authore Eraſmo. quod placet. In duodecimo, quidam codices non habent τὸ Hæc. quod ſi tollatur verbum, verſus erit trochaicus tetra. catal. alioqui erit iambicus tetra. acatalecti. ſicut ſequentes vltra triginta. ¶ Quid conſolare me? an quiſquam vſquam gentium eſt æquè miſer? ǂ Veriſimile eſt hoc Pamphili ſermone incipere aliquanto diuerſius genus carminis. Sunt igitur hi ſequentes, præter vltimos nouem ſenarios, omnes tetrametri, ac omnes acatalectici præter vltimos duos catalecticos. In uerſu autem ſecundo Prius monoſyllabum, vel bacchius loco primo. In quarto, vel Eam monoſyllabum, vel creticus loco quinto. In quinto verſu rurſus haud dubius creticus loco quarto. Ita in ſeptimo, vel Ea monoſyllabum, vel creticus loco ſecundo. In octauo, vel a in Ita non elidetur, vel Eſſe ante Ita collocandum, ſicut Niſi ante Porrò. Sed cretici vtrunque vulnus ſanant. In X. vel Suo monoſyllabum eſt, vel s, in Obnoxius eliditur. poteſt & creticus eſſe loco quinto. In vndecimo, vel Meas monoſyllabũ, vel creticus loco primo.
Patefecit. Et nota hic e, ante fecit in Patefecit produxit, cũ in Adel-
Labefecit. phis act. II. ſce. II. in Labefecit eum corripuerit. In decimoquarto, ſi legatur Haud quidem hercle parũ eſt, m, in Quidem nõ elidetur, vt ſint duo initio dactyli: ſin legatur, quod vetuſtus habet codex, Haud quidem hercle paruum eſt, m, elidetur, & creticus erit loco primo, ſecũdo iambus. In decimoſexto. Quibus in rebus, legendum, vt In præpoſitio in medio locetur, ſecus quàm habet Aldinus codex. In decimoſeptimo creticus eſt loco primo, niſi tres vocaleis in vnam contrahere κατ᾽ ἔκλειψιν καὶ συναίρεσιν velimus. In decimooctauo, i, in Pueri corripitur, non eliditur. In decimonono, vel Eos monoſyllabum, vel creticus loco tertio. In vigeſimo creticus haud dubiè loco ſexto. alioqui inexcuſabile carmẽ. In XXI. vetuſtus codex habet Iras has, pro Iram hanc. & bene habet cum ſubiunctiuo Conciuerit. quanquam ex Donati commentario apparet lectionem alteram fuiſſe, Iram hanc conſciuiſſe, vt fieret iãbicus tetra. catalect. verùm cùm alij ſint acatalectici, malim veterẽ ſequi codicem. In XXII. i, in Abi corripitur, niſi bacchium loco primo conſtituamus, et d, eliditur in Quid, niſi & loco ſeptimo eundẽ putemus bacchium. In viceſimoquinto, Audio ante accuſatiuum Clamorem ponendum, vt ſit loco ſecundo anapæſtus. In viceſimoſeptimo, creticus eſt loco primo, abiecto s, de Nullus, & proceleuſmaticus loco tertio. In trigeſimo, Mihi id, iãbus eſt. Triceſimus quartus cum ſequente catalecticus eſt. & Modò iambus eſt. ¶ Non vſus facto eſt mihi nunc hunc intrò ſequi. ǂ Hi nouem, vt diximus, ſenarij ſunt. In quorum tertio, vel Heri à ſuperiore verſu priorem elidit ſyllabam, vel Here pro Heri legendum, vt in Eunucho Act. II. ſcena III. Niſi quis primo loco bacchium conſtituat. In VI. Seruom cum m, non cum n, legẽdum, vt poſſit elidi. In penultimo, s, in Auctus abiicitur, & ſit legendum, non Siet. In vltimo aut tollendũ illud Verò, vel proceleuſmaticus erit loco tertio, bacchius loco quarto, niſi quis Verò priore correpta anapæſtum loco bacchij poſitum eſſe contendat. Modò.

DONAT. NESCIO quid iamdudum hîc audio tumultuari. ǂ In hac ſcena quaſi quædã deliberatio eſt, continens ſuaſionis diſſuaſioníſque partes, quas in ſubditis conſiderabimus. ¶ Hîc. ǂ Quia nimis vicini ſunt.
Aggraueſcat. ¶ Magis morbus aggraueſcat. ǂ Grauior fiat. Propriè, quia
Morbi graues. morbi graues ſunt dicti. Virgilius — vbi aut morbo grauis, aut iã ſegnior annis Deficit. Saluſt. Morbi graues ob inediam inſolitam veſcentibus. ¶ Malè metuo, ne Philumena magis. ǂ Inſtat Terentius bonam ſocrum facere, vt bonam meretricem faciat. ¶ Quod te Aeſculapi,
Quod te. & te ſalus. ǂ Deeſt Propter: vt ſit, propter quod. ¶ Nunc
Viſo ad. ad eam viſam. ǂ Sic Virgil.
Hem. Reſpice ad hæc. ¶ Hem. ǂ Interiectio eſt nouas res audiẽtis. ¶ Heus Soſtrata. ǂ Vide quemadmodum per ſeipſum Parmeno, per Parmenonem arceatur Soſtrata: quæ neq; deeſſe propter officium, neque ingredi propter ſocrum inducitur. ¶ Iterum iſtinc excludêre. ǂ Bene iterum: vt illi pudorem incuteret repetione iniuriæ. Et memoriter: iam enim dixit, Noſtra illico it viſere ad eam. admiſit nemo. Et ſimul vide quàm vehementius ad iniuriam ſonet Excludi, quàm non admitti. ¶ Ehem Parmeno. ǂ Ehem, interiectio eſt eius quæ commota ſit noua re. Excludi. Ehem.
¶ Non viſam vxorem Pamphili. ǂ Vt dixit ſuprà, ſeruũ Soſtratæ, non Parmenonem: ſic hîc, vxorem Pamphili dixit magis, quàm Philumenam: vt animũ & officium eiuſdem ſocrus, et matris breuiter demonſtraret. ¶ Non viſas. ǂ Vnã rem Soſtrata conſuluit: hic de duabus reſpondet: nanq; & illam non vult ingredi, et cauet ne ipſe mittatur. & bene, Quenquam: ne apertè pro ſe loqui videatur. ¶ Nã qui amat cui odio ipſus eſt. ǂ Aliã cauſam ſubiunxit: quia durum fuerat ipſi Soſtratæ dici quod ſuprà

## ACTVS III. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

PAmphilus triſtior egreditur à Philumena deprehenſo eius partu, quem modis omnibus celare conatur ac tegere.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena, triſtis continetur egreſſus Pamphili ex domo ſocrus, vbi repentino & improuiſo aduentu furtiuum deprehendit vxoris patrum, qué tamen vt modeſtum decet, celare quàm maximè poteſt ac tegere conatur. Hîc quoque eſt quaſi deliberatio quædam, ſuaſionis ac diſſuaſionis partes continens, quas in ſubditis cõſiderare licet, nam admodum vicini ſunt.

*Iambici Tetrametri Catalectici.*

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

NESCIO *quid iam dudum hîc audio tumultuari miſera:*
*Malè metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat:*
*Quod te Aeſculapi, & te Salus, ne quid ſit huius, oro.*
*Nunc ad eam viſam.* PAR. *heus Soſtrata.* S. *hem.* PAR. *iterum iſtinc excludère.*
S. *Ehẽ Parmeno túne hîc eras? perij: quid faciam miſera?*
*Non viſam vxorem Pamphili, cùm in proximo hîc ſit ægra?*
PAR. *Non viſas, nec mittas quidem viſendi cauſa quenquam:*
NAM QVI AMAT, *cui odio ipſus eſt, bis facere ſtultè duco:*
*Laborem inanẽ ipſus capit, & illi moleſtiam affert.*
*Tum autem filius introiit videre, vt venit, quid agat.*
S. *Quid ais? an venit Pamphilus?* PAR. *venit.* S. *diis habeo * gratias.*
*Hem iſtoc verbo animus mihi rediit: & cura ex corde exceſſit.*
PAR. *Iam ea te cauſa maximè huc nunc introire nolo.*
*Nam ſi remittent quidpiam Philumenæ dolores,*
*Omnem rem narrabit, ſcio, cõtinuò ſola ſoli,*
*Quæ inter vos interuenit, vnde ortum eſt initium * iræ.*
*Atque eccum video ipſum egredi: quàm triſtis eſt!* S. *ô mi gnate.*
PAM. *Mea mater ſalue.* S. *gaudeo veniſſe*

* grates
* iræ huius.

*dictũ eſt.* ¶ *Nam qui amat.* } *Cauſa à ſententia morali.* ¶ *Cui odio ipſus eſt.* } *Deeſt Eam, vel Eum.* ¶ *Et illi moleſtiam affert.* } *Bene hoc adiecit: ne qui amat, hoc dicat, Laborem, dum promerear, quem amo.* ¶ *Tum autem filius tuus.* } *Alia cauſa ab euẽtu.* ¶ *Videre, vt venit quid agat.* } *Quod ſuprà, viſere. an viſere officij eſt, apud ægros: videre, cognitionis? & ideo additum, quid agat.* ¶ *An venit Pamphilus?* } *Bene imitatur affectũ.* ¶ *Hẽ.* } *Interiectio fœminina ac matronalis.* ¶ *Ex corde exceſſit.* } *Geminauit præpoſitionem.* ¶ *Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.* } *Hoc validiſſimũ ad diſſuadendum fuit.* ¶ *Nunc huc introire nolo.* } *Cur ſi venit Pãphilus, non ſit introeundum, cauſa narratur.* ¶ *Nam ſi remittent quippiam.* } *Verbum actiuum quaſi neutrum poſuit.* ¶ *Philumenæ dolores.* } *δραματικῶς errat. non enim verè dolor morbi eſt, cùm ſit partus.* ¶ *Scio, continuò ſola ſoli.* } *Vt, Haud, credo, inuiſus cœleſtibus, auras Vitales carpis. Et ſic, ſola ſoli dicitur, quomodo præſens præſenti, ſic Virg. Illum abſens abſentem auditque, vidétque.* ¶ *Vnde ortũ eſt.* } *ἀνακόλουθον tertiũ.* ¶ *Quę inter vos interuenit.* } *Meliꝰ ſic, quàm ſi diceret, quæ illi feceris.* ¶ *Quã triſtis eſt.* } *χαρακτηρισμὸς locuturi Pãphili.* ¶ *O mi gnate.* } *Ordo eſt, ô mi gnate, gaudeo te ſaluũ veniſſe: ſed intercedit Pamphilus triſtis.* ¶ *Saluáne Philumena eſt?* } *Citò probat Pamphilo ſe amare nurum, cùm poſt ſalutationem nihil prius, quàm de ſalute vxoris eius inquirat.* ¶ *Saluáne Philumena eſt?* } *Mirè obuiam ſibi exeuntem filiũ nihil aliud, niſi de Philumena interrogauit: vt oſtenderet eius morbum curæ ſibi eſſe.* ¶ *Meliuſcula eſt* } *Verum eſt, quantum ad morbum pertinet.* ¶ *Meliuſcula eſt.* } *Hoc & ad morbum, & ad euentum paritudinis verum eſt. ita non mẽtitur Pãphilus matri.* ¶ *Vtinam iſtuc ita dij faxint.* } *Diligentiore officio loquitur, vt rea apud filium ſocrus.* ¶ *Quid tu igitur lachrumas?* } *Locus ab eo quod agitur: quo ſignificat, ſi ita eſt, quare ergo tu triſtis es?* ¶ *Rectè mater.* } *Sic dicimus, cùm nõ ſine iniuria interrogantis aliquid reticemus. Et bene additum Mater: vt duritia reticẽtiæ blando nomine molliretur. Alij rectè ſic accipiunt, vt intelligant, nihil eſt mali.* ¶ *Quid fuit tumulti?* } *Antiqui ſic declinauerunt, tumulti, ſenati. vt Saluſt. Decretum ſenati fit.* ¶ *Dic mihi.* } *Dic, verbum eſt inſtantis audire, & curioſius interrogantis. Virg. Dic mihi Damœta, cuium pecus?* ¶ *Dolor repentè inuaſit?* } *Propriè inuaſit, quia repẽtè.* ¶ *Ita factum eſt.* } *Moris eſt aſſentiri ad dicta interrogantium, qui quæ vera ſunt, celant.* ¶ *Ita aiunt.* } *Bene aliis aſcripſit: ſi falſum ſit, vt ipſis aſcribatur mẽdacium.* ¶ *Ita aiunt.* } *In hac tota interrogatione & reſponſione, colorem induxit ſecretum, agrè obiurgantis.* ¶ *Ita aiunt.* } *Religioſè mẽdacium ad rumorem retulit. aiunt inquit, ne ipſe falsũ dicere videretur.* ¶ *I Sodes intrò.* } *Metuit, ne ingrediatur mater ad ſoceros: & ideo dicit. I ſodes intrò. Et apparet Intrò dicentẽ, manu annuere, vt domũ redeat: & ſimul quo magis faciat, addit cauſam.* ¶ *Conſequar iam te mea mater.* } *Adiecit & tẽpus Iam. Mea neceſſariò additũ: mea mater. Et Sodes, quia I intrò durum eſt.* ¶ *Fiat.* } *Abiens dixit hoc mater, fiat: ne omnino iuſſu alienis parere videatur: quaſi imperemus & nos, quæ noſipſi facturi ſumus.* ¶ *Tu pueris curre Parmeno obuiam.* } *Probabilis cauſa, qua ablegat etiam Parmenonẽ, dum iubet eum*

*Viſere. Videre. Hem. Ex corde excedere. Remittere quippiam. Scio. Sola ſoli. Meliuſcula eſt. Rectè. Tumulti. Senati. Dic. Inuado. Aiunt. Fiat.*

ſaluum.ſaluáne
Philumena eſt?PAM.meliuſcula eſt. S.vtinam iſtuc ita dij faxint.
Quid tu igitur lacbrumas? aut quid es tam triſtis?PAM.rectè mater.
S.Quid fuit tumulti?dic mihi:an dolor repentè inuaſit?
PAM.Ita factū eſt.S.quid morbi eſt?PAM. febris.S.quotidiana?PAM.ita aiunt.
I ſodes intrò, conſequar iam te mea mater.S. fiat.
PAM.Tu pueris curre Parmeno obuiam,atque his onera adiuta.
PAR. Quid?non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant?PAM.ceſſas?

pueris occurrerè. Et ſimul notandum, quòd in hac fabula ridiculè vexatur vſque ad vltimum ſeruus & ablegatur, cùm ſit et piger et curioſus. ¶Atque eis onera adiuta.} Locutio antiqua figurata. Et eſt μετωνυμία, pro ipſos onera portantes, eis onera adiuta. ¶Quid?nō ſciunt ipſi viam, domum qua redeant?} Iam vide quemadmodū ſeruetur Parmenoni perſona loquacis, curioſi, pigri. ¶Domum.} Aduerbiale eſt. ¶Domum qua redeāt?} Qua ſi locum ſignificet, videbitur reliquum præceptum ſeruus non audiuiſſe. Sin audiuit, Qua, quomodo intelligemus. id eſt, quemadmodum onus portent de naui. vt, Quid fieret, & qua fieret. ¶Ceſſas?} De induſtria omnes ablegauit ſuos, vt non audirent quæ intus poſt ſcenam ſunt acta: quæ tamen populo eſt narraturus.

*Adiuta eis onera.*
*Domum.*
*Qua.*

ADRIA. BARL.

*Quod te oro.*

Quod te Aeſculapi oro.} Adrianus Cardi. modus eſt etiam Romano candore plenus in particula quod. cùm enim aliquid timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eueniret obſecrabant, quod te oro dicebant. quod perinde eſt, ac ſi diceres, quare te oro. Terēt. in Hecyra. Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat. quod te Aeſculapi, & te Salus, ne quid huius ſit, oro. ¶Quod te Aeſculapi.} Aeſculapius medicorum princeps, Epidauri vrbe Achaiæ templum habuit, cui incubantes ægritudinum remedia capeſſebant de monitis ſomniorum, vt Solinus ait. Reſidebant in hoc templo ægroti, quoad ſanitatem reciperent. hîc tabellæ pendebant, in quibus ſanati languores erāt ſcripti. id quod hodiéque fieri videmus in locis vbi vel diui vel diuæ miraculis clarent. De ſacello Aeſculapij, Plautus in Gurgulione ſic habet. Migrare certum eſt iam nunc è Fano foras, quando Aeſculapij ita ſentio ſententiam, vt qui me nihili faciat, neque ſaluum velit. ¶Iterum iſthinc excludêre.} Hoc addidiſſe videtur, vt pudorem incuteret Soſtratæ. ¶Non viſam vxorem.} Deliberatio eſt. ¶Non viſas.} Diſſuadet. ¶Nam qui amat.} Confirmationem habet. ¶Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.} Quid validius ad diſſuadendū dici potuit? ¶Saluáne Philumena eſt?} Probat filio amari à ſe nurum, cū ſalutationi ſtatim ſubiicit illud, quàm valeat Philumena. ¶Meliuſcula eſt.} Laurentius in Raudenſem. Raudenſis Saluán' Philumena eſt? Pam. Meliuſcula eſt, id eſt, pauliſper melius. Laurentius. Imò aliquanto melius habet. Pauliſper enim eſt per aliquantulum temporis. ¶Quid fuit tumulti?} Archaiſmus, pro tumultus. ¶Tu pueris curre Parmeno obuiā.} Probabili cauſa ablegatur Parmeno. & attēde ridiculè eum exerceri vſque ad finem, cùm ſit & piger totus, & curioſus, omnia ſcire cupiens. ¶His onera adiuta.} Hæc probabilis cauſa eſt. Ad eundem modum loquitur & Gellius in fabula de Caßita auicula libro ſecundo. Fac amicos adeas, & roges veniāt, operámque mutuam dent, & meſſem hanc nobis adiuuent.

*Aeſculapij templum.*
*Adiuuent nobis hanc meſſem.*

LATOMVS

Argumentum. Ad continuādam cauſam epitaſeos arcetur ab ingreſſu ad Philumenam Soſtrata, & egrediens Pamphilus deprehenſum partum celat. ¶Quod te Aeſculapius.} Precatio pro ęgrota. ¶Ehem Pameno.} De improuiſo reſpiciētis. ¶Nam qui.} Vera et moralis ſententia. ¶Quid ais?} Interrogatio lætantis. ¶Remittēt Philu.} Pro, minuētur & remiſſiores erūt, noua figura. ¶Meliuſcula eſt.} Supprimit dolorem Pamphilus, & diſsimulat quid deprehenderit. ¶Tu pueris.} Data opera ablegat Parmenonē futilem & curioſum ſeruum.

*Ehem.*
*Quid ais?*
*Remitto.*

PETRVS MARSVS.

Neſcio quid iam dudum.} Cordati adoleſcentis, & ſupra modum probi liberaliſsimos, & caſtigatiſsimos mores hæc ſcena exprimit. Quo enim nomine ſatis commendari poſſet, qui cùm vxorem, cum qua nōdum conſueuerat, grauidam, & ideo corruptam inueniſſet, ne dedecus hoc maximum propalaretur, & in fabulam veniret, id, quod viderat circa vxorem, tam prudenter & callidè diſsimulauit, vt non ea cauſa inceſtus eſſe exiſtimatus ſit, ſed potius quia morbo implicitam diceret. ¶Nam qui amat.} Docet hic locus, nihil eſſe ſtultius, quàm amore in aliquem ardere, à quo rurſus nō adameris. Quare mutuum amorem ſatis videtur approbare. Duabus autem de cauſis hoc accidere credidit, cur eſſet eiuſcemodi amor vituperandus: primò, quòd nobis maximas moleſtias, & labores parimus, dum noctē diúque faces illas & tela ardentia ſufferimus, quibus exagitati miſerabiliter cruciamur: deinde quòd præter hoc, & alteri difficiles ſumus, & aſperi, qui noſtras voluntates, preces, fletus, lamentationes, non æquis auribus accipiunt.

RIVII CASTI.

Ehem Parmeno, túte hîc eras?} Nos, ex antiquis: Ehem Parmeno, tún' hîc eras? quo modo & ſenſus expoſcit. ¶Bis facere ſtultè dico.} Nos, duco legimus, vt eſt in omnibus vetuſtis, pro arbitror & exiſtimo: quod & ſenſus poſcere videtur. Lapſus fuit perfacilis ex ſimilitudine vocum. Frequens eſt autem apud optimos quoſque authores verbum duco in hac ſignificatione. Cicero ſecundo de Oratore. Qui omnes hi ſumus, vt ſine his ſtudiis nullam vitam eſſe ducamus: id eſt, putemus vitam inſuauem ſine his ſtudiis. Virgilius decimo Aeneid. Tantón' me crimine dignum Duxiſti: id eſt, iudicaſti. Sex Pomponius, Duco, inquit, cùm pro puto ponimus, ex Græco deducitur, quod illi dicunt, δοκῶ. libro quarto. Commentum lepidum me hercle & argutum, ſed nimis coactum, & ingenioſum magis quàm verum. ¶Nam ſi remittent quidpiam Philumenam dolores.} Nos, Philumenæ dolores. Sic enim Donatus, Ruff. alij: nec aliter ſenſus poſtulat. Contrà paulo antè: Malè metuo, ne Philumenæ magis morbus adgraueſcat. Cicero in Catone, verbo remittere, vt hîc ponitur, oppoſuit ingraueſcere, videlicet mutata compoſitionis ratione: Sic hic morbus, qui eſt in Re-

*Duco, pro exiſtimo.*
*Remittere, cui contrarium.*
*Ingraueſcere.*

pub. releuatus iſtius pœna, vehementius viuis reliquis ingraueſcet. Μεταφορικῶς Cicer. loquitur. Idē decimo ad Atticum. Alter ardet furore & ſcelere, nec remittit aliquid, ſed in dies ingraueſcit. Qui Philumenam legêre, non viderunt Poëtam, id quod Donat. adnotauit, verbum actiuum quaſi Philumena neutrum poſuiſſe. Perperā etiā cùm hoc loco, tum in And. plerique legunt Philomenam. idque producta penultima, cū contrà eadem correpta legi debeat Philumena: quod et vocis huius deriuatio, & verſus dimenſio ſatis docere poterat. Nam auem, quam nunc ferè Philumenam vocant penultima longa, rectius, ni fallor, φιλομήλαν appellaueris. Philomela.

GLAREANVS.

Iambici ſunt tetrametri catalectici. In ſecundo proceleuſmaticus eſt loco primo, & s, eliditur in Magis. In tertio, ſi la in Aeſculapi breue eſt, i, ad finem non eliditur, ſed corripitur, vt loco ſecundo ſit tribrachys. In octauo i, in Qui corripitur, non eliditur. In Cui autem etiam longum manet, & Duco legendum pro Dico, admonet Riuius. In decimo omiſſo verbo Autem, codex vetuſtus ita habet, Tum filius tuus introiit. Et carmen melius habet. In vndecimo ſi gratias legerimus, erit acatalecticus: ſin Grates, erit catalecticus vt cæteri. Quanquam ſcio hunc Poëtam Gratias libētius dicere quàm Grates. Sed in aliis licentiis hæc facilè admittitur. Codex vetuſtus habebat, Gratias habeo. nō, Habeo gratias. ſed in idem res redit. In XIIII. Philumenæ nō Philumenam legendum ait Riuius. In XVI. niſi ſecunda de Initiū ſit longa, m, in fine non elidetur. In XVII. s, in Triſtis eliditur. In XXI. vel Fuit monoſyllabum, vel creticus loco primo.

DONAT. NEqueo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum.} In hac ſcena conqueſtio eſt ad deliberationem deſcendens, an habeat Pamphilus, an excludat vxorem: in qua tota oratio Pamphili ad argumētum ſpectās, amatoria magis, quàm maritalis eſt. nam aliter non perueniretur ad vltimam cognitionē omnium rerum: niſi adoleſcens furtiuum conceptum vxoris, et partum, aliquanto lenius, quàm coniugalis dolor expetit, tolerauiſſet. ¶Nequeo mearum rerū.} Hæc eſt Homerica illa * ¶Nequeo mearū rerum initium.} Hoc principium magna διαπορήσει oneratur, vt oſtendantur ærumnæ & multæ & graues. ¶Idoneum.} Aptum, conueniens. ¶Vnde.} A quo. ¶Partim quæ perſpexi his oculis.} His, quaſi miſeris, vult intelligi, quibus perſpexi, vel audiui mala. An ſic dictū eſt, vt apud Virgili. Vocémq; his auribꝰ hauſi? ¶Qua me propter exanimatū.} Inter exanimatum & exanimum hoc intereſt: Exanimatus, eſt cōterritus, cōturbatus. Vt, Sed quidnam Pamphilū exanimatum video? Et Virg. Exanimata ſequens impingeret agmina muris. Exanimus verò, eſt occiſus. vt Virg. Corpꝰ vbi exanimi poſitū Pallantis Acœtes Seruabat ſenior. ¶Me intrò vt corripui.} Raptim ingreſſus ſum. ¶Timidus.} Pro timēs, nomen loco participij. ¶Morbo me viſurum affectam.} Quia & hic morbus eſt. ¶Hei mihi.} Interiectio dolētis eſt. Virg. Eloquar, an ſileā? Et dicitur hæc figura, ἐπιμονή. ¶Hei mihi.} Epimone. Mirè interpoſuit σχετλιασμόν. ¶Id quod me repentè.} Deeſt Id, pro Ob propter. vt ſit, propter id: ac per hoc, ideo. ¶Id quod me repentè aſpexerāt.} Cauſa cur lætæ exclamauerint. id ergo, ob id. ¶Sed cōtinuò voltum earū ſenſi immutari omnium.} Mirè Pamphilus etiam ancillarū metu impellitur, vt alienū naſci puerū ſuſpicetur: nec vllo modo in memoriā redeat hanc ſe puellam, vel huiuſmodi vitiaſſe. ¶Vultum earū.} Quæ viderint. ¶Fors obtulerat.} Offerri dicuntur tam bona quàm mala, ſi inſperata obiiciantur aſpectibus. ¶Obtulerat.} Oblatum dicitur in vtranque partem, quidquid expectationē præuenit. ¶Ego eius videndi cupi.} Non erit plena vis repentim doloris, ſi aliquid præſentiens ſuſpicatur. et ideo addidit, Ego eius videndæ cupidus. ¶Recta conſequor.} Abſolutè, & ſine adiectione. non enim addidit Via. ¶Extemplo eius morbum.} Morbum mitiore animo, quàm vitium dixit, aut probrum. Et rectè: quia dixit, Alio me ſuſpicās morbo viſurū affectam ac ſenſi, eſſe vxorem. ¶Spatiū.} Moram. ¶Ac res monebat.} Partus. ¶O facinus indignum.} Facinus indignum, non ad illā, hoc eſt Philumenam, ſed ad authorem vitij refertur. ¶Et corripui ilico.} Ardens ſcilicet dolore. & eſt cauſa cur citò exierit. ¶Lachrumans.} Nō furens, ſed lachrumans. non iratus, ſed miſertus. ¶Atque atroci.} Id eſt, vehementi. ¶Mater conſequitur: iam vt limen exirē, ad genua accidit miſera.}

Idoneum. Vnde. Exanimatus. Exanimus. Corripui me intrò. Timidus, pro Timens Hei mihi. Offerri. Oblatum. Spatium. Atrox.

## ACTVS III. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

DEliberat Pamphilus, velit vxorem recipere, an repudiare.

ARG. PAVL. MAL.

HIc quæſtio eſt ad deliberationem deſcendens, an recipiat Pamphilus, an repudiet vxorem. In qua tota oratio Pamphili ad argumentum ſpectans, amatoria magis quàm maritàlis eſt. Nam aliter non perueniretur ad vltimam cognitionem omniū rerum, niſi adoleſcens furtiuum vxoriis conceptum & partum, aliquanto lenius quàm coniugalis dolor expetit, toleraſſet.

*Trochaici Tetrametri Catalectici. In fine Senarij pauci.*

PAMPHILVS.

NEQVEO *mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,*
*Vnde exordiar narrare, quæ nec opinăti accidūt,*
*Partim quæ perſpexi his oculis, partim quæ accepi his auribus,*

Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modò me intrò vt corripui timidus, alio ſuſpicans
Morbo me viſurum affectã, ac ſenſi eſſe vxorem: hei mihi
Poſtquam me aſpexere ancillæ aduenisse, ilico omnes ſimul
Lætæ exclamant, Venit: id quod me repentè aſpexerant.
Sed continuò voltum earum ſenſi immutari omnium,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.
Vna illarum fortè interea properè præcurrit nuntians
Me veniſſe: ego eius videndi cupidus, rectà conſequor.
Poſtquam introij, extemplo eius morbum cognoui miſer.
Nam neque vt celari poſſet, tempus ſpatium vllum dabat:
Neque voce alia, ac res monebat, ipſa poterat conqueri.
Poſtquam aſpexi, ô facinus indignũ inquam: & corripui illico
Me inde lachrumans, incredibili re atque atroci percitus.
Mater conſequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit
Lachrumans miſera: miſeritum eſt. profectò hoc ſic eſt, vt puto,
OMNIBVS NOBIS vt res dant ſeſe, ita magni, atque humiles ſumus.
Hanc habere orationem mecum à principio inſtitit.
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, cauſam vides:
Nam vitium eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo improbo:
Nunc huc confũgit, te atque alios partum vt celaret ſuum.
(Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin lachrumem miſer)

miſera.} Oſtendit affectum miſericordiæ ſuæ, matrem potius dicendo, quàm Myrrhinam, & addendo miſeram.

*Miſeritum eſt.* ¶Miſeritum eſt.} Vt rectè ſuprà dictum ſit de illo, Pium & pudicum ingenium narras Pãphili. ¶Ad genua accidit.} *Accidere ad genua. Ad.* Accidere, eſt geſtu corporis oſtendere humilitatem cadentis: propter Ad, quod eſt iuxta, et cadere. Saluſtius autẽ ſine præpoſitione dixit, Quò accidã, aut quò? *Miſera.* ¶Lachrumans miſera.} Miſerabiliter ſe habẽs. ¶Miſeritũ eſt.} Hoc ipſe ſibi. ¶Omnibus nobis vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.} Mirè dixit, dant ſeſe Homerus * Sed hic Seſe illo & validius dixit, & eſt hæc καθολικὴ ſententia. Apollodorus * ¶O mi Pamphile, abs te quãobrem hæc abierit.} A nomine & blandimento, mirè: quia ſecreta confitetur. vt Virgili. Anna, fatebor enim, miſeri poſt fata Sichei. A principio idem elaborauit, vt aduerſus pudorem conſcientia, & voce, & confeſſione duraret. ¶O mi Pãphile abs te quãobrem hæc abierit.} Venialis ſtatus: in quo confeſſio eſt et precatio. ¶Abs te quamobrem.} Morale blãdimentum ante confeſſionẽ. ¶Nam vitium eſt oblatum.} Cœpit à cauſa. *Oblatum.* ¶Oblatũ.} Ad repentina pertinere ſuperius annotauimus. ¶Oblatum.} Quaſi nõ expectanti & nolenti. *Olim.* ¶Virgini.} Quaſi quæ falli poſſet. ¶Olim.} Rectè olim. quia facilis venia circa vetera iã delicta. vnde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante mẽſes nouẽ. *Neſcio quo* ¶Ab neſcio quo improbo.} Mirè contempſit perſonam, dicendo, neſcio quo: id eſt neſcio, quem dixit: vt oſtẽdat ignobilem, ita abiectum. nam ſi nomen illi eſt, habet & dignitatem: vt, — & nos aliquod nomẽnque decúſque Geſſimus. Et ne placere videatur is qui fecit, improbũ dixit. *Nequeo quin lachrumem.* ¶Nequeo quin lachrumen miſer.} Videtur quaſi diſtillantes fletus detergere. ¶Nequeo.} Deeſt continere. ¶Sed cum orata eius.} Bona παρένθεσις. ¶Quæque fors fortuna.} Precatio. ¶Fors fortuna.} *Fortuna. Fors fortuna.* ὑφὲν. Id eſt ſubita fortuna. Et fortuna, in incerto: Fors fortuna, in bono ponitur. Virg. Si qua in te fortuna fuiſſet. Et ipſe, O fors fortuna. ¶Per eam te obteſtamur.} Oratoriè inducuntur & pro tacentibus preces. ¶Per eã te obteſtamur ambæ.} *Obteſtatio.* Obteſtatio, eſt precatio cum mentione earum rerum per quas petimus: vt, — per euerſæ genitor fumantia Troiæ Excidia obteſtor. ¶Si ius, ſi fas eſt.} Vtrum hoc inuidioſè: an quaſi fœmina quæ leges neſciat? ¶Vti aduerſa eius.} Mirè non crimẽn ſed aduerſa. ¶Per te tecta, tacitáq;.} *Tecta. Tacita.* Tecta, ſi reducis: Tacita, ſi repudias ſub alia excuſatione. An idem ſignificant? an potius neque re, neque verbo indices? an tecta, ne videantur: tacita ne dicantur? ¶Si vnquã erga te.} Virgil. Si cõceſſa peto, ſi dãt ea mœnia Parcæ. Terẽtius, Si te in germani fratris dilexi loco: Siue hæc te ſolũ ſemper fecit maximi. ¶Si vnquam erga te.} Ab antea-ctavita. ¶Tecta, tacitáque.} Tecta ſint, ne hæc alij ſciãt: tacita, ne ipſe indicet. ¶Vti ſibi des pro illa.} Subauditur gratia. ¶Cæterùm de reducenda.} Tentat etiam hoc perſuadere, ſed oratoriè & verecundè. Et mirè, de reducenda dixit, non de reſpuenda. ¶Quod in rem ſit tuam.} Nam niſi reducatur, reddẽda dos erit. ¶Solus cõſcius.} A poſſibili. nam hoc nomine oſtendit tacere eum poſſe, quòd cõſcius ſit ipſe ſolus. ¶Nam aiũt.} *Aiunt. Ait.* Honeſtius aiunt, pro ait, dixit. nã quis aut ſcire, aut dicere potuit, niſi Philumena? ergo rectè. aiũt enim potius honeſtũ eſt,

Quæque fors fortuna eſt, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,
Per eam te * obſecramus ambæ, ſi ius, ſi fas eſt, vti
Aduorſa eius per te tecta, tacitáque apud omnes ſient:
Si vnquam erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam, mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam te, vti ſibi des pro illa nunc, rogat.
Cæterùm de reducẽda id facias, quod in rem ſit tuam,
Parturire eam, neque grauidam eſſe ex te ſolus conſcius.
Nam aiunt tecũ pòſt duobus cõcubuiſſe eam menſibus.
Tum poſtquam ad te venit, menſis hic agitur iam ſeptimus,
Quod te ſcire ipſa indicat res. nunc ſi potis eſt Pamphile,
Maximè volo, dóque operam, vt clam partus eueniat patrem,
Atque adeò omnes: ſed ſi fieri id non poteſt quin ſentiant,
Dicam abortum eſſe. ſcio nemini aliter ſuſpectum fore,
Quin, quod veriſimile eſt, ex te rectè eum natum putent.
Continuò exponetur: hìc tibi nihil eſt quidquam incommodi,
Et illi miſeræ indignè factam iniuriam contexeris.
Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certum eſt, quod dixi fidem.
Nam de reducenda, id verò neutiquam boneſtum eſſe arbitror:
Nec faciam: etſi amor me grauiter, conſuetudóque * tenet.
Lachrumo, quæ poſthac futura eſt vita, cùm in mentem venit,
Solitudóque. O fortuna, vt nunquam perpetuò es * bona!
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.

* obteſtamur.

Poſt paulo.

Aborſa eſt Abortum fecit.

E re nata.

Suſpectus.

Natus abortus.

Exponere.

Nihil quicquam.

*eius tenet

* data

quàm ait. [Poſt duobus cõcubuiſſe eam mẽſibus.] Poſt duobus, ſimpliciter accipiendum, non poſt duos. eſt enim ἀναστροφὴ pro duobus poſt. id eſt nõ ſtatim vt nupta ſit, ſed poſtquam nupta eſt, poſt duos mẽſes nuptiarũ. vt ſint reliqui quinque menſes. Et hinc apparet, ante duos menſes, priusquam cum Pamphilo concumberet, vitiatam, quatuor mẽſibus cum Pamphilo fuiſſe: ex quibus, duobus poſterioribus amatam eſſe. reliquis tribus peregrinatum fuiſſe Pamphilum. An poſt duobus, pro poſt duos? vt Plautus Poſt principio denique. & Poſt paulo. [Quod te ſcire ipſa indicat res.] Quia contriſtatus corripuiſti te foras. [Part⁹ eueniat.] Philumenæ ſcilicet. [Abortum eſſe.] Non eſt Latinum aborſa eſt: ſed, abortũ fecit. [Abortum eſſe.] Deeſt Natum, vel Factum: vel abſolutè. quomodo dicim⁹, è re nata: vel quemadmodum dicimus, ex te mihi orta eſt iniuria. [Dicam abortum eſſe.] Rationabiliter dixit. fit enim abortus menſe ſeptimo ſine pernicie fœminæ. [Suſpectum fore.] Suſpicabilem, ſuſpicioſum. [Ex te rectè eũ natum putent.] Nouè dixit natum abortum: quaſi abortus naſcatur. Natũ ergo pro facto, conceptóque dixit. [Hìc tibi nihil eſt quidquã incommodi.] Cùm alienus exponitur, & nõ tollitur pro tuo. Et mirè necandi pueri non fit mentio: quia Pamphili filius inuenietur, cùm ei etiam per patrem puellæ poëta ſuccurrit. [Exponetur.] Ad mortem ſcilicet. [Hìc tibi nihil eſt quicquam incommodi.] Ab vtili. & eſt παρέλκον quartum: vt Nihil vidi quidquam lætius. [Et illi miſeræ indignè.] Vt non ſit ἀνακόλουθον, ſuperiori verſui τὸ. Et addendum eſt. vt ſit, Et tibi nihil eſt quidquam incommodi. [Factam iniuriam.] Mirè iniuriam dixit: vt non contemnenda ſit, ſed tollenda. [Pollicitus ſum.] Plus quàm promiſi. [Et illi miſeræ.] Concluſio per enumerationem. Et non læderis, inquit, & proderis miſeræ. [Quod dixi.] Quod promiſi. [Id verò neutiquam boneſtum eſſe arbitror.] Neutiquam non eſt omnino negatiuum, ſed aliquid aſſenſionis habet. eſt enim neutiquã, non nimis, non valde. [Nec faciã.] Bene addidit, Nec faciam. multa enim etiam inhoneſta amore ſuſcipimus. [Etſi me amor grauiter conſuetudóque tenet.] Hoc cum gemitu. Etſi non eſt complexiuum, neque prępoſitiuum, ſed ſubiunctiuum, id eſt pro tametſi. [Amor me grauiter conſuetudóque.] Quæ duæ res contra boneſtum et vtile validiſſimæ. Et bene Tenet, non tenuit. [Lachrumo, quę poſthac futura eſt vita.] Bene propẽſior in affectum eſt, vt veriſimile fiat potuiſſe reticere. Et lachrumo nõ pendet à ſuperiori: ſed interpoſitis diu fletibus dixit. Lachrumo, quæ poſthac.] Quæ, modò vim pronominis nõ tenet: ſed querelę. Et lachrumo, ſic dixit, vt Virgilius. Sic affata ſinum lachrymis impleuit obortis. Et eſt ordo, Lachrumo, cùm in mentem venit. [O fortuna.] Hìc fortunam pro bona poſuit. [Vt nũquã perpetuò es bona!] Legitur et data. nã & ſic pro bona intelligitur neceſſariò. [Idem nunc operam huic dabo.] Si idem, ego. ſi eidem: hoc eſt amori. [Operam dabo.] Difficultatẽ rei oſtendit, dicendo, Operam dabo. [Adeſt Parmeno cum pueris.] Quia idẽ Parmeno eſt ſecretorum conſcius, addidit, Cum pueris. [Minimè eſt opus.] Id eſt, omnino non eſt opus. [Aliquò mihi eſt hinc ablegãdus, dum parit Philumena.] In tota comœdia non ceſſabit, cùm ſit piger: nec reſciſcet aliquid, cũ ſit curioſus Parmeno. [Dũ parit Philumena.]

Polliceri.

Dico, pro promitto.

Neutiquã.

Etſi.

Quæ.

Lachrumo.

Fortuna.

Operam dare.

Minimè.

Dum.

Quem ego conſilio miſſum feci, idẽ nunc operam huic dabo.
Adeſt Parmeno cum pueris: hunc minimè eſt opus
In hac re adeſſe. nam olim ſoli credidi
Ea me abſtinuiſſe in principio, cum data eſt:
Vereor ſi clamorẽ eius hic crebrò exaudiat,
Ne parturire eam intelligat: aliquò mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

Dum. *na.* Dum, aliàs dummodo, aliàs donec, nunc quandiu.

ADRIA. BARL. Præcucurri *Properè præcucurrit.* Cur ro etiam repetita priore ſyllaba cucurri facit præteritũ, quod authore Priſciano in compoſitione apud quoſdam inuenitur geminationem primæ ſyllabæ ſeruãs, apud illos minimè. Virgil. in quarto Aene. Decurrere iugis. Liuius in opere ab vrbe cõdita, Qua cuiq; proximũ fuit decurrerunt. Terentius, Vna illarũ interea properè præcucurrit. *Facinus indignum inquam.* Nõ ad Philumenam hoc, ſed ad eum referimus, à quo, ſe abſente, vitiatam Pamphilus putat. *Mater conſequitur.* Myrrhina. *Ad genua accidit.* Quæ miſericordiæ, vt aures memoriæ, & dextra fidei conſecrata eſt. *Vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.* Vera ſententia. In rebus ſecundis efferimur, ac turgeſcit animus. In aduerſis ſubmittimur, & ſubſidunt criſtæ. *Per eam te obſecramus.* Vtitur ſtatu veniali, in quo confeſſio eſt precatio. *O mi Pamphile.* Blanditur ante peccati confeſſionem. *Oblatum eſt olim.* Facilius veteribus iam delictis veniam damus. Temporis ergo longitudine delictum extenuare conatur. *Vitium eſt oblatum virgini.* Seruius in XI. Aene. Vſus, inquit, obtinuit vt quæ innuptæ ſunt, virgines, quæ nuptæ, mulieres vocentur. Apud maio-

Virgo. Mulier. res enim indiſcretè dicebatur virgo & mulier. vt ecce hoc loco dicit armis muliebribus, cùm Camillã innuptam fuiſſe manifeſtum ſit. Item in Bucoli. legimus. Ah virgo infelix, cũ Paſiphaën conſtet ex Minoë ante amorem tauri filios ſuſcepiſſe. Terentius etiam mulierem poſt partum virginem vocat in Hecyra, Nam vitium eſt oblatum virgini olim ab ne-

Abortus. ſcio quõ improbo. *Dicam abortũ eſſe.* Quarti inclinamenti nomen eſt abortus: atque inde dicitur quòd non ſit tempeſtiuè ortus. *Hic tibi nihil eſt quicquam incommodi.* A nullo timore incommodorum. *Neutiquam honeſtum eſſe.* Neutiquam non omnino negat, ſed aliquid aſſenſionis habet. *O Fortuna vt nunquã es perpetuò bona.* Apud Boëthium in opere de conſolatu philoſophico, Fortuna loquens, Hæc, inquit, noſtra vis eſt, Hunc continuũ ludum ludimus, Rotam volubili orbe verſamus. Infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus. Aſcende ſi placet, ſed ea lege ne vti cùm ludicri mei ratio poſcet, deſcendere iniuriam putes. An tu mores ignorabas meos? Sene. in tragœdia quapiam. Probibet Clotho ſtare fortunam. *Mihi eſt hinc ablegãdus.*

Ablegare. Ablegare, inquit Nonius, propriè eſt aliò mittere, dictum à legatis, qui cum legationibus mittuntur.

Argumentum. Altera querela Pamphili ob deprehen-

LATOMVS ſum partum Philumenæ, & increuit iam vno gradu epitaſis. *Nequeo mearum.* A dubitatione incipit. *Nam modò.* Narratio, vt cognoſcat ſpectator quid actum ſit. *Id*

Id, pro ob id. quod. Id, pro ob id, nam cauſam ſignificat. *Rectà.* Aduerbium. *Morbum cogno.* Pro partu, ironicῶs. *Omnibus*

Rectà aduerbium. nobis. Sententia: *O mi Pamphile.* Proſopopœia orantis Myrrhinæ, & rectè à blandimento incipit. *Sed cum.* Verba Pamphili. & eſt pathos à verbis orantis & proprio affectu. *Si vnquam.* Obteſtatio à meritis. *Nam aiũt.* Probatio à tempore non eſſe grauidam ex Pamphilo. *Nunc ſi po.* Conſiliũ ad œconomiam futuræ litis inter Myrrhinã & Phidippũ. *Continuò expo.* Argumentum petitionis à tuto & vtili. *Pollicitus ſum.* Cõſilium Pamphili, ex quo in periculum coniicietur. *O fortuna.* Exclamatio accuſantis fortunam, & mox correctio. *Adeſt Parmeno.* παρασκευή.

PETRVS MARSVS.

*Nequeo mearum.* Quantum in rebus humanis fortuna ſibi tyrãnidis ſumat, per verba Pamphili hoc loco nobis oſtenditur. Nam cùm ea ſit, quę rerum humanarum arbitrium habeat; pro ſua voluntate, nunc ex tranquillitate tempeſtates, nunc iterum ex turbulentia ſerenitatem inducere ſolet. Quare ſic Plato in Euthyphrone: Sola eſt fortuna, quæ in rebus humanis dominatur, tanquam tyrannus quiſpiam. Et Cicero in Acad. Fortuna multa efficit improuiſa, nec opinata nobis.

RIVII CASTI.

*Iam vt limẽ exirem, ad genua accidit.* Manu ſcriptum exemplar è bibliotheca Dominorum ab Haſſenſtein habet:

Accidere ad genua. Ad genua acceſſit: ſed mendosè. Eſt autẽ accidere hic idem quod προσπίπτειν græcis, id eſt, ſupplicem fieri, genibus aduolui. Seneca in Troade: Ad genua accido Supplex Vlyſſe: quanque nullius pedes Nouere dextram, pedibus admoueo tuis. Cornelius Taci. libro decimonono, datiuum huic verbo addit: Genibus accidens. Suetonius Terẽtium imitatus: Ad genua accideret, inquit in C. Cæſa. & in Clau. Cicero eleganter in octauo ad Atticum, ad pedes abiicere dixit. Cæſar ad pedes procumbere, ſeptimo Bel. Gall & proiicere ſe ad pedes. Titus Liuius, Ad pedes prouoluere, ſexto: & procumbere ad genua, nono: & ad pedes procidere, trigeſimonono. Iuſtinus, prouolui genibus. Quod autem hominis genibus quædam & religio inſit obſeruatione gentium: quódque hæc ſupplices attingant, adhæc manus tendant, teſtatur Pli. XI. Natural. hiſto. cap. quadrageſimoquinto. *Hanc habere orationem mecũ à principio inſtitit.* Sic manu ſcriptum exemplar, ſuffragante quodam ex impreſſis. In recentioribus ferè inſtituit legitur. Vtrunque mea quidem ſententia probè quadrat, quod ad ſenſum pariter & carminis rationem at-

Inſiſto cum infinitiuo. tinet. Titus Liuius libro octauo ab vrb. con. verbo inſiſtere eodem in ſignificato vtitur, quo hic Ter. Orare dictatorem inſiſtunt, inquit, vt veniam errori humano, veniam adoleſcentię Q. Fab. daret. Idem libro quarto Decad. tertiæ, Tum omiſſis pro ſe precibus, puellis vt ſaltem parcerent, orare inſtitit. VII. Non ſuadere modò, ſed ſumma ope orare inſtitit. Sic aliàs ſæpe. *Quæ que fors fortuna inquit, nobis quæ te hodie obtulit.* Nos addendum putamus verbum ſubſtantiuum eſt: quod & manu ſcriptum habet, & vetuſtiſſima quæque ex impreſſis: Quo ſanè modo Trochaicus etiam rectius conſtabit.

GLAREANVS.

Omnes ſunt trochaici tetrame. catalectici, pręter vltimos ſex ſenarios iambicos. In primo anapæſtus eſt loco primo, & Mearum diſyllabum eſt, niſi quis bacchium loco ſecundo ponere velit. In loco tertio eſt trochæus. In ſeptimo creticus eſt loco ſexto. In octauo Repentè legendum, non

*Derepente, quod codex habet Aldi. In vndecimo, Forte ſuperfluit. & ſanè Priſcianus libro decimo, de verbis in ro, citans hoc carmen, nō habet Forte, ſed interea properè precucurrit, legendum. In duodecimo, trochæus eſt loco ſecundo ac tertio, vt eius ſit monoſyllabum. In decimotertio, duæ primæ dictiones abſque vocalium eliſione faciunt duos trochæos. Quidam Introiui malunt legere, vt vltimū i eliderетur, ſed non eſt neceſſe, & Eius diſyllabum. In decimoſeptimo, ac decimonono, Lachrumans anapæſtus eſt. In viceſimo, Omnibus dactylum facit abiecto s, vel creticus eſt loco primo. In viceſimoſexto, legendum, Eſt poſt Fortuna. In viceſimoſeptimo, Donatus Obteſtamur legiſſe videtur pro obſecramus, ſed ad carmen nihil attinet. In viceſimooctauo, Eius diſyllabum. In viceſimonono, Eam monoſyllabum eſt, niſi bacchius ſit loco ſexto. In* XXXI. *creticus eſt loco primo, nempe vt ſecundo loco ſit trochæus, & tertio ſpondeus. In trigeſimotertio, vel Eam monoſyllabum eſt, vel creticus loco ſexto. In trigeſimonono, Eum diſyllabum eſt. In* XLI. *Et eliditur à ſuperiore verſu.* XLIII. *maximè anomalus eſt, nec corrigi poterit, niſi loco ſecundo bacchium conſtituamus, & m, vel in Honeſtum vel in Neutiquam non elidatur. In* XLIIII. *Cōſuetudo pentaſyllabum eſt. In* XLVII. *Ille ante Ad legendum, & exercitatum. In* XLVIII. *Huic, ante Operam legendum. In vltimis ſex iambicis ſenariis Ea in tertio, Eius in quarto, diſyllaba ſunt.*

DONAT.

AIN' *tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter?* *Alia ratio eſt currentis ad argumenta: alia actuum Comicorum. ſed perfecti poëtæ eſt ita ſeruire argumento, vt tamen ſpectator nouis delectationibus teneatur. Nam in hac ſcena, donec perueniat ad Pamphilum Parmeno, hoc ὤειμα inducitur, cùm hoc oſtenditur quid mali ſit nauigatio.* *Aín' tu?* *Pro aiſne tu? Et ſic iam aliquid dixiſſe magni in præcedenti oratione ex reſpondentis ſermone demonſtratur.* *Aín' tu?* *In ſcena naſcitur oratio, aut in ſcenam defertur.* *Tantum, quàm re ipſa nauigare incommodum eſt.* *ἀνακόλουθον quartum. non enim intulit quantum. Vt Virgilius, Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes: Tāto nate magis contende tenacia vincla.* *O fortunate, neſcis quid mali preterieris.* *Bene maiori affectu, dicēs ô fortunate, quàm ſi reſpōderet, Ita.* *Qui nunquam es ingreſſus mare.* *Propriè dixit, ingreſſus. nam qui iam nauigauit, egreſſus dicitur. ſic Virgilius. Egreſſi optata potiuntur Troës arena.* *Nam aliàs vt omittam miſerias.* *παρέλλειψις oratoria. Et miſerias. nauigationes ſcilicet.* *Dies triginta.* *Accuſatiuus caſus plenum numerum & continuationem rei ſignificat.* *Dies triginta, aut plus eo in naui fui.* *Hoc exitioſum vel ſine periculo videri poteſt. Sed vide quid addat, Aut plus eo in naui. Abſolutè eo. vt alibi, Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, vt conijcio.* *Semper mortem expectabam miſer.* *Dura eſt expectatio mali. Virgilius, Incluſi pœnam expectant.* *Semper mortē expectabam.* *Id eſt horis omnibus cum cōtinuatione triginta dierū.* *Ita vſque.* *Vſque, vel diu, vel valde.* *Odioſum.* *Eſſe ſcilicet in mari triginta dies. Et nomen pro aduerbio poſuit: odioſum, pro odioſè.* *Haud clam me eſt.* *λιτότης, pro Ego maximè intelligo quàm odioſum ſit. Nam qui iungunt, & ſic legūt: errant, & non intelligunt.* *Aufugerim.* *Coniunctiuum modum poſuit pro indicatiuo futuro: vel, vt alij dicūt, promiſsiuo.* *Aufugerim.* *Sic veteres, quod nos fugerim.* *Olim quidem te cauſæ impellebant leues.* *Mirè in ſeruum fugitiuum, qui ob vitium huiuſmodi, non ob cauſam fugiat. Et bene Leues dixit. hæc enim non eſt leuis.* *Quod nunc minitare facere.* *Vt ſit ordo, Olim quidem te cauſæ impellebāt leues Soſia, vt faceres quod nunc minitaris facere hac occaſione. Artificioſè. & in Andria ſic ait recusāti periurium ſeruo Myſis, Noua nunc religio in te inceſsit?* *Facere.* *Vt faceres. Comicum eſt & Terentianum.* *Sed Pamphilum ipſum video.* *Ipsū à quo miſſus ſum, vel dominum, vt Græci dicunt αὐτὸν.* *Ego hunc adibo.* *Vel noua curioſitate ait Parmeno.* *Equidem te expecto.* *Bene excepit Pamphilus Parmenonem, vt videatur vera dicturus.* *Equidem te expecto.* *Apparet Pamphilū Parmenonis abſentiam deſiderare: eo quòd nunc prior Parmenonem alloquitur.* *In arcē trāſcurſo opus eſt.* *Oſtendit quàm lōgè ſit,*

*Aín' tu?* — *Ingreſſus mare. Egreſſus.* — *Temporis accuſatiuus* — *Aut plus eo.* — *Expectatio mali.* — *Semper.* — *Vſque.* — *Odioſum, pro odioſè.* — *Coniunctiuū pro indicatiuo.* — *Promiſsiuus modus.* — *Aufugerim.* — *Cauſa leuis* — *Facere.* — *Ipſe.* — *Tranſcurſo opus eſt.*

## ACTVS III. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

NArrat Soſia quæ adierit maris pericula. Seruus Parmeno in arcem mittitur, ne parere Philumenā interim audiat.

ARG. PAVL. MAL.

HIc pergens in incepto ſermone Parmeno introducitur, percontans à Soſia de pelagi periclis. Deinde à Pamphilo in arcem mittitur, ne Philumenam parere interim percipiat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

HIc locus communis eſt, quàm incommodum ſit nauigare.

*Senarij.*

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

AIN' *tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter?*
S. *Non hercle Parmeno verbis dici poteſt*
*Tātū, quàm re ipſa nauigare incōmodū eſt.*
PAR. *Itáne eſt?* S. *ô fortunate, neſcis quid mali*

gẽ ſit, cùm in arcem dicat. Et bene in arcem quam Minerua condidit. ∇Tranſcurſo.} Pro tranſcurrere. ∇Cui homini?} Hæc verba cũ ſua pronuntiatione vim recuſationis in ſe continent. ∇Cui homini?} Cum recuſatione pronuntiandum. & eſt pigri reſponſio, laborem ad alium transferentis. ∇In arcem?} Pronũtia vt oſtendat quàm longè ſit in arcẽ trãſcurrere. ∇Qui mecum vnà aduectus eſt.} Apparet eũ cum eo aliquid negotij habere, cùm dicit, Qui mecũ vnà eſt aduectus. ∇Vouiſſe hunc dicam, ſi saluus domum rediſſet vnquam.} Facetè dixit. More enim hoc fit eorum qui longis itineribus maris periclitati, vouent aliquid ſi peruenerint. Et conuenit hoc Pamphilo: quem ſuprà malè nauigaſſe audierat. ∇Quid vis dicam? an conueniã modò?} Non enim mandauerat quicquã, qui ſine cauſa mittebat, oblitus bene diſsimulare: vt qui mentiuntur. Et ſic pronuntiandum, An conueniam modò: vt reprehendere dominum Parmeno videatur. ∇Imò, quòd conſtitui me hodie.} Deeſt, dic. & ſumitur à superiori ſententia, qua dixit, Quid vis dicam? ∇An conueniam modò?} εἰρωνικῶς dixit. Nam non hoc interrogantis ſimpliciter. ∇Imò, quòd conſtitui me hodie.} Apparet eũ hanc conquiſitam, & vix corraſam inueniſſe cauſam. ∇Vola.} ὑπερβολικῶς [?] vſus eſt. ita curras vt volare magis quàm currere videaris. Et antea tranſcurrere iuſſerat: nunc adiecit imperio. Nam non curre, ſed vola. ∇At non noui hominis faciem.} Moralis expreſsio pigritiæ in tot excuſationibus poſita eſt. ∇At faciam vt noueris.} Stomachosè pronuntiandum At. quod & Pamphilus repetit dicens, At faciam vt noueris. ∇Magnus, rubicundus, criſpus cæſius,

Cui homini?

Volare.

Prætererіs, qui nũquam es ingreſſus mare.
Nam alias vt * omittam miſerias, vnam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo in naui fui,
Cùm interea ſemper mortem expectabam miſer:
Ita vſque aduorſa tempeſtate vſi ſumus.
PAR. Odioſum. S. haud clam me eſt. denique hercle aufugerim
Potius, quàm redeã, ſi eò mihi redeundũ ſiet.
PAR. Olim quidem te cauſæ impellebant leues,
Quod nũc minitare facere, vt faceres Soſia.
Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium:
Ite intrò: ego hunc adibo, ſiquid me velit.
Here * etiam tu hîc ſtas? PAM. equidem te expecto. PAR. quid eſt?
PAM. In arcẽ tranſcurſo opus eſt. PAR. cui homini? PAM. tibi.
PAR. In arcem? quid eò? PAM. Callidemidem hoſpitem
Myconium, qui mecum vnà aduectus eſt, cónueni.
PAR. Perij: vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domum
Rediiſſet vnquam, vt me ambulando rumperet?
PAM. Quid ceſſas? PAR. quid vis * dicam? an conueniam modò?
PAM. Imò, quòd conſtitui me hodie conuenturum eum
Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet, vola.
PAR. At non noui hominis faciẽ. PAM. at faciam vt noueris:
Magnus, rubicũdus, criſpus, craſſus, cæſius.
* PAR. Cadauerofa facies: dij illum perduint.
Quid ſi non veniet? maneámne vſque ad veſperum?
PAM. Maneto: curre. PAR. non queo: ita defeſſus ſum.
PAM. Ille abiit: quid agam infelix? prorſus neſcio

craſſus.} Properatio συναθροισμὸς. Et aceruo ſine coniunctiuo eſt vſus. ∇Magnus, rubicũdus.} Imperitè Terentium de Myconio criſpum dixiſſe aiunt: cùm Apollodorus caluum dixerit: quod propriũ Myconis eſt. vt Lucilius, Myconi calua omnis iuuentus. Vnde etiam prouerbium Græcum, μυκώνιος φαλακρός. Sed ego Terentiũ puto ſcientem facetius Myconium criſpũ dixiſſe. ∇Cæſius.} Glaucis oculis, quaſi felis oculos habens & glaucos. ∇Cadauerofa facies.} Subliuida, ac perſonata rubore & liuore. rubicundi enim & craſſam faciem ſæpe habẽt: quod eſt propriũ cadaueris. Poteſt et pulpoſa intelligi & craſſa, quaſi cadauerofa. Caro enim dicta eſt, eo quòd careat anima. Et caro propriè dicitur mortuorũ. Virgilius, Et corpora luce carentum. Vnde carnifices dicti, quòd carnes ex homine faciant. Pulpa verò, propriè ea quæ manducatur, eo quòd pulſetur & conſcindatur. Poteſt & r, pro d, poni: vt caro ſit dicta quaſi cado. vt Virgilius, —bellóq; caduci Dardanidæ. quòd iam ſcilicet ſine anima ſit, & cadat. ∇Dij illum perduint.} More pigrorum malè optat ei propter quẽ mittitur. ∇Quid ſi non veniet?} Omnia dicit, ne eat. ∇Maneto: curre.} Etiam Pamphilus tanquã de induſtria perſeuerat. ∇Nõ queo: ita defeſſus ſum.} Hoc in geſtu, & ſpectaculo plus eſt: nã in ſenſu & author exprimit laſsitudinem. ∇Ille abiit.} Quaſi dicat, licet iam loqui. ∇Ille abiit.} Quaſi cũ difficultate completã rem oſtendit hoc dicto. ∇Suæ gnatæ partum.} ἐπεξήγησις. ∇Quod potero, faciam.} Id eſt celabo quãtum potero. an quaſi proiiciẽs curas, & feſſus angore dixit, Quod potero, faciam: id eſt ſi potero, cedam amori? & rurſus tanquam pietatis admonitus, adiecit

*mittam

Myconij calui.

Cæſius.

Cadauerofa facies.

Caro.

* etiam nunc tu

Carnifices.

Pulpa.

*nuntiẽ?

* Cadauerofa facies. PAR.

Quod potero.

*Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myr-*
*rhyna*
*Suæ gnatæ partum. nam me miſeret mu-*
*lieris.*
*Quod potero, faciam, tamen vt pietatem*
*colam:*
*Nam me parēti potius, quàm amori obſequi*
*Oportet. at at eccum Phidippum, & patrem*
*Video: horſum pergunt: quid dicam hiſce,*
*incertus ſum.*

*exceptionem, Tamē vt pietatem colam. Seruat enim in illo amorem poëta: cuius non pœnitebit, re cognita, & errore ſublato. ⁋ Quod potero, faciam.* } *Id eſt amori obſequar. nam miſericordia mulieris de amore deſcendit. ⁋ Quod potero, faciam.* } *Apparet hoc dictum, defectus*
*Tamen vt pietatē colam.* *eſſe, non virtutis. ⁋ Tamen vt pietatem colam.* } *Recordatus eſt læſam matrē eſſe ab vxore: hoc enim credit: & ideo ſe ad exceptionem reuocauit, Ita ſe amori cedere oportere, vt non obliuiſcatur omnino pietatis. Et bene in eam cauſam contulit neceßitatem non reducendæ vxoris, quæ inuenietur nulla eſſe. Sunt tamen qui manente eadem ſententia, totum hoc iungunt, Quod potero, faciam tamen vt pietatem colam: hoc eſt, inquantum potero, dabo operam aduerſus amorem, vt omiſſo eo, pietatem colam. Et ſubiungitur cauſa. Tamen vt pietatem colam. Deeſt Ita: vt ſit tamē pro duntaxat. vt ſit; Ita vt pietatem colam. Dixerat enim quod potero: & ideo addidit*
*Tamen.* *exceptionem, Tamen vt pietatē colam: id eſt non ſum oblitus & matris. ⁋ Tamen.* } *Pro ita tamem. ⁋ Nam me parenti potius, quàm amori.* } *Amori, ſcilicet vxoris. quia dixit, Quod potero, faciam. & hoc eſt quod dixerat, Quod pote-*
*At at.* *ro, faciam. ⁋ At at.* } *Interiectio eſt conterriti & contur-*
*Pergo.* *bati. ⁋ Horſum pergunt.* } *Modò pergunt, pro eunt: aliâs perſeuerant.*

ADRIA. *Ain' tu.* } *Vt ait Donatus, In ſcena oratio naſcitur, aut*
BARL. *in ſcenam defertur, vt hîc. Nam aliquid narraſſe apparet Soſiam de itineris ſui incommodis. ⁋ Neſcis quid mali præterieris.* } *Hic eſt locus communis de incommodis naniga-*
*Loci communes.* *tionis. Loci autem communes dicuntur, quòd communiter omnibus qui ſunt eiuſdem generis conueniunt. Vt diſputatio, quæ aduerſus proditorem inſtituitur, in omnes ei ſceleri obnoxios ex æquo competit. In communibus locis tractandis eximius eſt Chryſoſtomus: nunc auaritiam, nunc ebrietatem, nunc temporis luxum vituperans, nunc ſpectaculorū vanitatem oſtendens. ⁋ Dies triginta.* } *Accuſatiuo caſu plenus numerus, & continuatio rei ſignificatur. ⁋ Aduerſa vſque tempeſtate.* } *Vſque diu, aut valde ſignificat. ⁋ Odio-*
*Odioſum.* *ſum.* } *Moleſtum tot dies in mediis vndis, in naui tanquam in carcere fuiſſe. ⁋ Cauſa impellebant leues.* } *Seruus Soſia fugitiuus. ⁋ In arcem.* } *Participium Donatus pro verbo*
*Tranſcurſo opus eſt.* *tranſcurrere interpretatur, ſed poteſt & pro tranſcurri accipi. ⁋ In arcem tranſcurſo opus eſt.* } *Pamphilus calido ablegat conſilio ſeruulum. Vſq; adeò cauet, ne quà emanet negotium. ⁋ In arcem?* } *Sic pronuntiat, vt oſtendat longum in arcem eſſe tranſcurſum: ita nimium pigro illi videbatur.*
*Myconij calui.* *⁋ Hoſpitem Myconium.* } *Strabo libro gæographiæ decimo refert vulgo Myconios caluos dici ſolitos, quòd in ea inſula vitium hoc quaſi gentilitium ſit atque omnibus fermè commune. Eſt autem Myconus inſula vna Cycladum. Admonet & Donatus prouerbio dictū Caluus Myconius. & Terentium defendit, quem nonnulli hoc loco imperitiæ nomine reprehendebant, quod cùm Apollodorus caluum dixerit, ipſe criſpum verterit. & putat poëtam non inſcitia, ſed facetius etiam per ironiam dixiſſe criſpum, quàm ſi caluum dixiſſet, quod quidē ipſum etiam prouerbium reſipit de his, quæ rara ſunt inuentu, veluti ſi quis Scytam dicat eruditū, Italum bellacem; negotiatorem integrum, militem pium, aut pœnum fidum. ⁋ Non noui hominis faciem.* } *Multum rogando & excuſando pigritiam exprimit; dicit enim, Quid eò? quid vis nuntiem? an conueniam modò? deniq; non noui hominis faciem. ⁋ Faciam vt noris.* } *Stomachosè pronuntiandum eſt. ⁋ Rubicundus criſpus &c.* } *Characteriſmos eſt. per accidentia enim rem deſignat, vt caluo ſeruiret Roma Neroni, Domitianū intelligens. ⁋ Craſſus, cæſius.* } *Cæſius.* *Cæſius color à Græcis glaucus dicitur, hinc glauci equi, qui felineis oculis ſunt. Vnde hoc loco Donatus inquit, cæſius, glaucis oculis, quaſi felis oculos habēs. ⁋ Cadaueroſa facies.* } *Donatus interpretatur faciem rubore perſonatam, & ait rubicundos craſſam faciem ſæpe habere, atque id propriū eſſe cadaueris. ⁋ Dij illum perduint.* } *Pigrorū more malè optat ei ad quem mittitur.*

*Argumentum. Iterum ablegatur Parmeno, ne ſentiat* LATO-
*parturire Philumenam. ⁋ Ain' tu.* } *Colloquium ſeruorum* MVS.
*de mari, priùſquam veniatur ad Pamphilum. ⁋ Aufugerim potius.* } *Facetè indicatur vitiū ſerui fugitiui. ⁋ In arcem.* } *Fingit cauſam Pamphilus. ⁋ In arcem?* } *Cum vultu & ſtomacho pronuntiandum. & attende quàm graphicè vbique depingantur tum garruli & curioſi, tum inertis ſeruuli mores. ⁋ Vola.* } *Impoſitio celeritatis. ⁋ Magnus.* } *Vrbana deſcriptio ad ludificādum ſeruulum. Lege prouerbiū Eraſmi, Myconius caluus. ⁋ Nam me mi.* } *Attende humanitatem & pietatem Pamphili.*

PETRVS MARSVS.

*Ain' tu.* } Nauigandi *mariſque pericula & incommoda magníque timores & conſternationes, quæ in ſubitis tempeſtatibus nos circunſiſtunt, hîc à ſeruulo dicūtur: vt moneamur & nos ita vitam inſtituere, vt quàm poteſt fieri rariſsimè eiuſcemodi elemento nos committamus. Quod eleganter Propertius libro tertio quoque ſuadet, dum dehortatur à nauigando.*

*Terra parum fuerat, terris adiecimus vndas;*
*Fortunæ miſeras auximus arte vias.*
*Anchora te teneat, quem non tenuere penates?*
*Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt?*
*Ventorum eſt, quodcunque paras. haud vlla carina*
*Conſenuit, fallit portus & ipſe fidem.*

*⁋ Cadaueroſa facies.* } *Id eſt, monſtroſa: nam cadauerū for-* *Cadaueroſa facies.*
*ma magis monſtro, quàm recto homini competit.*

RIVII CASTIGATIO.

*Quid vis dicam? an conueniam modò?* } Nos *legendum ſuſpicamur: Quid vis nuntiem? ex impreſsis quibuſdam, vt Veneto, Argentoratenſi, aliis paulo vetuſtioribus.* Nec *aliter interpres, cuius hæc inter alia verba ſunt: Imò quòd conſtitui me hodie. deeſt, inquit, nuntia: & ſumitur à ſuperiori ſententia, quia dixit: Quid vis nuntiem? Hæc Donat.*

*Quanquam*

*Quanquam alterum planè illud non reticimus, quod & manuſcripti codices habent. Si lectio Donati probatur, eſt in metiendo verſu contrahendum verbū nuntiem in duas ſyllabas.* [Non poſſe. ne me fruſtra illic expectet: vola.] *Nos omiſſo pronomine me, legimus: Ne fruſtra illic expectet. Sic enim in nonnullis reperimus.*

GLAREANVS.

*Senarij ſunt omnes iābici. In vndecimo, Eo monoſyllabum eſt, niſi creticus ſit loco tertio, & vel Mihi monoſyllabum, vel proceleuſmaticus loco quarto. In decimoſeptimo, Cui abſque eliſione manet. In decimonono, s, in Aduectus eliditur. In viceſimoſecundo, pro Dicam Donatus legiſſe videtur Nuntiem. Itaq; vel ſynæreſis ſit in eo verbo, vel bacchius eſt loco quarto, In viceſimotertio, creticus eſt loco primo. In viceſimoquarto, Riuius expungit Me. Alij illi pro illic legunt. In viceſimonono, s, eliditur in Defeſſus. In trigeſimoſecundo, Suæ monoſyllabum, aut bacchius loco primo. In trigeſimoquarto, m, in Quam non eliditur. In penultimo, Phidippon legendum, vt ſit accuſatiuus Græcus. In vltimo, s, eliditur in verbo Incertus.*

IOANNES THEODORICVS.

Cæſius color. *Cæſium colorem, Cadauerosámque faciem, Thyleſius in libello de coloribus longè aliter quàm Terentiani enarratores interpretatur. Cæſius, inquit, ſi dictus eſſet quaſi Cælius, à cælo, eadem foret in cælo & cæſio diphthongus. Conſtat autem eſſe in iis vocibus diuerſam. Nihil præterea differret à cæruleo, quando id à cælo deductum eſt.* Cæruleus color. *Cæruleus enim dictus quaſi Cæluleus, propriè color eſt cæli, ſed ſereni. Id quod Ennius reſpiciens, Cæli, inquit, cærulea templa. Atque inde ab omnibus mare appellatur cæruleum:* Mare cæruleum. *refert enim illud eundem, quem ab ipſo ſupernè accipit, cæli nitorem. Sine vlla dubitatione, quod nos Cæruleum, Græci dicunt Cyaneum, in quorum etiam commentariis Lazurion inuenio.* Cyaneus color. *Aſcribitur huic generi, qui Venetus olim, nūc vulgò Blauus nuncupatur.* Venetus color. *Differt autem ſine dubio Cæſius à Cæruleo, vel ex ipſius M. Tullij authoritate, cuius hæc ſunt verba in primo De natura deorum libro: Cæſios oculos Mineruæ, cæruleos eſſe Neptuni. Ad hæc, non quemadmodum legimus cælum, mare, veſtem, florem cæruleum: ita legimus cælum, mare, veſtem, florem cæſium. ſed oculos tantum cæſios, veteres dixerunt, quibus ineſt fulgor quidam viſu horrendus.* Oculi cæſii. *Vnde exiſtimo, ſicut Cæſar & Cæſo dicuntur à cædendo, ita Cæſium à Cæde nominatum eſſe: vt qui Cæſius ſit, cædem quodāmodo oculis minari videatur: qualis prælio gaudens & cæde, dicitur fuiſſe Minerua: ex quo illa ab antiquis vocata fuit, vt ego arbitror, Cæſia. Significat hoc M. Cicero prima in Catilinam oratione, vbi de Catilina ait: Notat & deſignat oculis ad cædem vnumquenq; noſtrum. Hic, qui oculis ad cædem Senatores deſignabat, cæſius erat. Cuius etiā oculos Saluſtius inſignis hiſtoricus fuiſſe tradidit fœdos, id eſt cæſios. Cuiuſmodi memoriæ proditum eſt Neronis quoque oculos fuiſſe: quod ipſum nō leue fuit argumentum tyrannicæ crudelitatis. Quin à Terentio Cæſii hominis facies dicitur cadauerosa, hoc eſt immanis, & ſæuitiam arguens, qualem ſicarij præ ſe ferunt & carnifices:* Cadauerosa facies. *quanuis alij parum eruditè cadauerosam pro ſubliuida expoſuerint. Enimuero leonis oculos ſi quis inſpexit, qualis ſit hic color, intelliget. Micant illi, vt ſtudioſè ipſi propè conſyderauimus, velut ignis penitus flagrā. Dicitur color hic Græcè ab omnibus Glaucus, quod verbum longo vſu Latini poëtæ ſuum fecerunt.* Glaucus color. *Latius tamen patet Glaucus: nam præter oculos Noctuinos, quos (vt auis ipſius Græcum nomen declarat) omnes glaucos eſſe confirmant, multa dicuntur glauca: vt vlua, paluſtris herba: vt ſalix, cuius cūm frondes, tū multo magis cortex in ramis præſertim anniculis, nitet hoc colore. Quem laudat Virgilius in equis, eósq; noto carmine glaucos appellat, communi Italorū lingua Baios nominatos. Nam ſpadices honeſti ab eodem poëta ibidem vocati, illuſtriores ſunt aliquanto: Baij & ipſi, ſed clari, vulgò nuncupati.* Spadices. *atq; ij duo aliorum omnium maximè probantur colores in equis. Vlua igitur, ſalix, quas idem Virgilius glaucas dixit: equi item ſpecies optima: caſtaneæ etiam nucis tunica, aliáq; multa, præter leonis ac noctuæ oculos, colorem glaucum oſtendunt. Sed (vt vnde diſceſſi, redeam) quando Cæſius color tantùm eſt oculorum, videndum eſt, ne is ſit potius, quē Ariſtoteles Charopon vocat. Sic enim ab illo dicitur leo, ab oculorum ſæuitia, quem Catullus poëta doctiſſimus Cæſium appellat.* Charopos color. *Vnde Hercules cognomēto dictus fuit Charops, quaſi iracundè intuens. Nam chara Græcè, ira quoq; dicitur Latinè. & ex eodem, vt puto, horrore Charybdis nominata eſt, & Charon: de quo quum inquit Virgilius, —Stant lumina flamma, Cæſium voluit ſenem illum horribilem ac dirum ſignificare. Quāuis non neſciā Charopon ab aliis aliter quoq; exponi. Hæc ad verbum Thyleſius. Fronto tamen apud Gellium libro ſecundo cap. XXVI. in diuerſa eſt ſententia, ſic inquiens: Latinis veteribus Cæſia dicta eſt, quæ à Græcis γλαυκῶπις, vt Nigidius ait, de colore cæli, quaſi Cœlia. De Minerua loquitur. Sed operæpretiū mihi uideor facturus, ſi locorum quos citat Thyleſius perquirendorū laborem ademero lectori. Saluſtius de Catilina: Color ei exanguis, fœdi oculi: citus modò, modò tardus inceſſus: prorſus in facie vultúque vecordia inerat. Rurſus de eodem moribundo. Catilina verò longè à ſuis inter hoſtiū cadauera repertus eſt, paululum etiam adhuc ſpirans, ferociámq; animi quam habuerat viuus, in vultu retinens. Suetonius in Nerone cap. LI. Oculis fuit cæſiis, & hebetioribus. Virgilius libro ſexto Aeneidos:*

*Tandem trans fluuium incolumes, vatémque virúmque,*
*Informi limo, glaucáque exponit in vlua.*

*Idem libro ſecundo Georgic.*

*Populus, & glauca canentia fronde ſalicta.*

*Idem quoque Georgic. lib. III. de equorum coloribus: —honeſti ſpadices, glaucíque: color deterrimus albis. Glauci, inquit Seruius, ſunt felineis oculis, id eſt ſplendore perfuſis.*

*Catullus in epigrammate de Acme & Septimio:*

*Solus in Libya, Indiáve toſta,*
*Cæſio veniam obuius leoni.* Virgil. VI. Aeneid.
*Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat*
*Terribili ſqualore Charon: cui plurima mento*
*Canicies inculta iacet: ſtant lumina flamma.*
*Lumina, oculi. Stant, horrent. Seruius.*

*Nihil obfuerit legere quæ in hanc rē ſcripſit Cælius libro decimotertio capite octauo, & lib. XIIII. cap. XVIII.*

## ACTVS III. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

DE reducenda Philumena inter ſenes agitur. Pamphilus reducturum ſe negat. fert eam rem indignè Phidippus.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Pamphilus eligit potius mãtrem defendere, Philumenam verò incuſare apud ſenes, quàm amori obtemperare: adeò, vt à conſpectu Phidippi ſoceri tandem diſcedat, ea lege & animo, vt non ſit Philumenam eius filiam tanquam vxorē reducturus. Quod Phidippus cauſam ignorans ægrè & indignè tulit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Senes impellunt Pamphilum, vt vxorem reducat.

*Partim Trochaici Tetrametri, partim Iambici Trimetri.*

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

*DIxtíne dudum dixiſſe illam ſe expectare filium?*
*PH. Factum. L. veniſſe aiunt: redeat. PA. quā cauſam dicam patri,*
*Quamobrem non reducā, neſcio. L. quem ego hîc audiui loqui?*
*PAM. Certum obſirmare eſt viam me, quam decreui perſequi.*
*L. Ipſus eſt, de quo hoc agebā tecum. PAM. ſalue mi pater.*
*L. Gnate mi ſalue. PH. bene factum te aduenïſſe Pamphile:*
*Atque adeò, quod maximum eſt, ſaluum atque validum. PAM. creditur.*

DONAT.

*DIxtíne dudum dixiſſe illam ſe expectare filium?} Facetè principium eſt interrogantis ita, vt ſciat quid ſibi reſponſurus ſit quem interrogat. Illatutus eſt enim argumentum per ἐπαγωγὴν. ¶Dixtíne dudum.} Quia dixerat, Sanctè adiurat non poſſe Pamphilo ſe abſente perdurare. ¶Dixtíne dudum.} Captioſa interrogatione cœpit, dicturus, Veniſſe aiunt, redeat.*

*Factum.*

*¶Factum.} Id eſt dixiſſe illam, aut me. Et deeſt Eſt: vt ſit, Factum eſt. ¶Quamobrem nō reducam, neſcio.} Habet cauſam: ſed non vult verā dicere. & præterea nō vult cū inuidia matris ſuæ loqui: ſi in illam conferat, vt vxorem non reducat domū. ¶Quem ego hîc audiui loqui?} Vt ſolet, primò perſonas inducit ſecum loquētes: deinde ipſas conuenire inuicem: vt alibi, Quis hîc loquitur? Myſis ſalue.*

*Obſirmare viam.*

*¶Certum obſirmare eſt viā me.} Aduerſus omnia obſtinatè agere, id eſt contra omnes. ¶Obſirmare viā me.} Quā decreui perſequi. Id eſt vt matri potius, quàm amori morem gerat. ¶Atque adeò quod maximum eſt, ſaluum atque validum.} Ordo eſt, primùm aduenïſſe, deinde ſaluum, poſtremò validum. ¶Saluum atque validum.}*

*Validus.*

*αὔξησις ad ſalutem. Validus nanque, robuſtus & habitior corpore. ¶Creditur.} Minus blandè reſpōdet, de repudio vocatur. ¶Quod maximū eſt.} Legitur &, Quod maximè eſt. ¶Aduenis modò?}*

*Modò.*

*Difficile inuenitur præſentis temporis modò. Atq; vt oſtendat eſſe momentum etiam præſentis temporis: dixit,*

*Admodū.*

*Admodum: quod eſt minus. ¶Aduenis modò? Virgilius, — vigiláſne deûm gens Aenea? vigila. ¶Admodum.} Excuſatio cur adhuc non viderit patrē. ¶Cedò quid reliquit Phania cōſobrinus noſter?} Vtrum tacitè Laches de hæreditate loquitur præſente ſocero, vt illum cupidiorem faciat ad reuocandam filiam? & ſit ſæpe hoc, vt ex alio principio peruenire quæamus ad ea quæ volumus dicere. An ideo, vt ſciat rem, & diuitias ſuas, cupidiorem ſocerum redditurus? ¶Conſobrinus noſter?} Quaſi ſororinus. Sobrini ſunt ex duabus ſororibus. Conſobrini, ex Sobrini, fratre & ſorore. Et propinquitate Terētius frequentata mo Conſobrini. netur: vt hæredum. ¶Conſobrinus noſter?} Cùm de fratre natus eſt alter, & alter ex ſorore, conſobrini: cùm ex fratribus, patrueles dicuntur.*

*Patrueles.*

*¶Sanè hercle homo volupta*

*Sanè.*

*ti obſequens fuit.} Sanè ſatis, validè. nam qui ſanus, & validus eſt. ¶Voluptati obſequens fuit.} Contrà facit Pamphilus: diſiūgi enim volēs, nihil dicit, vel parum relictum. ¶Haud multum hæredem adiuuant.}*

*Adiuuare hæredem.*

*Parum conſulunt hæredi. ¶Sibi verò hanc laudem reliquit: vixit, cùm vixit, bene.} Bene & facetè, nihil hæredi relinquunt, ſibi verò relinquunt. ¶Vixit, dum vixit, bene.} Planè vnum Vixit Vixit, dum aliud ſignificat: & alterum vixit, bene. vixit, aliud. ¶Vixit, dum vixit, bene.} Sententia eſt hortantis ad delicatè viuendū. ¶Vixit, dum vixit, bene.} Hoc enim ſcilicet reliquit. ¶Vna ſententia?} Expreſſit animū auari ſenis.*

*Quidquid.*

*¶Quidquid eſt id, quod reliquit, profuit.} Quidquid, & ad paruitatem refertur. vt, At enim id mihi ſatis eſt, quod eſt de me opinionis: quidquid eſt. ¶Quidquid eſt id, quod reliquit.} Nullum in hoc ſene fuit doloris officium antè, quàm ſciret aliquid relictum.*

*Profuit.*

*¶Profuit.} Id eſt pro nobis fuit: ac per hoc noſtrū eſt: poteſt enim ipſe profuiſſe: poteſt res eius. ¶Imò obfuit.} Morem eorum expreſſit quibus relinquitur: qui cùm audierint ſibi aliquid eſſe relictum, tunc triſtes ſe fingunt. ¶Nam illum viuum, & ſaluū vellem.} Non idem viuum, quod ſaluum.*

*Impune.*

*¶Impune optare iſtuc licet.} Bene impune: quia hæredi pœna eſt, mortuos reuiuiſcere. An ſine detrimento optas? vt cùm medicus dicit de iam mortuo, Ego ſi illum curarem, viueret. ¶Impune*

L. aduenis modò? PAM. admodum. L. cedò, quid reliquit Phania
Conſobrinus noſter? PAM. ſanè hercle homo voluptati obſequens
Fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multum hæredem adiuuant.
Sibi verò hanc laudem * reliquit: vixit, dum vixit, bene.
L. Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus vna ſententia?
PAM. Quidquid eſt id, quod reliquit, profuit. L. imò obfuit.
Nam illum viuum & ſaluum vellem. PH. impune optare iſtuc licet.
Ille reuiuiſcet iam nunquam. & tamen vtrũ malis, ſcio.
L. Heri Philumenam ad ſe accerſi hic iuſſit: dic iuſſiſſe te.
PH. Noli fodere: iuſſi. L. ſed iam eam remittet. PH. ſcilicet.
PAM. Omnem rem ſcio, vt ſit geſta: adueniens audiui omnia.
L. At iſtos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nuntiant.
PAM. Ego ſcio me cauiſſe ne vlla meritò cõtumelia
Fieri à vobis poſſet: idque ſi nunc memorare hîc velim,
Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui,
Verè poſſim: ni te ex ipſa id magis velim reſciſcere.
Nanque eo pacto maxumè apud te meo erit ingenio fides,
Cùm illa, quæ nunc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit:
Neque culpa hoc eueniſſe diſſidium mea, id teſtor deos.
Sed quando ſeſe indignam eſſe deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiúſque mores toleret ſua modeſtia:
Neque alio pacto componi poteſt inter eas gratia:

* relinquunt:

Impune optate. Si optata euenirent, nũquam, inquit, optares vt ille reuiuiſceret. Ille reuiuiſcet iã nunquã. Mirè poëta his verbis Phidippum quoq; ſubinuidere indicat. Plus eſt nunquam, quàm non. Et tamẽ vtrum malis, ſcio. Mortuũ illum magis, quàm vt reuiuiſcat denuò. Et tamen vtrũ malis, ſcio: Quid malis de duobus, ſcio: vtrum illum mortuum permanere, an reuiuiſcere. Heri Philumenã. Hoc erat quò omnis tẽdebat oratio. Ad ſe accerſi hic iuſſit. Bene & accerſi & iuſſit: vt nihil vxor ſua ſponte fecerit. Heri Philumenã ad ſe accerſi hic iuſſit. Et Heri, & iuſſit, bene: vt breue tempus ſit: & coacta videatur exiſſe. Et non abduci, ſed accerſi, nec à nobis, ſed ad ſe. Omnem rem ſcio, vt ſit geſta. Virgil. Troianas vt opes & lamentabile regnum, &c. At iſtos inuidos Dij perdant. Bene inuidos, qui matrimonio inuideant. ergo reuocanda vxor eſt, & adeò non puduit mendacij honeſtè deprehenſum ſenem, vt inuidos faceret qui vera prodiderant. Ego ſcio me cauiſſe. Principium à tempore, à dictis, factiſq;, tã ſuis quàm aduerſariorũ: & ab anteacta vita et præſenti. Ego ſcio me cauiſſe, ne vlla meritò cõtumelia. Mirè addidit, Meritò. non enim cauere, inquit, ne fieret ea potui. Igitur ne meritò fieret, quod in me fuit. Idq; ſi nunc. Ab anteacta vita. Et clementi fui. Pro fuerim. indicatiuum pro cõiunctiuo poſuit. Ni te ex ipſa id magis velim reſciſcere. παράληψις. Nanque eo pacto maxumè apud te meo erit Ingenio fides. Bene nõ dictis, ſed ingenio. Cũ illa quæ nunc in me iniqua eſt, æqua. Iniqua æqua παρωνομασίαι ſunt Terẽtianæ. Et bonum argumentum. Nam & Virgilius, Ipſe hoſtis Teucros inſigni laude ferebat: inquit. & Cicero, Te ipſo teſte iniquo, atq; improbo: verùm ad hanc rem ſatis idoneo: te inquam teſte, dicam. In me iniqua eſt, æqua de me dixerit. Quia aduerſarij teſtimonium, ſi contra ſe dicat, tam graue eſt, quàm vel boni viri. Neque culpa hoc eueniſſe diſſidium mea. Non ergo quid fiat, verùm per quos fiat, quærendum eſt. Et nimis abruptè dixit eueniſſe, non euenire. Hoc eueniſſe diſſidium. Ad confirmationem, non euenire, ſed eueniſſe dixit. Sed quando ſeſe indignã. Hoc ſic profert, vt eam oſtendat cauſam eſſe diſſidij: & hoc ipſo tentat vtrum dotẽ relinquere poſſit. Et ideo ſuprà, Neque mea culpa hoc diſſidium eueniſſe, id teſtor deos, inquit. Deputat matri meæ, cui concedat. Fortaſſe ergo indigna eſt. & rectè deputat: mihi tamen mater colenda eſt. hoc ſentit. Deputat matri meæ, cui cõcedat. ἐν ὑποκρίσει matri meæ, vt idonea ſit cauſa repudij. Cuiúſq; mores toleret. Hoc melius, quàm obſequatur, vt inſeruiat. Mores toleret. Bene, mores, vt aniculæ: non enim prauitatem. vnde ſenes, moroſi appellantur. Horatius, Donec virenti canities abeſt Moroſa. Mores toleret ſua modeſtia. O temperamentum: mores potius quàm iniurias dixit. Neq; alio pacto componi poteſt. Niſi vt cõcedat matri, toleretq; mores eius. Segreganda aut mater eſt à me Phidippe. Bene tanquam ex deliberatione colligit quod facturus eſt. Et mollius ſegreganda, quàm excludenda. Nunc me pietas matris potius commodũ ſuadet ſequi. Quàm mollibus verbis repudiũ nuntiatũ eſt à Pamphilo. Ad aures haud inuito. Optimè dictũ, Haud inuito. non enim in totum volenti: quippe de nito.

Nunquam. Eueniſſe. Tolerare mores. Moroſi ſenes. Indicatiuus pro Cõiunctiuo. Segregare. Excludere. Ingenio fides. Haud inIniqua æqua.

Segregāda aut mater eſt à me Phidippe, aut Philumena:
Nunc me pietas matris potius commodum ſuadet ſequi.
L. Pamphile ad aures haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus,
Cùm te poſtputaſſe omnes res præ parente intellego.
Verùm vide, ne impulſus ira prauè inſiſtas Pamphile.
PAM. Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim?
Quæ nunquam quidquam erga me commerita eſt pater,
Quod nollem: ſæpe, quod vellem, meritā ſcio.
Amóque & laudo, & vehementer deſidero.
Nam fuiſſe erga me, miro ingenio, expertus ſum:
Illique exopto, vt reliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui ſit fortunatior:
Quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſitas.
PH. Tibi id in manu eſt, ne fiat. L. ſi ſanus ſies,
Iube illam redire. PAM. non eſt conſilium pater:
Matris ſeruibo cōmodis. L. quò abis? mane,
Mane inquam: quò abis? PH. quæ hæc eſt pertinacia.
L. Dixíne Phidippe hanc rem ægrè laturum eſſe eum.
Quamobrem te orabam, vt filiā remitteres.
PH. Non credidi ædepol adeò inhumanum fore.
Ita nunc is ſibi me ſupplicaturum putat?
Si eſt, vt velit reducere vxorem, licet:
Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat.
L. Ecce autem tu quoque proteruè iracundus es.
PH. Percontumax rediiſti huc nobis Pamphile.
L. Decedet iam ira hæc, etſi meritò iratus eſt.
PH. Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ,

diſſidio. ſed tamen quia piè locutus eſt, mediocriter approbauit. ¶ Pamphile, haud

Oratio à nomine incepta.

inuito. } Grauis oratio eſt à nomine incepta. Virgilius: O præſtās animi iuuenis. Et eſt figura λιτότης. Sic Virgilius, Poſt habui tamē illorum mea ſeria ludo. ¶ Haud inuito ſermo mihi acceſſit tuus. } Senili loquacitate: pro rectè locutus es. ¶ Omnes res. } Plus dixit, quàm ſi vxorē diceret. ¶ Præ parente

Parens.

intellego. } Bene parēte: quod nomen commune & cum patre eſt, & cū omnibus quos hæc neceſſitudo coniungit. Melius ergo, quàm ſi diceret matrem. ¶ Verùm vide ne impulſus ira prauè inſiſtas Pamphile. } Leniter & ſuadenter. ¶ Ira. } Non ergo iudicio. ¶ Inſiſtas Pamphile. } Nō

Inſiſto.

enim incipere, ſed inſiſtere hîc, malum eſt. ¶ Quibus iris impulſus. } Non dixit qua ira, ne ſuperbè loqueretur:

Iræ.

ſed quibus iris: vt hoc ipſum per εἰρωνείαν derideret, quod pater dixit, Impulſus ira. An iris matris, aut meæ vxoris, & meæ? an omnium trium? ¶ Quibus iris impulſus. } Rectè non vult irā eſſe, ne peccaſſe videatur vxor. Sic enim quaſi nec ipſa peccauerit. ¶ Quibus iris. } Ille iram ſingulariter dixit: hic, iras pluraliter: ne videatur vnius iræ cauſa mittere vxorem. ¶ Quæ nunquam quidquā erga me commerita eſt pater. } Aduerte, proprietatem expreſſit commerendi & merendi. ¶ Et ſæpe, quod vellem meritam

Mereri. Cōmereri.

ſcio. } Mereri bona dicimus: Commereri mala. id eſt delinquere, peccare. Ergo hîc meritam, pro præſtitiſſe dixit. Virgilius, —ego te quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam regina negabo Promeritam. ¶ Amóque & laudo. } Non ſtatim qui amantur, & laudantur: nec qui laudantur, etiam continuò deſiderantur. Multa ergo dixit, Amóque & laudo, & vehementer deſidero. Et vide amoris impulſus nimius hic eſt circa vxorem: & quaſi oblitus ſuæ matris & vitiatæ, loquitur: ſed tali opus eſt Pamphilo ad eiuſmodi argumentū, donec perueniat ad καταστροφὴν, in qua vxorem reduci neceſſe eſt. ¶ Erga me. } Hoc totum repudiaturus inaniter diceret, niſi ad exitum fabulæ poëta reſpiciens, reducturi animū in Pamphilo reſeruaret. Et nota repudiantem eam, quā laudat, pietate ſola compulſum. ¶ Nā fuiſſe erga me. } Quātum valet quod fuiſſe dixit, & non eſſe: quaſi re tranſacta. ¶ Vt reliquam vitam exigat. } Satis flebiliter dixit, reliquam exigat. Virgilius, Omnes vt tecū, meritis pro talibus, annos Exigat. ¶ Cum eo viro. } Non inuidere iam non eſt mariti.

Fuiſſe.

¶ Quādoquidem illam à me diſtrahit neceſſitas. } Omnis concluſio verborū Pamphili, repudii confirmationē continet: plus tamen ſententia ſignificante, quàm verbis. ¶ Quādoquidem illam à me diſtrahit neceſſitas. } Excuſatio in neceſſitate, quæ eſt inexorabilis. Et neceſſitas, partus ſcilicet: quam neceſſitatem domi offendit: quòd ex alio ſcilicet peperit. Sed modò vult neceſſitatē, matris videri iracūdiā, quæ à nuru ita offenſa ſit. ¶ Tibi id in manu eſt ne fiat. } Hoc oppoſuit quod minimè vult Pāphilus videri, & quod prodeſt ſocero. ¶ Si ſanus ſies, iube illam redire. } Pro, ſi ſanus es. nam aliter, Iubeas dicere, debuit. ¶ Si ſanus ſies. } Bene pater ſuprà iram dixit: nunc inſaniam ſignificat ineſſe Pamphilo. ¶ Si ſanus ſies. } Non ergo culpa eſt, cui vt redeat iubere poteſt. ¶ Non eſt conſiliū. } Durius erat, nolo reducere. ergo hoc lenius dixit. ¶ Matris ſeruibo commodis. } Hoc verbo neceſſitatem, qua cogatur, oſtendit. ¶ Quò abis? } Factum

Modorū diuerſorū coniunctio.

Non eſt cū filium.

Sublati animi ſunt. L. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet, renunciétque hodie mihi,
Velítne, an non, vt alij, ſi huic non ſit, ſiet.
L. Phidippe ades, audi paucis: abiit, quid mea?
Poſtremò inter ſe tranſigant ipſi, vt lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:
Quæ dico paruipendunt. porto hoc iurgium
Ad vxorem: cuius fiunt hæc conſilio omnia:
Atque in eam hoc omne, quod mihi ægrè eſt, euomam.

ctum Pãphili ex patris verbis oſtenditur, quòd diſceſſit: & bene. nam vlterius præſente patre reſiſtere durum fuit. ¶ Mane inquam, quò abis? } Bene, quo abis. quia patrem deſeris & vxorem. ¶ Quæ hæc eſt pertinacia? } Sicut decuit ſocerum. & ſubindignatur, quia coram ſibi fit contumelia. ¶ Dixine Phidippe. } Artificioſè Laches, vt minus miretur, & minus indignetur ſocer, iraſci Pamphilum dicit: quando & prædictum eſt, & ſic oportuit. ¶ Dixine Phidippe hãc rem ægrè laturũ eſſe eum? } Renouauit verba ſua eidem perſonæ. nam ita dixerat, Neq; adeò me clam eſt, quàm eſſe eum grauiter laturum credam, Hoc ſi reſciuerit. ¶ Quamobrẽ te orabam, vt filiã remitteres. } Inuidioſè aduerſum Phidippum, tanquã in illo ſit, vnde ſe purget, & nõ accuſet Pamphilum. ¶ Adeò inhumanum fore. } Bene quaſi iratus, inhumanum eſſe inquit. ¶ Non credidi ædepol adeò. } Potuit enim dicere, Non credidi inhumanum fore: ſed

Adeò. acerbè addidit Adeò. ¶ Ita nunc is ſibi me. } Sibi & Me, magno pondere legendum eſt vtrunque pronomen: vt, Cantando tu illum? Id eſt, genero ſocerum, vel Pamphilo Phidippum, vel ſi quid tale inueneris. ¶ Supplicaturum. } Parum eſt ſatisfacturum, ſupplicaturum addidit. ¶ Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat. } Hoc rectè ſocer, non

Renumerare. tam vt dotem recipiat, quàm vt terreat, hoc dicit. Et renumeret, propriè: quia dos, pecunia eſt. Et hic ἰδιωτισμὸς iraſcentis eſt, & exigentis debitum. Eat verò mirè dictũ, quaſi ipſe proiiciatur, qui iubetur ire, & ſimul in hoc verbo quaſi renuntiatio charitatis eſt. ¶ Renumeret dotẽ huc, eat. } Terrorem repetendæ dotis oſtendit, cùm dicit, Renumeret

Dos. Eat.

Huc. dotem: ſimul cum iniuria, Huc, & iracundè, eat. ¶ Ecce autem tu quoque proteruè iracundus es. } Addendo quoque, nonnihil aſſenſus eſt: quaſi dicat, quo modo Pamphilus.

Proteruè. ¶ Proteruè iracundus es. } Proteruè, immoderatè, & ſuperbè, dictum eſt ideo, quòd proterat alium qui proteruus eſt.

Proteruus. Nam proteruus eſt, qui dum alius obuius eſt, proterit: quod faciunt & tauri in appetitu coitus fœminarum, in quas calent.

Contumax. ¶ Percontumax rediſti. } Propriè contumax dicitur contemptor potiorũ. ¶ Percontumax rediſti huc nobis. } Magnæ indignationis eſt, abſentes alloqui: vt alibi, O Aeſchine,

Nobis. pol haud paternum iſtuc dediſti. ¶ Nobis Pamphile. } Nobis, τῷ ἀπλικισμῷ. nam aut abundat, aut ſignificatu adiuuat

Decidet ira. pronuntiationem. ¶ Decidet iam ira. } Quaſi in ira ſit culpa: non, deponetur ira, inquit: ſed, decidet. ¶ Quia paululũ vobis acceſſit pecuniæ. } Facetè: quaſi dicat, quia habetis vnde dotem reddatis. aut, quaſi nullam cauſam habeatis repudij, ſed ditiorem quæratis coniunctionem. ¶ Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati ſunt animi. } Et non, maior eſt factus Pamphilus, ſimul maiore ſtomacho, quod cum labore celabat, apertè oſtendit. ¶ Sublati animi. } Pro elati,

Sublati animi. ſublati dixit. Et hoc propriè ferarum eſt. vt Attollitq; animos: Pœnorum qualis in aruis Saucius ille graui venantum vulnere pectus, Tum demum mouet arma leo, &c. Nam beſtiæ pro animi qualitate vel erigunt corpora, vel deponũt, ait Cicero. ¶ Etiam mecum litigas? } Bellè, & illum ex inuidia iracundiorem, & hoc ad ſe dicentẽ, quod propter Pamphilũ dicebat, effecit. ¶ Etiam mecũ litigas? } Inuidioſè, quaſi iam cum Pamphilo litigauerit. ¶ Deliberet, renuntiétque hodie. } Ferocius quàm ſocerum deceret: attamen maturè, quòd Deliberet dixit. ¶ Vt alij, ſi Huic Non ſit, ſiet. } Magna fiducia cõditionem filiæ aſſerit: quoniam iam ſi Pamphilus nolit, paratum alterum dicit eſſe. ¶ Si huic non ſit. } Subauditur Vxor. Sed dura dictu reticuit, vt debebat. ¶ Phidippe ades. } Nomine appellat: quod facere ſolemus, iratos mitigare conantes. ¶ Poſtremò inter ſe tranſigant. } Non enim hæc votiua ſunt, quibus intereſſe delectet. ¶ Quando nec gnatus, neque hic. } Inuidioſè, gnatus, &, Non obtemperant. & Hic non familiariter dictum, quaſi ab irato. ¶ Quæ dico, paruipendunt. } Quia obtemperamus etiam tacitæ voluntati. ¶ Porto hoc iurgium ad vxorem: cuius, &c. } Bene rurſus in errorẽ reditur: ne quæ vera ſunt, cõtra fabulæ propoſitum cognoſcantur. ¶ Porto hoc iurgiũ. } Porto, quaſi aliquid magnum. ¶ Cuius fiunt hæc conſilio omnia. } Non tranſacta obiiciuntur vxori, ſed quæ nunc agũtur. ¶ Conſilio. } Vtrum diſpoſitione? an εἰρωνεία eſt in malè cõſulentem? ¶ Atque in eã hoc omne, quod mihi ægrè eſt. } Non quod iraſcor, ſed quod mihi ægrè eſt, dixit. ¶ Euomam. } Bene: quia ægritudinem ſolet vomitus releuare. ſic Cicero in Catilinam, cùm dicit, Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam peſtem euomuerit, foráſque proiecerit.

Noĩe quando aliquem appellamꝰ. Porto. Conſilium. Euomo.

ADRIA. BARL.

Certum eſt obfirmare viam. } Significat matri ſe potius, quàm amori obtẽperaturum. ¶ Admodum. } Excuſat quòd à reditu patrem non adierit. ¶ Vixit, dum vixit, bene. } Prouerbiale hoc olim fuit. Sententiam enim vocat ſenex. Conueniet autem in eos, qui molliter ac ſuauiter viuunt, atque ita faciunt ſumptus, vt non multum iuuent hæredem. Amphibologia eſt in verbo viuere, quod interdum ſimpliciter viuere, interdum genialiter vitam agere ſignificat, vt apud Catullum, Viuamus mea Leſbia, atque amemus. Et Perſius Satyra quinta, Indulge genio, carpamus dulcia, noſtrum eſt, Quod viuis. Eraſmus quoque in Moriæ encomio de ſapiente, qui per omnem vitam triſtis, tetricus, ſibi ipſi iniquus ac durus fuerit: Quanquã quid refert, inquit, quando moriatur iſtiuſmodi, qui nunquam vixerit? ¶ Plus vna ſententia. } Quàm bene expreſſit animum auari ſenis! ¶ Ille reuiuiſcet iam nunquã. } Priſcianus de inchoatiuis agẽs, & volens oſtendere non à ſolis ſecũdæ coniugationis verbis inchoatiua deriuari, ſed etiã ab aliis: A viuo, inquit, viuiſco, vnde reuiuiſco. Terẽ. in Hecyra. Ille reuiuiſcet iam nunquã. ¶ Tamen vtrũ malis, ſcio. } Notat æqualium auaritiã. Vt cupidi ſumus, inquit, ſenecta ætate omnes, mortuũ illũ mauis ſcio, quàm in vitã redire. ¶ Si nunc cõmemorare &c. } Figura eſt per modos, indicatiuũ pro ſubiunctiuo, nempe fui pro

Vixit, dum vixit, bene. Reuiuiſco.

*Vitam exigere.*

*ſuerim.Et in illo Eunuchi.Vidén' otium & cibus quid facit alienus?pro quid faciat.¶Vitam exigat.}Vitam exigere,et annos exigere dicimus. Vnde Virgilius in primo, Omnes vt tecum meritis pro talibus annos Exigat.¶Non eſt conſiliũ.} Durius dixiſſet,nolo reducere. Lenius eſt,matris ſeruibo cõmodis.¶Sibi me ſupplicaturum.}Vtrúmque pronomen multum ponderis habet, Genero ſocer, Pamphilo Phidippus, vt ſupplicet an dicere putas?¶Renumeret dotem.}Dotis mentio terrorem incutit.¶Proteruè.} Immoderatè.¶Percontumax.}Donatus,contumax eſt qui potiores & quibus honorem debeat,contemnit.¶Renumeret dotem.}Hic mos Græcorum erat Latino diuerſus,vt qui vxorem repudiaſſet,dotem reſtitueret.Laurentius libro ſecundo,dialecticæ. Quẽadmodum in Sicilia mulieris quę ritu Latino nubit,dos ita cum bonis mariti miſcetur, vt ſint omnes facultates pro indiuiſo, vnúmque faciant corpus:ita præpoſitio in, cùm alteri dictioni,vt ſic dicam,nubit,indiuidua,fit,& vnum corpus facit affirmationis: aduerbialis autem negatio compoſita quaſi Græco ritu nubens,ſemper ſignificationem ſuã veluti dotem ſeiũnctam habet,aut pro ſeiuncta intelligi vult. Nam reſolui ab eo cum quo copulatur,ſolet.¶Sublati animi.} Animi numero multitudinis ſæpe pro ferocia, ſuperbia,& magnitudine animi accipimus,vt hîc,& apud Ouidium, Vince animos irámque tuam, qui cætera vincis. Et apud Liuium,Vt eundem terrorem quo ciuium animos domi oppreſſerat,Latinis iniiceret.¶Vt alij,ſi huic nõ ſit,ſiet.} Magna hoc fiducia dictum eſt.quoniam ſi Pamphilus nolit, paratum iam alterum dicit eſſe.¶In eam hoc quod mihi ægrè eſt euomam.}Sumpta eſt à cibo Metaphora.In morbo leuat vomitus, ad quẽ ciendum nõ acria,& arida,ſed dulcia conueniunt, ſæpe bilioſis, ac morbis quos bilis concitauit, omnibus, qui ante febres horrore, & tremore vexantur, omnibus qui cholera laborant, omnibus cum quadam hilaritate inſanientibus. & comitiali morbo oppreſſis neceſſarius eſt.*

*Percontumax.*

*Dos.*

*Animi,pro ferocia & ſuperbia.*

*Euomo.*

LATOMVS.

*Argumentum. Certatim inſtant ſenes vt Pamphilus reducat vxorẽ: qui eſt iam alter gradus epitaſeos.¶Quam cauſam.} Hoc ſecum ſolicitus Pamphilus.¶Cedo,quid.} Conuenit vt de cauſa profectionis antè mẽtio fiat, quàm ad Philumenam perueniatur.¶Vixit dum.} Ariſtippi ſententia,qua hominem voluptuarium fuiſſe indicat.¶Et tamẽ.} Facetè notatur Laches.¶Dic iuſsiſſe.} Hoc ſummiſsè dicitur.¶Noli fodere.} Subaudi latus. nam manu ſubmouens inſtigabat.¶Ego ſcio.}Profert officium ſuum,ne quid ſibi imputetur.¶Sed quando.} Cauſatur matris diſsidium vt partum celet.¶Pamphile.}Laudatio.¶Verùm vide.}Admonitio loco accuſationis.¶Quibus iris.}Defenſio ex coniectura.¶Quod nollem.}Probatio à meritis.¶Non credidi.} Iraſcitur Phidippus.¶Huc eat.}Subiecta in fine permiſsio, iratorum more.¶Quia paululum.}Exprobratio ſuperbiæ: ¶Siet.}Pro,detur.¶Adeſ.}Imperatiuum.*

*Fodere.*

*Siet, pro Detur.*

PETRVS MARSVS.

*Dixtin'.} Quantum debeant parentibus liberi, quantúmque pietatis illis exhibere, & quod omnibus etiam externis amicis præferre debeant,docet hæc ſcena. Hoc autem vt faciant,niſi ſingulari prudentia præditi ſunt,induci non poſſunt.Nam cùm ea ſit veluti dux quædam actionum noſtrarum,remota hac,fruſtra nititur filius, aliud nihil agens, quàm vt imprudens parentibus,miniméque compoſitus appareat:quare obedire debent parentibus.Cum enim nos genuerint,genitos educarint diligenter, & artibus ad vitam inſtituerint,conferántque,quantũ in ipſis eſt,omnia ad victum cultúmque & alios vitæ vſus neceſſaria, innumerabiléſque labores ſpontè ſuſcipiant ad res comparandas,quã pro tot,tantíſque beneficiis referre eis gratiam poſſemus, nõ haberemus, niſi nobis obedientia illam ſufficeret, & in hac re ſola in nimio peccare liberi non poſſunt.nemo enim in obediendo excedit, vt eſt apud Plautum: Nunquam nimis curare poſſunt parentem filij.Cicero pro Plancio:Viuat cum parente,quem veretur vt deũ:nam iudicio meo pietas fundamentum eſt omnium virtutum.Idem in oratione poſt reditum: Parentes chariſsimos habere debemus, quòd ab iis nobis vita,patrimonium,libertas,ciuitas tradita eſt.*

RIVII CASTIGATIO.

*Et qui ſic ſunt, haud multum hæredem adiuuant.} In manu ſcriptis & quibuſdam impreſsis,ſimplex iuuant ponitur,& mea quidem ſententia rectius. pro parũ hæredi conſulunt:vt interpretatur Donatus.¶Sibi verò hanc laudem reliquit:vixit dũ vixit bene.}Nos,relinquunt* ϖλητιτικῶς, *quo modo manu ſcripta volumina,& Don.qui in hunc locũ, Bene, inquit, & facetè, nihil hæredi relinquunt, ſibi verò relinquunt. Habet eodem modo ex impreſsis Lugdunenſe.¶Tibi id in manu eſt,ne fiat. La. Si ſanus es.}Nos legẽdum putamus:Tibi in manu eſt, ne fiat. La. ſi ſanus es ſatis.vel eſt. ſi ſanus ſies. Nam vtrunque inuenio in vetuſtis codicibus, & alterutrum planè carminis ratio poſtulat. Poſterius hoc legit interpres: ſi ſanus ſies,inquit, pro ſi ſanus es. Nam aliter iubeas dicere debuit. Hæc ille: Tibi in manu eſt, pro eo dixit quod eſt,tua in poteſtate ſitum eſt.vt & Saluſtius: Neque in manu mihi fuit, Iugurtha qualis nunc fores. Sic aliàs ſæpe.¶Quia paululum vobis acceſsit peccuniæ, ſublati animi adſunt.}Libri in membrana deſcripti & ex impreſsis paulo vetuſtiores,habent: Sublati animi ſunt: non, vt recentiores,adſunt.vocant autẽ Latini, vt hoc in tranſcurſu oſtendam,animos numero plurali ferociam illam vehementiámque animi confidentis,quæ Græcis eſt* θυμὸς. *Cicero de lege Agraria: Quos illorum animos? quos impetus?quam ferociam fore putatis? Titus Liuius* VIII. *Bello Punico* II. *Suſtulerant, inquit, animos Aetoli, cùm ob Romanam ſocietatem, tum poſt Attali aduentum. Igitur ſublati animi ſunt, inquit, poſtquam paululum acceſsit pecuniæ, nimirum quod plerunque pecunia feroces reddat & inſolentes* καὶ θυμοειδεῖς.

*In manu*

*Animi,pro ferocia.*

GLAREANVS.

*Triginta quatuor primi verſus ſunt trochaici tetrametri catalectici: reliqui deinde ſenarij iambici. In primo verſu legendum Dixtín',non Dixtíne. In tertio anapæſtus eſt loco quinto. In decimo, vel Fuit monoſyllabum, vel bacchius loco primo. In decimotertio,o,in Imò correptum non eliditur. In decimoſexto,vel Here pro Heri legendũ,vel amphibrachys eſt loco primo. In decimonono,At à ſuperiore eliditur carmine,niſi quis bacchium loco primo conſtituat. In viceſimo, proceleuſmaticus eſt loco primo. In viceſimotertio, s, eliditur in Magis. In viceſimoquarto, multis modis eliſio fieri poteſt,ſed conſtat carmẽ. In viceſimoſexto,Eueniſſe ante Hoc legendum. In viceſimooctauo,Cui & Cuius & Sua monoſyllaba. quanquam & loco ſexto amphibrachys eſſe poteſt. Et in viceſimonono,Neque alio,pro anapæſto ponitur. poteſt & pæan quartus eſſe. In trigeſimo,loco ſeptimo eſt amphibrachys. In trigeſimoſecundo, Mihi mono-*

*bi monoſyllabũ. In trigeſimoquarto, loco ſecundo anapæſtus eſt, & e in Vide corripitur. ¶ Quibus iris impulſus nunc in illam iniquus ſim? } Hi nunc ſenarij ſunt ad finem vſque ſcenæ. In primo quidẽ creticus eſt loco quarto, & s, in Iniquus eliditur, quemadmodum & in quinto in verbo Expertus: in quo quidem quinto & creticus eſt loco primo. In ſexto, vel m, in Vitam non eliditur, vel Relliquam per epẽtheſim ll, geminat, quod equidem malim. In ſeptimo, Eo diſyllabum eſt. Nonum Donatus ita legit,*

*Tibi in manu eſt ne fiat. L. ſi ſanus ſies.*

*Poteſt & ita legi,*

*Tibi in manu eſt ne fiat id. L. ſi ſanus es. In decimo, bacchius eſt loco primo. In duodecimo, Quo non eliditur, ſed corripitur. In decimoquinto, ædepol prima correpta, niſi vel amphibrachyn loco ſecundo, aut proceleuſmaticum loco tertio conſtituamus. Iñ vigeſimoſecundo, vel Paulum legendum, vel creticus loco quinto. In vigeſimooctauo, vel s, in Gnatus eliditur, vel creticus eſt loco tertio. In penultimo, Ad à ſuperiore eliditur carmine, & Cuius monoſyllabum eſt. In vltimo, Mibi diſyllabum eſt.*

DONAT. PERII, *quid agam? } Mirè in hac ſcena iterum rixa eſt ſenis atque anus: & tamen variè & alio modo, vt mores inter ſe diuerſos, & tamen notos poſſimus agnoſcere. ¶ Perij, quid agam? } Hæc proloqui oportet Myrrhinam: vt ex eius perſona reminiſcatur ſpectator geſtæ rei ſimúlque ex huius perſonæ verbis, quid agat altera perſona, monſtretur. Nã perſcrutari Phidippũ vniuerſa conclauia, & ire per totam domum cognito partu filiæ ſuæ, apparet ex præſentibus dictis. ¶ Perij, quid agam? } Singula ita pronũtia, vt perturbatum oſtendas.*

*Quid agã?* *¶ Quid agam? Quò me vertam? } Figura διαπόρησις, apta turbatis. ¶ Nam audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis. } Virgilius, Continuò auditæ voces, vagitus & ingens, Infantúmq; animæ flẽtes in limine primo. Et eſt ὀνοματοποιΐα. nã vox ipſa ſic eſt, quaſi vagitus ſæpius ſonet. ¶ Pueri viſus eſt. } vagiẽtis. } Propriè dixit vagientis. & infantium eſt.*

*Vagiens.* *¶ Viſus eſt. } Quo modò, Audire vocem viſa ſum modò militis. ¶ Ita corripuit derepente. } Raptim intulit. Et, derepẽte vna pars orationis eſt, vt defeſſus. aduerbiis enim præpoſitiones ſepartim non adduntur. ¶ Derepente. } ὑφὲν. Nam ſi ſeparaueris, non eſt Latinum, de repẽte.*

*Corripuit ſe. Derepẽte. Aduerbiis præpoſitiones nõ adduntur.*

*Quod.* *¶ Quod ſi. } Quod, pro nam, aut itaque, ſed & nos in huiuſmodi ſignificatione ſic dicimus.*

*Scire. Reſcire.* *¶ Quòd ſi reſciuerit. } Scimus manifeſta: Reſcimus occulta. ¶ Id qua cauſa. } Id, hoc ipſum, peperiſſe eam. ¶ Non ædepol ſcio. } Ideo quia vera cauſa dici non poteſt.*

*Cõcrepuit.* *¶ Sed oſtiũ concrepuit. } Plus eſt quàm crepuit: nam con modò auctiuum eſt.*

*Ad me.* *¶ Ad me. } Bene Ad me, quaſi litigaturum. ¶ Vbi me ad filiam ire ſenſit. } Hoc ante rem. & ſimul argumentum delicti eſt, quòd exiit à filia marito ingreſſo mulier. ¶ Vxor vbi me ad filiam. } Mirantis eſt geſtus & dictum. ¶ Se duxit foras. } Ordo, duxit ſe. Et verbis vſus eſt, intra domeſticos parietes, artis. τῷ ἰδιωτισμῷ ſe duxit, pro abiit.*

*Duxit ſe foras.*

*¶ Atque eccã video. } Apparet mulierẽ fugere, & viri auerſari præſentiã. & ideo hoc ſeparatim pronuntiandum. ¶ Heus tibi dico. } Oſtendit Myrrhinam auertentem ſe, quaſi nihil inueniat quod dicat de filia. ¶ Mihíne mi vir? } Sic & in Andria, Nihil reſpondes? cùm turbatum ſe oſtendit Dauus.*

*Vir.* *¶ Vir. } Ad maritalitatem conditionem retulit, non ad ſexum. vt Virgilius in Bucolicis, Vir gregis ipſe caper. ¶ Tu virum me. } Accuſatio ab increpatione incipiẽs. ¶ Aut hominẽ. } αὔξησις peruerſa.*

*Adeò.* *Adeò autem abundat. Virgilius, Túque adeò, quem mox quæ ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt. ¶ Nam ſi vtrumuis horum. } Vir aut homo. ¶ Mulier, vnquã tibi viſus forem. } Acerbè mulier: vt ſuprà, Tu inquã mulier, quæ me omnino lapidẽ, non hominem putas. ¶ Quib⁹. } Callidè mulier, & quaſi nullius culpæ conſcia, Quibus dixit. Et quibus, factis ſcilicet. ¶ At rogitas? } Bene iraſcitur interroganti. nam interrogare quæ ſciat, impudentię eſt.*

*Taces.* *¶ Hem, taces? } Nõ taces nunc: ſed taces, celas. ¶ Ex quo? } Bene Ex quo, quia argumẽtũ impudicitiæ eſt, puerperium taciturnum. ¶ Peperit filia. } Propoſitio criminis. ¶ Iſtuc patrem. }*

## ACTVS IIII. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

OBiurgat vxorem maritus ob celatum filiæ partum. hoc etiam quod reſciſcit de puero Phidippus ad tumultum augendum facit, & vt Pamphilus vxorem recipere cogatur.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena, vehemens iurgium continetur Phidippi aduerſus Myrrhinam vxorem, de celato ſibi filiæ partu. Quòd factum vxor excuſare conatur, tegendo virginis in tenebris oppreſſionem. Verùm mirandum in modũ anxia eſt, & maximè veretur, ne Phidippus hoc ita factum alicunde reſciſcat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena iterum rixatur vir cum vxore, & eſt vt diuerſa, ita grata morum varietas.

*Tetrametri Iambici & Trochaici permiſti,*
*& Dimeter vnus.*

MYRRHINA, PHIDIPPVS.

P*Erij, quid agam? quò me vortam? quid meo viro reſpondebo*
*Miſera? Nam audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis:*

Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam.
Quòd ſi reſciuerit peperiſſe eam, id qua cauſa clàm me habuiſſe
Dicam, non ædepol ſcio.
Sed oſtiū concrepuit: credo ipſum ad me exire: nulla ſum.
P. Vxor vbi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras: atque eccam
Video: quid agis Myrrhina? heus, tibi dico. M. mihíne mi vir?
P. Vir ego tuus ſum? tu virum me, aut hominem deputas adeò eſſe?
Nam ſi vtrumuis horum mulier vnquam tibi viſus forem,
Non ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. M. quibus? P. at rogitas?
Peperit filia. hem, taces? ex quo? M. iſtuc patrem rogare eſt æquum?
Perij, ex quo cenſes, niſi ex illo, cui data eſt nuptum obſecro?
P. Credo, neque adeò arbitrari patris eſt aliter: ſed demiror
Quid ſit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare volueris
Partum, præſertim cùm & rectè, & tempore ſuo pepererit.
Adeóne peruicaci eſſe animo, vt puerū præoptares perire,
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires:
Potius, quàm aduerſus animi tui libidinem eſſet cum illo nupta?
Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi, quæ te eſt penes.
M. Miſera ſum. P. vtinam ſciam ita eſſe iſtuc. ſed nunc mihi in mentem venit,
Ex hac re quod locuta es olim, cùm illum generum cepimus:
Nam negabas nuptā filiam tuā poſſe te pati
Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.
M. Quamuis cauſam hunc ſuſpicari, quàm ipſam veram, * malo.

*mauolo

*Mira calliditas. Rea mulier hoc ſolo defenditur quòd accuſat. ¶ Perij: ex quo cēſes. } Mirè additū ad affectum, Perij. ¶ Obſecro iſtuc patrē rogare eſt æquum? } Ex ſua interrogatione accuſauit accuſatorem. ¶ Niſi ex illo, cui data. } A veriſimili argumentum. ¶ Niſi ex illo, cui data eſt nuptū. } Solutio criminis per fiduciam reſpondentis. Saluſtius, Ita fiducia, quàm argumentis purgatiores. ¶ Credo, neque adeò arbitrari. } Ab accuſatione maritus ad defenſionem ſui cōuerſus, omiſit quod cœperat. ¶ Sed demiror quid ſit. } Mollior factus, iam non iraſcitur, ſed miratur. Adeò vides Phidippum nulla re alia, quàm mulieris correptione lenitum. ¶ Quamobrem tantopere. } Alia intentio criminis. ¶ Omnes nos celare volueris. } Rectè: quia putat & Pamphilum eſſe celatum. ¶ Præſertim cùm & rectè, & tempore ſuo pepererit. } Vide, duæ cauſæ ſunt celandi partus. ſi non tempore ſuo venerit, quod indicium ſtupri eſt: & ſi nō rectè euenerit, hoc eſt, monſtri aliquid natum fuerit. Hic autem & tempore ſuo, & rectè natum prædicat.* (Rectè párere.)

*¶ Demiror. } Valde miror, quod minus eſt quàm iraſcor. ¶ Præſertim cùm et rectè. } Attulit mulieri compēdium credulitas ſenis ſemel correpti, ne aliter ſuſpicetur. ¶ Omnes nos celare volueris. } Antiqua locutio, Illam rem celo te. ¶ Præſertim cùm & rectè, & tempore ſuo. } Rectè ad illud pertinet, Quòd non monſtrum peperit. Tempore ſuo. Ad ſpatium quo prægnantes eſſe conſueuerūt, id eſt ad mēſium dinumerationem: quia & ſeptimo menſe naſci ſolent. ¶ Adeón' peruicaci eſſe animo. } Inuectio. ¶ Vt puerum præoptares perire. } Ab ętate infantis, inuidia. ¶ Adeón' peruicaci eſſe. } Peruicax eſt perſeuerans cū quadam vi. ¶ Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiā poſthac ſcires. } Ab accidentibus, inuidia. Et bene additur Scires: quia imprudētia in delicto veniam frequēter extorſit. ¶ Potius, quàm aduerſum animi tui libidinē. } A voluntate peccantis, inuidia. Animi tui libidinem dixit. vt minima cauſa magnis ſceleribꝰ ſubiecta eſſet. ¶ Eſſet cū illo nupta? } Antiqui nō, illi nupta: ſed, cum illo nupta: Ergo ambo ſibi inuicē nubunt. ¶ Ego etiam illorū eſſe hanc culpā. } Bene, etiam illorum: non enim hoc ſe erraſſe ait, quòd illorum putauerit culpam, quæ minor eſt: ſed, etiā illorū: vt cōmune peccatum fuerit. ſed nūc quidem totū credit eſſe Myrrhinę. An etiā, pro adhuc, vt maior ſit dolor, qui nec opināti acciderit? ¶ Vtinam ſciam ita eſſe iſtuc. } Te miſeram eſſe. Alibi, Miſerū, quem minus credere eſt. Et erit ſenſus. Vtinam verè ſis miſera. ¶ Vtinam ſciā iſtuc eſſe. } Hoc quidam ſic accipiunt, quaſi Phidippus dicat, Penes te culpa eſt, quam illorū eſſe credebam: & vtinam quod credo, penes te eſſe culpam, ita non eſſe certo ſciā. quia dixit ſe miſerā: & miſeros non niſi innocentes dicimus. Ille enim hoc reſpōdet. Vtinā in hoc negotio miſerā te, non ſceleſtā reperiā. Sic Saluſtius, Atq; ea cogentes, nō coactos: ſceleſtos magis, quàm miſeros diſtringi. Et ideo ſequitur, Sed nunc mihi in mentem venit. } Argumentū ex antecedentibus dictis & factis. ¶ Nunc mihi in mentē venit. } Rectè nūc: quaſi alias nihil ſuſpicanti. ¶ Quod locuta es olim. } Pro antè. ¶ Cùm illum generum cepimus. } Vt arbitrum capere dicimus, id eſt eligere. & cū laude locutus eſt Pamphili. ¶ Cepimus. } Elegimus. Virgilius, ante locum capies oculis. ¶ Cum eo. } Viro.*

(Demiror. — Celo te hāc rem. — Rectè párere. — Tēpore ſuo párere. — Peruicax. — Nupta cū illo. — Etiam. — Miſer, non niſi innocens. — Nunc. — Olim. — Capio, pro Eligo.)

¶ Qui

P. Multo prius ſciui, quàm tu, illum amicam habere Myrrhina:
Verùm id vitium nunquam decreui eſſe ego adoleſcentiæ.
Nam id omnibus innatum eſt, at pol iam aderit, ſe quoque cùm oderit.
Sed vt olim te oſtendiſti eandem eſſe, nihil ceſſauiſti vſque adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egiſſem, eſſet ratum:
Id, nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.
M. Adeóne me eſſe peruicacem cenſes, cui mater ſiem,
Vt eo eſſem animo, ſi ex vſu eſſet noſtro hoc matrimonium?
P. Túne proſpicere, aut iudicare noſtram in rem quod ſit, potes?
Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret
Exeũtem, aut introeuntem ad amicam: quid tum poſtea,
Si modeſtè ac rarò hoc fecit? nónne ea diſſimulare nos
Magis humanum eſt, quàm dare operam id ſcire, qui nos oderit?
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepẽte auellere,
Qui cum tot conſueſſet annos, non eum hominem ducerem,
Nec virum ſatis firmum gnatæ. M. mitte adoleſcentem obſecro,
Et quæ me peccaſſe ais: abi, ſolũ ſolus cõueni.
Roga velítne, an non, vxorem: ſi eſt, vt dicat velle ſe,
Redde: ſin eſt autem vt nolit, rectè conſului meæ.
P. Si quidem ille ipſe non volt, & tu ſenſiſti in eo Myrrhina
Peccatum: aderam, cuius conſilio ea par fuerat proſpici.
Quam ob rem incendor ira, eſſe auſam facere hæc iniuſſu meo.
Interdico, ne extuliſſe extra ædes puerũ vſquam velis.

*[Qui meretricẽ amaret: qui pernoctaret foris.] Non in hoc eſt accuſatio, quòd hæc locuta ſit: ſed argumentum eſt quòd celare voluerit partum, quæ hoc Olim dixerit.*

*Pernocto.*

*[Ac pernoctaret.] Propter illud quod dixerat, Quid interea? ibátne ad Bacchidem? Quotidie. Et nota familiariter hoc verbũ poni à Terentio. Sic in Adelphis, Sed ſi hic pernocto, cauſæ quid dicam Syre? [Quamuis cauſam.] Hoc propter ſpectatorem dicitur, vt geſtorũ meminerit. [Quam ipſam verã.] Quia ſola ex omnibus defendi non poteſt. [Multo prius ſciui, quàm tu.] Bene pergit: quia taciturnitas pro confeſſione accepta eſt. [Verùm id vitium.] Hoc intelligi non poteſt, niſi vitium bis numero ſubaudieris. [Adoleſcentiæ.] Melius dixit adoleſcẽtiæ, quàm Pamphili: vt quod in ætate fuerat, non timeret in ingenio. [Nam id omnibus innatum eſt.] Amare in adoleſcẽtia. [At pol iam aderit, ſe quoque cùm oderit.] Mirè ſenectutem accuſat ſenex, cùm & velocem oſtendit his verbis, Iam aderit: & addit, ſe quoque oderit: quaſi dicat, Non ſolùm non amabit, ſed & odio habebit: & non alienas mulieres modò, nec vxorem quoque, ſed etiam ſeipſum. Plus ergo illatũ, quàm ratio depoſcebat. ſed mirè ad affectum ſenis exprimẽdum.*

*Oderit ſe.*

*[Se quoque cùm oderit.] Id eſt vt pœniteat eum ſui facti. Sed plus dixit quàm ſi diceret, facta ſua. [Sed vt olim te oſtendiſti.] Cùm ſuperiora dicta ſunt. [Vt filiam ab eo abduceres.] Vehementius dixit, quàm ſi diceret, vt filiam ei non redderes. [Neu quod ego egiſſem, eſſet ratum.] Quòd ab eo abducis, non bona ſocrus: quòd filiam, non bona mater: quòd irrita facis quæ geſſi, non bona vxor es, inquit.*

*Res indicium facit.*

*[Nunc res indicium facit.] Hoc eſt, quòd celeuaſti partum. [Id, nunc res.] Quaſi dixerit, vnde ſcio. [Quo pacto factũ volueris.] Non ſolùm quod fecit, ſed etiã quod voluit; obiicit. [Quo pacto factũ volueris.] Deeſt, fieri. [Peruicacẽ.] Per vim agẽtem, perniciosam me eſſe cẽſes.*

*Peruicax.*

*[Cui.] Deeſt, ei, vel circa eam. [Cui mater ſiem.] Rurſus à veriſimili: an mater cõtra filiã faciat. [Si ex vſu eſſet hoc matrimoniũ.] Callidè mulier ex his quæ dixit ſenex, defenſionem arripit. Nam ille ſic ait, Negabas poſſe filiam tuam te pati cum eo qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris. [Ex vſu noſtro.] Modò, vti ſolet: ſi pro noſtra eſſet vtilitate.*

*Ex vſu noſtro.*

*[Túne proſpicere.] A perſona. [Aut iudicare.] Proſpicere futura: iudicare præſentia.*

*Proſpicere. Iudicare.*

*[Audiſti ex aliquo fortaſſe.] ἐνδικῶς ſatis, et oratoriè. [Aliquo.] Non à certa perſona. Bene aliquo: ademit indicibus authoritatem. [Qui vidiſſe eum diceret.] Nõ, qui vidiſſet. [Exeuntem, aut introeuntem.] Sic Cicero, Tibi aũt Balbe reſpondebo: primum precariò, ſi licet, ſi fas eſt defendi à me eum, qui in hortis fuerit, qui vnguẽta ſumpſerit, qui Baias viderit. Non enim dixit, Amplectentem amicam. [Aut introeuntem.] σύλληψις prima. In ludũ ducere & reducere. [Exeuntẽ aut introeũtem.] * mollis eſt: quia luditur de ſequẽtibus ad amicam ἐξουθενισμὸς criminis, de conſuetudine. [Quid tum poſtea?] ἰδιοτισμὸς, quo contemnimus crimina leuiora.*

*Quid tum poſtea?*

*[Si modeſtè.] Adhibito modo: vel certè cum pudore ac modeſtia: vt celatum voluerit.*

*Modeſtè.*

*[Nónne ea diſſimulare nos.] Duobus modis feruntur peccata: vel ignoſcendo, vel cohibendo. Modò diſſimulare, eſt ignorantiam fingere.*

*Diſſimulare.*

*[Magis humanum eſt.] Bene, quia & illud humanũ diſſimulare.*

*Magis humanum.*

Sed ego ſtultior, meis dictis parêre hanc qui poſtulem.
Ibo intrò, atque edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant.
M. Nullam pol credo mulierem me miſeriorē viuere:
Nam vt hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem vt ſiet, reſciuerit,
Non ædepol clam me eſt: cū hoc, quod leuius eſt, tam animo iracundo tulit.
Nec qua via ſentētia eius mutari poſſit ſcio.
Hoc mihi vnum ex plurimis miſeriis reliquū fuerat malum:
Si puerū vt tollam cogit, cuius nos qui ſit neſcimus pater.
Nam cùm compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt:
Neque detractum ei tum quidquam eſt, qui pòſt poſſit noſci qui ſiet.
Ipſe eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum:
Simul vereor Pamphilū, ne orata noſtra nequeat diutius
Celare, cùm ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

*an magis humanum diſſimulare: quia & iraſci, & angere humanum eſt? [Magis humanum.] Nota, pro humanius, Terentiano more.*
Quî. *[Quî nos oderit?] Quî, vnde vel quamobrē. Et rectè. nemo enim dolens quòd nō ametur, id facit quo magis odio ſit. [Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepēte appellere.] Oratoriè non cōtentus defendiſſe Pamphilum, hoc ipſo illū, quo accuſatus eſt laudat.*
Derepēte. *[Derepente.] Vna pars orationis eſt. [Quicum tot conſueſſet annos.] Laudat vbique eos Terentius, qui conſuetudine vincuntur. vt alibi, Hic paruæ conſuetudinis cauſa, huius mortem tā fert familiariter. Et mox, Vt neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, neque cōmoneat, vt ſeruem fidem? Ergo ferus quem longa conſuetudo non commouet.*
Quicum. Conſueſco. *[Qui cū tot conſueſſet annos.] Nō, quacum, ſed quicum: vt à quibus, & non à quis. Et conſueſſet propriè dicitur in ſtupro. [Non eum hominem ducerem.] Non ſolùm, inquit, homo non eſſet, id quod forſitan nihil noſtra intererat. ſed quod nobis maximum eſt, vir ſtabilis filiæ eſſe non poſſet.*
Vir. *[Nec virum.] Vir modò maritus. [Non eum hominem ducerem, nec virum ſatis firmum gnatæ.] Poteſt & ſic intelligi, Non eum hominem ducerem, qui conſuetudinem longi temporis temere abrumperet.*
Firmus. *[Nec virum ſatis firmum gnatæ.] Quem res venereæ non mouerent. nam firmum etiam hoc poſſumus intelligere, validum in officio coitus. Sic Horatius, —fortiq; marito Deſtinet vxorē.*
Mitte adoleſcentem obſecro. *[Mitte adoleſcentem obſecro.] His verbis ſolemus commentitia argumenta contemnere. vt, Miſericordia animos maternos his natos. Et alibi, Mitto omnia. adde iſtuc, Imprudens timuit adoleſcens: ſino. tu ſeruus. Verum, &c. Etenim ille dixerat, Verùm id vitium, nunquam decreui eſſe ego adoleſcentiæ. Adeón' peruicaci eſſe animo, vt puerum præoptares perire Potius, quàm aduerſus animi tui libidinem eſſet cum illo nupta? [Et quę me peccaſſe ais, abi: ſolus ſolum cōueni.] Rectè hæc dicit mulier, vtpote memor quòd cum Pamphilo ſit locuta. Et ſolus ſolum ideo, quia metuit, ne orata ſua non ſeruet Pamphilus: & ideo multi ſciant. [Roga, velítne an nō, vxorem.] Verba quibus cum Pamphilo loquatur ſocer: ne ſi aliter agat, reſpōdeatur à genero. [Rectè cōſului meę.] Illum inquit nolle, ſignum erit me prouidiſſe filiæ. [Siquidem ille ipſe non vult, & tu ſenſiſti.] Animaduertendum, quemadmodum omnia quibus ſe defenderit Myrrhina, in malā partē accipit Phidippus: & hinc magis accuſat, vnde illa ſe purgat [Cuius conſilio ea par fuerat proſpici.] Non dixit cuius conſilio repudiū daretur Pamphilo, ita ad vnū omnia exitum ſpectāt. [Eſſe auſam facere hęc iniuſſu meo.] Abducere filiam, celare partum, exponere puerum.*
Edico. Interdico. *[Interdico.] Inter edico & interdico hoc intereſt: Edicimus, quod iubemus fieri: Interdicimus, quod vetamus fieri. Edicimus etiam vni generi hominum: Interdicimus diuerſis. Itaque Prætoris edicta, & interdicta dicuntur. Interdico, ſeparatim dicendum legendúmq;: quia interdico ne velis, non eſt integrum. [Interdico ne extuliſſe extra ędes.] Id agitur, ne ſub incerto intercipiatur puer: & tragœdia fiat ex comœdia. [Meis dictis parêre hāc qui poſtulem.] Demōſtratiuè & accuſatoriè dixit Hāc, quaſi tam cōtumacem. [Hanc qui poſtulem.] Quid eſt hanc? vtrum mulierem? an vxorē? an contumacem fœminam? [Ibo intrò.] Sibi ipſe hoc dicit τῷ ἰδιοτισμῷ. [Edicam ſeruis, ne quoquam efferri ſinant.] Et hoc rectè poëta: quia ita opus eſt ne cōpleat Myrrhina quod promiſit de exponendo puero. Ait enim, Dein continuò exponetur. [Nam vt hic laturus hoc ſit.] Sic oſtenditur cauſa, cur perpetuò celādum ſit ſeni vitium virginis.*
Vt. *[Nam vt hic.] Quantū iracundiæ habiturus ſit, quantū furoris: hoc enim ſignificat Vt. & ſimul poëta, quod alibi obſcurè facit, hîc apertè demonſtrat, quod periculum ſit in fabula. niſi καταστροφὴ ſuccurrat.*
Non clam me eſt. *[Non clam me eſt.] Id eſt ſcio. [Nec qua via ſententia eius mutari poſſit, ſcio.] Neſcio quo modo ex iracundo placidus fiat. [Sententia eius.] De puero non exponendo. [Hoc mihi vnum.] Hoc adhuc, inquit, malum non mihi euenerat, cùm euenerint multa.*
Si. *Et vide, an Si puerū vt tollat cogit, quaſi cū gemitu & percontatiuè pronuntiandū ſit. etenim Si, obſcuram locutionem facit: niſi fortè Cum vel Quòd ſignificat. [Hoc mihi vnum ex plurimis miſeriis reliquum fuerat malum.] Ex omnibus malis reliquum cùm dicat, maximum malum ſignificat, Nam non mediocre eſt, quod omnium miſeriarum eſt vltimum, & inter mala multa reliquum quod ſic accipimus. Poſſumus & nos interrogatiuè pronuntiare. [Puerum vt tollam, cogit.] Rectè tollam, quæſtio, vnde ſit.*
Quita eſt. *[Forma in tenebris noſci non quita eſt.] Ab actiuo queo, paſſiuum fecit queor, retinendo participium quita eſt, ſed antiquè dixit. [Neque detractū.] Solet enim fieri. [Ipſe eripuit.] Hîc ad exitum ſpectat παρασκευὴ: qua per annulum fiet cognitio. [Ipſe eripuit.] E contrario, inquit, factum eſt, ipſa*

ipſa vt nō eriperet, ſed ipſi eriperetur. ¶ Simul vereor Pamphilum, ne orata noſtra. } Scilicet ſi ſuſtulerimus cogente ſene, eum puerum, quem expoſitum iri Pamphilo paulo antè promiſi. ¶ Cùm ſciet alienum puerum tolli pro ſuo. } Non ſolùm, inquit, tolli ægrè feret alienum, verùm etiam pro ſuo.

ADRIA. BARL.

Audiſſe Vocem pueri viſus eſt vagientis. } Gellius libro decimoſexto noctium atticarū. Vaticanus, inquit, deus nominatus, penes quem eſſent vocis humanæ initia.

Vaticanus.

Quoniam pueri, ſimulatque parti ſunt, eam primam vocem edunt, quę prima in Vaticano ſyllaba eſt. Idcircóq; vagire dicitur, exprimente verbo ſonum vocis recentis.

Vagio.

¶ Corripuit derepente.

Derepente.

} Nonius hæc verba citans, ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam: omnes, inquit, artem ſecuti, negant aduerbiis præpoſitionem addi oportere, ſed pręponi iubet veterum authoritas. ¶ Peperit filia. } Intentio criminis eſt. ¶ Iſtuc patrem rogare eſt æquum. } Vide miram fœminæ calliditatem, interrogando accuſatorem accuſat. ¶ Niſi ex illo cui data eſt nuptum. } Veriſimile argumentum eſt. ¶ Data eſt nuptum. }

Nuptum data.

Supini duę terminationes ſunt, um, & u, vt nuptum nuptu. Illud in um apponitur verbo aut participio motus etiā latentis, vt hoc in loco, & apud Horati. Spectatum admiſſi riſum teneatis amici. Apud Plautum in Aulularia. Coctum ego non vapulatum dudū conductus ſum. ¶ Præſertim cùm & rectè. } Donatus ait cauſas celandi partus duas eſſe, ſi non tempore ſuo pepererit mulier, quod indicium ſtupri eſt, & ſi non ratione euenerit, hoc eſt, monſtri quippiam natum fuerit. ¶ Cui mater ſiem. } A veriſimili, quod mater contra filiam factura non ſit. ¶ Aderit tempus ſe quoque cùm oderit. } Id eſt, cùm facti ſui pœniteat. An hîc eſt, quod in epiſtola quadam Caſſiodorus ſcripſit. Indignè tranſacta adoleſcentia odioſam efficit ſenectutē. ¶ Si ex vſu eſſet noſtro. } Id eſt, ſi pro noſtra eſſet vtilitate. ¶ Nam ſi is poſſet. } Defenſio eſt Pamphili. ¶ Te eſſe auſam facere hæc? } Filium abducere, partum celare, puerum exponere. ¶ Interdico ne extuliſſe.

Interdico.

} Vallenſis libro elegantiarum tertio, trifariam oſtendit loqui Latinos per verbum interdico. Tibi interdictum eſt aqua & igni, quòd eſt frequentiſſimum. Aqua & ignis tibi interdictus eſt. Tu interdictus es aqua & igni. Poſtremus hic modus cæteris rarior eſt. ¶ Meis dictis parêre hanc qui poſtulem. } Accuſatoriè dictum eſt, vt ſit hanc tam contumacem fœminam. ¶ Nequaquam efferri ſinant. } Ita facto eſt opus, ne Myrrhina puerum exponat, vt ſe facturam promiſerat. ¶ Cum hoc quod leuius eſt. } A minori. ¶ Forma in tenebris noſci non quita eſt. } Quitus, a, um, à queor eſt antiquo verbo.

LATOMVS

Argumentum. Expoſtulat Phidippus cum Myrrhina, quòd partū celauerit, & quòd author ſit diſſidij inter Pamphilum & Philumenam. ¶ Vagientis. } Vagire, proprium infantiū. ¶ Nulla ſum.

Nulla ſum.

} Vox metuentis & conſternatæ. ¶ Heus tibi. } Reuocat fugientem. ¶ Vir ego. } Non ad ſexum, ſed ad maritalem conditionem refertur. ¶ Peperit filia. } Propoſitio criminis. ¶ Sed demiror. } Victus reſponſo delabitur ad aliud crimen. ¶ Adeón'. } Amplificatio ab odio & improbitate. ¶ Nunc mihi. } Cōfirmatio à dicto antegreſſo. ¶ Quāuis cauſam. } Hoc ad ſpectatores dicitur. ¶ Multo prius. } Obiter defendit Pamphilum ab ætate, vt augeat culpam Myrrhinæ. ¶ Sed vt olim. } Redit ad inſtitutum. ¶ Id nunc. } Approbatio à re ipſa. ¶ Adeóne. } Defenſio à perſona, qua data opera confirmat errorem mariti, vt veram cauſam celet. ¶ Túne. } Rurſus defenſio Pamphili à modo peccati, & ex vtilitatis comparatione. ¶ Mitte. } Quia fictam cauſam tuetur, data opera abrumpit ſuperuacuam altercationem. ¶ Siquidem. } Reprehenſio ducta ex verbis Myrrhinæ. ¶ Interdico. } Edictum contra conſilium & promiſſum Myrrhinæ, quo creſcat perturbatio. ¶ Nullam. } Periculum & perturbatio Myrrhinæ ad ſpectatores. ¶ Nam cum. } Per occaſionē refert partem argumenti.

PETRVS MARSVS.

Perij. } Viros omnes in quibuſuis vitæ actionibus infinitè magis & ſeueriores, & rectiores eſſe mulieribus, quarum nihil non eſt ſimulare, docet hæc ſcena. Nam cùm ſit illis innata quædam conſtantia, & animi fortitudo, qua ad vitia cognoſcenda & ſuperanda, virtutes verò arripiendas feruntur, quoties aliquid accipiūt, quod de recto tramite ad improbitatē, aut ficta inſtituta deuiet, hîc animus iſte, qui degeneres actiones reſpuit, omnem vim exercet, quo ſeipſum ex contumelia vindicet. Mulierculę autem è contra, quia ſuis technas, dolos, & cautiones commentari non deſiſtunt: nec id alia gratia, ac ob animi imbecillitatem, & conſcientiæ timiditatem, quæ in periculis perfacilè ſuccumbit. Rectè igitur virum à virtute dixerunt originē ſumpſiſſe. Mulierem verò, teſte Varrone, ab animi mollitie, quæ eſt contraria virilitati. ¶ Verùm id vitium. } Sententia eſt: nunquam duxi vitium eſſe adoleſcentibus amare, quod ſenibus ſcelus eſt. Et huc alludit Mimus Publianus: Amare iuueni fructus eſt, crimen ſeni.

Præſertim cùm & rectè & tempore ſuo peperit. } Sic conſentiunt omnia fermè exemplaria, & in his manu ſcripta quoque. RIVII caſtigatio. Verùm quando particula, cùm, magis ſubiunctiuū poſtulat, haud ſcio, an rectius legatur pepererit. Fuit autem perfacilis lapſus hoc ſanè loco. Quòd ſi alterū p, addita notula ad hunc modum p ſcripſeris, iam erit pepererit: Inde, credo, error fluxit: Sed hæc coniectura eſto: nec me authore quiſquā mutabit, niſi codices nactus ſit emendatiores: Quanquam & verſus expoſcere videtur, vt pepererit potius legas. Sin alterum magis placeat, erit ἐναλλαγὴ modi: qua figura Comicus vtitur. Modi enallage. quale eſt illud in prologo Phormi. Peccandi quom ipſe de ſe finem non facit. pro nō faciat. Quòd ait, tempore ſuo, huc videlicet reſpexit, quòd puer ſeptimo etiā menſe naſci poſſit: cuius Plinius meminit libro ſeptimo, capite quinto. Aulus Gellius tertio, capite XVI. Fit & eiuſce rei mentio I. Digeſt. Tit. V. his verbis: Septimo menſe naſci perfectum partum, iam receptum eſt propter authoritatem doctiſſimi viri Hippocratis: & ideo credendum eſt eum, qui ex iuſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe. Huiuſmodi pueri à Græcis ἑπταμηνιαῖοι dicuntur: ſicut qui Heptameniai & Octameniæi pueri. octauo menſe naſcuntur, ὀκταμηνιαῖοι. Cicero ad Att. X. Tullia mea peperit: puerum ἑπταμηνιαῖον εὐτύχησεν. Quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt. ¶ Quamuis cauſam hunc ſuſpicari, quàm ipſam veram volo. } Hunc locum eſſe deprauatum, quis non ſtatim ſentiat? Nam cùm particula illa quàm, addi ferè ſoleat comparatiuæ dictioni, hîc nihil, ad quod referri poſſit, vides. Nos igitur: Quam ipſam veram mauolo: vt habet manu ſcriptum exemplar, quicum ratio Mauolo. Mauelim. carminis conſentit: Eſt autem verſus Trochaicus catalecticus. Inde adhuc mauelim repetitur, cum à malo inuenias malim. Plau. in Perſ. Cū Antæo deluctari mauelim, quàm cum amore. Sed & mauolo apud eundem legitur in Curculione, vbi paraſitus: Nolo hercle, inquit, aliquid, certū, quàm aliquid, mauolo. Et in Aſi. Nolo ego metui, amari mauolo mi

Mauellem. Mauolet. gnate me abs te. Præterea mauellem pro mallem in Amph. vbi Alcumena, Experiri iſthuc mauellem me, inquit, quàm mihi memorarier. Et in Aſi. futurum mauolet: Moriri ſeſe miſerè mauolet, Quàm non perfectum reddat, quod promiſerit. Mauolunt quoque Neuius dixit apud Sex. Pom. libro decimoſeptimo.

GLAREANVS.

*Magna in hac ſcena difficultas eſt, ſed egregiè tranſiliũt, quorum intererat hanc rem copioſius tractare. Eraſmus certè aliquid pro feſtinatione illa fecit, certè plus quàm quidã ſatis otioſi. Ad viceſimum vſque verſum nulla pax, ſed perpetua propémodum diuerſitas. Nos ea in re noſtrum iudicium liberè dicem⁹. Lector quod volet ſequatur. Primus itaque verſus in omnibus quotquot nos vidimus exemplaribus corruptè legitur, ab Eraſmo intactus etiam. Eſt autem iambicus tetrameter catal. atque ita legendus.*

*Perij, quid agam, quò me vortam? Viro quid reſpõdebo? Meo, ſanè facilè intelligitur, & ab aliquo additum videtur ad explendam ſententiam. ea certè non pauca ſunt, quæ ſic in contextum irrepſerunt. Secundus eiuſdem generis eſt, ſed s, in Viſus eliditur. Tertius trochaicus eſt tetrame. catal. Quartus rurſus catalecticus iambi. tetra. vt primi duo: ſed Reſcierit legendum, non Reſciuerit, & vel Eam totum eliditur, vel creticus eſt loco quarto. Quintus dimeter iambicus, catalecticus quidem ſi ædepol, vt aliâs ſæpe prima breui. Acatalecticus, ſi prima longa, vt exigit diphthõgus. Sextus tetrameter eſt iambicus acatalecticus, niſi d, elidas in Sed. nam ſic fiet trochaicus tetrame. catalec. cuiuſmodi eſt ſeptimus finitus in verbo Foras. Octauus in Atque eccam, incipit, & eſt iambicus tetra. catale. vt ſequens. Sed cùm d, in Quid, tum s, in Agis eliduntur, & creticus eſt loco quarto. Niſi quis putet in hoc verſu abundare verbum Video, quod ego planè ſuſpicor ab aliquo, ſententiæ explendæ gratia, adiectum, cùm ſine eo ſenſus optimè conſtet. Conſimiliter ſanè, in ſequente verſu Sum verbum, ab aliquo item, qui deſideratum verbum explere voluerit, adiectum arbitror. Nam & ſenſus abſq; eo conſtat, & carmen reſpuit, tum tuus vel monoſyllabum, vel bacchius loco ſecundo fuerit. Decimus trochaicus eſt tetrame. catalect. In vndecimo, vel creticus eſt loco tertio, vel Tuis monoſyllabum, & s, in Habitus eliditur, ut ſit verſus iambicus tetrame. catalecticus, cuiuſmodi & duodecimus. Sed in eo vel Hem extra carmẽ eſt, vel eliditur i, in Filia, vel denique, quod malim, creticus eſt loco ſecundo. Et Rogitare æquum eſt, legendum, non, Rogare eſt æquum. Decimumtertiũ Eraſmus acatalecticum iudicauit, vt Ni pro Niſi legatur, & Cui ſit diſyllabum. poſſet aliter ſcandi, ſed nolo eſſe nimis anxius in re non magna. Sequentem inde Eraſmus trochaicum tetrame. acatalecticum iudicauit, qui eſt verè iambicus tetrame. catalecti. In eius primo loco dactylus eſt, in ſecundo anapæſtus. Decimũquintum iambicum catalecticum idem ait, qui eſt verè acatalecticus. Sed decimuſſextus Iãbicus catalecticus eſt, ſicut tres deinde ſequentes. Sed in decimoſeptimo, Adeò per, pro anapæſto legendum, vel pæane vltimo, & Præ eliditur in Præoptares. In decimooctauo, vel i, in Firmiorem eliditur, vel, quod malim, creticus eſt loco ſecundo. In decimonono, s, eliditur in Aduerſus, & Tui monoſyllabum eſt, denique creticus loco quarto. ¶ Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi, quæ te eſt penes. § Qui nunc ſequuntur numero triginta vnum, omnes ſunt trochaici tetrametri catalectici. Primus tribrachyn habet loco primo. Ita ſecundus, in quo Mihi monoſyllabum totum eliditur. In tertio, De hac re legendum puto, non Ex hac re. Quemadmodum & poſtea ſcena ſecunda, actus quinti, verſu decimonono: niſi quis d, in Quod elidere velit, vt ſecundo loco ſit dactylus. In quarto verſu vel Tua monoſyllabum, vel creticus eſt loco quinto. In quinto m, non eliditur in Cum. Aldi codex præterea habebat duas particulas, Et qui ante verbum Pernoctaret. Sed altera tollenda eſt. In ſexto, Riuius mauult legere Mauolo quàm malo ad finem verſus, quod placet. In ſeptimo, vel prius monoſyllabum, vel bacchius loco ſecundo. In octauò, trochæus eſt loco quinto. In decimo, Eandem diſyllabum, & Ceſſaſti legendum, non ceſſauiſti. In vndecimo, i, in Filiam abiicitur. In duodecimo, Id eliditur à ſuperiore verſu. In decimoſexto, aut Eum monoſyllabum, aut creticus loco ſexto. In vigeſimoſecundo, vel s, in Satis eliditur, vel creticus loco ſecundo. In vigeſimoquarto, amphibrachys eſt loco primo. In vigeſimoſexto, Senſti legendum, non Senſiſti. In vigeſimoſeptimo, Cuius diſſyllabum eſt. In trigeſimo, vel Meis diſſyllabum, vel creticus loco tertio, & verbum Qui, ponẽdum ante verbum Parere. ¶ Nullam pol credo mulierem me miſeriorem viuere. § Sequentes deinde ad finem vſque ſcenæ ſunt iambici tetrametri acatalectici omnes. In quorum tertio ædepol prima breui, & s, in Leuius eliditur. In quarto, Eius diſyllabum. In quinto, vel Mihi ſcandendo totum eliditur, vel creticus eſt loco primo, & Relliquũ epentheſi ll, geminat. In ſexto, Cuius monoſyllabum eſt. In penultimo, vel i, in Simul eliditur, vt fiat monoſyllabum, vel pæan ſecundus eſt loco primo, vt dactylo initio adponatur ſyllaba. Denique in Vereor poteſt v, euaneſcere, vt ſit proceleuſmaticus loco primo. quanquam ego pæana malim.*

Aedepol.

Non

# ACTVS IIII. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

SOſtratæ purgationem habet de Philumenæ abceſſu. Eadem Soſtrata rus abituram ſe filio pollicetur, ne impediméto ſit, quo minus redeat Philumena. Filius contrà matri ne id faciat diſſuadere conatur.

ARG. PAVL. MAL.

IN hac ſequenti ſcena, Soſtrata filio ſe purgat de Philumenæ vxoris abceſſu, ſimúlque ſe rus abituram pollicetur, ne obſtet reliquis ſua moroſitate, néve quo minus Philumena ad Pamphilum redeat, impediméto ſit. Pamphilus verò contrà ne id faciat, obnixè diſſuadere conatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Soſtrata diſceſsionis Philumenæ author eſſe non deprehenditur.

*Iambici Tetrametri Acatalectici.*

SOSTRATA, PAMPHILVS.

NON *clam me eſt mi gnate tibi me eſſe ſuſpectã, vxorem tuam*
*Propter meos mores hinc abiiſſe, etſi ea diſsimulas ſedulò:*
*Verùm ita me dij amẽt, itáque obtingant ex te quæ exopto mihi,*
*Vt nunquam ſciens commerui, meritò vt caperet illa odium mei:*
*Téque antè quàm me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.*
*Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habueris*
*Præpoſitam amori tuo: nunc tibi me certum*

DONAT. *NOn clã me eſt.} In hac ſcena, velut qualitas negotialis in diſputationem venit: iuſtúmne ſit repudiari coniugẽ cauſa matris: & omnino quod fieri debeat. ¶Non clam.} Vero ordine à purgatione ſui incipit mater abitura: ne quòd diſcedit, iracundiæ videatur.*

*Suſpectus.* *¶Tibi me eſſe ſuſpectam.} Id eſt in ſuſpicionem veniſſe. ¶Vxorem tuã propter meos mores hinc abiiſſe.} Blãdius vxorẽ ſignificauit, quàm ſi diceret Philumenam. Et mores, propriè ſenum dicuntur:* *Mores.* *vnde ſenectus moroſa: et moroſi homines, qui ſui cuiuſdã moris ſunt.* *Moroſi homines.* *¶Et ſi ea diſsimulas ſedulò.} Ea, id eſt quæ ſcio. & ea, pro eam rem: ſed abſolutè occurrit ſuprà latæ ſententiæ, & genere neutro. & eſt ordo. Et ſi ea diſsimulas ſedulò, non clam me eſt, &c.* *Ea neutrũ.* *¶Verùm ita me dij ament.} Coniectura quæ ſoluitur iureiurando. ¶Nunquam ſciens commerui.} Bona exceptio: quia poſſumus aliquem inſcienter lædere. quæ res ad veniam pertinet. ¶Itáque obtingant ex te.} Pro ſe iurat, & ita rem Pãphilo probat, vt blanda ſit. ¶Itáque.} Duæ partes orationis. ¶Vt nũquam ſciens.} Hic ordo eſt iuſiurandi: vt cùm præpoſuerit Ita, ſequatur Vt. Cicero, Ita velim mihi deos propitios, vt cùm illius temporis mihi venit in mentem, &c.* *Itáque. Ita, vt.* *¶Meritò vt caperet odium illa mei.} Bene dixit meritò. nam vt nos immeritò quis non oderit, non eſt in noſtra manu. hæc eſt exceptio. Plautus in Trinũmo, Quin dicant, non eſt: meritò ne dicant, id eſt.* *Meritò.* *¶Meritò vt caperet odiũ illa mei.} Id enim eſt culpa ſine merito. ¶Téque antè quàm me.} Deeſt tam: vt ſit ordo, Et quàm te amare me rebar, tãtum firmaſti fidem ei rei. ¶Téq; antè quàm me amare rebar, ei rei firmaſti fidẽ.} Ordo & ſenſus hic eſt, Et quod antè rebar, ei rei firmaſti fidem meã: neque me fefellit, quod antè rebar, te me amare. nam ei rei firmaſti fidem, id eſt probationem attuliſti. ¶Nam mihi tuus pater.} Dixit enim ſuprà, Atque in eam hoc omne quod mihi ægrè eſt, euomam. potuit enim euomẽdo narraſſe quod matrem filius præpoſuiſſet vxori. ¶Tuus pater.} Familiarius quàm ſi diceret, Laches. ¶Præpoſitam amori tuo.} Plus dixit, amori tuo, quã ſi, vxori tuæ, diceret. ¶Vt apud me præmium eſſe poſitum pietatis ſcias.} Laborat mulier, ne quod dictura eſt, odio, aut dolore, aut certè ita facere videatur. ¶Præmium eſſe poſitum pietatis.} Sic Virgilius. Hic pietatis honos, ſunt hîc ſua præmia laudi. ¶Mi Pãphile, hoc & vobis & meæ commodũ.} Rem duram dictura: vide quantis præblanditur verbis, rémque præmolliat, Nũc tibi me certum eſt contrà gratiam. Contrà nũc, viciſsim.* *Contrà, pro viciſsim.* *¶Et meæ commodum famæ.} Ab honeſto. ¶Mi Pamphile, hoc & vobis & meæ.} Principium hoc aliquid eſt precantis fœminæ. A blandimẽto ergo incipit, vt libenter audiat. ¶Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certò decreui patre.} Certò dixit, ne ſit diſſuadendi locus.* *Certò.* *¶Cum tuo me eſſe certò decreui.} Ad hoc addidit, certò decreui: vt non audeat diſſuadere filius. ¶Ne mea præſentia.} Non dixit iam culpa, ſed præſentia. ¶Quid iſtuc conſilij eſt?} Bene, quia illa Decreui dixerat. ¶Illius.} A perſona. ¶Stultitia.} A cauſa. ¶Victa.} Nõ enim volẽs. ¶Vrbe.} A loco. ¶Tu} A perſona. ¶Habitatum.} A facto. ¶Illius ſtultitia victa, ex vrbe tu rus habitatũ migres?} Vide quàm oratoriè omnia cõgeſſerit, à perſonis, à cauſis, à locis, à factis. ¶Illius ſtultitia.} Ab vtili. Mirè autem, & Rus, & ex vrbe, & Habitatum, dixit. ¶Vt qui nobis mater malè dictum velit.} Ab honeſto. ¶Non facies, neque ſinam.} Primò non facies: deinde, ſi facere perſeuerauerıs, non ſinam. Et, non facies, non eſt interdicentis, ſed quaſi dicat, Scio te non facturã rem tam prauam.* *Non facies.* *Sunt autem qui neque Sinam iungant interro-*

eſt contrà gratiam
Referre, vt apud me præmium eſſe poſitum pietatis ſcias.
Mi Pamphile hoc & vobis, & meæ commodum famæ eſſe arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certò decreui patre,
Ne mea præſentia obſtet, neu cauſa vlla reſtet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. PAM. quæſo, quid iſtuc conſilij eſt?
Illius ſtultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum migres?
Non facies: neque ſinam, vt qui nobis mater maledictum velit,
Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.
Tum tuas amicas te, & cognatas deſerere, & feſtos dies
Mea cauſa? nolo. S. nihil iam mihi iſtæc res voluptatis ferunt:
Dum ætas, tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias me iam tenet
Studiorum iſtorum: hæc mihi nunc cura eſt maxima, vt ne cui * mea
Longinquitas ætatis obſtet, mortémue * exoptet meam.
Hîc video me eſſe inuiſam immeritò: tempus eſt concedere:
Sic optimè, vt ego opinor, omneis cauſas præcidam omnibus,
Et me hac ſuſpicione exoluam: & illis morem geſſero.
Sine me obſecro hoc effugere, volgus quod malè audit mulierum.
PAM. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus: abſque vna hæc foret,
Hanc matrem habens talem, illã autem vxorem! S. obſecro mi Pamphile,
Non tute rem incommodam, vt quæque eſt, in animum inducas pati.
Si cætera ſunt ita vt tu vis, itáque vt eſſe ego * illam exiſtimo,
Mi gnate da veniam hanc mihi: reduc illam.

* meæ

* expectet

* illa

ribus, ſunt qui totum cõtextè legant, non facies, vſque, Modeſtia. ¶ Mea pertinacia dicat eſſe factum.} Bene retinet, cùm vult ſua intereſſe ne fiat. ¶ Tum tuas amicas te.} In diſſuadendo commiſcuit & honeſtatem & vtilitatem. ¶ Mea cauſa nolo.} Non eſt ſuperbum nolo: ſed conſuetudine dicitur. ¶ Nihil iam mihi iſtæc res.} Contra omnia. Et ab vltimis incipit ¶ Iſtęc res.} Amicę, cognatæ, dies feſti. ¶ Dum ætas, tempus tulit.} Tulit pro paſſum eſt, permiſit. & in bonis enim, & in malis dicitur. ¶ Dum ætas, tempus Tulit, perfuncta ſatis ſum.} Si, inquit, meæ voluptatis cauſa, exercenda ſunt, iam non delectãt: ſi officij ac religionis, iam non poſſum, quæ ſim anus. Neceſſaria diuiſio: quia ille & religionem incuſſerat feſtorum dierũ. ¶ Dum ætas, tempus tulit.} Non inquit, reprehendat: quæ cùm potuerim, perfuncta ſatis ſum. Sic Virgilius, Sat patriæ, Priamóque datum. ¶ Satias me iam tenet.} Nimis maternè atque aniliter. ¶ Hæc mihi nunc cura eſt maxima.} Hoc nimis ſeriò pronuntiandum. ¶ Et ne cui.} Odioſè, ne tibi diceret ¶ Vt ne cui meæ longinquitas ętatis obſtet.} Hoc ad nurum, expectationẽ ad filium refert. hinc enim odio digni parẽtes, expectati appellantur. ¶ Lõginquitas ætatis obſtet, Mortémve meam.} Cùm ſedulò agat ſocrus ne quid per iracũdiam ſtatuiſſe videatur: vide tamen vt intermiſceatur indignatio, & multa dolore deprompta ſint: quod poëta non inuitus facit, ad mores exprimendos, perſonáſque reddendas. ¶ Hîc video me eſſe inuiſam immeritò.} Quia rus decreui pergere: non quaſi nurum vitatura, ſed locum. Et mirè inuiſam, & non addit cui: ſed dixit, Tempus eſt concedere.} Quia anus ſum? an quia nurus in domo?

Nolo.

Dum tempus tulit.

Perfuncta ſatis ſum.

Satias.

Expectati parentes.

¶ Omnes cauſas præcidã omnibus.} Bene omnibus: ne ſpecialiter læſiſſet nurum. & generaliter dixit. ¶ Et illis morem geſſero.} Mirè illis, non nurui. Et morem geſſero, acriter dictum: vt oſtẽdat hoc illos olim voluiſſe vt expelleretur. vt ſi dicas inimicum tibi morem geſſiſſe, quòd ſe ſuſpenderit. ¶ Sine me obſecro hoc effugere.} Quia dixerat maritus eius, Omnes ſocrus oderunt nurus. ¶ Sine me obſecro hoc effugere.} Potentiſſimum eſt ad extorquẽdum aliquid argumentum, cùm illis quibus chari eſſe debemus, noſtra cauſa poti', quàm illorum, dicimus velle nos, aut nolle quod facimus. nam & Pamphilus ſuprà ſic dixit, Nõ facies, neque ſinã. ¶ Quod malè audit.} Suprà dixit. Ab honeſto. ¶ Abſque vna hæc foret.} Abſque, extra: vt ſit aduerbium magis, quàm præpoſitio. & vna, Res ſubaudienda. Et totum ἐν ὑποκρίσει, ſtatímque iungendum, Hanc matrem habens talẽ, illam autem vxorem. Vel certè, Abſque foret, pro abeſſet. Alij Hæc de vxore dici putant, vt abſque ſit præpoſitio. ¶ Non tute rem incõmodã, vt quęq; eſt, &c.} Horatius, Durum, ſed leuius fit patientia, Quicquid corrigere eſt nefas. ¶ Si cætera ſunt.} Bene cætera, abſque vno dicenti. ¶ Itáque vt eſſe ego illã exiſtimo.} Quia potuit dici ei, O ſocr', ergo dubitas de integritate nurus, addidit, Itáque vt eſſe ego illam exiſtimo. ¶ Da veniam hãc mihi.} Mihi, propter quã putas non reducẽdam. ¶ Væ miſero mihi.} Nec negat, nec promittit: ſed intumeſcit, vtpote qui penitus dolore commotus, æſtum animi diſſimulare non poteſt. ¶ Væ miſero mihi.} Nihil potuit pro rerũ qualitate reſpondere, niſi vt ingemiſceret. ¶ Et mihi quidem.} ἄχθος. quid enim, & mihi? an ei? multa ſic in vſu noſtro ſunt.

Morem geſſero.

Abſque.

Abſque foret.

Nunquam

PAM. Væ miſero mihi.
S. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me malè habet, quàm te gnate mi.

ADRIA. BARL.

Nunquam ſciens commerui.} Bene excipit. poſſumus enim aliquem inſcientes lędere, quæ res veniam meretur.[ Gratiã referre.} A iuſto.[ Certò decreui.} Vt diſſuadere nõ audeat filius.[ Ne mea præſentia obſtet.} Ab vtili.[ Illius.} A perſona.[ Stultitia.} A cauſa.[ Vrbe.} A loco, vbi paulo commodius quàm ruri viuitur.[ Tu.} A perſona, quæ mater es. Oratoriè congeſſit omnia.[ Tum tuas amicas, te & tuas cognatas, & dies feſtos.} In diſſuadendo ne rus eat, duo commiſcuit, honeſtatem & vtilitatem.[ Mea cauſa nolo.} Superbiæ nihil habet hoc nolo. magis enim con-

Iſtæc, pro iſta.

ſuetudine ita loquitur.[ Iſtæc res.} Pro iſtæ, & amicas, cognatas, dies feſtos intellige.[ Perfuncta ſatis ſum.} Laurent. in Raudenſem. Raudenſis. Perfuncta ſatis ſum, id eſt vſa. Laurentius. Imò finem vtendi fruẽdíque feci. Vt Cice. Perfuncta hoc miſero, fatalíque bello reſp. & hoc in malum, ſed frequentius in bonum.[ Vt ne cui mea longinquitas.} Hoc ad nurum refertur.[ Tempus eſt cõcedere.} Nam anus ſum, & in ea ætate cui non conuenit cum adoleſcẽtia.[ Illis morem geſſero.} Qui olim expelli me voluerint.[ Quàm fortunatus ſum cæteris rebus abſque vna hæc foret.} Adria.

Abſque.

Car. Aduerti extra & abſque elegãter poſita eſſe loco præter: quod iam pridem ab omnibus paſſim præteritũ eſt. Terent. in Hecyra, Quàm fortunatus ſum cæteris rebus abſque vna hæc foret. Nonnulli abſque, aduerbium aliquando eſſe volunt, exponentes hũc locum hoc pacto. Abſque id eſt, niſi hæc vna res foret, coniunx videlicet quæ ex alio viro peperit.[ Non tute rem.} Horatij ſententia eſt. Durum, ſed leuius fit patientia, quicquid corrigere eſt nefas.

LATOMVS

Argumentum. Soſtrata denuntiat ſe rus abituram, & locum datură Philumenę: quare augetur perturbatio Pamphili.[ Verùm ita me Dij.} Purgatio.[ Téque ante quam.}

Ante.

Rebar te illam plus amare quàm me. nam, ante, comparationem ſignificat. vt anteponere, anteferre.[ Nunc tibi.} Honeſta ratio, ne temere hoc facere videatur, & ne recuſet Pamphilus.[ Quæſo.} Recuſatio Pamphili, quam confirmat à futura infamia, & ab indigno.[ Nihil iam.} Solutio ab ætate, item à iuſto & vtili. Attende autem quomodo poëta ſtudeat omnibus modis in hac fabula bonam ſocrum inducere, ſicut paulo pòſt bonam meretricem.[ Quam fortuna.}

Abſque, pro niſi.

Magis accẽditur Pamphilus matris bonitate. & abſque, pro niſi ponitur, aduerbialiter.[ Væ miſero.} Interiectio dolẽtis.

PETRVS MARSVS

Non clam me.} Adoleſcentis bene morati, & ad virtutes inſtructi debitum officium, qui, quantũ parentibus debeat, agnoſcit, nec propter ſuam ipſius commoditatem, aut vſum, parentibus ſuis quicquam incommodare præſumit, hac ſcena exprimitur. Debemus enim noſtros mores ſic comparatos habere, vt non noſtræ libidini inſeruiant, & ob id parẽtibus, vt in mœrore ſint, cauſam dare, ſed omnibus modis ita obedire, vt de noſtra peruicacia & inſolentia nihil, quod queri poſſint, habeant. Ariſtote. Politi. tertio, Parentum eſt liberis, ea quæ vſui ſunt, aut eſſe poſſunt, prouidere. liberi rurſus parentum vtilitatem, & negocia ſuis ipſorum

Satias.

commoditatibus longè præferre.[ Satias.} Veterum ſermo eſt, pro ſatietas. Saluſtius hiſtoriarum libro II. In ſaltibus occupatis tum externorum agros inuaſere, frumentíque ex inopia graui ſatias facta. Lucilius: Quid mihi proderit? ſatias te iam omnium rerum tenet facta.

RIVII caſtigatio.

Ei firmaſti fidem.} Nos: Ei rei &c. Ex Donato et vetuſtis codicibus.[ Et apud me præmium.} Nos, Vt apud me &c.[ Mi Pamphile, hoc vobis & meæ commodum famæ eſſe arbitror.} Manuſcripta volumina habẽt ad hunc modum: Mi Pamphile, hoc & vobis & meæ commodum famæ eſſe arbitror, videlicet geminata coniunctione, & omiſſo verbo eſſe, quod verſus omnino reſpuit. Eſt autem octonarius acatalecticus, vt cæteri in hac ſcena omnes. Pronomen meæ κτ' συναίρεσιν vnam in ſyllabam contrahes metiendo verſum.[ Nihil iã mihi iſthęc res voluptatis ferunt.} Perperam eſt in recentioribus quibuſdam adferunt: cùm ſit legendum ferunt, ex obſeruatione vetuſtæ lectionis. Præterea in manuſcriptis erat: Nihil pol iam mihi. &c. ſed carmen reſpuere videtur, quanquam & Lugdunenſe, & Venetum eodem modo habet. Hoc, ne quid diſſimulaſſe dicar, admonendum putaui.[ Vt ne cui mea longinquitas ætatis obſtet, mortémve exoptet meam.} In manuſcriptis erat expectet, non, quod in impreſſis eſt, exoptet: & mea quidẽ ſententia rectius. Nam in Adelph. quoque hoc ipſo verbo eadem in ſignificatione vtitur, cùm ait: Illum vt viuat optant, meam autem mortem expectant. pro

Expectarẽ mortem alicuius.

exoptant & deſiderãt mortem meam, vel me mortuum volunt. Ita in eadem fabula: Vbi te expectatũ eieciſſet foras, pro eo quod eſt, cuius mortem in dies ſingulos expectarit & exoptauerit. Nam expectamus ante diẽ, ſperamus ad diem, inquit eo in loco Donatus. Scitum eſt, nec ab hoc alienum loco, illud quod Fabius narrat libro IX. capit. quarto, vbi de antanaclaſi agit, quæ ſit eiuſdem verbi contraria ſignificatio: Cùm Proculeius quereretur de filio, quòd is mortẽ ſuam expectaret: & ille dixiſſet, ſe verò non expectare: Imò, inquit, rogo expectes. Interpres etiã expectet legiſſe videtur, cuius verba ſunt: Vt ne cui meæ Lõginquitas ætatis obſtet. Hoc ad nurum, expectationem ad filium refert. Hinc enim odio digni partes expectati appellãtur. Hæc ille. Hoc etiam adnotandum, legi in duobus manuſcriptis, meę Longinquitas ætatis. non mea, vt pronomẽ referatur ad ſubſtantiuum ætatis, quæ puto verior lectio eſt.

GLAREANVS.

Eiuſdem generis cum proximis hi ſunt verſus iambici tetra. acatalectici. Et vix alia eſt ſcena, in qua pronomina Meus, Tuus, ſæpius vel comprimãtur, vel creticos bacchióſq; conſtituant. In ſecundo itaque carmine vel Meos monoſyllabum eſt, vel bacchius loco ſecũdo. In tertio dij corripitur, non eliditur, & Exopto legendum. In quarto Vt eliditur à ſuperiore verſu. In quinto Valde abundat, nec veteres habent codices, & Ei rei legendum, quod rectè annotauit Riuius, vt poſt ſpondeum, ac tres iambos ſit anapæſtus, deinde ſpondei duo cum pyrrhichio. In ſexto poſſunt duo cretici eſſe initio, vel Mihi monoſyllabum totum elidi, ac s, in Tuus abiici. Sic in ſeptimo, vel creticus eſt loco tertio, vel Tuo monoſyllabum. Ita in IX. & coniunctio geminanda eſt, & Meę monoſyllabum, vel bacchius loco quinto. quod & in quinto verſu dici poterat. In decimo eodẽ modo de Tuo dicendum. In duodecimo, d, eliditur in Quid, & duo ij penitus in Conſilij. In decimotertio, Illius diſſyllabum. In decimoquinto, Mea, cia, Tua, monoſyllaba, aut bacchius locis primo ac tertio, creticus loco ſexto. In decimoſexto, creticus loco primo, ni Tuas monoſyllabum dixeris. Et nota Amicã in bonum,

Amica, in bonã partẽ

*quod rarum eſt. In decimoſeptimo, bacchius loco primo, aut Mea monoſyllabum. In decimooctauo, ἀσυνδέτως quidam legunt Dum ætas, tempus tulit. atque iidem elidunt s, in Tempus. Alij ætatis legũt. atque illi idem s, elidunt, ſed Me non legunt poſt Satias, vt Aldi codex. In decimonono, Cui monoſyllabum, & Riuius Meę pro mea legẽdum exiſtimat, quod placet. In viceſimo, Donatus Expectet legit, nõ Expetet, & rectè. In viceſimotertio, Suſpicio videtur ſecunda producta, vt ſæpius alibi. In quarto, à fine Rem poſt Incommodã legendum. In antepenultimo, τὸ Ita non eſt in vetere codice: quod ſi tamen legitur, creticus erit loco ſexto, niſi de illam elidas. In vltimo s, in Minus eliditur.*

## ACTVS IIII. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

Reconciliantur, & omne bellum inter ſe cõponunt vir & vxor. Monetur Pamphilus, vt vxorẽ reducat.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena colloquium eſt, in quo reconciliatio viri atque vxoris poſt frequens iurgium continetur. Deinde diſputatio & conſilium Pamphili de non reducenda vxore.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

REdeunt in gratiam ſenes, poſt iurgium Pamphilum monent, vt vxorem reducat.

*Iambici & Trochaici miſti. Senarius vnus. Dimeter item vnus.*

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

QVEM *cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi vxor:*
*Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunque opus ſit, animũ poſſis flectere,*
*Quod faciundum fortaſſe ſit pòſt, idem hoc nunc ſi feceris.*
S. *Fors fuat pol.* L. *abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.*
S. *Spero ecaſtor.* L. *i ergo intrò, & compone quæ ſimul tecum*

DONAT. *QVem cum iſtoc ſermonẽ habueris.} In hoc colloquio reconciliatio ſenum eſt poſt iurgium, mixta diſputatione Pamphili de non reducenda vxore.* *Procul, pro prope.* *¶ Procul.} Procul, nunc prope. ¶ Hinc ſtans accepi vxor.}* *Accepi.* *Accepi, audiui. Et modò, vxor: antè mulier. & de vxore, Dij mala prohibeant.* *Iſtuc.* *¶ Iſtuc eſt ſapere.} τὸ iſtuc, exceptiuè dictũ: quaſi cætera ſtultè fecerit. & ſimul ſtomachum retinet, quæ reprehendat cætera.* *Qui, pro quæ.* *¶ Qui vbicunq; opus eſt.} Qui pro quæ: interdum abundat.* *Flectere animum.* *¶ Animum poſſis flectere.} Modò nõ alienum animum, ſed ſuum flectere. & vnde flectere? à iurgio ad modeſtiam, ex conceſſione, ex domo. ¶ Animũ flectere.} Ad hoc flectere animum dixit, vt oſtenderet ne nunc quidem purgatam apud ſe Soſtratam de præterita culpa. ¶ Quod faciundum fortaſſe ſit pòſt.} Hæc etiam ſententia videri poteſt generalis: et deeſt Ad id, vt ſit, flectere ad id quod faciundũ. Poteſt et abſolutè accipi, Quod pro quæ res facienda ſit.* *Faciundũ.* *¶ Quod poſt faciundũ ſit.} Id eſt concedendũ. et vim neceſſitatis hoc verbum exprimit.* *Fors fuat.* *¶ Fors fuat pol.} Fortuna faueat: quaſi τῷ εὐφημισμῷ aduerſus triſte dictũ vſa eſt.* *Fors.* *nam fors fortuna bona eſt.* *Fuat.* *Et fuat ſit ſignificat. dixerat enim ille, Quod faciũdũ ſit pòſt fortaſſe. ¶ Fors fuat pol.} Id eſt bona eueniat. quaſi τῷ εὐφημισμῷ dicat, Bona dicito potius. An bona fortuna ſit per Pollucẽ?* *Abi.* *¶ Abi rus.} Hortãtis eſt ad celeritatem. Virgil. Ergo age chare pater, ceruici imponere noſtrę. ¶ Ibi ego te, & tu me feres.} Non dixit, Ibi nos inuicem delectabimus: ſed quia ſenex atque anus eſt, ego te, & tu me feres, dixit. Et ſimul quia nuper incuſauerat mores ſenũ, reuocare vult cauſam abceſſionis ſuæ, & ad filij culpam aut nurus. ¶ Ibi ego te, & tu me feres.} Aut quia noti inter nos ſunt mores noſtri: aut quia vtrique vna ætas eſt. & ſic pronuntia, quaſi hoc ipſum neceſſitate decernat ſenex, cùm dicit, Abi rus. Ergo hinc, Ibi ego te, & tu me feres, ipſa pronuntiatio querelam continet de filiis & ſenectute. ¶ Spero ecaſtor.} Mirè non confirmauit mulier: ſed ſperare ſe dixit, memor iurgij priſtini, & ſenilis amaritudinis: maximè quòd et ille non dixit, ibi nobis iucundè erit: ſed ibi ego te, & tu me feres. ¶ I ergo intrò, & compone quæ ſimul tecum ferantur.} κωμικῶς χαρακτηρίζει, & vſu quotidiano, ſatiſque moraliter: quia Mulieres dum moliũtur, & dum comuntur, anus eſt. ¶ Dixi.} Denuntiatio eſt* *Dixi.* *confirmandæ ſententiæ, nec mutandæ, et tranſlata eſt de foro & cauſidicis. Cice. Præco dixiſſe pronũtiat. ¶ Dixi.} Hoc verbũ in fine additum ſuperiora confirmat: & eſt proprium his qui perorauerint cauſam. ¶ Pater.} Ipſum nomẽ dehortationem ſignificat, adiecta pronuntiatione. ¶ Pater.} Sic pronuntia, vt hoc vultuosè dictum ſit, Hinc abire matrem? ¶ Quid vis Pamphile?} Facetè præſtò Quid vis reſpondit. ¶ Quid ita iſtuc vis?} Rem ſuprà audiuit & perſonam: nunc cauſam quærit. quaſi dicat, Eſto vt nolis: quid tantopere nõ vis? ¶ Incertus ſum etiam, quid ſim facturus.} Nõ, quid faciam, dixit: ſed, quid ſim facturus: vt incerta molimina etiam verbis poſſet oſtendere. ¶ Quid eſt?} Et, Quid ita iſtuc vis: et, Quod eſt: eo vultu pronuntiantur, vt conſilium eius & verba videatur cõtemnere pater. ¶ Quid vis facere, niſi reducere?} Sic loquitur Laches, vt aliud Pamphilus reſpondere non audeat. et ideo dicit, Equidẽ cupio,*

Ferantur. dixi. S. ita vt iubes, faciam. P. pater.
L. Quid vis Pãphile? P. hinc abire matrem? minimè. L. quid ita iſtuc vis?
P. Quia de vxore incertus ſum etiam quid ſim facturus. L. quid eſt?
Quid vis facere, niſi reducere? P. equidem cupio, & vix contineo.
Sed non minuam meum cõſilium: ex vſu quod eſt, id perſequar.
Credo ea gratia concordes magis, ſi non reducam, fore.
L. Neſcias: verùm id tua refert nihil, vtrum illæ fecerint,
Quando hæc abierit. odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis:
E medio æquum eſt excedere: poſtremò iam nos fabulæ
Sumus Pamphile, ſenex atque anus.
Sed video Phidippum per tempus egredi: accedamus.

*cupio, & vix contineo.* } Vt reducam ſcilicet. Adeò magna cauſa eſt non reducendi, vt cùm velim, nõ poſſim. ❡Sed non minuam meum conſilium. } Cautè ſatis, Reducendi inquit, cupiditas eſt: non reducendi conſilium.

Perſequi. ❡Id perſequar. } Non ſequar, ſed perſequar, vt conſtantiam demonſtraret.

❡Credo ea gratia concordes magis. } Sententiosè dixit, tunc poſſe inter ſe congruere & concordare mulieres, cùm & illa eſſe deſierit ſocrus, et illa nurus. hęc enim inter illas eſt diſſidioſa coniunctio: & ſatis ingeniosè dictum. Tolle enim inter mulieres proximitatem: & nulla cauſa diſcordiæ eſt. ❡Concordes magis. } Non magis concordes, verùm pro minus diſcordibus dixit. an vt ſeruiret ſententiæ? ❡Neſcias. } Vtrũ concordes futuræ ſint, an diſcordes. ❡Verùm id tua refert nihil. } Hoc verbum ex aliqua parte confirmantis eſt & conſentientis. ❡Vtrum illæ fecerint. } Vtrum conſentientes ſint, an diſſentientes. ❡Vtrum. } Vnum de duobus ſignificat. ❡Odioſa hæc eſt ætas adoleſcentulis. } Suprà in perſonam ſocrus culpam iratus contulerat diſcordiæ, nunc & vxori placatus, & nurui parcens, odiorum cauſam à perſonis tranſtulit ad ætates: ſed ita tamen, vt magis iuniores accuſaret, ei de adoleſcentibus queſtus, cùm miſeratur ſenes. ❡Odioſa hæc eſt ætas. } Hæc, cum gemitu pronuntiandum eſt. ❡E medio æquum eſt excedere. } Vtrum ex vrbe rus: an ex vita in mortem? Et ſatis moraliter. nam in medio ſtare dicitur ſupernacuus vel moleſtus. Et cum ſtomacho dixit ſenili. ❡Senex atque anus. } Hæc duo nominauit * caput indicat et inceptionem huiuſmodi fabularum. ❡Iam nos fabulæ ſumus, Senex atque anus. } Pronuntia ſenex atque anus, quaſi initium fabulæ. τῷ ἰδιοποιῷ additum, Pamphile. ❡Per tempus. } Opportunè.

Concordes magis. Vtrum. E medio excedere. In medio ſtare. Per tẽpus.

ADRIA. BARL. Fuat.

Fors Fuat pol. } Fors bona fortuna eſt. Fors fuat, fortuna faueat. ❡Fors fuat. } Antiqui dicebant Fuo as, at. Probus Grammaticus, F, literam ante vo poſitam verba regere non inueni. Nouo more vnam declinationem ex hac quaſi deſcendentem legi apud Terentium in Hecyra. Fors fuat pol. ❡Ibi ego te, et tu me feres. } Ipſa pronuntiatio, inquit Donatus, querelam continet de filiis, & ſenectute: quam ætatem optamus, adepti eam incuſamus omnes. ❡Dixi. } Hoc verbo in fine poſito confirmantur quæ dicta ſunt prius. ❡Sed non minuam meum conſilium. } Equidem cupio reducere, ſed ſi conſilium obſtat. Acutè ſatis hoc dictum eſt. ❡Ex vſu quod eſt. } Quod erit vtilius id faciam. ❡Ea gratia concordes magis. } Sublata proximitate tollentur & cauſæ diſſidij, illa vbi nurus. hæc vbi ſocrus eſſe deſierit. ❡Concordes magis. } Si non magis concordes, minus ſaltem diſcordes erunt. ❡Odioſa hæc eſt ætas. } Gemitum habet. ❡E medio excedere. } Vtrum ait Donatus ex vrbe rus, an ex vita in mortem? ❡Per tempus. } In tempore. Plautus eodem modo. Per tempus hic venit miles.

Ex vſu eſt. Concordes magis. Per tempus

LATOMVS.

Argumentum, Soſtrata accingitur itineri, vt rus abeat, fruſtra deprecante Pamphilo, quo magis etiam ille perturbatur. ❡Iſthuc eſt ſape. } Probat cõſilium vxoris Laches. ❡Fors fuat. } Pro, fiat. Id eſt, fortunatũ ſit. ❡Dixi. } Stabilis confirmatio, quę mutanda nõ ſit. & eſt tranſlatum à cauſidicis. ❡Minimè. } Subaudi decet. ❡Equidem cupio. } Acuta et honeſta reſpõſio, cupio, ſed non eſt conſilium. Latenter autem innuit affinitatem eſſe cauſam diſcordiæ inter mulierculas, qua ſublata pax futura ſit. ❡Odioſa eſt hæc. } Phidippi ratio, cur Soſtratæ potius abſcedendum ſit.

Fors fuat.

PETRVS MARSVS

Quem cum. } Senes omnes apud adoleſcentes vel in ea ætate contemptos eſſe, & nihili pendi: ſed tanquam viles, & abiectos, & ab omni vitæ communione reiectos, oſtendere poëta volens, hoc Lachetem dicere fecit, Fabulæ ſumus. } Quicquid contemnitur, & tanquam nihil æſtimatur, fabulam authores vocare ſolent.

Fabula.

GLAREANVS.

Hæc ſcena non vt parua eſt, ita etiam facilis, quam tamen Riuius ne vno quidem verbo attigit. Primus verſus eſt iambicus tetra. catal. Secundus ac tertius acatalectici: ſed in altero, s, in Opus eliditur, niſi creticus ſit loco quarto. In altero Idem ponendum ante poſt, vt loco quarto ſit tribrachys. Nec impedit ſententiam. Quartus verſus eſt trochaicus tetrameter cata. Sic quintus: ſed in eo, i, ratione ſequentis vocalis corripitur. Simul autem poſt Tecum ad finem ponendum. Sextus ſenarius iambicus eſt. Septimus iambicus tetra. cata. In quo vel Vis abiiciendum, vel (quod malim) creticus eſt loco ſecundo. Octauus trochaicus tetr. cata. Tres deinde ſequentes iambici ſunt tetr. acatal. In quorum primo, Contineo triſyllabum eſt, duabus vltimis in vnam contractis ſyllabis, niſi quis pro iambo tribrachyn loco vltimo conſtituat, quod admodum rarum eſt. In ſecundo verſu vel Meum monoſyllabum eſt, vel d, in Quod eliditur, niſi vel hîc creticum, illic bacchium conſtituamus. Tertius multas ſynæreſeis habeat oportet, Sed commodè ita legetur,

Ea credo gratia concordes, ſi non reducam, magis fore.

Vt Ea ſit monoſyllabum, Gratia diſyllabum, & s, in Magis elidatur. Nam de creticis ac bacchiis identidem admonere non eſt opus. Duodecimus huius ſcenæ verſus eſt trochai-

cus tetrame.cata.in quo Tuá monoſyllabum eſt. Sequuntur inde duo iambici acatalectici, quorum ſequente non eliditur o, in verbo E medio, ſed corripitur, vt ſit iambus loco ſecundo, ac finiatur verſus in verbo Fabulæ. Sequitur deinde penultimus dimeter iambicus authore Eraſmo, Sumus Pamphile ſenex atque anus. Vt s, in Sumus elidatur. Vltimus eſt iambicus tetrame.catale.eodem authore.

DONAT. TIBI quoque ędepol.} In hac ſcena vltimus error eſt, vicinus καταστροφῆ. ¶Tibi quoque ædepol ſum iratus.} Quaſi dicat, Non ſolùm matri tuæ, aut etiam ſocrui tuę. ¶Tibi quoque ædepol.} Rectè: nam & amicos incuſamus leniter incipientes, & grauiora inferentes. Hanc quaſi ipſa ſocrus non odium meruerit, ſed reuerentiã. ¶Minus iam quo redeat domum.} τμῆσις cum ἀναστροφῆ. vt ſit ordo, Quo minus redeat. ¶Nullam de his rebus culpam.} Relatio criminis poteſt videri. ¶Tua.} Deeſt vxor: quod nomen inferius poſuit. ¶Tua.} Cum percurſione audiendum eſt, vt ſubaudiatur vxor, ab eo quod dicturus eſt, vxore.

Minus quo

Quominus

ergo partus cauſa leniter incuſat. deinde cõfirmat inferendo, grauiter quidem. & ſtatim cauſam ſubiũgit, cur quidem ei iraſcatur. ¶Factum turpiter.} Quòd abſceſſerit domo mariti. ¶Et ſi tibi cauſa eſt de hac re.} Cauſam more ſuo pro defenſione poſuit. Sic in Phormione, Quid mihi dicẽt, aut quam cauſam reperient, demiror. Et quæ cauſa fuerit, ipſe dicit. ¶Mater te impulit.} Mater te impulit. abſolutè: deeſt enim Nam. vt ſit, Nam mater te impulit. ¶Mater te impulit.} Qualitas remotiua. ¶Huic verò.} Ipſi matri ſcilicet. ¶Opportunè te mihi Phidippe in ipſo tempore.} Vtrum ταυτολογία eſt? an opportunè, quia volebam: & in tempore, quo modo volebam? an opportunè, mihi: in ipſo tempore, tibi: id eſt & mihi, & tibi commodè eueniſti? ¶In ipſo tempore oſtendis.} Oſtenditur nobis id quod quærebamus.

Cauſa, pro defenſione.

Opportunè.

In ipſo tempore.

Oſtendere.

Opportunè, & in ipſo tempore, non eſt idem, etenim opportunè dicimus, cùm, verbi gratia, inuitati, ad ipſum tempus incipientis prandij venimus. In ipſo tempore, cùm iam prandio appoſito. ¶Aut quo pacto hoc aperiam?} Hoc modo oſtendit neceſſe quòd ſimulet: nec id quod verum eſt, dicendum ſibi eſſe. ¶Dic filiæ rus conceſſuram hinc Soſtratam.} Blãdè nõ addidit tuæ: quaſi dicat communi filiæ. Et bene, non ſocrum, ſed Soſtratã. ¶Ne reuereatur.} Bene reuereatur: ne odiſſe Soſtratam, ſed metuere videatur: &

## ACTVS IIII. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

NAtum puerum Laches reſciſcit. Pamphilum ad recipiendam vxorem ambo ſenes hortantur, ille negat: meretricis amorem incuſat pater.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena vltimus error eſt, vicinus & varius: Nam omnes tres hîc aliqua in re errãt. Laches reſciſcens natum puerum, Myrrhinam taciturnitatis incuſat. Phidippus itidem confirmat. Inde ambo vehementer Pamphilum ad vxoris reductionem inſtigant, quod conſtanter hic & pertinaciter tenuit. Qui à ſenibus ferme conuictus ob puerum natum, ne prorſus ſuccumbat, abſcedit. Hi verò ob meretriciũ amorem eum id facere ſuſpicantes, Bacchidem ſtomachabundi conuenire decernunt.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

CVlpa diſceſſionis Philumenæ in Myrrhinam transfertur.

*Senarij.*

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

*TIBI quoque ædepol ſum iratus Philumena*
*Grauiter quidẽ: nam hercle abs te factum eſt turpiter,*
*Et ſi tibi cauſa eſt de hac re, mater te impulit:*
*Huic verò nulla eſt. L. opportunè te mihi*
*Phidippe in ipſo tempore oſtendis.* PHID.

¶Mutatio fit.} Mutationem ſuſpicionem dicit, errorẽque iurgantium. ¶Mutatio.} Deeſt quarum rerum mutatio. ergo mutatio criminum, aut culparum. ¶Ea nos perturbat Laches.} Ea: non ea mutatio, ſed vxor, hoc eſt Myrrhina. ¶Mutatio fit.} Criminis ſcilicet & peccati. id eſt vel mea vxor crimẽ tua ſuſtinet: vel tua ad meã trãſlata eſt culpa. ¶Turbent porrò quàm velint.} Quantum velint: aut eam, quã velint, mulierẽ. ſed melius eſt quod ſuprà diximus. ¶Dum ne reducam, turbẽt porrò.} Quomodo eſt pius erga matrem Pamphilus, ſi paruifacit vtrum ſocrus ſua perturbetur? an mater à ſenib⁹? Soluitur ſic. quia Quam, non eſt generis fœminini. ſed eſt quantum. Turbent, errent & tumultuentur, ſignificat: vel turbentur. ¶Ego Pamphile.} Hoc pronomen initium continet orationis grauiter inceptæ: vt, Ego poſtquam emi te à paruulo. ¶Si fieret poteſt.} Interpoſuit, vt ſupercilium ſoceri demonſtraret. ¶Si fieri poteſt.} Rectè additum, ſi fieri poteſt: quia non conuenit rogari à ſocero generum, vt ſuprà dixit. ¶Hanc ſanè perpetuam volo.} Iam enim eſt confirmata: ſed perpetuam cupit. ¶Sin eſt, vt aliter tua ſiet.} τῷ εὐφημισμῷ vitauit illud quod eſt ominoſum, ne diſſidium diceret. vt Virgilius, —grauior ne nũtius aures verberet. ¶Accipias puerũ.} Iure: quia liberi patrem ſequũtur. Et mirè hoc maximè adiecit, quod maximè recuſat

Mutatio.

Quàm.

Turbare.

Ego.

Perpetua.

Accipias. Quieſcas.

ſat Pamphilus : & propter quòd vxor quoq; non reducitur. Et Accipias,pro accipe : vt quieſcas,pro quieſce. ¶Sẽſit peperiſſe.óccidi.} Hoc maximè inopinatũ eſt Pamphilo:quia ſocrus promiſerat omnes ignoraturos. ¶Sẽſit.} Propriè ſic.¶Puerum.quem puerum ?} Moraliter primò dubitat quid audierit:deinde quaſi certus quid audierit,admiratur, dicendo Quẽ puerum ? ¶Puerum . quem puerum?}Bene cum conſternatione animi : quod nunquam fando acceperat. ¶Nat⁹ eſt nobis.}Bene,quia ambo aui.¶Nam abducta à vobis.}Bene,nõ abierat,ſed abducta fuerat : vt magis ſit culpa matris.¶A vobis.} Pro, à Pãphilo. ¶Nã abducta à vobis pręgnãs fuerat.} Hoc totum cum indignatione in vxorem pronũtiandũ eſt.¶Neque fuiſſe pręgnantẽ.} Prægnans eſt ante gnatum,vel ante genitricem. eſt enim prę,ante.¶Bene,ita me dij amẽt.} Agit gratias nũtiãti: gratulatur ob ſuſceptũ nepotem : gaudet liberatam nurum.¶Natum illum,& tibi illam ſaluam.} Proprium affectum refert, ſibi nepotẽ, illi filiam eſſe ſeruatam.¶Et tibi illam ſaluam.}Rectè tibi, quia pater puerperæ eſt, cui dicit.¶Sed quid mulieris vxorem habes? } Quid mulieris dixit:ne diceret , qualem mulierẽ,aut aliquid grauius. & totum percunctatiuè potius, quàm pronuntiaret,& diceret,Peſſimã mulierem,et malè moratã vxorem habes.Et reprehenſio eſt cum contemptu: ſic & Quid hominis?vt Virgilius,Tu mihi quodcũque hoc regni. At contrà cum honore ſic dicimus,Quem hominem habes? ¶Moratam. } Id eſt inſtitutam , & eſt participium ſine verbo. ¶Nóſne hoc celatos.} Non partum celatos dicit: ſed,prægnantem filiam fuiſſe.¶Nequeo ſatis proloqui.} Magna exaggeratio.¶Quã

Prægnans.

Quid mulieris vxorem habes?

Quem hominem habes?

Moratus.

quid eſt?

PAM.Quid reſpondebo his ? aut quo pacto hoc* aperiam?

L.Dic filiæ rus conceſſuram hinc Soſtratam:

Ne reuereatur,minus iam quo redeat* domũ

PH.ah,

Nullam de his rebus culpam commeruit tua.

A Myrrhina hæc ſunt mea vxore exorta omnia:

Mutatio fit:ea nos perturbat Laches.

PAM.Dum ne reducam,turbent porrò quàm velint.

PH.Ego Pãphile eſſe inter nos,ſi fieri poteſt,

Affinitatem hanc ſanè perpetuam volo:

Sin eſt,vt aliter tua ſiet ſententia,

Accipias puerum. PAM. ſenſit peperiſſe. óccidi.

L.Puerum?quem puerum?PH.natus eſt nobis nepos.

Nam abducta à vobis prægnans fuerat filia,

Neque fuiſſe prægnantem vnquam ante hũc ſciui diem.

L.Bene,ita me dij ament,nuntias,& gaudeo

Natum illum,& tibi illam ſaluam. ſed quid mulieris

Vxorem habes?aut quibus moratã moribus?

Nóſne hoc celatos tam diu?nequeo ſatis,

Quàm hoc mihi videtur factũ praue, proloqui.

PH.Nõ tibi illud factum minus placet,quàm mihi Laches.

PAM.Etſi iam dudũ fuerat ambiguum hoc mihi,

Nunc non eſt,cùm eam iam conſequitur alienus puer.

L.Nulla tibi Pãphile hîc iam conſultatio eſt.

PAM.Perij.L.hunc videre ſæpe optabamus diem,

Cùm ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.

Euênit: habeo gratiam diis. PAM. nullus ſum.

L.Reduc vxorem,ac noli aduerſari mihi.

PAM.Pater,ſi illa ex me liberos vellet ſibi,

*operiã?

*demum

hoc mihi videtur factũ prauè.}Totum modeſtè,quamuis indignetur : quia apud maritum vxor non eſt vehementius accuſanda.¶Quàm hoc mihi.} Quòd prægnans fuerit filia : non quòd natus eſt puer . ¶Non tibi illud factum minus placet , quàm mihi , Laches.} Vtrum quia minus * & magis quoniam ſequitur:an ἠρωνεία eſt ? vt ſit ordo , Non minus mihi placet,quàm tibi.Et placet,pro diſplicet intelligamus : vt alibi , Nunc me hoſpitẽ lites ſequi, quàm hîc mihi ſit facile atque vtile , aliorum exempla commonent. ¶Non tibi illud factum.} Sub εἰρωνείᾳ eſt dictum.hoc enim ait, Tãtumdem tibi placet hoc factum, quàm mihi . Alibi , Nunc me hoſpitem lites ſequi,&c. ¶Cùm Eam iam conſequitur alienus puer.} Alienus. quòd ſenes gratulantur , id maximè lædit Pamphilum. ¶Cõſequitur alienus puer.} μεταφορὰ à pecoribus , quæ vt mox nata fuerint , matres ſequuntur . Virgilius, Atque ipſæ memores redeunt in tecta,ſuóſque Deducunt . ¶Nulla tibi Pamphile hîc iam conſultatio eſt.} De reducenda ſcilicet vxore. ¶Perij.}Hoc ſibi ipſe Pamphilus dicit . ¶Cùm ex te eſſet aliquis qui te appellaret patrem. } Bene hoc putauit, quod Pãphilo non videtur: hoc eſt , ex illo eſſe quod natum eſt.¶Euenit.}Propriè euenit.ideo & bonorum euentus dicitur . ¶Nullus ſum.} Ipſe ſibi iterum.hoc vlterius eſt,quàm perij : quia cùm aliquis perit, reliquũ vel cadauer eſt.¶Ac noli aduerſari mihi.}Cauſam interpoſuit ſenex,quò magis facere filius non recuſet . ¶Si illa ex me liberos vellet ſibi.}Vt apparet,tãtùm cõmentus eſt cauſam. ¶Si illa ex me liberos vellet ſibi.}Nactus eſt Pãphilus ex verbis ſenis cauſam aliam diſſidij. ¶Aut ſe eſſe

Placet, pro diſplicet.

Cõſequitur alienus puer.

Euenit. Euentus.

Nullus ſum Perij.

Aut ſe eſſe mecum nuptam, ſatis certò ſcio,
Non me clam haberet, quæ celaſſe intellego.
Nunc, cùm eius alienum eſſe à me animum ſentiam,
Nec conuenturum inter nos poſthac eſſe arbitrer,
Quamobrem reducam? L. mater quod ſuaſit ſua,
Adoleſcens mulier fecit: mirandúmne id eſt?
Cenſen' te poſſe reperire vllam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?
PH. Voſmet videte iam * Laches, & tu Pamphile,
* Remiſſán' opus ſit vobis, an * reducta domum:
Vxor quid faciat, in manu non eſt, mea:
Neutra in re vobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? L. ridiculè rogas.
Quidquid futurum eſt, huic reddas, ſuũ ſcilicet,
Vt alamus noſtrum. PAM. quem * ipſa neglexit, pater,
Ego alam? L. quid dixti? eho an non alemus Pamphile?
Prodemus quæſo potius? quæ hæc amentia eſt?
Enimuero prorſus iam tacere non queo:
Nã cogis ea, quæ nolo, vt præsẽte hoc loquar.
Ignarum cẽſes tuarum lachrumarũ eſſe me?
Aut quid ſit id, quod ſollicitere ad hũc modũ?
Primùm, vbi hãc dixti cauſã, te propter tuã
Matrem non poſſe habere hãc vxorem domi:
Pollicita eſt ea ſe conceſſuram ex ædibus:
Nunc, poſtquam ademptam quoque hanc tibi cauſam vides,
Puer quia clam te eſt natus, nactus alterã es.
Erras, tui animi ſi me eſſe ignarum putas,
Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum.
Quàm longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos feciſti in eam, quàm animo æquo tuli?

* Lache
* Remiſſam
* reductam
* Ipſe

*Nupta mecum.* mecum nuptã.} Vetuſtè mecum nuptam dixit. Et rectè, quia partus confirmat nuptias. Et melius, nuptã mecum: quaſi tectam & opertam vno cubiculo mecum. *Nubere. Nubes.* Nubere enim, eſt operiri tegíq; vnde et nubes, quod tegere ſolent cœlum, dicuntur. Virg. Arſuráſq; comas obnubit amictu. ¶ Nõ clam me haberet.} *Clam me habet.* Id eſt, nõ tacuiſſet, partúmq; celaſſet. ¶ Quę celaſſe intellego.} Nõ dixit natum filium: ne interpoſito affectu molliretur irat⁹. ¶ Nũc cùm eius alienum eſſe à me animum ſentiam.} A præſenti tẽpore. ¶ Nec conuenturum} A futuro. ¶ Quamobrem reducã?} Firmior concluſio facta eſt per interrogationem, quàm ſi eſſet pronuntiatiua. ¶ Mater quod ſuaſit ſua.} A deriuatione cauſæ defenſio: & præterea ſtatus eſt venialis, ab imprudentia deſcendens. ¶ Sua.} *Sua, pro eius.* Pro eius: vt, Nanq; ſuã patria antiqua cinis ater habebat. ¶ Adoleſcens mulier fecit.} Multa dixit: & mater ſua, & adoleſcens mulier. et quaſi docet hoc exemplo parendum patri eſſe. ¶ Mirandúmne id eſt?} Bene mirandum, non iraſcendum dixit. Miramur enim magis ſi amici peccauerint, quàm iraſcimur. ¶ Reperire vllam mulierem.} Quaſi dicat, ſi hanc repudiaueris. ¶ An quia nõ delinquunt viri?} εἰρωνείᾳ dictum. non enim nõ delinquunt. ¶ Voſmet videte iam, Laches, & tu Pamphile.} Nec rogare ſocerum nec intereſſe conuenit, vbi certior ſit ad repudiandum gener. ¶ Voſmet videte iam, Laches.} Virgilius, Vos ô Calliope precor, aſpirate canenti. ¶ Remiſſam opus ſit vobis, an reductam domum.} In veris cõdicibus ſic eſt, Remiſſán', an reducta. vt ſit, Remiſſáne, an reducta. *In manu eſt.* ¶ Vxor quid faciat, in manu non eſt, mea.} Ordo, Vxor mea quid faciat, in manu non eſt. deeſt Eius. vt ſit, in manu eius nõ eſt: ſed in mea poteſtate poſitum eſt. ¶ Manu non eſt.} Vxoris ſcilicet. Et eſt ordo, Vxor mea quid faciat, in manu eius non eſt. ¶ Neutra in re vobis difficultas.} Promittit facilitatem ſuam: vt tamen vxor roganda ſit. An aliter, & vt ſuprà annotauim⁹? ¶ Sed quid faciemus puero?} *Quid faciemus puero?* Vt, Quid me fiet, dicitur. ¶ Sed quid faciemus puero?} Qui vtiq; quidquid erit, patri reddendus eſt. ¶ Huic reddas.} Pãphilo ſcilicet. ¶ Ridiculè rogas.} *Ridiculè.* Ridiculè, vel aduerbium eſſe poteſt, vel nomen: ſi nomen eſt, ſubdiſtingue ridicule: & ſic interroga, cum vi pronũtiationis. ¶ Huic reddas, ſuũ ſcilicet.} Sic dixit, huic ſuum, & reddas: quaſi repoſcat Pamphilus. Et non ſubiunxit, Vt alat, ſed Vt alamus: vt ſua quoque intereſſe monſtraret. ¶ Vt alam⁹ noſtrum.} Scilicet Pamphili filium, nepotem meũ, vtrunque noſtrum. ¶ Quẽ ipſe neglexit.} Si ipſe legeris: clarè dictum eſt. ſi Ipſa, lenius eſt: & videbitur ſenex ob murmurationẽ eius intellexiſſe, quòd nolit puerum tolli: & ideo appoſitum, Quid dixti? eho an non alemus Pãphile? ¶ Quem ipſe neglexit.} Legitur & ipſa: & hoc eſt melius: vt ſit pater vocatiuus caſus. ¶ Quem ipſa neglexit pater, ego alam?} Hic ſibi obmurmurans, vultu & verbis oſtendit nolle ſuſcipere filiũ. ¶ An non alemus Pamphile?} Quod faciendum ſit, à contrario vult ſenex pronuntiatione demonſtrare, quòd ſcelus ſit non feciſſe. ¶ Prodemus quæſo potius?} *Prodo.* Deſeremus, proiiciemus, porrò dabimus? Virgili. — vnius ob irã Prodimur. Nam à quo defendendi ſumus, ſi nos deſerit pater? ¶ Enimuero prorſus iam tacere.} Multa reticentia de filiorum vitiis, & defenſione quoque apud ſoceros vti parentes, ſæpe

Egi, atque oraui,* tecum, vxorẽ vt duceres: *te, vi

Tempus dixi eſſe, impulſu duxiſti meo:

Quæ tu, obſecutus mihi, feciſti vt decuerat.

Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum;

Cui tu obſecutus, facis huic adeò iniuriam:

Nam in eandem vitam te reuolutum denuò

Video eſſe. PAM. méne? L. te ipſum: & facis iniuriam,

Cùm fingis falſas cauſas ad diſcordiam,

Vt cum illa viuas, teſtem hanc cum abs te amoueris.

Senſítque adeò vxor: nam ei cauſa alia quæ fuit,

Quamobrem abs te abiret? PH. planè hic diuinat: nam id eſt.

PAM. Dabo iuſiurandum, nihil eſſe iſtorum tibi. L. ah,

Reduc vxorem: aut quamobrem non opus ſit, cedò.

PAM. Non eſt nunc tempus. L. puerum accipias: nam is quidem

In culpa non eſt: pòſt de matre videro.

PAM. Omnibus modis miſer ſum, nec quid agam, ſcio:

Tot nunc me rebus miſerum concludit pater:

Abibo hinc, præſens quando promoueo parũ.

Nam puerum, credo, iniuſſu non tollent meo,

Præſertim in ea re cùm ſit mihi adiutrix ſocrus.

L. Fugis? hem. nec quidquam certi reſpondes mihi?

Num tibi videtur eſſe apud ſeſe? ſine,

Puerum Phidippe mihi cedò, ego alam. PH. maximè.

Non mirum fecit vxor, ſi hoc ægrè tulit:

Amaræ mulieres ſunt: non facilè hæc ferunt.

Propterea hæc ira eſt: nã ipſa narrauit mihi:

Id ego præſente hoc tibi nolebam dicere:

Neque illi credebam primò: nunc verò palàm eſt.

Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis.

L. Quid ergo agã Phidippe? quid das cõſili?

pe Terentius demonſtrauit: & præcipuè in Andria, cũ dicit, Ego illud ſedulò negare factum, ille inſtat factum. ¶Iam tacere non queo.} Quãuis tacendũ ſit. ¶Ignarum cenſes tuarum lachrumarum eſſe me?} Cõiectura quòd amet meretricẽ Pamphilus. ¶Tuarum lachrumarum eſſe me?} Apparet illũ à Soſtrata hoc audiuiſſe. nã ipſa filium deprehenderat flentem. *Sollicitor.* ¶Sollicitêre.} Perturberis, commoueare. ¶Ad hunc modum?} Id eſt immoderatè. ¶Primùm, hanc vbi dixti cauſam.} A ſummo ad imum. ¶Nactus alterã es.} *Nanciſci.* Nãciſci propriè dicitur, qui paratus ad tenendum antè, quàm poſſit reperire quod teneat, ſtatim, quod occurrerit, prehendit. ¶Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum.} Mirè eſt temporis inuectio. Et, aliquãdo tandem vt adiungas, deeſt Fac: ſed plenum pronuntiatione eſt. ¶Quàm longũ ſpatium.} Ab antè actis. ¶Sumptus, quos feciſti in eã.} Rectè hoc dixit: quia imperabilior eſſe debet indulgẽtiſſimus pater. vt alibi, Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc, Quæ meo cunque animo libitũ eſt facere: eíne ego vt aduerſer? ¶Egi, atque oraui.} *Agere.* Agit, qui iuſtam rem dicit: *Orare.* Orat, qui animo demiſſo precatur, vt quaſi beneficium præſtetur ſibi. ¶Tempus dixi eſſe.} *Tempus.* Tempus: quia diu multúmque ſuſtinuit. ¶Impulſu duxiſti meo.} Multum valet ad ſuadẽdum laudatio eius apud quem agimus: & ex ea parte laudatio qua illũ volumus inflecti. ¶Quę tum, obſecutus mihi, feciſti vt decuerat.} Ordo, Quæ feciſti tum obſecutus mihi, vt decuerat. ¶Nunc animum ad meretricẽ.} Hoc vultuosè & demiſſo labro: vt appareat inuitum adduci ad reprehendendum, qui laudauerit modò. ¶Quæ tum feciſti, mihi obſecutus.} Iuueniliter ſatis: quia nõ dixit, Multum amãs. ¶Facis huic.} Scilicet vxori. ¶Cui obſecut⁹.} O meretricis ſuperbiam non ferẽdam. ¶Nam in eandem vitam.} Parcius vitam dixit, quàm flagitium atque libidinem. ¶Te reuolutũ denuò.} Non rediſſe, ſed reuolutum eſſe: tãquam inuitum aut neſcium. *Reuolutum eſſe.* relinquit enim quandam veniam, vt velit eſſe correctior. ¶Méne?} Hoc genus interrogationis *Méne?* negatiuam habet ſignificationẽ. ¶Et facis iniuriam.} Pro, facis iniuſtè. *Facere iniuriam.* ¶Vt cum illa viuas.} Grauius eſt cum meretrice viuere, quàm meretricem amare. ¶Teſtem hanc cùm abs te amoueris.} Laudata eſt hîc vxor modeſta, cùm illam teſtem, non impeditricẽ appellet ſocer. ¶Senſítque adeò vxor.} Aliud argumentum, quo vult in Pamphilum referre non ſolùm illius, ſed etiam vxoris culpam. Et hîc vide non accuſari ſocrũ. ¶Planè hic diuinat.} *Diuinare.* Diuinat dixit, pro verum dixit. & nota diuinat, de præterito dictum. Vnde prouerbium, Aiunt diuinare ſapientem. *Aiunt diuinare ſapientem.* quia qui dicit verum, diuinus eſt. ¶Dabo iuſiurandũ.} *Dare iuſiurandum.* Vbi argumenta & teſtimonia deficiũt, ibi iureiurando opus eſt: & id eſt ἄτεχνος πίστις. ¶Nihil eſſe iſtorum.} Satis concinnè dixit Iſtorum, ne in ſingulis commoraretur. ¶Reduc vxorem: aut quamobrem non opus ſit, cedo.} Quia Pamphilus hoc ſolum defendit, nõ id eſſe, quod pater putat: nec cauſam, quæ vera ſit, protulit, ideo ſenex relicta tota quæſtione, redit ad id quod agitur, & ait, Reduc vxorẽ: aut dic, quę res vetat. ¶Non opus ſit.} Reducta ſcilicet. ¶Non eſt nunc tẽpus.} Quia ſocer adeſt. Et oratoriè confugit ad deditionem, defenſione titubante. ¶Accipias.} *Accipias.* Pro accipe. Cauſa cur accipiat. ¶Nam is quidem

PH. Quid agas? meretricem hanc primùm adeundam cenſeo.
Oremus: accuſemus grauius: denique
Minitemur, ſi cum illo habuerit rem poſtea.
L. Faciam vt mones. eho puer, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam noſtram: huc euoca verbis meis.
Et te oro porrò, in hac re adiutor ſis mihi.
PH. ah,
Iam dudum dixi, idémque nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si vllo modo eſt, vt poſſit, quod ſpero, fore.
Sed víſne adeſſe me vnà, dum iſtam conuenis?
L. Imò verò abi: aliquam puero nutricẽ para.

*in culpa non eſt.} In hoc dicto eſt quædam faceta irriſio eius, qui nimis iracundus ſit. ¶ Pòſt de matre videro.} Bene de matre concedit, vt de puero extorqueat, quia ſcit parentum concordiã firmam eſſe per filios. ¶ Omnibus modis miſer ſum.} Quid eſt, omnibus modis? vtrũ & circa parentem, & circa vxorem? an & in reducenda, & in non reducenda? ¶ Miſer ſum.} An miſer ſũ, cui maximè obtruditur, quod maximè fugio: id eſt puer? ¶ Con-*

Concludere

*cludit pater.} Tranſlatio de fera indagata. Sic Cicero, circundatos Verri cãcellos ait. ¶ Nam puerum credo.} Omnia facit poëta, ne aut rem palàm faciat, aut intercedat diuortium. ¶ Adiutrix ſocrus.} Quæ dixit, continuò exponetur. ¶ Fugis? hem.} Ex verbis patris oſtendere voluit quid agat Pamphilus. & ille abibo dixit, hic fugis? ¶ Num tibi videtur eſſe apud ſeſe?} Quaſi ob amorem meretricis inſanus.*

Apud ſeſe non eſſe.

*¶ Sine.} Sine, ſeparatim accipe: quia vim habet comminantis.*

Sine.

*¶ Amaræ mulieres.} Quaſi vir, dixit amaras mulieres. non enim laudat: ſed cauſam dicit, vnde vxor offenderit Pamphilum.*

Mulieres amaræ.

*¶ Non facilè hæc ferunt.} Non facilè ferunt pellicatum, neque amorem aliarum in viris. ¶ Nam ipſa narrauit mihi.} Vtrum finxit hæc dixiſſe filiam ſibi? an verò κατὰ τὸ σιωπώμενον factum eſt? Ego neutrum puto: & ſic intelligo, quod de vxore ſua dicat, ipſa narrauit mihi: ſecundum illud quod ſuprà dixit, Nunc mihi in mentem venit, de hac re quod locuta es olim, cùm illũ generum cepimus. nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati cum eo, qui meretricem amaret: qui pernoctaret foris. ¶ Neque illi credebam primò.} Quare non credebas? nãque amaræ ad hanc rem mulieres ſunt: & ſæpe de nihilo ſuſpicioſæ. Et bene hoc addidit, ne timuiſſe generum videretur. ¶ A nuptiis.} Non dixit à filia mea: ſed quod pater Pamphili magis doleat, à nuptiis inquit. nam Philumenam nolle, irati eſt: odiſſe nuptias, amatoris. ¶ Quid ego agam Phidippe?} Mirè conturbatur pater, quaſi res ſua tantùm agatur. Et vide quemadmodum poëta latenter feſtinet ad rerum cognitionem. ¶ Meretricem hanc.} Bene hanc, quaſi eam quæ interturbat. ſic enim ſumitur hoc pronomen: vt Hanccine ego vitam parſi perdere? Et, Tuáque animam hanc effundere dextra, id eſt malã.*

Hanc.

*¶ Hanc.} Quaſi dicat quæ nos perturbat.*

Primùm.

*¶ Primùm.} Bene primùm: vt intelligamus deinde, Pamphilum. ¶ Oremus.} Vtrum rogemus? an quod eſt verius, omni genere eloquij commoneamus? vnde oratores, orare & perorare dicuntur: & orator nomen accepit. Virgilius, Talibus orabat dictis. Nam qui orat, accuſaturus, aut commoniturus orat.*

Orare. Orator.

*¶ Oremus.} Id eſt eloquamur. Poteſt intelligi et rogemus: ſed non conuenit perſonæ potiori, & cauſæ, & ipſi verborum ordini. ¶ Si cum illo habuerit rem poſtea.} Vt in Eunucho, Quocum vno tum rem habebam hoſpite. ¶ Bacchidem hanc vicinam noſtram.} Sic maluit, quàm meretricem dicere: ne graue ſit cum ea ſeni loqui, niſi quia vicina eſt. ¶ Huc euoca verbis meis.} Bene ſeruata ſunt perſonis cõgruentia. Nam ſocerum monere hanc rem tantùm decuit, non etiã facere: vt cũ pellice filiæ ſuæ mitis ſermocinaretur. Et huc euoca verbis meis. deeſt Eã. ¶ Si vllo modo eſt vt poſſit.} Manere ſcilicet, vel fieri vt maneat. ¶ Sed víſne adeſſe me vnà, dum iſtam conuenis?} Melius pronũtiaueris, ſi renitente & improbante hoc vultu dicere acceperis Phidippum: quaſi non oporteat intereſſe ſocerum. Ideo mutat ſententiam Laches, & relegat eum in procurationem alterius rei. ¶ Nutricem para.} Pro, quære.*

Parare.

ADRIA. BARL.

*Tibi quoque.} Non tantùm matri, non tantùm ſocrui tuæ. ¶ Factum eſt turpiter.} Quod reliquerit domum mariti. ¶ Etſi tibi cauſa eſt de hac re mater.} Remotiua qualitas eſt. Nam crimen remouetur in matrem. ſit autem duobus modis, cùm aut in perſonam remouemus, aut in rem. Vtriuſque exempla ſi requiris, lege Chirij conſulti Rhetoricorum libros.*

Remotiua qualitas.

*¶ Huic verò nulla eſt.} Donato refertur ad matrem, hoc ſenſu, vt mihi quidem videtur. Huic verò nulla eſt, hæc nullam hac in re culpam agnoſcit. Alij ad Soſtratam referendum putant, vt ab illa ſit ad Myrrhinam culpæ factíque tranſlatio. ¶ Opportunè te mihi Phidippe in ipſo tempore oſtendis.} Donatus docet non idem eſſe opportunè, & in ipſo tempore. Vide quid dicat ille. ¶ Mutatio ſit.} Criminis & peccati. ¶ Ea nos perturbat.} Non ea mutatio, ſed Myrrhina. ¶ Ego Pamphile eſſe inter nos.} Grauis orationis initio aptum eſt pronomen ego.*

Ego

*¶ Senſit peperiſſe.} Præter ſpem euenit hoc Pamphilo. ¶ Natus eſt nobis nepos.} Bene nobis, ambo enim aui ſunt. ¶ Nam abducta à vobis prægnans fuerat.} Pierius in librum octauum Aeneidos. De terminatione verò eorum nominum, quæ ſunt in ſas & clemes, ſatis eſt libro primo dictum. Huiuſmodi verò generis eſt etiam prægnas, quod per as abſque, n, in antiquiſſimo codice Terentiano ſcriptum in Hecyra legi eo loco, Nam abducta à vobis prægnas fuerat filia.*

Prægnas.

*Sanè apud Soſipatrum Cariſium vbi vtrum partium, an partum genitiuo plurali à pars partis dicendum ſit, quæritur. Plinij verba referuntur dicẽtis conſuetudinem iam partium proferre cœpiſſe, vt prægnatium, & optimatium. vbi videtur etiam prægnas prægnatis, vt optimas optimatis à Plinio agnitum. Illud pro Corollario addere viſum eſt, quod in eodem codice Terentiano, qui eſt in bibliotheca Vaticana, qui ſubſequitur verſus poſt eũ quem paulo antè citabamus, Neq; fuiſſe prægnantem vnquã ante hunc ſciui diem, abſque dictione prægnantem, notatus eſt, vt ita legatur. Nam abducta à vobis prægnas fuerat filia. Neque fuiſſe vnquam ane hanc ſciui diẽ. Quam lectionem ex peritis nõnulli plurimũ adprobarunt. Sed enim animaduertendum non eſſe locũ Pyrrhichio in ſenario verſu, niſi bis abſq; Synalœpha ſcandere voluerimus. Primo loco tribrachum ſtatuẽtes in hunc modum, Neque fu, iſſum, quam an-*

te

te hanc ſciui diem. Verùm hæc in medio relinquere conſiliū eſt, quæ ſola ſibi longum orationis apparatum expoſcerent. Tam multa apud eum quoque authorem ſunt iniuria temporum labefactata. hæc Pierius, vbi illud quoq; obſeruabimus, quòd hanc dicit, non hunc, vt dies hîc ſit fœmininum, licet tempus certum ſignificet. ¶ Gaudeo natum illum & illam ſaluam. } Id eſt liberatam eſſe nurum, & ſuſceptum eſſe nepotem. ¶ Non tibi illud factum minus placet quàm mihi. } Eraſmus in primo commentario de verborum copia.

Cap. LI. Minus.

Minus interdum comparat duntaxat, Vtrunque diligit, famam & pecuniam, ſed illam minus quàm hanc. Interdum negat duntaxat, Homo minus mihi notus. Interdum pariter vtrunque facit, Terentius in Hecyra, Non tibi illud factum minus placet, quàm mihi.

Placet, non ponitur pro diſplicet.

Neque hîc placet, pro diſplicet poſitum, vt exponunt grammatici. Quis enim ſanus id faciat? Sed minus perinde valet ac ſi dicas, Non amat me Dionyſius, & minus te, id eſt me magis odit quàm te. ſubaudiendum eſt enim factum vtrique non placere. atque ita minus, ſimul negat & comparat. ¶ Quamobrem reducam? } Firmiorem fecit interrogatione concluſionem. ¶ Mater quod ſuaſit ſua, Adoleſcens mulier fecit. } Per cauſæ deriuationem Philumena defenditur. & hunc ſtatum venialem Rhetores nominant ab imprudentia proficiſcentem. ¶ Adoleſcens mulier fecit. } M. Tullio authore pro Rabirio, Adfert aliquam deprecationem ætas. ¶ Vxor quid faciat, in manu non eſt, mea. } Sic ordinādus eſt locus: Vxor mea quid faciat, non eſt in manu, hîc ſubaudi eius, vt ſit. Non eſt in manu eius, ſed in mea poteſtate. Sic & Donatus ordinat.

Quid illi fiet?

¶ Quid faciemus puero? } Adria. Car. Quid illi fiet? quid illi faciam? quid illi factum eſt? modi ſunt loquendi elegantiſſimi, & à paucis obſeruati. Id enim ſignificant, quod nonnulli aliquid admirantes, vel accepta calamitate vel iactura dicunt, quid de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum eſt? Teren. in Hecyra. Sed quid faciemus puero? ¶ Vt alamus noſtrum. } Multitudinis verbo vſus eſt, vt ſua quoque intereſſe oſtendat. ¶ Quem ipſe neglexerit. } Legitur & ipſa, quam lectionem magis probat Donat. vt pater vocatiuus ſit.

Prodo.

¶ Prodemus quæſo potius? } Prodemus, id eſt porrò dabimus, & pronunciemus, ſiue exponemus. ¶ Ignarum cenſes lachrumarum tuarum eſſe me. } Dona. Apparet, inquit, illum à Soſtrata hoc audiſſe, nam ipſa lachrymantem filiū deprehenderat. ¶ Sumptus quos feciſti in eum. } Rectè hoc additum. minus enim debet aduerſari filius patri qui tantum indulſerit. ¶ Quę tamen obſecutus mihi. } Certum eſt multum valere ad perſuadendum, ſi laudes eum cum quo agis. ¶ Cui tu obſecutus. } Vel propter amorem, vel meretricis non tolerandam ſuperbiam. ¶ Vt cum illa viuas. } Grauius delictum habetur, cum meretrice ſi viuas quàm ſi tātum ames. ¶ Senſítque adeò vxor. } Hîc vxoris etiam culpa transfertur in Pamphilum. ¶ Dabo iuſiurandum. } Teſtimonia vbi deſunt, iureiurando opus eſt. ¶ Puerū accipies. } Facetè hoc dictum à ſene, Puerum accipies, de matre pòſt videro. nouit enim parentum concordiam firmari per liberos. ¶ Omnibus modis miſer ſum. } An quia mihi obtruditur, quod maximè effugere cupio? ¶ Miſerum concludit pater. } A ferarum indagatione ſumptum videtur. ¶ Num tibi videtur eſſe apud ſeſe? } Significat ob amorem meretricis inſanire Pamphilum. ¶ Sine. } Separatim legendum eſt, vim enim habet comminantis. ¶ Amaræ mulieres ſunt. } Cauſa eſt cur vxorem offenderit Pamphilus. ¶ Non facilè hæc ferunt. } Non ferūt pellicatum, neque aliarum in viros amorem. ¶ Abhorrere animum huic video à nuptiis. } In pleriſque codicibus à præpoſitio non eſt. ſed ego addendam puto. Abhorreo.

Quemadmodum in Andria locutus eſt, Abhorrenti ab re vxoria: neque aliter vnquam loquitur Cicero, princeps linguæ Latinæ. ¶ A nuptiis. } Non dicit, à filia mea, ſed quod Lacheti moleſtius ſit, à nuptiis. Nam Philumenā nolle, irati, odiſſe nuptias, amatoris eſt. ¶ Meretricē hanc. } Bene hāc, quæ interturbat, quæ filium retinet. ¶ Primùm adeundam. } Vt rem omnem intelligamus, deinde Pamphilum oremus, ſi parère nolit, etiam accuſemus. ¶ Si cum illo habuerit rem poſtea. } Sic & in Eunucho. Quo cum tum rem habebam hoſpite. Eho. ¶ Eho puer. } Agretius interiectionem vult eſſe iubentis, vel hortantis.

LATOMVS.

Argumentum. Cognito partu Philumenæ, magis vrgetur Pamphilus vt reducat vxorem. Et eſt hæc ſumma epitaſis. ¶ Tibi quoque. } Egrediens Phidippus ita obiurgat Philumenam, vt tamen culpam in Myrrhinam conferat. ¶ Aut quo pacto. } Dubitatio negans honeſtè aperiri poſſe. ¶ Nullam de his. } Accuſatio Myrrhinæ. ¶ Puerum? } Ex iurgio Phidippi cognoſcit Laches puerum natum eſſe. ¶ Tam diu. } Subaudi oportuit, per eclipſin. ¶ Et ſi iam du. } Hæc omnia ſecum Pamphilus. ¶ Pater ſi. } Rurſus fingit cauſam Pamphilus. ¶ Mater quod. } Iam & Laches confert culpam in Myrrhinam, & eſt purgatio ab imprudentia. ¶ Remiſſam. } Vetuſta locutio, pro remiſſa. ſic fungor, fruor, vtor hanc rem, pro, hac re. ¶ Eho an. } Increpantis, nam Eho.

prorumpit in obiurgationem ſenex. ¶ Primùm. } Arguit inconſtantiam & tergiuerſationem Pamphili, ex qua amorē meretricis colligit. ¶ Tui animi. } Epiphonema. ¶ Quam lon. } Auget crimen à meritis ſuis. ¶ Nunc ani. } Senſim hac ſuſpicione ſenex ſternit viam ad cataſtrophen. ¶ Teſtem. } Cognitricem. Teſtis.

¶ Nam ei. } Confirmatio à remotione, per interrogationem. ¶ Omnibus modis. } Querela Pamphili ad ſpectatores. ¶ Promoueo. } Proficio, neutraliter. ¶ Hem. } Indignātis. Promoueo.

¶ Amaræ mulieres. } Pronæ & impotentes ad iram. ¶ Quid ergo. } Conſultatio qua præbetur occaſio ad cataſtrophen. Amarę mulieres.

¶ Verbis meis. } Id eſt, meo nomine. Verbis meis

PETRVS MARSVS.

Tibi quoque. } Liberos parentum voluntatibus & iuſſibus apertè obſiſtere non debere, nec in os obloqui illis decere, ſed potius, ne illos in grauiorem iram commoueant, néve ad animi aſperitatem exacuant, cedere, & à conſpectu illorum declinare ſatius eſſe, hæc ſcena declarat. Seneca: Si filius es, parentes lædere quid negligis? cur non potius, ne te videant, diſcedis? quamuis hæc cauſa dura eſt, ſic tamen citius eos ad miſericordiam flexeris. Plato de legibus: Omnino decet liberos parentibus non repugnare, ſed illorum verbis animum adhibere obſecundantem. ¶ Nullus ſum. } Deſperantes, & malè affecti miſeriis, & calamitatibus ſic dicere conſueuerunt.

RIVII CASTIGATIO.

Et ſi tibi cauſa eſt de hac re mater, quæ te impulit. } Nos omiſſa particula quæ, legimus: Etſi tibi cauſa eſt de hac re, mater te impulit. quo modo veteres codices, & Donatus, qui abſolutè poſitum adnotauit καὶ ἀσυνδέτως, & deeſſe nam. vt ſit. Nam mater te impulit. Cauſam autem more ſuo pro Cauſa.

defenſione commentitia poſuit Terentius: Vt omittam, quod idem ratio metri exigit. ¶ Quid reſpondebo his? aut quo pa-

ſto hoc aperiam? § Nos, non aperiam ſed operiam hîc legen-
dum putamus: cùm quòd ſententia id exigat, tum quòd ma-
nu ſcriptus quidam ſic habeat codex, conſentiente ex im-
preſsis Lugdunẽſi. Vt omittam, quod interpres eodem modo
legit: id quod ex hiſce verbis liquet: Hoc modo, inquit, oſten-
dit neceſſe eſſe, quod ſimulet: nec id quod verum eſt, dicen-
*Aperio & Operio opponuntur.* dum eſſe. Sic ille: Ergo operiam dixit, pro celem & tegam
quod me orauit Myrrhina. Eſt enim contrariũ planè verbo
aperire: quod ex hoc Plautino liquet in Captiuis, vbi Tyn-
darus: Operta, inquit, quæ fuere, aperta ſunt: patent iã præ-
ſtigię, Omnis res eſt palàm. Sic Terẽtius in Phormio. Iámne
operuit oſtium? pro clauſit. Ita enim legendum ibidem, vt
& manu ſcripta habent exemplaria, & ex impreſsis Vene-
tum & Lugdunenſe. Cicero de Maſiniſſa: Nullo, inquit, fri-
gore adduci, vt capite operto ſit, id eſt, tecto. Contrarium a-
perire caput, pro detegere. ¶ Mutatio fit, ea nos perturbat
Laches. § Ita quidem exemplaria. Priſcianus autem libro
*Lache, vocatiuus.* ſeptimo, legit Lache. quod ſanè an quod adnotaretur ma-
gnopere dignũ ſit, haud equidem ſcio: non mihi tamen præ-
tereundum exiſtimaui. Et ne quis exemplaris vitium eſſe ſu
ſpicetur, eius ſubiiciam verba: Nec ſolùm in his, inquit, quæ
ſunt prima, ſed etiam in illis quæ tertiæ, id eſt, in omnibus
Græcis es producta finitis, ſimiliter inuenies vocatiuum in
e, productam proferri, Chreme, Lache, Anchiſe. Paulo pòſt
ſubdit hoc è Terentio exemplum. ¶ Natum illum & illam
ſaluam. § Nos addito pronomine, Et tibi illam ſaluam: quo
modo etiam Donat. qui: Rectè, inquit, tibi, quia pater puer-
peræ eſt, cui dicit. Cõſentiunt cũ Donato antiqua exempla-
ria. ¶ Cùm eam iam cõſequitur alienus puer. § Sunt codices,
vbi omiſſum ſit aduerbium iam. Quod ſi addendum omni-
no putas, in metiendo penultimæ dictionis medias ſyllabas,
ambas in vnam contrahas oportet, vt ſit quarto loco proce-
leuſmaticus, quinto ſpondeus. ¶ Remiſſam opus ſit vobis an
reductam domum. § Sunt qui ita legant: Remiſſán' opus
ſit vobis, an reducta domum. Priorem lectionem probat Do-
nat. cuius verba ſunt: In veris codicibus ſic eſt: Remiſſán'
an reducta domum, vt ſit remiſſáne an reducta. Hæc ille:
Teſtatur autem & Non. Marc. lib. De proprietate ſermonũ,
*Opus eſt illam rem.* veteres dixiſſe: Opus eſt illam rem, pro opus illa re. Probat
hoc ibidem exemplis poëtarum Plauti & Lucretij. Memi-
nit huius etiam Diom. lib. I. vt cæteros grammaticos omit-
*Redduco.* tam. Porrò in reductã litera d, geminanda videtur ad pro-
ducẽdam ſyllabam, vt metri ratio poſcit: quod in reducere
verbo Hora. fecit II. ſermo. licet ibidem alij deducere le-
gant. ¶ Quem ipſe neglexerit pater. § Nos ex antiquis: Quem
ipſa neglexit pater, Ego alam? Eodem modo Donat. Legitur,
inquit, & ipſa: & hoc eſt melius, vt ſit pater vocatiuus ca-
ſus. ¶ Puer quia clàm natus eſt. § Ita perperam in quibuſ-
dam recentioribus, cùm ſit in antiquis: Puer quia clam te
eſt natus, nactus alteram es. Nec aliter conſtat trimeter.
¶ Aliquando tandẽ huc animũ vt adiungas tuũ. § Non di-
ſplicet nobis hæc lectio: ſed in veteribus & manu ſcriptis,
vel adducas reperio, vel abducas: haud ſcio vtrum rectius.
Poſterius hoc Donati editiones habent fermè omnes, vt ſit
ſenſus: Fac abducas Pamphile animum à Bacchide huc, id
eſt, ad vxorem tuam. Genus & figurã loquendi paulo antè
in Eunucho attigimus. Sed hanc coniecturam eſſe velim.
¶ Egi atque oraui te, vxorem vt duceres. § Nos, Egi atq; ora-
*Oro tecum, pro oro te.* ui tecum &c. Ita exẽplaria vetuſta, cùm impreſſa tum ma
nu ſcripta. Proinde miror, quur hoc quiſquam mutandum
duxerit. Eſt autem, ne quem hoc iniiciat ſcrupulum, vetuſtè
poſitum, atque ad imitationem Plauti: quem libenter Poë-
ta noſter facit vt imitetur. Is igitur in Perſa: Quæſo animũ
aduorte, inquit, hoc enim iam heri narraui tibi, Tecúmque
oraui, vt nummos ſexcentos mihi dares vtendos mutuos.
Idem in Curculione: Tecum oro & quæſo, qui has tabellas
adferet Tibi, vt ei detur quam iſthic emi virginẽ. Niſi quis
illud tecum, referre malit ad verbum egi: quod fieri oportere
ſi quis magnopere contendat, haud multum equidem relu-
cter. Sed alterum planè cùm verius, tum etiam minus co-
actum. Eodem modo apud Plautum mecum pro me identi-
dem poſitum reperitur. velut in Aſinaria: Hanc quoi datu- *Mecum, pro me.*
rus, hanc iube petere atque orare mecum. Sic item paulo
pòſt ibidem. ¶ Id ego præſente hoc nolebam dicere. § Ne-
mo tam metiẽdorum verſuum rudis, quin ſentiat integrum
hîc deeſſe pedem: niſi ſi tertia regione nullam fieri eliſionem
velis. Manu ſcripti codices habent, Id ego hoc præſente tibi
nolueram dicere. Quidam impreſsi: tibi nolebam dicere.
¶ Iam dudum dixi, idémque nunc dico Lache. § In manu
ſcriptis eſt, Itidémq; nunc dico &c. quod mihi quidẽ magis
probatur. Vocum ipſarum adfinitas errori anſam dedit.

GLAREANVS.

Senarij ſunt omnes. In primo Iambus eſt loco primo,
ſecundo autem loco amphibrachys, niſi ædepol prima ſit bre
ui. In tertio rectè Riuius ex Donati cõmentario delet Quæ,
poſt Mater. In octauo, s, eliditur in Minus, niſi in ter-
tio loco ſit creticus, quod perpetuò admonere non videtur o-
peræpretium. Nam in decimo verſu eodem modo de Mea di
cendum. In decimonono, Fuiſſe diſyllabum eſt. In vice-
ſimo, Dij corripitur, non eliditur. In viceſimoprimo, vel, l,
abiicitur de Illam, aut creticus eſt loco ſecundo. Nam tibi o-
mitti non debet. In vigeſimoſecundo, s, eliditur in Quibus,
niſi creticum malimus loco tertio. Sic in viceſimoquinto lo
co primo eſt creticus, niſi, l, de Illud abiiciamus. Item, s, in
Minus eodem modo non habet. In viceſimoſeptimo, vete-
res codices non habent Iam. ſic loco ſecundo, vel eſt creticus,
vel Eã monoſyllabũ. In trigeſimoprimo, s, eliditur in Nul-
lus. In trigeſimoquarto, in Satis. In trigeſimoſexto, Eius
diſyllabum eſt. In trigeſimoſeptimo, Poſt, legendum vide-
tur, non Poſthac. In quadrageſimoſecundo, Lache legendũ,
non Laches. quod paulo antè admonuit Riuius, cùm carmẽ
non expoſceret, hîc tranſmiſit. In quadrageſimotertio car-
men ex Donato ita legendum,

Remiſſán' an reducta opus ſit vobis domum.

ita vt s, de Opus abiiciatur. Miror hoc ferè in codicibus
neglectum. In quadrageſimoſeptimo, Suum monoſyllabũ.
In quadrageſimonono, Eho extra carmen eſt. In quin-
quageſimoprimo, bacchius loco primo, & Non queo legen-
dum, non Nequeo. In quinquageſimotertio, vel Tuarum
diſyllabum, aut creticus loco tertio. In quinquageſimoquin
to, legendum Primùm hãc vbi dixti cauſam. vt Hanc ante
vbi ponatur. Sic in quinquageſimooctauo, Hanc ante Quo-
que legendum. Et in quinquageſimonono legendum, Puer
quia clam te eſt natus. vt habet Frobenij codex. In ſe-
ptuageſimotertio, Cauſa alia, legendũ, non Alia cauſa. In
ſeptuageſimoſexto, s, eliditur in Opus. Ita in ſeptuageſimo-
nono, s, eliditur in Omnibus, niſi creticus ſit loco primo. In
octogeſimotertio, Mihi monoſyllabum totum eliditur. In
octogeſimoſeptimo, Mea ſupplet Donatus, & ſanè verſus
reſpuit, denique ſenſus non expoſcit. In nonageſimo, Tibi,
malè

malè omiſſum erat in aliquibus codicibus. In nonageſimoprimo, loco primo, vel eſt bacchius, vel l, de Illi abiicitur, vel denique vero ambabus ſyllabis breuis eſt. Ego bacchiũ malim. In quinto à fine pro Idémque, Riuius Itidémque mauult. In penultimo Me poſt Adeſſe ponendum, vt verſus ita legatur,

Sed víſne adeſſe me vnà dum iſtam conuenis?

In vltimo creticus eſt loco primo.

IOANNES THEODORICVS.

Non tibi illud factum minus placet, quàm mihi Laches.} Quemadmodum hunc locum interpretetur Donatus, nihil attinet hîc repetere. Barlandus ea citans quæ prodidit Eraſmus, exemplum prætermiſit Quintiliani ex libro quarto capite ſecundo, De narratione. Quum interim, ait, quod tanquam facile contemnũt, neſcias, præſtare velint minus an poſſint. Id eſt, Eraſmo teſte De copia libro primo, capite trigeſimóſexto, tam non poſſunt præſtare, quàm nolunt. Mercurius maior libro nono cap. XVII. Minus, inquit, ſimul negare & comparare, annotatu dignũ. Terent. in Hecyra: Non tibi illud factum minus placet, quàm mihi Laches. Vbi placet, nõ eſt poſitũ pro diſplicet, vt quidã ſomniant: ſed Eraſmo interprete, hic ſenſus eſt, Non tibi ô Laches factum illud placet, & minus mihi. Subintelligendum eſt enim, factum vtrique non placere, ſed alteri minus. Hæc ille.

DONAT. De nihilo non eſt.

NON hoc de nihilo eſt.} Rarus vitæ color in hac locutione miſcetur à poëta. Nã meretrix loquitur & ſenex: & quod eſt mirabilius, bona meretrix, mitis ſenex: vt intelligas laboraſſe Terentium, vt & à lege comicorum recederet, & in actu tantùm conſuetudinem retineret. ¶ Nõ hoc de nihilo eſt.} Debet mirari meretrix, cùm ad ſenem ducitur: debet timere, cũ ad patrẽ: debet ſuſpicari aliquid cuius amator iã maritus eſt. ¶ Non hoc de nihilo.} Coniecturalis cauſa eſt, Recipis Pamphilũ: nõ recipio. ¶ Nec pol me multũ fallit, quin &c.} Ordo & ſenſus hic eſt, Nec pol me multũ fallit, quin quod velit, hoc ſit quod ſuſpicor. vel quin quod ſuſpicor ſit hoc quod velit. Ordo, Quin quod velit, ſit quod ſuſpicor. ¶ Ne minus propter iram.} Quia non erat veriſimile, bonum eſſe patrem meretrici interturbanti, reddit rationẽ ſenex, cur agat mitius: ne videatur perſonæ modus non eſſe ſeruatus. ¶ Nec pol me multũ fallit.} Non me fallit, quo minus id ſit, quòd me vocat, quod ſuſpicor. ¶ Vidẽdum eſt.} Prouidendum, cauendum. ¶ Impetrem.} Perficiam. dictum à patrando: cuius rei difficultas ob tarditatem complendarum nuptiarum, etiam ad alia negotia quæ ſunt ardua, verbum hoc commodauit, ac dedit. ¶ Quod pòſt me minus feciſſe ſatius ſit.} Satisfaciendo minuiſſe. ¶ Quod pòſt me minus feciſſe ſatius ſit.} Si ſit pro videatur acceperis, erit ſenſus, ne quid faciã plus, quod pòſt dum pœniteat me, videatur ſatius minus feciſſe. Si ſit pro erit acceperis, erit ſenſus, Videndum eſt ne quid plus faciam: quod cùm fecero, poſtea ſatius ſit me non feciſſe & ſatisfacere. Aut certè duas res ſignificat, quibus inter vtrũque temperandum eſſe demonſtrat: vt per illud ſuprà, lenitatem tenendam: per hoc infrà, authoritatẽ defendendam eſſe commoneat. An minus feciſſe, pro pœnitere? ſic enim veteres dicebant, Muto factum, & nolo factum: cùm alicuius rei eos pœnitebat. ¶ Sit.} Modò ſit pro videatur poſuit. ¶ Aggrediar: Bacchis ſalue.} Bene aggrediar, quaſi rem arduã, & incongruam ſeni. vel aggrediar, vt meretricem circumueniam. Virgilius, Talibus aggreditur Venerẽ Saturnia dictis. ¶ Bacchis ſalue.} Non ita meretrici obſequitur ſenex: quanquã vult adimere timorẽ perſonæ ſuæ. ¶ Credo ædepol te nonnihil mirari.} Ipſum prœmium mollius & lenius eſt: vt oſtẽdat ſe non iurgaturũ ſenex. ¶ Quid ſit.} Deeſt rei: vt ſit, quid ſit rei. ¶ Ego pol quoq; etiã timida ſum.} παρέλκον tertium. Vt, Multa quoque & bello paſſus. Et obſequenter poſuit nõ ſolùm ſe mirari, ſed etiam pauere. ¶ Ego pol quoq; etiã timida ſum.} Bene etiam: vt hoc dicat, nõ ſolùm miror, ſed etiam timeo. Et nouè, timida ſum, pro timeo. ¶ Ne nomen mihi quæſtus.} Id eſt nomen quod ineſt meo quæſtui. ¶ Nomen quæſtui obſtet.} Quem exerceo ſcilicet. Et deeſt, Quod eſt. ¶ Ne nomen mihi quæſtus.} Id eſt quòd meretrix ſum. Legitur &, nomen meo quæſtui obſtet. ¶ Si vera dicis.} Interrogabo ſcilicet. ¶ Non ſit.} Non videatur.

Vidẽdum eſt. Impetro. Patrare.

Minus feciſſe. Muto factum. Nolo factũ. Sit. Aggredi. Quoq; etiã. Timida ſũ, pro Timeo. Sit, pro videatur.

## ACTVS V. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

Bacchis & Laches colloquuntur. Hic illam accuſat, quòd ad ſe recipiat filium: Illa conſtanter negat. Mitem autem ſenem & meretricem bonam inducit, & occaſio eſt cataſtrophes.

ARG. PAV. MALLEO.

In ſequenti ſcena colloquium continetur Bacchidis meretricis, & Lachetis patris Pamphili, qui ſe in cauſa coniecturali exercent. Nam ſenex eam accuſat de miſſione ad ſe ac receptione Pamphili filij, illa contrà conſtanter admodum inficiatur & negat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena via munitur ad Cataſtrophen.

*Iambici Tetrametri, partim Acatalectici. Admiſti ſunt Trochaici quidam, & vnus Dimeter Catalecticus.*

BACCHIS, LACHES.

NON hoc de nihilo eſt, quòd Laches nunc me conuentã eſſe expetit: Nec pol me multũ fallit, quin quod ſuſpicor, ſit quod velit.

¶ Iam ea ætate ſum, vt non ſit peccato mihi ignoſci æquum.} Quia ipſe non do veniam. an quiá iam mihi peccanti non danda eſt? Et eſt ordo, Vt non ſit mihi æquum peccato ignoſci. Neceſſaria igitur ambiguitas. aut enim Sit pro videatur. aut peccato pro peccatorem. aut peccato mihi, pro peccanti mihi. aut peccato meo. aut deeſt In: vt ſit, in peccato. ¶ Cautius, ne temerè faciam.} Seniliter additũ poſt cautius, ne temerè faciam. ¶ Facturáve es.} Etiam, ſi non facies. ¶ Inſcitũ.} Me ſcilicet, ſi iniuriam faciam. ¶ Offerre iniuriam.} Offerimus iniuriam non merenti: Reddimus ei qui meretur. ¶ Inſcitum.} Inelegans, non bonũ. Et bene nõ dixit durum, aut quid tale, ſed inſcitum: quo verbo maximè mulieres, & meretrices vtuntur. Scitum enim dicũt quod placet: Inſcitũ quod diſplicet. vt, Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt è Pãphilo. Hoc tale eſt quod dixit Inſcitum ex abundanti: quale eſt apud Virgiliũ, —nec pòſt arma vlla rebelles Aeneadæ referent. ¶ Eſt magna ecaſtor gratia, de iſtac re, quam tibi habeã.} Imitatur hîc & ſenile, & fœmineum tardiloquiũ. Suffecerat enim, ago gratias. ¶ Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget.} Sic in Adelphis ait, Indignum te eſſe iniuria hac, indignis cũ egomet ſim acceptus modis. ¶ Parum mihi proſit.} Si ſic accipiatur, vt ſcriptum eſt, λιτότης eſt, aut ταπείνωσις. & ita intelligendum, quaſi dixerit, Multũ mihi nocuerit, imò me euerterit. ¶ Sed quid iſtuc eſt?} Nunc demũ ad rem redit. ¶ Meum receptas filium.} Intentio criminis. Et non recipis, ſed receptas. Et ne diceret, quid tua? Meum filium. ¶ Meum receptas filium.} Propoſitio accuſatoria eſt. & breuiter propoſuit crimen, quod poſtea di-

* meo quæſtui

Offerre iniuriam. Reddere iniuriam.

Scitum. Inſcitum.

Receptare.

L. Videndum eſt, ne minus propter irã hanc impetrem, quàm poſſiem,
Aut nequid faciam plus, quod pòſt me minus feciſſe ſatius ſit.
Aggrediar: Bacchis ſalue. B. ſalue Laches. L. credo ædepol te
Nonnihil mirari Bacchis, quid ſit, quapropter te huc foras puerum euocare iuſſi.
B. Ego pol quoque etiam timida ſum: cùm venit mihi in mentem, quæ ſim:
Ne nomen * mihi quæſtus obſtet apud te: nam mores facilè tutor.
L. Si vera dicis, nihil tibi pericli eſt à me mulier: nam
Iam ea ætate ſum, vt non ſit peccato mihi ignoſci æquum:
Quo magis omnes res cautius, ne temerè faciam, accuro.
Nam ſi id nunc facis, facturáve es, bonas quod par eſt facere, inſcitum
Offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum eſt.
B. Eſt magna ecaſtor gratia, de iſtac re, quã tibi habeam.
Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit.
Sed quid iſtuc eſt? L. meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah.
L. Sine dicam: vxorem hanc prius quàm duxit, voſtrum amorem pertuli:
Mane, nondum etiam dixi id, quod volui: hic nunc vxorem habet:
Quære alium tibi amicum firmiorem, dum tempus conſulendi eſt:
Nam neque ille hoc animo erit ætatem: neque pol tu eadem iſtac ætate.
B. Quis id ait? L. ſocrus. B. méne? L. teipſam: & filiam abduxit ſuam:
Puerúmque ob eam rem clàm voluit, qui natus eſt, extinguere.
B. Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidem,
Sanctius quàm iuſiurandum, id pollicerer tibi Laches,

latatur. Et frequẽtatiuo vſus eſt verbo, quòd nõ raró, ſed frequenter receptet. ¶ Meum receptas filium ad te.} Status cõiecturalis, quæ coniectura diluitur per ἄτεχνον πίστιν, id eſt iuſiurandũ, ac tormenta ſeruorũ. ¶ Ah.} Quòd falſum eſt, reclamauit meretrix ſtatim: & voluit contradicere, ſi permitteret ſenex. ¶ Sine dicam.} Virgilius, —ſine me hæc haud mollia fatu, ſublatis aperire dolis. ¶ Vxorẽ hanc prius quàm duxit.} Hanc, quaſi moleſtam, & quæ hæc nolit pati. ¶ Hanc prius quàm duxit.} Ante rem: à præteritis & antè actis. ¶ Veſtrum amorẽ pertuli.} ἀποσιώπησις. vt in Heautontimorumeno, Au, næ illud haud inultum, ſi viuo, ferent: nam iam tute cohibes. ¶ Veſtrum.} Non, ipſius Pamphili: Ergo blandè & honorificè. nõ enim illius amorem, & tuum quæſtum: ſed, amorem veſtrum. nihil potuit dici familiarius. Pertuli autem, quantã vim patientiæ habet, quantúmque ponderis, ne lædi mereatur vlterius? ¶ Vxorẽ hanc prius quàm.} A perſona ſua, Prius quàm hanc duxit, veſtrũ amorẽ pertuli. Et quia multum diúque amauerit: pertuli dixit, quę eſt longi temporis ſignificatio. ¶ Nondum etiam dixi id, quod volui.} Apparet ſenẽ tardè, & longè loquẽtẽ interpellari vultu reſponſuræ meretricis: cũ ille ſibi ſilentium præberi velit. Sic virgilius Latinũ inducit dicentem, —ſine me hæc haud mollia fatu, Sublatis aperire dolis: ſimul hæc animo hauri. Et ad poſtremum de Turno, vt primùm fari potuit, ſic incipit ore. ¶ Mane, nõdum etiã.} ἀποσιώπησις tertia. ¶ Hic nunc vxorem habet.} Cùm denuntiatione pronũtiandum eſt: quaſi dicat, Alia res eſt. ¶ Quære alium tibi amicum firmiorem.} Magna moralitas in denuntiatione, magna

Hanc.

Pertuli.

Me ſegrègatum habuiſſe, vxorem vt duxit, à me Pamphilum.

L. Lepida es: ſed ſcin' quid volo potius ſodes facias? B. quid vis, cedò.

L. Eas ad mulieres huc intrò, atque iſtuc iuſiurandum idem

Polliceare illis: exple animum his. téque hoc crimine expedi.

B. Faciam: quòd pol ſi eſſet alia ex hoc quæſtu, haud faceret ſcio,

Vt de tali cauſa nuptæ mulieri ſe oſtenderet.

Sed eſſe falſa fama nolo gnatum ſuſpectum tuum:

Nec leuiorem vobis, quibus eſt minimè æquum, viderier

Immeritò: nam meritus de me eſt, quod queã, illi vt commodem.

L. Facilem beneuolúmque lingua tua iam, tibi me reddidit:

Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc etiam credidi.

Nunc cùm ego te eſſe præter noſtram opinionem comperi:

Fac eadem vt ſis porrò: noſtra vtere amicitia, vt voles:

Aliter ſi facias. ſed reprimam me, ne ægrè quidquam ex me audias.

Verùm te hoc moneo vnum qualis ſim amicus, aut quid poßiem,

Potius quàm inimicus, periculum facias. B. faciam ſedulò.

magna proprietas. ſic enim
Quære tibi.
dicimus, Quære tibi. Virgil. Quærat ſibi federa Turnus. Quære alium tibi amicum
Firmior.
firmiorem. } Firmiorem pro firmo. non enim firmum concedit eſſe Pamphilum: quẽ vult intelligi deceptorẽ eſſe Bacchidis, non iam amatorẽ ſtabilem. Quære alium tibi amicum firmiorem. Oratoriè ſenex quaſi conſulit meretrici, quam vocauerat incuſandam. ⸿ Quære alium. } A præſentibus, & à futuris. ⸿ Firmiorem amicũ. } Callidè ſenex, quaſi iam nõ Pamphilo conſulat, ſed Bacchidi, Quære aliũ, dixit. ⸿ Dùm tempus conſulendi eſt. } Senſus, Dum ætas in flore poſita eſt, facies vendibilis etiam nunc eſt. Et eſt ordo, Dum tẽpus eſt conſulẽdi tibi. & bis ſubaudiẽdum eſt Tibi. ⸿ Nã neque ille hoc animo erit æ-
Aetatem.
tatem. } Aetatem, pro, tam diu quàm longa eſt ætas. ⸿ Neque pol tu, eadem iſtac ætate. } σχῆμα λόγου πλοκή.
Aetatem aduerbiũ.
prius ętatem aduerbium, & poſterius nomen. ⸿ Quis id ait? } Non interrogatio, ſed firma negatio eſt. ⸿ Quis id ait? } Cùm dicat ſenex: Meũ receptas filium: mirum eſt illam dicere, Quis id ait? Sed ab accuſatore teſtimonium
Ait.
quærit. Et bene Ait, quaſi vanum. ſic enim dicimus, ait, aio, de rebus nugatoriis. ⸿ Socrus. } Terribiliter, quaſi quæ maximè ſciat, & quæ maximè doleat. Ergo & oculis, & labris pronuntiandum eſt. ⸿ Quis id ait? } Moraliter meretrix miſſa fecit omnia quæ in medium ſenex contulit: & ſoli intentioni, Meum receptas filium ad te Pamphilum: quis id ait? reſpondit. ⸿ Et filiam abduxit ſuam. } Addidit ad perſonam teſtis, & facta: quia minus idoneum videbatur, ſocrum dixiſſe de pellice. & ſimul oſtendit quantoperè
Accerſitur vxor. Abducitur vxor.
hoc animaduertendum ſit, ex quo tantæ turbæ ſint concitatæ. ⸿ Abduxit ſuam. } Abduxit, propriè. Accerſi enim dicitur ad maritum: Abduci à marito ad diuortium. Sic Virgilius, Et gremiis abducere pactas. ⸿ Puerúmque ob eã rem. } Hoc ſic pronuntiat ſenex, quaſi qui dicat, Ecce quarum rerũ tu cauſa. Et hæc oratio de iis eſt, quibus oſtendimus nos poſſe grauiter accuſare, ſed nolle. ⸿ Apud vos poſſem fidem. } Bene Vos: quia & hic dicit, & ſocrus. ⸿ Aliud ſi ſcirem, qui firmare. } Mirè, dum quærit quo firmet fidẽ, fidem ſibi acquiſiuit atq; aſcripſit. ⸿ Sanctius quàm iuſiurãdum. } Bene dum aliud agit, etiam perſonam commendat. nam non eſt leuis, quæ iureiurando nihil
Sanctius.
ſanctius ſciat. ⸿ Sanctius. } Firmius. ⸿ Me ſegregatum habuiſſe. } Bono ſignificato vſa eſt: quaſi ipſa hæc fecerit. Et bene ſegregatum: non enim diſiunctum aut repudiatũ propriè diceret. ⸿ Vxorem vt dixit. } Vt aduerbiũ
Vt.
eſt temporis, pro Ex quo.
Lepida.
⸿ Lepida es. } Senex cũ meretrice loquens, eo potius nomine laudauit eam, quo meretrices ſolẽt laudari, quàm quo matresfamiliàs. ſic & ſuprà, cùm inſcitum ſe diceret, rationẽ habuit, quæ eſſet cum qua loqueretur. ⸿ Sed ſcin' quid volo poti⁹? } Hinc deliberatiua incipit. ⸿ So-
Sodes.
des. } Si audes, ſi vis. ⸿ Eas ad mulieres huc intrò. } Non dixit ad ſocrum & ad vxorem, terribilia nomina & inimica meretrici: ſed quod facile eſt, ad mulieres. Sic alibi, mulier mulieri congruit. Et ne longè videretur, addidit, huc intrò. ⸿ Atque iſtuc iuſiurandum. } Id eſt quod tu mihi pollicebaris.
Explere, ꝓ Exinanire.
⸿ Exple animum his, téque hoc crimini expedi. } Explere, pro exinanire, Terentianũ eſt. Expedire dicitur, qui
Expedire ſe.
pedem retentum liberat. ⸿ Exple animum. } Quòd illis profis. ⸿ Quòd pol ſi eſſet alia ex hoc quæſtu. } Vigilanter poëta, ne non veriſimile videretur, id vllam feciſſe meretricem, ipſe lectorẽ præuenit. & ſic ferè in omnibus Terentius, quæ minus peruulgata ſunt, quæq; abhorrent à conſuetudine, agit. ⸿ Vt de tali cauſa. } Id eſt amore mariti eius & pellicatu. ⸿ Nuptæ mu-
Oſtendere ſe nuptæ.
lieri ſe oſtenderet. } Plus dixit, quàm, nuptam alloqueretur. ⸿ Sed nolo falſa fama eſſe gnatum. } Bene, quo ſit gratioſior, non propter ſe dicit, quod facit, facere. ⸿ Nec leuiorẽ vobis. }
Leuis. Grauis.
Quid leuiorem? an minus charum? vt contrà grauis intelligitur. Virgilius, Ferit enſe grauem Tymbreus Oſirim. Grauis etiam moleſtus intelligitur. vt Saluſtius, Grauiore bello qui prohibituri venerant ſocij, frigere. Grauis etiam lãguidus. Virgilius, —vbi aut morbo grauis, aut iã ſegnior annis Deficit, abde domo. ⸿ Nec leuiorem. } Vt contrà, grauis, honore dignus & charus. ⸿ Quibus eſt minimè æquum. } Parentibus ſcilicet. ⸿ Immeritò. } Bona exceptio. hoc enim & cauere vobis, & præſtare aliis poſſumus. ⸿ Immeritò. } Nam meritus eſt de me. παρέμοιον. ⸿ Nam meritus eſt de me, quòd

*queam, illi vt commodem. Et hoc artificioſè Terentius, ne vel meretricem durè à Pamphilo ſegregaret. ¶ Quòd queam, illi vt commodem. } Sic in Andria, Magis id adeò vt mihi* Facilis. *incommodet, quàm vt obſequatur gnato. ¶ Facilem, bene-* Beneuolus. *uolúmq; lingua tua. } Facilem ad peccatum, Beneuolum ad* Lingua. *iracundiã retulit. ¶ Lingua tua. } Conſuetudine magis, quàm ratione dicit, tua lingua. ergo pro homine ipſo. ¶ Lingua tua iam. } Subdiſtingue Iam: vt appareat, ſi lingua tua iã, quanto magis facta? ¶ Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ. } Nunc fatetur ſe quoque accuſatorem fuiſſe: nunc verò beneuolum* Quoq; etiã. *factũ. ¶ Hæ. } Cum ἀποστροφῇ. ¶ Ego quoq; hoc etiã. } Quoq;, & Etiã ſuperuacuè poſita ſunt: ſed hîc confirmationem oſten-* Præter. *dunt. ¶ Præter noſtrã opinionem. } Pro cõtra. ¶ Præter noſtrã opinionem. } Hoc eſt innoxiam. ¶ Fac eadem vt ſis porrò. } Hoc eſt perſeuera purgata eſſe. vult enim & de futuro cautum eſſe: vt ſuprà, Nam ſi id facis, facturáve es. ¶ Noſtra* Amor. *vtere amicitia. } Non iam amore, ſed amicitia. ¶ Aliter ſi fa-* Amicitia. *cias. } ἀποσιώπησις. ¶ Ne ægrè quidquam ex me audias. }* Ægrè. *Vtrum ægrè pro malè? an ægrè pro inuita? ¶ Verùm hoc te moneo vnum. } Hæc figura oratoria, παραίνεσις dicitur. ¶ Qualis ſim amicus, aut quid poſſiem. } In ſecunda oratione Saluſt. ad Iugurtham, Nam vim magis, quàm beneuolentiam eius, experiri mallem. ¶ Qualis ſim amicus, aut quid poſſiem. } Hoc genus comminationis minus habet amaritudinis, ſed plurimum grauitatis. Et Saluſtius, Nam vim, quàm miſericordiam eius, experiri mallem.*

ADRIA. BARL.

*Nec pol me multũ fallit. } Quin quod velit, hoc ſit quod ſuſpicor. ¶ Aggrediar. } In re ardua incipiũda ſic loquimur. ¶ Credo ædepol te. } Vide quàm molli vtatur ac leni principio, vt colligere hinc facilè queas non iurgaturum. ¶ Ego pol quoq; etiã timida ſum. } Etiã hîc non abundat. Eſt enim, Ego* Etiam. *quoq; miror, nec tantùm miror, ſed timida etiam ſum. ¶ Vt non ſit peccato. } Dic peccato meo, & ſubaudi in, hoc ordine, Ego iam ea ſum ætate, vt non ſit æquũ mihi ignoſci in peccato meo. Vel dic peccato poni pro peccanti. ¶ Inſcitũ } In-* Parum mihi proſit. *elegans, non bonum eſt. ¶ Parum mihi proſit. } Hic antiquus loquendi modus ſignificat, multũ mihi nocuerit. ¶ Sed quid iſtuc eſt? } Nunc demum ad rem fit reditus. ¶ Meum receptas filium. } Intentio criminis. & accuſatoria propoſitio eſt. Neque recipis, ſed receptas dicit, quòd non rarò, ſed recipiat frequenter adoleſcentem. ¶ Ah. } Reclamat ſtatim Bacchis, cõtradictura etiam ſi permitteret ſenex. ¶ Veſtrum amorem pertuli. } Status coniecturalis. ¶ Dum tempus conſulendi eſt. } Dum adhuc floret, & vernat ætas. Subaudi hîc tibi. ¶ Quis id ait? } Cæteris omiſſis, ad criminis intentionem reſpondet. ¶ Socrus. } Teſtem audis. & Myrrhinam intellige. ¶ Filiam abduxit ſuam. } Ad perſonam teſtis & facta adiecit. ¶ Sanctius quàm iuſiurandum. } Iureiurando coniecturam tollit. Hoc addens & ſe commendat. ¶ Leuis enim cenſeri non debet, qui iureiurãdo nihil ſanctius putat. ¶ Eas ad mulieres. } Non dicit ad ſocrum, & ad vxorem. quæ Bacchidi nouit inimica eſſe nomina. ¶ Vt de tali cauſa. } Amore mariti, & pellicatu. ¶ Meritus de me eſt, quod queam illi vt commodem. } Artificioſè hoc poëta, ne durè ſe-* Facilis. *gregetur à Pamphilo meretrix. ¶ Facilem. } Vt quod hacte-* Beneuolus. *nus peccatum eſt, ignoſcam. ¶ Beneuolum. } Vt iraſci amplius non poſſim. hic fit quod vulgò dici ſolet, Sermo mollis frangit iram. ¶ Non ſunt ſolæ arbitratæ hæ. } Filium à te ſæpius receptari meũ. ¶ Qualis ſim amicus potius, quàm inimicus periculum facias. } Donatus author eſt, hoc genus cõminationis minus habere amaritudinis, ſed plurimũ grauitatis.*

LATOMVS.

*Argumentum. Laches conuenit Bacchidem de Pamphilo, & illa ſe expurgat. Attende autem quod alioqui rarum eſt, bonam meretricem, & mitem ſenem. ¶ Conuentam eſſe. }* Conuenta. *Singularis locutio, pro conuenire expetit, participium loco verbi. ¶ Videndum eſt. } Componit ſe Laches ad lenitatem & moderationem. ¶ Non nihil. } Aptum & modeſtum principium vtriuſque perſonæ. ¶ Si vera. } Captat beneuolẽtiam ab officio, antequam rem narret. ¶ Meum receptas. } Propoſitio, & mox narratio dehortatiua. ¶ Quare aliũ. ¶ Ab vtili & tempore. ¶ Ætatem: neque pol. } Id eſt, perpetuò, aduer-* Ætatem. *bialiter, ſic in Eunucho: Iam dudum ætatem. pro diu. ¶ Socrus. } Confirmatio propoſitionis à teſtimonio, & mox exaggeratio à conſequentibus. ¶ Aliud ſi. } Purgatio. ¶ Sed ſcin. } Propius accedit occaſio ob cataſtrophen. ¶ Sed eſſe. } Honeſta ratio meretricis ad liberandum ſuſpitione Pamphilum. ¶ Præter noſtram. } Id eſt, innocentem. Nam periphraſis eſt.* Præter. *¶ Aliter ſi facias. } Apoſiopeſis.*

PETRVS MARS.

*Non hoc. } Debere ſe quenque purgare in eo, quo reus ſit, ſi in culpa non eſt, atque ita etiam purgare, vt intrepidè de ſatisfactione promittat, docet hæc ſcena. Et quamuis Terentius hîc ſordido ac turpi vitæ genere infamem meretricem adducit, bonam tamen eandem, & pro fama ſua ſtantem facit: quo ſignificet ſcilicet, quàm magna res ſit integritas vitæ, quàm & improbi & impuri homines non facilè contemnunt. Quare bene præcepit Ouidius:*

*Omnia ſi perdas, famam ſeruare memento,*
*Qua ſemel amiſſa, poſtea nullus eris.*

*Siquidem infamis habita fuiſſet, ſi coniuncta in Pamphili adulterio de reatu conſenſiſſet. ¶ Receptas filium. } Rece-* Receptare. *ptare ferè ſemper in malam partem ſumitur, pro eo quod eſt hoſpitio, & familiaritate iuuare eos qui ſceleratam vitam maleficiis ducant. Vnde receptatores illi, qui improbos homines, vt latrones, fures, adulteros, in ædibus ſuis recipiunt, & illos commeatu iuuant. ¶ Ætatem. } Ætatem pro diutulo tempore accipi ſolet apud Comicos. Plautus in Aſinaria: Aetatem ſeruire velim. ¶ Nam meritus de me eſt. } Beneficium non mox ex animo deponendũ, etiam ſi iuſta cauſa ſit, cur id facias, ſed gratias quocunque loco, quacunque conditione quis viuat referendas, docet hic locus. Eſt autem gratus, qui aliquid, pro eo quod acceperat, reddit, ait Sene-* Gratus. *ca. Idem libro quarto, de beneficiis: Vt ſcias per ſe expetendam eſſe grati animi affectionem, per ſe fugiẽda res eſt, ingratum eſſe. Quoniam nihil æquè concordiam humani generis diſſociat, ac diſtrahit, quàm hoc vitium.*

RIVII CASTIGATIO.

*Quod poſt me non feciſſe ſatius ſit. } Nos, Quod me poſt minus feciſſe &c. Ita enim Donatus, & pleraq; exẽplaria. ¶ Nam iam ea ætate ſum vt non ſit, &c. } Nos, ex manuſcriptis & quibuſdam impreſſis, Donato etiam conſentiente: Nam iam ætate ea ſum, vt non ſiet peccato mihi ignoſci æquum. Perperam adiecta fuerat particula nam, ad finem verſus præcedentis, cùm huc ea pertineat. Præterea ſiet habent Donati editiones fermè omnes & Italica & Germanica, ſic manuſcriptum quoque exemplar. Erat & verborum ordo inuerſus, contrà quàm vel exemplaria vetuſta habeant, vel ratio metri poſtulet. Leuia hæc, ſed non tamen diſſimulanda. Cæterùm peccato Terentiũ, pro in pec-*

cato

Ciceronis locus. cato dixiſſe videtur: quale fuerit, ni fallor, illud Ciceronis contra Rullum: Quæ cùm omnibus eſt difficilis & magna ratio, tum verò mihi præter cæteros: cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus & ab inuitis expreſſa proponitur: nõ dubitanti fidele conſilium, nõ laboranti certum ſubſidium nobilitatis oſtenditur. ¶ Nam neque ille hoc animo erit, neque pol tu eadem iſtac ætate. § Sic quidem conſentiunt veteres codices omnes, quos ipſe viderim. Verùm ex Donato coniicimus ad hunc modum eſſe legendum: Nam neque ille hoc animo erit ætatem, neque pol tu &c. Eius verba ſubiiciam, ſi quis mihi parum fidat: Aetatem, inquit, pro tam diu quàm longa eſt ætas: Neque pol tu eadem iſthac ætate. σχῆμα λόγου πλοκή. Prius ætatem aduerbium, & poſterius nomẽ. Hæc ille: Monuit & Nonius Marcellus ætatem aduerbialiter poni pro diu: quomodo Plautus in Aſinaria, Aetatem velim ſeruire, Libanum vt cõueniam modò. Ergo ætatem hoc loco pro perpetuò aduerbialiter poſitum eſt. Aetatem.

GLAREANVS.

In hac quoque ſcena non parua eſt difficultas, quã obiter attigerunt Riuius ac Eraſmus. Primi quatuor verſus ſunt iambici tetrametri acatalectici. In quorum tertio ac quarto, s, in Minas eliditur, & in Satius. Deinde ſequuntur ſenarij, prior trochaicus catalecticus, alter iambicus acatalecticus, ad hunc modum,

Aggrediar, Bacchis ſalue. B. Salue Laches.
Credo ædepol Bacchis te mirari nonnihil.

Poterat tamen prior verſus iambicus eſſe, ſi quis pronomen Tu poſt alterum Salue poſuerit. Salue tu Laches, Sed quia nunquam legitur, omiſimus. ¶ Quid ſit quapropter te huc foras puerum euocare iuſſi. § Nunc ſequuntur decem iambici tetrametri catalectici, quos quia in omnibus codicibus malè diſtincti leguntur, ſubiiciendos hîc exiſtimaui.

Quid ſit quapropter te huc foras puerum euocare iuſſi.
B. Ego pol quoque etiam timida ſum, cùm venit mihi in mentem quæ
Sim, ne nomẽ quæſtus mihi obſtet, nã mores facilè tutor.
L. Si vera dicis, nihil tibi pericli eſt à me mulier.
Nam iam ætate ea ſum, vt non ſiet peccato mihi ignoſci æquum.
Quo magis omneis res cautius, ne temerè faciam accuro.
Nam ſi id nunc facis, facturáve es, bonas quod par eſt facere,
Inſcitum offerre iniuriam tibi me immerenti iniquũ eſt.
B. Eſt magna ecaſtor gratia, de iſta re quam tibi habeã.
Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget, parum mihi proſit.

Qui verſus ſi ita diſtinguentur, faciles ſcanſu ſunt. In vltimo tamen verſu creticus eſt loco ſexto, niſi quis m, de Parum abiicere malit. ¶ Sed quid iſtuc eſt? L. meum receptas filiũ ad te Pamphilum. § Primi hi duo verſus, ſi nulla prorſus in eis fiat eliſio, eſſent trochaici tetrametri hypercatalectici: ſed in priore malim d, elidere in Quid. In poſteriore verò vel Prius in vnam ſyllabam comprimere, vel creticum tertio conſtituere loco, vt ſint ambo iambici tetrametri acatalectici, quemadmodum & ſequentes duo. In quorum priore Mane geminandum ex commẽtario, & ſanè carmen poſcit. Sequens autem ita legendus,

Quære alium firmiorẽ tibi, dum conſulendi tempus eſt.

Hic ſciolus aliquis infuſit verbum Amicum, quod in veteribus codicibus non eſt: nec contentus hoc auſu, in Donati commentarium etiam appoſuit, quem conſtat, Amicum non legiſſe, nec veteres Donati editiones habent. Sequens verſus haud dubiè eſt iambicus tetrameter catalecticus, ac primo quidem loco loco creticus eſt, & poſt Erit, Aetatẽ legendum, quod in Aldino codice omiſſum erat, & Iſta nõ Iſtuc propter carmen, legendum, niſi quis c, elidi putet, quod vſu receptum non eſt. Qui deinde ſequuntur verſus tres, haud dubij ſunt iambici tetra. acatal. quartus trochaicus tetram. catalect. Deinde reliqui duo rurſus iambici tetra. acatalec. Tertius poteſt eis ſimilis eſſe, ſi Eas diſyllabũ fecerimus: trochaicus autem fuerit, ſi Eas monoſylla. fecerimus. ¶ Polliceare illis, exple animum his, téq; hoc crimine expedi. § Qui nũc ſequũtur decem, trochaici ſunt tetra. catal. In quorũ quarto d, eliditur initio in Sed. In octauo, Hæ in medio prorſus eliditur, vt ſit loco quarto trochæus & V. anapæſtus. In nono, τὸ Autem, ſuperfluit in codice Aldi. In decimo a, in Amicitia corripitur, non eliditur, vt ſexto loco ſit tribrachys. Antepenultimus ac penultimus rurſus ſunt iambici tetrametri acatalectici. Vltimus trochaicus tetra. catalect. & Periclum triſyllabum, vt tertio loco ſit trochæus.

# ACTVS V. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

QVAE dudum Lacheti, eadẽ hæc Phidippo Bacchis promittit ſe intrò abituram ad Soſtratam & Myrrhinam, vt illis purgetur.

DONAT. NIHIL apud me tibi defieri patiar. § Verba nutricis fuiſſe poëta demonſtrat, petentis ordine longo quæ ſibi præbẽda ſint. vnde quaſi tędio ſingulorum, generaliter hæc reſpondit. Nihil apud me tibi defieri patiar. § Apud me dixit, pro apud eum, vbi futura es. ¶ Defieri patiar. § Noluit dicere, deeſſe: ſed defieri dixit. vt id quod minus vſitatum eſt, magis delectet auditum. ¶ Benignè præbeatur. § Benignè, largè. hoc enim eſt gratius, non ſolùm præbere, ſed benignè præbere. ¶ Sed cùm tu ſatura, atque ebria eris. § Hoc eſt in nutricibus non ſolùm non turpe, ſed etiam neceſſarium. Et, hic ſatur, & hæc ſatura fecit. ¶ Noſter ſocer video venit. § Noſter, blandietis dictum eſt. Virgilius, Noſter eris. Et magis hoc conſuetudine dictum eſt, quàm integritate. Aut certè ordo eſt, Noſter ſocer venit: & deinde, video. Aut deeſt Vt: vt ſit, vt video. ¶ Deierat. § Deos iurat. vt, Maria omnia iuro. Aut valde iurat. ¶ Bacchis deierat. § Si correptè, deierat, deos iurat: ſi productè, valde iurat.

Defieri. Benignè præbere. Satur. Noſter. Deiero.

ARG. PAV. MALLEO.

HIC Bacchis eadem Phidippo quoque earum rerū incredulo pollicetur, quæ priori ſcena Lacheti promiſerat, vtpote ſe ituram ad mulieres expleturam animum earum, & ſe à crimine obiecto purgaturam. Quod admodū graue videtur, pellex vt amatoris vxorem de mutuo amore leniter alloquatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena Bacchis ſe purgat, quòd dum Phidippus vxorem duxit, eum non ad ſe receperit.

*Iambici Tetrametri Catalectici, vnus Dimeter Catalecticus.*

PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

*Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin quod opus ſit,*
*Benignè præbeatur.*
*Sed cùm tu ſatura, atque ebria eris, puer vt ſatur ſit, facito.*
L. *Noſter ſocer, video, venit: puero nutricem adduxit.*
*Phidippe Bacchis deierat perſanctè.* P. *hæccine ea eſt?* L. *hæc eſt.*
P. *Ne pol iſtæ metuunt deos: neque has reſpicere deos opinor.*
B. *Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire,*
*Licet. hæc res hìc agitur, Pamphilo me facere, vt redeat vxor,*
*Oportet: quod ſi perficio, non pœnitet me famæ,*
*Solam feciſſe id, quod aliæ meretrices facere fugitant.*
L. *Phidippe, noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falsò*
*Nobis, in re ipſa inuênimus. porrò hanc nunc experiamur.*
*Nam ſi compererit crimini tua ſe falſo vxor crediſſe,*
*Miſſam iram faciet. ſin autē eſt ob eam rem iratus gnatus,*
*Quòd peperit vxor clàm, id leue eſt: citò ab eo hæc ira abſcedet.*
*Profectò in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſſidio dignum.*
P. *Velim quidem hercle.* L. *exquire: adeſt. quod ſatis ſit, faciet.* B. *faciam.*

*Et bene ſenē iratum præoccupauit, dicendo, deierat ſanctè: ne cōfligeret cum meretrice, & fieret fabula lōgior.* ¶*Hæccine ea eſt?* } *Imitāda irati contemplatio: quaſi dicat, Hæc eſt, quā vxori Pamphilus anteponit?* ¶ *Nec pol iſtæ metuunt deos.* } *Hoc argumentū eſt, non illam vera iurare. Sanctum, ait, iuſiurandum eſt, aut metu religioſo, aut ſuppliciis ſacrilegorū. At verò nec religioſæ ſunt meretrices, inquit, nec dant pœnas: quippe quæ à diis contemnantur. Tale eſt apud Virgilium de violato Luco, qui vindicatus nō eſt: Nouimus & qui te, tranſuerſa tuētibus hircis: Et quo, ſed faciles nymphæ riſere, ſacello.* ¶*Neque has reſpicere deos opinor.* } *Et inferiores ſunt inquit, quàm in quas dij vindicent.* ¶*Neque has reſpicere deos.* } *Nec merentur vt diis pœnas referant, quia nec curę diis eſſe dignę ſunt. Et eſt* ἀμφιβολία, *quæ ſenſu manifeſta eſt.* ¶*Ancillas dedo.* } *Repudiato iureiurando, ad aliud tranſit firmius documentum.* ¶*Quolibet cruciatu per me exquire.* } *Per me, hoc eſt, me permittente: vt quod per legem tibi non licet, per me liceat. Per me ergo, me authore & permittente.* ¶*Hæc res hìc agitur.* } *Aut ſic intelligendum eſt, quaſi dicat, Hoc agebamus cùm tu aduenires. aut cum aſſeueratione pronuntiandum eſt: vt ſit res veritas: quaſi dicat, Hìc non verba ſunt, ſed res agitur.* ¶*Hæc res hìc agitur.* } *Propoſitio eorum quæ dictura eſt, hoc modo, Hæc res hìc agitur. quæ res? Pamphilo me facere, vt redeat vxor, oportet. quod ſi perficio, non pœnitet me famæ, ſolam feciſſe id, quod aliæ meretrices facere fugitant. Multa Terētius feliciter auſus eſt, arte fretus. nam & ſocrus bonas, & meretrices honeſti cupidas, pręterquàm peruulgatū eſt, facit: ſed tanta vigilantia cauſarum & rationum momenta ſubiungit, vt ei ſoli meritò videantur omnia licere. Nam hoc contra illud eſt, quod alibi ait commune eſſe iam omnibus Comicis bonas matronas facere, meretrices verò malas.* ¶*Non pœnitet me famæ.* } *Hæc figura* λιτότης *dicitur. min⁹ enim dicit quàm ſignificat. nam non pœnitet me famæ, pro eo quod eſt, magnam famam cupidè acquiſiuerim, ſignificat.* ¶*Non pœnitet me famæ.* } *Ne quæreremus, quî hoc meretrici prodeſſe poſſet.* ¶*Solam feciſſe.* } *Bene ſolam: ne neſciſſe officium meretricis poëta videretur.* ¶*Solam feciſſe id, quod aliæ meretrices facere fugitant.* } *Id eſt reconciliaſſe vxorē marito.* ¶*Noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe.* } *Id eſt in ſuſpicione poſitas. Nā eſſe ſuſpectas, ambiguū eſt. & nunc eius partem manifeſtā videmus.* ¶*Nobis in re ipſa.* } *Nobis, aut abundat, aut cum moleſtia noſtra ſignificat.* ¶*Porrò hanc nunc experiamur.* } *Porrò nūc, futurū tempus oſtendit. nam ſi iam inueniſti quid, experiaris & ea quę reſtant in reliquum tempus: quia iam de pręteritis purgata eſt.* ¶*Hāc experiamur.* } *Id eſt vtamur opera eius.* ¶*Crimini tua ſe falſo vxor crediſſe.* } *Crimen propriè dicitur id quod factum eſt. Cicero, Veruntamen fac, tametſi criminoſum id eſt. Id eſt, falſa inſimulatio eſt.* ¶*Crimini.* } *Crimen nunc, pro falſa ſuſpicione. Virgilius, Formidine crimen acerbat. Et, --ſemperq́ue, odiis & crimine Drances infenſus iuueni Turno. Id eſt & quòd eum odiſſe, & quòd ſe illi odio eſſe ſuſpicaretur.* ¶*Citò ab eo hæc ira abſcedet.* } *Bene. in duabus enim perſonis cauſa videtur eſſe turbarū, ſocrus & Pamphili.* ¶*Profectò in hac re nihil mali eſt, quod ſit diſſidio dignum.* }

*Reſpiciunt illas dij.*

*Per me.*

*Res.*

*Terētius abſus arte commēdatur.*

*Nō pœnitet me famæ.*

*Suſpectum.*

*Nobis.*

*Porrò.*

*Experiamur hanc.*

*Crimen.*

*Ira abſcedet.*

P. Quid iſtæc mihi narras? an quia non túte ipſe audiſti dudum,
De hac re animus meus vt ſit Laches? illis modò exple animum.
L. Quæſo ædepol Bacchis, quod mihi es pollicita túte, vt ſerues.
B. Ob eam rem vis * vt ego introeam? L. i, atque exple animum his, vt credant.
B. Eo: etſi ſcio pol his fore meum conſpectũ inuiſum hodie:
Nam nupta meretrici hoſtis eſt, à viro vbi ſegregata eſt.
L. At hæ amicæ erunt, vbi quamobrem adueneris, reſciſcent.
P. At eaſdem amicas fore tibi promitto, rem vbi cognouerint:
Nam illas errore, & te ſimul * ſuſpicione exolues.
B. Perij, pudet Philumenæ: ſequimini me intrò huc ambæ.
L. Quid eſt, quod mihi malim, quàm quod huic intelligo euenire:
Vt gratiam ineat ſine ſuo diſpendio, & mihi vnà proſit?
Nam ſi eſt, vt hæc nunc Pamphilum verè ab ſe ſegregarit,
Scit ſibi nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam eſſe:
Referétque gratiam ei: vnáque nos ſibi opera amicos iunget.

*ergo
*ſuſpectione

dignum.} Moraliter, quaſi quærendo, & diſcutiẽdo hoc intulit. ¶Diſsidio.} Diuortio. ¶Velim quidem hercle.} Vt nihil ſit dignum: hoc eſt, non peccauerit Pamphilus. ¶Quod ſatis ſit, faciet.} Id eſt, quidquid ad plenam ducit purgationẽ, faciet. ¶An quia non túte ipſe.} Correptio eſt. nam audiuit, Manere affinitatem hanc inter nos volo. ¶Illis modò exple animum.} Quaſi dicat, quæ amaræ ſunt & moleſtæ.

Diſsidium.

¶An quia non túte ipſe audiſti dudum, De hac re animus meus vt ſit?} Vtrũ quia dixit, Manere affinitatem hanc inter nos perpetuã volo: an quia apud vxorẽ defendit adoleſcentẽ in amore meretricis? ¶Quod mihi es pollicita túte, vt ſerues.} Id eſt iuſiurãdum apud mulieres. ¶Quid iſtæc mihi narras?} Reprehẽſio eſt quaſi lõgorum verborum Lachetis. ¶Ob eam rem vis vt ego intrò eam?} Vis dicit: vt oſtendat in hac re cunctationem ſuã. ¶Nam nupta, meretrici hoſtis eſt.} Cautè etiam hoc præſtruit poëta, ne nõ veriſimile videatur potuiſſe meretricem concorditer cũ pellice agere. Nam nupta meretrici hoſtis alia, ſcilicet inimica. ¶At eaſdem amicas tibi fore.} Hic quidem ſenes: verùm aliæ cauſa ſunt quæ mulieres faciũt moleſtas: & hæ autem ſpectatoribus notæ ſunt ex argumento. ¶Et ſimul ſuſpicione exolues.} Hoc eſt quod ſuprà dixit, crimen. nos quoq; ſuſpicionem interpretati ſumus. ¶Exolues.} Expedies. ¶Pudet Philumenæ.} Pudet duo ſignificat: ſiue ille peccarit quem pudet, ſiue ille cuius pudet. Et familiariter Philumenæ, tanquã notæ ex Pamphilo. ¶Sequimini me intrò huc ambæ.} Ancillis dicit, quæ ſunt κωφὰ πρόσωπα. ¶Pudet Philumenæ.} Conſciẽtia cõmunis viri & pellicatus. ¶Quid eſt quod mihi malim, quàm quod huic.} Senſus hic eſt, Quid eſt quod magis optem mihi euenire, quàm quod ſimul proderit etiã meretrici? ¶Quid eſt quod mihi, &c.} Sic hoc ergo intulit pro nouo. Mirandum eſt enim euenire potuiſſe, vt idem & ſeni & patri proſit, quod meretrici. ¶Quid eſt quod mihi malim.} Vt amicitia mihi & ſibi proſit. Et oſtendit commune ſibi bonum eſſe. ¶Euenire.} Euenire, bis ſubaudiendum. ¶Vt gratiã ineat ſine ſuo diſpendio.} Rectè. Difficile eſt enim gratiã inire ſine damno. ¶Et mihi proſit?} Mirè, quia difficile eſt amicum ſine damno acquirere. Et quia cùm lucro non potuit dicere: & hoc ipſum bonum fecit, quia ſine damno. Ergo velut tria ſunt: vt gratiam ineat, vt ſine damno, & vt mihi proſit. ¶Pamphilum verè ab ſe ſegregarit.} Propriè ab meretrice ſegregari dicitur: ab vxore, diſiungi. ¶Scit ſibi nobilitatẽ ex eo, & rẽ natam.} Quaſi dicatur, Ecce quã amauit Pamphilus. Sed hoc ſentire & dicere, patris eſt ſtulta pietate magnificantis filium. Vt, Meũ gnatum rumor eſt amare. Et propriè nobilitatem dixit. nam & meretrix & gladiator nobiles dici ſolent. ¶Scit ſibi.} Quod nimis amat, ait Nobilitatem. ¶Ex eo.} Vtrum ex Pamphilo? an ex eo, ex ea re: id eſt, quòd ſegregauerit verè ab ſe Pamphilum? & hoc eſt melius. Nam nobilis meretricis eſt non timere, ne alterum non inueniat. aut nobilis eſt, cognitam fieri etiã ſenibus. ¶Rem natam.} Ex patrocinio & amicitia ſenis. ¶Gloriam.} Ex facto raro in meretricibus. ¶Et rem natam.} Quia multa in eam contulit. ¶Et gloriam eſſe.} Quia defendit eum apud ſoceros & vxorem: & quòd marito meretrix coniugem reddit.

Quid iſtæc mihi narras? — Hoſtis. Inimicus. — Exolues te ſuſpicione. — Pudet. — Segregari. Diſiungi. — Nobilis.

ADRIA. BARL.

Nihil apud me tibi deſieri.} Intellige multa nutricẽ petiuiſſe quibus haberet opus in curãdo puero, ad quæ nunc reſpondet Phidippus. Benignè, largè ſignificat. ¶Sed cũ tu ſatura.} Priſcianus libro ſexto, In ur deſinentia cuiuſcunque ſunt generis, accepta is faciunt genitiuũ, vt hic vultur vulturis, turtur turturis, ſulphur ſulphuris, hic & hæc fur huius furis. excipitur hic ſatur ſaturi. Vnde Lucanus. Saturum tamen obſidet hoſtem. Quod ideo eſt ſecũdæ declinationis, quia facit fœmininum in a deſinens, id eſt, hæc ſatura. Terentius in Hecyra. Sed cùm tu ſatura atq; ebria eris, puer vt ſatur ſit facito. Quod à Probo prætermiſſum doctiſsimè præceptor noſter attendit Theotiſtus omnis eloquentiæ decus, cui quicquid in me ſit doctrinæ, poſt deum imputo. ¶Cùm tu ſatura atque ebria eris.} In deligenda nutrice, morũ in primis habenda eſt ratio, ne biboſæ mulieri detur lactãdus puer. Quintilianus, quantũ res pateretur, etiam optimas eligi volunt nutrices, & morum quidem (ait ille) in his haud dubiè prior ratio eſt. Bene autem Phidippus hîc admonet dicens. Puer vt ſatur ſit facito. vulgus enim nutricum vbi manderit, paulum ex

Satur. — Theotiſtus Priſciani præceptor.

manſo cibo pueris in os inſerere, ipſæ autem præ illo vel triplum cibi glutire conſueuerunt: vt in eos qui de lucro paululum aliquid impartiunt ſociis, aut qui ſic facultates alienas adminiſtrant, vt maximam partem in ſuos conuertant vſus, dicamus, Paſcis profectò more nutricum malè. id quod hodiéque tutorum vulgus factitat ex Chiliad. ¶ Noſter ſocer. } Pro Pamphili ſocer. ¶ Deierat. } Aut deos iurat, aut valde iurat. ¶ Ancillas dedo. } Quia Phidippus iuſiurandũ à meretrice profectum repudiat, tranſit ad firmius documentum. Et ancillarum tormento coniecturam purgat. ¶ Per me exquire licet. } Adrianus Cardinalis. Quanta colligitur elegantia in hoc verbo licet, ab illo qui non cutem tantùm ſpectet, ſed qui ſedulò introſpicere, & meditari curet. Nam ſi licet mihi per te, hoc vnum ſignificatur, id eſt ſi permiſeris, vel ſi potero à te non impeditus. Terentius in Hecyra, Per me exquire licet. ¶ Hæc res hîc agitur. } Quæ res curare me oportet vt ad Pamphilum redeat Philumena. ¶ Non pœnitet me famæ. } Laur. contra Raudenſem. Pluribus verbis conatur exponere Raudenſis, pœnitet quid ſignificet. Ego ſtatim, breuitérq; exponam. Pœnitet præter vſitatam illam ſignificationem, eſt idem quod piget. quæ ſignificatio parum abeſt ab illa naturali. vt Terent. in Hecyra, Quod ſi perficio, non pœnitet me famæ meæ. Et Virgilius, Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum. ¶ Nam ſi cõpererit crimini. } Crimen falſam ſuſpicionẽ ſignificat. ¶ Miſſam iram faciet. } Adrianus Cardinalis, Miſſum facere eſt deponere, ac etiam à noſtro cõſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio, dimittere. Multi barbarè dicunt, Dare licentiã, vel licentiare. ¶ Diſſidio dignum. } Diuortio. Theologis diuortium eſt cùm dirimitur domeſtica conſuetudo, manente coniugij vinculo. ¶ Rem natã. } Ex ſenis amicitia. ¶ Gloriam. } Ex facto quod ſit ratum in hoc genere.

Per me licet.

Pœnitet.

Miſſum facere.

LATOMVS.

Argumentum. Bacchis purgat ſe Phidippo, deinde ad mulierculas ingreditur. ¶ Nihil apud. } Senex egrediens alloquitur nutricem. ¶ Non pœnitet. } Liptote figura, pro, cupidè amplector. ¶ Nam ſi comperit. } Dilemma. ¶ Profectò in hac. } Epiphonema. ¶ Quid iſtæc. } Bene recuſat Phidippus, ne eadẽ res denuò agatur. ¶ Nam nupta. } Aetiologia à perſona. ¶ Perij, pudet. } Attende verecundiã meretricis. ¶ Gratiam ei. } Pamphilo, nempe olim bene merito.

Non pœnitet.

PETRVS MARSVS.

Nihil apud me. } Nutrices puerorum curam agere debere, & ad illos diligenter attendere, ne quid pueris deſit, docet hæc ſcena: ne dum hæ bene paſtæ, & potæ fuerint, infantium nullam rationem habentes, vt morbis obnoxij fiãt, negligendo cõmittant. Quare ſummopere cauendũ, ne deſidioſis, guloſis, vinoſiſq; mulierculis pueri committantur. Et cùm naturaliter minimè affectæ ſunt erga pueros nutrices, vt matres, non ſolent eos tanta cura tractare, ſed ſubdititia quadam & ficta beneuolentia excipere: vtpote mercedis tantùm cauſa diligentes, ſi diligere dicendæ ſunt. ¶ Ancillas dedo. } Quæ ſcilicet aduentus Pamphili conſciæ erant: nam libera corpora tormentis afficere, nõ licitum fuit. ¶ Exple animum. } Id eſt, exinani te hac ſuſpicione, purga, libera te. ¶ Perij, pudet. } Aduertite pudorem meretricis, quæ non nimium audet ſe ipſam vxori in cõſpectum exhibere. ¶ Gratiam ineat. } Hoc eſt, mereatur ſuo beneficio pudorem.

Explete animum.

RIVII CASTIGATIO.

Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire, licet. } Hæc vera lectio eſt, quam & libri habent in Pergamenis deſcripti. Sunt tamen in quibus legatur: Quo lubet cruciatu per me exquirere licet, vt exemplar Lugdunenſe, Venetum, alia pleraque. Prior lectio magis arridet, quam & verſus ratio expoſcit: Eſt autem iambicus tetrameter catalecticus. Quòd ſi exquirere legas, idem fuerit acatalecticus, qualis in hac ſcena nullus. Reſpexit autem Poëta hîc ad eum morem, quo, oborta criminis de domino ſuſpicione, ſerui in cruciatum dabantur, & quæſtionibus tormentiſq; ſubiiciebantur. Plautus in Moſtel. Seruos pollicitus eſt Dare ſuos mihi omneis quæſtioni. Id Græci dicunt ἐκδιδόναι. Reſpondet autem illi, quod iidem ἐξαιτεῖν, Latini expoſcere ad quæſtionem dicunt, vel in quæſtionem poſtulare. vt Cicero pro Cluentio, In Miloniana idem ſimpliciter poſtulare dixit. ¶ Ob eam rem vis vt ego introeam? } Nos ob eam rem vis ergo introeam. Sic Donat. cúmque eo vetera exemplaria: vt de elegantia nihil dicam.

Dare quæſtioni.

Expoſcere ad quæſtionem.

Poſtulare.

GLAREANVS.

Vnius ſunt generis huius ſcenæ verſus iambici tetrametri catalectici, præter ſecũdum, qui eſt dimeter. Tribrachys primo loco primi verſus eſt, & iambus loco tertio. Denique vel anapæſtus eſt loco ſeptimo, vel s, eliditur in Opus, vt ſit tribrachys. In ſexto verſu creticus eſt locis primo & tertio, quanquã Deos monoſyllabum eſſe poteſt. In octauo idem pes eſt loco quarto. quod dicere malim quàm s, elidere cum longa vocali in Res. In vndecimo, idem pes loco ſexto. In duodecimo, Inuenimus præteriti eſt temporis. Itaque loco tertio ſpondeus eſt, quarto iambus. In decimotertio, τὸ falſo, falsò adiectum eſt, quod ex Donati cõmentario ſatis claret. Intelligitur enim in Crimen, & carmen prorſus reſpuit, fieret enim hypercatalecticum. In decimoſeptimo, s, eliditur in Satis. In decimooctauo, d, in Quid, In decimonono, e, in Exple ad finem corripitur, non eliditur. itaque ibidem tribrachys. Ita in viceſimoprimo imperatiuus I, non eliditur, ſed corripitur. In viceſimoſecundo, dactylus eſt loco ſecundo, ſed primo ac tertio iambus, quarto tribrachys. In viceſimoquarto tres iambi ab initio, & Hæ, manet integrũ.

Falſo, adiectum.

In viceſimoquinto, Tibi vel iambus vel pyrrhichius facit, vt vel Cognorint, vel cognouerint legi queat. In viceſimoſexto, Suſpicione ſecundam ſyllabam producit. In quinto, à fine d, eliditur ſiue in Quid, ſiue in Quod. In quarto, à fine Suo vel omitti poteſt, vel poſtponendum Diſpendio. In vltimo rurſus ſcioli ſenſum explere conati Amicos infulſerunt contra carminis rationem.

Suſpicio, ſecunda producta.

AEDEPOL

## ACTVS V. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

PER annuli, quem Pamphilus dederat Bacchidi cognitioné, Philumena ab illo compreſſa oſtenditur.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena conuerſio eſt fabulæ: nam in ea Bacchidis interuentu errores deprehenduntur, nempe per annuli cognitionem Philumena à Pamphilo cõpreſſa reſciſcitur. Exindéque natum ſibi puerum liquidò cognoſcitur. Inſuper Bacchis ipſa longo ac perpolito ſermone beneficia ſua, & in Pamphilum, & in vniuerſam eius familiam, citra meretricium morem abundè collata commemorat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

REdit Parmeno, quia Pamphilo ablegatus fuit, ne quid de puero reſciſceret.

*Trochaici & Iambici Tetrametri Catalectici.*

PARMENO, BACCHIS.

*AEdepol næ meam herus eſſe operam deputat parui pretij,*
*Qui ob rem nullam miſit, fruſtra vbi totum deſedi diem,*
*Myconium hoſpitẽ dum expecto in arce Callidemidem.*
*Itaque ineptus hodie dum illic ſedeo, vt quiſque venerat,*
*Accedebam: Adoleſcens dic dum quæſo, es tu Myconius?*
*Non ſum. at Callidemides? non. hoſpitẽ ecquem Pamphilum*
*Hîc habes? omnes negabant: neque enim quenquam eſſe arbitror.*

DONAT. *AEDEPOL næ meam herus eſſe operam deputat parui pretij.} In tota hac fabula ſeruus piger & curioſus inducitur: neq; quidquã illi euênit ex ſentẽtia ſua.¶ Aedepol næ meam.} Totum à ſtomachante dicitur: quaſi qui nunc maximè iniuriam perſenſerit. ¶ Aedepol næ meã.} In hac ſcena κατα-*
Deputat operã meam parui pretij. *στροφῇ populo exponitur.¶ Deputat parui pretij.} Quia ſic ſcilicet abutitur. Deputat parui eam, qui deputat eam in re nullius pretij*
Deſidere totum diem. *conſumẽdam.¶ Fruſtra vbi totum deſedi diem.} Deeſt Illuc, vt, ſit, Illuc, vbi fruſtra totum deſedi diem.¶ Totum deſedi diẽ.} Nota accuſatiuo caſu vſum eſſe.¶ Myconium hoſpitem dum expecto.} Memoriter & vigilanter ſeruus Myconium hoſpitem & Callidemidem dixit: ne videretur negligẽtia, vel obliuione ſua non inueniſſe ad quẽ miſſus eſt.¶ Myconium hoſpitem.} Bene oſtendit ſe memorem & ſignorum & nominum, vt videatur verè illuſus cùm operam dederit.¶ Itaque ineptus.} Moraliter additũ ineptus.* Ineptus. *Et ineptus, quaſi inaptus.¶ Adoleſcens dic dum quæſo.} Vernaliter & comicè ſeipſum ſeruus imitatur. & eſt μίμησις.¶ Es tu Myconius?} Nã vt tria mandata ſunt inquirẽda, tria inquiſita ſunt ordine.¶ Omnes negabant.} Bene tranſit à μιμητικῷ ad διηγηματικὸν, & συντόμως.¶ Neque enim quenquam eſſe arbitror.}* Quiſquã. *Id eſt non puto eum eſſe in mũdo.¶ Iam pudebat.} Sedere, an interrogare?¶ Ab noſtro affine exeuntem video?} Satis moraliter inducitur ſeruus dicere ab noſtro affine: cùm domini eius ſit, non ipſius. Sic & prius, Noſter ſocer video venit. pro, Pamphili ſocer.¶ Exeuntem video?} Doctè poëta præmonſtrat locuturam perſonam.¶ Quid huic hîc eſt rei?} Rurſus curioſus nihil ſciturus eſt: & excurſurus piger.¶ Parmeno opportunè te offers.} Attendendum quòd ab initio comœdiæ vſq; ad finem Parmeno mittitur vt currat: & celatur, vt neſciat quod curioſè deſiderat.¶ Properè curre ad Pamphilum.} Facetè poëta inde incipiẽtem facit, quod ille minimè vult, dicendo, Curre.¶ Quid eò?} Id eſt ad Pamphilum.¶ Ad te?} Vide curioſum nõ recuſare laborem, quo cauſam ſciat.¶ Ad te?}* Ad tè. *Non ad te conueniendam: ſed domũ, Ad te ſignificat.¶ Imò ad Philumenam.} Mirè tota fabula inuenit quamobrẽ currat Parmeno.¶ Quid rei eſt?} Totum pro perſona.¶ Tua quod nihil refert, percontari deſinas.} οἰκονομικῇ διανοίᾳ. et eximiè dixit, quaſi minus ſit iniurium prohibere interrogare, quàm interroganti non reſpondere. Et memento hanc eſſe, cui in principio nihil celauerit Parmeno.¶ Nihil aliud dicã?} Vult rem per mandata colligere.¶ Etiam cognoſſe annulum illum Myrrhinam.} Etiam, aduerbiũ eſt, vel con*Etiam. *ſentientis, vel reminiſcentis: ſed magis reminiſcentis modò. Sic Cicero, Etiam, quod penè præterij, capella quædã eſt mirè facta.¶ Scio.} Non audio, inquit: ſed ſcio.¶ Sed ceſſas?} Hoc eſt tardas &* Ceſſare. *quieſcis. vrget autẽ cũ curſu.¶ Minimè equidẽ.} Ceſſo ſubauditur.¶ Poteſtas haud data eſt.} Ceſſandi ſcilicet. Ita curſando atq; ambulando.} Eſt enim curſus & na-* Curſus. *uigãtis, & equitãtis.¶ Quatam obtuli aduentu meo.} Reliqua pars argumẽti per μονῳδίαν narratur.¶ Quot commodas res attuli?} Quot,* Affero res commodas. *tã multas. Et more ſuo Attuli dixit.¶ Quot autẽ ade-* Adimo curas. *mi curas?} Sic antè, Vt metum, in quo nunc eſt, adimã: atque expleam animũ gaudio.¶ Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?} Hæc omnia admirãtis ſunt. vt Virgilius, Quis nouus hic noſtris succeſſit ſedibus hoſpes?¶ Gnatum ei reſtituo, &c. δι' ἐξαείθμησιν.¶ Reddo.} Redditur nobis, quod noſtri cupidũ eſt: Re-* Reddo. *ſtituitur nobis, cuius cupidi* Reſtituo. *ſumus. Bene ergo gnatum reſtituo, vxorem reddo.¶ Qua re ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit.} Ergò*

Denique hercle iam pudebat: abij. ſed quid Bacchidem
Ab noſtro affine exeuntem video? quid huic hîc eſt rei?
B. Parmeno opportunè te offers: properè curre ad Pamphilum.
P. Quid eò? B. dic me orare vt veniat. P. ad te? B. imò ad Philumenam.
P. Quid rei eſt? B. tua quod nihil refert, percontari deſinas.
P. Nihil aliud dicam? B. etiam, cognoſſe anulum illum Myrrhinam
Gnatæ ſuæ fuiſſe, quem ipſus mihi olim dederat. P. ſcio:
Tantúmne eſt? B. tantum: aderit continuò, hæc vbi ex te audierit.
Sed ceſſas? P. minimè equidẽ: nam hodie mihi poteſtas haud data eſt:
Ita curſando, atque ambulando totum hunc contriui diem.
B. Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie!
Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!
Gnatum ei reſtituo, qui penè harũ ipſiúſque opera periit:
Vxorem, quam nunquam eſt ratus poſthac ſe habiturum, reddo:
Qua re ſuſpectus ſuo patri, et Phidippo fuit, exolui:
Hic adeò his rebus anulus fuit initium inueniundis.
Nam memini abhinc menſes decem ferè ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum,
Cum hoc anulo: extimui ilico: mi Pamphile inquam amabo,
Quid exanimatus es obſecro? aut vnde anulum iſtum nactus?
Dic mihi. ille alias res agere ſe ſimulare: poſtquam id video,
Neſcio quid ſuſpicarier, magis cœpi inſtare vt dicat.

non vnum beneficium, ſed tria ſunt. ¶ Exolui. } Variauit tempora, reſtituo, reddo, exolui. ¶ Nam memini abhinc menſes decem. } Menſes decem dixit, & rectè, vt de hoc peperiſſe demonſtret. *Nocte prima.* ¶ Nocte prima. } Primis partibus noctis, vel primore: vt, Vidimus obſcuris primã ſub vallibus vrbem. ¶ Confugere anhelantẽ. } Ex his argumentis poteſt colligi, hũc eſſe qui virginem vitiauerit. ¶ Confugere anhelantẽ. } Vide ſigna coniecturalia. quòd confugere vidit, timebat: quòd anhelantem, colluctatus fuerat: quòd domum, celari volebat: quòd ſine comite, pudendum fuerat facinus: quòd vini plenum, temerarium: quòd anulũ habebat, partũ indicat. Vides igitur his indiciis vt virginẽ apparet vitiatã. *Mi. Amabo.* ¶ Mi Pamphile inquã amabo. } Hæc blandimenta ſunt muliebria. ¶ Quid exanimatus es obſecro? aut vnde anulũ nactus? } Principalia ſigna vitij illati, perturbatio & anulus. ¶ Quid exanimatus es obſecro? aut vnde anulum iſtũ nactus? } Breuitati conſuluit Terent. nã in Græca hæc aguntur, nõ narrãtur. *Simulare.* ¶ Simulâre. } Fingere, ac pro vero falſum tradere. ¶ Ille alias res agere ſe ſimulare. } Id eſt alias res agentẽ ſe fingere. pudebat enim amicæ de alterius ſtupro fateri: & ei amicæ, quam tũ deperibat. *Neſcio qd.* ¶ Neſcio quid ſuſpicarier: } Pro aliquid. ¶ Homo ſe fatetur vi in via virginẽ neſcio quam compreſſiſſe. } Bene additum homo. Et oratoriè Neſcio quam. ex quo dicto omnis error eſt natus: nã appone nomẽ, & nulla fabula eſt. ¶ Neſcio quam. } Vel quia verè neſciebat: vel quia ſic dicendum fuit, ne amare illam videretur. ¶ Hæc tot propter me gaudia. } Incluſit narrationem fabulæ more ſuo: ne hæc in futuro actu expectarem°. ¶ Et ſi hoc meretrices aliæ nolunt. } Color neceſſarius à veriſimili. Sẽ enim alibi dixiſſe, Bonas matronas facere, meretrices malas: meminit. ¶ Ego, dum illo licitũ eſt. } An meruerit Pãphilus. *In rem.* ¶ Neq; enim eſt in rẽ noſtram. } In rem, in vtilitatem, id eſt pro commodo. *Incõmodè mihi euênit.* ¶ Incõmodè mihi nuptiis euênit. } Sic dixit, quemadmodum dicimus, Ei malè euênit, aut bene ei cõtigit. ¶ Nuptiis. } Deeſt Ex. vt ſit, Ex nuptiis. ¶ Incommodè mihi nuptiis euênit. } αὐθυποφορά. Et eſt ordo, Incommodè mihi euênit ex nuptiis. & incommodè, pro incommodo. ¶ Factum, fateor. } αὐθυποφορά. ¶ Ne id meritò mihi eueniret. } Ergo hæc dolemus quæ meritò contingunt. *Doleo.* ¶ Multa ex quo fuerint commoda eius. } Ratio cur noua omnia fiant, & contra officium meretricis. ¶ Multa ex quo fuerint commoda eius, incommoda æquum eſt ferre. } Hoc eo tractu vocis & ea æquanimitate dicendum, quale in Adelphis: Quando eum quæſtum occeperis, accipienda & muſſitãda iniuria eſt adoleſcentium.

*ADRIA. BARL.* Deputat. } Exiſtimat, cenſet, iudicat. Tota fabula ſeruus & piger, & curioſus inducitur. *Deputo.* ¶ Myconium hoſpitem dum expecto in arce. } Meminit ſignorum & nominum: & verè deluſus videtur, cùm laborauerit, vt hominẽ inueniret, qui nuſquã erat. ¶ Ab noſtro affine. } Ab heri mei Pãphili affine. ¶ Quid huic eſt hic rei? } Curioſus eſſe pergit. nihil tamẽ ſciet eorum quę celãda ſint. ¶ Properè curre. } Tota comœdia amandatur, & currit Parmeno, vt neſciat quod curioſè deſiderat. ¶ Properè curre. } Facetè ad pigrũ Parmenonem Bacchis dicit, Properè curre. Piger enim à nulla re æquè abhorret, atq; à curſu, & obeundis herilibus negotiis. ¶ Etiã cognoſſe. } Hic etiã aduerbiũ reminiſcentis eſt. Ita & Cicero. *Etiam.* Etiam.

Homo ſe fatetur vi in via virginem neſcio quam compreſſiſſe:
Dicitque ſeſe illi anulum, dum luctat, detraxiſſe:
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modò me habentem.
Rogat vnde ſit: narro omnia hæc: inde eſt cognitio facta
Philumenam eſſe cõpreſſam ab eo, & filium inde hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe lætor:
Etſi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim eſt in rem noſtram,
Vt quiſquam amator nuptiis lætetur. verùm ecaſtor
Nunquam animum quæſti gratia ad malas adducam partes.
Ego, dum illo licitum eſt, vſa ſum benigno, & lepido, & comi:
Incommodè mihi nuptiis euênit: factum, fateor:
At pol me feciſſe arbitror, ne id meritò mihi eueniret.
Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum eſt ferre.

*Etiam, quod penè præterij, inquit, capella quædam eſt mirè facta. Quem locum Donatus etiam citat. ⟦Quantum obtuli aduentu meo.⟧ Hîc non ſine verborum apparatu ſua in Pamphilum beneficia commemorat Bacchis. ⟦Ab hinc menſes decem.⟧ Tempus addit, vt ex Pamphilo peperiſſe demonſtretur. ⟦Confugere anhelantem.⟧ Signa coniecturalia ſunt, de quibus lege rhetorica ad Herennium. Quos libros equidem dignos cenſeo qui euoluantur ab eloquentiæ ſtudioſis. An Ciceronis ſint, aliorum eſto iudicium. Sabellicus prægrandem edidit epiſtolam in qua hoc opus tanquã ſubdititium M. Tullij familiæ eximere contendit. ⟦Confugere anhelantem.⟧ Vide ſigna patrati facinoris. Timore fugiebat. Ex colluctatione anhelabat. Ad me domum fugit, quia factum celare volebat. Nemine comitatus venit, pudẽdum enim facinus erat. Vini plenus venit: Temeritas ergo huc impulerat. Annulum habebat, tunc vitij oblati, & nunc partus indicem. ⟦Alias res agere ſe ſimulare.⟧ An quòd fateri pudebat amiculę, quòd cũ alia rem habuiſſet? ⟦Neſcio quã.⟧ Hinc omnis natus eſt error. Dic nomen, & nulla eſt fabula.*

Lucto, luctas. *⟦Dum luctat.⟧ Pro luctatur, Nonio teſte. ⟦Incommodè mihi nuptiis.⟧ Subaudi ex, vt ſit ex nuptiis. ⟦Multa ex quo fuerint commoda.⟧ Huic ſimile eſſe Donatus ait, quod legitur in fratribus: Quando eum quæſtum occeperis, accipienda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt.*

LATOMVS.

*Argumentum. Mittitur Parmeno ad Pamphilum, quæ eſt œconomia ad ſequentem ſcenam: & Bacchis quid intus actum ſit, ſpectatori indicat. E'ſtque hæc cataſtrophe fabulæ. ⟦Aedepol næ.⟧ Redit Parmeno iratus, quòd à Pamphilo deluſus ſit. ⟦Adoleſcens dic.⟧ Proſopopœia facetè exprimens ludificationem ſeruuli. ⟦Quid rei.⟧ Attende curioſitatem. ⟦Quantam obtuli.⟧ Hæc ad ſpectatores Bacchis. ⟦Nam memini.⟧ Narrat partem argumenti. ⟦Dum luctat.⟧ Pro luctatur. ⟦Hæc tot prop.⟧ Concludit narrationem, & factum ſuum probat. ⟦Ego, dum.⟧ A meritis. ⟦Incõmodè.⟧ Antipophora.*

PETRVS MARSVS.

*Aedepol.⟧ Glorĩantem meretricem, & de ſuis beneficiis exultantem, hæc ſcena exprimit. Quod quia ab hominibus qui in decoro vitæ verſantur, fieri non decet, rectè meretrici adſignatum eſt. Leuis enim animi & pudoris vacantis indicium eſt, ait Seneca, iactare, quod beneſeceris merenti. Ariſtot. interrogatus, quo pacto beneficium violaretur, dixit, ſi demerenti te iactaueris. ⟦Tua quod nihil intereſt percõtari deſinas.⟧ Hac ſententia ſolet dici in nimium curioſos alienarum rerum, qui ea gaudent exquirere, quæ nihil ad eos pertinent. ⟦Dũ luctat.⟧ Antiquè dictũ pro luctatur.*

RIVII CASTIG.

*Qui ob rem nullam miſit fruſtra, vbi totum &c.⟧ Fruſtra, pertinet ad proximè ſequentia, quod ex interprete colligitur: Deeſt, inquit, illuc, vt ſit, Illuc, vbi fruſtra totum deſedi diem. Leue hoc, ſed nõ tamen diſſimulandum. ⟦Dicitque ſeſe illi annulũ, dum luctat, detraxiſſe.⟧ Sunt qui legẽdum putent luctatur: ſed & alterum illud placet, vt ſit.* Lucto, luctas. *ἀρχαϊσμός. Veteres enim actiua voce in hoc verbo vſos fuiſſe interdũ, teſtatur Marcellus, inter alia hoc etiam è Terẽtio exemplũ ſubiiciens. Plautus: Quid multa verba? plurimum luctauimus. Idem in Trinummo: Cum hiſce ærumnis deluctauit. pro deluctatus eſt.*

GLAREANVS.

*XVII. primi huius ſcenæ verſus ſunt trochaici tetrametri catalectici. In quorum primo ædepol ſuo more ponit. In tertio verſu, Myconium ita poſitum vides, vt tres primæ ſyllabæ faciant pedem: Si o breue eſt, tribrachyn. Sin longum fuerit, vt haud dubiè paulò pòſt in quinto eſt verſu, amphibrachyn. In nono d, eliditur in Quid. In duodecimo trochæus primo eſt loco, in ſecundo creticus, niſi Tua monoſyllabũ faciamus. a enim longum eſt. In XIIII. amphibrachys ſecundo loco eſt, niſi Sua monoſyl. fuerit. In XV. Audierit legendum abſque ſyncope. Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie?⟧ Sequentes omnes ſunt iambici tetrame. catalectici. In codice Aldi τὸ hodie ad ſecũdum verſum perperam adpoſitum erat. In quinto verſu creticus eſt loco tertio. In XII. s, eliditur in Mage In decimotertio, Virginem verbum abundat, nec ſenſus deſiderat, nec carmen ſuſcipit, & Donatus non legit, haud dubiè à ſciolo quopiam in contextum poſitum. In decimoſexto, Luctat legẽdum puto, & Seſe geminandum, ita non eſt opus Annulum diſyllabum facere, quod exiſtimarunt quidam. In vltimo Eius monoſyllabum eſt.*

# ACTVS V. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

PAmphilus multo gaudio perfunditur ex cognitione annuli, quem olim dederat Bacchidi. Eiuſdem mirificè laudatur vxor.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac vltima ſcena Pamphilus tanto ex rerum geſtarum renuntiatione perfunditur gaudio, vt præ nimio affectu à Parmenone tam opportuna nuntiante, neutiquam ad credendum perſuaderi potuerit, niſi eadem illa Bacchis quoque eius amica quamblandè confirmaret. Hæc deinde Pamphili vxoré mirificè laudat, ſimúlque conſuetudinem illam frequentem, vltro citróque habitam, omnibus vſque celandam eſſe vterque cenſet. Poſtremò per facetam & iucũdam Parmenonis ſententiam, Comœdiæ finis imponitur. ADDITIO. Equidem plus ho. &c. Donatus, & alij hoc dictum meretricis abeuntis potius, quàm Parmenonis eſſe céſet. quod nobis minimè quidem videtur conuenire, cũ alias ob cauſas, tum quòd paulo ſuperius Parmeno ex Pāphilo percontatur, liceátne ſibi ſcire quidnam ſit, ſi quid boni fecerit: ex quo liquidò conſtat, ipſum hoc imprudentem feciſſe: præterea hic ſeruus per totam Comœdiam, tametſi curioſus, omnium tamen rerum gerendarũ ignarus introducitur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Cataſtrophe fabulæ totius.

*Tetrametri & pauci Trimetri.*

PAMPHILVS, PARMENO, BACCHIS.

VIDE *mi Parmeno etiam ſodes, vt mihi hæc certa, & clara attuleris,*
*Ne me in breue hoc coniicias tempus gaudio hoc falſo frui.*
PAR. *Viſum eſt.* PAM. *certóne?* PAR. *certè.* PAM. *deus ſum, ſi hoc ita eſt.* PAR. *ve-*

DONAT.

*Vide mi Parmeno etiam ſodes, vt mihi hæc certa.} Bene hæc repetit. verum eſt enim, vt quod miſerè cupimus, id etiam tardius credamus effectum. Sic & in Heauton. Ego vereor magis.* ¶ *Mane dum.} Dum abundat.* ¶ *Sic te dixiſſe opinor.} Miro affectu inducitur vix adduci ad credendũ quod gaudet Pāphilus.* ¶ *Ita inquã.} Quaſi, iam antè faſſus, dico.* ¶ *Quis me eſt fortunatior, venuſtatíſque adeò plenior?} Ob beneficia Veneris. Cuius cõtrarium inuenuſtus, cui contrà reciderit quod amat.* ¶ *Quid donẽ? quid, quid neſcio.} μεταλλησμός. vt, Pelagine venis erroribꝰ actus? An monitu diuûm? an, quæ te fortuna fatigat, Vt triſtes ſine ſole domos, loca turbida adires?* ¶ *Nam neque in nuntio.} Magis ſcire vult, quàm munus accipere.* ¶ *Nam neque in nuntio, neque in me ipſo boni quid ſit, ſcio.} Facetè agit Terentius. quanto magis Parmeno curioſus eſt, tãto magis neſcit illa quæ cupit.* ¶ *O Bacchis, ô mea Bacchis. ſeruatrix mea.} Bene additum eſt ſeruatrix mea. Et mea quod ſuprà dixit, amatoris eſt.* ¶ *Factus vt credam facis.} Difficile enim erat credere his rebus gaudere meretricẽ.* ¶ *Vt voluptati obitus.} Obitus, occurſus. Ob enim, ſignificat contra. Ergo obitus, aditus. legitur &, voluntate obitus.* ¶ *Obitus, ſermo, aduentus tuus.} Inter obitũ et aduentũ hoc intereſt, quòd obitus eſt, quẽ caſus affert: aduẽtus, quẽ voluntas, & deſtinatus locus.* ¶ *Túne mihi iſtuc?} Quia blãdimẽtum magis meretricium eſt.* ¶ *Nunquam ante hũc diem meis oculis eam, quod noſſẽ, videram.} Hoc eſt, nũquam ſic videram, vt eam noſſem.* ¶ *Quod noſſem.} Id eſt quod meminiſſem, quod ſcirem: ac per hoc nunquam videram. vt alibi, Non equidem iſtuc, quod ſciam.* ¶ *Dic verum.} Bene inſtanter ex meretrice quærit, quid de forma vxoris ſentiat. ſcit enim hãc iudicẽ eſſe pulchritudinis poſſe: vel quòd fœmina, vel quòd æmula.* ¶ *Num quid.} Num aliquid. acuendum ergo Quid.* ¶ *Neque opus eſt adeò mutito.} Vel tenui dicto.* ¶ *Non fieri hoc itidem, vt in comœdiis.} Mirè: quaſi hæc comœdia nõ ſit, ſed veritas. Aut deeſt, Aliis.* ¶ *Vt in comœdiis.} Deeſt Fit.* ¶ *Omnia omnes vbi reſciſcunt.} In fine enim comœdiæ nihil cuiquam celari ſolet.* ¶ *Hîc quos par fuerat.} Hîc, in hac comœdia, aut in hac re. Reſcire, eſt recognoſcere, & vix inuenire quod quis neſcierit.* ¶ *Neque reſciſcẽt, neque ſcient.} Reſciſcunt, ad quos pertinent: et reſciſcunt, qui neſciunt: Sciũt, qui negligunt. Et reſciſcimus ex alio: Scimus etiam per noſtram opinationem.* ¶ *Here, licétne me ſcire ex te?} Ridiculè inſtat ſcire, ignoraturus Parmeno.* ¶ *Egóne hunc ab Orco mortuum?} Verba ſunt cogitantis. ideo & ἐλλειπτικῶς loquitur.* ¶ *Neſcis Parmeno.} Addidit ſtimulos curioſitati eius.* ¶ *Imò verò ſcio, neq; hoc imprudens feci.} Rectè. paruum enim beneficij meritum, ſi ab imprudẽte præſtitum videatur.* ¶ *Temerè quidquam Parmenonẽ prætereat.} Quòd interdum non temerè prætereat quod habet faciendi neceſſitatem.* ¶ *Temerè quidquam Parmenonẽ prætereat.} Sibiipſi hoc dicit, & ſe nominat: vt, Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Et, Age nunc: Phormionem qui volet, laceſſito.* ¶ *Temerè quidquam.} Vtrum hoc dicit, Nõ temerè, neque per imprudentiam geritur, quicquid vtile eſt. an hoc dicit, Nihil poteſt tranſire temerè, quod vtile factu eſt, quin gratiam ſui habeat? An hoc dicit, An quicquam Pamphilus prætereat temerè: ita vt non remuneret bonum factũ Parmenonis, quod ſibi vtile fuerit? Et conuenit hoc dictum meretrici abeunti.* ¶ *Feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem vnquam.} Quia non conuenit ſeruo ſcienti rectè facere, bene addidit imprudenti ſibi eueniſſe, vt bene faceret: quod prudens nunquam fecerit.* ¶ *Imprudens quàm ſciens.} ἀντίθετον ſecundum*

Mane dum. Dum. Venuſtus. Inuenuſtus. Mea. Obitus, pro occurſu. Ob. Aduentus. Quod noſſem. Quid. Mutito. Reſcire. Scio. Temerè. Imprudens

ſecundum. nam imprudentem ſcienti reddit, non prudentem.

ADRIA. BARL.

*Vt mihi hæc certa, et clara attuleris.* ⁒ Quod miſerè cupit, tardius credit. ⁋ *Sic te dix. opi.* ⁒ Vix inducitur vt credat, quod gaudet ⁋ *Inueniſſe Myrrhinã Bacchidem annulum ſu. habere.* ⁒ Amphibologia eſt. ⁋ *Venuſtatíſque adeò plenior.* ⁒ Ob veneris beneficia. Cõtrà dixit ille in Andr. Pamphilus inuenuſtũ ſe, qui ducere vxorem iuberetur, quam non amabat. ⁋ *Qui ab Orco mortuũ me.* ⁒ Amplificatio beneficij eſt. ⁋ *Sinam ſine munere à me abire.* ⁒ Sine munere id eſt abſque euangeliis. Nam Euangelia. Græci euangelia neutro genere, & pluraliter dicebant mercedẽ allati iucundi nuntij. Cic. ad Atticum. O ſuaues duas epiſtolas, quibus euangelia deberi fateor. ⁋ *O bacchis, ô mea Bacchis.* ⁒ Sermo amatorius eſt. ⁋ *Antiquámque adeò tuam venuſtatẽ obtines.* ⁒ Encomiaſticum orationis genus. ⁋ *Obitus.* ⁒ Occurſus. Ob enim contra ſignificat. Hoc differunt Obitus. Aduentus obitus, et aduentus, quòd obitum caſus, aduentum voluntas, & deſtinatus adfert locus. ⁋ *Dic verũ.* ⁒ Bene rogatur de forma meretrix. poteſt enim melius de hac re iudicare, vel quòd fœmina, vel quòd æmula ſit. Ita Donatus. ⁋ *Vt in comœdiis.* ⁒ Mirè hoc dictum, quaſi hæc comœdia non ſit, ſed ipſa veritas. vel dic deeſſe, aliis: vt ſit, in aliis comœdiis, vbi nihil vnquã celari ſolet. ⁋ *Ex* Ex ſentẽtia *ſententia.* ⁒ Ex voluntate, ex deſiderio, quod linguæ Romanæ corruptores iſti ad votum dicunt. Præter ſententiam autem id eſt quod contra voluntatem, vel deſiderium. ⁋ *Neſcis Parmeno.* ⁒ Parmenonis curioſitati ſtimulus additur. ⁋ *Neque hoc imprudens feci.* ⁒ Rectè hoc. Paruum enim, authore Donato beneficij meritum, ſi ab imprudente præſtitum videatur. ⁋ *Feci imprudens.* ⁒ Nimiſquam bene & hoc eſt additum. Haud enim cõuenit ſeruum ſcientem rectè facere.

rum reperies.

PAM. Mane dum ſodes: timeo ne aliud credam, atque aliud nunties.

PAR. Maneo. PAM. ſic te dixiſſe opinor, inueniſſe Myrrhinam

Bacchidem anulum ſuum habere. PAR. factum. PAM. eum, quem olim ei dedi:

Eáque, hoc te mihi nuntiare iuſſit: itáne eſt factum? PAR. ita inquam.

PAM. Quis me eſt fortunatior, venuſtatíſque adeò plenior? egóne te

Pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? neſcio. PAR. at ego ſcio.

PAM. Quid? PAR. nihil enim: nam neque in nuntio, neque in me ipſo boni quid ſit, ſcio.

PAM. Egóne qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,

Sinam ſine munere abire à me? ah nimium me ingratum putas.

Sed Bacchidẽ eccam video ſtare ante oſtium:

Me expectat credo. adibo. B. ſalue Pamphile.

PAM. O Bacchis, ô mea Bacchis, ſeruatrix mea.

B. Bene factum, & * volupe eſt. PAM. factis vt credam facis:

Antiquámque adeò tuam venuſtatem obtines

Vt * voluptati obitus, ſermo, aduentus tuus, quocunque adueneris,

Semper ſiet. B. at tu ecaſtor morẽ antiquum, atque ingenium obtines,

Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quiſquam blandior.

PAM. Ha ha he, túne mihi iſtuc? B. rectè amaſti Pamphile vxorem tuam:

Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quòd noſſem, videram:

Perliberalis viſa eſt. PAM. dic verum. B. ita me dij ament Pamphile.

PAM Dic mihi, harum rerũ num quid dixti iam patri? B. nihil. PAM. neque opus eſt

Adeò mutito: placet non fieri hoc itidem, vt in comœdiis,

Omnia omnes vbi reſciſcunt: * hîc, quos par

LATOMVS

*Argumentum.* Lætitia Pamphili ob patefactum errorem in Philumenam. ⁋ *Viſum eſt.* ⁒ Refertur ad dictũ Pamphili, vide. ⁋ *Quis me fortu.* ⁒ Exclamatio lætantis. ⁋ *Pro hoc.* ⁒ Hoc totum cum geſtu pronuntiandum eſt. ⁋ *Egóne qui.* ⁒ Hyperbole. ⁋ *Obitus.* ⁒ Occurſus. ⁋ *Rectè amaſti.* ⁒ Honeſta commendatio, ad conciliandam gratiam coniugũ. ⁋ *Placet non.* ⁒ Id eſt, non placet hîc omnia reuelari ſicut in cæteris comœdiis, nẽpe Philumenam ante nuptias cõpreſſam fuiſſe. ⁋ *Here.* ⁒ Rurſus exprimuntur Parmenonis mores. ⁋ *Egóne hunc.* ⁒ Eſt memor dicti Pamphili, & eſt eclipſis. ⁋ *Imò verò.* ⁒ Simulat ſe ſcire, vt ad indicãdum prouocet. ⁋ *Ego iſthuc.* ⁒ Ironia. ⁋ *Equidẽ plus.* ⁒ Hoc ad ſpectatores.

PETRVS MARSVS

*Vide mi Parmeno.* ⁒ Quã immodicus affectus inſperatum & ſubitũ gaudium ſit, & lætitia ex lõgioribus doloribus & animi perturbatione, hac ſcena exprimitur. Et quæ inſperata ſunt, cùm nuntiantur, non facilè admodum fidem inueniũt, nec creduntur. Hos ſequuntur pauor, difficultas, & deſperationes. Gaudium autem comitem habet, vt ait Seneca libro II. de ira, exultationẽ, exultatio tumorem, & nimiam æſtimationem ſui. Cicero gaudium putat eſſe af- Gaudium. fectionẽ animi alicuius præſentis boni opinione conceptam, ſed tãtummodo in interioribus, hoc eſt, animo & mente ſedem habere. Læti- Lætitia. tiam verò etiam in externis geſtibus redundare, & hominem externum occupare. ⁋ *Deus ſum.* ⁒ Hoc eſt, fortu- Deus ſum. natiſſimus, feliciſſim⁹: quòd

*volup

*voluntate

*hi

*fuerat reſciſcere,*
*Sciunt: quos non autem ſcire æquũ eſt, neque reſciſcent, neque ſcient.*
B. *Imò etiam hoc quî occultari poſſe facilius credas, dabo:*
*Myrrhina ita Phidippo dixit, iuriiurando meo*
*Se fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum.* PAM. *optumè eſt:*
*Speróque hanc rem eſſe euenturam nobis ex ſententia.*
PAR. *Here, licétne me ſcire ex te, hodie quid ſit quod feci boni?*
*Aut quid iſtuc eſt, quod vós agitis?* PAM. *non licet.* PAR. *tamen ſuſpicor:*
*Egóne hunc ab Orco mortuum? quo pacto?* PAM. *neſcis Parmeno*
*Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna me extraxeris.*
PAR. *Imò verò ſcio, neque hoc imprudens feci.* PAM. *ego iſtuc ſatis ſcio.*
PAR. *An temerè quidquam Parmenonem prætereat, quod facto vſus ſit?*
PAM. *Sequere me intrò Parmeno.* PAR. *ſequor. equidem plus hodie boni*
*Feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem vnquam.*

PLAVDITE.

*deorũ vita beatiſsima vulgo habeatur.* ⁋ *Orco.* ⸗ *Orcus; Pluto & infernus.*

RIVII *caſtigatio.*

*Venuſtatiſque adcò plenior.* ⸗ *Marcellus legit, venuſtatiſque adeò plenior. quod ne vitium eſſe exemplaris ſuſpicêre: Vetuſtas, inquit, & antiquitas vel felix vel ſapiẽs vel manſueta eſt habita: mox ſubiicit hoc ex Terentio exemplum, quo id comprobet. Sed eſt, opinor,* μνημονικὸν ἁμάρτημα. *Nã ex Donato liquet conſentientibus cunctis exemplaribus, legendum eſſe venuſtatis: quod & ſenſus expoſcit. Donatus hoc loco: Quis me eſt fortunatior, venuſtatiſq; adeo plenior? Ob beneficia, inquit, Veneris: vt cõtrà inuenuſtus, cui contrà reciderit quod amet. Terentius in Andria: Adeón' hominem eſſe inuenuſtũ aut infelicem quẽquam, vt ego ſum?* ⁋ *Sinam ſine munere abire?* ⸗ *In Haſſenſteniano atque item altero quodam erat, à me abire: quo modo ex impreſsis Venetum, Lugdunenſe, alia pleraque. Quòd niſi metri ratio id poſceret, videri poterat ab interprete quopiam adiectum: Nunc cùm vix aliter conſtet verſus, addendum omnino puto.* ⁋ *Hi quos par fuerat reſciſcere.* ⸗ *Sic quidẽ vulgo. Nos, Hîc quos par fuerat &c. quo modo manuſcriptum exemplar, nec aliter Donat. cuius verba ſunt: Hîc, in hac comœdia, aut in hac re. Vocum ſimilitudo errori anſam præbuit, obſecundante præſertim ſenſu.*

GLAREANVS.

*In huius Scenę primis decẽ verſibus ingẽs difficultas eſt à nemine adhuc bene diſcuſſa. ipſe etiam vehemẽter nutito. Sed aggrediamur bonis auibus. Lector audaciã noſtrã boni conſulat. dabimus ſaltem occaſionem aliis diligẽtius ea exactiúſque conſiderandi. Primus verſus iambicus eſt tetrame. catalecticus, in cuius primo loco anapæſtus eſt, correpta e in Vide, niſi bacchium quis malit. Secundo loco dactylus eſt, tertio ſpondeus, videlicet vt ita legamus verſum,*

*Vide mi Parmeno, ſodes etiam, vt mihi hæc certa & clara attuleris.*

*Ita Mihi monoſyllabũ totum eliditur. Quatuor deinde ſunt iambici tetrametri acatalect. In quorum ſecundo Certón' legendum, & Deus monoſyllabum, niſi bacchiũ loco quarto conſtituamus. In quinto loco ſpondeus eſt. Nam ita poſt Eſt legendum. Hactenus non magnopere diffido quin bene de his quinque conſtet ratio. At de ſequentibus quinque valde hæreo, dicam tamẽ quod ſentio. Sextus huius ſcenæ verſus trochaicus eſt catalecticus tetrame. Septimus iãbicus tetrame. catalecticus, ſed ita legendus,*

*Eáque hoc te nuntiare mihi iuſsit, ita eſt factum? P. ita inquam.*

*Quòd ſi legitur vt vulgò habent exẽplaria, erit trochaicus tetrame. acatalecticus, vt alibi diximus, ſed iambicum malim. Octauus eſt dimeter, vel trochaicus catalecticus, vel iambicus acatale. trochaicus ita,*

*Quis me eſt fortunatior?*

*Iambicus ita,*

*Quis eſt me fortunatior?*

*Nonus eſt iãbicus tetrame. acatalecticus, ita legendus,*

*Venuſtatíſque adeò plenior? Egóne te pro hoc nuntio.*

*Vt vel Ego ſecũdam habeat longam, vel Pro integrum maneat. Decimus eſt iambicus tetrame. catale. atq; ita legendus,*

*Quid donẽ? quid, q̃d neſcio P. at ego ſcio.* PAM. *quid?* PAR. *nihil enim. nam*

*Vndecimus eſt rurſus trochaicus tetrame. acatalect. quem ita lego,*

*Necque in nuntio, nec in me ipſo boni quid ſit ſcio.* *Necque, pro Neque.*

*Vt prima de Necq; poſitione producatur, vt reuera ex Nec & q; compoſitum eſt, & eo modo etiam Horatius poſuiſſe putatur, Necque polymnia. quanquam quid commentatores eo in loco dicant, me haud latet. Ego de hac re cum nemine certauero. Qui duo deinde ſequuntur, ſunt iambici tetrame. acatalectici.*

*Egóne qui ab Orco mortuũ me reducem in lucem feceris,*
*Sinam ſine munere à me abire? ah nimiũ me ingratum putas.*

*Qui deinde ſequuntur quinque, ſunt iambici ſenarij. In quorum vltimo vel Tuam monoſyllabũ eſt, vel creticus eſt loco tertio.* ⁋ *Vt voluptati obitus, ſermo, aduẽtus tuus, quocunq; adueneris.* ⸗ *Vndecim nunc ſequuntur iãbici acatalectici tetrametri. In quorum primo haud dubiè creticus eſt loco primo et quinto. quanquam in quinto loco Tuus monoſyllabum eſſe poterit. In tertio verſu h eſt conſonantis loco in Homo. nam quod præcedit m, non eliditur. In quarto legendum Ha ha hæ, tún' & Mihi monoſyllabum totum eliditur, aut creticus eſt loco ſecũdo. In quinto vel Meis et Eam ſunt monoſyllaba, vel tertio loco amphibrachys eſt, & loco quinto creticus. In ſexto verſu Dũ corripitur, non eliditur. In ſeptimo vel Mihi monoſyllabũ, vel creticus eſt loco primo. In*

Nutito. Mutito.

*mo. In octauo vel Nutito legi poteſt media correpta per n, vt ſit à Nuto frequentatiuum, vel Mutito, vt ſit à Mutio: ſic autem media producta fuerit. verſus vtrunque patitur. In nono creticus haud dubius loco primo eſt. Et Donatus Hîc legit, non Hi. at hoc nihil ad carmẽ. ¶ Myrrhina ita Phidippo dixit iuriiurando meo. § Sequũtur quinque trochaici tetra. catale. In quorũ tertio non eſt omittẽdum verbum Eſſe. In quarto vel Ne abiiciendum, vel, & (quod malim) creticus eſt loco ſecundo. Nã in hac ſcena creticis frequenter vſus eſt. Quod & ſequente verſu patet, vbi et loco primo & ſexto reſidet. et quanquam loco primo d, elidi poteſt, non tamen n, loco ſexto in Tamen. Sextus deinde ac tres ſequẽtes ſunt iambici tetra. acat. In quorum ſecũdo Me ante Extraxeris omittendum non eſt. In tertio creticus eſt locus primo & ſeptimo, quanquam ſeptimo s, elidi poteſt in Satis. In tertio à fine verſu, bacchius eſt loco quarto, & s, eliditur in Vſus. Poſtremi duo ſunt trochaici tetra. catal. quales in omnium comœdiarum fine huius Poëtæ. Omnes enim Terentij Comœdiæ ab iambicis ſenariis incipiunt, & in trochaicos tetr. catalecti. finiunt. quod ideo admonemus, quòd in quibuſdam codicibus ad vltimum verſum adnotatum reperimus, Senarius trochaicus. qui ſepararũt illud Plaudite, tanquam*

Plaudite.

*nihil ad carmen attinens, cũ verbum Plaudite carmen concludat in omnibus huius Poëtæ Comœdiis.*

# TERENTII PHORMIO.

## FABVLAE INTERLOCVTORES.

| | |
|---|---|
| *Phormio paraſitus.* | *Geta ſeruus.* |
| *Chremes ſenex.* | *Sophrona nutrix.* |
| *Demipho ſenex.* | *Dorio leno.* |
| *Phædria adoleſcens.* | *Hegio aduocatus.* |
| *Antipho adoleſcens.* | *Cratinus aduocatus.* |
| *Dauus ſeruus.* | *Crito aduocatus.* |

*Nauſiſtrata matrona.*

## PERSONARVM HVIVS FABVLAE etymon per Ioannem Theodoricum Bellouacum.

Phormio.

*PHormos φορμός, dicitur Latinè ſporta, cophinus, ſtorea. Phormion & Phormis φόρμιον καὶ φορμίς, Corbula. Phormiſci φορμίσκοι, Calathiſci, ſportulæ. Hinc Phormio paraſiti nomẽ, qui ſui ventris gratia nihil non agit, ſportularũ & lautioris cibi ſectator, cuius animuus nunquam non eſt in ſportis. nomen aptiſſimum paraſito, etymóque paraſiti pulchrè reſpondens. Donatus in huius fabulæ Prolegomenis, & rurſus in prologi commentariis, aliam affert etymologiam. Liberum eſto lectori, vtramlibet amplecti.*

Chremes.

*Chremes, ſenex, Demiphonis frater, idémque Phædriæ & Phaniÿ pater, Nauſiſtratæ præterea maritus. Etymon habes in Andr. & Eunuch. Niſi fortè dictũ putes à chremate, vt ſit opulento ſeni & auaro nomen aptum: quaſi negotioſum dicas, aut pecunioſum. vtrunq; enim τὸ χρῆμα ſignificat. χρημάτων appellatione, inquit Budæus, tam mobilia ſeſéq; mouentia, quàm immobilia continentur: quemadmodum apud Ciceronem & Iuriſconſultos pecuniæ vocabulo hæc omnia comprehenduntur. Fortunæ enim hominũ χρήματα ſic Grecè dicuntur ab vtilitate, vt Latinè bona & facultates. Hæc & plura Bud. Chrema tamen priorẽ producit, Chremes eandem corripit. Horat. in Arte: Iratúſque Chremes tumido delitigat ore.*

*Demipho, ſenex, Antiphonis pater. A rebus præclarè geſtis, quaſi dicas, Populo conſpicuus. Δῆμος, populus. φῶ, ſplendeo, luceo. Vel fortè Popularis loquutor, hoc eſt qui verba fundit popularia, id eſt plauſibilia, et grata populo, aut eiuſmodi quæ populus approbare debeat. Δῆμος enim populus eſt. φάω, & per craſin φῶ, loquor, dico: vnde φωνὴ, vox. Eſt & qui verba facit ad populum, & delıberat de rebus gerẽdis. Poteſt etiam interpretari Vir popularis. Nam Δῆμος eſt populus, φῶς autẽ vir, aut lumẽ, quaſi viri ſic claritas aut nobilitas: aut certè vir popularia et ſua comitate grata faciẽs.* Demipho.

*Phædria adoleſcens, Chremetis filius. A forma, ſpecie, & alacritate. Vide quæ ſcripſimus in Eunuch.* Phædria.

*Antipho, adoleſcens, Demiphonis filius. Ab occurſu, quòd obuius appareat. ἀντὶ, contra. φῶ, appareo. Sed nõ minus rectè verti poteſt Reluctans & renitens, ſemper cõtrarius ac refragans, ab ἀντὶ contra, & φάω facio. Patri enim reſiſtit in ducenda vxore, quam illo abſente duxit ſuaſu paraſiti.* Antipho.

*Dauus, ſeruus. Vide Spicilegium noſtrum in Andr. Daui, dicti ſunt & Daci, quorum patria hodie Vuallachia.* Dauus.

*Geta, ſeruus Antiphonis. Diximus in Andr. Getæ noſtro ſeculo Tartari dicuntur, & Scythæ.* Geta.

*Sophrona, nutrix. A modeſtia, & temperãtia. Habes ex nobis in Eunuch. ſed viſum eſt hæc addere. Sophron, ſóphronis, & Sóphrona, ſóphronæ, ex duabus dictionibus Græcis componuntur. σῶς idem valet quod ſaluus. Φρήν, φρενὸς, mens. Vnde & σωφρονέω verbum. Eſt igitur Sophron, ſanę mentis.* Sophrona.

*Dorio, Leno. Is eſt, qui acceptis muneribus nihil non facit. Qui ſic lenocinium exercet, vt non niſi captandis donis incumbat. A donis nomen habet. Δῶρον, donum.* Dorio.

*Hegio, aduocatus et iuriſconſultus. Diximus in Adelph.* Hegio.

*Cratinus, aduocatus. A potentia verborum, vel rerum. κράτος, potentia, robur. Qui dicendo vincit, & cauſam obtinet, ſeu in dicendo ſuperior eſt. κρατέω, vinco, prævaleo, ſum victor & ſuperior, victoriam obtineo. Accipitur et pro præſtare, id eſt antecellere.* Cratinus.

*Crito, aduocatus. Quòd controuerſiam dirimat. κριτής, Iudex, Arbitrator, Aeſtimator. κρίνω, Iudico, interrogo, examino, quæſtionem de aliquo habeo.* Crito.

*Nauſiſtrata, matrona, Chremetis vxor. A nomine ναῦς, id eſt nauis, cuius dandi caſus in numero multitudinis eſt ναυσί. Strata, à verbo στρώννυμι vel στρωννύω, quod ſternere ſignificat. Quemadmodum nauis (quę allegoricω̃s repræſentat rem publicam, & aliquãdo priuatam) ſternitur & proſtituitur recipiendis mercibus negotiatorum, ita matrona pro officio eſſe debet expoſita recipiẽdis & accuratè ſeruandis his bonis, quæ parta fuerint à marito. Vel fortè à verbo ναυσιάω, id eſt nauſeo, et nomine στρατιά id eſt militia, exercitus: quòd matronæ nauſeãt, id eſt oderint militiã ſeu bellũ.* Nauſiſtrata.

*Epidicazomenos ἐπιδικαζόμενος, id eſt petens hæreditatem controuerſam. ἐπιδικάζομαι, hæreditatem controuerſam peto. ἐπιδικασία, legis actio de hæreditate controuerſa.* Epidicazomenos.

## C. SVLPITII APOLLINARIS in Phormionem Periocha.

*CHremetis frater aberat peregrè Demipho,*
*Relicto Athenis Antiphone filio.*
*Chremes clàm habebat Lemni vxorem & filiam,*

*Athenis aliam coniugem, & amantem vnicè*
*Gnatum fidicinam. mater è Lemno áduenit*
*Athenas: moritur. virgo ſola (aberat Chremes)*
*Funus procurat. ibi eam viſam Antipho*
*Cùm amaret, opera paraſiti vxorem accipit.*
*Pater & Chremes reuerſi fremere: dein minas*
*Triginta dant paraſito, vt illam coniugem*
*Haberet ipſe. argento hoc emitur fidicina.*
*Vxorem retinet Antipho à patruo agnitam.*

ADRIA. BARL.

*Aberat peregrè.* ❡ *Variè vtuntur Latini hoc aduerbio. dicunt enim Abeſt peregrè. Venit peregrè. Proficiſcitur peregrè.* ❡ *Amantem vnicè gnatum.* ❡ *Habebat Phædriam filium qui vnicè fidicinã amabat.* ❡ *Emitur fidicina.* ❡ *Phædriæ adoleſcenti.*

*Peregrè abeſſe.*

## DONATI PROLEGOMENA IN *Phormionem Terentij.*

HAnc Comœdiam manifeſtum eſt prius ab Apollodoro ſub alio nomine, hoc eſt ἐπιδικαζόμενον Græcè ſcriptã eſſe, quàm Latinè à Terentio Phormionẽ. Quamobrem nulla dubitatio eſt, hanc ſolam eſſe cui nomen poëta mutauerit: & errare eos qui in hac Phormionem paraſitum putant à formula litis, quam intenderit, nominatum: cùm Græca lingua fiſcus ſparteus & ſtramen nauticum ſic dicatur: à cuius rei vel capacitate, vel vilitate, etiam ab Apollodoro paraſitus Phormionis nomine nuncupatur. Hæc igitur propriè tota motoria eſt, & in affectibus conſtituta penè maioribus, quàm comicus ſtylus poſceret: niſi quòd arte poëtæ omnia moderata ſunt. Primas in ea partes, vt ipſe poëta profeſſus eſt, tenet Phormio: ſecũdas Geta: tertias Demipho: ſubinde cæteri, prout cuiuſque actus oſtendit. Prologus Phormionis nimis concitatus eſt, adeò vt ipſe ſemet veluti reprehendat ob hanc ipſam peruicaciam, & ſimul argumentum ſuæ purgationis inducat. Atque in ea cùm & Protaſis, & Epitaſis, & Cataſtrophe magni moliminis & negotij ſint: ita variis leporibus aſperguntur, vt etiam rerum triſtium grauitatem poëta lepidus comica ſerenitate tranquillet. Hæc acta eſt ludis Megalenſibus, Lucio Cornelio Merula Aedili Curuli, & L. Poſthumio Albino: agentibus L. Caſſio Attilio, & L. Ambiuio: modos faciente Flacco Claudij filio tibiis ſerrannis, totáque deuerbiis facetiſſimis, & geſtum deſiderantibus ſcenicum, & ſuauiſſimis ornata cãticis fuit. Editáque eſt quarto loco, M. Valerio, & C. Fannio coss. Perſona etiam in huius protaſi nõ vna eſt, ſed duæ: quarum altera extra argumentum poſita eſt, cui narratur fabula: altera in argumento, quæ narrat fabulam. Argumentum quoque non ſimplicis negotij habet: nec vnius adoleſcentis, vt in Hecyra: ſed duorum, vt in cæteris fabulis. Scire autem conuenit vno die tranſigi Phormionem: non vt Heautontimorumenõ duobus. Prologus correptè ἀπὸ τοῦ προλέγειν dicitur, non productè ἀπὸ τοῦ προτολογεῖν. nam officiũ prologi ante actionem quidem rei ſemper eſt: veruntamen & poſt principium fabulę inducitur, vt apud Plautum in Milite glorioſo: & apud cæteros magnæ authoritatis veteres poëtas.

*Phormio vnde dictus.*

*Prologus vnde dicatur.*

ARGVMENTVM.

CVM Chremes Demiphonis frater adſcito ſibi ad fallaciam nomine, quo Stilphonem ſe dici fecerat, duas eodem tempore habuiſſet vxores, Athenis diuitem, pauperem Lemni: ex diuite ſuſtulit filium, qui dictus eſt Phædria: ex paupere furtim ſuſcepit atque educauit filiã, Phanium nomine, eámque conſilio cum fratre habito deſtinauit filio eius Antiphoni vxorem dare. Quibus complacitis, vno tempore profecti Athenis ſenes, Demipho in Ciliciam, Chremes Lemnum ad accerſendam filiam, quæ iam illinc cum matre nauigauerat, occaſionem dederunt amandi adoleſcentibus. Nam ſtatim Phædria Citharistriã ſub lenone cœpit ardere: Antipho illam filiam patrui Phanium deſponſatam ſibi, neſciens neſcientem, mox vt Athenas venit, nec patrem reperit falſa duplici eius nomine, matrem mortuam dum lamentatur, adamauit: conſilióq; & opera paraſiti, ſecundum leges Athenienſium, quaſi ſibi cognata eſſet, tanquam in iure victus & velut coactus, eam accepit vxorem per abſentiam patris. Qui cùm aduenisset, & vellet eam expellere: primò confutatur per impudentiã paraſiti. poſt cum ſuo fratre ſic decipitur, vt dum eam credit ab Antiphone poſſe diſiungi, eam paraſitus ipſe ducat vxorẽ: & det ducturo XXX. minas præſenteis dotis puellæ nomine, quas Phormio acceptas Phædriæ dedit: ille, lenoni ad Citharistriã redimẽdam. Quibus geſtis tãdem Chremes agnoſcit filiam ſuam coniunctam eſſe fratris filio. Quare dum mutato conſilio XXX. minas à Phormione per rixam conatur exigere: per eũdem proditus vxori ſuæ Nauſiſtratæ eſt: & factus libidinis reus, nõ antè veniam meruit à matrefamiliàs, quàm & XXX. minarum, & amoris Citharistriæ veniam dediſſet filio. Primus actus eſt in colloquio Daui & Getæ: per quos diſcidit populus argumentum. Secundi actus tenor continet aduentum ſenis turbulentum, et eiuſdem iurgium aduerſus Getam & Phædriam. Tertio actui attribuitur litigium ſenis & Phormionis. tum conſultatio cum aduocatis. tum Antiphonis in ſcenam reditus, colloquiúmque cum Geta. tum lenonis & Phædriæ colluctatio. tum adhortatio Getæ de inueniendo argento ad redimendam Phædriæ Citharistriam.

Quartum actum iſta concelebrant: aduentus Chremetis, eiuſdémque cum fratre deliberatio per errorem de eiicienda Phanio, Getæ verba de fallendis ſenibus. Antiphonis oratio apud ſemetipſum de amore tractantis. Getæ rurſus cum ſenibus callida, & mox cum Antiphone de eadem cauſa ſimplex diſputatio: ſenum inter ſe colloquium de expulſione mulieris. & ad extremum verba Chremetis agnoſcentis nutricem, ac per eam filiam ſuam cum Antiphone cõiunctam.

In quinto actu per Demiphonis errorem Phormio accipit argentum dotis nomine: & conuenitur Nauſiſtrata vt exire domo compellat Phanium. nuntiatur Antiphoni & Phormioni per Getam, Phanium à patre agnitam, permiſſámq; vt vxor habeatur. quæ cùm ita nupta ſit, expoſcitur argentum à Phormione per rixam ſenum: à quibus ille oppreſſus, rem omnem aperit Nauſiſtratæ. ad quod primùm irata, vt in tali re vxor, mox lenitur in fine fabulæ: & tutiſſimum à patris iracundia præſtat Phædriam.

ACTA

# ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTHVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA

AEDIL. CVR. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS FACTA QVARTO, CN. FANNIO, M. VALERIO COSS.



ARG. PAVL. MALL.

Hic prologus concitatus eſt, vtpote qui in Lucium Lauinium poëtæ æmulum inuehitur: à quo grauiter laceſſitus paria referre molitur. Eſtque hic initium ſpectatorem prouocans in odium perſonæ aduerſarii, coniunctum cum inſinuatione ad beneuolentiam perſonæ Terentianæ conciliandam.

PROLOGVS.

*Senarij.*

POSTQVAM *poëta vetus poëtam non poteſt*
*Retrahere à ſtudio, & transdere hominem in otium,*
*Maledictis deterrere ne ſcribat, parat:*
*Qui ita dictitat, quas antea fecit fabulas,*
*Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui,*
*Quia nuſquam * ſcripſit inſanum adoleſcentulum*
*Ceruam videre, fugere, & ſectari canes,*
*Et eam plorare, orare vt ſubueniat ſibi.*
*Quòd ſi intelligeret, cùm ſtetit olim noua,*
*Actoris opera magis ſtetiſſe, quàm ſua,*

* *fecit*

DONAT.

POSTQVAM *poëta vetus poëtam nō poteſt.* Hoc initium à deſtructione perſonæ aduerſarij ſumitur, coniunctum cum inſinuatione perſonæ Terentianæ. *Poſtquam poëta vetus poëtam non poteſt.* Nota poſtquam apud veteres non præterito modò, ſed etiam præſenti tempori adiungi. Vt, Poſtquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Quanquā ſunt qui Poſtquam ſimpliciter pro quoniā accipi velint. *Poſtquam poëta vetus.* Qui iam diu eſt, non qui iam diu fuit. Ergo vt vinum, vetus: non vetus, vt Ennius. *Poſtquā poëta vetus poëtam.* Iocunda repetitio: vt, Diua deam. &, Notos pueri puer indue vultus. *Poſtquā poëta vetus poëtam non poteſt.* ἀντίθετον primum per σύλληψιν primam, ita vt extrinſecus nouum audiri poëtam oporteat. *Retrahere à ſtudio.* Sic loquitur, quaſi rē ſcenicam magis lædere voluerit Lucius, quàm Terentium. *Transdere.* Transdere veteres ſonantius, quod nos lenius dicimus tradere: vt tralatum, nos tranſlatum è contrario. *Et transdere hominem.* Comicè et venuſtè inſeruit hominem: vt, Lembus huic hamis conſertam, auróque trilicem Loricam: quā Demoleo detraxerat ipſe Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto: Donat habere viro decus & tutamen in armis. *Maledictis deterrere.* Sēſus hic eſt, Ipſeſe, inquit, aduerſarius fatetur victū, qui à rebus excluſus, ad verba delapſus eſt. *Maledictis deterrere.* Deeſt eum. vt, Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiā Connubio iungam ſtabili. *Qui ita dictitat.* Impudentiam oſtendit per frequentatiuum verbū. *Quas antea fecit fabulas.* Et hic lentum accuſatorem facit, qui præterita ingerat, & de quibus iā ſit iudicatū in melius. *Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui.* Imperitum inducit criminatorem, qui hoc obiiciat, quod propriū debet eſſe Comici ſtyli. Reuera autem hoc deterior Menandro Terent. iudicabatur quòd minus ſublimi oratione vteretur. quod ipsū nunc purgat, dicens in tragœdia altiora tranſire poſſe. *Quia nuſquam inſanum ſcripſit adoleſcentulum.* Ideo videmur leues, tenuéſque inquit: quia non in comœdia prodigia facta ſunt, et tragœdias concitauimus. Et callidè hîc non ſolùm errorem reprehendentis, ſed etiā imperitè ſcripſiſſe ipſum oſtendit Lucium Lauinium. *Scripſit.* Legitur & fecit. *Adoleſcentulum.* Vt comicam perſonam oſtenderet, artificiosè imminuit adoleſcētulū, quò magis perſona à ſublimitate diſcederet. *Ceruā videre, fugere, & ſectari canes.* Hic affectus à comœdiis remouendus eſt. *Ceruā videre, fugere, & ſectari canes.* Ambiguitas per accuſatiuum caſum, perſeuerans vſque ad vltimum de induſtria. vt etiam ipſa perplexitas odioſa ſit. *Et eam plorare, orare, vt ſubueniat ſibi.* Hæc omnis πείστασις tragica eſt: & ideo in comœdia vitiosè inducitur. *Cū ſtetit olim noua.* Bene hoc poſitum eſt. potuit enim reſponderi, Cur igitur ſtetit, & non exacta eſt à populo? *Cum ſtetit olim noua.* Rectè olim: quaſi dicat, Cùm adhuc Terentius non ſcriberet, penuria meliorum eſt probata. Deinde quod ait noua, hoc ſignificat, omnia carmina nouitate ipſa commendari, etiāſi nullius momenti

Poſtquam. — Vetꝰ poëta. — Transdere. Tradere. Tralatum. Trāſlatum. — Frequentatiuū verbum. — Dictito. — Stetit olim noua.

Minus multo audacter, quàm nũc lædit, læderet:
Et magis placerent, quas feciſſet fabulas.
Nũc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet:
Vetus ſi poëta non laceſsiſſet prior,
Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret:
Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.
Ille ad famem, hũc ab ſtudio ſtuduit reiicere:
Hic reſpondere voluit, non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene:
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi id eſſe relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cùm ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite: apporto nouam,
Epidicazomenon quam vocant comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas partes qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res* agetur maximè.
Voluntas veſtra ſi ad poëtam acceſſerit,
Date operam, adeſte æquo animo per ſilentium,
Ne ſimili vtamur fortuna, atque vſi ſumus,
Cùm per tumultum noſter grex motus loco eſt:
Quem actoris virtus nobis reſtituit locum,
Bonitáſque veſtra adiutans, atque æquanimitas.

*geretur

*ſint. ¶ Actoris opera ſtetiſſe.* ʒ *Vna opera & ſuffragium ſcenicorum comparat, et lædit aduerſarium.* ¶ *Minus multo audacter.* ʒ *Nouè dictum Minus multo audacter: vt cũ dicamus nos, minus audacter.*

*Minus multo audacter*

¶ *Nunc ſiquis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet.* ʒ *Omne quod in mẽtem venit, aut cogitamus, aut dicimus. vt Virgili.— et mihi iam multi crudele canebant Artificis ſcelus, & taciti vẽtura videbant. Hic ſenſus eſt, Nunc ſiquis eſt, qui hoc dicat, aut cenſeat, Improbus eſt Terẽtius, qui omnes prologos de maledictis facit: habeat is hoc reſpõſum ſibi, aduerſarium coegiſſe qui prouocauerit. Nam quid faceret Terẽtius, cùm de palma artis muſicæ certãdum videat eſſe ſibi?* ¶ *Laceſiſſet prior.* ʒ *Aut laceſiſſet abundat, aut prior.* ¶ *Nullum inuenire prologum.* ʒ *Prologum modò, non hominem. ſed verba ſignificat.* ¶ *Nouus.* ʒ *Hîc quod ſuprà prætermiſit, veteri ſuppoſuit nouũ.* ¶ *Niſi haberet cui malediceret.* ʒ *Mirè haberet: quaſi dubium non ſit, maledicendum eſſe Luſcio.* ¶ *Is ſibi reſponſum hoc habeat.* ʒ *Huic rei per qualitatem reſpondet, aduerſarium cogere, vt ſic agat.* ¶ *In medio palmã omnibus eſſe poſitam.* ʒ *Senſus hic eſt, Inueniret inquit: ſed maluit, cũ de palma certandum ſit, aduerſario reſpondere lædenti. Verũ oratoriè manifeſta ſoluere nõ curauit, hoc eſt, nullum inuenire prologum potuiſſe Terentiũ. et hoc enim obiiciendum fuit omnibus, & nouis, & veteribus poëtis. Palmam pro cauſa certaminis poſuit. Et ideo nõ eſt mirandum, ſi pugnant quibus cauſa certaminis præſto eſt.* ¶ *Qui artem tractant muſicam. Virgil:—nec quidquid vbique eſt gẽtis Dardaniæ, magnũ quæ ſparſa per orbẽ. Et περιφραστικῶς pro qui comœdias ſcribunt.* ¶ *Ille ad fa. hunc ab ſtu.* ʒ *Hîc maximè incipit ſoluere quod ſibi ſuperius ipſe propoſuit.* ¶ *Ille ad fa. hunc ab ſtud.* ʒ *Nunc quid eſt inquit, poëtã vituperare, niſi ad famẽ reiicere? nã poëtæ probi ſuas vendebant fabulas, & harum pretiis alebantur.* ¶ *Ille ad famem, hunc ab ſtudio.* ʒ *Cur laceſſitus reſpondes? certamem eſt, inquit.* ¶ *Ab ſtudio ſtuduit.* ʒ *Vetuſtè: vt, Luſerat ludũ, & pugnam pugnauit.* ¶ *Benedictis ſi certaſſet.* ʒ *Quia ſuprà dixit in medio omnibus palmam eſſe poſitam. quaſi dicat, quicquid in certamen venerit, in eo vincendos æmulos eſſe.* ¶ *Si certaſſet.* ʒ *Certaſſet ἀντὶ τοῦ prouocaſſet: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur. Virgilius.—nec te certaſſe priorẽ Pœniteat.* ¶ *Audiſſet bene.* ʒ *Bene audire, eſt bene dici, laudari.* ¶ *Quod ab illo allatum eſt.* ʒ *Id eſt maledictum.* ¶ *Quod ab illo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet.* ʒ *Prouerbiale eſt, Quod dedit. recepit. Et geminauit L: vt Relliquias Danaûm.* ¶ *De illo iam finem faciam dicundi mihi.* ʒ ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος. ¶ *Dicundi mihi, peccãdi cùm ipſe de ſe finem non facit.* ʒ *Et mihi, & de ſe propriè poſitũ eſt: & præterea* ἀμφιβολία. ¶ *Peccandi.* ʒ *Maledicendi.* ¶ *Peccandi cùm ipſe de ſe finem.* ʒ *Prius inquit, Ego de illo finem faciam, quàm ipſe de ſe. An prius dicendi ego faciam, quàm ille peccandi finem? Non facit, pro non faciat: vt, Mirũ ni ego me turpiter hodie dabo.* ¶ *Nũc quid velim, animum attendite.* ʒ *Deeſt, Quæritis. vt ſit, Nunc quid velim, quæritis? animũ attendite.* ¶ *Apporto nouã.* ʒ *Nouam, Latinã dicit.* ¶ *Epidicazomenon quam vocant comœdiam.* ʒ *Hîc manifeſtè errat Terẽtius. nam hæc fabula quam tranſtulit, Epidicazomene dicta eſt à puella de qua iudicium eſt: cùm ſit alia Epidicazomenos eiuſdem Apollodori. Debuit ergo dicere Epidicazomenem Græci, Latini Phormionem nominant.* φόρμιον *tegiculum dicunt Græci, quo inſternitur pauimẽtum: vnde Phormio correpta prima ſyllaba apud Apollodorum eſt. Non ergo à formula, vt quidam putant, dictum eſt. Ergo inde paraſitus viliſſimæ conditionis homo, nomen accepit.* ¶ *Quia partes primas qui aget.* ʒ *Primas nunc, maximas. ad actorem enim retulit. Cicero, Sæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium.* ¶ *Phormio eſt.* ʒ *Si à formula eſſet nomen comœdiæ, primam produceremus ſyllabam: ſi à Phormione, corripere debemus.* ¶ *Per quem res agetur maximè.* ʒ *Quia primæ partes etiam aliud ſignificant. non ergo nunc primum actum dicit, ſed ſummas partes. Et bene maximè: quia & per alios.* ¶ *Voluntas veſtra ſi ad poëtam acceſſerit, date operam.* ʒ *Si voluntas*

*acceſſerit*

Laceſſit prior.
Prologus.
Palma.
Muſicam artem tractare.
Ab ſtudio ſtuduit.
Certare.
Bene audire.
Rellatum.
Peccare.
Non facit.
Animum attendite.
Noua fabula.
Terentius reprehẽditur.
Epidicazomene.
Phormion
Primę partes.
Maximè.

acceſſerit:pro,ſi faueritis.Nouè ſic voluntatē,pro fauore po-
Voluntas ſuit.¶ Adeſte æquo animo.} Fauor in comœdia ſilentiū ſpe-
pro fauore. ctatoris eſt.Rectè ergo addidit Per ſilentium.¶ Aequo ani-
Fauor in mo.}Nunc propoſitio eſt.¶Ne ſimili vtamur fortuna atque
comœdia. vſi ſumus.}Ne populum læderet,fortunam maluit accuſa-
re.¶Cum per tumultum noſter.} Apparet Hecyram ante
Phormionem actam eſſe:cui contigit id quod queritur,popu
Loco motus lum ſubaccuſans.¶Noſter grex motus loco eſt.}Locus,eſt di-
ſtributio temporum,quæ cuique in ſpectaculum venturo at-
tribuuntur ab Aedilibus.vnde loco motus dicitur,qui ſuas
horas non obtinuerit inter præcedentes & conſecuturos.Er-
go propriè.Sic & Cicero,Loco ille motus eſt,cùm eſt ex vrbe
pulſus.¶ Quem actoris virtus.} Vbique laudat actorem.eſt
Virtus. enim poëtæ vtile. ¶ Quem actoris virtus.} Qui excluſus to-
ties, animum non abiecerit, ſed perſeuerauerit agere.ideo
virtus.¶ Reſtituit locum.}Bene repetiuit locum, vt ἀμφιβο-
λίαν vitaret:ne Quem tumultum dicere videretur. ¶ Boni-
Bonitas. táſque veſtra adiutās,atque æquanimitas.} Bonitas in om-
Aequani- nibus generaliter rebus eſt:Aequanimitas in ſpectādo.An
mitas. bonitas in probandis his quæ bona ſunt: Aequanimitas in
ignoſcendis vitiis atque delictis?An ταυτολογία eſt?An bo-
nitas circa omnes:Aequanimitas circa Terentium?¶ Boni-
nitáſque veſtra.}Ne totū actori tribuens,nihil populo præ-
ter culpam reliquiſſe videretur, honoris cauſa hoc addidit.
Adiutare. ¶ Adiutans.} Sic veteres dicere maluerunt quàm adiuuās.

ADRIA. BARL.

Poſtquam poëta.} Hic Terentij prologus, in inuidiam
adducit perſonam aduerſarij, & vtitur inſinuatione, qua
poëtæ ſuo beneuolentiam conciliet. ¶ Poëta vetus poëtam.}
Iucunda eſt repetitio, qualis illa Maronis, Et notos pueri
puer indue vultus.¶Tenui eſſe oratione.}Imperitè Teren-
tium noſtrum Lauinius criminatur,huic obiiciēs, quod pro-
prium eſt Comicæ dictionis, Verſibus exponi tragicis res co-
mica non vult.¶ Adoleſcentulum ceruam videre.} Data o-
pera eſt vſus ambiguitate,vt ipſa etiam orationis perplexi-
tas odioſum faciat aduerſarium. ¶Cùm ſtetit olim noua.}
Teſte Donatus, rectè dixit olim. cùm enim Terentius non-
dum ſcribere cœpiſſet, penuria meliorum probata eſt Laui-
nij fabula. Huc accedit quòd omnia etiam nouitas com-
mendat. Item actoris factū eſt arte magis quàm ipſius La-
Stat fabula uinij,quòd non ſit eiecta. ¶ Magis ſtetiſſe.} Horatius ſigni-
fixo talo. ficare volens fabulam non eiectam,ſed ad finem vſque per-
actam,dicit illam ſtetiſſe fixo talo.Nec aliter tribuit fabulę
talum,quàm nos libro calcem,& volumini vmbilicum tri-
buimus.¶Nunc ſi quis eſt qui hoc dicat.} Si quis Terētij æ-
mulus dicat, Improbum eſſe hominem cenſeo Terentium,
qui in prologis nihil aliud quàm maledicere nouit: ſi nō ſit
cui maledicat,iam ſcribendi argumentum non habet. An-
thypophora eſt. ¶ Palmam.} Palmam dixit cauſam certa-
minis Donato authore. Ideóque mirādum non eſt,ſi inter ſe
digladiētur,quibus præſto eſt cauſa certaminis.¶ Ille ad fa-
Comœdias mem hunc.}Vendere ſolebāt olim poëtæ à ſe compoſitas fa-
ſuas vēde- bulas:cúmque tenui re domeſtica eſſent,collecta inde pecu-
bant poëtę. nia alebātur.Hinc dicit Luſcium conatum efficere, ne Te-
rentij fabulæ emerentur,ita futurum ſperās, vt inedia tan-
dem periret author.¶ De illo iam finem faciam dicendi mi-
hi,Peccandi cùm ipſe de ſe finem nō faciat?}Per interroga-
Epidicazo- tionem hæc legēda mihi videntur.¶ Epidicazomenos.} A-
menos. gens de poſſeſſione rei ſeu vindiciarū, agitur in hac comœ-
dia de poſſeſſione puellę,quam patre abſente duxerat An-
tipho.epidicaſia,lis vindiciarum, quando alter alterum ex Epidicaſia.
iure ad conſerendum manum in rem de qua agitur, vocat.
¶ Quia primas partes qui aget.} Aſconius Pædianus. Co-
mœdia quinque actus habet. hoc eſt, quinquies ducitur in
ſcenam.Eſt ergo perſona primatum partium, quæ ſæpius a-
ctu regreditur.Secundarum,& tertiarum, quæ minus mi- Primarum
núſue procedit.¶ Is erit Phormio.}Phormion,tegiculum quo partium a-
pauimentū inſternitur,Inde Phormio ſeruile nomen.¶ Cùm ctor.
per tumultum noſter grex motus loco eſt.} Accidit hoc in ex-
hibitione comœdiæ Hecyræ. Ex his verbis colligunt eruditi
omnes ſcriptam Terētio Hecyram priuſquā ſcriberet Phor-
mionem.

Argumentum prologi.}Recriminatur aduerſarium, & LATOMVS
cur id faciat,excuſat.Deinde attentionem poſtulat. ¶ Poëta
vetus.} Ad contemptum & vituperationem, vt quæ ætate
corrupta ſunt.verlegen.¶ Quas antea ſe.}Proſopopœia.qua
μιμητικῶς refert criminationem aduerſarij, vt imperitiam
eius oſtendat.¶ Stetit olim noua.}Occupatio.¶ Et nouam vo
cat,quæ ante hanc ſcripta fuit: ¶Nunc ſi quis.} Occupatio,
qua excuſat neceſſitatem, vt inuidiam declinet. ¶ Muſi-
cam.}Poëticam, quia hæc ars propter metricam rationem Muſica ars
muſicæ eſt affinis. ¶ Benedictis ſi.} Prouerbium, Par pari
referre.¶ Nunc quid.}Poſtulat attentionem prolato nomi-
ne fabulæ.¶ Epidicazomenos.}Agens vindiciarum, ſeu de
poſſeſſione rei. ¶ Phormio.}φόρμιον,reticulum, quo pauimen Phormion.
tum inſternitur,vnde paraſiti nomen. ¶ Motus loco eſt.} Vt
in Hecyra.

Poſtquā poëta.}In hoc prologo,vt in omnibus aliis, Te- PETRVS
rentius legem comicam negligit.Non enim ad argumentum MARSVS
narrandum,& reliquum comœdię corpus manifeſtandum,
ſed vt priuatim authori ſeruiat,effictus eſt.Nam cùm ab æ-
mulo ſuo L.Lauinio conuitiis exagitatus,& grauiter laceſ-
ſitus ſine ſuo merito in populi contemptum ſe vereretur ad-
duci poſſe,eodem vſus animo non calumniatur,ſed vera cri
mina ad defenſionem ſui impingit. Igitur quàm poteſt ma-
ximè crimināndo in odium perſonam rapit,& accuſando il-
lius ignorantiam,fauorem, beneuolentiam, & attentionem
à ſpectatore meretur.Status eſt iuridicialis abſolutus: nam
vitia.L.Lauinij apertè deſignat.¶ Tenui eſſe oratione.}Hoc Tenuis ora-
eſt facili,vulgari,& propémodum triuiali: nō enim ad ſub- tio.
tilitatem pertinet.¶ Cū ſtetit.}Fabula, vt ait Donatus,cùm
probatur,ſtare dicitur.¶ Is ſibi reſponſum.} Defenſio eſt le-
gitima.¶ Palmam eſſe.} Palma ſtudium victoriæ, vel ipſe
finis,vel caſus.¶ Epidicazomenō.}Epidicazomenos, qui ex- Epidicazo-
peritur iudicio,& actionem aliquam intendit. Epidicazo- menos.
mai,id eſt,iudicium tento,& iure ago.¶ Phormionem nomi-
nant.} Phormion tegiculum dicunt Græci authore Donato,
quo inſternitur pauimentum: vnde Phormio correpta pri-
ma ſyllaba apud Appollodorum eſt.¶ Date operam.}Poſtu-
lat attentionem.¶ Aequanimitas.}Nam ſpectatores dicun- Aequani-
tur æque animo adeſſe,cùm in bonam partē, ea quæ agun- mitas.
tur,referunt,& interpretantur.

RIVII CASTIG.

Et tradere hominem in otium.}Nos ex antiquis, Tranſ-
dere hominem in otium,quomodo etiam Donatus,qui adno-
tauit veteres tranſdere ſonātius dixiſſe,quod nos lenius tra-
dere: vt è contrario tralatū illi,nos tranſlatum.Sic et tranſ- Tranſduco.
ducere veteres, pro quo traducere ferè iam dicimus. C. Cæ- Traduco.
ſar.III. belli ciuilis: Tertio die prima luce exercitum va-
do tranſducit. Sic idem aliàs interdum. Iul. Frontinus III.

*Strategematum, Per medias, inquit, Cæſaris copias præſidium Pompeij transduxit. Sed & Terentius in Adelphis: Tranſduce & matrem & familiam omnem, inquit. Ita enim manu ſcriptus codex.* [*Per quem res agetur maximè.*] *Nos, Geretur maxumè. Sic enim Donatus & pleraq; exemplaria: inter quæ & manuſcripta.*

GLAREANVS.

I N *Apollinaris argumento, verſu ſeptimo i in Ibi non eliditur,*

I N *Prologi nono verſu multa effugia: vel Quod diſyllabum, vel Si productum, non eliſum, vel t, in Stetit productum. Sed lector ſequatur quod volet. In decimo s, eliditur in Magis, in vndecimo, in Minus, in duodecimo, rurſus in Magis, in decimo quarto, in Vetus, quanquam per creticos & bacchios excuſari omnia poſſunt. In decimoquinto, Prologus propriè corripitur ſecundum rationem Græcam. In decimonono, alterum i, in Reiicere abiicitur, vt ſæpe apud alios authores, niſi antibacchium pro dactylo poſitum exiſtimemus. In* XXII. *Donati commētarius admonet ll, geminandum in Relatum, haud dubiè propter carmen. Sed vel omnes errant codices, quos nobis quidem videre contigit, vel carmen abſque geminatione ll, ita legendum eſt,*

*Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi id eſſe relatum putet. In viceſimooctauo, i, in Qui corripitur, non eliditur.*

IOANNES THEODORICVS.

*Primas partes qui aget.*] *Ad huius loci enarrationem, præter ea quæ ab interpretibus memoriæ ſunt prodita, pulchrè faciunt quæ ſubiecimus. Horat. lib.* I. *epiſtola* XIX. *ad Lollium,*

*Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro*
*Reddere, vel partes Mimum tractare ſecundas.*

*Secundarum, inquit Acro, partium actores omnia ſummiſsè agunt & ſimpliciter. Cic. in prima Verrina, Ac ne is quidem tantum contendet in dicendo, quantum poteſt: ſed conſulet laudi & exiſtimationi tuæ, & ex eo quod ipſe poteſt in dicendo, aliquantum remittet, vt tu tamen aliquid eſſe videare. Vt in actoribus Græcis fieri videmus: ſæpe illum qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, quum poßit aliquāto clarius dicere, quàm ipſe primarum, multum ſummittere, vt ille princeps quàm maximè excellat: ſic faciet Allienus, tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quàm poteſt. Plautus in Amphitryonis prologo,* Secundarum partiū actores.

*Hoc quoq; etiam mihi in mandatis dedit,*
*Vt conquiſitores fierent hiſtrionibus,*
*Qui ſibi mandaſſent delegati vt plauderent:*
*Quive quo placerent, alter feciſſet minus,*
*Eius ornamenta & corium vti conciderent.*

*Et illa, inquit Eraſmus, prouerbium ſapiunt, Primas tenere, Primas deferre, ſiue tribuere, &, Non poſteriores feram. Quæ metaphoræ ſunt à partibus hiſtrionum in fabula ſumptæ: inter quos primas agunt, qui maximam fabulæ partem ſuſtinent: ſecundas ac tertias, qui illis ſunt inferiores.* Primas tenere.

DONAT. A MICVS *ſummus meus, & popularis.*] *Quod in omnibus ferè comœdiis, in quibus perplexa argumenta ſunt, fieri ſolet: id in hac quoque Terentius ſeruat: vt* προτατικὸν πρόσωπον, *id eſt perſonam extra argumentum, inducat: cui dum ob hoc ipſum, quod veluti aliena tota fabula eſt, geſta res narratur: diſcat populus textum ex continentia rerum, ſitque inſtructus ad cætera.* [*Amicus ſummus meus, & popularis Geta.*] *In hac ſcena, quæ docendi atque inſtruendi ſpectatoris cauſa inducitur, mirè extrinſecus lepóres facetiæque cernuntur, & ſales comici. Id enim eſt artis poëticæ, vt cum narrationi argumenti detur opera: iam tamen res agi, & comœdia ſpectari videatur.* [*Amicus ſummus meus, & popularis Geta.*] *Inſinuatio perſonæ eius quæ inducitur ad audiendum. Et vide ſeruum oſtendi Dauum: & non oſtendi cuius ſeruus ſit.* [*Amicus ſummus meus.*] *Cauſa cur in ſcenam procedat Dauus.* [*Amicus.*] *A voluntate.* [*Popularis.*] *A fortuna. Popularis, eiuſdem conditionis gentiſque. Saluſtius, Popularis ſui ſceleris. Et popularis, populo amatus. & popularis ciuis. & popularis humilis. & popularis vilis, è populóque factus: vt ſi quis dicat ſordidum, popularem ciuem.* [*Amicus ſummus meus.*] *Dauus extra duas familias inducitur, quę in hac ſunt fabula, alienus, ac per hoc ignarus, cui narret Geta argumētum.* [*Heri ad me venit.*] *Propter cognationem E, & I, literarum nō dubitauerūt antiqui et here & heri dicere, & mane & mani, & veſpere et veſperi.* [*Erat ei de ratiūcula.*] *Deeſt, Nā: ſed mirè ſubtractū eſt.* [*Erat ei de ratiuncula.*] *Opportuna diminutio in re ſeruili, ratiuncula, & pauxillulum.* [*Erat ei de ratiuncula.*] *Moraliter intulit, Erat ei. magis enim facetum & comicum eſt, cùm* ἀσυνδέτως *infertur, quàm ſi diceret, Nam erat ei.* [*Iam pridē apud me relliquum.*] *De argumento ſumitur cauſa colloquij. Nam debui, inquit, Geta: & ille me exigit, vt numeretur domino ob nuptias factas.* [*Pauxillulū.*] *Quartus gradus diminutionis, paulū, paululū, pauxillū, pauxillulum.* [*Id vt cōficerem.*] ἔλλειψις *prima. Et conficerem propriè. nam fieri pecunia dicebatur, Saluſtius,*

Popularis. E & I cognatio. Here, heri. Mane, mani. Veſpere, veſperi. Nam, ſubtractum. Pauxillulū

*Quæ*

# ACTVS I. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

DAuus exiens dicit adferre ſe quam debet Getæ pecuniam, & hæc perſona extra argumentum inducitur, cui rem geſtam narraturus eſt Geta.

ARG. PAVL. MALL.

HIc Daui perſona extrinſeca introducitur: cui Geta Demiphonis ſeruus argumentum narrat. eo tamen animo Getam conueniſſe videtur, vt mutuum repetat, quod dandum erat Antiphonis vxori abſente patre ſuo Chremete ſuper inductæ. Hæc perſona inſtruendi ſpectatoris cauſa ita mirè inducitur, vt lepóres, facetias, & ſales comicos ab artificioſo poëta ſub argumenti narrationem exquiſiſſe videatur.

*Pecunia facta.* Quæ pecunia ad Hiſpanienſe bellū Metello facta erat. ¶ Cōficerem.} Quia in promptu non erat. *Cōficere pecuniam.* ¶ Confeci: affero.} Bene: quaſi reddēdi mora non habere cauſa fuerit. ¶ Nam herilem filium.} τρόφιμον Græci dicunt. atque haud ſcio, an Latini quoque alumnū dicere poterant, niſi hoc mallent. *Alumnus.* ¶ Nam herilem filiū eius duxiſſe audio vxorem.} Mirè ſe applicat argumento. ¶ Ei credo munus hoc corraditur.} Mirè: heri quidē fuerunt nuptię, ſed adhuc munus corraditur: quia in nuptiis etiam ſeptimus dies inſtaurationē voti habet, vt in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur. ¶ Ei credo.} Vxori ſcilicet. ¶ Munus hoc corraditur.} Hoc, pecuniæ ſcilicet, munus erit, & eſt figura ἐπεξήγησις. ¶ Credo} *Credo.* Pro verè ſcio. Et ei, an vxori, an abſolutè? vt ſit, ei rei? ¶ Corraditur.} *Corrado.* Apta in verbo difficultas, vt in Adelphis, Minas decem corradet alicunde. & Corraſi omnia.

Senarij.

DAVVS ſeruus.

AMICVS ſummus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit. erat ei de ratiuncula
Iampridem apud me reliquum pauxillulum
Numorum: id vt conficerem, confeci, affero:
Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Vxorem, ei credo munus hoc corraditur.
Quàm iniquè comparatum eſt, ij qui minus habent,
Vt ſemper aliquid addant * ditioribus!
Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo,
Suum * defraudans genium, comparſit miſer,
Id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtimans
Quanto labore partum. porrò autem Geta
Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt, omne hoc mater auferet.
Puer cauſa erit mittūdi. ſed videón' Getam?

tius. ¶ Id illa.} Nupta ſcilicet. ¶ Vniuerſū abripiet.} Contra illud quod vnciatim dixerat. ¶ Vniuerſum abripiet.} Magna virtus penè in ſingulis ſyllabis: contra illud quod ait ille, Illa retulit. contra vnciatim, vix & de demenſo ſuo, Vniuerſum. Contra id quod ait, Munus corraditur, Abripiet. Contra, Suum defrudans genium, et Comparſit miſer, Haud exiſtimās quāto labore ſit partum. ¶ Haud exiſtimans.} Haud exiſtimans, vel intelligens, vel recogitans, ac reputans. ¶ Haud exiſtimans.} *Exiſtimo.* Pro, æſtimans. Saluſtius, Si Quirites pacem exiſtimaretis. ¶ Quāto labore partum, ſit.} **diuitioribus* **defrudans* Hoc ſic pronuntiandum eſt, quaſi nunc ei venerit in mentē, ſæpius paſſurū Getā, quod ſemel tolerare grauiſſimū iudicauerit. ¶ Quāto labore.} Vt, Relliquias Troia ex ardente receptas. ¶ Partum.} *Partum.* Propriè dicitur partum, de eo quod labore quæſitum eſt: quia nullus partus ſine dolore eſt ac labore. ¶ Porrò autem Geta ferietur.} Ad paupertatem retulit ferietur. nam & damnum, plaga: & res, ſanguis noſter dicitur. *Ferire. Plaga. Sanguis.* ¶ Ferietur alio munere.} Significanter, non fungetur munere, ſed ferietur, dixit. ¶ Ferietur alio munere.} Ex conſuetudine, ferietur. Nam & plagam, damnum: & ſumptum, ſanguinem noſtrum dicimus. ¶ Vbi hera pepererit.} Quæ ſuprà illa dicta eſt. ¶ Porrò alio autem.} Et Alio quod dicit, pro multis pronuntiandum eſt. *Alius, pro multis.* ¶ Vbi erit puero natalis dies.} Cum adiectione temporis, cuiuſlibet natalis dies melius dicitur, vt natalis locus, & natale aſtrum. ſed Virgilius ſeruiens perſonæ ruſticæ, Meus eſt natalis Iola, inquit: nec addidit, dies. *Natalis locº, vel dies.* ¶ Vbi initiabunt.} Hoc vultuoſè pronuntiandum. ¶ Vbi initiabunt.} Vt quidam, cibo & potu: vt quidam, ſacris. ¶ Vbi initiabunt.} Legitur apud Varronem, initiari pueros Eduliæ, & Poticæ, & Cubæ, diuis edendi & potandi & cubandi: vbi primùm à lacte & à cunis tranſierunt. *Initiari. Edulia dea. Potica dea. Cuba dea.* quod Virgilius, Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. hoc adnotauit Probus. Sed Terentius Apollodorum ſequitur: apud quem legitur in inſula Samothracum à certo tempore pueros initiari more Athenienſium: quod, vt in Palliata, probandum eſt magis. ¶ Vbi initiabunt.} Hoc ſic inferendum eſt: non quaſi hoc ſolum ſit, ſed quaſi defatigatus ſit enumerando occaſiones dandorum munerum. ¶ Omne hoc mater auferet.} Hoc retulit ad offerentis irriſionem, qui putat ſe puero dare. ¶ Mater auferet.} An nutrix? an vera mater? ¶ Puer cauſa erit mittundi.} *Mittere munera.* Propriè dixit mittundi, de muneribus. ¶ Sed videón' Getam?} Locuturum oſtendit Getā. ¶ Sed videón' Getam?} Apparet poëtam nihil putaſſe amplius addendum

*Comparatū* ¶ Quàm iniquè comparatū eſt.} Miro ἰδιωτισμῷ morem pro lege conqueritur. ¶ Comparatum.} Conſtitutum eſt lege. Et hi qui minus habent, & ditioribus dixit: ne diceret, ſerui dominis: vult enim latius patêre quod dicit: & generalem eſſe ſententiam. ¶ Quàm iniquè comparatum eſt, hi qui minus habent.} *Serui Comici & Tragici.* Garrulos ſeruos & ſententioſos amat Comœdia: triſtes & parcè loquentes Tragœdia. ¶ Vt ſemper aliquid addant.} Mirè non dent, ſed addant. et non, aliquando: ſed, ſemper. ¶ Ditioribus.} *Ditiores.* Pro, minus pauperibus. ¶ Quod ille.} Doctè ad ſingularem numerum tranſit à plurali. ¶ Quod ille.} Redit ad Getam. ¶ Vnciatim.} *Vnciatim.* Sic veteres, Multa vnciatim. Cùm expenſa pecunia ferretur more veterum: non vt nunc, annumeraretur: *Aſsis.* Aſſis libra erat: *Vncia.* eiúſque partes, vnciæ. Rurſus vnciæ vnius duodecima pars, *Libella.* libella dicebatur. Meritò ergo, nō per ſingulos ſeſtertios, neque per ſingulos denarios, neque per ſingulos aſſes: ſed id quod ὑπερβολικῶς minimum fuit, per ſingulas vncias, vnciatim dixit. Et Cicero, Ecquis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, libellam vnam dediſſet? ¶ Vnciatim.} Vix potuit & vnciatim, & citò conflari peculium. vt multa pauxillatim, & citò fiunt maxima. *Vix.* Meritò ergo additum eſt vix. Sed quid ſi & vnciatim, & vix, & tamen de lucro dedit? De demenſo ſuo, inquit. Quid ſi ex abundāti? ¶ Suum defrudans geniū.} *Demenſum* Deinde, non acquiſiuit, ſed comparſit. Et ad poſtremum, miſer: vt iniquitas conſuetudinis, comploratione finiretur. *Geniū defrudare.* ¶ De demenſo ſuo.} Serui quaternos modios accipiebant frumenti in menſem: & id demenſum dicebatur. & vtrum à menſe, an à metiendo, incertum eſt. *Genialia curare.* ¶ Suum defrudans genium.} Vt contrà, Genialia curare dicitur, qui viuit lau-

*ad inſinuandam populo perſonam Daui: & ideo iam induxit exeuntem Getam, vt ſit cauſa commutandę orationis.*

ADRIA. BARL.

*Popularis.} Eiuſdem generis & conditionis. ¶ De ratiuncula pauxillulum.} Diminutiuè opportunè eſt vſus in re ſeruili. Vt nõ ſolet multum habere hoc hominum genus, ita nec multum ferè debet aliis. ¶ Id vt conficerem.} Μείωσις eſt opportuna in re ſeruili, ſubaudi monuit, vel rogauit. De hoc ſchemate vide Quintilia. in* VIII. *¶ Quàm iniquè comparatũ eſt.} Exaggeratio eſt ab indignitate. In Comœdiis garruli ſunt & ſententias amant. In tragœdiis triſtes & parcè loquentes ſerui. ¶ Addant ditioribus.} His quæ habent illi, adiiciant. Addant &c. Accepit cõparatiuum pro contrario poſitiui cum minus, vt ſit, ditioribus, id eſt minus pauperibus.* [Ditiores.] *¶ Quod is nunciatim vix de demenſo ſuo.} Quaternos olim frumenti modios, quolibet menſe ſerui à dominis ſuis accipere ſolebant. Modius quilibet, capiebat tritici pondo vicena quaterna* XII. *vnciarum, id demenſum appellabatur. Vtrum à menſe, an à demetiendo, incertum eſt. ex qua agendi conſuetudine hoc Terentij dictum manauit. Et Plautinum illud in Sticho. Vos meminiſtis quot calendis petere demenſum cibum, qui minus meminiſtis quod opus ſit facto, facere in ædibus. Apud ſcriptores inuenio, diſpenſatores & primæ authoritatis ſeruos Calendis frumentum admetiri ſolitos reliquis ſeruis. Qui ſi frugi eſſent, & modico cibo contẽti, ex eo quod de quaternis modiis comparcere poterant, peculium ſibi comparabant, hoc interdum à dominis ſe redimentes, vel aliàs vtentes ſuo arbitratu, vt hic noſter Geta qui nuptiale munuſculũ dat filij herilis vxori. ¶ Suum defraudans genium.} Defraudare genium, eſt naturæ negare quod appetit. Fraudamus propriè, cũ rem debitam ſubtrahimus. Indulgere genio, eſt naturæ plus ſatis dare & animo obſequi. ¶ Geniũ.} Genius naturæ deus & ipſa natura. ¶ Id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtimans &c.} Ita ut malè frugi ſolent filij patrimoniũ à parentibus relictum deuorare ac profundere, nihil interim cogitantes quanto illi labore ac ſudoribus hoc quæſierint. ¶ Ferietur.} Significanter dictum. Vulgo enim damnum plaga cenſetur. ¶ Porro autem Geta.} Dictiuncula δὲ expletiua apud Græcos ſeruit repetitis cum indignatione interrogationibus. Cic. et hîc Terent. per autem expreſſit. ¶ Natalis dies.} Qui erit exacto et completo iam anno quo hera pepererit. ¶ Vbi initiabunt.} Cùm primùm à lacte materno et cunis tranſlati eſſent pueri, Diuis edendi & potandi & cubandi initiabantur. Dona. Educam, Poticam, & Cubam has deas nominat. ¶ Vbi initiabunt.} Pronuntiatione requirit defatigati enumerando occaſiones dandorum munerum. ¶ Omne hoc mater aufert.} Irridet Getam, qui puero ſe dare putat, quod mater aut nutrix in ſuum conuertit vſum. Quemadmodum hodie multis in locis factas à piis hominibus ad templorum inſtaurationem, & diuini cultus augmentum oblationes, Abbates & Epiſcopi auferunt. Ante annos fermè nouem contigit vt peregrè cum amicis aliquot profectus, venirem in quoddam Flandriæ oppidulum, vbi ſacram ædem ingreſſo mihi commonſtrauit è noſtro ſodalitio quidã clarentẽ miraculis imaginem diui. hîc ego ſtratus humi mecum reputo mea vulnera, & omnes vitę labores, ſuggerens ſi quod habebã iuſtum, vel amabile votum. Surgo. æditũum adeo, ac rogo cui eo in templo ſeruetur oblata pecunia. Nihil cunctatus ille, reſpondet, Abbati, quem ea tum domus habebat pinguem & nitidum bene curata cute. Audi totius exitum rei amice lector. Cum æditũo dum cõfabulor, ſinguli ſodales mei denarium offerunt argenteum. Ego qui ſciebam quod illi neſciebant, nummum dedi nigrum ad mẽſam quæſtuariam, vulgo noſtrati mita vocatur. Nolebam enim meo vt diſpendio diteſceret Epicuri ille de grege porcus. ¶ Sed videón' Getã?} Geta exit, vt commutetur oratio.*

*Ditiores.* — *Demenſum* — *Peculium.* — *Geniũ defraudare.* — *Fraudare. Genio indulgere.* — *Porrò autẽ Autem.*

LATOMVS

*Dauus* προτατικὸν πρόσωπον. *¶ Popularis Geta.} Popularis, eiuſdem conditionis. ¶ Vt conficerem.} Eclipſis, ſubaudi, rogauit. ¶ Quàm iniquè.} Exclamatio querentis de iniquitate fortunæ. ¶ Dimenſum.} Frumentum, vt interpres ait, quod in ſingulos menſes præbebatur ſeruis. ¶ Initiabunt.} Id eſt, conſecrabunt, more Athenienſium, qui hac religione quadam Cereris ſacra colebant.*

PETRVS MARSVS.

*Amicus ſummus.} Hominis ſtulti & inconſiderati credulitatem, qui in ſuum vſum, quod dederat, conuerſum iri arbitratus, ſeipſum bonis explet, & aliis cauſa eſt cur genialius viuant. Sic enim plerunque circa amatores vſu venire ſolet, qui cùm pueros ſuſcipiunt, atque matribus, aut nutricibus pecuniam pro educatione perſoluunt, tamen in vſum pueri nihil cedit, ſed à nutricibus vt plurimum omne abſumitur. Eſt ergo videndum, cui, & quo modo, & quando quippiam detur: vt bene monet Ariſtoteles. ¶ Ratiuncula.} Diminutiuè, vt peculium ſeruorum intelligamus, quod ſemper ferè exiguum eſt. Ratiuncula autem ſignificat ſupputationem aliquam reſtantem. ¶ Vnciatim.} Id eſt per paucos, & ſingulos obolos, abſtrahendo ſcilicet ſemper duodecimam partem dimenſi. ¶ Dimenſo.} Dimenſum eſt victus diurnus, qui datur ſeruis, ſolet autem menſura appendi, ob id dicitur dimẽſum. Genium defraudare, eſt naturæ detrahere illud quod appetere videatur. Genius enim deus naturæ eſt, & per figuram pro ipſa natura ponitur. In itiabunt, hoc eſt, vbi puero nomen ſolenne imponent, & diis puerorum præſidibus & curatoribus eum offerunt.* [Dimenſum]

RIVII CASTIG.

*Iam pridem apud me reliquum puſillulum.} Ita exemplar Vuittenbergæ excuſum, & aliæ pleraque huius fidem ſequutæ editiones. Nos legimus: relliquũ pauxillulum. Nam & geminandum eſſe l, in dictione relliquum facilè intelliget, qui verſum volet in ſuos digerere pedes: Eſt enim figura* διπλασιασμὸς, *cuius in initio meminimus. Et pauxillulum legendum non puſillulum, aut quod Mogũtinum quoddam habet, pauſillulum, è Donato liquet: cuius hîc verba ſunt: Pauxillulũ, quartus, inquit, gradus diminutionis, paulum, paululum, pauxillum, paxillulum. Nec aliter antiquiſſima quæq; exemplaria.* [Relliquum] *¶ Aliquid addant ditioribus.} Nos, diuitioribus, ex antiquis & Donato. Reperitur autem hoc cõparatiuum frequẽter apud Ciceronem & alios. velut* III. *de Oratore: Inde ille licentior & diuitior fluxit dityrãbus. Ouidius, Oppida ſunt regni diuitiora mei.* [Diuitior.] *¶ Vix dimẽſo ſuo.} Sic ferè, in quæ ipſi incidimus, exemplaria. Cæterùm nos legendum putamus. De dimenſo ſuo: addita præpoſitione, vt & Dona. & alij: quod trimeter etiam expoſcit, ne quid de conſenſu veterum exemplarium dicam. Eſt autem demenſum id quod Græcis* σιτομέτριον *dicitur. In cuius vocis expoſitione mendum eſt apud Non. Marcellum in codicibus Aldinis, cuiius certè potius, quàm Marcello ipſi adſcribẽdum: vbi adnotatũ ſit demenſum à Terẽtio hîc quaſi diminutum dici. Impegit ad hunc ſcopulum author quoq; Cornucopiæ,* [Demenſum]

qui

qui totidem fermè verbis hæc in ſuos ipſe cõmentarios retulit: quod, vt cũ iudicio huiuſmodi authores legere adſueſcat iuuentus, nobis diſsimulandum non fuit. Rectius Don. Serui, inquit, quaternos modios accipiebant frumenti in menſem: & id demenſum dicebatur. Plautus in Sticho: Vos meminiſtis quot Calendis petere dimenſum cibum: Qui minus meminiſtis quod opus ſit facto, facere in ædibus? Hinc apud Ael. Spartianum in Adriano demenſum μεταφορικῶς appellatur, quod ſenatoribus ad certum numerum & tempus dabatur: de quo aliàs plura. [Suum defraudans genium.] Nos, defraudans: quo modo venerandæ vetuſtatis codex: nec aliter quidam citant, inter quos Non. Marcellus: Quin apud Plautum ſubinde reperitur defrudare, velut in Aſinaria: Tén' ego defrudam? quoi ipſi nihil eſt in manu, Niſi quid tu porrò vxorem defrudaueris? quem locum & Marcellus citat. Defrudare.

GLAREANVS.

In ſecundo verſu Ei monoſyllabum. In tertio ll, geminatur in Relliquum. In octauo, legendum Diuitioribus, vt loco quinto ſit anapæſtus. In nono, bacchius eſt loco primo. Ita in vndecimo, & vltimo.

DONAT. Si quis me quæret rufus.] Mirè poëta deſideratũ Getæ oſtendit Dauum. [Si quis me quæret rufus.] De ipſo loquitur, à quo reddi ſibi debitũ ſperat. [Si quis me quæret rufus.] ἀποσιώπησις ſecunda. nam apparet plura dicturũ fuiſſe. [Præſto eſt, deſine.] Tertia perſona de ſe loquens vſus eſt: quia ille nominatiuũ prætulit. [At ego obuiam conabar tibi Daue.] Conabar, abſolutè. an ἔκλειψις eſt, vt deſit, Ire? Et eſt aduerbium loci Obuiã. [Accipe.] Præuenit petitionẽ, dicendo accipe: & hoc cum geſtu offerẽtis dicitur. Et hoc eſt quod ait, Confeci, affero. [Lectum eſt.] Abſolutè. nam non dicit quid: vtrum debitum, an argentum lectum. Lucilius, Lecti omnes. Atticon hoc eſt. [Lectum eſt, conueniet numerus.] Ordinem ſeruauit. prius enim qualitas, deinde numerus pecuniæ ſpectari ſolet. [Lectum eſt, conueniet numerus quantum debui.] Quippe tribus modis debitum pecuniarium ſoluitur: penſione, Accipe. ſpectatione, Lectum eſt. numero, Conueniet numerus, quãtum debui. [Lectum eſt.] Lectum, bonum vel ſplendidum. Vt, —arma Sereſtus Lecta refert humeris. Quãuis quidã putãt lecta, ab eo quod eſt lego, dicta. [Quãtum debui.] Pro, debitum tibi à me eſt. [Amo te, & nõ neglexiſſe habeo gratiam.] Amat, quòd reddiderit pecuniam: Agit gratias, quòd diligenter. Et quare? vtrum quia condictum non fefellerit? an quia lectum attulerit, & numero congruenti? Et rectè dixit: nam redditio debiti hoc agit, vt etiam gratias agamus. [Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.] Hoc pro gratiarum actione ponitur, & oſtẽditur verè neceſſariam fuiſſe pecuniã. [Non neglexiſſe.] In Andria, Et id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam. [Præſertim vt nunc ſunt mores.] Sic & illud dictum eſt, Nanque hoc tempore Obſequium amicos, veritas odium parit. Quia conſuetudinis imago eſt, vituperare præſentia. [Adeò res redit.] Figuratè, pro ita loqueris, adeò res redit, dixit. Et propriè rediſſe res dicitur, cùm aliquid peius expectatione contigit. [Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.] Id eſt, etſi rem non magnam, tamen magna habenda eſt gratia: hoc enim ſignificat Quid reddit. [Si quis quid reddit.] Qui hoc interrogatiuè pronuntiauerit, parum bellè explicat conceptã ſententiam. [Habenda eſt gratia.] Deeſt, Ei. [Sed quid tu es triſtis?] Hîc admonemur omnem ab initio ſermonem Getæ, quaſi ſatagentis & anxij pronuntiare, accõmodatis præſertim ad vultum verbis. nam & Si quis me quærit: &, At ego obuiã tibi conabar Daue: &, Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam: in ſe quoddam contractioris animi occupatiq; ſignum habent. [Sed quid tu es triſtis?] Sed particula tranſitum ſignificat ad mentionẽ alterius rei. Sed quid tu es triſtis? [Egóne? neſcis quo in metu.] Deſcenſus ad argumentum ab eo ſermone qui extrinſecus à poëta informatus eſt, iam manifeſtè apparet. [Egóne? neſcis quo in metu.] ὑπόθεσις comœdiæ. [Neſcis quo in metu, & quanto in periculo

Obuiãm conabar. — Lectũ eſt. — Lectum. — Non neglexiſſe habeo gratiam. — Adeò res redit. — Res redit. — Sed.

# ACTVS I. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

GETA narrat quò ſint profecti ſenes Demipho & Chremes. Qua occaſione cœperit amare Demiphonis filius Antipho.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac ſcena deuenitur argumenti ad narrationẽ, nacta Daui opportunitate illud à Geta ipſo audituri. Rite ergo poëta deſideratum ipſi Getæ Dauum proponit, quem ea fiducia alloquitur, vt ſibi argentum ab eo reddi, ita vt ſit, ſperet.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena totius fabulæ occaſio à Geta ſeruo narratur.

*Trimetri Iambici.*

GETA *ſeruus*, DAVVS.

SI *quis me quæret rufus.* D. *præſto eſt, deſine.* G. *ob,*
*At ego obuiam conabar tibi Daue.* D. *accipe, hem:*
Le*ctum eſt, conueniet numerus quantum debui.*

*Periculum.* *Metus.* **ſimus* *Vt, pro Ne non.* *Modò, pro Tantũmodo.* *Inſciens.* **hîc* *Fides.* *Creditores.* *Inſpicere.* *Perſpicere.*

*ſim.} Pronuntiantis & interrogantis eſſe poteſt. ¶Neſcis quo in metu.} Duæ perturbationũ bigæ ſunt: à malo vna, ex cupitis altera. Ergo à malis bigis, præſentis tẽporis periculũ eſſe dicimus, & futuri metũ. ¶Neſcis quo in metu.} Pronuntiatiuè magis quàm percõtatiuè efferẽdum eſt. ſic enim ſolemus de magnis rebus dicere. ¶Neſcis quo in metu, quanto in periculo ſim.} Vix alterum ſuſtineri poteſt eorum quæ vtraque poſuit nunc & metum & periculum. ¶Quid iſtuc eſt?} Fac hunc ſcire: & narrandi non erit locus. neceſſariò igitur ignarus inducitur Dauus. ¶Modò vt tacere poſſis.} Vt, pro ne non. quod ſi eſt, ſubaudiendũ eſt, vide, aut quid tale. ¶Modò vt tacere poſſis.} Verè argumentum eſt celari id, quòd Antipho non coactus, ſed volens duxit vxorem. ¶Modò vt tacere poſſis} Modò, pro tantũmodo: vt, Modò Iupiter adſit. ¶Abi ſis inſciens.} Nunc pro inſcito poſuit. vel inſcientem modò ſtultum dicit: aliàs ignarum. ¶Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris} Sententioſè dixit: quaſi in omnibus credendum ſit ſeruaturũ fidem eſſe eum, qui in pecunia ſeruauerit. Et hoc ideo interpoſuit, ne longus eſſet, dum ſuadet vt dicat: quemadmodum in aliis fabulis. ¶Cuius tu fidẽ in pecunia perſpexeris.} Propriè locutus eſt de pecunia & Fidem dicẽdo, & Credere. Nam fides eſt eorum, quibus datur. Creditores dicuntur ipſi qui dant. ¶In pecunia.} A maiore ad minus. ¶Perſpexeris} Non inſpexeris: ſed perſpexeris, quod plus eſt, dixit. ¶Verere ei verba credere?} Verba cũ pronuntiatione dicit, vt oſtẽdat multum diſtare inter pecuniam & verba. ¶Vbi quid mihi lucri eſt te fallere?} Ab vtili coniectura. & bene: quia ſeruus nihil de honeſto di-*

G. Amo te, & nõ neglexiſſe habeo gratiam.
D. Præſertim vt nunc ſunt mores: adeò res redijt:
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? G. egóne? neſcis quo in metu, &
Quanto in periculo* ſim. D. quid iſtuc eſt? G. ſcies,
Modò vt tacere poſſis. D. abi ſis inſciens:
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verere verba ei credere? vbi quid mihi lucri eſt
Te fallere? G. ergo auſculta. D. hanc operã tibi dico.
G. Senis noſtri Daue fratrem maiorẽ Chremem
Noſtin'? D. quid ni? G. eius gnatum Phædriam?
D. Tanquam te. G. euênit ſenibus ambobus ſimul,
Iter illi in Lemnum vt eſſet, noſtro in Ciliciã
Ad hoſpitem antiquum: is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modo non MONTEIS AVRI POLLICENS.
D. cui tanta erat res, & ſupererat? G. deſinas:
Sic eſt ingenium. D. oh, regem me eſſe oportuit.
G. Abeuntes ambo* hinc tum ſenes, me filiis
Relinquũt quaſi magiſtrum. D. ô Geta, prouinciam
Cepiſti duram. G. mihi vſu venit hoc, ſcio:
Memini relinqui me, deo irato meo.
Cepi aduerſari primò: quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
D. Venére in mentem iſtæc mihi: nam quæ inſcitia eſt
Aduorſum ſtimulum calces? G. cœpi his omnia
Facere, obſequi quæ vellent. D. ſciſti VTI FORO.
G. Noſter mali nihil quidquam primò: hic Phædria

*Ergo.* *Operã tibi dico.* *Dare alicui operam.* *Quidni.* *Tanquã te.* *Euênit iter vt eſſet.* *Simul.*

*cit. ¶Vbi quid.} Significantius dixit; quàm ſi diceret, nihil. ¶Ergo auſculta.} Ergo nunc, velut increpatio tardè facientis eſt. Quia hic igitur obloquẽdo impediuerat narraturum, Ergo dixit. Sic Virgilius, Ergo age chare pater, ceruici imponere noſtræ. ¶Hanc operam tibi dico.} Auſcultandi ſcilicet & audiendi. ¶Hanc operam tibi dico.} Plus eſt dico, quàm dicodo. Dicatur perpetuò: Datur ad tẽpus. ¶Senis noſtri Daue fratrem maiorem.} Dicendo Senis, oſtendit & adoleſcentem ſe dominum habere. Dicendo Noſtri, oſtendit eſſe & alienũ. Dicendo Fratrem, nõ vnum eſſe mõſtrauit. Dicendo Maiorem, etiã minoris fecit indicium. Sic argumenti partem maximam nondum narrans, iam in ipſa interrogatione trãſegit. Hæc autem omnia propter populum ſic aguntur. Ideo ille, Quidni dixit, ne ſit opus pluribus verbis. ¶Senis noſtri Daue fratrẽ.} Mirum compendium narrationis. quaſi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret. Sic Virgilius, Fando aliquid, ſi fortè tuas peruenit ad aures, Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama. Et Noſtin' hanc quam amat frater? in Eunucho. ¶Quid eius gnatum Phædriam?} Nõ dixit, quid Phædriã: ſed addidit, eius gnatũ, vt magis docere, quàm interrogare videretur. ¶Quid eius gnatũ Phædriam?} Deeſt, noſti. ¶Tanquam te.} O varietas. quidni? tanquam te. ¶Euênit ambobus ſenibus ſimul, iter.} Non euênit iter: ſed, euênit vt inter eſſet. ¶Simul.} Vno tempore. ¶Illi in Lemnum vt eſſet.} Rectè tacetur cur Chremes ierit: & dicitur cur Demipho. vtrunque pro argumento eſt. ¶Ad hoſpitem antiquum.} Sic Virgilius, Veterémque Anchiſem agnouit amicum. Hoc autem addidit, vt*

Continuò quandam nactus eſt puellulam
Cithariſtriam: hanc amare cœpit * perditè.
Ea ſeruiebat lenoni impuriſſimo:
Neque quod daretur quidquam, id curarant patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere & reducere:
Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc diſcebat ludo, ex aduorſum * ei loco
Tonſtrina erat quædam: hîc ſolebamus ferè
Plerunque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum ſedemus * illi, interuenit
Adoleſcẽs quidam lachrumans: nos mirarier:
Rogamus quid ſit: Nunquam æquè, inquit, ac modò,
Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum, & graue.
Modò quandam vidi virginem hîc viciniæ
Miſeram, ſuam matrẽ lamentari mortuam.
Ea ſita erat ex aduorſo: neque illi beneuolẽs,
Neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adiutaret funus: miſeritum eſt.
Virgo ipſa facie egregia: quid verbis opus eſt?
Commorat omnes nos: ibi continuò Antipho,
Voltíſne eamus viſere? alius, cenſeo.
Eamus. duc nos ſodes. Imus, venimus,
Videmus: virgo pulchra, & quò magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida:
Lachrumæ, veſtitus turpis: vt ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tãtummodo
Satis inquit ſcita eſt: noſter verò. D. iam ſcio:
Amare cœpit. G. ſcin' quam? quò euadat, vide:
Poſtridie ad anum rectà pergit: obſecrat,

dit, vt eſſet idonea cauſa nauigandi ſeni. ¶ Senem per epiſtolas pellexit. } Epiſtolas dicendo, oſtendit eum non ſemel ſcripſiſſe. ¶ Pellexit. } Induxit. ſic Virgilius, Pellacis Vlyſſis. ¶ Modo non mõtes auri pollicens. } Prouerbialis ὑπερβολή, facta per exceptionem, aut per ſuperlationem, aut æquam collationem. Eiuſmodi eſt illud Demoſthenis, *

*Epiſtolæ.* *Mõtes auri pollicens.*

¶ Modo non montes auri. } Saluſtius, Maria montéſq; polliceri cœpit. ¶ Modo non montes auri pollicens. } More veterum: quia hoſpites hoſpitibus multa donabant. ¶ Cui tanta erat res? } Cui, datiuus caſus eſt: Dominóne tuo, inquit, pollicebatur hęc, cui tanta res erat? ¶ Cui tanta erat res? } Deeſt Eum. vt ſit, Eum pellexit, cui tanta res erat? ¶ Et ſupererat. } Plus eſt ſupereſſe, quam eſſe. ¶ Deſinas: ſic eſt ingenium. } Neceſſaria eſt ad fabulæ ἐπίτασιν auaritia Demiphonis: vt maiore periculo illo abſente duxerit filius indotatam. nam mox dicturus eſt, Illéne indotatam virginem, atque ignobilem daret illi? Sic eſt ingenium. Præparatio bona, qua & diues, & auarus deſcribitur Demipho, vt indotatas nuptias filij ferre non poſſit. ¶ Sic eſt ingenium. } Rectè. nõ enim, inquit fortuna auarus eſt, ſed natura. ¶ Sic eſt ingenium. } Omnium, an domini? ſed magis domini. ¶ Ob, regem me eſſe oportuit. } Oſtendit pauperũ affectiones, qui ſe ſolos vti diuitiis ſcire aiunt, ſi eas habeant. ¶ Ob, regem me eſſe oportuit. } Acute Me. ¶ Abeuntes ambo hinc tum. } Hinc & hîc legitur. & eſt ordo. Hîc relinquunt filiis. ¶ Relinquunt. } Id eſt, non ſecum abducũt. ¶ Quaſi magiſtrum. } Bene quaſi, qui nõ compleuit hoc ipſum, nec vult eſſe. ¶ Magiſtrum. } Sic Latini: quem Græci παιδαγωγὸν appellant. ¶ Filiis. }

*Supereſſe.* *Sic eſt ingenium.* *Relinquere.* *Quaſi.* *Magiſter pro pædagogo.*

Propter filios. ¶ O Geta, prouinciam cepiſti durã. } Acquiſitæ bello longè ab Italia regiones, prouinciæ dictæ ſunt, à porrò vel procul, & vincẽdo. ad quas quia Prętores cum officio mittebantur, officia quoque prouinciæ nominantur. ¶ O Geta, prouinciam. } Splẽdidè prouinciã dixit. ¶ Memini relinqui me, deo irato meo. } Sic Virgilius, —nec dij texêre Cupentum Aenea veniẽte ſui. Hoc Aſper. ſed mihi videtur ad hoc addidiſſe Meo, ne eſſet ἀμφίβολον, cui diceret, irato deo. Neuius in Stalagmo, Deo meo propitio meus homo eſt. ¶ Memini relinqui me, deo irato meo. } Domino dixit: an verè deo? Et bene meo, ne eſſet ἀμφίβολον. Et ſic dixit, Memini relinqui. vt in Andr. Memini me videre. Et, Memini me fieri paruum. Ennius. ¶ Quid verbis opus eſt? } Repentè infertur, Quid opus eſt verbis? & ſatis moraliter. ¶ Seni fidelis dum ſum. } Opportunè ſeni dixit, vt oſtẽdat quàm ſtultum eſt, ſeni aduerſus iuuenes fidelẽ eſſe. ¶ Seni fidelis dum ſum. } Fidus eſt amicus: Fidelis eſt ſeruus. ¶ Scapulas perdidi. } Plus eſt perdidi, quàm ſi diceret, dolui. Et bene retulit Perdidi πρὸς τὸ Fidelis. Fidelis enim officium eſt, ſeruare aliquid. ¶ Venêre in mentem iſtæc mihi. } Venire in mentem, non ad recordationem tantùm dicitur: ſed ad reputationem & intelligentiam. ¶ Nam quæ inſcitia eſt aduerſum ſtimulum calces? } Hoc dictum & ſuperiori perſonæ eſſe poteſt, & alteri. ¶ Aduerſus ſtimulum calces? } παροιμία cum ἐκλείψει. deeſt enim, iactare. Stimulũ pro domino adoleſcẽte poſuit. ¶ Calces. } Modò calces, nõ partes plantæ, ſed percuſſiones pedum plagáſq; ſignificat. Aliter Virgilius, Calcémque terit iam calce Diores. ¶ Sciſti vti fo-

*Prouinciã capere duram.* *perditus.* *ilico* *illic* *Memini relinqui me.* *Fidus. Fidelis.* *Perdidi ſcapulas.* *Venire in mentem.* *Aduerſus ſtimulum calces.* *Calces.* *Vti foro.*

Vt ſibi eius faciat copiã. illa* enim ſe negat:
Neque eum æquũ ait facere: illam ciuem eſſe Atticam,
Bonam, bonis prognatam: ſi vxorem velit,
Lege id licet facere, ſin aliter, negat.
Noſter quid ageret, neſcire: & illam ducere
Cupiebat & metuebat abſentem patrem.
D. Non ſi rediſſet pater, ei veniam daret?
G. Illéne indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. D. quid fit denique?
G. Quid fiat? eſt paraſitus quidã Phormio,
Homo confidens: qui (illum dij omnes perduint)
D. Quid is fecit? G. hoc conſilium, quod dicam, dedit,
Lex eſt, vt orbæ, qui* ſint genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam:
Paternum amicum me aſſimulabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, quî cognata tibi ſit, omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum,
Cùm tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet.
Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
Illa quidem noſtra erit. D. iocularem audaciam.
G. Perſuaſit homini: factum eſt: ventum eſt: vincimur:
Duxit. D. quid narras? G. hoc, quod audis. D. ô Geta,
Quid te futurum eſt? G. neſcio hercle. vnũ hoc ſcio:
Quod fors feret, feremus æquo animo. D. placet:
Hem iſtuc viri eſt officium. G. in me omnis ſpes eſt mihi.
D. Laudo. G. ad precatorem abeam credo, qui mihi
Sic oret. Nunc* amitte quæſo hunc: cæterùm

*enim, id eſt verò. ro.} Secundum illos negotiatores qui ante locum commercij nõ præſcribunt quanti vendant quæ aduehunt: ſed ſecundum annonam fori quam deprehenderint, conſilium de vendendis, aut nõ vẽdendis mercibus ſumunt.

Forum. ⟦Sciſti vti foro.} Forum pro tribus intelligitur: loco, tẽpore, & perſona. Sciſti, inquit, his vti. & eſt vulgare prouerbium. ſenſus hic eſt, Sciſti, inquit, quid facere te oporteret. ⟦Primò hic Phædria.}

Primò. Bene additum Primò: quia non perpetuò. ⟦Noſter mali nihil quidquam.} Quartum παρέλκον. Vt in Hecyra, Nam nemo illorum quiſquã, ſcito, ad te venit. ⟦Noſter mali nihil quidquam.}

Nihil quicquam. Noſter. Noſter πρὸς ἀντιδιαστολὴν Phædriæ: qui non noſter eſt.

Continuò. ⟦Continuò quandam.} Bene continuò: quaſi vix expectauerit profectionem patris.

*ſunt

⟦Puellulam citharistriam.} Iſtis nominibus hoc agit, vt cauſa amoris & ex ætate, & ex arte puellæ videretur: nam ideo puellam dixit. ⟦Amare cœpit perditus.} Legitur & perditè. Et amare perditè, vtputa puellulam & citharistriã. ⟦Ea ſeruiebat lenoni.} Et honeſtè, & citò dixit ſeruiebat. ⟦Lenoni impuriſſimo.} Et quare non fuiſſet libera: & cuius fuiſſet ancilla: et qualis hominis fuerit, demõſtrauit. ⟦Ea ſeruiebat lenoni impuriſſimo.} Magna præparatio ad rerũ difficultatem imminentium: Puellula citharistria, auarus leno, amator perditus, inopia. ⟦Id curarant patres.} Expeditè dixit patres. ſi enim patrem eius tãtùm dixiſſet, id reſtabat, vt ei per patrui filium ſuccurreretur. ideo dixit ambos non habuiſſe. ⟦Niſi oculos paſcere.} Hoc enim ſolũ erat quod leno non venderet. ⟦Sectari, in ludum ducere, & reducere.} Bene cauillatus eſt & iocularitur in adoleſcẽtem, cui ætas ad ſe-

*omitte

ctandos Philoſophos apta erat. Hinc etiam philoſophorum ſectæ. Sed ſectari propriè eſt, vt taurus buculam, vt aries ouem. Virgilius, Trahit ſua quenque voluptas. Sectæ. Sectari. ⟦Reducere.} σύλληψις. à ludo enim ſubauditur. ⟦Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.} Cum τύπῳ dixit nos: velut magiſtrum excuſans obſequentem ei, cui cuſtos ſit datus. & ideo addidit otioſi. ⟦Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.} Relatio ad illud quod mox, Otioſi nõ erunt. ⟦Nos otioſi operã dabamus Phædriæ.} Aut ad pudorem ſumitur hoc pronomen in ſingulari numero: aut ad dignitatem. ſed non poteſt Nos & propter Antiphonem dixiſſe nos. ⟦Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.} Apollodorus,

* ⟦Operam dabamus Phædriæ.} Ille amicæ, nos illi. ⟦In quo hæc diſcebat ludo.} Figuratè, In quo hæc diſcebat ludo, eſt additum. ⟦Ex aduorſum ei loco.} Ei loco. legitur & ilico. Et aduorſum ei loco. Ex aduorſum ei loco. notatur ex abũdanti additum, vt apud veteres multa ſunt. ⟦Ex aduorſum ei loco.} παρέλκον quartũ. ⟦Tonſtrina erat.} Apta ſedes otioſis. Tonſtrina. ⟦Tonſtrina erat quædam.} παρέλκον tertium, quædam. ⟦Hic ſolebamus ferè plerunq.} παρέλκον tertiũ, ferè plerunq. Ferè plerunque. ⟦Dum inde iret domum.} Ad ſe ſcilicet. Iret domum, pro rediret, vel certè iret. παρέλκον figura. Ire domũ. ⟦Dũ ſedemus.} Propriè, ſedemus: vt tonſtrina. ⟦Illi, interuenit.} Illi, pro ibi. vt, Illi mea triſtia facta. Et nota illi, pro illic. Illi, pro Ibi. ⟦Interuenit adoleſcens quidam lachrumãs.} Apollodorus tonſorem ipſum nuntium facit, quid dicat ſe nuper puellæ comam ob luctũ abſtuliſſe: quod ſcio mutaſſe Terentiũ, ne externis moribus ſpectatorem Romanũ offenderet. ⟦Nos mirarier.} Rectè. mirum enim in adoleſcẽtibus lachrumæ: vt contrà, Tri-

Poſthac ſi quidquam, nihil precor: tantum modò

Nõ *addas. vbi ego hinc abiero, vel occidito.

D. Quid ille pædagogus, qui citbariſtriam?

Quid rei gerit? G. ſic tenuiter. D. non multum habet

Quod det fortaſſe. G. imò nihil, *niſi ſpem meram.

D. Pater eius rediit, an non? G. nondum. D. quid? ſenem

Quoad expectatis veſtrum? G. non certum ſcio:

Sed epiſtolam ab eo allatã eſſe audiui modò,

Et ad portitores eſſe delatam: hanc petam.

D. Nunquid Geta aliud me vis? G. vt bene ſit tibi.

Puer heus, nemón' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

*cædas.

*præter

irà, Triſtíſq; ſenectus. ⁋Nos mirarier.⸾ Vt,—ſolam nam perfidus ille Te colere. ⁋Rogamus quid ſit.⸾ Quid lachrumet: non, quid ſit ipſe, vt ſtulti putant. ⁋Nunquã æquè, inquit, ac modò.⸾ Mirè oſtẽdit ſemper ſibi hoc viſum quod dicit: ſed nunquã ęquè. ⁋Paupertas mihi onus viſum eſt.⸾ Statim fit mentio paupertatis, vt ſit cauſa fallaciæ Phormionis. ⁋Modò quandam vidi virginẽ.⸾ Quidam. Bene quandam: ne ob familiaritatem laudare videretur. ⁋Modò quandam vidi virginem.⸾ Vide ſic agi, vt non tã morte mulieris, quàm ſolitudine pulchræ virginis moueatur affectus. Simul & ea deſcribi, quæ matronæ futurę magis cõueniant, quàm quæ temere amãda ſit. Nam hic obitus fœminæ ad comicum exitum ſpectat: quandoquidem plus ex eius morte ſecuritatis, quàm moleſtiæ, ſentiat argumentum. Hîc viciniæ. ⁋Hîc viciniæ.⸾ Aduerbium in loco eſt, hîc viciniæ: cuius ad locum, huc viciniæ. Huc viciniæ. Et ſtatim proximitas inſinuatur, vt ſit ſpes & cauſa videndi. ⁋Miſeram.⸾ Ab affectu: & ſubdiſtinguendum eſt, vt ad virginem referatur. ⁋Lamentari mortuam.⸾ A probitate, quæ piis attribuitur. Eſt lamentari mortuam, ambiguitas, ſed ſenſu manifeſta. Sita. ⁋Ea ſita erat.⸾ Sita, pro poſita. Saluſtius cum adiectione poſita, eum. cùm prædixero poſitum inſulæ. Et hoc ei reciprocum eſt. ⁋Ea ſita erat ex aduerſo.⸾ Expoſitio paupertatis, & quàm facilè virgo videri poſſit. ⁋Neque notus, Auxeſis. neque vicinus.⸾ αὔξησις fit: quia res minuitur, creſcit ſententia. Saluſtius, Non repugnantibus modò: ſed ne deditis quidem a b c m ⁋Neque vicinus.⸾ ἀναφορά. ⁋Neque notus, neque vicinus: extra vnam amicam.⸾ Hæc præſtruuntur: vt ſit ſpes potiundæ virginis. ⁋Neque notus, neque vicinus.⸾ Hæc deſcriptio paupertatis adiuuat argumentum, vt & viſere audeant adoleſcentes virginem, & amet Funus. Antipho. ⁋Qui adiutaret funus.⸾ Ipſum officium funus dixit. Miſeritum eſt. ⁋Miſeritum eſt.⸾ Hoc eſt miſertus ſum eius. Et hîc videtur oſtendiſſe cur lachrymauerit. ⁋Virgo ipſa facie egregia.⸾ A fortuna indignatio. ⁋Virgo ipſa.⸾ Bene ipſa, quia quæ ſuprà dixit, non ad ipſam, ſed ad euentum eius pertinebant. Quid verbis opus eſt? ⁋Quid verbis opus eſt?⸾ Sic dicit Terentius vbi ad effectum properat. ⁋Commorat omnes nos.⸾ Figura συγκοπή, pro commouerat. Et bene omnes: quia res ad Antiphonem tantùm ſpectat. ⁋Ibi continuò Antipho.⸾ Hîc redditur nomen adoleſcentis. & eſt παρασκευή. ⁋Vultíſne eamus viſere?⸾ Eamus viſere. Vt,—populare penates Venimus. ⁋Vultíſne eamus viſere?⸾ Ipſe hortari inducitur, qui amaturus eſt. ⁋Alius, cẽſeo. eamus, duc nos ſodes.⸾ Hæc omnia diuerſi. Et apparet tot eſſe homines, quot per μίμησιν ſunt ἀσύνδετα. ⁋Alius, cenſeo.⸾ Prædria, vel quilibet. ⁋Imus, venimus, videmus.⸾ ἀσύνδετον primum per ϐραχυλογίαν. ⁋Virgo pulchra.⸾ συμπάθεια mirantis. Duo ingentia, & virgo, & pulchra. ⁋Virgo pulchra.⸾ Bene non dixit, Videmus virginẽ pulchrã: ſed ἀπὸ τῆς καταπλήξεως, virgo pulchra. Illud enim frigidius: hoc cõcitatius: & hoc magis demonſtratur δράματι, quàm relatione. ⁋Et quo magis diceres.⸾ Diceres, pro crederes. vt, Audacter dicito. Sæpe plautus. Diceres. ⁋Nihil aderat adiumenti.⸾ Propriè aderat. Adeſt enim id, quod adiuuat. Adeſt. ⁋Capillus paſſus.⸾ Singularem numerum, pro plurali poſuit. Sic et alibi, Capillus pexus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Paſſus capillus. ⁋Paſſus.⸾ Temerè diſperſus. Vt magna pars, à Greca oratione profluxit hæc dictio. ⁋Ipſa horrida.⸾ Quaſi extra ipſam ſit id quod dixit, Capillus paſſus, nudus pes. Tale eſt apud Virgilium, Illum autem quamuis aries ſit candidus ipſe, Nigra ſubeſt vdo cui tantùm lingua palato, Reiice. Et alibi de arbore, Tum fortes latè ramos, & brachia tendens Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet vmbram. Et,—domus ſanie, dapibúſq; cruentis Intus opaca, ingens: ipſe arduus, altáque pulſat Sydera. ⁋Capillus paſſus: nudus pes.⸾ Facetius, quàm ſi pluraliter dixiſſet. Virgilius,—quibus acer Erix in prælia ſuetus Ferre manum. ⁋Lachrumæ, veſtitus turpis.⸾ ἀσύνδετον tertium. ⁋Vt ni vis boni.⸾ Plus eſt vis boni, quàm bonum. ⁋Vt ni vis boni in ipſa ineſſet forma.⸾ Vis boni. Forma. Veteres ignem & calorem quendam, quaſi feruorem, dixerunt formam: & ideo fornaces, forcipes, formam & formoſos: ex quibus ignis amoris exoritur. Fornax. Forcipes. Formoſi. Ignis. Laudandus eſt ergo Terentius proprietate ſeruata: qui cùm formam prætuliſſet, ſubiecit Extinguerẽt. Ideo & Virgilius ſic ait, At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. ⁋In ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent.⸾ Figura πλοκή. aliud enim ſuprà, aliud infrà forma repetita ſignificat. Ploce. ⁋In ipſa ineſſet forma.⸾ Geminauit præpoſitionem. vt alibi, In amore hæc ſa. omnia inſunt vitia. Ineſt in ipſa. ⁋Extinguerent.⸾ Bene extinguerent: quia ab igne & calore forma dicta eſt. Extinguere formam. ⁋Ille, qui illam amabat.⸾ Bene illam: quia iam ſuprà inſinuauit perſonam citbariſtriæ. Fidicina. ⁋Ille, qui illam amabat.⸾ Ratio cur amauerit virginem. Citbariſtria. ⁋Fidicinam.⸾ Suprà, citbariſtriam, ergo indifferenter. ⁋Tantummodo ſatis, inquit, ſcita eſt.⸾ Senſus eſt, Laudauit tantummodo, non etiam captus eſt in amorem. ⁋Satis, inquit, ſcita.⸾ Magna laus formæ, amanti aliam, placuiſſe. ⁋Noſter verò.⸾ ἀποσιώπησις tertia: quæ ſuccurrit quoties verba rebus minora ſunt. Apoſiopeſis tertia. ⁋Satis, inquit, ſcita.⸾ Scita, bella. vt in Andria, Scitus puer eſt natus è Pamphilo. Scita. ⁋Amare cœpit.⸾ Ille, inquit, laudauit tantùm: hic amare cœpit. Et bene cœpit, non amauit: vt oſtendat vim amoris non parum eſſe: & rem quæ ſemel ſuſcipi poſſit. ⁋Scin' quàm?⸾ ἀποσιώπησις, qua in narrationibus in compendium

Terentius

Terentius vti ſolet.¶ Scin' quàm?} Amare cœpit, ſubaudi-
Euadere. tur.¶ Quò euadat, vide.} Euadat, perueniat. Nam euadere,
eſt per obſtantia peruenire. ¶ Poſtridie ad anum rectà per-
git.} Hoc præſtruens, aniculæ ſuprà mentionem fecerat. Et
bene memor & virginis & honeſtæ, non ipſam adiri facit,
ſed anum: neque ab ipſa peti fructum voluptatis, ex cuius
perſona maior deſperatio naſcebatur: ſed à nutrice potius,
per quam ſuaderi puellæ poſſe creditur quidquid libet.
¶ Poſtridie ad anum rectà.} ἐμφατικῶς, ad anum ſtatim: vt
Rectà. qui poſthabuerit omnia alia.¶ Rectà.} Quia non per nun-
tium.¶ Vt ſibi eius faciat copiam.} Vide vt nihil de virgi-
ne ſperet, qui omnia ab anicula petat.¶ Illa enim ſe negat}
Copiã facturam ſubauditur. ¶ Neq; eum æquũ ait facere.}
Non quòd amet, ſed quòd hoc petat. ¶ Neque eum.} Quòd
peteret ſcilicet.¶ Illam ciuem Atticã.} Illam cum ἐμφάσει
Ciuis. dixit: quaſi dicat, quam ſic cõtemnat.¶ Ciuem bonam eſſe.}
Bonus. Ciuem, quod ad iura pertinet: bonam, quod ad ipſam.¶ Bo-
nam.} Non vilem: quia boni non viles ſunt. vnde ſuperla-
Optimates. tiuus gradus Optimates facit: quia bonus melior optimus
dicitur.¶ Bonis prognatã.} Quod ad maiores eius. ¶ Si vxo-
rem velit.} Rectè ſubiunxit, ſi vxorem velit: poſtquam ea
in virgine prætulit, quæ ſolent ornare nuptias.¶ Lege id li-
cere facere.} Incerta diſtinctio eſt: vtrum vxorem velit le-
ge: an lege id licere facere.¶ Sin aliter, negat.} Et pudicè a-
nus, & tamen illecebroſè, licere facere dixit, quod ille im-
pudentius petit, vt ſibi eius faciat copiam. ¶ Sin aliter, ne-
gat.} σύλληψις facta ex eo quod ſequitur, facere. ¶ Noſter
quid ageret, neſcire.} Propoſita deliberatio: cuius tamen al-
tera pars vincet. nam ducturus eſt per abſentiam patris.
Neſcire pro ¶ Quid ageret, neſcire.} Pro neſciebat. ſed rectè ſic ait: quia
neſciebat. ſubiuncturus eſt.¶ Cupiebat & metuebat.} Metuebat pro-
Metuere. priè dixit. Metuimus enim eos qui nos amant: Timemus
Timere. etiam inimicos.¶ Illam ducere cupiebat, & metuebat,} Vi-
de ambiguitatem, quam tamen ſequentia tollunt. ¶ Non ſi
rediſſet pater, ei veniam daret?} Bene interrogat Dauus.
hoc enim ſperari ſi poſſet, non opus erat fraudibus Phormio-
Si, pro cum. nis.¶ Non ſi rediſſet.} Si, pro cum rediſſet. Virgilius, Præte-
rea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.¶ Il-
léne indotatam virginem.} ἐμφατικῶς ille, de quo dixerat,
Deſinas, ſic eſt ingenium: & qui propter ſpem lucri naui-
gauerat ſenex. Inſinuandum igitur fuit: hîc enim erit omne
periculũ fabulæ. Ex ordine Terentius prius inſinuauit per-
ſonam ſenis, vt grauiora fierent quæ dirimebant nuptias.
¶ Illéne indotatã virginem, atq; ignobilem.} Duo dixit: &
indotatam, & ignobilem. Hæc enim duo principaliter petun
Sponſæ tur, cùm ſint quatuor, quæ in ſponſis quærũtur: forma, pro-
quales pe- bitas, dos, nobilitas. Et manifeſtũ eſt, cur de forma et probi-
tantur. tate nihil dicat quippe cùm ſuprà magnopere ea laudauerit
in puella.¶ Virginem.} Simpliciter accipimus, virginem? an
ſubaudimus, Quamuis: vt ſit, Quamuis virginem? ¶ Daret
Vxorẽ ac- illi?} Bono affectu dixit, Daret illi? Filius enim familiæ non
cipit filius tam ducit vxorem, quàm à patre accipit: quippe cùm patri
familiæ. committatur puella potius in huiuſmodi conditionibus,
quàm marito. ¶ Daret illi? nunquam faceret.} ἀποσιώπησις
ſecunda: hîc enim non tranſit ad aliud. ſed inſtat incepto:
vt & per interrogationem diceret, Daret illi? & per reſpon-
Nũquam, ſionem inferret, Nunquam faceret. Et nota nunquam pro
pro Non. non, in maiorem negationis ſignificationem poni ſemper.
Vxorẽ dare ¶ Daret illi?} Mirè daret: vt oſtenderet nihil eſſe poteſtatis
Denique. in filio.¶ Quid fit denique?} More ſuo Terentius, Denique
poſuit in fine ſenſus: & eſt aduerbium ordinis. Sic in Heau-
tontimorumeno: Fodere, aut arare, aut aliquid facere deni-
que. vt ſit deniq;, vel deinde, vel ad poſtremũ.¶ Quid fit?}
Deeſt, rogitas? & eſt ἀποσιώπησις quarta. ¶ Eſt paraſitus
quidam Phormio.} Phormio, non à formula: ſed Phormone Phormio.
dicitur ſparteo: quem nos eronem dicimus triuialiter, & pro Ero, eronis.
cõſuetudine.¶ Quid is fecit?} Seruatur affectus triſtis, vt ſu
prà ait, Sed quid tu es triſtis?¶ Homo confidens.} Homo co Homo.
micè dictũ: nam quis ignoret paraſitum hominẽ eſſe?¶ Confi Confidens.
dẽs.} Hîc cõfidens, pro improbo, audaci ac temerario poſuit.
vt, O ingentem confidentiam? ¶ Qui illum.} Qui vtinam
eſt. vt Lucilius in ſecundo, Qui te Momentane malum iam
cætera, perdat. Aut, Qui hoc conſilium, quod dicam, dedit.
¶ Qui illum dij omnes perduint.} Qui aut expletiuum eſt, Qui.
aut pronomen: quo incipiens Phormionem deſcribere, co-
horruit conſideratione eius, & in hanc vocem, quaſi con-
fuſus erupit. hoc autẽ certum genus eſt παρενθέσεως. ¶ Quid
is fecit?} Correxit interrogatione errantem: vt rediret ad
nominatiuum caſum. Qui, vnde aberrauerat, & illum
dixerat. ¶ Lex eſt.} Lex vt in Palliata, rectè ponitur: nam Lex.
Græcorum fuit. ideo & in Andria ſic ait, Inopia, & co-
gnatorum negligentia coacta. ¶ Lex eſt.} Alia narratio
interponitur, & dicitur παρέκφρασις. ¶ Lex eſt.} A cauſa
litis. potuit enim dici, non habes cauſam. ¶ Hoc conſilium,
quod dicam, dedit.} Secundum quoſdam ordo eſt, Qui hoc
conſilium, quod dicam, dedit.¶ Vt orbæ, qui ſint genere pro-
ximi, eis nubant.} Orba proximo nubat, Orbam proximus
ducat, Atticum ius eſt. Et eſt ordo, Lex eſt, vt orbæ eis nu Orbarũ ius
bant, qui ſint proximi. ¶ Eadem hæc lex iubet.} Non duas apud At-
res iubet hæc vna lex: ſed puellis permittit nubere: cogna- ticos.
tos cogit ducere.¶ Eadem hæc lex iubet.} Bene, iubet. mino-
rem enim vim habet ea lex, quæ aliquid permittit, quàm
illa quæ aliquid iubet.¶ Et illos ducere.} Bene additum: ni-
hil enim ad rem, ſi ducendi neceſſitas non fuiſſet. ¶ Ego te
cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam.} A perſona eius cũ
quo agitur. Potuit enim dici, Quid mecum eſt tibi?¶ Ego te
cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam.} ἀποστροφὴ & ἠ-
θοποιΐα. Hæc narratio eſt quam dicit Tullius conſtitutam. Narratio
Et ipſe, Tibi vni parcam, inquit in verrinis. repentè enim conſtituta.
tranſitur ad verba perſonarum ab earum deſcriptione. ſed
hoc ipſum ad commouendos auditores valet plurimum.¶ Et
tibi ſcribam dicam.} A denuntiatione in perſonam: ne di-
ceret, Non mihi denuntiaſti. ¶ Et tibi ſcribam dicam.} Ci-
cero, Scribitur Heraclio dica.¶ Dicam.} Suprà, verbum: in- Dica.
frà, nomen eſt totidem literis, diuerſo accentu. ¶ Paternum
amicum me aſſimulabo virginis. } A perſona litigantis:
potuit enim opponi, Perſonam non habes. ¶ Qui fuerit pa-
ter.} Qui, hic pronomen eſt: infrà, quomodo ſignificat.¶ Quæ Qui.
mater.} Virginis ſcilicet. ¶ Quî cognata tibi ſit.} Quî, quo- Quî.
modo, & qua ratione. ¶ Omnia hæc confingam.} Omnia Omnia hæc
hæc, non ex abundanti poſuit: ſed oratoriè, quaſi tam mul- confingam.
ta. & eſt ἀρχαϊσμὸς. nam poſt enumerationem veteres hoc
dicebant. Saluſtius in Iugurtha, Hæc omnia præſidio ad-
ſunt ¶ Quod erit mihi bonum, atque commodum.} εὐφη- Quod erit
μία. Quod mihi, inquit, fauſtum ac felix erit: hoc eſt, con- bonum at-
fingere atque mentiri. ¶ Quod erit mihi bonum atque com- que com-
modum.} Totum iocülariter paraſitus: quippe qui confin- modum.
gã dicens, non ſolùm non erubuerit de falſiloquio, ſed qua-
ſi præclari facinoris inceptionem etiam auſpicatus ſit, o-
ménque ſuſceperit dicendo, Quod erit mihi bonum atque
commodum.

Quod fauſtum felixque ſit. commodum. Sic enim veteres, Quod fauſtum felixque ſit, dicebant, aliquid aggreſſuri. ¶Cùm tu horum nihil refelles?§Hoc interrogatiuè pronuntiãdum eſt. ¶Refelles.§Refutabis, redargues, Nam prorſus refellere, eſt redarguere falſitatem. ¶Pater aderit: mihi paratæ lites. quid mea?§Mirè ὁ συκοφάντης quod maximè alter metueret, hoc pro ridicula re contempſit, Pater aderit: mihi paratæ lites. Exquiſitè autem ſubiectum eſt, cùm ſuprà dixerit, Mihi paratæ lites: Quid mea?¶Pater aderit. mihi paratæ lites.§Vt Antiphoni formidanda iſta ſunt, ita ridicula paraſito. ¶Illa quidẽ noſtra erit.§ἠθικῶς Noſtra, cùm Antiphonis tantùm eſſe debeat. ¶Iocularem audaciam.§ εἰρωνεία κατ' ἀντίφρασιν. hoc eſt, minimè iocularem. An quæ ex ludo & ioco in periculum veniat?¶Perſuaſit homini.§Hîc iam de Antiphone quæritur, cui perſuaſum ſit. ¶Factum eſt.§ Adeò audax Phormio. ¶Ventum eſt.§ ἐπεξήγησις. Quo modo factũ eſt? Ventum eſt, vincimur, duxit: ¶Iocularem audaciam.§ Deeſt, audio ex te, aut, dicis. ¶Factum eſt, ventum eſt, vincimur, duxit.§ ἀσύνδετον. vt ſuprà, Imus, venimus, videmus. ¶Factum eſt, ventum eſt, vincimur, duxit.§ Amat hoc Terentius: vt, It, lauit, redit. &, Imus, venimus, videmus. &, Funus interim procedit: ſequimur, ad ſepulchrum venimus. in ignem poſita eſt. fletur. His non modò breuis & comis narratio eſt: ſed etiam auditoris animũ, ad id quod reſtat, intendit. ¶Quid narras!§ Admirantis vox eſt, non interrogantis. ¶O geta quid te futurum eſt!§ Sic pronuntia, quaſi periturum contempleris Getam, & iam eum incerto interitu defleas. ¶O Geta quid te futurum eſt!§Scilicet qui magiſter relictus ſis Antiphoni. ¶Neſcio hercle, vnum hoc ſcio, quod fors feret, feremus æquo animo. ἠθικῶς. deſperatione rerum fortis eſt ſeruus, & ſimul vigilauit poëta, ne ſi & hic eiularet, res tota migraret in tragœdiam. ¶Quod fors feret, feremus æquo animo.§Hæ graues ſententiæ ex perſona ſeruorum cùm dicuntur, ridiculæ ſunt: & eo

Iocularis audacia.

Feremus æquo animo.

conſilio interponuntur. ¶Feremus æquo animo.§Hoc ſecundum ſeruos, qui futura contemnunt. Et mirè meritum culpæ ſuæ ad fortunam retulit. ¶Hem, iſtuc eſt viri officium.§ Compendium conſolationis eſt. quod hic libenter accepit, & ideo ſtatim approbat. ¶In me omnis ſpes eſt mihi.§Quomodo? an vt ſtrenuè ſe defendat? an vt fugiat? an vt patiens ſit plagarum?¶Ad precatorem abeam credo.§ Bene poëta omnia tractat, quæ in tali re tacenda ſeruo eſſent, niſi aliud poſceret argumẽtum. ¶Ad precatorem abeam.§Sic in Heautontimorumeno, Nec tu aram tibi, nec precatorem pararis. ¶Qui mihi ſic oret.§ Id eſt pro me oret. ¶Nunc amitte quæſo hunc.§ μίμησις dicitur, vbi non verba modò, verùm etiam geſtum vocémque fingimus alienam. ¶Nunc amitte quæſo.§ Hoc quod nos dicimus dimitte, antiqui etiã dicebãt amitte. Virgilius, Amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Et Saluſtius, Pactione amiſſo Publio legato. ¶Poſthac ſi quidquam, nihil precor.§ Facilè impetrat, qui non omnia extorquet. Ergo ars precatoria eſt, mitigare præſentia, futura permittere. Simul etiam quia omnis cauſa in hoc eſt, ne videatur ſeruus ob impunitatẽ in delictis amplius peccaturus. ¶Poſthac ſi quidquam.§Vt ſolet eleganter per ἔλλειψιν. Et ſimul, non ſi tantundem peccauerit: ſed ſi vel minimum. tale eſt & illud, Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptiis fallaciæ conari. &, Si quidquam inuenies mentitum, occidito. ¶Nihil precor.§ Nihil, pro non: ſed plena negatio, Nihil. ¶Vbi ego hinc abiero.§ Hîc oſtendit nullum precatorem ex animo poſtulare veniam ſeruo. ¶Vel occidito.§ Vel, pro etiam. ¶Occidito.§Tu tantùm cædere volebas: ego dico, etiam occidito. ¶Quid pædagogus ille, qui cithariſtriam?§ Moraliter quærit, volens audire de Phædria, poſtquam de Antiphone cognouit: maximè quia hæc interrogatio reſponſionem elicit, qua ſpectator inſtruitur ad cognoſcenda cætera. ¶Quid ille pædagogus qui cithariſtriam?§ Quia dixit, Sectari, in ludum ducere & reducere: & quia puellulam dixit: ab ætate, pædagogus eſt illi, ait. ¶Quid ille pædagogus, qui cithariſtriam?§ Phædria ſcilicet, qui neque abſcedit à cuſtodia puellæ: neque illam ipſe contingit. ¶Qui cithariſtriam?§ ἔλλειψις. ſectatur, amat, vel quid tale ſubaudiendum eſt. ¶Sic tenuiter.§ δεικτικῶς Sic dicendum eſt, cum aliquo geſtu. ¶Non multum habet quod det fortaſſe.§Cum commiſeratione amatoris adoleſcentis pronuntiandum eſt. ¶Imò nihil, niſi ſpem merã.§Bene ſpem: quia amat. nemo enim ſine ſpe amat. ¶Meram.§ Solam. ¶Pater eius rediit, an non?§ Chremes ſcilicet. ¶Nondum.§ Subaudi venit. Iam Non plena negatio eſt. ¶Quid? ſenem quoad expectatis veſtrum?§ Animaduertite Quid ſecundum morem quotidianum tum dici, cùm ſit tranſitus à mentione alterius rei ad alteram. Sic & ſuprà, Quid pædagogus ille?¶Quoad expectatis veſtrum?§Quoad quandiu. Et rectè locutus eſt: quia aduentus, finis eſt expectationis. ¶Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui.§ Mirè paratur inopinatus ſubitò aduentus ſenis. nam ipſe veniet, cuius epiſtolam ſperat. ¶Et ad portitores eſſe delatã.§More veterum, magiſtri tributorum, id eſt publicani, operam in portu dabant, inferendarum rerum, & efferendarum vectigal exigentes. ¶Ad portitores.§ Ad eos qui in portu ſunt. Et quo more hoc dixerit vide: Attico, an Romano. ¶Nunquid Geta aliud me vis?§ Abſque illo argento, quo tibi à me opus fuit. ¶Vt bene ſit tibi.§ ἀφελισμός, pro nihil. ¶Puer heus: nemón' huc prodit?§ Moralis expreſſio. nam eos vocat, quibus initio egrediens, dicebat, Si quis me quæret rufus. ¶Cape, da hoc Dorcio.§ Ad κωφὸν πρόσωπον loquitur. ¶Dorcio.§ Dorcium, fœmininum nomen eſt, vt Planeſium, Glycerium.

Nihil, pro Non.

Mibi orat.

Mimeſis.

Amitte, pro Dimitte.

Vel, pro Etiam.

Pædagogus.

Sic.

Mera ſpes.

Non.

Quid.

Quoad.

Publicani.

Portitores.

Vt bene ſit tibi.

Dorcium.

ADRIA. BARL.

Si quis me quæret.§ Reticentia eſt. plura enim, vt videtur, dicturus erat. ¶Præſto eſt, deſine.§ Perſonæ enallage eſt. perſona mutatur. Nam præſto eſt, pro præſto ſum dixit. De ſe enim loquitur. ita ſentit Thomas Linacer Anglorum decus. ¶Obuiam conabar tibi Daue.§ Deeſt ire. ¶Accipe. hem.§ Geſtu offerentis dicendum eſt. ¶Conueniet numerus.§ Conuenire hîc pro conſtare poſuit. ¶Ad hoc res redit.§ Ita loquimur, ſi quid non rectè agatur. ¶Sed quid tu es triſtis?§ Donatus dicit illa Getæ verba, Si quis me quæret, &c. anxij ſignum animi habere. ¶Sed quid tu.§ Sed particula tranſitũ ſignificat ad aliam materiã. ¶Scies, modò vt tacere poſsis.§ Quidam ſubaudiri putant, vide: vt ſit Scies modò, vide vt tacere poſsis. ¶Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris, verere ei verba credere?§ A maiori ad minus. Significat in omnibus fidem ſeruaturum, qui in pecunia ſeruauerit. ¶Verere ei verba credere?§Sic pronũtia, vt oſtẽdas inter pecuniam & verba multũ eſſe diſcriminis. ¶Eius gnatum Phædriã?§Non tam interrogandi quàm docendi gratia hoc addidit. ¶Illi in Lemnũ vt iret.§ Rectè tacet cur eò ſe cõtulerit. Turpis enim cauſa eſt. Lemnos inſula eſt in mari Aegeo. ¶In Ciliciã.§Cilicia in Aſia minori eſt, à

Præſto eſt.

Obuiam conabar.

Cõuenit numerus.

Lemnos.

Cilicia.

Septentrione Capadociam & Armeniam minorem, Ab Oriente Amanum montem, Ab Occidente Pamphiliam habens. ¶ Modo non monteis au. pol. } Græcis eſt familiare dictiũculis his vti μόνον οὐ, & μόνον οὐχὶ, μονονουχὶ, ὅσον οὐ, καὶ ὅσον οὔπω. quæ ad verbum tantũ non ſonant, vti pro fermè, propémodũ. Ad hanc Grecorũ phraſim pertinet hoc Terentij, tantum non monteis auri pollicens, pro ferè, propémodũ.

Modo non, pro ferè ſiue propemodũ. vel tantum non.

¶ Modo non &c. } Prouerbialis hyperbole de ijs qui immẽſa promittũt. Paræmiographus in opere Chiliadum à Perſarum arrogantia ductam putat, qui propter auri venas, montes aureos iactabant. Plautus in Sticho. Neque ille ſibi mereat Perſarum montes, qui eſſe aurei perhibentur. Hoc autem loco apud Terentium Modo non, dictum eſt pro tantum nõ, quod Græcis mouonouchi, nobis perinde valet quaſi dicas propémodum, ſiue peniſſimè.

Tantum non.

Mõtes aureos polliceri.

Modo non.

¶ Cui tanta res erat, & ſuperat. } Pollicebatúrne inquit hoc domino tuo? ¶ Deſinas, ſic eſt ingenium. } Donatus neceſſarium eſſe dicit ad fabulæ periſtaſin, auaritiam Demiphonis, vt hoc abſente filius maiore periculo indodatam duxerit, nam aliàs dicetur, Illéne indotatam atque ignobilem daret illi? ¶ Regem me eſſe oportuit. } Regem hîc diuitem ſonat, & me acuendum eſt.

Rex, pro diuite.

¶ Quaſi magiſtrum. } Cuſtodem ſignificat. ¶ Prouinciam cepiſti duram. } Ad prouincias gubernandas, id eſt regiones procul bello victas, Romani magiſtratus ſuos mittere ſolebant. hinc omne onus nobis impoſitũ prouinciam dicimus.

Prouincia.

¶ Memini relinqui me deo irato meo. } Paræmiograph⁹ Chiliadis primæ, cent. pri. De genio ſenſiſſe videtur, inquit, Terentius cùm ait in Phormione, Mihi vſu venit hoc ſcio. Memini relinqui me deo irato. Quin & noſtrates Theologi veteres illos opinor ſecuti, duos vnicuique genios, quos angelos vocant, ab ipſo protinus exordio vitæ adſcribunt. Amicum, qui commoda noſtra procuret: malum, qui modis omnibus in exitium noſtrum immineat.

Genij cuilibet duo.

¶ Scapulas perdidi. } Scapulas dicimus eam corporis partem, quæ veluti mollibus quibuſdam iugis à ceruice demittitur. Et quoniam ſerui olim, quia natura contumelioſi, in ſcapulis verberari ſolebant, hinc illud natum, ſcapulas perdidi.

Scapulæ.

¶ Aduerſus ſtimulum calces. } Verbum ſubauditur, vt ſit contra ſtimulum calces iactare, & ſignificat fruſtra repugnari his quos vincere nequeas, aut eos prouocare qui laceſſiti noceãt. Ducta eſt metaphora à bobus, quos agricolæ lignis præacutis à tergo fodiunt, qui ſi quando calcibus repugnent aduerſus ſtimulum, grauius etiam læduntur, tantum abeſt vt ſtimulo noceant.

Aduerſus ſtimulum calces.

¶ Vti foro. } Eſt præſentem rerum ſtatum boni conſulere, & vtcunque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. Donatus admonet ductam eſſe metaphoram à mercatoribus, qui non ante commercij locum præſcribunt quanti vendant, quæ aduehunt: ſed ſecundum annonam fori, quam deprehenderunt, conſilium de non vendendis, aut vendendis mercibus capiunt. Seneca: Vtamur foro, & quod fors fert, æquo feramus animo. ¶ Vti foro. } Laurentius in Raudenſem. Raudenſis, ſciſti vti foro. Aſtutus fuiſti. Laurentius, non planè vim huius prouerbij Raudenſis expoſuit, licet ego non legerim Donatum ſuper Phormionem Terentij, vbi hæc verba ſunt. Nondum enim in manus meas author ille totus peruenire potuit. Ita à quibuſdam tanquam ſacer theſaurus, aut religioſum cuſtoditur. Sed ita interpretor, Sciſti vti foro. Cùm forum ſignificet locum illum amplum, vbi & cauſæ publicæ aguntur: vnde dicũtur cauſæ forenſes, & res multæ variæque venduntur: Vnde forum boarium, forum holitorium: Itémque forum Cornelij, forum Liuij, forum Iulij: Erit huius prouerbij ſignificatio, ſcire vel accommodare ſe ad mores iudicum, cæterorúmque hominũ, nec opinioni illorum ſtudiiſque aduerſari, vel in rebus contrahendis cauere ne fallatur, ne vendat emátve, quod in alio foro melius quàm in hoc venderetur emeretúrve.

Vti foro.

¶ Sectari in ludum. } Vallenſis, ludus eſt, inquit, literarius, tum aliarum quarundam artium: ſicut muſicæ, vt apud Terentium de fidicina, quæ quotidie diſcebat in ludo.

Ludus.

¶ Sectari in ludum. } Iocylariter, inquit, Donatus in adoleſcentem, cui ad ſectandos philoſophos apta erat ætas. ¶ Matrem lamẽtari mortuam. } A probitate, quam pijs attribuimus. Morum effictio ſiue mimeſis eſt. ¶ Vultíſne eamus viſere? } Sic & Virgilius in. 1. Aene. Non nos aut ferro Libycos populare penates Venimus. ¶ Imus, vénimus. } Diomede authore Dialyton eſt, quando effertur aliquid, nulla coniunctione interpoſita, Polyſyndeto contraria. vt, Alij naualibus ite, Ferte citi ferrum, date tela, impellite remos.

Dialyton.

¶ Virgo pulchra. } Duo magna, virginitas & pulchritudo. ¶ Capillus paſſus. } Temerè diſperſus. Deducitur paſſus à verbis tribus, Patior, pando, & pateo. à patior perpeſſum ſignificat. Vnde & paſſam dicimus vuam, quæ in ſiccando paſſa eſt ſolem. à pateo idem eſt quod patens & extenſus. Vnde apud Plautum. In portum vento ſecundo, velo paſſo peruenit. à pando ſignificat deductum & diſperſum. vt hîc, Capillus paſſus, & apud Virgilium in primo Aeneidos, Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus.

Paſſus, tria ſignificat.

¶ Nudus pes. } Hæc duo nudus pes, & veſtitus turpis, ad paupertatem referenda ſunt. ¶ In ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent. } Ploce eſt per eiuſdem verbi iterationem. Sic & in illo Perſii verſiculo, Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Ploce.

¶ Ad anum rectà. } Emphaſis eſt, hoc ſenſu, poſthabitis omnibus aliis ad anum pergit. ¶ Illam ciuem eſſe, } Emphaſim habet & hoc, vt ſit, illam, quam ita contemnunt. ¶ Et illam ducere cupiebat, & metuebat abſentem patrem. } Deliberatio. Sed dum in dubio eſt animus, paulo momento huc vel illuc impellitur. Vincet pars altera, abſente enim patre ducturus eſt eam. ¶ Metuebat. } Nam timidum eſt omne ſcelus. ¶ Illéne indotatam daret illi? } Qui lucri gratia in Ciliciam tam ſenex nauigauit? ¶ Nũquam faceret. } Maiorem vim negandi habet, quam non. Rodolphus Agricola quo loco de ratione breuitatis tractat, Ex præcedentibus, inquit, ſequentia intelliguntur. vt quoties mandata, conſilia, cauſáſve explicuimus, quibus vel ordo ſequentium rerum, vel vis facilè perſpicitur. Quale eſt in Phormione Terentij. Eſt paraſitus quidam Phormio, & quæ ſequuntur. Dein ſubiicit. Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam. Non dicit hoc dixiſſe Phormionem, quod ipſum ex figura verborũ facilè perſpicitur. ſed hoc quidem prioris loci exemplum eſt. Quod autem huius eſt loci, poſtquam totum ordinem conſilij recenſuit, deinde rem ipſam quæ hoc pacto geſta eſt cùm poſſet hinc cognoſci, ſolùm dixit, perſuaſit homini, factũ eſt, ventũ eſt, vincimur, duxit.

¶ Homo confidẽs. } Impro bus, audax, temerarius.

Confidens.

¶ Qui illũ dij omnes. } Dona. qui aut expletiuũ dicit eſſe, aut pronomen. Quo Geta incipiens Phormionem deſcribere, cohorreſcat eius conſideratione. ¶ Vt orbæ qui ſunt genere proximi. } Atticũ ius erat, vt orbo proxima nuberet, orbam proximus duceret.

Ius Atticũ.

¶ Eadem hæc lex iubet. } Bene iubet, minorem enim vim habet, quæ permittit aliquid lex, quàm illa quæ iubet, authore Dona. ¶ Scribam dicam. }

dicam.} Sic & Cice. Scribitur Eroſtrato dica. Laurentius in Raudenſem. Membrana eſt pergamenea charta. Dica vero actio, è græco ſumptum. vt Teren. in Phormio. Scribam tibi dicam. Et Cicero in Verrem actione quarta: Scribitur Heraclio dica. Budæ. lib. primo de aſſe. Nec cādidi profectò eſt, nec recti iudicij, ob vnum & alterum incommodius dictū dicam ipſi imperitiæ velut ad tribunal Rhadamanti ſcribere, aut quāuis aliam formulam intendere. ¶ Omnia hæc confingā, quod erit mihi bonū.} Quod pro quatenus hîc poſuit. Sic & Cicero, Nunc verò cenſeo, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus quod ſcribis. In Adelphis. Non equidē iſtas quod ſciam. pro quantum. ¶ Cùm tu horū nihil refelles.} Subaudi quid fiet, aut aliquid tale. ¶ O Geta quid te futurum eſt?} Deſperatione rerum fortem vide ſeruum. ¶ Quòd fors feret.} Ridiculæ ſunt à ſeruis profectæ graues ſententiæ. Poëta igitur hoc facit vt delectet. ¶ In me omnis ſpes eſt mihi.} Quomodo, inquit Donatus, an vt ſtrenuè te defendas, an vt fugias, an vt patiens ſis plagarum? ¶ Qui mihi ſic oret.} Id eſt, qui pro me ſic oret. ¶ Tantummodo nō addit, Vbi ego hinc abiero, vel occidito.} Nullus precator ex animo rogat veniam ſeruo. ¶ Tantummodo nō addit.} Referunt ad Getæ perſonam volentis non addi à precatore, vbi ego abiero. Quod ferè ſolent in aurem ſuſurrare, qui precantur hoc modo, Vbi abiero tracta illum pro meritis. Extant libri qui habeant Tantummodo non addas. Sunt qui putent accipi tantum non, pro etiam, quo modo & Suetonius dixit in Tyberio. Tantum non aduerſis tempeſtatibus Rhodum nauigauit. ¶ Quid pædagogus ille.} Bene pædagogus de quo alias dixerat, ſectari in ludū, quod proprium pædagogi eſt. ¶ Tenuiter.} Terentius hîc tenuiter dixit de iuuene amāte citra nummorum adminicula. ¶ Præter ſpem meram.} Adiectiuum merus idem quod ſolus antiquis ſignificabat. ¶ Ad portitores.} Dicuntur qui principis iuſſu, aut magiſtratus cuiuſpiam, in portu ideo ſedent, vt à præternauigātibus vectigal exigant. ¶ Nunquid Geta aliud me vis?} Aſq; eo quod pecunia tibi opus fuit. ¶ Da hoc Dorcio.} Hoc argentum quod Dauus adnumerauerat.

Dica.

Quod, pro Quatenus.

Vbi ego hīc abiero.

Tantū non.

Portitores.

## LATOMVS.

Argumentum. Dauo per occaſionem narratur argumentum, quomodo Antipho captus amore virginis, eā opera paraſiti vxorem duxerit. ¶ Lectum eſt.} Elegāter dictum, pro bono & probo ¶ Abi ſis.} Reprehenſio, quam confirmat à maiori. ¶ Monteis auri.} Prouerbialis hyperbole. ¶ Cui tanta.} Reprehenſio immoderatæ pollicitationis, à fortuna perſonæ. ¶ Capere prouin.} Prouerbiale. ¶ Deo irato.} Prouerbiale. Genius malus. ¶ Scapulas perdidi.} Cedendo ſcilicet. ¶ Aduorſum ſti.} Prouerbialis metaphora, ſubauditur iactare. ¶ Sciſti vti fo.} Prouerbium in eos, qui ſe tempori accommodant. ¶ Tonſtrina} Vnde prouerbium, notum lippis ac tonſoribus. ¶ Nunquam æquè.} Proſopopœia commiſerantis. & eſt occaſio amoris Antiphonis. ¶ Vt niuis.} Laus pulchritudinis à natura. ¶ Eho te.} Proſopopœia ex perſona paraſiti. ¶ Quod erit.} Iculariter imitatur morem eorum qui aliquid magni aggreſſuri erant. nā ita ferè precabantur: quod felix ac fauſtum ſit. ¶ Nunc omitte.} Proſopopœia. ¶ Tantummodo.} Facetè exprimit morem precantium pro ſeruis, quaſi nullus ex animo precetur. ¶ Portitores.} Qui vectigal in portu exigunt.

Lectū eſt.

Quod felix fauſtūmq; ſit.

## PETRVS MARSVS.

Si quis me.} Quàm violenta res ſit amor, quæ præter ſe nihil penſi habet, ſed quencunque occupat, hunc in pernicioſiſſimos quoſque laqueos ducit, vt nec verecundiæ amplius meminerit, nec bonorum morum reſpectum vllum habeat, ſed parentes iuxta ac patriam, genus, nomen, famámque in diſcrimen adducere negligit, hac ſcena exprimitur. Quantulum enim differt ab inſania amor. Cicero Tuſculanarū quarto, Maximè autē admonendus eſt adoleſcēs quantus ſit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profectò nulla vehementior, vt ſi iam illa ipſa accuſare nolis, ſtupra dico & corruptelas, & adulteria, inceſta denique, quorū omnium ſi accuſabilis eſt turpitudo. Sed vt hæc omittamus, perturbatio ipſa mentis in amore fœda per ſe eſt. Et paulo antè: Hæc lætitia quàm turpis ſit, ſatis eſt diligenter attendentem penitus videre. Et vt turpes ſunt, qui efferunt ſe lætitia tum, cùm fruūtur venereis voluptatibus: ſic flagitioſi, qui eas inflammato animo concupiſcunt. Totus verò iſte, qui vulgò appellatur amor (nec hercle inuenio, quo nomine alio poſſit appellari.) tantæ leuitatis eſt, vt nihil videam, quod putē conferendum. Quem Cæcilius,

Deum, qui non ſummum putet,
Aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtimet,
Cui in manu ſit, quem eſſe dementem velit,
Quem ſapere, quem ſanare, quem in morbum iniici,
Quem contrà amari, quem accerſiri, quem expeti,

Plato in Sympoſio: Etenim vulgaris communiſque Veneris amor reuera eſt & ipſe vulgaris: & quæcunque contingit, peragit. Atque is eſt, quo praui abiectíque homines amāt. Amant porrò fœminas & corpora magis, quam animos, & ſine mente potius, quàm prudentes. Ad explendū ſanè deſiderium inhiant, honeſtè verò nécne expleant, omnino non curant. Quo fit, vt quodcunque fors illis offert, exequantur, & bonum, ſimiliter atque malum. Prouincia, officiū, quod quis tenetur adminiſtrare. Vti foro, eſt præſentibus negotiis ſeſe accommodare. ¶ Tibi ſcribam dicam.} Dica ſignificat actionem, quam contra aliquem in iudicio experimur: vulgariter citationem vocamus.

Dica.

## RIVII CASTIGATIO.

Neſcis quo in metu, & quanto in periculo ſim.} Manuſcriptum exemplar habet πληθυντικῶς: Quanto in periculo ſimus, conſentiente ex impreſſis Lugdunenſi & quodam Argentoratenſi: Quæ ſi lectio placet, in menſione eliditur s, in verbo ſimul, vt ſit quarto loco anapæſtus. ¶ Nam quæ inſcitia eſt, aduerſum ſtimulum calces?} Haud ſcio pronuntiatiuè magis an percontatiuè efferendum ſit. Nam inueni in manu ſcriptis & quibuſdam impreſſis, velut Lugdunenſi & Veneto, vt alia omittam, ad hunc modum: Nanque inſcitia eſt, Aduorſum ſtimulum calces: quomodo & apud Priſcianum. Verùm vtrocunque modo legas, haud multum refert. ¶ Interea dū ſedemus illic.} Nos illi, vt & Dona. & pleraque exēplaria: nec aliter verſus, niſi elidendum putes τὸ s, in verbo ſedemus. Donati verba ſunt. Illi pro ibi. vt, illi mea Triſtia facta. Et nota illi pro illic. ¶ Modo quandā virginem huic viciniæ.} Sic fermè exemplaria habent. Verùm Donatus aliter legit: cuius ſubiiciam verba: Aduerbium in loco eſt, inquit, hîc viciniæ, cuius ad locum, huc viciniæ. Hæc ille, & rectè mea quidem ſententia, vt pro eo accipiatur, quod eſt in hac vicinia. Idem in Andria adnotauit in prima ſcena ibidem legi: Commigrauit huic viciniæ, vel huc viciniæ, vt ſit viciniæ παρέλκον. Priorem lectionem agnoſcit libro decimoſeptimo Priſcia. pro in hāc viciniam.

Hîc viciniæ.

Huc viciniæ.

Præterea No. Marcel. qui libro de propr. ſermo. adnotauit datiuum pro accuſatiuo poſitum.♈Satis inquit ſcita eſt.§In manuſcriptis eſt, conſentientibus impreſsis quibuſdam, velut Lugdunenſi: Satis ſcita, inquit, omiſſo verbo ſubſtantiuo. Sed vtrocunque modo legas, haud ita multũ refert, quod ad ſenſum & carminis rationem attinet. ♈Qui illum dij omnes perduint.§ Alij aliter diſtinguunt, qua de re multa interpres, cuius verba breuitatis cauſa omittimus. ♈Quæ mater, quî cognata tibi ſit, omnia hæc Confingam, quod erit mihi bonum atque commodum, § Hæc vera lectio eſt, quam fermè recentiores codices habent. In nõnullis impreſſis, velut Argentoratenſi & Lipſico quodam erat: Quæ mater, quę cognata tibi ſit: ſed mendoſè. Significat autẽ quî, *Quî.* vnde: vel, vt Donatus, quo modo & qua ratione. In illo quod ſequitur, mihi quidẽ nõ admodum arridet expoſitio Donati: quod illius pace dictũ velim. Quid ille adnotarit, qui legere volet, ex eius cõmentariis petat. Mihi, vt paucis dicam, *Quod, pro quatenus.* particula quod, pro καθ᾽ ὅτι, vel καθ᾽ ὅσον, quod Latini quatenus dicunt, accipi hoc loco videtur. Vt ſit ſenſus: Hæc omnia confingam & comminiſcar, quatenus ex vſu meo videbitur, & quantum commodum erit: vel eatenus confingam, quoad quidem erit vtile atque in rem meam: aut quatenus potiſsimum expedire mihi cõducereque arbitrabor: aut quoad eius fieri oportere, & bono fore cauſæ huic intelligam. Sic & Cicero ad Atticum, Nunc verò cenſeo, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus quod ſcribis. Sic ſæpe aliàs. ♈Nunc omitte, quæſo, hunc.§ Nos amitte, vt Donatus & libri peruetuſti: nec ſecus à doctis citatur. Eſt autem amittere idem hoc loco, quod dimittere: Sic enim apud antiquos accipi ſolitum teſtatur Donatus.

GLAREANVS.

In quinto verſu in Rediit ſynæreſis eſt duorum ij. In octauo, vel amphibrachys eſt loco ſecundo, vel periclo legendum. Et Simus παλινθυντικῶς quidam habent codices, vt vel s, in Simus elidatur, vel d, in Quid. In nono, Abi ſecunda correpta, niſi creticus ſit loco quarto. In decimo, Cuius monoſyllabũ. In decimotertio, s, eliditur in Senis, niſi bacchius ſit loco primo. Ita in viceſimotertio, vel Mihi monoſyllabum totum eliditur, vel creticus eſt loco tertio. In viceſimoquinto, s, eliditur in Opus. In viceſimoſeptimo, pro Nam quæ, quidam codices legunt Nanque, vt enuntiatiuè locus legatur. In quadrageſimoprimo, Illi legit Donatus, idq; carmen expoſcere videtur. In quadrageſimoſexto, vel Suam monoſyllabum, vel bacchius loco ſecundo. In quadrageſimoſeptimo, creticus eſt loco quarto. In quinquageſimo, s, eliditur in Opus. Ita in quinquageſimoquarto, in Magis. In LIX. creticus eſt loco primo. In XLIII. Eius monoſyllabũ ante Sibi legendũ, & proceleuſmaticus ſecundo loco, & Se ſuperfluit, vt ex quarto deinde carmine patet, & planè ſenſus non deſiderat, carmen etiam reſpuit. In LXVII. creticus eſt loco quarto. In LXIX. Ei diſyllabum eſt. In ſeptuageſimo, creticus eſt loco primo. In LXXIIII. vel d, eliditur in Quid, vel bacchius eſt loco primo. In octogeſimotertio, proceleuſmaticus eſt loco primo. In octogeſimonono, bacchius eſt loco ſecundo. quod malim quàm s, in Spes elidere, niſi quis ſuperfluas aliquot ſyllabas exiſtimet. Reliqua nota ſunt.

DONAT. ADEON' rem rediiſſe, vt qui mihi conſultum optimè velit eſſe.§ In hac ſcena color vitæ eſt eorum, qui id, quod immodicè concupierint, ſpernunt, poſtquam euenerit. quod apertiore ſententia oſtendit poëta, dicendo, Noſtri noſmet pœnitet. ♈Adeon' rem rediiſſe.§ Comparatiua qualitas in hac ſcena eſt inter Antiphonis vitam, & Phædriæ. Genus cauſæ demonſtratiuum. Contendunt autem, vter magis miſer ſit.♈Vt qui mihi conſultũ optimè velit eſſe Phædria.§Mira ſententia, qua oſtẽdit adoleſcentulos in peccatis neminẽ magis metuere, quàm eos à quibus maximè diliguntur. Simúlque inducitur rerum imminentium præſtructio: in qua ſic audax inducitur Phædria, vt defenſor futurus ſit: ſic timidus Antipho, vt fugiturus ſit. ♈Vt qui mihi cõſultum optimè velit eſſe, patrẽ extimeſcam.§Ferienda pronũtiatio in eo quod ait, Qui mihi conſultũ optimè velit eſſe. hoc enim magis mirum eſt, ideo patrem timeri, quia cõſultum optimè velit. ♈Vt in mentem eius aduenti venit?§Nota, Venire in mentem *Venire in mentem.* veteres non recordationis cauſa tantùm, ſed etiam recogitationis conſiderationiſque poſuiſſe. ♈Vbi in mentem eius aduenti venit?§ Sic veteres genitiuo caſu proferebant.♈In *Aduẽti genitiuus.* mentem venit.§ Cicero, Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem. ♈Aduenti venit.§ Multipliciter declinatur: & aduenti & aduentus. ſic & in Andria, Nihil ornati, nihil tumulti. ♈Venit?§ Legitur & aduenit. ♈Incogitans.§ Temerarius. *Incogitans.* Probus, Incogitans, inquit, in vſu eſt: at non eodẽ modo cogitãs. ♈Ita eum expectarem, vt par fuit.§Expectarem, nũc opperirer: aliàs *Expectare.* ſperarem. ♈Quid iſtuc eſt?§ *Quid iſtuc eſt?* Hæc interrogatio ſtomachoſa eſt, extenuare volẽtis metum fratris. diuerſa enim ſentit ob diuerſum amoris euentum.♈Qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis?§ *Conſcius.* Propriè ad terrorem, quis de facinore loquitur, conſcium dixit. ♈Rogitas, qui tam audacis facinoris.§ Bene timens inducitur Antipho, vt ſit cauſa fugiẽdi. Ad hoc enim fugiet, ne ad amittendã

coniugem

## ACTVS I. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

CONtendunt inter ſe adoleſcentes, vter eorum magis ſit miſer. Vnde tota hæc ſcena verſatur in genere cauſæ demonſtratiuo.

ARG. PAV. MALLEO.

HIc comparatio vitæ Antiphonis atq; Phædriæ continetur, inter ſe contendentium, vter eorum ſit magis miſer. Simúlque illorum oſtenditur conditio, qui id quod immodicè concupiuerunt, vbi adepti fuerint, faſtidiunt extemplo.

coniugē cogatur à patre ante errorem fabulæ patefactum. ∇ Quod vtinam ne Phormioni.§ Gratiſsimè nō Phormioni ſuccēſet, ſed Phormionis inuento. Et vide vt & ipſe ſe culpæ ſubtrahat. ∇ Quod vtinam.§ Et familiare eſt initia rerum accuſare eos, quos alicuius negotij pœnitet. ∇ Quod vtinam ne Phormioni.§ Vetus elocutio, vtinā ne. Ennius in Medea, Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus cæſa cecidiſſet abiegna ad terrā trabes. Et Ne, pro nō accipiendum. ∇ Neu me cupidum eò compuliſſet.§ Bene hoc addidit ad excuſationem. potuit enim dici, Non conſentires. ∇ Eò compuliſſet.§ Eò, ad vxorem ducendam. an Eò, intantum? ∇ Quod mihi principiū eſt mali.§ Bene quaſi caput mali non in amore ſit, ſed in nuptiis. ∇ Nō potitus eſſem.§ More hominum loquitur: credit enim ex ſequenti ſatietate, quòd potuerit abſtinere amoribus ſuis. ∇ Non potitus eſſem.§ αὐθυποφορὰ μονομερής. Non enim, Sed potiri voluiſti, poſuit, vt ille, Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna. fuiſſet. hìc enim vtraque pars ponitur. ∇ Fuiſſet tum illos ægrè aliquot dies.§ Quidam totum interrogatiuè pronuntiant: nempe, Fuiſſet tum illos mihi ægrè aliquot dies? ∇ At non quotidiana cura hæc angeret animum.§ Cùm amatoriè loquatur Antipho, errant qui putant eum pœnitere ſui deſiderij. nam ſi hoc eſt: nec maritus firmus videbitur fore. ſed hoc dicit, facilius fuiſſe abſtinere virgine intacta, quàm ea cum qua tam conſueuerit. & ideo ſubiungit; dum expecto, quàm mox veniat, qui hanc mihi adimat conſuetudinem. ∇ Audio.§ Audio per εἰρωνείαν dicitur modò à contēnente dictū Antiphonis. ∇ Audio.§ Omnia deridet Phædria, cupiens fru

*Vtinā ne.* *Ne, pro nō.* *Eò, pro intantum.* *Audio.*

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena eſt diuinatio quædā, Antiphóne an Phædria fortunatior ſit.

*Trochaici Iambicis permiſtis. Dimeter vnus.*

ANTIPHO, PHAEDRIA.

ADeón' rem rediiſſe, vt qui mihi conſultum optimè velit eſſe Phædria, patrem extimeſcam, vbi in mentē eius aduenti venit?

Quòd ni fuiſſem incogitans, ita eum expectarem, vt par fuit.

P. Quid iſtuc eſt? A. rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis?

Quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet,

Neu me cupidum eò impuliſſet, quod mihi principium eſt mali.

Non potitus eſſem: fuiſſet tum mihi illos ægrè aliquot dies:

At non quotidiana cura hæc angeret animū. P. audio.

A. Dum expecto, quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem.

P. Aliis quia deſit, quod amant, ægrè eſt, tibi quia ſupereſt, dolet.

Amore abundas Antipho.

Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda optandáque eſt:

Ita me dij bene ament, vt mihi liceat tam diu quod amo, frui,

Iā depaciſci morte cupio: tu coniicito cætera,

Quid ego ex hac inopia nunc capiā, & quid tu ex iſtac copia.

Vt ne addam, quòd ſine ſumptu ingenuam, liberalem nactus es:

Quòd habes, ita vt voluiſti, vxorem ſine mala fama: palàm

Beatus: ni vnum hoc deſit, animus qui modeſtè iſtæc ferat.

* Quòd ſi tibi res ſit cum eo lenone, quocum mihi eſt, tum ſentias.

Ita pleriq; ingenio ſumus omnes, NOSTRI NOSMET POENITET.

ctū amoris vel periculis adipiſci. Eſt ergo Audio εἰρωνεία, pro non audio: hoc eſt, nihil dicis. ∇ Dum expecto quàm mox veniat.§ Non quādo, ſed quàm citò: quia timet. ∇ Qui adimat hāc mihi conſuetudinem.§ Mirè nō amorem: tanquā amore carere potuerit, cōſuetudine nō poſsit. Et nota proprietatē. nā conſuetudo ſpecialiter de coitu dicitur. ∇ Aliis quia deſit, quod amant.§ Magnificentius aliis dixit, quàm ſi diceret Mihi. ∇ Tibi quia ſupereſt, dolet.§ Laborauit vt oſtenderet plus eſſe Dolet, quàm Aegrè eſt. & ideo inſanum ait Antiphonem: qui in ea fortuna poſitus, quæ aduerſa & cōtraria eſt, idē patiatur quod miſer. & eſt figura ὑπόζευξις. Nā ad vtrāque Aegrè eſt ſufficere potuit. Scire autē debemus & pronuntiatiuè, & per interrogationē hoc ipſum pronuntiari poſſe. ∇ Amore abūdas Antipho.§ Sic hoc pronuntiandum, quemadmodum ſolet cū ſtomacho dici vituperanti cibum, Tu pleno vētre es. vult enim oſtendere ſatietatis hoc eſſe, non ratiocinationis, quod nūc queritur Antipho. ∇ Tibi quia ſupereſt.§ Id eſt, eo quod deſideras, abundas. Ordo eſt, Tibi dolet, quia ſupereſt. ∇ Amore abundas Antipho.§ Abundare dicitur, qui ſucceſſu proſpero affluit. Lucilius lib. III.—ille alter abūdans. Cum ſeptē in locū Hiſpanus r a r p. ∇ Amore abūdas Antipho.§ Hoc cū pronūciatione infert. ∇ Nam tua quidē hercle certò hæc vita.§ Bene certò: quia ſuprà omnia cum εἰρωνείᾳ dixit. ∇ Vita hęc expetenda.§ Vita dixit, vt oſtēderet etiam ſi non felicitas, ſed vita dicatur, optandam eſſe. Vita autē & mores ſignificat, & animam, & alimentum, & ſpatium viuendi: & fortunam accidentem viuentibus: vt modò. ∇ Ex-

*Audio, pro Non audio.* *Cōſuetudo.* *Dolet.* *Aegrè eſt.* *Hypozeuxis.* *Amore abundas.* *Abūdare.* *Certò.* * Et *Vita.*

A. At tu mihi contrà nunc videre fortunatus Phædria,
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi, quid velis,
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,
Vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinẽdi copia.
Sed quid hoc eſt? videóne ego Getam currentem aduenire huc?
Is eſt ipſus: hei timeo miſer quam hic mihi nunc rem nunciet.

petenda, optandáque.} Propriè dixit, expetenda, optandáque. omnia enim quæ amamus, aut induſtria, aut voto proueniunt: hoc eſt, aut in nobis ſunt, aut in fortuna poſita. ¶Ita me dij bene amẽt, vt mihi liceat.} Neceſſariò iurat: quia quod dicturus eſt, ſolis amatoribus videtur eſſe credẽdũ. ¶Ita me dij bene amẽt, vt mihi liceat tã diu quod amo, frui.} Opportunus locus, in quo oſtendatur quàm magno amore ſit poſſeſſus Phędria, cui pat impẽditur argumentũ. ¶Tã diu quod amo, frui.} Quam

Tam diu. diu vxore fruitur Antipho. An tam diu δεικτικῶς? ¶Tam diu.} Tantiſper, hoc eſt vel tantillo tempore. ¶Quod amo, frui.} Deeſt eo: vt ſit, Eo quod amo, frui. ¶Iã depeciſci morte

Depeciſci. cupio.} Pactionẽ tranſigere. ¶Tu cõiicito cætera.} Aut cæte

Coniicito. ra abũdat, aut deeſt per, vt ſit, per cætera. ¶Quid ego ex hac inopia nũc capiam.} Infortuniũ ſcilicet. ¶Et quid tu ex iſta

Paralepſis. copia.} Fructũ ac felicitatẽ. ¶Vt ne addam.} παράλειψις fi-

Ingenua. gura, in qua velut ex abũdanti enumerãtur adiecta. ¶In-

Liberalis. genuã, liberalem nactus es.} Hoc natalium: illud morũ eſt.

Vt ne. ¶Vt ne addam.} σχῆμα παράλειψις. ¶Vt ne.} Quod Græci ἵνα μὴ. ¶Quòd habes, ita vt voluiſti.} Voluiſti ſubdiſtinguẽdum eſt, & ſic legendum vxorem. Erit enim ἐμφατικώτερον. ¶Vt voluiſti, vxorem.} Bona præparatio vxoris futuræ. ¶Sine mala fama: palàm beatus.} Multi ſuperius iungunt palàm. ¶Sine ſumptu, ingenuam, liberalem.} Contra ea quæ patitur, iſta poſuit omnia. huius in amore copiam: ſuã inopiam. huius deſiderium nullo conſtitiſſe ſumptu: ſibi à lenone fuiſſe emendam puellam. huius ingenuam: ſuam ſeruam. huius liberalem: ſuam Ciſthariſtriam. hunc nactum eſſe: ſe ſectari tantùm. huius vxorem: amicam ſuam. huius amorem maritalem eſſe: ſuum velut prodigi, velut ſcortatoris.

Modeſtè ferre. ¶Ni vnum hoc deſit, animus qui modeſtè iſtæc ferat.} Modeſtè, moderatè. Saluſtius libro ſecundo, Modeſtus ad omnia alia, niſi ad dominationẽ. ¶Modeſtè.} Cum modo. ¶Et ſi tibi

Et. res ſit cũ eo lenone.} Et modò non connexiua, ſed inceptiua coniunctio eſt. Saluſtius libro ſecundo, Et Pœni ferũt aduer

Sentias. ſus a n c m. ¶Sentias.} Sic alibi,

Plerique omnes. Sit rogas? ſenſi. ¶Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet.} παρέλκον tertium. In Andria, Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli. & eſt ἀρχαϊσμὸς: vt, Ac-

De integro. cede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. ¶Cui de integro

Pœnitet. eſt poteſtas.} Poſt. deinceps. An de integro, id eſt integris rebus? ¶Noſtri noſmet pœnitet.} Pœnitet eum qui parum putat. ergo ipſi nos, inquit, noſtra contemnimus. Sic & in Heautontimorumeno. At enim hìc dices, Me quantum hìc operis fiat, pœnitet. ¶Quid velis retinere, amare, amittere?} An coniunctè legendum eſt, Quid velis retinere? vt duo ſint, amare, amittere, quia & infrà duo reddit, Vt neque mihi ſit amittendi neque retinẽdi copia. Amittendi, propter amo-

Hei. rẽ: retinendi, propter patrẽ. Et Hei interiectio ingemiſcentis eſt. ut, —hei mihi, quantũ Præſidiũ Auſonia, & quantũ tu perdis Iule. ¶Hei timeo miſer.} Quàm rectè iã timet: quia in metu ſemper eſt præſaga mali mens.

Vt qui mihi conſultum optimè velit patrem vt extimeſcam.} Audacem Phædriam, timidũ inducit Antiphonem. Ex cuius dicto licet cognoſcere id verũ eſſe, adoleſcentes ſi quando ſceleris quippiã admiſerint, neminẽ magis metuere, quàm eos à quibus maximè diligũtur. ¶Conſultum velit.} Velit vt bene ſit mihi. Sic & Lactantius Inſtitutionũ libro quinto loquitur. Vnde inquiens pietas tam impia, vt eos miſeris modis aut perdant, aut inutiles faciant, quibus velint eſſe conſultum. ¶Eius aduenti venit.} Priſcianus dicit Terentio hìc genitiuum pro nominatiuo poſitum eſſe. ¶Quòd ni fuiſſem incogitans.} Quòd ni diſcretiua coniunctio. vt illæ, ſed, ſed enim, at, aſt, atqui, autem, verò, porrò, cæterùm. quibus ea quæ diſcreta volumus intelligi, connectimus. ¶Quid iſtuc eſt?} Cum ſtomacho interrogat, ſic vt extenuare velit metum fratris. ab illo enim diuerſa ſentit. ¶Tam audacis facinoris mihi conſcius ſis.} Conſcentiæ tria ſupplicia, verecundia, pudor, & ſupplicij metus. & pœnam ſemper ante oculos verſari putant qui peccauerunt. ¶Quod vtinam.} Quod pro quadam tantummodo continuatione ſiue connexione accipitur, quoties vtinam adiunctum habet, quaſi dicas, atque vtinam, vel vtinam autem ne incidiſſet. ¶Vtinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet.} Priſcianus, Ne cùm eſt dehortatiuum, indicatiuo non adiungitur, ſed imperatiuo, vt Virgilius in ſexto, Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito. vel optatiuo, vt Terentius in Phormione, Quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet. ¶At non quotidiana cura hæc angeret animum.} Non pœnitet Antiphonem deſiderij ſui: ſi enim hoc ita ſit, nõ ſatis firmus vxori maritus videbitur. Hoc ergo ſignificat, facilius potuiſſe abſtinere ſe intacta virgine, quàm ea cui iam conſuerit. Nam proximè ſequitur. Dum expecto quàm mox veniat qui adimat hanc mihi conſuetudinem. ¶Amore abundas Antipho.} Sic pronũtia, vt ſolent qui ſaturi rerũ omnium, cibum aliquẽ vituperant. vult enim innuere Phædria ſatietatis hoc eſſe, quod queritur Antipho. ¶Ita me dij bene ament, vt mihi liceat &c.} Vide quãto ſit poſſeſſus amore Phædria. ¶Iam depaciſci morte cupio.} Donato depaciſci eſt pactione tranſigere. ¶Quid ego ex hac inopia, & quid tu ex iſta copia.} Pulchra ex contrariis cõpoſitio eſt. Copia, inopia: amici, inimici. ¶Sine ſumptu.} Mihi à lenone emenda eſt. ¶Ingenuã.} Tua ingenua, mea ſerua eſt. ¶Liberalem.} Tua liberalis, mea cithariſtria eſt. ¶Ni vnũ hoc deſit animus qui modeſtè iſtæc ferat.} Beatus tu quidẽ Antipho, ſi adſit animus æquus, tolerans, & in aduerſis minimè querulus. Dic ergo modeſtè, id eſt, cũ modo. ¶Quòd ſi tibi res ſit.} Id eſt contentio. Sic Laurentius interpretatur in opere quod ſcripſit de Dialectica. ¶Noſtri noſmet pœnitet.} Quod hìc ſimpliciter à Terentio dictum eſt, Horatius per metaphoram extulit. Optat ephippia bos piger, optat arare

Marginal notes (right): ADRIA. BARL. — Cõſultũ mihi velit. — Quòd ni. — Conſcientiæ tria ſupplicia. — Quod vtinam. — Ne. — Res, pro cõtentione.

*Sortem alie nam magis miramur quàm noſtram.*

*arare caballus. Significat enim humanis ingeniis inſitum eſſe, vt ſemper alienã ſortẽ magis mirentur, ſuam contemnant ac faſtidiant. Optent inexperta, experta dãnent. Idem Ouidius dixit eleganti & ipſe vſus allegoria. Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in aruo, Vicinúmque pecus grandius vber habet.* [Neque eius ſit amittendi, nec retinẽdi copia.} *Propter amorem amittere non poſſum. ob patris metum retinere non poſſum.* [*Amittendi.*} *Budæus, amittere, inquit, dimittere eſt. & citat hunc locum. & alterum ex ſecunda ſcena Phormionis. Hunc amitte quæſo.* [*Hei timeo miſer.*} *Hei Donatus ingemiſcentis ait eſſe interiectionem.* [*Timeo miſer quam hic mihi nunc nuntiet rem.*} *Vide vt ſemper in metu eſt, vt ſemper trepidat præſaga mali mens. Seneca, Peccãtium, inquit, maxima pœna eſt peccaſſe. Secundę pœnæ ſunt timere ſemper, & expaueſcere. Iuuenalis in Satyra* XIII. *Scelus intra ſe tacitum qui cogitat vllũ, Facti crimen habet. cedo ſi conata peregit, Perpetua anxietas.*

*Peccãtium pœna maxima.*

LATOMVS.

*Argumentum. Querela Antiphonis metuentis patrem, & Phædriæ correptio. Eſt autem protaſis fabulæ.* [*Aduenti.*} *Vetuſtè, ſicut ornati, tumulti, in Andria.* [*Quod vtinam.*} *Pœnitet feciſſe quod immodicè concupiuit.* [Non potitus.} *Occupatio, quæ ſoluitur à tempore.* [*Qui adimat.*} *Qui, patrem intelligit.* [*Aliis quia.*} *Corripit immodeſtiam, & collatione ſui auget.* [*Quid ego.*} *Collatio.* [*Vt ne addam.*} *Præteritio.* [Noſtri noſmet.} *Vera ſententia.*

PETRVS MARSVS.

*Adeón' rem.} Quæ temere ſuſcipiuntur, nec paratum ſecum conſilium apportãt, illorum pœnitentiam nos quamprimum ſubſequi ſolere, docet hæc ſcena.* Nam *cùm animus præſentibus voluptatibus occupatus nihil prouidentia conſiderat, ſibiipſi quæ recta eſſe poſſent non cõſulit: vnde mox cùm ad ſe redit, ad pœnitentiam mouetur, quæ cum locum nouo conſilio reparare poteſt, tempeſtiua eſt & commoda: ſi autem talis ſit, vt mutare conſilia non poßit, proxima deſperationi dicenda eſt.* Nam *cùm conſcientia mille teſtes, quæ ſemper in memoriam turpis rei factũ reuocat, quieſcere conſcij ſibi non poſſunt: ne tunc quidem cùm omni ſpe depoſita, portum non amplius inquirunt. Seneca libro quinto Epiſtolarum: Quid autem prodeſt recondere ſe, & oculos hominúmque aures vitare? bona conſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia atque ſolicita eſt. Si honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant. Si turpia, quid refert neminem ſcire, cùm tu ſcias? Depaciſci morte, eſt pactionem cum morte inire.*

*Depaciſci.*

RIVII *caſtigatio.*

*Retinere, amare, amittere.} Sic habet vera lectio. Caterùm codices quidam velut Vuitembergenſis & alij pleríq; habent admittere poſtremo loco, mendosè videlicet: id quod illa ſequentia ibidem docent. Ego in eum incidi infelix locum, vt neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia. Facit nobiſcum Donatus. Porrò inſcitè fecerint & me hercle ingratè, ſi qui hoc erratum aut ſimile quid Philippo adſcribere velint, quod eſt oſcitãtibus typographis, & eorum correctoribus vel indoctis vel indiligentibus adſignandum.*

GLAREANVS.

*Huius ſcenæ omnia carmina iambica puto catalectica acatalecticáque. In primo verſu Adeo rem, pro anapæſto legam, vt ſit iambi. tetra. catalecticus. In ſecundo, Vt ante verbum Extimeſcam perperã legitur, cùm ſit in priore verſu, & Eius diſyllabum facit acatalecticũ, vt Venit ſit præſentis temporis, quod placet: alioqui Eius monoſyllabum faceret catalecticum, & Venit præteriti eſſet temporis. Idem dicimus de Fuiſſem, in tertio verſu, quod verbum vel trochaicum cata. vel iambicũ acatalecticum fecerit. In quarto, d, eliditur in Quid, niſi bacchium loco primo conſtituamus, & Sis meo quidem iudicio abũdat, niſi iambicum tetrametrum hypercatalecticum eſſe dicamus. Quintus verſus eſt iambicus tetra. catalect. & d, initio verſus eliditur, vt ſit loco primo anapæſtus. In ſexto Aldinus codex Compuliſſet, vt ſit iambicus tetra. acatalecti. & tribrachys loco ſecundo, & ſpondeus loco tertio. In* VII. *codex vetuſtus habet Si coniunctionem ante* Non, *vt ſit iambicus tetr. acatale. Sed ablata ea trochaicus vnus inter omnes iambicos fuerit. Qui nunc ſequuntur verſus, tribus duntaxat exceptis, abſque dubio ſunt omnes iãbici tetr. acatale.* Nam *in proximo, qui ab initio ſcenæ eſt octauus, ti ſyllaba in Quotidiana longa eſt, vt aliàs vbique. Vndecimus tamen dimeter iambicus eſt, vt ille, Amice propugnacula. eſt autẽ ἐπῳδὸς ad priores verſus. In* XIX. *vel Eò monoſyllabum eſt, vel creticus loco tertio eſt. Idem de Mihi in loco ſexto dicimus. In antepenultimo, vel Mihi, vel Eius monoſyllabum. Penultimus vltimúſque haud dubiè ſunt iambici tetra. catalecti. qui in vetuſto codice ita leguntur, quæ lectio mihi probatur.*

*Quotidianus.*

> *Sed quid hoc eſt? videóne ego Getam currentem huc aduenire? Is*
> *Eſt ipſus, hei timeo miſer, quam hic mihi nunc nuntiet rem.*

*Vbi in priore d, eliditur in Quid, quanquam et creticus eſſe poteſt loco primo, & Is, vel ad priorem pertinet verſum, vel verſu vltimo eſt bacchius loco primo.*

DONAT. NVllus es Geta.} In hac ſcena ſerui concurrentis officium eſt, tendens ad perturbationem Antiphonis, quem oportet abeſſe à conſpectu patris vſque ad cognitionem rerum, & καταστροφὴν fabulæ. ¶Conſilium

Celere.

celere.} Hoc celere neutraliter dicitur. ¶Subitò tãta te impendent mala.} Accuſatiuo caſu impẽdent. aut ἀναστροφὴ, pro, In te pendent mala.

Impendeo.

Cùm ſuprà Nullus es Geta, dixerit: hîc tranſitum fecit ad primam perſonam. ¶Quę neque vti deuitẽ, ſcio.} Ruina aut vitanda eſt, aut extrahenda ſunt ex ea, corpora quæ oppreſſerit. ¶Nam nõ poteſt celari noſtra diutius tam audacia.} Bene noſtra: quia ipſe partem maximam culpæ ſuę tenet vt magiſter.

Deuitare.
Extrahere.

¶Deuitem.} Antè quàm irruant. ¶Inde extraham.} Cùm irruerint. ¶Celari.} Nigidius quærit, vtrum plenũ ſit, an preſſum? ¶Quídnam ille commotus venit?} Modò

Commotus.

commotus, perturbatus atque conterritus. ¶Quídnam ille commotus.} Hîc oſtendit poëta idcirco confuſum Getam induci, vt de eius metu Antipho terreatur. ¶Tum,

Punctum temporis.

temporis mihi punctũ.} Punctum, pro momẽtum. vt Lucilius in XIIII. Puncto vna hora * & qui quoque inuaſit. ¶Punctum.} Anguſtiſſimum ſpatiũ. ¶Ad hanc rem.} Ad deliberandũ quod ago. ¶Herus adeſt.} Vultu triſti ac ſuperciliis arduis hoc dicendum eſt. ¶Quid iſtuc mali eſt?} Mirè πρὸς τὸ Herꝰ adeſt, Quid iſtuc mali eſt, poſuit, ex perſona Antiphonis: cui pro calamitate eſt patris aduentus. ¶Quod cùm audierit.} Scilicet quòd vxorem duxit Antipho. ¶Quod eius remediũ inueniam iracundiæ?} Plus eſt quàm ſi diceret, nullum. ¶Quod cùm audierit.} Bene non addit, quid. ſecum enim loquitur. ¶Quod eius remedium inueniam iracundiæ.} Propriè remedium, quaſi iracundia morbus ſit. ¶Loquárne? incendam.} Quia iracundia ignis eſt. ¶Taceam? inſtigẽ.} Inſtigari propriè fera dicitur. ¶Purgẽ me? laterem lauem.} παροιμία, πλίνθον πλύνεις. ¶Loquárne? incendam. taceam? inſtigem.} σχῆμα διαπόρησις. Duo ſunt quæ fieri in placando ſolent: aut loqui, aut tacere. Sed quid vult ſibi purgem me, cùm idem ſit loquar? an quia poteſt purgatio & per defenſorem, patronúmue induci? ſic quidam putãt. Sed melius eſt hoc, vt perturbatæ & ſeruilis imperitǽque perſonæ verba ſine arte eſſe, & vim ſignificati non habere.

* abſtraham:
Remedium
Incendere.
Inſtigare.
Laterẽ lauare.

¶Cum mihi paueo.} Cùm, præterquam quòd ſignificat modò. ¶Tum antipho me excruciat animi.} τῷ ἰδιοτισμῷ, pro eo quod eſt, propter Antiphonem me excrucio. ¶Me excruciat animi.} Sic in Hecyra, Fecit, animi vt incertus foret. Veteres figurabant hanc locutionem. ¶Eius me miſeret. et nunc timeo.} Miſeret præteritorũ, Timeo de futuris. ¶Eius me miſeret: ei nunc timeo: is nunc me retinet.} Figura πολύπτωτον, eius, ei, is. ¶Is nunc retinet me.} Si retinet, quomodo excruciat? ¶Nam abſque eo eſſet.} Si ad eum res non pertinet: id eſt, ſi meum tãtummodo peccatum eſſet hoc ipſum. ¶Rectè ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem vltus iracundiam.} Facetè ſeruus occaſionem melioris cõditionis eſſe exiſtimat fugæ cauſam, tanquam ſibi per eam & libertatis genus præſtare poſſet, & prædam. ¶Rectè ego mihi vidiſſem.} Vt dicimus, Vide tibi, et videte vobis. Et rectè vidiſſem, pro, prouidiſſem. ¶Et ſenis eſſem vltus iracundiam.} Senis maluit, quàm domini, dicere: vt in ipſo nomine & hortamentum impune fugiendi appareat. & ſimul quia non iram, ſed iracundiam dicturus erat. nam Ira, de cauſa: Iracundia, de moribus. ¶Et ſenis vltus eſſem iracundiam.} Non dixit euaſiſſem: ſed vltus eſſem. faciunt enim ſerui fugiendo, vt dominos pœniteat iratos fuiſſe. Sic Virgilius, Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi. ¶Aliquid conuaſaſſem.} Figuratum eſt à colligendis vaſis.

Cũ, pro præterquam quòd.
Excruciat me animi.
Miſert.
Timeo.
Eius, ei, is.
Abſque eo eſſet.
Video mihi pro prouideo.
Ira.
Iracundia.
Iracundiã alicuius vlciſci.
Conuaſare.

## ACTVS I. SCENA IIII.



### ARG. ADRIA. BARL.

GEta Antiphoni adfert è Cilicia rediiſſe patrem. quo nuntio tantus iniicitur metus malè ſibi conſcio adoleſcenti, vt ſubducat illico ſeſe.

### ARG. PAVL. MAL.

IN hac ſequenti ſcena, Getæ ſerui occurrẽtis officium eſt, qui cùm eſſet ex ſenis aduẽtu perturbatus, eo nuntio Antiphonem adeò reddit trepidantem & meticuloſum, vt ante conſpectum patris, quamuis à Geta confidenter inſtructus, cõparere minimè ſit auſus, imò properè abſcedit, non rediturus ad rerum cognitionem, vſque ad fabulæ conuerſionem. Remanent igitur alloquuturi ſenẽ Geta & Phædria, qui ſeſe mutuò in illum inſtruunt, exhortantúrque.

### ARG. CHRISTOPH. HEG.

DEliberat ſecum Geta, quomodo ſenem Demiphonem, in cuius abſentia, Antipho duxerat vxorem indotatam, mitiget.

*Iambici Quadrati, admiſtis Trochaicis. Senarij quidam. Dimeter item vnus, & Monometer hypercatalecticus.*

### GETA, ANTIPHO, PHAEDRIA.

NVLLVS es Geta, niſi aliquod iã tibi conſilium celere repereris:
Ita nunc imparatum ſubitò tanta te impẽdent mala:
Quæ neque vti deuitem ſcio: neque quo modo me inde* extraham:
(Nam non poteſt celari noſtra diutius iã audacia)
Quæ ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſſundabunt.

A. Quidnam ille commotus venit? G. tum, temporis punctum mihi

Ad hanc rem eſt: herus adeſt: A. quid iſtud mali eſt?

G. Quod cùm audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?

Loquárne? incendam. taceam? inſtigē. purgem me? LATEREM LAVEM.

Eheu me miſerum. cùm mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi:

Eius me miſeret: ei nunc timeo: is nūc me retinet: nam abſque eo eſſet,

Rectè ego mihi vidiſſem, et ſenis eſſem vltus iracundiam.

Aliquid conuaſaſſem, atque hinc me conijcerem * protinus in pedes.

A. Quam hic fugam, aut furtum parat?

G. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere inſiſtam via?

P. Te nominat. A. neſcio quod magnum hoc nuntio expecto malum.

P. Ah, ſanúſne es? G. domum ire pergam: ibi plurimum eſt. P. reuocemus

Hominem. A. ſta ilico. G. hem,

Satis pro imperio quiſquis es. A. Geta. G. ipſe eſt, quem volui obuiam.

A. Cedò quid portas obſecro? atque id, ſi potes, verbo expedi.

G. Faciam. A. eloquere. G. modò apud portum. A. meúmne?

G. Intellexti. A. óccidi.* G. hem.

A. Quid agam? P. quid ais? G. huius patrem vidiſſe me, patruum tuum.

A. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inueniam miſer?

Quòd ſi eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt diſtrahar,

Nulla eſt mihi vita expetenda. G. ergo iſtæc cùm ita ſint Antipho,

Tanto magis te aduigilare æquū eſt: FORTEIS fortuna adiuuat.

A. Non ſum apud me. G. atqui opus eſt nunc, cum maximè, vt ſis Antipho:

Nam ſi te ſenſerit timidum pater eſſe, arbi-

---

vaſis. ¶Hinc me conijcerē.} πρὸς τὸ Rectè ego mihi vidiſſem. ¶Protinus in pedes.} Protinam fuit: & ſic Nigidius legit. ¶Quam hic fugā.} Conijcerē in pedes. Aut furtum parat?} Aliquid conuaſaſſem. ¶Quam hic fugā, aut furtum parat?} Iocunda ἀπόδοσις. prius enim furtum, quàm fuga occurrere debuit ¶Sed vbi Antiphonem reperiam?} Sed pro ergo: vt ſit Ergo vbi Antiphonem reperiā? an Sed finis ſuperioris ſententię eſt? vt Salu. Sed Metellus in vlteriore prouincia. ¶Reperiam.} Si alicubi ceſſet. ¶Aut qua quærere inſiſtā via?} Si alicubi ambulet: omnis enim qui quæritur, aut ceſſat, aut ambulat. ¶Te nominat.} Ad hoc diu auditur Geta, & ipſe nō videt adoleſcentes: vt plus illis terroris incutiat, dū ſecum loquitur. ¶Neſcio quod magnum hoc nuntio expecto malum.} Diſertè locutus eſt, neſcio quod magnū hoc nuntio expecto malum: pro eo quod eſt, neſcio quod magnum malū hunc mihi nuntiaturum arbitror. ¶Domum ire pergam.} Hoc nos ἐλλειπτικῶς dicimus, domū pergam. ¶Ibi plurimùm eſt.} Oſtendit ab initio ſe domum pergere, & ſic videtur delibraſſe. ¶Ibi plurimùm eſt.} Scilicet propter amorē vxoris ſuæ. ¶Plurimū.} τὸ πλεῖστον. ¶Reuocemus hominē} Comicè & moraliter addidit, hominē ¶Sta ilico.} Ille, reuocemus hominem, dixit: hic, non progredi iuſsit. ¶Satis pro imperio quiſquis es.} Hîc oſtendit culpæ conſcientia nullam authoritatem reliquam in magiſtro Geta. ¶Satis pro imperio.} Id eſt imperiosè. ¶Cedò quid portas obſecro? atque id, ſi potes verbo expedi.} Mirè expreſſit affectum de timore properantis. ¶Cedò quid portas obſecro?} Vt, Si vera feram, ſi magna rependā. Nam ferre et portare, de negotiis ma-

Protinam. Conijcere ſe in pedes. Conuaſare. Sed, pro Ergo. Reperire. Inſiſtere via. Domum ire pergam. Plurimùm ibi eſt. Sta ilico. Satis pro imperio. Ferre. Portare.

---

ioribus dicitur. ¶Verbo expedi.} Deeſt vno. ¶Eloquere.} Aliter oſtendit quid eſt, verbo expedi: dicēdo eloquere. ¶Modò apud portum.} Patrem vidi, dicturus Geta, præuctus eſt ab eo quem timor intelligentem fecerat. ¶Hem.} Propria, et ſua cuique perſonę exhibuit: celeritatem ex præſagio metuenti Antiphoni: & tarditatē intellectus quieti pectoris ſecuro Phædriæ. ¶Quid agam?} Iam flet Antipho, & adhuc non intelligit Phædria. ¶Huius patrem vidiſſe me, patruum tuum.} Mirè poëta Antiphoni minꝰ quā oportet, et Phędriæ plus quā oportet fecit loqui nuntium. Ille enim penè diuinat ex metu: hunc tardum ſecuritas facit. ¶Huius patrem vidiſſe me, patruū tuū.} Reddit vtrique proprium: vt & ille qui timebat, paucis intelligeret. & ille qui ſecutus erat, pluribus edoceretur. ¶Nam quod ego huic nunc ſubitò.} Nam aut ſubiunctiua coniunctio eſt ſuperiori dicto, quod ait, Quid agam? aut ἀναστροφὴ eſt. Nā quod, pro quódnam. ¶Huic ſubitò exitio remedium.} Subito, et aduerbium, & nomen eſt. Cùm ſubitò aſſurgens fluctu nymboſus Orion. ¶Inueniā miſer?} Cum Ego ſuprà dixerit, ἐμφατικῶς addidit, miſer ¶Quod ſi eò meę fortunę redeunt.} Tragicè amator hoc negotiū fortunas omnes dixit eſſe. ¶Fortunę redeunt.} Bene redeūt: quaſi in peius, & à proceſſu retrò, et in deterius. ¶Phanium abs te vt diſtrahar.} Amatoria προσφώνησις per ἀποστροφὴν. ¶Abs te vt diſtrahar.} Non dixit, à me diſtraharis. Et vt de verbum vim cohærentis oſtēdere. ¶Nulla eſt mihi vita expetēda.} Nulla, pro nō: aut nullius conditionis. quaſi dicat, ne deorum quidem vita mihi dulcis eſt ſine te. ¶Nulla eſt mihi vita expetēda.} Sine Phanio. ¶Tanto

Verbo expedi. Eloquere. *protinā Nam. Anaſtrophe. Nā quod. Subito. *Ph. Fortunæ redeunt. Diſtrahere. Nulla.

trabitur

Commeruiſſe culpam. P. hoc verum eſt. A. non poſſum immutarier.

G. Quid faceres, ſi aliud quid grauius tibi nunc faciundum foret?

A. Cùm hoc non poſſum, illud minus poſſem.

G. hoc nihil eſt Phædria: ilicet,

Quid conterimus operam fruſtra? quin abeã?

P. & quidem ego. A. obſecro:

Quid ſi aſſimulabo, ſatín' eſt? G. garris. A. voltum contemplamini: hem,

Satín' ſic eſt? G. non. A. quid ſi ſic? G. propémodum. A. quid ſi ſic? G. ſat eſt:

Hem iſtuc ſerua: & verbum verbo, par pari vt reſpondeas,

Ne te iratus ſuis *ſæuis dictis protelet. A. ſcio.

G. Vi coactum te eſſe inuitum, lege, iudicio: tenes?

Sed quis hic eſt ſenex, quem video in vltima platea? A. ipſus eſt:

Non poſſum adeſſe. G. ah, quid agis? quò abis Antipho? mane,

Mane inquam. A. egomet me noui, & peccatum meum:

Vobis commendo Phanium, & vitam meam.

P. Geta, quid nunc fiet? G. tu iam lites audies:

Ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit.

Sed quod modò hîc nos Antiphonem monuimus,

Id noſmet ipſos facere oportet Phædria.

P. Aufer mihi oportet: quin tu quod faciam, impera.

G. Meminiſtíne olim vt fuerit veſtra oratio,

In re incipiunda ad defendendam noxiam?

Iuſtam illam cauſam, facilem, vincibilem, optumam.

P. Memini. G. hem, nunc ipſa eſt opus, aut, ſi quid *poteſt,

Meliore & callidiore. P. fiet ſedulò.

G. Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hîc ero

Succenturiatus, ſi quid deficies. P. age.

**Ad auget.** magis te aduigilare. } Ad, vim auctiuam nunc habet: **Adlaudabile.** vt adlaudabile, admirabile. **Forteis fortuna adiuuat.** ¶ Forteis fortuna adiuuat. } παροιμία Et forteis accuſatiuus pluralis eſt. **Apud me non ſum.** ¶ Non ſum apud me. } Id agitur vt ſuprà diximus, quẽadmodum Antipho preſens non ſit: quẽ neque conuenit contra patrem aliquid dicere: neque rurſum præſentem opprimi à patre ex argumento eſt. ¶ Atque opus eſt nunc, cum maximè, vt ſis Antipho. } Apud te, ſubauditur. ¶ Nã ſi te ſenſerit timidum pater eſſe: arbitrabitur commeruiſſe culpam. } Sic Saluſtius in hiſtoria, Ita fiducia quã argumentis purgatiores dimittuntur. **Timidus, pro Timẽs.** ¶ Nam ſi te ſenſerit timidum. } Timidum, pro timentem. Vt, Addit ſe ſociam, timidiſque ſuperuenit Aegle. Virgilius. **Cõmeruiſſe culpam.** ¶ Commeruiſſe culpam. } Pro commiſiſſe. ¶ Hoc verum eſt. } Congruè fit. vt & Geta & Phædria audaciores ſint, qui & abſque amore ſunt: & hos oportet obiici pro Antiphone irato ſeni. **Immutari nõ poſſum.** ¶ Non poſſum immutarier. } Vim negantis hoc habet, quod ait, immutarier: oſtendit enim naturæ ſuæ timiditatem nullis adhortationibus eiici poſſe. **Grauius.** ¶ Quid faceres, ſi aliud quid grauius tibi nunc faciẽdum foret? } Bene grauius: quia hoc graue. vt videas ipſam adhortationem vim habere cõcedentis graue eſſe quod geritur. ¶ Cùm hoc nõ poſſum, illud minus poſſẽ. } Hoc intulit παρὰ προσδοκίαν. Nam videbatur hac interrogatione adduci poſſe ad ſententiã percontantis. & hæc ars eſt dialectica contra ἐπαγωγήν, cùm malè reſpondendo callidè interrogantis interrumpimus argumentum. **Hoc.** ¶ Hoc nihil eſt Phędria: ilicet. } Vtrum hoc relatiuum? an Hoc cum cõtemptu, pro hic Antipho nihil eſt. **Ilicet.** Sic Cicero in Verrinis, Etſi hoc neſcio quid nugatorem ſciebam. pro hunc. **Actum eſt.** ¶ Ilicet. } Semper Ilicet finem rei ſignificat, vt Actum eſt.

***ſæuidicis verbis p.**

*** melius poteſt.**

¶ Ilicet. } Per συγκοπήν. Sic iudices de conſilio dimittebantur, ſuprema dicta cùm præco pronuntiaſſet Ilicet: quod ſignificat ire licet. ¶ Quin abeam? } Hic terrore commouet Antiphonem. **Quin, pro cur non.** & Quin dixit, pro cur non. ¶ Et quidem ego. } Ordo, Et ego quidem. & deeſt abeo. ¶ Quid ſi aſſimulabo? } Audacem ſcilicet. ¶ Obſecro, quid ſi aſſimulabo, ſatín' eſt? } Adeò memorale vitium eſt, ex conſcientia pauor: vt ipſe quoque Antipho nitatur contrà: neque quicquam promoueat. ¶ Satín' eſt? } Hic locus actoris magis, quàm lectoris eſt. oſtẽditur enim conari ad ſimulandam audaciam, quo magis ridicula eſt, formidoloſa perſona. **Propémodũ.** ¶ Propémodum. } Et hoc non plenæ conſenſionis eſt, quod ait propémodum. **Sat eſt.** ¶ Sat eſt. } Nõ dixit, bene eſt: ſed, ſat eſt. & vide vix ad hoc ipſum eſſe peruentum. ¶ Hem iſtuc ſerua. } Dicendo ſerua, oſtendit iam incipere deperire, quod finxit atque aſſimulauit audaciæ. **Verbum verbo. Par pari.** ¶ Hem iſtuc ſerua: et verbum verbo, par pari vt reſpondeas. } Animaduerte, & quid doceat, & commachinetur artifex poëta, qui debitũ reddat rebus atque perſonis. ¶ Verbum verbo, par pari. } Duo dixit: nõ tantùm verbum verbo, ſed par pari. ¶ Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet. } Cauſalẽ vim habet quod ait hoc, iratus: hoc eſt, qui ob preſentẽ iram vehementius tecum agat. **Protelo. Protelum.** Protelet, & protelum à πρὸ & ἕλκειν dictum eſt, quod eſt ante & trahere. Alij ab aſſiduo telorum iactu exiſtimãt dici. vt Lucretius, Vndique protelo plagarum continuato. hoc eſt tenore. ¶ Protelet. } Protrahat, preueniat, exagitet. ¶ Vt coactum te eſſe. } Mira breuitas, in quo tota defenſio cõtinetur. et ſubauditur, fac reſpondeas, aut quid tale. **Inuitum.** ¶ Inuitum. } Bene idem repetit ad confirmandam memoriam trepidantis. non enim diuerſa ſunt, ſed repetuntur.

Vi coactus. tur,vt teneri poſsit id quod cauſæ opus eſt. Nã vi coactum
Voluntate eſſe,idem ſignificat quod inuitum. An ideo vi coactum in-
uitum, iungendum eſt,quia interdum etiam ipſi nos cogi-
cogi. mus,propria voluntate? vt ipſe in Andria, Tu coactus tua
Scio. voluntate es. ¶ Scio. § Apparet hoc verbum eo vultu dici,
vt manifeſtum ſit, abſenti animo eſſe eum qui loquitur.
¶ Tenes? § Exquiſitè addidit Tenes: vt appareat Antipho-
nem vultu oſtendere, quòd horum nihil perturbatus aduer-
Sed. tat. ¶ Sed quis hic eſt ſenex? § Sed, vt diximus, tranſitum ſi-
Vltima pla gnificat ad aliam rem ab ea quæ agebatur. ¶ Quem video
tea. in vltima platea? § Sic dixit vltima platea, quemadmodum
Ipſus eſt. Virgilius —imas Obſedere fores. ¶ Ipſus eſt. § Et quia timi-
dior eſt: & quia poſtea de proximo ipſe agnoſcit magis. ¶ Nõ
poſſum adeſſe. § Apparet ex conſpectu patris magis confun-
Quò abis? di, quàm ex nuntio aduentus eius, filium. ¶ Quò abis An-
tipho? § Sic Virgilius, Quò fugis Aenea? &, Quò fugitis ſo-
cij? Sic enim loquitur, qui vult oſtendere conditionem loco-
rum, in qua peruerſo modo alius petatur, alius linquatur.
¶ Mane, mane inquã. § Omnia hæc habent ſingularem vim
in ſe reuocantis. ¶ Ah, quid agis? § Et perturbati interceſſo-
ris eſt dicere, quid agis? vt alibi, Mea Glycerium quid agis?
cur te is perditum? ¶ Egomet me noui, & peccatum meum. §
Duo dixit: & hominem pauidum, & peccatum graue. ¶ Vo-
bis commendo Phanium, & vitam meam. § Comicè duobus
duo retulit: Me, & peccatũ meũ: Phanium, & vitam meam.
Et animaduerte quòd amator prius ponit Phanium, quàm
Quid nunc vitam ſuam. ¶ Geta quid nunc fiet? § Apparet hæc ſic pro-
fiet? nuntianda, quaſi à deſtituto dicãtur. ¶ Tu iam lites audies:
Lites au- ego plectar pendens. § Nõ intulit quod querebatur: ſed ver-
dies. ba ſunt hominis omnia deſperantis. ¶ Tu iam lites audies: e-
go plectar pendens. § Tu audies: ego verberabor. vt alibi, Ti-
bi erunt parata verba, huic demum verbera. Quod ipſum
mirè: non, facies lites: ſed, audies. ¶ Ego plectar pẽdens. § Ple-
Plector. ctar, feriar: vnde & plectrum, & plaga dictæ. ¶ Sed quod
Plectrum. modo hic nos. § Deeſt tamẽ: vt ſit, Sed tamen. ¶ Id noſmetip-
Plaga. ſos facere oportet. § Quia nos ſuprà dixit in ſignificatione a-
ctus proprij, ipſos addit. ¶ Aufer mihi oportet. § τῷ ἀττικισμῷ
Mihi. addidit Mihi. ſine hoc enim plena ſententia eſt. ¶ Quin tu
quod faciam, impera. § Mirè ad omnia paratum ſe indicat,
Impera. qui Impera dicat ſeruo. ¶ Meminiſtíne olim vt fuerit veſtra
oratio? § Mirè & conſilio & oratione compendioſus eſt: quo
magis Phædriam proprijs cõſilijs ac domeſticis permoueret.
¶ Vt fuerit veſtra oratio. § Vt magis excitaret, non noſtra di-
Incipiũda. xit, ſed veſtra. ¶ In re incipiũda. § Incipiunda propriè, qua-
Noxia. ſi de re magna, dixit. Sic alibi, Vide quod inceptet facinus.
¶ Ad deferendam noxiam? § Noxiam nunc culpam: aliàs
pœnam. Et eſt ἐπένθεσις ab eo quod eſt noxã: & hoc factum
eſt propter iambum. ¶ Iuſtam illam cauſam, facilem, vinci-
bilem, optumam. § Conſidera ſingula, & inuenies & natu-
rali ordine, & per ἀσύζυγον dicta. Cauſam pro defenſione po-
Cauſa. ſuit. Et vincibilem, quæ facilè vincat. ¶ Nũc ipſa eſt opus. §
Vincibilis. Cauſa ſcilicet. ¶ Meliore & callidiore. § Bene, meliore & cal
lidiore, quia tunc proluſio fuit, nunc ipſum prælium. ¶ Fiet
Fiet ſedulò. ſedulò. § παρέλκον ſedulò. nam ſuffecerat, fiet. ¶ Nunc prior
Adire. adito tu. § Adito, quaſi ad prælium. Virgilius. — nec quiſ-
quam ex agmine tanto Audet adire virum. ¶ Ego in inſidijs
hîc ero. § Tota μεταφορὰ de re militari eſt. ¶ Succẽturiatus. §
Succentu- Sucenturiari dicuntur, qui explendæ cẽturiæ gratia ſubij-
riari. ciunt ſe ad ſupplementum ordinum. Et eſt tranſlatio à re
Age. militari. ¶ Age. § Potuit dicere, verò, aut ita. ſed age dixit,
quod verbum, vim hortantis maximam præbet.

ADRIA. BARL.

Tanta te impendent mala, quæ neque vti deuitem. § Fit
à tertia ad primam perſonam trãſitus. ¶ Temporis punctum
mihi ad hanc rem eſt. § Laurentius libro ſexto. Neque verò
ſicut reperitur fundus & fundum, ita reperitur punctus &
punctum. Errántque Philoſophi cùm punctus & linea di-
cunt. Nam de punctum, quod eſt breuiſsimũ tempus, nulla Punctum.
lis eſt. Quidam pro eodem ſignificatu momentum accipiunt, Momẽtum
cuius eſt punctum, tamen aliter eſt: breue enim tempus ſi-
gnificatur per illud, per hoc verò breuiſsimum. Hora. Quid
enim? Concurritur horæ momento. Apud mathematicos pun
ctum minimum quiddã eſt in dimenſione corporis, adeò vt
diuidi non poſsit. ¶ Herus adeſt. § In pronuntiando vultus
triſtis, et ardua ſint ſupercilia. ¶ Quod remediũ. § Dicens re-
medium, iracũdiam morbum eſſe ſignificat. ¶ Purgem me? §
Idem bis dicere videtur. Idem enim ſunt loquárne, & pur-
gem me. Reſpõde perturbatum ſine arte loqui. ¶ Loquárne?
incendam. taceam? inſtigem. purgem me? laterem lauem. §
Eraſ. in opere de conſcribendis epiſtolis dicit hîc eſſe ſubie- Subiectio.
ctionem. Eſt autem ſubiectio, in qua quærimus quid pro ad-
uerſario, aut contra nos dici poſsit, & properè per ſingulas
interrogationes ſubijcimus rationes, quibus quod dictũ eſt
aliter eſſe oſtendimus. ¶ Laterem lauem. § Græci parœmias Laterem
aliquot in vſu habuerunt, quibus operam inanem ſignifi- lauare.
carent, vt plynthon plynis. Id eſt, laterem lauas. Theocriti
verſus eſt ab Eraſmo verſus, Et nigram ſilicẽ lauiſſe liquen-
tibus vndis. ¶ Eius me miſeret. § Polyptotõ eſt in his tribus, Polyptoton
eius, ei, is. Et dicitur caſuum varietate diſtincta oratio, à po-
lys quod eſt multus, et ptoſis caſus, quaſi multorum caſuum.
vt ſi dicas, Pater hic tuus. Patrem hunc appellas? Patris tu Abſque eo
huius filius es? ¶ Abſque eo eſſet. § Sic expone, ſi ad eum res eſſet.
non pertinerent, hoc eſt, niſi ille obſtaret, cui & metuo. Plau.
alibi. Si particulam addidit, nam exædificaſſet me ex ædi-
bus, ſi abſque te foret. ¶ Senis eſſem vltus iracundiam. § Pro-
pterea authore Donato vltus dicit, quod ſerui fugiendo fa-
ciunt vt iratos fuiſſe dominos pœniteat. Syſceuaſo dictio cõ-
poſita à ſyn præpoſitione & ſceui vaſa, quæ ſi ſimul compo-
nas, ad verbum conuaſare ſonabunt, itaque ad Græcorum
imitationem Teren. dixit cõuaſare. Budæus in annot. ¶ A-
liquid conuaſaſſem. § Conuaſare eſt furto omnia colligere. Conuaſare.
Author Nonius. ¶ Ibi plurimum eſt. § Facit hoc vehemens
in vxorem amor. ¶ Quid agam? § Lachrymantis eſſe vult
Donatus. ¶ Phanium abs te vt diſtrahar. § Apoſtrophe eſt.
¶ Nulla eſt mihi vita expetenda. § Sine te mea Phanium, ne
deorum quidem vita mihi dulcis fuerit. ¶ Tanto magis te
&cæ. § A neceſsitate. ¶ Fortes fortuna adiuuat. § Admonet Fortes for-
adagiũ fortiter periclitandã eſſe fortunã, nam his plerum- tuna adiu-
que res proſperè cedere, propterea quòd id genus hominibus uat.
fortuna quaſi faueat, infenſa iis qui nihil audent experiri.
¶ Non poſſum immutarier. § Tanta eſt naturæ meæ timidi-
tas, vt nullis eiici poſsit adhortationibus. ¶ Cùm hoc non poſ
ſum. § A minori. ¶ Quid ſi ſic? § Hæc actionem requirunt, &
geſtum. ad ſimulandam audaciam, quo magis ridiculus fiat
Antipho, cùm patre conſpecto fugiens, dicet non poſſum a-
deſſe. ¶ Suis ſæuis dictis protelet. § Protelare protrahere eſt et Protelare.
percutere. hîc perturbare ſignificat. ¶ In vltima platea. § Ex- Platea.
tremis in vicis, vltima vicorum parte. Budæus in annotatio-
nibus. Sunt autem plateæ verbo græco, vici in vrbibus la-
tiores, quas vias Cice. Latinè appellare ſolet. ¶ Non poſſum

adeſſe. Ex patris conſpectu magis nunc turbatur, quàm antea ex nuntio redditus. ¶ Phanium, & vitam meam. } Amator Phaniũ vitæ ſuæ præponit. ¶ Ego plectar pendens. } Plectar dixit pro feriar, verberabor. ¶ Iuſtam illam cauſam. } Pro defenſione accipies. ¶ Ego in inſidiis hîc ero ſuccenturiatus. } A re militari inducta metaphora eſt. Succenturiatos Donatus appellari dicit, qui explendæ centuriæ gratia ſubiiciunt ſe ad ſupplementum ordinum. Priſc. libro de ponderibus. A centum, inquit, centuriæ nomen & centuriatus, ex quo centuriata comitia, ex quo ſuccenturiatus. Succenturiari eſt reponi. *Succenturiari.* Fauorinus orator dixit his verbis. Negant cœnam lautam eſſe, niſi cùm libentiſſimè edis, tum auferatur & alia eſca melior, atque amplius ſuccenturietur. Vtitur & Budæus hac voce in annotationibus. Primo enim inquiens loco binis creatis, bini alteri ſubſtituti erant, & his iterum tertij ſubſidiarij, velut ſuccenturiati, ne quando illud tribunal moderatoribus careret. Lauren. Val. in trãſlatione librorum Iliados. Hi autem ſuccenturiati, ac latentes à tergo creberrimas ſagittas emittebant. ¶ Ego ſuccenturiatus hîc ero. } D. Hieronymus contra Iouinianum eleganter hac voce vtens, Habes, inquit, præterea in exercitu tuo plures ſuccenturiatos, habes ſcurras & velites in præſidiis, craſſos, comptos, nitidos clamatores, qui te pugnis, calcibúſque defendant.

LATOMVS *Impendeo.* Argumentum. Conſternatur Antipho ob aduentum patris. & eſt initium epitaſeos. ¶ Te impendent. } Pro tibi, quod vſitatius eſt. Impendent, imminent. ¶ Temporis. } Difficultas à tempore. ¶ Loquárne. } Subiectionis ſchema, cum prouerbio. *Abſque, pro niſi.* ¶ Abſque eo. } Abſque, pro niſi, aduerbialiter. ¶ Hem. } Indignantis. ¶ Meúmne? } Subaudi, patrem vidiſti. ¶ Phanium abs. } Apoſtrophe ad affectum. ¶ Fortes for. } Sententia. ¶ Nam ſi te. } Argumentum à ſigno. ¶ Quid faceres. } A maiori ſictoria confirmatio. ¶ Ilicet. } quaſi dicat, abeamus. nam finem rei ſignificat. *Protelare.* ¶ Protelet. } Perturbet, tractum ab aſſiduo telorum iactu. ¶ Non poſſum. } Fugit conſpectum patris Antipho. ¶ Geta quid. } Conſultatio. ¶ Aufer. } Paratum ſe oſtendit mihi, abundat: & ſtomachum magis quàm perſonam ſignificat, aufer oportet. quaſi dicat, omitte iſta. ¶ Succenturiatus. } *Succenturiatus.* Tranſlatum à militaribus ordinibus, & ſubſtitutum ſignificat.

PETRVS MARSVS.

Nullus es Geta. } Nihil eſſe inſtabilius, et minus diu durans voluptate ea, quæ ex amore temerario oritur, hac ſcena exprimitur. Et ferenda eſſet voluptas, ſi non ſemper magis ſipe ſuo læderet, quàm antea vnquam iuuiſſet: quare profectò non hominum, ſed beſtiarum iudicanda eſt. Seneca ad Lucilium: Dimitte illas voluptates turbidas magno leuandas. Non venturæ tantùm, ſed præteritæ nocent. Quemadmodum ſcelera, etiamſi non ſint deprehenſa cùm fierent, ſolicitudo non cum ipſis abiit: ita improbarum voluptatum, etiam poſt ipſas, pœnitentia eſt. Non ſunt ſolidæ, non ſunt fideles, etiam ſi non nocent, fugiunt. Aliquod potius bonum manſurum circunſpice, nullum autem eſt, niſi quod animus ex ſe ſibi inuenit. Sola virtus præſtat gaudium perpetuum ſecurum. Quod & Plautus in Amphytrione prodidit: Sàtin, parua res eſt voluptatum in vita atque in ætate agenda præquam quod moleſtum eſt? ita cuique comparatum eſt in ætate hominum, ita diis placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur, quin incommodi plus malíque ilico adſit, boni ſi obtigit quid. Punctum, minimum ſpatium, exigua occaſio, vel potius nulla. Laterem lauẽ, id eſt, inutilem operam impendam. Conuaſare, teſte Nonio, eſt furto omnia colligere, nempe quæ rapere & ſubducere velis, in ſarcinas *Conuaſare.* componere.

RIVII CASTIG.

Nam abſque eo eſſet, Rectè ego mihi vidiſſem. } Deerat in quibuſdam pronomen ego: quod addendum eſſe vetuſti codices docent. ¶ Aliquid cõuaſaſſem, atque hinc me coniicerem protinus in pedes. } Nos protinam in pedes. ita enim Sext. Pompeius libro decimoquarto. vbi hoc Terentij citat. *Protinam, pro Protinus.* Meminit huius vocis M. Varro libro ſeptimo. Præterea Donat. ait Nigidium hîc protinã legere, atque ita hoc loco fuiſſe, pro eo quod dicimus protinus. Conſentiunt nobiſcum aliquot exemplaria. Vtitur & Plautus aduerbio protinam in Perſa & in Curculione. vbi, Exinde me illico protinam dedi, inquit. *Conuaſare.* Conuaſare autem eſt compilare hoc loco, atque in ſarcinam componere, quæ auferre tecum atque aſportare velis. No. Marcellus: Conuaſare dicitur furto omnia colligere, inquit. Haſſenſtenianus codex habebat hîc: Aliquid corroſiſſem, quod verbum è ſpatio irrepſit in contextum: Nam ſic quiſpiam interpretatus fuerat τὸ conuaſaſſem. ¶ Domum ire pergam, ibi plurimùm eſt. } Sunt codices, qui habeant: vbi plurimùm eſt: velut Argentoratenſis quidam & Venetus, quo modo de doctis aliqui citant: ſed ſenſus vtrunque admittit. Plurimùm pro plerunque poſuit Terent. τὸ πλεῖστον, *Plurimùm, pro plerũq.* vt Græci dicunt. velut in Digeſt. Iura conſtitui oportet, vt dicit Theophraſtus, in iis, quæ ἂν τὸ πλεῖστον accidunt, non iis, quæ ἐκ παραλόγου. Tametſi exemplar Noribergæ excuſum ad hunc modum: Iura conſtitui oportet, vt dicit Theophraſtus, in his, quæ ἐκ παραλόγου ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, mendosè videlicet: id quod ea, quæ latinè mox ſequuntur, indicãt: Ex his, quæ fortè vno aliquo caſu accidere poſſunt, iura non conſtituuntur. Nam ad ea potius debet aptari ius, quæ et frequẽter & facilè, quàm quę perraro eueniunt. Digeſt. I. Tit. III. Opponuntur enim ἐκ παραλόγου, & quod ſequitur ἂν τὸ πλεῖστον. Reſtituit hunc locum Budæus. ¶ Quid faceres, ſi aliquid grauius tibi. } Codex Haſſenſtenianus habet: Si aliud quid grauius &c. quo modo ex impreſſis quidam. ¶ Ne te iratus ſuis dictis protelet. } Nos, Ne te iratus *Sæuidica dicta.* ſuis ſæuidicis dictis protelet. Ita manuſcriptum exemplar, & de impreſſis quædam: præterea Donatus Romę excuſus. Sunt in quibus legatur: ſuis ſæuis dictis: quod et ipſum pla*Protelare.* cet. Eſt autem protelare abigere & longè propellere. Turpilius apud Marcellum: Propter peccatum pauxillum indigniſſimè patria protelatum eſſe ſæuitia patris. Hîc exagitare ſignificat & perturbare: de quo Don. plura. Videtur autem neſcio quo pacto mirificè ſenſum iuuare τὸ ſæuidicis dictis: quo immanem Geta heri excandeſcentis inhumanitatem & atrocitatem verborum exprimere voluit. Ergo ſæuidicis dictis, quaſi dicat, qui nihil niſi ſæuum iam & triſte, niſi durum & aſperum loquetur. Eſt & mollior verſus, ſi legas ſæuidicis, quàm ſi ſæuis: nam alterutrum planè carminis ratio expoſcit. Nonius Brixiæ excuſus ſæuidicis habet. Plautus in captiuis ſimili compoſitione dixit falſidicis fallaciis: ne quem hîc inſolẽtia ſermonis offendat. ¶ Ah quid ais? quò abis Antipho? } Nos, Quid agis? ex Donat. & antiquis. Ille enim hoc loco. Perturbati, inquit, interceſſoris eſt dicere, quid agis? vt alibi: Mea Glycerium quid agis?

GLAREANVS.

Huius autem ſcenæ verſus malè diſtincti ſunt, præterea mirè

*mirè miſti. Primus eſt iambicus tetrame. acatale. in quo vel s, eliditur in Nullus, vel creticus eſt loco primo. Secundus trochaicus tetrame. catalect. niſi a in Ita quis longari credat. Sequẽtes deinde quatuor ſunt vt primus. Septimus ſenarius eſt, in cuius fine Eſt ante Mali legendum. Tres deinde rurſus tetrametri iambici acatalectici. In quorum primo Eius diſyllabum eſt. In tertio Heu monoſyllabum, & Antipho ad finem verſus reponendum. In vndecimo, Eius & Et monoſyllaba ſunt & trochaicum tetrame. acatale. indicauit Eraſmus, qualia vix quatuor toto inuenias Terentio. In duodecimo, Mihi diſyllabum acatalecticum iambicum fecerit, qui alioqui catalecticus erit trochaicus. Sequens haud dubius eſt iambicus tetrame. acatalecticus, &* Protinam. *Protinam legendum prima longa, quẽadmodum eſt in Protinus, pro quo dictum videtur. XIIII. eſt dimeter trochaicus catalect. vt is apud Flaccum,*

*Non ebur neque aureum.*

*Duo deinde ſequẽtes iambici tetrame. catale. Decimuſeptimus. catalecti. Decimusoctau⁹, monometer trochai. hypercatalecticus ab Eraſmo indicatus eſt, quanquã fragmẽtum ex anapæſto ac dactylo videri queat, ſed ſatius eſt in rationem carminis veniat, vt ille digeſſit. ¶ Satis pro imperio quiſquis es. AN. Geta. } Qui deinde ſequuntur quatuordecim numero, trochaici ſunt tetrame. catalectici, quanquam vnus aut alter iambicus acatalecticus videri queat: vt primus adeò, niſi s, elidas in Satis. Ita tertius, niſi Meum monoſyllabum feceris. Ita in quarto, Huius. In quinto, Huic. In VI, Meæ, In ſeptimo, Mihi. In octauo, Magis, variare carmẽ poſſunt. In decimo, Te poſt verbum Senſerit legẽdum. In decimotertio, s, in Magis eliditur, niſi creticus ſit loco tertio. XV. et XVI. iambici ſunt tetra. acatale. Deinde rurſus quatuor ſunt trochaici tetra. catalectici; quorum ſecundus ita legendus, Ne iratus ſuis te ſæuis dictis protelet. AN. ſcio. ¶ Non poſſum adeſſe. GE. ah quid agis? } Qui nunc ſequũtur ad ſcenę finem, iambici ſunt ſenarij. Quanquam primus hypercatalecticus ab Eraſmo indicatus eſt, quod tamen opus non eſt, ſi d, in Quid elidatur, & creticus tertio ſit loco. quanquam & s, in Agis elidi poteſt. In quarto à fine i, in Memini nõ eliditur: & Potes & Poteſt variè legitur.*

DONAT. ITANE *tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? } In hac ſcena accuſatio eſt & contradictio per remotiuam qualitatem. ergo controuerſia. ¶ Itáne tandem vxorem duxit Antipho? } Hîc exemplum vitæ eſt: in quo ſpectatur nullam eſſe tam iuſtam, & grauem iracundiam patris, quæ nõ & fiducia defenſoris, & interuallo temporis euaneſcat. ¶ Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo?* Non *potuit vehementius incipere, quàm vt ipſe crimen, quod obiicit, miraretur. ¶ Itáne tã*- Tandem. *dem vxorem duxit. } Tandẽ hîc expletiua coniunctio. vt* Cicero. *Quouſque tãdem abutêre Catilina patientia noſtra? ¶ Itáne tandem. } Hîc totius verſus in hoc eſt, an factum ſit: quid factũ ſit: à quo factum ſit: in cuius iniuriam factum ſit. ¶ Nec meum imperium. } Rara* ἀποσιώπησις. *Nam non ſequitur Sed. intulit enim Age. Subauditur autem reuereri. Sic Lucretius,* Nónne *videre* * *¶ Age, mitto imperium: non ſimultatem meam reuereri. } Vt Virgilius, Cuius ob auſpicium infauſtũ, moréſque ſiniſtros. ¶ Age, mitto. } Legitur et, taceo. ¶ Simultatem. }* Simultas. *Iurgium, contentionem. ¶ Nõ pudere? } Hoc abſolutum eſt, & nulli adnexum. ¶ Non pudere? } Hîc* Nigidius *adnotauit, neminem videri pudere* Vix tandẽ. *ante delictum. ¶ Vix tãdẽ. } Conuenit hoc dictum ei, qui iam pridem ſe malè audire putat: & ideo ſerò videtur ad hunc ſenex perueniſſe: cùm ille metuens, ſe primum ad accuſationẽ crederet. An, Vix tandem, ad hoc pertinet: quia ille Monitor dixit: quaſi dicat, Vix tandem factum eſt, vt me ſenex laudare cœpiſſet: quia* Monitor. *Monitor, quamuis in contrarium dixerit, tamen eſt nomen laudis. ¶ Vix tandem. }* εἰρωνεία. *quaſi dicat, Penè mei oblitus eſt. An quia tardè ad ipſum peruenit ſenex: quẽ ille ob conſcientiam à ſe cœpturũ eſſe credebat? ¶ Quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient? } Quid dicẽt? ſi negare voluerint. quã cauſam reperient? ſi purgare. Omne enim crimen à defenſore aut negatur, aut purgatur. ¶ Demiror. } Pro neſcio.* Demiror, pro Neſcio *nam admirationem ignorantia facit. ¶ Atqui reperi iam: aliud cura. } Eo animo hoc dicit, quo ſuprà dixit Vix tandem. Et cùm ille pluraliter Reperient dixerit: hic ſingulariter Reperi reſpondit: quaſi in ſe ſolo ſit crimẽ. ¶ Inuitus fecit: lex coegit. } Bene poëta iã ſcire facit ſenem quid iſti dicturi ſint: vt videatur frangi poſſe qui iã partem defenſionis admittit. ¶ Illud durum. } Illud durũ dicit, quis ſuprà dixit, Atqui reperi iã. ¶ Cauſam tradere aduerſariis, illud durũ. ¶ Ego expediã: ſine. } Vide præparationẽ futuræ defenſionis: quam niſi hoc modo Teren-*

## ACTVS II. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

FIlium Antiphonem ſe abſente vxorem duxiſſe admodum ægrè fert Demipho. à Phædria ille & Geta ſeruó defenditur. Ad poſtremum Demipho conuenire Phormionem conſtituit, vt iniuriam cum eó expoſtulet, qui ducendæ puellæ author fuerit.

ARG. PAVL. MALL.

HIc accuſatio eſt & cõtradictio per remotiuã qualitatem in controuerſia, vbi vitæ exemplum oſtenditur, quo facilè perſpicitur, nullam eſſe tam iuſtam & grauem patris iracundiam, quæ non cum defenſoris fiducia, & interuallo temporis euaneſcat. In primis itaque Demipho ſtomachatur de filii nuptiis, hæſitans quídnã rerum agat. Tum factum Antiphonis Phædria apud patrem facetiſſimè defendit. Huic Geta quoque adſtipulatur, & idem expiando factum, ſeni inſultat, irridétque. Poſtremò Phormionem Demipho, vt iniuriam ſecum expoſtulet, conuenire decernit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Demiphonis querela de Antiphone filio,quòd ſe abſente vxorem duxerit.

*Iambici partim Octonarij,partim Senarij.*

DEMIPHO *ſenex*, GETA, PHAEDRIA.

ITANE *tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo?*
*Nec meū imperium.age,* * *mitto imperium: non ſimultatem meam*
*Reuereri ſaltem?nō pudere?ô facinus audax, O Geta*
*Monitor.G vix tandem.D.quid mihi dicent? aut quam cauſam reperient?*
*Demiror.G.atqui* * *reperi iam:aliud cura.D. ánne hoc dicent mihi?*
*Inuitus feci:lex coegit: audio, & fateor. G. places.*
*D.Verùm ſcientem,tacitum,cauſam tradere aduerſariis,*
*Etiámne id lex coegit?P.illud durum.G.ego expediam:ſine.*
*D.Incertum eſt quid agā, quia præter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit:*
*Ita ſum irritatus,animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.*
QVAMOBREM OMNES, *cùm ſecundæ res ſunt maximè,tum maximè*
*Meditari ſecum oportet,quo pacto aduorſam ærumnam ferant:*
*Pericla,damna, exilia peregrè rediens ſemper cogitet.*
*Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ.*
*Communia eſſe hæc,fieri poſſe: vt nequid animo ſit nouum.*
*Quidquid præter ſpem eueniat, omne id deputare eſſe in lucro.*
*G.O Phædria incredibile eſt,quanto herum anteeo ſapientia:*
*Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda, herus ſi redierit:*
*Molendum vſque in piſtrino: vapulandum: habendæ compedes:*
*Opus ruri faciundū: horum nihil quidquam*

*tius intuliſſet,incredibile videretur ſubitò ſedatū ſenē. ¶Incertum eſt quid agam.} Nonnihil tā fracta indignatio eſt.Nam in his verbis,nō iam ira, ſed admodum mœror eſt.¶Quia præter ſpē,atque incredibile hoc.} Virgil. Hunc ego ſi potui tātum ſperare dolorem:Et perferre ſoror potero.* *omitto *¶Atque incredibile hoc mihi obtigit.} Grauius eſt incredibile, quàm preter ſpem:et ideo poſterius et in actu eſt.¶Obtigit.}Pro accidit:cuius reciprocū eſt,ſi quis bonum accidiſſe dicat, non obtigiſſe.* Obtigit. Accidit. Irritatus. *¶Ita ſum irritatus.}Irritatus,prouocatus, in iram impulſus:hoc eſt cōmotus & perturbatus.* *reperia *¶Animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.} Bene inſtituere dixit: quo verbo quies oſtenditur cogitatiuæ mentis,quæ nunc non adeſt.* Inſtituere animū ad cogitandū. *¶Cùm ſecundæ res ſunt maximè,tum maximè.}Vt,Nudus ara, ſere nudus:hyēs ignaua colono. Et bona ſententia,tum maximè ſapienti metuendum, quo tempore maximè ſecurus eſt ſtultus. ¶Meditari ſecum oportet.} Bene additum ſecum. inſani enim videbitur, hoc palàm agere. ¶Aduerſam ærumnam ferant.} Abundat aduerſam.* Aerumna aduerſa. *¶Pericla, damna, exilia.peregrè rediens ſemper cogitet, aut filij peccatū, aut vxoris mortem.} Superiora* ἀσύνδετα.*inferiora intermiſſis coniunctionibus. Saluſt. Nam quidē Pyrrho, Annibali,æquor & terra. ¶Peregrè rediens ſemper cogitet.}Mirè à genere ad ſpeciem non ſemel tranſit. Nam cū dicit,peregrè rediens, iam de ſe loquitur, ſed latenter. ¶Semper cogitet.}A ſingulari ad pluralem tranſit,ſuprà dixit omnes:at nunc cogitet.Et eſt ordo,Semper peregrè rediens, quicunque peregrè redit. ¶Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiæ.}Quanuis iratus filio, nō potuit tamen dicere, filij mortem. Conuenit autem ſeni, vxoris mortem nō putare magnum incommodum.¶Aut filij peccatum, aut vxoris mortem, aut morbū filiæ.} Variè poſt enumerationem concluſam hac etiam intulit.Virgilius, Sed neque Medorum ſyluæ, ditiſſima terra,Nec pulcher Ganges.atque auro turbidus Hermus Laudib⁹ Italiæ certent: non Bactra, nec Indi, Totáque thuriferis Pāchaia pinguis arenis. ¶Communia eſſe hęc fieri poſſe.}Ordo eſt, Semper cogitet communia eſſe,& fieri poſſe peccatum filij,vxoris mortem,filiæ morbum.¶Cōmunia eſſe.} Commune eſt,quod accidere omnibus poteſt.* Commune. *¶Quidquid pręter ſpē eueniat, omne id deputare eſſe in lucro.} Vide iam ſenem fractum non culpam filij magnam ducere: ſed ideo indignati,quòd non crediderit peccaturū, in quo ipſe ſe reprehendit: & quod à peccatoribus dici ſolebat, hoc dicit,communia eſſe,& fieri poſſe. ¶Herū anteeo ſapientia.} Legitur & anteeo: ſed pro coniunctiuo pronuntiandum, anteeo pro anteeam.* Antee. Anteeo. *¶Meditata ſunt mihi omnia mea incōmoda.}Nimis comicè non clades, aut ærumnas poſuit ſeruus, ſed incommoda:molere in piſtrino,vapulare,habere compedes:& cętera:cum hoc nomē leue quiddā ſignificet. vt ipſe in Eunucho, Imò enim infeliciter:nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.* Incōmoda *¶Herus ſi redierit.} Si aut pro Cum, aut ſeruiliter, vt dubitet ex voto ſuo vtrum dominus redeat,an nō:quod cupit. ¶Molendum eſſe in piſtrino.} Facetè enumerat ſeru⁹ vniuerſa ſupplicia ſua conditionis, excepta cruce et furca,quarum pœnā verbis extenuare non potuit. ¶Habendæ compedes.} Vitioſam locutionē ſeruili perſonæ dedit Teren.nam integra eſſet, ſi diceret, habēdas compedes.*

*accidet animo nouum.*

Quidquid præter ſpem eueniet, omne id deputabo in lucro.

Sed quid ceſſas hominem adire, & blandè in principio alloqui?

D. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam.

P. Mi patrue ſalue. D. ſalue: ſed vbi eſt Antipho?

P. Saluũ* venire. D. credo: hoc reſpõde mihi.

P. Valet: hic eſt. ſed ſatín' omnia ex ſentẽtia?

D. Vellem quidem. P. quid iſtuc? D. rogitas Phædria?

Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias.

P. Eho an id ſuccenſes nunc illi? G. ô artificem probum,

D. Egóne illi nõ ſuccenſeã? ipſum geſtio dari

Mihi in conſpectum, nunc ſua culpa vt ſciat

Lenem patrem illum, factũ me eſſe acerrimũ.

P. Atqui nihil fecit patrue, quod ſuccenſeas.

D. Ecce autẽ ſimilia omnia: omnes cõgruunt:

Vnum cognoris, omnes noris. P. haud ita eſt:

D. Hic in noxia eſt: ille ad defendendam cauſam adeſt:

Cùm ille eſt, hic præſto eſt. tradunt operas mutuas.

G. Probè eorum facta imprudẽs depinxit ſenex.

D. Nam ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares Phædria.

P. Si eſt patrue, culpam vt Antipho in ſe admiſerit

Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans:

Non cauſam dico, quin quod meritus* eſt, ferat.

Sed ſi quis fortè malitia fretus ſua

Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,

Ac vicit: noſtráne ea culpa eſt, an iudicum,

Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti,

Aut propter miſericordiam addunt pauperi?

G. Ni noſſem cauſam, crederem vera hunc loqui.

D. An quiſquam iudex eſt, qui poſſit noſcere

*compedes. vnde quidam nõ eſſe, ſed vſq; legunt. ¶ Opus ruri faciundum. § Variè, molendũ, vapulandum, compedes habendæ, opus ruri faciendum: & ſuprà, verba gerundia ſunt: infrà, participia.*

*Animo nouum.*

*¶ Horũ nihil quidquam animo nouum. § Rectè addidit animo. omne enim quidquid acciderit, nouum erit, ſed non animo.*

*Nihil quicquam.*

**aduenire*

*¶ Horum nihil quidquam. § παρέλκον quartum. ¶ Horum nihil quidquã accidet animo nouum. § Tale eſt illud ſapientis Aeneæ, — non vlla laborum, O virgo noua mi facies, inopináue ſurgit. &, Arma parate animis, & ſpe præſumite bellum. Et, Hunc ego ſi potui tantùm ſperare dolorem: Et perferre ſoror potero. ¶ Quidquid preter ſpem eueniet, id deputabo eſſe in lucro. § Totidem verbis eſt vſus, quot ſenex, ad irriſionem eius. Sic & in Adelphis, Inſpicere tanquam in ſpeculum in patinas Demea iubeo. ¶ Omne id deputabo eſſe in lucro. § Hoc idem ſenex oportere fieri dixit, quod hic facit. ergo ſapientior Geta.*

*Adire.*

*¶ Sed quid ceſſas hominẽ adire? § Bene adire, quaſi terribilem, & pugnaturũ. vt Virgilius. Audet adire virum. Et Hominem comicè addidit. ¶ Et blandè in principio alloqui. § Rectè monuit, non perpetuò blandè, ſed in principio agendum, ſecundum præceptum Socratis, qui ait,* *

*¶ Phædriam mei fratris. § Hæc verba oſtendunt quàm miti pectore ſuſcipiatur Phędria.*

*Mi.*

**Sit,*

*¶ Mi patrue ſalue. § Mi vim blandimẽti habet. nam ſignificat, meus. ¶ Salue, ſed vbi eſt Antipho? § Bene expreſſit promptum animum ad litigandum, partim addita ſalute, et potius ad iurgium præuertẽdo. ¶ Saluum venire. § ἔλλειψις, vel ἀποσιώπησις ſecunda: Gaudeo enim ſubauditur: quod niſi acceperis, non intelliges cur hic reſponderit, credo. ¶ Saluum venire. § Iracundiã frãgere conatur obſequio et mora. ¶ Saluum venire. § Altera ſalutatio & ad leniendũ, & ad criminis diſſimulationẽ. ſed & tertio addit, Satín' omnia ex ſentẽtia? ¶ Valet. § Hic oratoriè diſſimulat. atque ita reſpõdet, quaſi ſenex nõ iratus quærat: ſed de ſalute ſolicitus ſit Antiphonis. ¶ Credo: hoc reſponde mihi. § Hoc, incerta diſtinctione pronũtiatur. ¶ Sed ſatín' omnia ex ſententia? § Quod vulgo, Omnia rectè? Et deeſt, quæris, aut quid tale.*

*Ex ſententia omnia.*

*¶ Vellem quidem. § Semper hoc verbum dolentis eſt, ac negantis euenire quod voti ſit.*

*Vellẽ quidẽ*

*¶ Quid iſtuc eſt? § Magnam vim habet contra iram huiuſmodi interrogatio. ¶ Bonas me abſente. § Mirè conſuetudinem expreſſit, dicendo Bonas. ¶ Me abſente hic confeciſtis nuptias. § Crimen in duobus eſſe demonſtrat: quòd non bonas, & quòd abſente patre ¶ Eho, an id ſuccenſes nunc illi? § Huc tendebat interrogatio: vt tam integris rebus admiraretur iraſci ſenem. ¶ O artificem probum. § εἰρωνεία, nam non eſt artifex, cuius deprehenditur iocus.*

*Geſtio.*

*¶ Geſtio. § Plus geſtio, quàm volo. ¶ Dari mihi in conſpectum. § Non dixit venire, vt filium: ſed dari, vt reum.*

*Dari in cõſpectum.*

*¶ Lenem patrem illum. § O artificiũ poëtæ. in media patris ſæuitia mentionem lenitatis induxit, vt oſtendat quàm facilè placari poſſit.*

*Lenis, Acer.*

*¶ Lenem patrem illum, factum me eſſe acerrimum. § Nota ἀντίθετον. non enim leni aſperrimum, ſed acerrimum reddidit. & mutauit gradum, poſitiuo ſuperlatiuum opponens. ¶ Lenem patrem illum, factum. § Sic Virgilius, — quantum mutatus ab illo Hectore. ¶ Atqui nihil fecit patrue, quod ſuccenſeas. § Sũma cõtradictionis. & nõ dixit, leuiter pec-*

Tua iuſta, vbi túte verbum non reſpondeas:
Ita vt ille fecit? P. functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis: poſtquam ad iudices
Ventum eſt, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum * obſtupefecit pudor.
G. Laudo hunc: ſed ceſſo adire quamprimum ſenem?
Here ſalue: ſaluũ te aduenisse gaudeo. D. ob
Bone cuſtos ſalue: columen verò familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
G. Iam dudum te omneis nos accuſare audio
Immeritò, & me omniũ horũ immeritiſſimò:
Nam quid me in hac re facere voluiſti tibi?
Seruũ hominẽ cauſam orare leges nõ ſinunt.
Neque teſtimonij dictio eſt. D. mitto omnia: adde
Iſtuc, imprudens timuit adoleſcens, ſino,
Tu ſeruus: verùm ſi cognata eſt maximè,
Nõ fuit neceſſe habere, ſed, id quod lex iubet
Dotem daretis: quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domũ?
G. Non ratio, verùm argentũ deerat. D. ſumeret
Alicunde. G. alicũde? nihil eſt dictu facilius.
D. Poſtremò, ſi nullo alio pacto, vel fœnore.
G. Hui dixti pulchrè, ſi quidẽ quiſquam crederet
Te viuo. D. non, non ſic futurũ eſt: nõ poteſt.
Egóne illã cum illo vt patiar nuptã vnũ diẽ?
Nihil ſuaue meritum eſt. hominem commonſtrarier.
Mihi iſtũ volo: aut vbi habitet, demõſtrarier.
G. Nempe Phormionem. D. iſtum patronum mulieris.
G. Iam faxo hîc aderit. D. Antipho vbi nunc eſt? P. foris.
D. Abi Phædria: eum require, atque adduce huc. P. eo
Recta via equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam.
D. At ego deos penateis hinc ſalutatũ domũ
Deuortar: inde ibo ad forũ, atq; aliquot mihi
Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient,
Vt ne imparatus ſim, cũ adueniat Phormio.

*Ecce autem* — **obſtupe fecerat* — *Omnia, omnes.* — *Cognoris, noris.* — *Zeugma ſecundum.* — *Imprudens* — *Cũ aliquo ſtare.* — *Si eſt vt admiſerit.*

cauit: ſed, nihil fecit. neque quod punias: ſed, quod ſuccenſeas: id quod leuiſſimum eſt. ¶ Ecce autem ſimilia omnia. } Ecce autem: vox eſt apta his quæ noua & improuiſa animo accidũt. Sic Virgilius. Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta. ¶ Similia omnia, omnes congruunt. } More ſtomachantis, omnia & omnes, de his dicit quę ad duos pertinent. ¶ Vnum cognoris, omnes noris. } Iterum non duos, ſed omnes. & variè, cognoris, noru. ¶ Vnum cognoris: omnes noris. } Sic Virgilius. Accipe nunc Danaûm inſidias: & crimine ab vno Diſce omnes. ¶ Hic in noxia eſt: ille ad defendendam cauſam adeſt. } Hoc Demipho non ſine quadam delectatione dixit: quam tamẽ premit ob iram præſentem. ¶ Cùm ille eſt: hic præſto eſt. } Huic loco reddidit Cicero illum locũ in Verrinis, Qui ciues Romani erant, ſi Siculi eſſent, tum ſi eorum legibus dari oporteret: qui Siculi, ſi ciues Romani eſſent. Nam ſubauditur ad, Qui ciues Romani erant, Iudices dabantur. ad, Si Siculi eſſent, ſubauditur Rei. ¶ Cùm ille eſt. } ζεῦγμα ſecundum. nam & hîc ſubaudiendum eſt, in noxia. Hic præſto eſt. } Ad defendẽdam cauſam ſubauditur. ¶ Probè eorum facta imprudens. } Ideo imprudẽs: quia neſcit in amore citharſtriæ eſſe Phædriam. ¶ Imprudens. } Modò inſciẽs. ¶ Nam ni hæc ita eſſent, cũ illo haud ſtares Phædria. } Vide quemadmodum iam præſtruat poëta ad ea quę futura ſunt, ad adiuuãdum amorẽ Phædriæ. ¶ Cum illo haud ſtares Phædria. } Cum Antiphone ſcilicet. Et cum illo, αὐτὶ τοῦ pro illo. In eius parte ſtamus, pro quo facimus. Sic Virgilius. Iuppiter hîc ſtat. ¶ Si eſt patrue, culpã vt Antipho in ſe admiſerit. } Principium per inſinuationem ſubtilem. Et bo-

neſta locutio, Si eſt vt admiſerit pro, ſi admiſit. ¶ Si eſt patrue, culpã vt Antipho. } Oratorium principium. ¶ In ſe admiſerit. } Bono ornatu addidit, in ſe: cùm et ſine hoc plenum videri poſſit. Et hic eſt, quem Cicero ſuccum orationis appellat. ¶ Ex qua re minus rei foret, aut famæ. } Nota. hîc comparatiua qualitas eſt, pauperis * neque ſtrenue. Et docuit in negotio nuptiarum duabus rebus conſuli: rei & famæ: hoc eſt facultatibus dotis, honeſtatíque natalium. ¶ Ex qua re min' foret. } Hęc tractatio eſt criminis oratoria: in qua defenſor accuſat crimen, reúmque purgat. ¶ Ex qua re. } Haud venuſtè inſertum Re, cum præpoſuiſſet Culpam. ¶ Minus rei foret. } Quia pauperem. ¶ Famæ. } Quia ignobilem. ¶ Temperans. } Conſulens, prouidens, moderatus, vt, Iam ſibi tũ curuis malè temperat vnda carinis. ¶ Non cauſam dico, quin quod meritus eſt, ferat. } Rhetoricum θεώρημα in huiuſmodi exceptionibus: quo vti ſolet qui propoſitæ cauſæ fiduciam gerit. Si hoc, aut illud: non oro veniam, non deprecor pœnam. ¶ Quin quod meritus ſit. } Hunc defenſorem magis & non iudicem dicam. ſed hîc colligitur patrocinantis authoritas: non enim dixit, quod voluerit, ſed quod meritus ſit, manente eo, ſi peccauerit tamen. ¶ Sed ſi quis fortè malitia fret' ſua. } Fortè, quaſi non defenſurus, ſed ſimul cauſam cogniturus aduenerit. nec contendit verum eſſe quod dicit, ne ſolicitum faciat ad credẽdũ. Sic apud Virgilium, Sinon. Dum vela darẽt, ſi fortè dediſſent. ¶ Inſidias noſtræ fecit adoleſcẽtiæ. } Bene ſe adiungit ad crimen, vt eleuet culpam. ¶ Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ. } Mirè inſidias dixit: vt diu comparata cauſa, per ignorantiã doloſque

*In ſe admittere.* — *Succus orationis.* — *Res relatũ ad culpam.* — *Rei eſt ei minus.* — *Temperans* — *Fortè.*

que capti videantur. ¶ Adoleſcentiæ. } Opportuna ætatis commemoratio πρὸς τὴν συγγνώμην. ¶ Noſtráne ea culpa eſt, an iudicum, &c. } Potentior facta ſententia eſt τῇ ἐρωτήσει. Et oratoriè, Noſtráne culpa, an iudicum? duplex μετάθεσις. altera in accuſatorem, altera in iudices. Et bene ſuā miſcuit perſonā, vt reum ſubleuet et ſuo merito, et multitudine reorum. ¶ Noſtráne culpa, an iudicum? } Mirè aſſurrexit in fiduciam defenſoris. nam cùm ſuprà de Antiphone dixerit, nunc intulit noſtra. ¶ Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti. } Notum alteri * qui inuident. ¶ Aut propter miſericordiam addunt pauperi? } Poſteriorem cauſam honeſtiorem poſuit, ne non Antiphonem defendere, ſed accuſare iudices videretur. ¶ Aut propter miſericordiam. } Primum ἀντίθετον. Et oratoriè naturam iudicum τῷ διορισμῷ expediuit. ¶ Ni noſſem cauſam, crederem vera hunc loqui. } Suauiſſimè laudauit oratorem: qui omnia ad perſuadendum idonea aduocans, ſolum conſcium non adduxit ad credendum. ¶ Ni noſſem cauſam, crederem vera hūc loqui. } Obliquè poëta ſe laudauit. ¶ An quiſquam iu. eſt, qui poſſit, &c. } Apparet iam perſuaſum ſeni eſſe, verum aduerſarium fuiſſe Phormionem, non ſubiectum atque appoſitum ſycophantam. vnde ad aliud tranſit, vt accuſet ſegnitiem in reſpondendo, quæ leuior culpa eſt. Ita, vt cedentibus mos eſt, paulatim ſeni ſingula extorquentur è manibus. ¶ Tua iuſta. } Diſertè magis & abſolutè, tua iuſta: quàm ſi aliter diceret. ¶ Vbi tute verbum. } Non dixit, parum dicas: ſed verbum. ¶ Ita vt ille fecit? } Vnde ſcit? an illa poëtę virtus eſt, quod omnia antè induxit cognouiſſe: ne in ſcena hæc vt noua audiens, tragicis motibus inſaniret? ¶ Functus adoleſcentuli eſt officium. } Oratoriè crimen quod obiectum eſt, non purgauit modò, ſed etiam ad laudem conuertit. quod

Periſtaſis.

Rhetores περίστασιν dicunt. Et hoc de Appollodoro. ¶ Functus adoleſcentuli eſt officium liberalis. } Deriuatio cauſæ. & eſt venialis ſtatus. ¶ Functus adoleſcentuli eſt officium

Functus officium.

liberalis. } Ingenioſè non negauit hoc crimen, occaſionem laudis de confeſſione ſumpturus. ¶ Officium liberalis. } Potenter officium nominat, quod ille crimen appellat. Et nota, functus officium, accuſatiuo caſu, quod nos ablatiuo.

¶ Poſtquam ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata proloqui. } Hæc apud oratores μετάθεσις αἰτίας dicitur, hoc eſt

Tranſlatio cauſæ, vulgò color.

tranſlatio cauſæ facti: quem vulgò colorem nominant. ¶ Non potuit cogitata proloqui. } Ergo quod cogitauit, induſtriæ eſt: quod nihil dixit, pudoris. ¶ Ita eum tum timidum. } Timidum, perturbatum. Plautus, Nam vt ex mari timida es. Et

Timidus, pro perturbato.

ipſe in Adelphis, Me miſeram, quidnam eſt quod ſic video timidum, & properantem Getam? ¶ Laudo hunc: ſed ceſſo adire? } Satis defenſionis, vbi Geta iam adire non timeat dominum. ¶ Here ſalue: ſaluum te aduenisse gaudeo. } Principium à beneuolentia. Et vide vernalitatem aptiſſimam ſeruo callido. credáſne hunc eſſe, qui ſuprà dixerit, Herus ſi redierit, molendum eſſe in piſtrino, vapulandum, & cætera? ¶ Oh bone cuſtos ſalue. } Ab initio idem motus ſeruatus eſt ſeni. nam idem hoc eſt quod ſuprà dixit, O Geta monitor. quanquam per αὔξησιν plus ſignificat quod dicit, bone cuſtos: quàm quod ſuprà, monitor. ¶ Columen verò familiæ. }

Columen. Columellæ ſerui. Columna.

Columen, culmen. an columen, columna? vnde columellæ apud veteres dicti ſerui maiores domus. Lucil. viceſimoſecundo. Seruus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam, Lucilij columella, hîc ſitus eſt Tubero, Hinc in milleſſimum annum eorum columine ciuitas continebitur. Horatius contrà pro columine columnam, Iniurioſo ne pede proruas ſtantem columna. Ennius decimo, Regni * verſatum ſummam verò columnam. ¶ Columen verò familiæ. } Suſtentatio vel decus. vnde columnæ dictæ. & moralis αὔξησις

Columnæ.

ἐν εἰρωνείᾳ. ¶ Cui commendaui filium hinc abiēs meum. } Duplex accuſatio eſt de eo quod fecerit. Hæc conueniunt in eas perſonas quas ſpectare non oportuerit. ¶ Iam dudum te omnes nos accuſare audio immeritò. } Vide quàm in his verbis etiam vultus quidam ſerui contumacis appareat, & verſutè mali, Et hoc eſt quod dixerat, Ego in inſidiis hîc ero ſuccenturiatus. ¶ Immeritò, & me omnium harum immeritiſſimò. } Tantum impudentiæ supereſt: vt non ſolum ſe, ſed alios etiam defendat. ¶ Horum omnium immeritiſſimò } * horum & ſic nos hanc & hunc dicimus. ¶ Nā quid me in hac re facere voluiſti. } Bona exceptione locutus eſt, quaſi in aliis omnia fecerit. ¶ Immeritiſſimò. } Vt parūò, falsò, de aduerbiis eſt in o deſinentibus. ¶ In hac re voluiſti tibi. } Quàm contemnat iram domini, vt hoc ipſo purgatior videatur, ex hoc apparet quòd addidit Tibi. Sic enim dicere ſolemus, Quid tibi vis faciā? cùm alieno negotio fruſtra nos oſtendimus laborare. ¶ Seruū hominē cauſam orare leges non ſinunt. } Hoc enim quaſi ignoranti dicit: ſed ſtomachoſè admonet, velut ſtultum, qui rem manifeſtam non cogitet. ¶ Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt. } Vetuſtè hominem. Saluſtius in Iugurtha, cùm interim Hiempſal reperiretur occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ. ¶ Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt. } Mirè extenuauit conditionem ſuam, dicendo, non me, ſed ſeruum. Et addēdo hominem, moraliter locutus eſt. Sic Virgilius. Venerat antiquis Corithi de finibus Acron, Graius homo. ¶ Cauſam orare. } Nō impropriè. ſic Virgilius. Orabunt cauſas melius. ¶ Neque teſtimonij dictio eſt. } Vis ſcire, inquit, quàm non liceat ſeruo pro domino dicere? nec teſtis loco produci poteſt. ¶ Neque teſtimonij dictio eſt. } Variè: non enim dixit, neque teſtimonium dicere. ¶ Mitto omnia. } Et iam hoc perdidit ſenex, quod videbatur validum ad accuſationem. Ita gradatim illi ſingula ſubducuntur, & accuſationis impetus euaneſcit. ¶ Adde iſtuc, imprudens timuit adoleſcens. } Hæc omnia verba cauſalem ad argumentandum vim habent. ¶ Mitto, ſino: vim habent contra voluntatem concedentis. ¶ Imprudens timuit adoleſcens: ſino. } σχῆμα διανοίας συγχώρησις. Et ſingula pronuntianda, vt plura videantur. ¶ Tu ſeruus: verùm ſi cognata eſt maximè. } Sub obtentu huius propoſitionis, in qua pars legis oſtenditur, iam poëta præparat locum fallaciæ Phormionis de dote accipienda. ¶ Verùm ſi cognata eſt maximè. } τῷ ἰδιωτισμῷ addidit maximè. nam ſiue eſt cognata, ſiue non eſt, non recipit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. hoc eſt, non dicitur maximè cognata, & cognata minimè: ſed aut eſt, aut non eſt. Alij ſic ordinant, Non fuit neceſſe maximè habere. alij, ſed id quod lex iubet, maximè dotem daretis. ¶ Sed, id quod lex iubet, dotem daretis. } Id quod lex iubet: ordo: ſic Virgilius. Verùm, id quod multo tute ipſe fatebere maius. ¶ Quæreret alium virum. } Quæreret, quàm idoneum eſt ad ſignificationem odiorum. Virgilius, Quærat ſibi fœdera Turnus. ¶ Qua ratione inopem, potius ducebat domum? } Magno ſonitu intulit quod minus momenti habet aduerſus eos qui accuſantur, quàm illa ſuperiora. ¶ Inopem, potius ducebat domum? } Non inopem potius: ſed potius ducebat ſubdiſtinguendum eſt. ¶ Non ratio, verùm argentum deerat. }

Immeritiſſimò. Parūò. Falsò. Quid tibi vis faciam? Seruus homo. Mulier ancilla. Cauſam orare. Teſtimonij dictio eſt. Mitto. Sino. Cognata maximè. Id quod lex iubet. Quæreret alium virū

Hoc ita ludibũdus abſoluit Geta, vt etiam quaſi per iocum reſpondeat. ¶ Alicunde. nihil eſt dictu facilius. } Hoc quaſi ſubridens, & auerſo ab illo vultu pronuntiauit Geta. quod genus actionis, ſecuritatem oſtendit hominis manifeſta dicentis. *Alicunde.* ¶ Alicunde. } Dempho Alicunde ad facilitatem retulit: hic ſic intelligere ſe fingit, vt quaſi nõ habens ipſe Demipho de proximo à quo dicere incipiat, dixerit alicunde. ¶ Nihil eſt dictu facilius. } Mirè, vt ſolet, prouerbio vno diſſoluit totã ſenis intentionẽ. vt in Heauton. Quid ſi hoc pater reſciuerit? Quid ſi redeo ad illos qui aiunt, Quid ſi nũc cœlum ruat? ¶ Poſtremò, ſi nullo alio pacto, vel fœnore. } Oſtendit ſe ſenex hæc perdere: cùm ab his ad alia tranſcendit excluſus. ¶ Dixti pulchrè, ſi quidem quiſquam crederet. } Vide quàm non laboret ad reſpõdendum Geta: ſi quidem illi per εἰρωνείαν reſpõdit. *Credere.* ¶ Crederet. } Pecuniam cõmitteret. ¶ Non, non ſic futurum eſt: nõ poteſt. } Hic iam palmæ locus eſt debitæ poëtæ, ſiquidem & omnia obiecerit Demipho, & omnia ſoluerit Geta: quibus actis ſola irrationabilis exclamatio relinquetur ſeni. *Non, non.* ¶ Non, non ſic futurum eſt: non poteſt. } Moralis abnegatio frequenti repetitione firmata. ¶ Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? } Hic eſt de quo ſuprà dictum eſt, Illéne indotatam virginẽ, atque ignobilem daret illi? nunquam faceret. ¶ Egóne illam cum illo vt patiar nuptam? } Hîc iam præſtruitur quàm facilè triginta minas perditurus ſit Demipho, dum illam vult excludere. Nihil ſuaue meritum eſt. } Ordo & ſenſus hic eſt, Nihil mihi mercedis ſuaue eſt: vt ego illã cum illo nuptam feram. *Suaue meritum.* Suaue meritum enim, ſuauem mercedem ſignificat. ¶ Hominem commonſtrarier. } Bono ordine peruenit ad Phormionem: à quo magis confutabitur. ¶ Aut vbi habitet, demonſtrarier. } Mirè oſtendit quàm hic ſenex contemnat Phormionem modò, à quo mox ſuperabitur. ¶ Iſtum patronum mulieris. } Hîc & contemptum aduerſarij, & ſui fiduciam monſtrat ¶ Antipho vbi nunc eſt? } Mitius nunc quærit vbi ſit Antipho: & vtrum amatæ adhæreat, ſubtiliter quærit. *Foris.* quod ſeruus intelligens, reſpondit Foris. ¶ Iam hîc aderit. } Virgi. Haud ſibi cum Danais rem ſaxo, & pube Pelaſga. ¶ Foris. } Foris dixit, cùm fugiſſe eum ſciat. ¶ Abi Phædria: eum require, atque adduce huc. } Opportuna & apta ſimplicitas attribuitur Demiphoni, nihil tale de Phædria ſuſpicanti. ¶ Eo recta via equidem illuc. } Et amatorem oſtendit Phædriam: & ſimul id agit, ne in conſpectum patris veniat Antipho. ¶ Nempe ad Pamphilam. } Niſi hoc Geta dixiſſet, non intelligerent ſpectatores quid dixiſſet Phædria. ¶ At ego deos penates hinc ſalutatum domum deuortar. } Nulla mentio fit vxoris apud Demiphonem. non enim conuenit argumento vt habeat. neque quid in Cilicia geſſerit, demonſtratur ideo, quia iam dictum eſt, Noſter in Ciliciam ad hoſpitem antiquum: cauſa enim quæſita eſt cur abeſſet, dum vxorem ducat Antipho: & cauſa ex argento, id eſt auaritia, quo minus videatur pati nurum pauperem, qui ob ſpem lucri ab Attica in Ciliciam nauigarit. *Hinc. Salutare deos.* ¶ Hinc ſalutatum. } Ab hoc loco. ¶ Salutatum. } Adoratum prima poſt reditum prece. *Deuortor.* ¶ Deuortar. } Bene deuortar, quaſi de via. ¶ Atque aliquot mihi amicos aduocabo. *Amici.* ¶ Iam præparat ridiculã aduocationem: qua plures adhibendo iuriſconſultos incertior reddetur. *Adsũt aduocati.* ¶ Amicos aduocabo. } Amicos, & pro teſtibus, & pro aduocatis veteres poſuerunt. ¶ Adſiet. } Propriè adſient. adeſſe enim dicuntur aduocati. *Vt ne.* ¶ Vt ne imparatus. } Pro non.

ADRIA. BARL. Ita ne tãdem vxorem duxit Antipho? } Turbæ gliſcunt, pater enim adueniens queritur de peccato filij & tandem, pro aliquando poſitum eſt. *Tandem, pro aliquando.* ¶ Vix tandem. } Ad me peruenit à quo auſpicaturum accuſationem putabam. ¶ Atqui reperi. aliud cura. } Cum negabimus eſſe cauſam, cur aut dubitet quiſpiam, aut ſollicitus ſit, exempto ſcrupulo accommodabimus, ex Odyſſeæ η libro. ἀλκίνο' ἄλλό τι τοι μελέτω φρεσίν, Alcinoe cures aliud. ¶ Omnes cùm ſecundæ res ſunt. } Egregia ſententia, hoc ſenſu, maximè ſapiens metuere debet, quo tempore maximè ſecurus eſt ſtultus. *Alcinoe cu[ra] res aliud.* ludit enim fortuna, & ſumma infimis mutare gaudet. Malè quidam reprehẽdunt præmeditationem rerum futurarũ. nihil eſt enim quod tam obtundat, eleuétque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil eſſe quod accidere non poſſit, quàm meditatio conditionis humanæ, quàm vitæ lex, commentatióque pereundi, quæ non hoc adfert vt ſemper mœreamus, ſed vt numquam. Terentij locum citat M. Tul. libro Tuſculanarum quæſtionum tertio. ¶ Molendum eſſe in piſtrino. } Facetè ſeruus enumerat impendentia ſibi ſupplicia. ¶ Meditata ſunt mihi omnia mea. } Priſcia. multa ex verbis deponẽtibus inueniuntur apud antiquiſſimos participia præteriti temporis tam actiuam quàm paſſiuam ſignificationem habentia. *Meditatus.* Terentius in Phormio. Meditata ſunt mihi. ¶ Habendæ compedes. } Data eſt ſeruuli perſonæ vitioſa locutio. Cùm enim ab infinitiuo eſſe dependeant ſequentia, habendas compedes dixiſſet. locum hoc non habet ſi legatur, molendum vſque in piſtrino. ¶ Vſque molendum eſſe in piſtrino. } His Terentij verbis delectatus Lactantius, ita ſcripſit libro inſtitutionum ſeptimo. *cap. XXVII.* Si ſapientes, ſi beati eſſe voluimus, cogitanda ac proponenda nobis ſunt, non tantùm Terentiana illa, molendum eſſe vſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes, ſed his multo atrociora, carcer, catenæ, tormenta patienda, ſuſtinendi dolores, mors deniq; ipſa & ſuſcipienda eſt, & ferenda. ¶ Deputabo eſſe in lucro. } Ad irriſionem iiſdem vtitur verbis quibus eſt vſus Demipho. ¶ Saluũ te aduenire. } Apoſiopeſis eſt. Nam gaudeo verbum ſubauditur, & ad leniendam iracundiam valet hæc ſalutationis iteratio. Et hoc eſt quod ſuprà dixit, blandè in principio alloqui. ¶ Bonas me abſente hîc cõfeciſtis nuptias. } Crimen in duobus eſſe oſtenditur, & quod non bonæ ſunt nuptiæ, & abſente patre ſunt confectæ. ¶ Lenẽ patrem illum factum eſſe acerrimum. } Poſitiuo gradui ſuperlatiuum oppoſuit. ¶ Ecce autem. } Rei nouæ, & improuiſæ apta vox eſt. Tradunt operas mutuas. } Tranſlatum videtur ab agricolis, *Operas tradunt mutuas.* qui mutuam inter ſe operam commodare ſolent. Dixit Terentius de adoleſcentibus, qui ſe viciſſim in peccatis defenderent. ¶ Cùm illo haud ſtares Phædria. } Id eſt illum non defenderes. *Pro aliquo ſtare.* Seruius pro illo legẽdum putat. hîc pro, quaſi in defenſionem vel auxilium ſignificat. *Pro.* Sic etiam dicimus, Cicero pro Milone, pro Deiotaro, pro Marcello. ¶ Ex qua re minus rei foret. } Rei quia pauperem, famæ quia ignobilem dixit. ¶ Non cauſam dico. } Donato authore, Rhetoricum theorema eſt in huiuſmodi exceptionibus, quo vti ſolet, qui propoſitæ cauſæ fiduciam gerit, Simile eſt illud. nõ oro veniam, non deprecor pœnam. ¶ Si quis fortè malitia fretus ſua. } Criminis tranſlatione ſe purgat. ¶ Noſtráne culpa eſt, an iudicum? } Ex remotione criminis cauſa conſtat, factum non negatur, ſed facti culpa in alios transfertur. ¶ Qui propter inuidiam. } Qui ſæpe dolo malo ſecundum paupertatem aduerſum diuites pronuntiant. ¶ Ita vt ille fecit. } In reſpondendo accuſatur filij ſegnities. ¶ Poſtquam ad iudices ventum

ces ventum eſt, non potuit. } Deriuatio cauſæ in ſtatu veniali, ipſum nanq; pudor prohibebat plura profari. ¶O bone cuſtos. } Eundem ſeruat modum quem ſuprà. O Geta menitor. Sed hîc vſus auxeſi plus ſignificat dicens, bone cuſtos. ¶Columen verò familiæ. } Columen familiæ dixit Terentius in Phormione, non dubium quin prouerbialiter, Getam ſeruum natu grandem, cui ſenex peregrè profecturus tanquam pædagogo, & curatori iuuenum, mo-

Columen. res & rem domeſticam commendarat. Donatus columen dici putat perinde quaſi columnam dicas, cui reliqua domus innitatur, vnde antiquitus ſeruos maiores columellas dictos. Huic aſtipulatur Virgilianum illud. In te omnis domus inclinata recumbit. Ex Chiliadibus. ¶Et me omnium horum immeritiſsimum. } Magna ſerui impudentia, qui non ſe ſolum, ſed alios etiam defendit. ¶Seruum hominem cauſas orare leges non ſinunt. } Ducitur argumẽtum à conditione. Sic & apud Ciceronem in oratione pro l. Manilia. Ius legationis maiores noſtri verbo violatum perſecuti ſunt. Vos legatum omni ſupplicio interfectũ inultum relinquetis? ¶Poſtremò ſi nullo. } Multa ex nominibus ipſa terminatione datiui pro aduerbiis accipiũtur, vt poſtremò, falsò, conſultò. ¶Alicunde. } Subridens & auerſo à Demiphone vultu hoc dicit. ¶Non, non ſic futurum eſt. } Abnegatione firmat frequens repetitio particulæ non. ¶Egón' illam cum illo vt patiar nuptum? } Hîc eſt quod aliàs dictũ. Illéne indotatam virginem atq; ignobilem daret illi? nunquam faceret. ¶Nihil ſuaue meritum eſt. } Sic Donatus interpretatur. Nihil mihi mercedis ſuaue eſt, vt ego illam cum illo nuptam feram. ¶Hominem commonſtrarier mihi iſtum volo. } Satis hic illum contemnit à quo mox ſuperabitur. ¶Fôris. } Foris dicit, cùm fugiſſe eum ſciat. ¶Amicos aduocabo. } Hæc ridicula futura eſt aduocatio, reddet enim multo incertiorem hunc ſenem quam nunc eſt. ¶Amicos. } Pro teſtibus olim & aduocatis amicos poſuit vetuſtas.

LATOMVS.

Argumentum. Expoſtulat Demipho cum Phædria & Geta propter peccatum Antiphonis, & Phædria hunc defendit. ¶Age, mitto. } Correctio. ¶Vix tandem. } Ironia. quia primò ſe nominãdum putauerat. ¶Places. } Totum ironicῶs in ſenem. ¶Quamobrem. } Sententia ad amplificationem, ab inopinato. ¶O Phædria. } Irriſio in ſenem, per ſimilium verborum imitationem. ¶Bonas me. } Propoſitio criminis per ironiam. ¶Atqui nihil. } Propoſitio defenſionis. ¶Ecce autẽ. } Senis indignatio. ¶Si eſt. } Defenſio per remotionẽ criminis, nã culpa in Phormionẽ confertur. ¶An quiſquam. } Aliud crimen omiſſo priori. ¶Functus addo. } Purgatio à verecundia quæ habet vim neceſsitatis, & ad laudem pertinet. ¶Bo-

Columen. ne cuſtos. } Ironia. Columen, id eſt, præſidium. ¶Iam dudum te. } Defenſio à perſona. ¶Mitto omnia. } Vide perſuaſum eſſe ſenem, & ſubinde ad alia crimina confugere. ¶Non ratio. } Attende contumaciam Getæ in reſpondẽdo, & quàm nihil laboret, nimirũ vt purgatior videatur. ¶Non, non. } Exclamatio victi ſenis, qui omiſſo Phædria & Geta ad Phormionem conuertitur. ¶Nempe. } Ironicῶs hoc & ſummiſsè.

PETRVS MARSVS.

¶Itáne tandem. } Prudẽtis hominis conſilia qualia eſſe debeant, docet hæc ſcena. Nam ita quiſque, qui in hac vita trãquillè viuere cupiat, ſe gerere debet, vt pericula, turbas, & commotiones quæ obuenire poſſunt, longè antea præuideat, & cogitando ſuperet, quàm ea ipſa eueniant. Nam, vt vùlgò iactatum eſt, iacula præuiſa minùs feriunt. Cicero libro tertio Tuſculan. quæſt. Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longè antè videris. Itaque apud Euripidem à Theſeo dicta laudantur. Licet enim, vt ſæpe facimus, in Latinum illa conuertere:

Nam qui hæc à docto meminiſſem viro,
Futuras mecum commentabar miſerias.
Aut mortem acerbam, aut exilij mœſtam fugam;
Aut ſemper aliquam molem meditabar mali,
Vt ſi qua inuecta diritas caſu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Quod autem Theſeus à docto ſe audiuiſſe dicit, id de ſeipſo loquitur Euripides. Fuerat enim auditor Anaxagoræ, quẽ ferunt nuntiata morte filij dixiſſe: Sciebã me genuiſſe mortalem. Quæ vox declarat, his eſſe hæc acerba, à quibus non fuerint cogitata. Ergo id quidem non eſt dubium, quin omnia quæ mala putẽtur, ſint improuiſa grauiora. Itaq; quanquam non hæc vna res efficit maximam ægritudinem, tamen quoniã multũ poteſt prouiſio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, ſint ſemper omnia homini humana meditata. Et nimirum hæc eſt illa præſtans & diuina ſapientia, & perceptas penitus, & pertractatas humanas res habere, nihil admirari cùm acciderit, nihil antè quàm euenerit non euenire poſſe arbitrari. Columen familiæ, id eſt, baſis & ſuſtentaculum, vt poëta: In te omnis domus inclinata recumbit.

RIVII CASTIGATIO.

Nec meum imperium: age, mitto imperium &c. } Exemplaria Venetum, Lugdunenſe, alia pleraque habent omitto: manu ſcriptum verò mitto. Vtrũcunque legas, idem erit Mitto.
ſenſus. Mittere enim κατὰ ἐναλλαγὴν figuræ pro omittere interdum accipitur. velut apud Virgiliũ: Mitto ea quæ muris bellando exhauſta ſub altis. Vndecimo Aeneid. Quod Donatus admonet legi & taceo hoc loco, id ego ex interpretatione alicuius irrepſiſſe in contextum puto. Nam quin alterum magis Terentianum ſit quis dubitet? præſertim cùm eodem modo Cicero in ſecundo ad Atticum: Sed mihi, inquit, nihil eſt moleſtius, quàm Statium manumiſſum, nec meum imperium, omitto imperium, non ſimultatem meam revereri ſaltem, nec quid faciam, ſcio. Hæc videlicet totidem fermè verbis ex hoc loco ſumpſit Cicero, vt & alia ex Terentio multa: quod non dedita opera ſemper, ſed imprudentem facere puto: vt qui aſsidua optimi poëtæ accuratáq; Cicero Te-
lectione hoc foret conſecutus, vt etiam non animaduerten- rẽtij lector
ti integræ ipſius ſententiæ, integri interdum verſus exciderent. aſsiduus.
¶Non ſimultatem meam reuereri ſaltem? } In recentioribus τὸ ſaltem, additum eſt ſequentibus, ſed perperam, cùm ex illo Ciceronis, quod iam citauimus, liqueat ſuperioribus eſſe addendum. Præterea Non. Marcel. vereri legit hoc loco, non reuereri: ſed eſt μνημονικὸν ἁμάρτημα: Dicimus, inquit, veretur illam rem, ſicuti & conſuetudo, & Terentius Phorm. author eſt, dicens: Non ſimultatem meam vereri ſaltem? Veteribus genitiuũ pro accuſatiuo poni placet &c. ¶Atqui reperi iam, aliud cura. } Ex manu ſcriptis codicibus duo habent, reperiam, vt vna dictio ſit, quod quanquã non diſplicet præſertim cùm præcedat, quam cauſam reperient: tamen cùm alterum nec ſenſus ipſe nec carminis ratio reſpuat, reliquimus vulgatam lectionem. ¶Quamobrẽ omnes, cùm ſecundæ res &c. } Lege. Cùm ſecundæ res ſunt maxumè, tum maxumè Meditari ſecum oportet. Perperam

*enim omiſſæ ſunt duæ iſtæ voces, tū maxumè: quas & Donatus addit & carminis ratio poſtulat. Donatus hoc loco inter alia: Bona ſententia, inquit, Tū maximè ſapiēti metuendum, quo tempore maximè ſecurus eſt ſtultus. Citat eodem modo Angelus Politianus in defenſione Epicteti. [Vſque molendum eſſe in piſtrino.]* Nos *omiſſo verbo ſubſtantiuo, ad hunc modum legimus: Molendum vſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes. Quanquam interpres molendum eſſe legit: ſed ita vt alterius quoque lectionis meminerit, nec vtrūque, nam octonarius repugnat, ſed alterutrū horum legi velit. Eius verba ſunt: Habendæ compedes. Vitioſam, inquit, locutionem ſeruili perſonæ dedit Terentius. nam integra eſſet, ſi diceret habendas compedes. vnde quidam non eſſe, ſed vſque legunt. Hæc ille. [Saluum te venire.] Videtur omitendum pronomen te: quod in omnibus tamen additum reperi. [Eho an id ſuccenſes nunc illi.]* Nos, *eho an tu id ſuccenſes &c. vt habent manu ſcripta exemplaria, conſentientibus impreſſis quibuſdam, velut Lugdunenſi, Veneto, Argentoratenſi. Mihi illud tu, momenti aliquid facere ad ſententiam videtur, &* ἔμφασιν *quandam habere. [Cùm ille abeſt, hic præſto eſt.] Sic deprauatam ferè vbique lectionem reperi. Cæterùm manu ſcriptum exemplar habet: Cùm ille eſt, hic præſto eſt: quo modo Donatus quoque legit, qui inter alia ſic ait: Cùm ille eſt,* Ζεῦγμα *ſecundum. nam & hîc ſubaudiendum eſt, in noxia. Hic præſto eſt, ad defendendam cauſam ſubauditur. Sic ille:* Nec *ſanè aliter ſenſus poſcit. Qui locum deprauarunt, iis impoſuit, quòd arbitrarentur hoc loco opponi inter ſe abeſſe*

*Præſto eſſe.*

*& præſto eſſe. quod ſecus habere quiuis facilè videat. Eſt igitur ſenſus: Cùm Antipho deliquit, Phædria defendit: cū deliquit Phædria, defendit viciſſim Antipho. Propterea addidit ſenex, Tradunt operas mutuas, hoc eſt: viciſſim ſe*

*Pro aliquo ſtare.*

*in peccatis defendunt. [Cum illo haud ſtares Phædria.] Seruius legit, Pro illo haud ſtares: quo modo Virgilius cecinerit* VIII. *Aeneid. In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis Stabat pro templo: id eſt, pro defenſione templi. Et in nono, Ipſi intus dextra ac læua pro turribus adſtant. Donatus verò, cum illo legit. aitque vſurpatum* ἀντὶ τοῦ *pro illo: In eius parte ſtamus, inquit, pro quo facimus. Sic Virgilius: Iuppi-*

*Stare cum aliquo.*

*ter hac ſtat. Titus Liuius ſeptimo Belli Aſiatici: Quia in Africa aduerſus Syphacem & Carthaginēſes fideliter atque impigrè vobiſcum ſtetit. Sic aliàs idem ſæpe. Stare igitur cū quopiā, idem eſſe puto, quod Græcis,* πρός τινος εἶναι, *id eſt, alicui ſtudere & fauere, & eum tueri: quod ipſum Latinè quoque, ni fallor, dicere liceat, eſſe ab aliquo. Cicero ab aliquo ſtare dixit in eodem ſenſu. Velut in Bruto: Vt ne-*

*Stare ab aliquo.*

*mo contra ciuium perditorum popularem turbulentámque dementiam à ſenatu & à bonorum cauſa ſteterit conſtantius. id eſt pro partibus ſenatus & bonorum. [Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans.] Sic habet vera lectio, adſtipulante manu ſcripto codice. Sed in quibuſdam, velut Lugdunenſi & Veneto, reperitur obtemperans, quemadmodum Sypontinus quoque citat, ſed mendosè, cùm ſecus legendum è Donato liqueat: Temperans, inquit, conſulens, prouidens, moderatus, vt, Iam ſibi tum curuis malè temperat vnda carinis. [Non cauſam dico, quin quod meritus eſt ferat.] Manu ſcripta exemplaria, & de impreſſis quædam habent: Quod meritus ſit. quo modo Donatus quoque legit.*

*Cauſam dicere.*

*Sed ſenſus & carmen vtrunque patitur. Cauſam dicere hic idem, quod renuere, recuſare, repugnare ſignificat: quod & cauſari interdum & cauſificari dicitur, id eſt, aliquid ad defendendum adferre. Plautus in Captiuis: Hoc ſi ſecus reperies, nullam cauſam dico, quin mihi & parentum & libertatis apud te deliquio fiet. Idem in Amphitryone, Atque is ſi deneget Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi eſt æquom fieri? Nunquid cauſam dicis quin te hoc mulctem matrimonio? Sic aliàs ſæpe.*

*Cauſari.*

*Cauſificari.*

GLAREANVS.

*Scenæ huius verſus ſunt varij. Primus trochaicus eſt tetram. catalecticus, niſi quis a, in ita produci putet. Reliqui deinde viginti haud dubij ſunt iambici tetrametri acatalectici, in quorum primo creticus eſt loco primo, niſi Meum monoſyllabum feceris, ac totum elidas: & in decimotertio Filij diſſyllabum, niſi bacchium loco ſecundo conſtituamus. Decimoctauo legendum, Molendum vſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes. quod Riuius quoque admonuit. In præcedenti verò vt s, in Herus, ita in ſequenti s, in Opus eliditur. In vltimo huius ordinis verbum Eſſe neutiquam omittendum eſt. Repetit enim Geta heri verba per* μίμησιν, *vt Syrus in Adelphis Demeæ. Et vetus codex habet, ac carmen poſcit. Sequuntur dein duo trochaici tetrametri catalectici haud dubij.*

*Sed quid ceſſas hominem adire, & blandè in principio alloqui?*

*D. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam.*

*In quorum poſteriore vel Mei monoſyllabum eſt, vel creticus loco ſecundo. [*PH. *Mi patrue ſalue.* DE. *ſalue, ſed vbi eſt Antipho?] Qui nunc ſequuntur, omnes ſunt ſenarij iambici. In quorum ſexto, o, aduerbium totum eliditur. In ſeptimo vel Dari in ſequentē verſum coniiciendum, vt Mihi monoſyllabum totum elidatur, & ſua monoſyllabum ſit, niſi creticum loco quarto cōſtituamus, vel in priore verſu Succenſeam triſyllabum eſt, ac finis totus eliditur, denique Geſtio ſit dactylus: ſed malim Dari ad poſteriorem coniicere verſum. Lectori liberū eſto quod volet ſequi. Decimumtertium vix excuſare potero. adeò omnia conſentiunt exemplaria. Et obſepti ſunt omnes elabendi modi, niſi fortè ita ſit legendus verſus,*

*In noxia eſt hic, ille ad defendendum adeſt.*

*Sed nihil definio. In decimooctauo, s, eliditur in minus, & Rei monoſyllabum eſt. In viceſimotertio, proceleuſmaticus eſt loco quarto. In trigeſimoprimo, hîc verò eſt impudentiſſimum mendum, quod equidem miror neque Eraſmum, neque Riuium annotaſſe. Eraſmo, vt ſæpe iam dixi, non tantum erat tunc otij, cùm hæc ageret, vt hæc atque ſimilia animaduerteret. Et Riuius libenter tranſilit, vbi carminum incidit difficultas, quemadmodum paulo antè, cùm rectè hoc carmen emendaret,*

*Cùm ille eſt, hic præſto eſt, tradunt operas mutuas.*

*Quod proximè antecedit, æquè vitioſum, ne attigit quidem. Ita hoc quoque loco pentametrum tranſilit. Sed vt paucis finiam, verbum Geta omiſſum eſt ad carminis finem. Phædria enim deficientibus iam argumētis Getam clàm vocat, verùm quia Geta iam locuturus prodit, Perſonæ nomē præfixum verſui ſequenti, occaſionem dedit tollendi alterius verbi Geta, ad verſus prioris finem, atque ita inſcitia alicuius minus attenti, atque bis Geta malè poſitum exiſtimantis, mutilum nobis verſum fecit. In trigeſimoſeptimo, pronomen Me legendum poſt Horum, vt conſtet carminis ratio. Quadrageſimus verſus hypermeter eſt, ſed e, elidi-*

*tur à*

*tur à verſu ſequente. In quadrageſimotertio, vel Fuit monoſyllabũ, aut creticus eſt loco primo. In quadrageſimooctauo, Nullo alio, choriambus eſt loco tertio, quod rariſsimũ eſt. neque ego alioqui ſanare carmen poſſum. Facilè eſt dicere, eliduntur duæ ſyllabæ, aut tres in vnum contrahũtur. Sed huius Poëtæ licẽtia bene audet etiam hoc, vt choriambum, ſed rariſsimè, immiſceat. Quod enim rarò fieri ſolet, quaſi nunquam factum fuiſſe putatur. In quinquageſimoquarto, abſque dubio creticus eſt loco primo. In quinquageſimoſexto, i, corripitur in Abi, niſi bacchium loco primo ponamus. In quinquageſimoſeptimo, Equidem poſt Illuc ponendum. Et in verſu ſequenti At à ſuperiore eliditur verſu, & deos monoſyllabum.*

*Choriãbus.*

# ACTVS II. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

ADducitur Phormio vt factum defendat, qui hîc ſe inſtruit cum ſene litigaturus.

ARG. PAV. MALLEO.

IN hac ſequenti ſcena, de paraſitis vilioribus Poëta exemplũ proponit, vt in Eunucho de potioribus aſſentatoribus. Verùm iſti præſentes acrius à Terentio lacerantur. Hîc Phormio ſeſe aduerſus Demiphonem litigaturum inſtruit & animat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

ADducitur Phormio, vt defendat id, quod cum Antiphone fecit.

*Trochaici Tetrametri Catalectici, vſque ad παρασκευὴν ſcenæ ſequentis.*

PHORMIO, GETA.

ITáne patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe? G. admodum.
P. Phanium relictam ſolam? G. ſic. P. & iratum ſenem?
G. Oppidò. P. ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit:
TVTE HOC INTRISTI, tibi omne eſt exedendum: accingere.
G. Obſecro te. P. ſi rogabit? G. in te ſpes

DONAT.

*ITA'NE patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe?] In hac ſcẽna de paraſitis vilioribus Terentius proponit imaginem vitæ: vt in Eunucho de potioribus, & his qui nuper proceſſerint, id eſt de aſſentatoribus. Animaduertendũ autem huiuſmodi genus hominum magis à Terentio lacerari. [Itáne patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe?] Adhuc narratur fabula de Terentio & Ambiuio ebrio, qui acturus hanc fabulam, oſcitans temulenter, atque aurem minimo inſcalpens digitulo, hos Terẽtio pronuntiauit verſus, quibus auditis exclamauerit poëta, ſe talẽ cùm ſcriberet, cogitaſſe paraſitum: & ex indignatione, quòd eum ſaturum potúmque deprehenderat, delinitus ſtatim ſit. [Itáne patris ais.] Hæc & labia lingens, vt ebrius: & ructans vtpote ſatur, pronuntiauit actor bonus. [Admodum.] Admodũ annuẽdi vim habet duntaxat modò: & ſubauditur veritum. [Phaniũ relictam ſolam.] Subauditur, ais. [Oppidò.] Non aio, ſed iratum intellige. [Iratũ ſenem?] Iterum Ais ſubauditur. [Ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit.] Ideo velut expergefactus ad has cauſas accedit Phormio, quia non diu ſolicitum conuenit eſſe paraſitum: nec quicquã aliud, niſi de conuiuio, vel propter conuiuium cogitare. adeò niſi à Geta cogatur, modò etiam negotiorum Antiphonis negligens eſt, atq; ſecurus. [Túte hoc intriſti: tibi omne eſt exedendum.] παροιμία apta paraſito: quę de cibo eſt. Hoc autem inter ruſticos de alliato mortario dici ſolet. Et bene Intriſti. propriè enim intrita, dicitur huiuſmodi cibus. [Accingere.] Appara te, atque expedi. [Ecere. quid ſi reddet?] Totum hoc quaſi alia agens loquitur paraſitus: vt ex hoc appareat quid interſit inter audaciam ſycophantæ improbi, & patriſfamiliàs perturbationem minimè litigioſi. nam ille in bona cauſa aduocatos quærit, & ipſe ſolicitus in toto actu eſt: hic in pũcto tẽporis ſe ad calumniã præparauit. [Quid ſi reddet?] Bene iam ad illud reſpicit fabula, quod futurum eſt, propter Phædriã. [Sic opinor.] Non ad Tu impuliſti hoc ptinet: ſed ad id, quod ſecũ tacitus voluit Phormio. [Quid ſi reddet?] Hoc eſt, quid ſi reſpondebit? An, quid ſi mulierem reddet? [Cedò ſenem.] Hîc alij excluſiſſe torporem ſomni inducunt paraſitum. alij trãſglutiſſe quod in ore mãdebat: quaſi hoc moræ fuerit ad vincendum ſenẽ. [Cedò ſenem.] Non parui moliminis certamen impendet, cùm ſenex dixerit, Hominẽ commonſtrarier mihi iſtum volo: paraſitus dicat, Cedò ſenem. [Quid ages?] Non interrogantis, ſed metuentis hoc dictum eſt. [Quid vis, niſi vt maneat Phaniũ: atq; ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnẽ irã deriuẽ ſenis?] Tria promittit, in quibus omnis cauſa Antiphonis eſt conſtituta. [Atq; ex crimine hoc.] Sic dixit ex crimine eripiã, quaſi ex incendio. Conſidera trium rerũ, quas promittit, gradus per αὔξησιν eſſe ſeruatos. [Phanium.] Vxorem ſcilicet Antiphonis. [Antiphonẽ eripiam] Bene eripiã dixit: quo vim ſignificat doli, pro eo qui iam teneatur oppreſſus. Virgilius,*
*— túne hinc ſpoliis indute*
*meorum eripiare mihi? [In me omnẽ iram deriuem ſenis?] Deriuatio dicitur inſle xio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quẽ non pertinet. [O vir fortis*

*Admodum* · *Oppidò:* · *Túte hoc ĩtriſti &c.* · *Intrita.* · *Accingere.* · *Quid ages?* · *Ex crimine eripere.* · *Eripio.* · *Deriuare iram in ſe.* · *Deriuatio.*

atque amicus.} Ordine laudauit. plus eſt enim amicus, quàm vir fortis. Et apparet auerſum Getam exclamaſſe: quod maiorem vim habet, quàm ſi Amice dixiſſet. ¶ O vir fortis, atq; amicus.} Nominatiuum pro vocatiuo poſuit.

*Nominatiuus, pro vocatiuo.*

¶ Verùm hoc ſæpe Phormio.} Bene Sæpe addidit, vt ſententiã faceret de ſpeciali dicto.

*Sæpe.*

¶ Vereor ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat deniq;.} Quid eſt iſtæc? nimium audax ſcilicet. Et conuenit hoc dictum Getæ: qui & ſuprà dixerat, Eſt paraſitus quidam Phormio, homo confidens.

*Iſtæc.*

¶ Verùm hoc ſæpe Phormio vereor, ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat.} Et conſuetudine Romana dixit: quia ſæpe in neruum coniiciebãtur ex aliquo maleficio in carcerẽ miſſi. An prouerbium à ſagittariis natum eſt, quòd immoderatæ plerunque vires, adducendo arcu non telum incitent, ſed neruũ rumpant? An ex eo, quòd ſæpe fortius ferientes, neruum ſibi aliquẽ lædant? Ergo fortitudine nimia ſæpe vinci, ſæpe decipi contingit.

*Fortitudo iſtæc in neruũ erumpet.*

*Erumpere in neruum.*

**Quid*

¶ In neruum erumpat denique.} Deniq; modò παρέλκον, Terentiana conſuetudine, qui hanc particulam in vltima ponit ſentẽtia.

*Denique.*

¶ Iam pedum viſa eſt via.} Pedũ, pro pedibus. & viſa ἀντὶ τοῦ prouiſa. Et totũ μεταφορικῶς.

*Pedũ viſa eſt via.*

*Viſa.*

¶ Quot me cenſes homines iã deuerberaſſe vſque ad necem?} Paraſiticè totũ tranſlationibus loquitur. huiuſmodi eſt enim vis vmbraticorum hominum, ſcurrilis oratio.

*Deuerbero.*

¶ Hoſpites tum ciues?} ἀνακόλουθον ſecundũ. deeſt enim ſuprà, Cum. Et bene poſterius poſuit id quod maius eſt. ¶ Cedò dum, en vnquam iniuriarũ audiſti mihi ſcriptam dicam?} Plus eſt hoc per interrogationem intuliſſe, quàm ſi diceret, Nũquam mihi ſcripta eſt iniuriarum dica.

*Interrogationis vis.*

¶ Iniuriarum ſcriptã dicam.} ἀκυρολογία.

*Acyrologia.*

eſt. P. eccere.
Quid ſi reddet? G. tu impuliſti. P. ſic opinor. G. ſubueni.
P. Cedò ſenem: iam inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia.
G. Quid ages? P. quid vis, niſi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem ſenis?
G. O vir fortis atque amicus: verùm hoc ſæpe Phormio
Vereor, ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat denique. P. ab
Non ita eſt: factum eſt periclum, iam pedum viſa eſt via:
Quot me cenſes homines iam deuerberaſſe vſque ad necem
Hoſpites, tum ciues, quo magis noui, tanto ſæpius?
Cedò dum, en vnquam iniuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam?
G. *Quî iſtuc? P. quia NON RETE ACCIPITRI TENDITVR, neque miluio,
Qui malè faciunt nobis: illis qui nihil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus eſt, in illis opera luditur.
Aliis aliunde eſt periclum, vnde aliquid abradi poteſt:
Mihi ſciunt nihil eſſe. dices, ducent damnatum domum:
Alere nolunt hominem edacem: & ſapiunt mea quidem ſententia,
Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.
G. Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia.
P. Imò enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert.
Téne aſymbolum venire vnctum, atque lautum è balneis,
Otioſum ab animo, cùm ille & cura, & ſumptu abſumitur:

ſic enim & Tullius, Scribitur Heraclio dica. ¶ Dica.} Dice, cauſa eſt Græcè: quæ Dica fit Latinè dica: vt Acte Calliope. Acta, Calliope Calliopa.

*Dica. Calliopa.*

¶ Quid iſtud?} Interrogare dicitur & fingitur Geta, vt paraſitica progrediatur oratio. ¶ Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio.} Rurſus per ἀλληγορίαν loquitur paraſitus: vt totum triuiale ſit, à cõuiuiis eſciſque tranſlatum.

*Rete accipitri tenditur.*

¶ Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio.} Legitur & tennitur. habet enim n, litera, cũ d, communionem.

*Tennitur N litera.*

¶ Qui malè faciũt nobis.} Ore, & vnguibus ſcilicet. ¶ Illis qui nihil faciunt tenditur.} Non ſic accipe, nihil faciũt, quaſi dicat, nec bene nec malè: ſed cũ legeris nihil faciunt: ſubaudito, nobis malè. ¶ Quia enim in illis fructus eſt.} παρέλκον tertium: quo aut Quia (& ſic Enim ſubiungatur) aut ipſum Enim ſuperuacuum eſt. ¶ In illis fructus eſt.} Quia nihil faciũt nobis malè. ¶ Quia enim in illis fructus eſt.} Fructus, cibus: quia frumen dicitur tractus gulæ, qua cibus in aluũ demittitur.

*Fructus. Frumen.*

¶ In illis opera luditur.} Qui malè faciunt nobis. ¶ Luditur.} Exercetur. An illuditur, id eſt fruſtratur?

*Luditur opera.*

¶ Aliis aliunde eſt periculũ, vnde aliquid abradi poteſt.} Vtrum hic ſenſus eſt, quaſi dixerit, Aliud aliis periculum affertur, à quibus aliquid auferri poteſt? an, alij aliunde periclitãtur, quàm creduntur? eſt enim illis cauſa periculi, nõ quæ videtur, ſed quia ab his aliquid auferri poteſt. ¶ Vnde aliquid abradi.} Abradi, per vim auferri.

*Abradi.*

¶ Mihi ſciunt nihil eſſe.} Rei ſcilicet. ¶ Ducent damnatum domum.} Secundum ius ſcilicet, quo obærati, cùm ſoluendo non eſſent, ipſi manu capiebãtur.

*Ducẽt damnatum.*

¶ Ducent damnatum domum.} Vſus eſt verbis ad extenuandam pœnã.

& tem

*Dum tibi ſit quod placeat: ille ringitur, tu rideas,*
*Prior bibas, prior decumbas, cœna dubia apponitur?*
*G. Quid iſtuc verbi eſt? P. vbi tu dubites, quid ſumas potiſsimum.*
*Hæc cum * ratione ineas, quàm ſint ſuauia, & quàm chara ſint,*
*Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem deum?*
*G. Senex adeſt: vide quid agas: prima coitio eſt acerrima.*
*Si eam ſuſtinueris, * poſt illam iam, vt lubet, ludas licet.*

** ratione in.*
** poſt illa*

*& rem ad commodū transferēdam. nam quod obæratis inimicum eſt, id paraſitus maximè optat, duci ab* Damnatus. *aliquo domum. Addidit autem damnatum, quaſi qui irrideat genus damnationis, in qua victor paſcere compellitur, & paſcitur victus. ¶ Alere nolunt hominem edacem. ∮ Senſus eſt, Sciunt edacē: et ideo nolunt alere. Et hoc ſic pronuntiandum, vt facetè totum videatur illatum, Quādo obæratus, ſit ſub huiuſmodi pœna: nec accuſari ab aliquo ſe queritur, neque damnari. ¶ Hominem edacem. ∮ Se ſignificat. ¶ Sapiunt. ∮ Sibi conſulunt. ¶ Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere. ∮ Paraſiticè beneficium ſummum dixit alere. ¶ Pro maleficio. ∮ Pro iniuria. ¶ Reddere. ∮ Retribuere, reponere. ¶ Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia. ∮ Multum promittit Geta paraſito, cùm dicat, nihil futurum, quod pro merito poſsit accipere. ¶ Non poteſt ſatis pro merito ab illo. ∮ Huiuſmodi ſententias inferunt poëtæ parētheſi cum his quæ volūt inferre. ¶ Ab illo tibi referri gratia. ∮ Non ab eo, qui te damnatum duxerit: ſed Antiphone, de quo ſermo eſt. ¶ Imò enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. ∮ Bene paraſitus, quicquid præſtat, debere ſe dicit. Et eſt proprium perſonæ inferioris. Virgilius, Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra Iouémque Concilias, tu das epulis accumbere diuûm. ¶ Gratiam. ∮ Vicem. ¶ Nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. ∮ Rex aliàs regnator, aliàs dominus, aliàs diues ſignificat. Sed nunc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad ſignificandum paraſitum. vt enim paraſitus regis eſt, & libertus patroni: ſic è contrario rex paraſiti eſt, & patronus liberti. quod ſi non eſſet, non Nemo tantummodo, ſed Nemo paraſitus diceret. ¶ Téne aſymbolum venire vnctum, atque lautum è balneis? ∮ Hæc nō ab Apollodoro, ſed è ſexto ſatyrarum Ennij tranſlata ſunt omnia, Quippe ſine cura, lætus, lautus cum aduenis, infertis malis, & expedito brachio, alacer, celſus, lupino impetu, expectans mox dum alterius obligurias bona: quid cenſes dominis eſſe animi? Prò diuûm fidem, ille triſtis cibum dum ſeruat, tu ridens voras. ¶ Téne aſymbolum venire. ∮ Et hoc nomen conſtat inter paraſitos confictum, atque compoſitū eſſe. Contra illud in Andria, Symbolum dedit, cœnauit. ¶ Otioſum ab animo. ∮ πλεονασμός. Nam addidit ab, cùm ſufficeret animo. ¶ Cū ille cura & ſumptu abſumitur. ∮ Cura in apparando, Sumptu in coemendo. ¶ Dum tibi ſit quod placeat. ∮ Acuēda vox in eo quod ait Tibi. Et hoc eminenter adiectum eſt, non ſui curam, ſe conuiuarum gerere illum qui vocat. ¶ Ille ringitur, tu rideas. ∮ Poëtico lepôre iiſdem ſyllabis diuerſa ſignificantia propè inuicem poſuit, ringitur & rideas. ¶ Ille ringitur, tu rideas. ∮ Variè: nā pronuntiatiuo coniunctiuum miſcuit. Non enim dixit, ringatur. Ringi eſt ſtomachari tacitum. eſt enim tranſlatio à canibus latraturis. ¶ Prior bibas, prior decumbas. ∮ Hoc ad procacitatem paraſitorū retulit. ¶ Prior decubas. ∮ Sic alibi, Maturè veniunt, diſcumbitur, inquit. ¶ Cœna dubia apponitur. ∮ Et hoc adeò paraſiticū verbum eſt, vt id non intelligat Geta. ¶ Quid iſtuc verbi eſt? ∮ Vt intelligat populus, iccirco nō intelligit, & vult doceri Geta. Oſtendit autem poëta pro vnaquaque re verba propria eſſe, neque communia cum iis, qui diuerſi ſunt actus. ¶ Vbi tu dubites, quid ſumas potiſsimum. ∮ Non potius, ſed potiſſimū dixit: vt in re omni aliis alia monſtraret potiora. Plautus. Stādum eſt in lecto, ſiquid de ſumma petas. ¶ Hæc cum ratione ineas. ∮ Intelligas, æſtimes.* Inire. *¶ Quàm ſint ſuauia, & quàm chara ſint. ∮ Nōnihil philoſophatus eſt poëta, oſtendendo multis ſuauia eſſe quæ chara* Chara. *ſint. ¶ Chara. ∮ Magni pretij. ¶ Ea qui præbet, nō tu hunc habeas planè præſentem deum? ∮ Hoc eſt quod ait, Imò enimuero nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. ¶ Non tu hūc eum habeas planè præſentem deum? ∮ Præſentes dij ſunt, vel* Præſentes dij. *qui ſtatim præſtant: vel qui coluntur, & videntur, vt Sol & Luna. Alij præſentem pro potentiſsimo accipiunt. vt Virgilius, Quo non præſentius vllum. ¶ Senex adeſt: vide quid agas. ∮ Interuenit ſenex vltimo. & quidē quod extra argumentū per inuentionē dici potuit, cōſumptū eſt. ¶ Vide quid* Vide quid agas. *agas. ∮ Non terrētis eſt, ſed excitantis. ¶ Prima coitio acerrima eſt. ∮ Tranſlatio eſt à prælio. nam & congredi milites,* Coitio prima. *& coire dicūtur. ¶ Si eam ſuſtinueris. ∮ Multum de illo exigit, quando non dicit, ſi eum repuleris: ſed potius, ſi eam ſuſtinueris. ¶ Poſt illam iam, vt lubet, ludas licet. ∮ In officio* Ludus. *militari omne negotium vel pugna, vel ludus.*

Margin notes: Damnatus. Sapiunt. Maleficiū. Reddere. Gratia. Rex. Paraſitus. Aſymbolus. Otioſus ab animo. Pleonaſmos. Cura. Sumptus. Ringi. Cœna dubia.

ADRIA. BARL.

*Itáne patris. ∮ Si agenda eſt fabula, Phormio ebrius ructans & potu ſatur exeat. ¶ Ad te ſumma Phormio rerum* Summa ad te redit. *redit. ∮ Authore Parœmiographo, hoc vti licebit, ſi cum vulgaribus cōſiliis res explicari nequit, ad nouum aliquod & egregiè callidum confugitur. quemadmodum hic Geta ſignificans neque in Antiphone, neque in Phædria, neque in ſe ſatis eſſe præſidij ad retūdendam ſenis ſæuitiam, Ad te, inquit, Phormio ſumma redit. ¶ Túte hoc intriſti. ∮ Tu* Túte hoc intriſti &c. *fuiſti author conſilij de ducenda puella: æquum eſt vt tuo periculo rem ita expedias. Ducta eſt metaphora ab alliato ruſticorū mortario: & cùm tota de cibo ſit, paraſito aptiſsima eſt. Vulgo hodie in ore eſt altera huic ſimillima. Colo quod aptaſti, ipſi tibi nendum eſt: id eſt, Tu incipiendi author extitiſti, nunc idem explices oportet. ¶ Quid ſi reddet? ∮ An mulierem reddet? ¶ Cedò ſenem. ∮ Hoc iam excluſo ſomni torpore loquitur. Alij dicunt transglutiſſe quod in ore mandebat. ¶ Niſi vt maneat Phanium. ∮ Totius cauſæ hic ſcopus eſt. ¶ O vir fortis atque amicus. ∮ Vocatiui loco nominatiuus eſt. ¶ In neruum erumpat. ∮ Quadrat in temerariā,* In neruum erumpere. *inconſideratámque audaciam, quæ plerunque infelix eſſe ſolet, & in maximum malum aliquando adducere. ſumptū*

putatur à ſagittariis qui dum neruum arcualem addūt immodicè,rumpunt nonnunquam,idque non ſine ſuo periculo. ¶ Iam pedum viſa eſt via.} De negotio, cuius aliquando periculum feceris. ſumptum à viatoribus. ¶ Quia non rete accipitri.} Ariſtoteles in hiſtoria animalium, libro octauo: In auium,inquit,genere,quibus vngues adunci,omnes carniuoræ ſunt, vt aquilæ,milui,accipitres,& rapaces. Pœna legum exercetur in humiles, & à quibus ob ingenij manſuetudinem aliquid emolumenti poteſt auferri. Rapacibus verò,& quibus nihil eſt quo ſpolientur, ignoſcitur. Hoc ſignificat Iuuenalis,Dat veniam coruis,vexat cēſura columbas. Hoc ſignificat & Terentius. Non rete accipitri tenditur,neque miluio,qui malè faciūt. ¶ In illis opera luditur.} Operam ludimus antiqui dicebant,qui latinitatis authores,cùm fruſtra aliquid fieri putabant. Plautus in Pſeudolo. In pertuſum ingerimus dicta dolium. Operam ludimus. ¶ Ducent damnatum domum.} Spectauit ad ius antiquum, quo obærati cùm ſoluendæ rei non eſſent, manu capiebantur. ¶ Ducent damnatum domum.} Donatus ait hîc à paraſito videri genus damnationis,in quo victor paſcere compellitur,& paſcitur victus. ¶ Beneficium ſummum.} Paraſiticè beneficium ſummum dixit alere,nulli enim rei niſi ventri ſtudet hoc genus hominum. ¶ Téne aſymbolum venire?} Immunem Latini vocant,quem aſymbolum Græci, nempe eum qui nihil confert ad conuiuium. ſed pluſculum habebit gratiæ, ſi transferatur ad res animi,puta doctrinā,verſus, aut ſimile quippiam. Gellius libro noctium Atticarū indicat vocem hanc in prouerbium abiiſſe. Ne omnino, vt dicitur, immunes & aſymboli veniremus, coniectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, ſed argutias quæſtiunum. ¶ Ille ringitur, tu rideas.} Collatione vtitur. ¶ Ille ringitur.} Abeunt in parœmiæ formam,quæ ducūtur à rebus notis,ac vehemēter quotidiano ſenſui familiaribus,vt quoties corporis geſtus ad animi rem transferuntur: cuiuſmodi ſunt, Premere pollicem, pro fauere. Corrugare frontem, pro moleſtè ferre. Ringi,pro indignari. Ille ringitur,id eſt iraſcitur, ſtomachatur. A canibus latraturis ſumpta metaphora eſt. ¶ Cœna dubia apponitur.} Dubiam cœnam opiparam, variiſque inſtructam ferculis appellabant, idque prouerbium à paraſitis repertum apparet. Phormio apud Terentium: Cœna dubia apponitur. ¶ Quid iſtuc verbi eſt?} Vbi tu dubites quid ſumas potiſſimum. Exponit paraſitus verbum ſuum, alioqui anceps. Nam dubiū etiam periculoſum ſignificat. Et dubia cœna poſſit intelligi quæ non careat ſuſpicione veneni. Horatius in ſermone, Vides vt pallidus omnis Cœna deſurgat dubia. Parœmiographus in chiliadibus. ¶ Quid ſumas potiſſimū.} Priſcianus libro tertiô. Fiunt cōparatiua à nominibus, à participiis, ab aduerbiis ſiue præpoſitionibus. à nominibus, vt clarus clarior, felix felicior: à verbis, detero deteris, deterior: potior potiris, hic & hæc potior & hoc potius potioris potiſſimus. poſſumus tamen hoc à nomine potis accipere, quamuis ſignificatio alia videatur eſſe. vt Terentius in Phormione, Vbi tu dubites quid ſumas potiſſimum, pro optimum. Laurētius libro primo, Prior & primus non ſignificant melior & optimus, quemadmodū vult Priſcianus, ſicut nec potiſſimū optimum, In Phormione apud Terentium, Vbi dubites quid ſumas potiſſimum. Sed in his omnibus principalior principaliſſimus & principaliſſimum. ¶ Non tu hunc habeas planè præſentē deum?} Hoc eſt quod ſuprà dictum, Nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. ¶ Vide quid agas.} Non terret, ſed excitat. ¶ Prima coitio acerrima eſt.} Tranſlatum à prælijs. Nam & congredi milites, & coire dicuntur.

Pedum viſa eſt via.

Rete non tēditur accipitri.

Operam ludere.

Aſymbolus.

Ringi.

Cœna dubia.

Potiſsimus.

LATOMVS.

Argumentum. Accingitur ad ludendum ſenem Phormio,& paraſitica iactantia mores ſuos indicat. ¶ Itáne patris.} Hæc à temulento & oſcitante paraſito dicūtur. ¶ Ad te.} Hoc iam quaſi experrectus dicit. ¶ Túte hoc.} Prouerbium. ¶ Si rogabit.} Proponit & deliberat. ¶ Quid ſi reddet.} Subaudi argētum,& refertur ad id quod propter Phædriam futurum eſt. ¶ Quid vis.} Attende confidentiā Phormionis. ¶ Ne in ver.} Prouerbiū in audaces & temerarios. ¶ Deuerberaſſe.} Auxeſis metaphorica. ¶ Quia non.} Allegoria. ¶ Dices,ducent.} Occupatio. ¶ Regi.} Diuiti. ¶ Otioſum.} Paraſiticæ delitiæ.& eſt amplificatio meritorum ergà Paraſitum. ¶ Deum.} Nunc deum,ante regem appellauit.

PETRVS MARSVS.

Itáne patris.} Improbi hominis & ad omnem confidentiam malúmque conſilium confirmati,quique donec venter ſaluus ſit,ſe perditum iri non poſſe credat, mores hæc ſcena exprimit. Eſt enim hoc hominum genus vt abiectiſſimo animo,ſic ſeruili propèmodū ingenio præditum. Quis enim niſi viliſſimus, ſe in ſeruitutem tradere ventris cauſa cupiat? Xenophon. At qui regi in hoc miniſterium ſuum exhibent, vt per omnia lautius & delicatius nutriantur, hos nō amicos habere tibi credas, ſed hoſtes potius & inimicos: nam ſi minus aliquid dare cupias, tum te obruant. ¶ Túte hoc.} Id eſt, túte huius mali cauſa & origo es, per te factum eſt, quare quicquid hinc incommodi acciderit, in te redundabit. & eſt prouerbium. Deriuare iram, ab iis qui in culpa ſunt, in eum qui in culpa non eſt, iram inflectere. In neruum erumpat, Id eſt, in carcerem coniiciatis tu: nam neruus vinculi genus eſt, quo alligabantur, qui in ſeruitutem aliis tradebantur. Aſymbolum, ſine ſigno, ſine pignore interpoſito, pro voluntate, cùm lubet, hoc eſt, immunem, qui nihil in cœnam conferat.

Iram deriuare.

In neruum erumpere.

RIVII CASTIGATIO.

P. SI Rogabit. G. in te ſpes eſt. P. Ecce rem.} Nos ex collatione antiquorum voluminum ad hunc modum legendum ſuſpicamur. P. ſi rogitabit. G. in te ſpes eſt. P. eccere. Sed & exemplar ipſum Moguntinum M. D. XXI. excuſum ecce re habet. Nos eccere vnam dictionem eſſe putamus: quæ & apud Plautum aliquoties occurrit, & explicatur à Sexto Pompeio his verbis: Eccere iuſiurandum eſt, ac ſi dicatur per Cererem, vt æcaſtor, ædepol. Alij eccere pro ecce poſitum accipiunt. Hæc libro quinto. In manuſcripto haud ſcio cuius manu contaminata erat vera lectio, addita præpoſitione De, & quidem vna litera minuſcula compendiosè notata ad hunc modum đ. Erat in altero quodam: Ecce in re, ſed æquè mendosè, vt & ſuperius, repugnante vtrobique carminis trochaici ratione. Videtur autem præpoſitio adiecta abs quopiam locum explicare volente. Sicut eccere in ecce rem à ſciolo quopiam vocis inſolentia offenſo deprauatum adparet. ¶ Cedò dum, en vnquam iniuriarū audiſti mihi ſcriptam dicam?} Sic ferè exemplaria, & rectè. Cæterùm ſunt quæ habeant, An vnquam iniuriarum &c. velut Lugdunenſe, Lipſicum, alia pleraque, ſed mendosè. Indoctus quiſpiam locum deprauauit, qui non intellexerit vim huiuſce particulæ en, quæ interrogationi nonnunquam conuenit. quo in ſignificato iungitur ferè aduerbio vnquam do.

Eccere.

En vnquā pro Ecquā.

*bio vnquam apud primæ notæ ſcriptores. Titus Liuius decimo Belli Punici ſecundi, Quoties in conſiliis voces manus ad cælum porrigentium auditas, en vnquam ille dies futurus eſſet, quo vacuam hoſtibus Italiam bona pace florentē viſuri eſſent? Virgilius in Bucol. En vnquam patrios longo pòſt tēpore fines &c. Hallucinatus eſt eo in loco Badius. Idem alio loco diuiſit* κατὰ ἐπένθεσιν: *En erit vnquam ille dies? Silius decimoſexto. En vnquam lucebit in orbe ille dies &c. Terentius in proximè ſequenti ſcena. En vnquam cuiquam contumelioſius Audiſtis factam iniuriam? pro ecquando vel nunquando audiſtis. Hæc pluribus inculcaui, ne quis facilè aliquid in bonis authoribus immutare ſibi permittat. ¶ Quid iſtuc?* PH. *quia non rete accipitri tenditur. } Manu ſcriptus codex habet: Qui iſthuc? quod rectius eſſe arbitror. ¶ Illis qui nihil malefaciunt tenditur. } Nos illis qui nihil faciunt &c. omiſſo aduerbio malè. Sic & vetuſti codices & Donatus, cuius verba ſunt: Illis qui nihil faciunt tenditur. non ſic accipe, nihil faciunt, quaſi dicat, nec bene, nec malè: ſed cùm legeris, nihil faciunt, ſubaudito nobis malè. ¶ Téne aſymbolum venire vnctum atque lautum è balneis? } Hæc quidem vera ſynceráque lectio eſt. Miror autem, vnde tandem illud, quod exemplaria quædam habent, irrepſerit: Téne ad ſymbolum venire, quo modo & manu ſcriptum, & ex impreſſis Lugdunenſe, Venetum, alia pleraque, Sypontino quoque*

*Aſymbolus.*

*ita citante, ſed mendosè. Eſt autem* ἀσύμβολος, *qui ad conuiuium nihil confert. Latinè vno verbo dicitur immunis,*

*Immunis.*

*qua voce vtitur Gellius hoc in ſignificato, libro ſexto Noctium Atticarum, capite decimotertio: Ne omnino, vt dicitur, immunes & aſymboli veniremus, coniectabamus ad cœnulam, non cupedias ciborum, ſed argutias quæſtionum. Sic & Horatius in Odis: Donatus ait inter paraſitos confictum atque compoſitum eſſe hoc nomen* ἀσύμβολος. *Contra illud in Andria, Symbolum dedit, cœnauit. ¶ Hæc cum ratione ineas, quàm ſint ſuauia. } Haud ſcio, an quod*

*Inire rationem.*

*exemplaria quædam habent, rectius ſit, Cùm rationem ineas. pro æſtimes atque expendas. vt Donatus interpretatur: Sed nihil ſtatuere hoc loco poſſum. ¶ Poſt illam iam vt lubet, ludas licet. } Eſt in codice manu ſcripto, Poſt illa iam*

*Poſt illa, pro Poſtea.*

*vt lubet &c. quæ vna demum vera germanáque lectio eſt, contrà quàm cætera exemplaria habent. Poſt illa autem pro poſtea accipitur: quomodo apud Plautum ſæpe. velut in Curculione: Sed eum, inquit, qui Mihi vendidit Illam, nunquam poſt illa vidi. pro poſtea, vel poſt illud tempus. In Captiuis: Semel fugiendi ſi data eſt occaſio, Satis eſt, nunquam poſt illa poſſis prendere. In errorem induxit librarios, quòd putarent pronomen referendum ad coitionem.*

GLAREANVS.

*Verſus ſunt trochaici tetrametri catalect. præter vltimos duos iambicos tetramet. catalect. In primo, Abiiſſe tetraſyllabicōs legendum. In quinto, Eccere aduerbium iurandi eſt, per Cererem, vt exponit Feſtus. non neglexit hoc Riuius. In octauo, vel i, in Niſi non eliditur, vt ſit tribrachys tertio loco, vel verſus ita legendus eſt,*

*Eccerei*

G. *Quid ages?* P. *Quid? niſi vt maneat pol Phanium, atque ex crimine hoc*

*Alioqui iambus trochæúſque inuicem depugnabunt. In duodecimo, Periclum triſyllabum eſt. In decimoquarto s, eliditur in Magis, niſi creticus ſit loco quarto. In decimoſexto, pro Quid iſtuc, alij legunt, Qui iſtuc. quod placet. In eodem verſu Aldi codex perperam habebat Miluo pro Miluio, & in decimoſeptimo, poſt nihil, Malè, & in decimooctauo, In his opera luditur: pro In illis. Sed errat. In decimonono, Periclum rurſus triſyllabum. In viceſimoprimo, Mea monoſyllabum, & Quidem abundat, niſi quis hypermetrum duabus ſyllabis facit. In viceſimotertio, haud dubius eſt creticus loco primo, & s, in Satis eliditur, niſi bacchium loco ſecundo conſtituamus. Similiter creticus eſt verſu viceſimoquarto, loco primo, & bacchius loco tertio, niſi s, elidamus in Satis. In viceſimooctauo, amphibrachys eſt loco primo, niſi Prior monoſyllabum ſit, quod continuò diſyllabum eſt. In viceſimonono, d, eliditur in Quid,*

*In penultimis duobus genus carminis mutatum propter* παρασκευὴν, *& Poſt illa legendū in vltimo, non Poſt illam.*

IOANNES THEODORICVS.

*Obſecro te. } Ego, inquit Nonius, arbitror iſta verba Getæ continuā orationem inter ſe conſtituere, Obſecro te, In te ſpes eſt, Tu impuliſti, Subueni. Nam verba quæ interloquitur Phormio, potius cogitantis ſecum, quàm reſpondentis eſſe videntur. Quid Phormio cogitet, partim exponitur à Donato, partim tacetur.* G. *Obſecro te.* P. *ſi rogabit, nimirum vnde ſit cognata.* G. *in te ſpes eſt.* P. *eccere. Dubium vnáne ſit dictio, an duæ, vt Ecce re, pro ecce res, ſiue ecce rem ſit poſitum: an Eccere ſit iuſiurandi aduerbium, hoc eſt per ædem Cereris, quale eſt ædepol, æcaſtor. Certè in Andria vbi habemus, Ego Critonem video, & certè is eſt. legendum eſt, eccere is eſt. Idem error eſt in Eunuchi actu quinto ſcena ſecunda, & in Adelphis actu ſecundo ſcena ſecunda. Vt ſi Eccere ſit pro Ecce poſitum, ipſe Phormio admiretur dexteritatē commenti ſui, cur ſit cognata: aut ſi ſit iuſiurandi aduerbium, iuramento aſſeueret optimè eſſe excogitatum reſponſum. Poſtea ſentiens ſuo inuēto aliquid reſponderi poſſe, ſubiicit: Quid ſi reddet? hoc eſt, reſpondebit. Cui quum antipophora eſſet parata, qua eum nodum diſſolueret, ac ad plenum ſe argumētationibus inſtruxiſſet: Sic opinor, inquit. Ac deinde ad conflictum paratus, expoſcit aduerſarium, ſubiiciens, Cedò ſenem. quem virum appellare dedignatur, ſed ſenem, hoc eſt ætate imbecillum, & annis confectum, & de quo facilè victoria reportari poſſit. Hæc Nannius.*

*Eccere. alij Aecere.*

*Senex.*

## ACTVS II. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

HÆc ſcena concertationem habet Demiphonis & paraſiti. Clam patre vxorem duxerat Antipho. Domum reuerſus pater, illam vult eiicere. Cõtradicit Phormio. Vide quæ Donatus ad artem pertinentia in hunc locum adnotauerit:

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena controuerſia eſt, quæ vno tempore ex vtraque parte tractatur. Eſt autem ea inter Demiphonem, & paraſitum, de nuptiis Antiphonis, & Phanii, in patris abſentia factis, quas pater diſſoluere cupit, puellámque abiicere, quod paraſitus obnixè impedire conatur.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena Demipho cum Phormione rixatur.

*Senarij omnes.*

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

EN, *vnquam cuiquam contumelioſius*
Audiſtis *factam iniuriã, quàm hæc eſt mihi?*
Adeſte *quæſo.* G. *iratus eſt.* P. *quin tu hoc age:*
I*am ego hunc agitabo: prò deûm immortalium,*
Negat Phaniũ *eſſe hanc ſibi cognatam* De*mipho?*
Hanc Demipho *negat eſſe cognatam?* G. *negat.*
P. *Neque eius patrem ſe ſcire qui fuerit?* G. *negat.*

DONAT. *EN, VNQVAM cuiquã contumelioſius audiſtis factam iniuriam? In hac ſcena, vt rhetoribus placet, veluti quædam controuerſia eſt, quæ vno tempore ex vtraq; parte tractatur: Vt, ſi quis dicat legẽ eſſe, ne de eadem re bis agatur: & item, vt orbam proximus ducat. quidam abſente patre ſub hoc nomine vxorem coactus eſt ducere. vult illam pater aduenieus eiicere matrimonio. contradicitur. Meminiſſe autem debemus, in omni contentione ea maximè dici, quæ ſimplici patrifamiliàs & calumnioſo ſycophantæ, improbiſſimóque paraſito cõgruere, poëtæ viſa ſunt. ¶ En, vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam? Iam inſtructi ſunt aduocati. & rectè. longũ enim fuerat omnia hęc poſt ſcenã geri.*

*En.* *¶ En, vnquã. En vim habet indignationis poſt enarratã iniuriã. ¶ Quàm hæc eſt mihi? Facta iniuria, ſubauditur. ¶ Adeſte quæſo. Interim aduocati Demiphonem ſequi inducuntur. & ridiculè tacẽt prius, poſtea locuturi. Et adeſte propriè.*

*Adeſſe cauſæ.* *adeſſe enim cauſæ, propriè dicuntur patroni et amici. ¶ Adeſte quæſo. Propriè aduocatis adeſte dixit. Et quia ipſe properantius pergit, rogat vt aſſequerentur. ¶ Iratus eſt. Hoc ad excitandum Phormionẽ dicitur. ¶ Quin tu hoc age. Annuit vt taceat. & ſignificat ſilentium.*

*Iam.* *¶ Iam ego nũc agitabo. Modò iã celeritatis eſt ſignũ. Hunc, cũ contẽptu dixit.*

*Agitare.* *¶ Agitabo. Perturbabo.*

*Prò deûm.* *¶ Prò deûm immortaliũ. ἔλλειψις. deeſt fidem, aut quid tale. Cicero in Oeconomico, Quid igitur prò deûm immortaliũ primũ eã docebas quæſo? ¶ Prò deûm immortalium. Artificioſè prior exclamat: vt Demipho qui iniuriã paſſus eſt, vltro impetũ accuſationis incurrat. ¶ Phaniũ negat eſſe hãc ſibi cognatã. Additũ pronomen eſt: quaſi notã omnibus diceret.*

*Hanc Phanium.* *¶ Phaniũ eſſe hãc ſibi cognatã. Magno ingenio Terẽtius impudentiã calumniatoris expreſſit. nam & prior incipit, & prior accuſat. Et quia non poteſt dicere, expellit Phaniũ Demipho: negat cognatã, inquit. ¶ Negat. Vna opera Geta in duplici verſatur dolo. nam & audiente iã ſene, ſe eius defenſorem tanquã abſentis, aſſimulat: & irritat ad vociferationem Phormionem, qui clamãdi vlterius cauſam non haberet, ſi taceret Geta. ¶ Neque eius patrem ſe ſcire, qui fuerit. Ambiguitas: quæ tamen ſenſu diſcernitur. ¶ Cognatam Demipho. Hæc eſt flagitatio, quæ etiam nomẽ tumultuoſè perſequitur atque exagitat. Ideo callidus ſycophanta patrisfamiliàs proprium nomen non ſolùm inuidioſè infert, ſed etiã repetit. ¶ Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit? Hæc aſſeueratio mẽtientis eſt, imitata veritatem. ¶ Negat. σύλληψις prima. nam extrinſecus audiendum eſt, Pater. ¶ Sequimini. Apparet Demiphonem, vt patremfamiliàs, perturbari non mediocriter: quippe qui & aduocatos conquiſiuerit aduerſus hominem ſine aduocatis agẽtem, & progredi non audeat, niſi illi ſequantur.*

*Sequimini.* *¶ Sequimini. Sequimini dicit, qui properantius & concitatiore gradu pergit iratus. ¶ Nec Stilphonem ipſum ſcire. Quàm multa calumniatores clamandi cauſa dicunt, & vociferandi: vt ipſo ſtrepitu, terreant. ¶ Nec Stilphonem ipſum. Tantũdem quod ſuprà, Neque eius patrem. Scire debemus hoc nomen, non fictum à paraſito, ſed auditum à puella, quæ vxor ducta ſit, dici. ¶ Quia egens relicta eſt miſera. Communis locus in auaritiæ generalitate approbatior. facilius enim hoc de omnibus, quàm de Demiphone credatur: & ideo Ignoratur dixit, & Neglegitur. non, ignorat nec negligit Demipho.*

*Ignoratur.* *¶ Ignoratur. Non agnoſcitur, ignoratíque fingitur. boc enim ſignificat modò.*

*Parens.* *¶ Parens. Pater. nam vt variaret, parentem dixit, quem ſuprà dixerat patrem.*

*patrem. Patrem ergo dicit puellę à Demiphone ignorari.* ⁋ *Neglegitur ipſa.* ⁆ *Quia fieri poteſt, vt qui ignoret parentes puellæ, id eſt ignorare ſe dicat, tamen ipſam nõ negligat puellã: vtrunq; conqueſtus eſt.* ⁋ *Vide, auaritia quid facit.* ⁆ *Hęc cõuerſus ad circulum, & coronã circunſtantiũ dicit, & cõqueritur. Nulla enim re magis populus cõcitatur, quàm ſi quis egenũ contemnat: inde, & bonis inuident, & malos extollũt, inquit Saluſtius.* ⁋ *Vide auaritia.* ⁆ *Propriè Vide ſtomachãtibus cõuenit, qui indignatione coguntur quaſi cum aliquo colloqui: Sic in Adelphis, Illud ſis vide, exẽplũ diſciplinæ. Sunt qui putent illum alicui de corona circunſtantiũ dicere moraliter.* ⁋ *Si herũ inſimulabis auaritiæ.* ⁆ *Inſimulare eſt crimen ingerere.* ⁋ *Si herũ inſimulabis.* ⁆ *Inſimulatio eſt & falſi & veri criminis incuſatio. ſic Cicero, Nihil eorum quę Galli inſimulabant, negarũt. Inſimulo genitiuo iungitur.* ⁋ *Malè audies.* ⁆ *Scilicet à me.* ⁋ *O audaciã.* ⁆ *Hæc exclamatio oſtẽdit quid abſente patrè defenderit filius.* ⁋ *O audaciã, etiam me vltro accuſatũ aduenit.* ⁆ *Hîc iã oſtenditur perſuaſum eſſe Demiphoni: vim adhibitam filio ſuo vxorẽ ducere: vno, cùm hũc audacem appellat: altero, quòd dicit Etiã, quæ coniunctio & Antiphonem complectitur: & ſic, accuſatũ.* ⁋ *Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeã.* ⁆ *Sic ſubtiliter, ac latẽter purgatur à Phormione. nam cũ dicit, Nihil eſt quod ſuccenſeam adoleſcenti: oſtenditur adhuc ſuccenſuiſſe, & inimico fuiſſe animo. Cùm autem addit, Si illum minus norat: oſtenditur contradixiſſe ſibi, & reſtitiſſe iudicio. & ſic dicit, quòd ſi adoleſcens non agnoſcens puellam, veniam non meruerit: pater negata cognata ferri*

**vide auaritia* **malitiæ,*

*Vide.*

*Inſimulare*

*O audaciã.*

*Etiam.*

D. *Ipſum eſſe opinor, de quo agebam. ſequimini.*

P. *Nec Stilphonem ipſum ſcire qui fuerit?* G. *negat.*

P. *Quia egens relicta eſt miſera: ignoratur parens:*

*Neglegitur ipſa:* * AVARITIA *vide quid facit.*

G. *Si herũ inſimulabis*auaritiæ, malè audies.*

D. *O audaciam, etiam me vltro accuſatum áduenit.*

P. *Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccẽſeam,*

*Si illum minus norat: quippe homo iam grandior,*

*Pauper, cui in opere vita erat, ruri ferè*

*Se continebat: ibi agrum de noſtro patre*

*Colendum habebat. ſæpe interea mihi ſenex*

*Narrabat ſe hunc neglegere cognatũ ſuum:*

*At quem virum? quem ego viderim in vita optumum.*

G. *Videas te, atque illum, vt narras.* P. *abi in malam crucem:*

*Nam ni ita eum exiſtimaſſem, nunquam tam graueis*

*Ob hanc inimicitias caperem in noſtram familiam,*

*Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.*

G. *Pergin' hero abſenti malè loqui impuriſſime?*

P. *Dignum autem hoc illo eſt.* G. *ain' tandem carcer?* D. *Geta.*

G. *Bonorum extortor, legum contortor.* D. *Geta.*

P. *Reſponde.* G. *quis homo eſt? ehem.* D. *tace.* G. *abſenti tibi*

*Te indignas ſeque dignas contumelias*

*Nunquam ceſſauit dicere hodie.* D. *ohe deſine.*

*Adoleſcẽs primum abs te hoc bona venia expeto:*

*Si tibi placere potis eſt, mihi vt reſpondeas,*

*Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum: explana mihi,*

*non poßit.* ⁋ *Nihil eſt quod ſuccenſeam.* ⁆ *Succenſere dicimus eum qui cùm amare debeat, læſus iraſcitur. Et vide; vt veteratoriè oſtendat contradixiſſe adoleſcentem.* ⁋ *Si illũ minus norat.* ⁆ *Non dixit non norat: ſed, minus norat: quaſi, & ipſe noſſe debuerit.* ⁋ *Quippe homo.* ⁆ *Repentè tranſit ad nominatiuum, cùm ſuprà dixerit Illum: & deeſt Erat, quod aſſumitur ab inferiore.* ⁋ *Iam grandior.* ⁆ *Hic cõparatiuus non habet ſignificationem, qua magis ſiue minus à poſitiuo ſignificet: Vt, Iam ſenior, ſed cruda deo; viridiſq; ſenectus.* ⁋ *Quippe homo iam grandior.* ⁆ *Argumentalis narratio dicitur, quę nunc ſubiecta eſt ad fidem faciendam, & conſtituendam perſonam defenſoris. Et grandior, nõ grandis: quaſi dicat, qui grãdior fuit, quàm vt illũ adoleſcens optimè noſſe poſſet.* ⁋ *Iam grandior.* ⁆ *Propriè grãdis ad ſpeciem refertur ætatis, vt grandis puer, & grandis natu dicitur.* ⁋ *Cui opera, vita erat.* ⁆ *Hîc oſtendit quàm pauper fuerit. & opera ſeptimi caſus eſt: & Vita nominatiui.* ⁋ *Cui opera, vita erat.* ⁆ *Opera pro actu poſuit. & opera hîc ablatiuus caſus eſt.* ⁋ *Ruri ferè.* ⁆ *Id eſt ruri opera faciendo quærebat cibum. Et bene addidit Ferè: nõ enim ſemper, ſed plerunque.* ⁋ *Ruri ferè ſe continebat.* ⁆ *Expreßè oſtendit miſeriam hominis, qui in vrbe natus, interdixerat ſibi acceſſu eius, ob pudorem inopiæ. nã hoc ſignificat Continebat. vnde contenti dicuntur, in malis durantes. Hoc autem veteres faciebãt nobiles, cùm ad paupertatem redacti eſſent.* ⁋ *Ruri ferè ſe cõtinebat.* ⁆ *Cõtinere ſe dicitur, qui contra ſe. voluntatẽ ſe cõtinet.* ⁋ *Colendũ habebat.* ⁆ *Virgi. Conductáq; pater tellure ſerebat.* ⁋ *Sæpe interea mihi ſenex narrabat.* ⁆ *Miſerabiliter,*

*Succẽſere.*

*Minus norat.*

*Ab accuſatiuo ad nominatiuum tranſitus.*

*Grandior. Senior.*

*Grandis puer. Grandis natu.*

*Opera, vita erat.*

*Ferè.*

*Continebat ſe ruri.*

*Contenti.*

*Continere ſe.*

*Colendum habebat.*

& inuidiosè poſitum ſenex. & maiore fide, narrabat dixit, non querebatur. Et vide congeſtionem argumentorũ. Et ordo eſt, Sæpe narrabat ſenex hunc ſuum cognatum ſe negligere. ꝩSæpe interea mihi ſenex narrabat.ʒ Habet miſericordiã odioſa narratio. ꝩSe hunc negligere cognatum.ʒ ἀμφιβολία. ſed in ſenſu diſſoluitur. ꝩCognatum ſuum.ʒ Hoc crimen & cauſa eſt, quòd cognatum addidit. ꝩAt quem virum?ʒ Qualitas iniuriæ à dignitate perſonæ. multi enim tales ſunt, vt cognitione abdicandi ſint. ꝩQuem ego viderim in vita optimum.ʒIn actu, ac moribus. Et In vita, hoc eſt cũ viueret, & in eo quod à viuo fit. ꝩVideas te; atq; illum.ʒMelius hoc clarè dictum à ſeruo accipimus, vt defendiſſe dominũ videretur. ꝩQuem ego viderim in vita, optimũ.ʒModò in vita, in actu, in moribus. ꝩVideas te, atq; illum, vt narras.ʒHoc eſt parentem te illi exiſtimo, atq; illum tibi. An potius ſeruus ſciens hanc perſonam fingi, vel certè etiam mortuum hominem induci, malè precatur paraſito: vt etiam ipſe, aut nuſquam ſit, vt fictus: aut pereat, vt mortuus? An ſic accipiendum, vt ſeruus ſubmiſſa voce hoc per iocum dixerit, Tantum in vita te videas optimum, quàm fuit ille quem narras? An ſic intelligendum: vt ſeruus hoc dicat, Si optimum eſt, victum opera quærere, & in alieno agro eſſe: ita te videas, atq; illum vidiſti, quem ad hunc modum narras viuere. & alluſit ad illud quod ait, Quem ego viderim in vita, optimum. ꝩVideas te, atque illum.ʒDeeſt, vidiſti. ſcit enim illum non vera dicere. ꝩIn malam crucem.ʒ Aduerbialiter, vt huc viciniæ. ꝩNam ni ita eum exiſtimaſſem.ʒ Vt vita optimũ iudicarem. ꝩNũquam tam

*Vita.* *In vita.* *Videas te, atq; illum.* *In malam crucem.*

Et qui cognatum me ſibi eſſe diceret.
P. Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. D. noſſem? P. ita.
D. Ego me nego: tu, qui ais, redige in memoriam.
P. Eho tu ſobrinum tuum non noras? D. enecas:
Dic nomen. P. nomen? maxumè. D. quid nũc taces?
P. Perij hercle: nomen perdidi. D. hem, quid ais? P. Geta,
Si meminiſti quod olim dictum eſt, ſubiice: hem,
Non dico: quaſi non noris tentatum aduenis.
D. Egóne autem tento? G. Stilpho. P. atque adeò quid mea?
Stilpho eſt. D. quem dixti? P. Stilphonẽ inquam noueras?
D. Neque ego illum noram: nec mihi cognatus fuit
Quiſquam iſtoc nomine. P. itáne? non te horum pudet?
At ſi talentum rem reliquiſſet decem:
D. Dij tibi malefaciant. P. primus eſſes memoriter
Progeniem veſtram vſque ab auo, atque atauo proferens.
D. Ita vt dicis. ego tũ ſi aduenìſſem: quî mihi
Cognata eſſet, dicerem: itidem tu face: cedò
Quî eſt cognata? G. heus noſter rectè: heus tu caue.
P. Dilucidè expediui, quibus me oportuit
Iudicibus: tum ſi id falſum fuerat, filius
Cur non refellit? D. filium narras mihi?
Cuius de ſtultitia dici, vt dignũ eſt, nõ poteſt.
P. At tu qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Iudiciũ de eadem cauſa iterũ vt reddãt tibi:
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
Hîc de eadem cauſa bis iudicium adipiſcier.
D. Et ſi mihi facta iniuria eſt, verum tamen
Potius, quàm lites ſecter, aut quàm te audiã:
Itidem vt cognata ſi ſit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

graues.ʒ Hoc non quaſi timidus, ſed quaſi religioſus & fidelis loquitur Phormio. ꝩOb hanc.ʒTanquam præſens ſit mulier de qua lis eſt: ſic demonſtratiuã particula vſus eſt, dicendo Hanc. ꝩOb hanc.ʒId eſt pro filia ipſius. ꝩInimicitias caperem.ʒCapere dicimus, cùm id quod in nobis eſt, aſſumimus. vnde capere pro eligendo ponitur. ꝩQuam is aſpernatur. * Quam enim ſuprà reuocauit, ad puellã referens: vt, Quem regno Heſperio fraudo. Et Saluſt. Nã Syllæ dominationem audebat. Et interpoſitis quibuſdam, Neque eſt offenſus dominationẽ Syllæ. ꝩQuam is aſpernatur nunc tam illiberaliter.ʒAſpernari eſt auerti, non ſolùm corpore, ſed etiã animo. Aſpernari, recuſare, auertere, non agnoſcere. Eſt autem dictũ à ſperno. ꝩIlliberaliter.ʒ Apud veteres illiberaliter dicebãt factũ, ſi quis exceſſiſſet omne genus maleficij. Sic in Adelphis, Factũ à vobis duriter immiſericorditérq;: atque etiam, ſi eſt pater dicendum magis apertè, illiberaliter. Vides mores ἀυξητεως Illiberaliter pro magno hîc vltimũ poni. ꝩPergin' hero abſenti malè loqui?ʒ Malè loqui, pro malè dicere. Et quærit Probus, quis ante Terentiũ dixerit. ꝩImpuriſſimè?ʒ Improbiſſimè. ꝩHero abſenti.ʒ Argutè hero abſenti: vt videatur fidelior qui defendat abſentem: quod præſtans argumẽtum eſt, id in animo habuiſſe Getam, etiam peregrinante domino. ꝩDignũ autẽ hoc illo eſt.ʒNon negat malè loqui: ſed hoc eſſe dignũ contẽdit malo homine. ꝩAin'?ʒ ἀποςροφος, nota eſt quę ſeparat e ab n, & intermittit s, literę ſonũ. eſt enim integrũ, Ain'? aiſne? ꝩAin' tandẽ carcer?ʒ Nõ carcerarium, ſed carcerem aſperius appellauit. ſic Lucilius, Carcer vix carcere dignus. Et vix pro non.
ꝩBonorum

*Hanc.* *Capere inimicitias.* *Aſpernari.* *Illiberaliter.* *Malè loqui* *Impuriſſimè.* *Apoſtrophos.* *Ain'?* *Carcer.* *Vix, pro nõ*

P. Ha ha he, homo ſuauis. D. quid eſt? num iniquum poſtulo?
An, ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicum eſt?
P. Itáne tandem quæſo ciuem *item vt meretricem vbi abuſus ſis,
Mercedē dare lex iubet ei, atq; amittere? an,
Vt nequid ciuis turpe in ſe admitteret
Propter egeſtatem, proximo iuſſa eſt dari,
Vt cum vno ætatem degeret: quod tu vetas?
D. Ita proximo quidē: at nos, vnde, aut quamobrem? P. obe,
ACTVM, aiunt, NE AGAS. D. non agam: imò haud deſinam,
Donec perfecero hoc. P. ineptis. D. ſine modò.
P. Poſtremò tecum nihil rei nobis Demipho eſt:
Tuus eſt damnatus gnatus, non tu: nam tua
Præterierat iam ad ducendam ætas. D. omnia hæc
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum vxore hac ipſum prohibeo domo.
G. Iratus eſt. P. túte idem melius feceris.
D. Itáne eſt paratus facere me aduorſum oīa
Infelix? P. metuit hic nos, tametſi ſedulò
Diſſimulat. G. bene habent tibi principia. quin quod eſt
Ferendum, feras: tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos ſimus. D. egóne tuam expetam
Amicitiam? aut te viſum, aut auditū velim?
P. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuā
Senectutem oblectet: reſpice ætatem tuam.
D. Te oblectet: tibi habe. P. minue verò irā. D. hoc age.
Satis iam verborum eſt: niſi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eiiciam: dixi Phormio.
P. Si tu illam attigeris, ſecus quàm dignum eſt liberam,
Dicā impingam tibi grandē: dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. G. intellego.

¶Bonorum extortor.§ Ingeniosè de ipſo negotio ſunt inuenta conuitia. ¶Bonorum extortor, legum contortor.§ Fingit illi crimina de cauſa, et de negotio. ¶Reſponde.§ Timuit poëta, ne huiuſmodi vociferatio Getæ quaſi veram diſcordiam apud populū fingeret: & ideo facit iā à Phormione ipſum admoneri. ¶Quis homo eſt?§ Mirè ſeruus finxit ſe nō vidiſſe ſenē: vt ea quę dixerit, in Phormionē ſyncerè dixiſſe credatur. Et mira diſſimulatione addidit Homo: vt videatur nihil de præſentia domini cogitaſſe. ¶Abſenti tibi.§ Tunc fidelis opera eſt, ſi abſens aliquis defendatur. hoc ergo confirmat, velut indicando. Sic in Andria, O Chreme, per tempus huc aduenis, auſculta. ¶Séque dignas contumelias.§ Id eſt quas ipſe debet audire. ¶Deſine.§ Imponit ſilentiū Getæ: quaſi validiora dicturus ſit. & ſuprà, Tace dixit ſenex. ¶Obe deſine.§ Hac voce oſtēdit plus iuſto pro ſe locutum ingeri Getā. nam Obe interiectio eſt ſatietatem vſq; ad faſtidium deſignans. ¶Adoleſcens primùm abs te.§ Et hæc authoritas in ſenibus, vt qui minoris ætatis fuerint, illos appellatione pueri, vel adoleſcentis, vel iuuenis etiam oſtendit: vt hoc de nomine illis quidem detrahant, ſibi verò authoritatem attribuant. Sic Virg. O pręſtans animi iuuenis, quantū ipſe feroci Virtute exuperas. ¶Bona venia.§ Sine ira, ſine diſcordia. ¶Si tibi placere potis eſt.§ Prò poteſt. ¶Mihi vt reſpondeas.§ Bene mihi: vtpote patri adoleſcētis, vel domino Geta, vel etiā ſeni. Et verbum eſt ſcrupuloſè aliquid interrogantium. Sic Virg. Mihíque hæc ediſſere vera rogāti. Et, Dic mihi Damœta, cuium pecus? ¶Quē amicū tuum ais fuiſſe.§ Ais dicimus de iis, qui vana loquātur: dicere autē dicimus de iis, qui validiora. ¶Explana.§ Manifeſta, expone. ¶Et quî cognatū.§ Quî, quomodo, vnde. ¶Proinde expiſcare, quaſi nō noſſes.§ Proinde, ita ſimilitudinis aduerbium eſt modò, non cōiunctio. vt, Proinde tona eloquio ſolitū tibi. Expiſcari, eſt diligētiſſimè quærere, vbinam piſces lateāt: ergo verbū eſt tractū à piſcatoribus. ¶Ego me nego, tú qui ais.§ Subauditur ad omnia, noſſe. ¶Eho tu ſobrinū tuum.§ Populari quadam, vulgaríq; fatigatione, vtpote ſcurra, reſpōdit. ¶Nomen? maximè.§ Falſa nō habēt memoriam. hic ergo deeſt, neſcio, vel neceſſariū eſt. ¶Quid nunc taces?§ Vrget ſenex quia intelligit eū nomē neſcire. ¶Subiice.§ Suggere. ¶Non dico: quaſi nō noris.§ Mirè. nam videtur arte celare id quod inuitus neſciebat. ¶Stilpho.§ σύλληψις. nā reddit ad nominatiuū, Eſt: vtique Stilpho: vt rurſus ad accuſatiuum, Noueras, Stilphonem ſcilicet. ¶Stilphonē inquam non noueras?§ Figura ἐπιτροχασμὸς. eſt autem ἐπιτροχασμὸς verborū ſuper ſe inuicem effuſio: quæ fit aduerſarij cauſa turbandi. Vt Virgi. —nec lōgè ſcilicet hoſtes Quærendi nobis, circunſtant vndique muros. Imus in aduerſos? quid ceſſas? an tibi Mauors Ventoſa in lingua, pedibúſque fugacibus iſtis Semper erit? ¶Stilphonem inquam non noueras?§ Quaſi dicat, Conuincam, ſi negas. ¶At ſi talentûm rem reliquiſſet.§ ἀξιόπιστον illud fecit. ¶At ſi talentûm rē reliquiſſet decem.§ More Romanorum, apud quos hæreditas pecuniæ erat. Talentûm autem quòd dixit, more Græcorum admiſcuit. ¶Ita vt dicis.§ Ita ſum, inquit, vt dicis, auarus & ſuperbus. Et vide ſenem de iniuria non agere, quia iuſtè confidit, & nititur cauſæ. Pleruq; enim hæc conſtantia animi fulciuntur,

Extortor. Contortor. Quis homo eſt? Dignę ſe cō tumeliæ. Obe. Senum authoritas in iuuenes. Bona venia potis eſt. Dic mihi. Ais. Dicere. Explana. Quî. Proinde. *Itidem Expiſcari. Subiicere. Epitrochaſmos. Res.

qui iuri confidunt. at contrà, qui nullo iure freti ſunt, litigant, & ad iniurias proſiliunt: vt his ſaltem perturbent aduerſarium, qui iure non valent. Condono igitur inquit, tibi omne contumeliæ genus. ¶ Ego tum ſi aduenißem. } Deeſt, ad iudicium: vt ſit, Cùm ad iudicium veniſſem. ¶ Quî mihi co-

Quî. gnata. } Quî, vnde, quo modo. ¶ Heus noſter rectè. } Geta ſic laudat ſenem, vt optet vincere Phormionem. ¶ Heus noſter rectè. } Plaudit ſibi Terentius, ſuppoſita perſona: quaſi rectè dixiſſet. ¶ Iudicibus, quibus oportuit. } Probaui iudicibus,

Refellere. inquit. ¶ Filius cur non refellit? } Refellere, eſt arguendo falſum oſtendere. ¶ Cuius de ſtultitia dici, vt dignum eſt. } Compendium conuitiorum eſt, Nihil dignum inuenire, pro ma-

Regnare. gna iniuria quod reſpōdeas. ¶ Quando quidē ſolus regnas. } Quoniam regnum ſolutum legibus eſt, & opprimens libertatem. Sic alibi. Regnúmne hîc Aeſchine poßides? ¶ Hîc de eadem cauſa. } Hîc, videlicet apud Athenas, vbi leges, vbi libertas omnibus communis eſt. ¶ Potius quàm lites ſe-

Quàm geminatum. cter, aut quàm te audiam. } Bis poſuit Quàm. quod genus figuræ primo ζεύγματι contrarium eſt. vt in Heautontimorumeno. Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus obſequēs. Item, Cepi rationem, vt neque tu egeres, neque hoc poſſes perdere. ¶ Id quod lex iubet: dotem dare. }

Id, pro ob id. Id, pro ob id. ¶ Abduce hāc, minas quinque accipe. } Modò id agit, quod reprehendit à filio non eſſe factum. Dotem dares, quæreret alium. Et dotem voluit cuſtodem eſſe pudo-

Ha, ha, he. ris. ¶ Ha, ha, he. } Hic riſu deſtruxit quod ſeriò intendebat ſenex. ¶ Homo ſuauis. } Præſcriptio, cùm iam alterū factum ſit, fieri vtrunque non poſſe. ¶ An, ne hoc quidem adipiſcar ego. } Quia enim à lege ſtat, recitat tantùm id quod ſcriptum eſt. ¶ Itáne tandem quæſo. } Maiora argumenta ſunt, quæ per interrogationem proferuntur. ¶ Vbi abuſus ſis. } A

Vti. Abuti. ſcripti voluntate. Vtimur cum honore. Abutimur cum iniuria. ¶ Atque amittere? } Bene amittere: quia finis cupi-

Amittere. ditatis amiſſio eſt. ¶ An, vt ne quid ciuis turpe in ſe admit-

Peregrinæ mulieres. teret? } Idoneum teſtimonium eſt bonorum eſſe natalium, ciuem dixiſſe. nam apud veteres peregrinæ mulieres in meretricum numero habebantur. Sic ipſe alibi, Adeóne eſt demens? ex peregrina? Et alibi, Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Et Parmeno comprobans reſpondit, Poteſt taceri hoc. id eſt meretricem matrem te habuiſſe. ¶ An, vt nequid ciuis turpe in ſe admitteret? } A voluntate. ¶ Vt

Pudicitia. cum vno ætatem degeret. } Quid enim eſt pudicitia, niſi v-

Aiunt. nius ſcientia viri? ¶ Actum (aiunt) ne agas. } Aiunt dici-

Acta res. mus, cùm prouerbium ſignificamus. Acta res eſt, de qua

Donec perfecero. ſententia prolata ſit. ¶ Donec perfecero hoc. } —Virgilius. donec me flumine viuo Abluero. ¶ Perfecero. } Pro perfi-

Sapio. ciam. ¶ Ineptis. } Vt à ſapientia, ſapis dicimus: ita ab ine-

Ineptio. ptia, ineptis. ¶ Sine modò. } Hæc minantis ſunt verba. & be-

Sine modò. ne: imitatus eſt enim comminantem. ¶ Tuus eſt damnatus gnatus, non tu. } Ludit Phormio cùm dicit, nō tu: & contemptibiliorem in hac cauſa ſibi ſenem, quàm Antiphonem fuiſſe, dicit: ſimúlq; ætatem illius eſſe deſpectam. ¶ Tuus eſt damnatus gnatus, non tu. } Pro voluntate contendentis eſt prolatio ſentētiæ. ¶ Illum putato quæ ego nunc dico, dicere. }

Hic, pro Talis. Definitiuè reſpondit. ¶ Cum vxore hac. } Id eſt tali. ¶ Túte idem melius feceris. } Locus eſt hic, vt oſtendat Phormio de cōpacto egiſſe cum Antiphone. ¶ Túte idem melius feceris. } Quidam ſic intelligunt, Túte idem melius feceris, vt ſenex potius exeat, quàm eiiciat filium. Artificioſè autē loquitur Phormio, vt adimat ſuſpicionem ſeni conſenſionis & con-

uentionis inter paraſitum & filium. ¶ Sedulò. } Sine dolo, inſtanter. ¶ Diſſimulat. } Fingit, mentitur. ¶ Quin quod eſt ferendum, feras. } Cur non inquit, accommodas neceßitati voluntatem? ¶ Quæ tuam ſenectutem oblectet. } Non te, ſed ſenectutem tuam. ¶ Minue verò iram. } Contemnētis eſt, diſſuadere iracundiā. ¶ Hoc age. } Annuentis eſt. ¶ Dixi Phormio. } Dixi ſolent dicere perorata cauſa. ¶ Dixi Demipho. } Mirè comminationem, & ferocitatē eius imitatus eſt ſimili verbo. ¶ Si quid opus fuerit. } Hęc repentina diſceſſio habet aliquam maiorem litigaturi denuntiationem. Et bene breuiter: ne multiloquio infringeretur ſuperior comminatio.

Sedulò. Diſſimulo. Quin, pro Cur. Irā minue. Hoc age. Dixi.

ADRIA. BARL.

An. } Indignantis eſt poſtquam narrauit amicis factam ſibi iniuriam. ¶ Prob deûm immortaliū fidem. } Budæus in annotationibus. Theſſalonicam, inquit, fide tua venire iuſſiſti, id eſt, ſub tua aſſecurantia, vt vulgò dicimus. Inde illa locutio, Deorum, hominúmque fidem implorare, id eſt, auxilium, vt ſolent ij quibus aliqua ſit iniuria, aut aliqua vis infertur. ¶ Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho? Hanc Demipho negat eſſe cognatam? } Aliquando de abſente, dicitur demonſtratiuum, ſed vel recens, vel de quo paulo antè habitus eſt ſermo. Sic & in Eunucho. Neq; meo cordi eſſe quenquā chariorem hoc Phædria. Et in Andria. Sed hic Pamphilus firmauit fidem. vbi Donatus hic additum putat, vt ſermonem de illo fuiſſe oſtendatur: Martianus Capella ſub perſona rhetoricæ: Anadiploſis, inquit, eſt replicatio: cùm ea quæ in priore membro poſtrema ſunt, in poſteriore prima repetūtur. Romanus Aquila in opuſculo de nominibus figurarum, dicit rarum eſſe apud oratores figuræ genus, frequentius apud poëtas. ſi quando tamen & in ciuilem orationem incidit, mediocrem dignitatem habet. ¶ Quia gens relicta eſt. } Communis locus eſt. communiter enim omnibus conuenit, qui ſunt eiuſdē generis, hoc eſt auaritiæ obnoxij. ¶ Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies. } Malè audire non eſt, vt vulgus putat, aures habere obtuſas. Nec contrà, bene audire eſt liberas habere ad audiendum aures. Verùm is qui de ſe bene vel malè, aut rumorem de ſe malum, aut bonum ſpargi percipit, malè audit. vt ſi dicas, Cæſarem Iulium malè audire ab hiſtoricis, quod in libidines pronus, & ſumptuoſus fuerit, plurimáſq; & illuſtres fœminas corruperit. ¶ Cui opera vita erat. } Opera quibuſdam ablatiuus eſt. ¶ Ruri ſe cōtinebat. } Priſcianus de nominibus agens, quæ in datiuo vicaria ſiunt aduerbiorum, ruri quoque in his numerat, hunc citans Terentij locū. ¶ Agrum de noſtro patre colendum. } De, pro ab Latini veteres vſurparunt, vt audiui de patre meo. Plautus in comœdia, Oues mercatus de patre. De, propter ſignificat. Ecquid nos amas de fidicina hac? Quem locum Calepinus malè citat. ¶ At quem virum? } At interdū cum admiratione laudat, vt hîc. nonnunquam vituperat interrogans, vt in Eunucho. Fucum factum mulieri. At quem deum? Qui templa cœli ſummo ſonitu concutit. Quod factū eo fœdius erat, quo maior ille qui patrarat. iuxta illud Satyrici: Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe Crinem habet, quāto maior qui peccat habetur. Apud Ciceronē in oratione pro Aulo Cluētio vituperationis ſimile exemplum eſt. Vna mater oppugnat. at quæ mater? Quam cæcam credulitate & ſcelere ferri videtis. ¶ Ain' tandem carcer. } Aſperius eſt quod carcerem dicit. ¶ Legum contortor. } Ingenioſè de ipſo negotio conuitia inuênit. ¶ Quis homo eſt? } Mirè diſſimulat

Prob deûm fidem. Hic. Anadiploſis. Malè audire. Ruri. De, pro ab. De, pro propter. At, nunc laudat, nūc vituperat.

ſe vidiſſe

ſe vidiſſe Demiphonem.¶ Obe iam deſine.} Quaſi dicat, plus iuſto pro me locutus es Geta. Nam interiectio qua vtitur, Adoleſcẽs. ſatietatẽ deſignat.¶ Adoleſcens primùm abs te.} Eſt hæc in ſenibus authoritas, vt minores natu pueros, vel adoleſcẽtes, Bona venia vel iuuenes appellitent: propoſitionis exordium eſt. ¶ Bona venia.} Modus loquendi veterum. Perinde acſi diceres, ſine ira. Ne iraſcaris ſi hoc abs te petam. ¶ Potis eſt. } Pro poteſt, antiquum.¶ Mihi. Qui pater ſum adoleſcẽtis. ¶ Expiſcare.} Expiſcari proſciſcitari, atque exquirere, metaphora prouerbialis eſt. ¶ Si talentûm reliquiſſet decem. } Hoc eſt decem milia & quingẽtos renenſes, ſiue mille ſeptingẽtas & quinquaginta libras. ¶ Primus eſſes &c.} Cognatus vnuſquilibet felicium. Id hodiéque vulgò dicitur, locupletum plurimos eſſe cognatos. Huc alluſit Terentius. ¶ Heus noſter rectè.} Intellige ſic à Geta laudari ſenem, vt malit vincere Phormionem. ¶ Iudicium de eadem cauſa iterum vt reddãt Regnate. tibi, quandoquidem ſolus regnas.} Quoniã reges ſoluti ſunt legibus & libertatem opprimũt. Vtinam hodie non putent, ac ſibi id perſuadeant reges, à quibus nimium ſæpe auditur execrabilis illa vox Neronis, Si libet, licet. Boni principis eſt operam dare, ne quis in toto populo appareat eo vno legum obſeruantior. Eſt regum, ex præſcripto, non ex animi libidi- Actum ne agas. ne viuere. ¶ Actum (aiunt) ne agas.} A iudiciorum conſuetudine ſumptum eſt, qua non licet iterum agere cauſam, de qua iam ſit pronuntiatum. Plau. Rem actum agis, id eſt incaſſum laboras. ¶ Sine modò.} Minantis verba ſunt. ¶ Dam- Damnare. natus gnatus.} Damnare hoc loco eſt obligare, & neceſſitate quadam conſtringere. Modeſtinus apud Vallam: Si pluribus hæredibus inſtitutis ita ſcriptum ſit, Heres meus damnatus eſto dare aureos quinque. ¶ Quin quòd eſt ferendum feras.} Cur, inquit, neceſſitati voluntatem non accommodas? ¶ Habebis quæ tuam ſenectutem oblectet.} Vide in lu- Dica. dendo paraſiti acerbitatem. ¶ Dicam tibi impingam grandem.} Budæus in annotationibus hunc citãs locum, Eſt, inquit, dica Græcè cauſa, iudicium Latinè. Cicero actione tertia in Verrem, Scribitur Heraclio dica. Primo mirãtur omnes improbitatem calumniæ. Deinde qui iſtum noſſent, partim ſuſpicabantur, partim videbant adiectum eſſe oculum hæreditati. Interea dies aduenit, quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat, id eſt, ſortitione cauſas cogniturum. Quod Terẽtius hîc dicam im- Dicam impingere. pingere dicit, id iureconſulti dicunt Dictare actionem. ¶ Dixi Demipho.} Simili verbo comminationem ferocitatémque Demiphonis imitatur Phormio.

LATOMVS Argumentum. Concertant inter ſe primùm Geta & paraſitus ad ludendum ſenem, deinde ſenex ipſe cum paraſito altercatur. ¶ Prò deûm } Fingit ſe certare cum Geta. & bis repetit nomen ſenis ad inuidiam & acrimoniam contentionis. ¶ Sequimini. } Alloquitur aduocatos, quos inſtructos adducit. ¶ Quia egens.} Inuidioſè in Demiphonem. ¶ Nam iam.} Obiter purgat Antiphonem. ¶ Sæpe interea.} Et hoc inuidioſè, ad irritandum ſenem. ¶ Ain' tandem. } Hoc totum fictè Geta, ne cum Phormione ſentire videatur. ¶ Reſponde.} Hoc ſummiſſè paraſitus. ¶ Adoleſcens.} Controuerſia cõiecturalis, fuit cognatus, nõ fuit. ¶ Proinde.} Calliditatẽ obiicit, ne reſpondere cogatur, quia nomen perdidit. ¶ Perij.} Hoc ad ſpectatores. ¶ Hem.} Indignantis, cum vociferatione. ¶ Stilpho.} Hoc tacitè ſuggerit Geta, nõ audiẽte ſene. ¶ Neq; ego.} Contradictio. ¶ Talentûm.} Syncope. & eſt exprobratio auaritiæ, qua deflectit à cauſa in perſonam, quia certã confirmationem non habet. ¶ Dilucidè expediui. } Inhæret iudicato, & filij ſilentium obiicit. ¶ Filium nar.} Soluit à perſona. ¶ At tu.} Ironia. ¶ Et ſi mihi. } Labaſcit ſenex victus à paraſito. ¶ Itáne tandem. } Irriſoriè interpretatur legem, & confirmat ab honeſto, contra ſenem. ¶ Actum, aiunt, ne.} Prouerbium à iudiciis ſumptum. ¶ Sine modò.} Comminantis. ¶ Poſtremò tecum.} Alia defenſio per tranſlationem, qua actorem declinat. ¶ Infelix.} Actiuè, nõ qui patitur, ſed qui Infelix, actiuè ſumptum. adfert infelicitatem. ¶ Dixi Phormio.} Cõfirmatio more cauſidicorum. ¶ Dixi Demipho.} Similis repetitio ad illuſionem.

PETRVS MARSVS.

En vnquam.} Quanta ſit inutilium hominum improbitas & animi malitia, qui ita ſeſe comparare norunt, vt optimis etiam quibuſuis & ſimplicibus negotium faceſſant, & illos ſuis iniquitatibus propellant, hac ſcena exprimitur. Eſt autem malitia, teſte Cicerone in tertio de diuinat. verſuta & fallax nocẽdi ratio. Et Plato de Repub. quarto, Perverſos & verſutos homines omnes artes noviſſe, quibus melioribus viris imponere poſſent. ¶ Auaritia vide quid fa.} Per exclamationem indicare vult Phormio, propter auaritiam pauperes, cognatos & amicos nihili fieri. Quare rectè dixit Cicero: Auaritia ſanctiſſima quæque violari, & eo vitio nihil eſſe neque tetrius, neque odioſius. ¶ Ha ha he.} Cachinnantis interiectio. Actũ, aiunt, ne agas, id eſt, quod iudicio determinatum eſt, rurſum in quæſtionem ne reuoces. Dicam impingam, id eſt graui actione tecum agam.

RIVII CASTIG.

Iam ego hunc agitabo, Prò deûm immortalium fidem.} Nos omittimus fidem, vt Dona. qui ἔλλειψιν eſſe ait, deeſſéque vel fidem, vel eiuſmodi aliud quippiam: quo modo locutus ſit Cicero quoque in Oeconomico. Eodem modo vetuſtiſſimi quique codices: nec omiſſo accuſatiuo, vllum ſentit detrimentum verſus. Quòd Priſcia. aliter citat libro decimooctauo. eſt, vt dicitur, Μνημονικὸν ἁμάρτημα. Agitabo hîc, Agitare. pro exagitabo, irritabo, perturbabo accipitur. Nã idem planè eſt quod Græcis nonnunquam ἐξάγω, ſtimulo, concito, vehementer commoueo καὶ παροξύνω, cuius in cõmentariis meminit Budæus. ¶ Si herum inſimulabis auaritiæ, malè audies.} Manu ſcripti codices habẽt malitiæ, vbi impreſſi plerique auaritiæ: Nos poſterius hoc relinquendum putamus. Malè audire. Malè audire hîc idẽ eſt, quod Græcis κακῶς ἀκούειν. Sic Cic. Qui adoleſcentulus malè audiſſe. et alibi: Non quo libenter Bene audire. malè audiam. Contrarium eſt bene audire. Terentius. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. ¶ Etiam me vltro accuſatum aduenit.} In quibuſdã ita legitur: O audaciam, etiámne vltro &c. eſtque & acrius & lepidius. quale illud Liuij quarto ab V. C. Prædáne interceptorem fraudatorémque etiam malum minari militibus? quaſi dicat indignum facinus, & rem minimè ferendam. Eſt enim vox ſtomachãtium, & rei indignitate frementium. Quãtum verò è Donato colligere licet, alterum illud rectius eſt. Donati in hunc locum verba ſunt: Hîc iam, inquit, oſtenditur perſuaſum eſſe Demiphoni, vim adhibitam filio ſuo vxorem ducere, vno, cùm hunc audacem appellat: altero, quòd dicit etiam: quæ coniunctio & Antiphonem complectitur, & ſic, accuſatum aduenit. ¶ Cui in opere vita erat.} Sic manu ſcripti quidem codices, & multo maxima pars de impreſſis, Sed è Donato cõniicimus legendũ: Cui opera vita erat. Ita enim ille in hunc locum: Hic oſtẽdit, inquit, quàm pauper fuerit. & opera ſeptimi caſus eſt, & vita nominatiui. Paulo pòſt: Opera, in-

*quit,pro actu poſuit,& opera hîc ablatiui caſus eſt.Meminit huius etiã Priſc.libro decimoquinto. τὸ cui,hîc diſyllabum eſt,vt ſit ſecũdo loco tribrachys: Sin monoſyllabum eſſe malis,nulla fiet colliſio. Ne quid tamen diſsimulem, illa altera lectio mihi tolerari poſſe videtur:Cui in opere vita erat,pro qui ruri agrum colendo & opus ruſticum faciendo victum quærebat:aut vitam tolerabat: vt ſubaudiatur faciendo, quod in codice Haſſenſteniano quiſpiam addiderat.*

*Opꝰ facere.*

*Nam facere opus apud Terentium non ſemel pro in agro laborare fodiendo arandóue accipitur. velut in Heaut. Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ.& hîc, Opus ruri faciundum. Aliàs facere opus propriè verbum eſt caſtrenſe,ſignificátque caſtra communire, foſſam & vallum circundare:quo modo ſæpe apud hiſtoricos,Titum Liuium & C.Cæſarem vſurpatum inuenies.*

*In opere eſſe.*

*Inde in opere eſſe milites dicuntur,cùm vallo foſsáque mœnia cingũt;vel turres extruunt, vel cuniculos in vrbem agunt.*

*Operum militariũ immunes.*

*Vnde immunes operum militarium apud Liuium ſeptimo,& ad opus milites traducere quinto,*

*Opera,pro munitionibus ipſis.*

*& opera pro ipſis munitionibus ſæpe apud eundem. Occupati in opere,Cæſar 1.Bel.Gallici. ab opere reuocare milites,& ab opere diſcedere ibidem.*

*Abi malã crucem.*

*¶ Abi in malam crucem.§ Nos, Abi hinc malã crucem. Ponitur autem aduerbialiter,vt huc viciniæ:ſicuti adnotauit Donatus. Sic in Eunucho:Malam rem hinc ibis.*

*Malam rẽ hinc ibis.*

*quod aliquis nõ intelligens, deprauauit locum. In menſione verſus tollendum eſt s, in verbo narras,quod proximè antecedit,vt ſit quarto loco iãbus. ¶ Ain' tandem carcere.§ Sic Vuitembergenſe,& quædam inde propagata: Sed & manu ſcriptum eodem modo: vbi aliquis ſubaudiẽdum adnotarat,dignus. Nos verò carcer legimus caſu vocatiuo. Eſt enim αὔξησις:quod & interpres indicat his verbis:Non carceratium, inquit,ſed carcerem aſperius appellauit. Sic Lucilius:Carcer vix carcere dignus. Verùm hoc quidem leuius, quàm vt adnotari debeat, nonnullis viſum iri ſcio.*

*Proinde, pro perinde*

*¶ Proinde expiſcare, quaſi non noſces.§ Hæc vera lectio eſt. Sed perperam quidam legunt: Perinde expiſcare:vt & Sypontinus alicubi citat. Eſt autem proinde hîc ſimilitudinis aduerbium,& pro perinde accipitur: quo in ſignificato apud Ciceronem in V. Verrem & Saluſtium reperitur. Plautus:Proinde heri vt ſint,ipſe item ſit.*

*Pius notatur.*

*Pius correcturus hunc locum magis deprauauit: Nec videtur homo Italus particulam hãc, quid ſibi vellet,ſatis intellexiſſe,cuius in locum,vbicunque in Plauto occurrit,perinde ſubſtituit: cùm ſit & elegans & multo in vſu veteribus authoribus, præcipuè verò Lucretio Poëtæ. ¶ Quî mihi cognata eſſet.§ Nos,Cognata ea eſſet,dicerem, itidem tu face:ex obſeruatione antiquorum exemplarium, nec aliter ſenarius. τὸ cedo pertinet ad initium ſequentis verſus: Ita vterque erit trimeter perfectus. ¶ Itáne tandem,quæſo,meretricem vbi abuſus ſis.§ Locum hũc corruptum haberi in recentioribus hiſce exemplaribus,quis non ſtatim ſentiat? Nos hanc veram & germanam lectionem eſſe credimus: Itáne tandem quæſo,itidem vt meretricem vbi abuſu' ſit,Mercedem dare lex iubet &c. Ita enim codices manuſcripti, licet in quibuſdam omiſſa ſit particula illa vt. quod factum crediderim vitio librariorum. nam ſenſus planè hanc exigit. ¶ Aut quidem cum vxore hac,ipſum prohibeo domo. Sic diſtinguendum eſt. Nam pronomẽ Hac pertinet ad ſubſtantiuum proximè præcedẽs,vt ex Donat.liquet,qui:Cum vxore hac,id eſt,tali,inquit.*

GLAREANVS.

*Senarij ſunt omnes. In quarto perperam Fidem additur in pleriſque exẽplaribus,quod admonet Donatus. In quinto vel bacchius eſt loco primo,vel creticus loco ſecũdo. quod dicere malim, quàm i elidere in Phanium. Ita in ſeptimo Eius monoſyllabũ,vel bacchius loco primo. In decimotertio,O extra carmen videtur, niſi o propter vocalem imitatione Virgilij, corripiatur, & ſit bacchius loco primo. In decimoſexto, ambigua lectio eſt,Cui opera, & Cui in opere, non ambigua tamen ratio in ſyllabis. In* XXI. *Riuius Abi hinc malam crucem,legit,quod alij Abi in malam crucem legunt. & s,in Narras elidi putat. Ego puto creticum loco quarto,ſiue In,ſiue Hinc legas. In viceſimo tertio, vel Ob extra carmen eſt,vel pæan ſecundus eſt loco dactyli,vt dactylo ſit præpoſita breuis ſyllaba. In viceſimooctauo,Ehem monoſyllabum eſt. In trigeſimoſecundo, vel Mihi monoſyllabum totum eliditur,vel loco quarto eſt creticus. In trigeſimotertio,Tuum ac Ais diſyllaba ſunt: Fuiſſe quoque, niſi loco tertio ſit creticus. Ita in trigeſimoſeptimo vel Tuum monoſyllabum, vel creticus eſt loco tertio. In quadrageſimoſeptimo, proceleuſmaticus eſt loco ſecundo. In quadrageſimonono, bacchius eſt loco primo.quod malim dicere quàm s,elidere in Dicis. Sequentes duos verſus bene emendauit Riuius:legendum enim Ea poſt Cognata,& Cedo verbum ad ſequẽtem pertinet verſum. In* LII. *s,in Quibus eliditur,niſi loco quarto ſit creticus. In* LV. *Cuius monoſyllabum eſt. In* LVII. *&* LIX. *cretici in eadem cum præcedẽtibus ſyllabis. In* LXIIII. *d,eliditur in Quid,niſi creticus ſit loco tertio. In* LXVI. *Itidem vbi meretricem,legendum,& s,in Abuſus eliditur,vt carmen ita legatur,*

*Itáne tandem quæſo, itidem vbi meretricem abuſu' ſis.*

*Atque ita habet vetuſtus codex. In* LXVII. *Ei monoſyllabũ. In* LXXII. *Ne corripitur,non eliditur. In* LXXIIII. *Rei monoſyllabũ. In* LXXVIII. *Aut,ad ſuperius pertinet carmen,niſi quis creticum loco primo ponere malit. In* LXXIX. *ſi Idem generis eſt neutri,Te non eliditur,et omnino Fecerit ad finem verſus ponendum, vt habet codex vetuſtus. In* LXXXI. *In pertinet ad verſum ſuperiorẽ. In* LXXXIII. *creticus haud dubius eſt loco ſecundo, & bacchius loco tertio. quanquam Tuis poteſt eſſe monoſyllabum, quod effugium in cretico non eſt. Ita in* LXXXVII. *vel bacchius eſt loco primo,vel creticus loco quarto.nec eſt aliud effugium, quantumuis luctẽtur grammatici. In quinto à fine s,in Satis,in tertio s,in Secus eliduntur.quanquã illic bacchius,hîc creticus eſſe poteſt.*

*Quanta me*

DONAT.
Cura.
Solicitudo.

QVANTA me cura, & ſolicitudine afficit gnatus.} Cura eſt in ſpe bonorum: Solicitudo in metu malorum. ¶ Quanta me cura, & ſolicitudine.} Hæc deliberatiua eſt, in qua tres aduocati sũt: quorũ vnus ſuadet: alter diſſuadet: tertius qui ſe alterutri addere debuiſſet eiuſmodi ſentẽtiã dicit, vt rurſum deliberatione opus eſſe videatur. ¶ Ego Cratinum cẽſeo.} Poteſt Ego diſtingui: vt ſubaudiatur, Ego dicam? ¶ Quæ in rem tuam ſint.} Bene principio beneuolentiam ſuam commendauit: & ſic conſilium dedit. ¶ Aequũ eſt.} Ab honeſto. ¶ Et bonum.} Ab vtili. ¶ Et id imperabis.} A poſsibili. Et breuiter deliberatiuę tres locos tetigit, Iuſtum, vtile, et poſsibile. ¶ Ego ſedulò hunc dixiſſe credo.} Artificiosè perſonã defendit, ſententiam reprehenſurus: ne ſi inimicus ſit, adimat authoritatem ſententiæ ſuæ. ¶ Verùm ita eſt.} Subiunxit locum ἀποκρίσεως oratoriè: vt inuidiæ contradicturus occurreret. ¶ Mihi non videtur.} A poſsibili. ¶ Quod ſit factum legibus.} Hîc alio ordine locos ſuaſoriæ tetigit. primum à poſsibili: ſecundum ab honeſto. ¶ Et turpe inceptu eſt.} Ab honeſto. Vtilitatẽ autem prætermiſit per artem, quæ, vbi nõ poteſt fieri, fruſtra ſpectatur. ¶ Res magna eſt.} Cauſa ampliandi ſententiam. ¶ Incertior sũ multo quàm dudum.} Ex tribus enim vnus ſuaſit, alter diſſuaſit, tertius nihil dixit. ¶ In tempore huc ſe recipere.} εὐκαίρως. Saluſt. Maximéque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.

Delibera-
tiuæ loci.

Suaſoriæ
loci.

ADRIANVS BARLAND.

Quid ago, dic Hegio.} Enallage eſt Græca, cùm præſens pro futuro accipitur, ſic Græci, τί δρῶ; ἀεισοφά. Ητ' ἀπὶ τούτοις δρῶ. Item in illo. Teren. vbi ad ſingulare redditur plurale: Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis quamplurimis, & minimè multos lædere, In his poëta hic nomen profitetur ſuum. Eſt & Græca Enallage, vbi ſi pro an, & niſi pro ſed vſurpatur. Terentius, Eſt ne ea intus? ſi ſit rogas? idem, Viſam ſi domi eſt, in Andria. De niſi. Neſcio, niſi deos fuiſſe iratos mihi ſatis ſcio qui auſcultauerim ei. ¶ Cura & ſolicitudine.} Donatus ait curam in ſpe bonorum, ſolicitudinẽ eſſe in metu malorũ. ¶ Quæ in rem tuam ſint.} Beneuolum ſe oſtẽdit. ¶ Aequũ eſt.} Suadet à iuſto. ¶ Et bonum.} Ab vtili. Qui loc° eſt quãdo præſentium bonorum conſeruationem inducit orator. ¶ Et id impetrabis.} A poſsibili. Hoc argumẽto vtimur, ſi ea quæ natura fieri poſsũt, inferimus. Cuiuſmodi sũt, quæ in noſtro conſiſtunt arbitrio. ¶ Reſtitui in integrum.} Vlpianus libro quarto Pandectarum, titulo de in integrũ reſtitutione, ſcribit titulo reſtitutionis in integrum pluriſariam prætorem hominibus, vel lapſis, vel circũſcripis ſubuenire, ſiue metu, ſiue calliditate, ſiue ætate, ſiue abſentia inciderint in captionem. Lauren. id Raudẽſem. Raudenſis. credo etiam quòd iuriſtæ acceperunt à Terentio titulum de reſtitutione in integrum. Laur Ridiculum, inquit, quaſi hoc non eſſet verbum ante Terentium, cæteróſque comicos omnes et in iudiciis, et in legibus frequẽtatũ. vnde Teren. ſicuti multa alia mutuatus eſt. ¶ Quot homines tot ſentẽtiæ.} Huic ſentẽtiæ non diſsimilis eſt Horatiana allegoria. Tres mihi conuiuæ propè diſſentire vidẽtur, Poſcẽtes vario multum diuerſa palato. ¶ Suus cuique mos eſt.} Priſcianus. Quod autem ſuus, pro vniuſcuiuſque proprio accipitur, vſus confirmat. ¶ Incertior ſum multo quàm dudum.} Hic enim dicit reſcindi poſſe nuptias, alter negat, tertius nihil dicit.

Enallage.
Præſens pro futuro.

Si, pro An.
Niſi, pro Sed.

Reſtitui in integrum.

Quot homines, tot ſententiæ.

Suus cuiq; mos.

LATOMVS.

Argumentum. Conſultat Demipho cum aduocatis, & incertior relinquitur. ¶ Videtis.} A periclo reddit

## ACTVS II. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

COnſulit Demipho aduocatos ſuper filij coniugio, vnus ſuadet, diſſuadet alter, tertius nihil dicit, qui ſe alterutri iungere debuit. Verſatur autem in deliberatiuo.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequenti ſcena deliberatio continetur, in qua conſuluntur aduocati, quorum vnus ſuadet, alter diſſuadet, tertius qui in ſentẽtiam alterutrius accedere debebat, eiuſmodi incertum produxit cõſilium, vt rurſum fuerit operæpretium deliberare. ADDITIO. Animaduerte hîc exemplum & ingenium aduocatorũ, qui conſilii nodum quoad poſſunt, ferè protelare ſatagunt. Attende etiã, quẽadmodũ alter alterum revereri ſtudueritin, hoc quod Hegio priorem loquendi locum Cratino honoris gratia defert, quam ſanè proloquendi diſcretionem nos quoque imitari decorum eſt. Cæterùm ſi miram Poëtæ artem, ſingularem compoſitionis facundiam, energiam ſententiarum prægnantem, paulo diligentius & introſpicere, & rimari voluerimus, inueniemus procul dubio Terentium noſtrum omnium lepidiſsimum, familiariſsimum, moraliſsimum.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

In hac ſcena deliberat cum amicis Demipho.

*Senarij.*

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINVS, CRITO.

*QVANTA me cura, & ſolicitudine afficit*
*Gnatus, qui me, & ſe hiſce impediuit nuptiis!*
*Neque mihi in conſpectũ prodit, vt ſaltem ſciam*
*Quid de hac re dicat, quidue ſit ſententiæ.*
*Abi tu, viſe redieritne iam, an nondũ, domũ.*
*G. Eo. D. videtis quo in loco res hæc ſiet:*
*Quid ago? dic Hegio. H. ego Cratinũ cẽſeo,*

Sedulò. attentos.[Sedulò.} Probè et fideliter. [Quot homines.} Prouerbia.

PETRVS MARSVS.

Quanta me cura.} Aduocatorũ mores, qui plerunque magis illos à quibus con
Aduocatorum mores. ſuluntur, in errorem & ambiguitatem coniiciãt, quàm expediãt, exprimit hac ſcena. Eſt autem aduocatus
Aduocatus. generale nomen, & non modò eum denotat, qui alterius cauſam agit: ſed quicunque adeſt alteri in cauſa officij gratia, aduocatus appellatur: etiamſi nihil dicat, aut agat, ſed tamen paratus ſit
Patronus. defendere. Patronus autem, qui agit cauſam accuſati.

RIVII CASTIGATIO.

Suus cuique mos eſt. Nos omittimus verbum Eſt, ex obſeruatione vetuſtæ lectionis: quod nec verſus requirit, nec ſenſus magnopere deſiderat. Etenim abeſſe plerunque idem ſolet cum elegantia ſine detrimento ſententiæ: vt & Gellius teſtatur libro quinto capite octauo.

Si tibi videtur. D. dic Cratine. CRA. mene vis?
D. Te. CRA. ego quæ in rem tuam ſint, ea velim facias: mihi
Sic hoc videtur: quod te abſente hic filius
Egit, reſtitui in integrum æquũ eſt, & bonũ:
Et id impetrabis: dixi. D. dic nunc Hegio.
H. Ego ſedulò hũc dixiſſe credo. verũ ita eſt,
Quot homines, tot ſentẽtiæ. ſuus cuique mos.
Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,
Reſcindi poſſe: et turpe inceptu eſt. D. dic Crito.
CRI. Ego amplius deliberandum cenſeo:
Res magna eſt. H. nunquid nos vis? D. feciſtis probè:
Incertior ſum multo quàm dudum. G. negant
Rediiſſe. D. frater eſt expectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re conſiliũ, id exequar.
Percontatum ibo ad portũ, quoad ſe recipiat.
G. At ego Antiphonem quæram, vt quæ acta hic ſunt, ſciat.
Sed eccũ ipsũ video in tẽpore huc ſe recipere.

GLAREANVS.

Et hi ſunt ſenarij. In ſecundo verſu Et geminandum abſque cõiunctione q; vt ita legatur verſus,

Gnatus qui & me & ſe hiſce impediuit nuptiis.

In tertio Mihi monoſyllabum totum eliditur, vt ſit Anapæſtus loco primo.

In quarto i, in Abi corripitur, niſi bacchium loco primo ponamus. Cæterùm loco ſecundo dactylus eſt, & quarto anapæſtus. In nono, vel creticus eſt loco ſecundo, vel Tuam monoſyllabum. In decimoquarto, vel Suus monoſyllabum eſt, vel s, ad finem amittit, vel denique bacchius eſt loco quinto, & Cuique diſyllabum. Eſt, in codice Aldi perperam ad finem additum. Annotauit hoc etiam Riuius. In vltimo vel d, eliditur in Sed, vel bacchius eſt loco primo.

DONAT. Cum iſtoc animo.

ENIMVERO Antipho multis modis cũ iſtoc animo.} Cum iſtoc animo: pro, huius animi. Ennius, Optima cum pulchris animis, Romana iuuentus. [Itáne hinc abiiſſe, & vitam tuam.} ἐν ὑποκρίσει vt, Inuidiſſe deos, patriis vt redditus oris Coniugium optatum & pulchram Calydona viderem? Et, Seruôn' fortunas meas commiſiſſe futili? [Alios tuam rẽ.} Ab infinitiuo ad indicatiuum tranſitum fecit. [Cre-
Credere, pro putare. didiſti.} Pro putaſti. [Pateretur mali.} Legitur & poti-
Potiri. retur, quia potiri τὸ παλαιὸν fuit. Plautus, Hoſtium potitus eſt. [Spes, opéſque ſunt.} Hęc quidem de his ſunt, quę amanti * [Spes, opéſq; ſunt.} Vt, Res fidéſque. [Qui abieris.} Mollius, quàm fugeris. [Sed ea cauſa.} Quia abieris. [Nũquid patri ſubolet?} Conuenientia ſua & Phormionis dicit. [Confutauit verbis.} Cõuin
Refutatio. cit: vt ſi diceret, refutauit.
Confutatio. ſed Refutatio in rem eſt. Cõfutatio in perſonam. [Ego quod potui porrò.} De ſe mediocriter per ἔκλειψιν, moraliter ſatis. [Ego quod potui porrò.} Ordine. primò dominum, pòſt Phormionem, vltimum ſe poſuit. [Huc ſaluum nunc patruum Geta?} Non optat ſaluum patruum venire ſecundum Apollodorum. & oſtendit non congruere ſalutem eius cum commodo ſuo. An non dicit malum eſſe & incommodum ſibi: ſed tantùm magni terroris plenum aduentum patrui? [A ſua palæ
Palæſtra. ſtra exit foras.} Bene palæſtram eius dixit lenonis domũ, in qua eſt exercitus amator aſſiduè. Plautus Bacchi. —homo adoleſcens Penetrem huiuſmodi in palæſtram, vbi damnis deſudaſcitur?

ADRIA. BARL.

Alios rem tuam crediſti magis.} Ab infinitiuo tranſit ad indicatiuũ. [Nũ
Subolet patri. quid patri ſubolet?} Nũquid pater ſuſpicatur? Metaphora eſt per deflexionem. [Vox enim è propinquo ad rẽ proximam

## ACTVS III. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

ANtipho ſe vehemẽter incuſat, quòd ita inconſultò patri ſe ſubduxerit, & cauſam ſuam aliis tutandam dederit. Rem totam denique ex Geta cognoſcit.

ARG. PAVL. MAL.

HIc Antipho ſeſe vehementer incuſat, quòd ita incõſultò abierit, cauſámque ſuam aliis defendẽdam reliquerit. Tũ omnibus de rebus Getã ſedulò interrogat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

INdignatur ſibiipſi Antipho, quòd abierit, & aliis rem ſuam conficiundam commiſerit.

*Iambici tetrametri partim Catalectici, partim acatalectici, admiſtis Trochaicis quibuſdam.*

ANTIPHO, GETA.

*ENimuero Antipho multis modis cum iſto animo es vituperandus:*
*Itáne hinc abiiſſe, & vitam tuam tutandam aliis dediſſe?*
*Alios tuam rem magis credidiſti, quàm te animaduerſuros?*
*Nam vt vt erant alia, illi certè, quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres,*
*Ne quid propter tuam fidem decepta *patetur mali:*
*Cuius nunc miſeræ ſpes, opéſque ſunt in te vno omnes ſitæ.*
*G. Equidem here nos iam dudum hîc te abſentem incuſamus, qui abieris.*
*A. Te ipſum quærebam. G. ſed ea cauſa nihilo magis defecimus.*
*A. Loquere obſecro, quónam in loco ſunt res, & fortunæ meæ?*
*Nunquid patri ſubolet? G. nihil etiã. A. * & quid ſpei porrò eſt? G. neſcio. A. ah.*
*G. Niſi Phædria haud ceſſauit pro te eniti. A. nihil fecit noui.*
*G. Tum Phormio itidem in hac re, vt in aliis, ſtrenuum hominem præbuit.*
*A. Quid is fecit? G. confutauit verbis admodum iratum patrem.*
*A. Heu Phormio. G. ego quod potui porrò. A. mi Geta omnes vos amo.*
*G. Sic habent principia ſeſe, vt dico: adhuc tranquilla res eſt:*
*Manſurúſque patruũ pater eſt, dum huc adueniat: A. quid eum? G. vt aiebat,*
*De eius conſilio velle ſeſe facere, quod ad hãc rem attinet.*
*A. Quantus metus eſt mihi venire huc ſaluum nunc patruum Geta!*

Concoquere, pro ferre. Odorari, pro reſciſcere. Olfacere, pro Suſpicari.

*ximam deflectitur. vt cõcoquere pro ferre, odorari pro reſciſcere, & ſagaciter deprehenſum atque animaduerſum cognoſcere, & olfacere pro ſuſpicari ac deprehendere. [Nũquid patri ſubolet?] Priſcianus, num indicatiuo ſoli iungitur, ad quod pertinet interrogatio. Terentius, Nũquid patri ſubolet? Idẽ alio loco, nunquid meminiſti? [Nihil fecit noui.] Ita ſolet omni tempore libenter operam ſuam præſtare amicus. [Cõfutauit verbis.] Confutare eſt verbis cõuincere, & confutamus perſonas, refutamus res. [Ego quod potui porrò.] Per eclipſim de ſe modeſtè, Phædria Phormio & ego, pro viribus cauſam tuam tutati ſumus apud iratum patrem. [Omnes vos amo.] Eſt gratias agẽtis. Quale et illud. Ecquid nos amat de virgine? Quod gratias agendi formulis adnumerat Eraſmus in multo vtiliſsimis illis de copia commẽtariis. [A ſua palæſtra.] Hîc domum lenonis paleſtrã vocat, in qua exercentur aſſiduè amatores.*

Confutare. Refutare.

Amo gratias agẽtis.

LATOMVS.

*Argumentum. Indicat Geta Antiphoni, quid actũ ſit. [Enimuero.] Accuſat ſe Antipho. & eſt præparatio ad futurũ colloquiũ. [Nam vt vt.] Qualiacunque. et eſt amplificatio à perſona. [Subolet.] Concordaſſe ſcilicet cum Phormione, & ſua ſpõte victũ eſſe. [Verbis.] Rectè verbis, potius quàm rebus. [Quantus metus.] Amatoria optatio, qua adoleſcẽs amorem anteponit pietati. [Palaſtra.] Cithariſtria, metaphoricῶs, nẽpe cuius amore exercetur.*

PETRVS MARS.

*Enimuero Antipho.] Debere quẽque ſuas res curare, nec fortunas ſuas & ſalutem defendendam aliis hominibus committere, preſertim talibus, qui cũ nihil rectè faciant, nec bonæ frugi ſint, omnia in perniciem noſtram machinãtur, docet hęc ſcena. Nihil enim pernicioſius, quàm ſemper ab aliis hęrere, nec quicquã ſibi ipſi conſulere. Seneca ad Lucilium: Conſilium tuum ſic apud alios ſit, vt abs te authoritatem accipiat. Sic autem abs te authoritatẽ accipiat, ne ſolus id probare videaris. Temeritas enim in aſſentiendo pernicioſiſsima eſt. Palæſtrã hîc poſuit pro ganeo, ſiue luſtris, vel lenonis domo per metaphoram: quòd illic continuò verſetur, quemadmodum certator, aut athleta in palæſtra, quæ eſt locus vbi luctatores nudi, & oleo quondam perfuſi luctabantur. Vnde Papinius tertio Thebaidis appellauit vnctã palen, id eſt, palæſtram oleo perfuſam.*

Palæſtra.

* potiretur

RIVII caſtigatio.

*Alios tuam rem credidiſti magis quàm te animaduerſuros.] In codice Haſſenſteniano eſt, quàm te aduerſuros. quod & carminis ratio expoſcere videtur. Eſt autem Iambicum tetrametrum catalecticũ, niſi legas: Alios magis credidiſti tuam rem quàm te animaduerſuros. [Et quid porrò ſpei eſt?] Nos, Ecquid ſpei porrò eſt? pro nunqua ſpes: quo modo habẽt Venetum, Lugdunenſe, Argentoratenſe, alia quædam bonæ fidei exemplaria: ne quid de ſenſu dicam. Facilis autem hoc loco fuit lapſus particularum ſimilitudine, quæ nõ hîc tantùm impoſuit librariis.*

Ecquid ſpei

* ecquid

GLAREANVS.

*At in hac ſcena magna eſt difficultas, quam leuiter attingũt quorum intererat. Omnes ſunt iambici verſus. Primi quatuor tetrametri catalectici. Et in primo quidem diiambus loco anapæſti loco primo ponitur, & dus, quod vltimum eſt eius verſus, à ſequenti verſu eliditur. In ſecundo verſu vel Tuæ monoſyllabum eſt, vel creticus eſt loco quarto. Ita in tertio Tuã monoſyllabum*

Nam per eius vnam, vt audio, aut viuam, aut moriar, ſententiam.

G. Phædria tibi adeſt. A. vbinam? G. eccum à ſua palæſtra exit foras.

*vel bacchius loco ſecundo, et s, in Magis eliditur. In quarto Tuæ omnino tollendum puto. Decem deinde ſequentes ſűt acatalectici. In quorum ſecundo Cuius diſſyllabum eſt: alioqui trochaicum tetr. catalect. fuerit. In tertio,* Equidem. *Equidem, tertia perſona eſt, ſi quidẽ rectè legitur. In quarto abiicitur s, in Magis. In octauo Hac re, legendum abſque præpoſitione, & re corripitur, non eliditur propter vocalem ſequentem. In nono, d, eliditur in Quid. In duodecimo, creticus eſt primo loco. & eſt catalecticus cum decimotertio, in quo Patruum diſſyllabum eſt, præterea d, eliditur in Quid, & Eum diſſyllabum. Quatuor deinde vltimi rurſus ſunt acatalectici. Et in primo quidem Eius diſſyllabum. In ſecundo Mihi diſſyllabum. Quòd ſi vtrunque monoſyllabum fuerit, vtrunque trochaicum tetrame. catalecticum feceris. Penultimus variè legitur, fiet autem iambicus tetrame. acatalect. ſi ita legatur.*

*Nam vt audio, per eius vnam, aut viuã aut moriar ſententiam.*

*Ita vltimus, in quo quidam codices habent Vbi nam eſt, alioqui poſterior de Vbi longabitur.*

DONAT. DORIO *audi obſecro.} Hæc ſcena in petitione eſt, quę ſæpe admittit deliberatiuę locos. ¶ Dorio audi obſecro.} Sunt qui ſic legant, vt Dorio Phædria dicat audi, leno: obſecro, iterum Phædria. ¶ Quin omitte me.} Quin, modò corripiendi vel imperandi vim habet. vt, Quin age. ¶ Hei, metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.} ἀποσιώπησις. διὰ τὸν εὐφημισμόν, Suo capiti dixit, cùm dicturus eſſet, Phędrię, vt, Dardaniique regum capitis. ¶ Fœneratum iſtuc beneficium tibi.} Id eſt, mihi à te fœneratum. ¶ Verùm hercle hoc eſt: Bene ipſe dictum ſuum confirmauit. ¶ Cantilenam eandem canis.} Ita dicit: vt, Vetus & vulgata cantio. ¶ Tu mihi cognatus.} Ab honeſto. ¶ Tu parens, tu amicus, tu.} Secunda ἀποσιώπησις. ¶ Phaleratis dictis} Honeſtis atque ornatis: quia dixit, Tu mihi cognatus, tu parens. Et quaſi leno, irridet honeſtatem et deſpicit. ¶ Miſeritum eſt.} εἰρωνεία. ¶ Hei veris vincor.} Hoc ſibi dicit adoleſcens. ¶ Neque, Antipho alia cùm occupatus eſſet ſolicitudine.} Hoc dolet Phędria, quòd in eadem re laborauit Antipho, id eſt in amore: quódque amare contigerit. ¶ Neque, Antipho alia.} Minore aliqua ſolicitudine quàm hæc eſt, quam nunc gerit. An alia, præter hanc, quam de me gerit. Ordo & ſenſus hic eſt, Neque tum eſſe mihi hoc obiectum malum, cùm Antipho alia ſolicitudine eſſet occupatus leui quapiam, non hac de nuptiis, quæ eſt grauiſſima.*

*Quin. — Suat ſuo capiti. — Fœneratũ tibi. — Cãtilenam eandẽ canis — Phalerata dicta.*

*¶ Vnquam vſus venit.} Opus aut neceſſe fuit. ¶ Auribus teneo lupum.} Græcũ prouerbium,* τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀπεῖναι δύναμαι. *¶ Ne parũ leno ſies.}* ἔκλειψις. *deeſt enim, Vereris? ¶ Aere emptã ſuo.} Bene ſuo, quaſi de tertiã perſona. ¶ Conduplicauerit.} Cõiunctiuum pro indicatiuo, id eſt cõduplicabit. Hoc eſt aliter, Fœneratum iſtuc beneficium pulchrè tibi dices. ¶ Nihil ferentem, flentem.}* ὅμοιον τῷ γένει *vſitatum veteribus. ¶ Tibi quidẽ olim eſt dies.} Hîc Olim, futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adoleſcẽte pecunia diem conſtituerat: & inuenta meliori conditione, anticipauerat tẽpus cum adoleſcente præſcriptũ. ¶ Iámne ea præteriit?} Interrogatiuè pronuntiãdum. ¶ Non, verũ ei hæc anteceſſit.} Vrbanè leno, hæc anteceſſit: vt alij putãt, meretrix vendita: vt alij, dies qua lenoni conſtitutum fuit. An apertè leno perfidus mentitur: vnde ſequitur, Non pudet vanitatis? Ergo plus eſt Anteceſſit, quàm Præteriit. ¶ Non pudet vanitatis?} Apparet ſuprà lenonem de perfidia anticipati temporis eſſe conſeſſum. ¶ Mea lege vtar.} Lenonia ſcilicet: in qua ſemper cõmodũ eſt prius, quam fides.*

*Vſus venit. — Auribus lupum teneo. — Coniunctiuum pro indicatiuo. — Cõduplico. — Fœneratũ beneficiũ. — Olim. — Anteceſſit Præteriit. — Lex lenonia.*

ADRIA. BARL.

*Nequid ſuo ſuat capiti.} Id eſt, ne quid mali illi conciliet. Torquendum in eos qui pacta eludũt callido vafróque aliquo commento. Qui conantur fallere, dolos dolis conſarcinant, ne deprehendantur. vnde cõſutis dolis Plautus dixit. Idẽ ſutelas vocat huiuſmodi technas.¶*

*Suat ſuo capiti. — Conſuti doli. — Sutelæ.*

## ACTVS III. SCENA II.



ARG. ADRIA. BARL.

PHædria lenonem orat, vt venditam militi Pamphilam non tam citò abducendam tradat, ſe intra triduum nummos adnumeraturũ, quos pro illius redemptione ſit pollicitus.

ARG. PAVL. MALL.

HAEc ſcena in petitione verſatur, quæ ſæpe deliberatiuum admittit locum. Phædria Dorionẽ ipſum Lenonem blandè precatur, & obſecrat ne Pamphilam militi venditam tam citò tradat: pollicetur enim ſe intra triduum Lenoni allaturum, quicquid pro eius redemptione promiſerat, & id quidem cum fœnore: alioquin perpeſſurum ſe, ni dederit argẽtum, vt ſibi eripiatur, militíque pretium numeranti relinquatur. Itidem Antipho atque Geta Lenoni perſuadere nitũtur. ADDITIO. Attende hîc duros Lenonis mores, lenia adoleſcentis amatoris blandimenta, artificis Poëtæ admirandum in vtriuſque deſcriptione varietatis ingenium.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

PHædria orat Dorionẽ, vt triduum maneat, quo pecuniam Pamphila accipiat.

*Trochaici Tetrametri Catalectici, admiſtis Iambicis Acatalecticis. Vnus Senarius Iambicus.*

PHAEDRIA, DORIO *leno,*
ANTIPHO, GETA.

Ariolari.

nas. ⁋ *Ariolare.* § *Ariolari prouerbio dicebatur, qui nihil adferret certi, nihílque præſentis emolumẽti, verùm in diẽ modò polliciaretur. Ita Dorio leno in Phormione Terentiana adoleſcenti Phædriæ pecuniam daturum ſe promittenti, Ariolare, inquit. Sumptum à diuinis qui futura prædicũt. Futurorum autem nulla certa cognitio, Parœmiographus author in Chiliad.* ⁋ *Fœneratum iſtuc beneficium.* § *Parœmiographus libro de copia verborum, in reponendi beneficij formulas, etiam hanc refert.*

Logi.

⁋ *Logi.* § *Verba ſola.* ⁋ *Gaudebis facto.* § *Ab vtili.*

Somnium.

⁋ *Somnium.* § *Omnia iſta ſomnia, & verborum vmbræ:*

Cantilenã eãdẽ canis.

⁋ *Cantilenam eãdem canis.* § *Parœmiographus in Chilia. De eo, inquit, dicetur, qui moleſtus eſt, ſæpius eadem inculcans. Nihil enim odioſius; quàm quod ſemper idem eſt. Sumptum à cantoribus, qui ſiquando diutius eandem occinant cantionem, tædium adferunt aurib⁹. Proinde periti ſubinde variant carminis genus, quo ſatietatem deuitẽt.*

Modò, pro tantùm.

⁋ *Garris modò.* § *Id eſt, tantùm. Verba tãtùm funditas, non etiam præſtas quæ dicis.*

Vſus venit.

Auribus lupũ teneo.

⁋ *Vſus venit.* § *Pro cõtigit. Vſu venire eſt idem quod frequenter contingere.* ⁋ *Auribus teneo lupum.* § *In Chiliadi. ſuis Eraſmus. Extat, inquit, apud Terentium in Phormione, Antiphoni adoleſcẽti vxor erat domi, quam nec eiicere poterat, vel quia non libebat, quòd in eam deperiret, vel quòd integrum non erat, cùm eſſet iudicum ſententiis addicta: neque rurſum retinere quibat propter patris violentiam. Et cùm à patruele felix diceretur, vt qui domi poſſideret id q amabat, imò, inquit, quod*

DOrio audi obſecro. D. *non audio.* P. *parũper.* D. *quin omitte me.* P. Audi quod dicam. D. *at enim tædet iã audire eadem millies.*

P. At *nunc dicã, quod lubenter audias.* D. *loquere, audio.*

P. Nequeo te exorare, *vt maneas triduũ hoc? quò nunc abis?*

D. *Mirabar, ſi tu mihi quidquã afferres noui.*

A. Hei, *metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.*

G. *idem ego metuo.*

P. Non *mihi credis?* D. *ariolare.* P. *ſin fidem do.*

P. *Fœneratum iſtuc beneficium* (D. *fabulæ.* *tibi pulchrè dices.* D. *logi.*

P. *Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc eſt.* D. *ſomnium.*

P. Experire, *non eſt longum.* D. CANTILENAM EANDEM CANIS.

P. Tu *mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu.* D. *garris modò.*

P. Adeóne *ingenio te eſſe duro; atque inexorabili,*

Vt *neque miſericordia, neque precibus molliri queas?*

D. Adeón' *te eſſe incogitantem, atque impudentem* Phædria,

Vt *phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?*

A. Miſeritum *eſt.* P. *hei veris vincor.* G. *quàm vterque eſt ſimilis ſui!*

P. Neque, Antipho *alia cùm occupatus eſſet ſolicitudine,*

Tum *hoc eſſe mihi obiectum malum?* A. *ah, quid iſtuc autem eſt* Phædria?

P. O *fortunatiſſime* Antipho. A. *egóne?* P. *cui, quod amas, domi eſt:*

Nec *cum huiuſmodi vnquã vſus venit vt conflictares malo.*

A. Mihíne *domi eſt? imò, quod aiunt,* AVRIBVS TENEO LVPVM.

Nam *neque quò amittam, à me inuenio: neque vti retineam, ſcio.*

D. Ipſum *iſtuc mihi in hoc eſt.* A. *eia, ne parum leno ſies.*

*aiunt, auribus teneo lupum. Nam neque quò amittam à me inuenio, neque vti retineã ſcio. Móxque leno quaſi referens parœmiam ait, ſibi idem vſu venire in Phædria, quem neque retinere poterat, qui nihil numerabat, neq; repellere, quòd eſſet improbè blandus, ac mõtes aureos polliceretur. Dicitur in eos qui eiuſmodi negotio inuoluuntur, quod neque relinquere ſit integrum, neque tolerari poſſit. Videtur ab euentu quopiam natum, vt alia pleraq; aut indè certè quòd vt lepus auribus quippe prælongis commodiſſimè tenetur, ita lupus quòd aures habet pro corpore breuiores, teneri iis non poteſt, neque rurſum citra ſummũ periculũ è manibus dimitti; belua tam mordax.* ⁋ *Tibi quidẽ olim dies præſtitura.* § *Leno diem conſtituerat, quo Phædria pecuniam afferret.* ⁋ *Hæc anteceſſit.* § *Mentitur Leno perfidus. vnde ſubiungit Antipho, non pudet vanitatis?* ⁋ *Minimè dũ ob rẽ.* § *Alluſit ad vetus adagium. Lucrum pudori præſtat.* Non *pauci iubent valere pudorẽ, vbi de nummaria re agitur: Dulce eſt lucrum profectum & à mẽdaciis. Sophoclis eſt, ſed viro indigna ſententia: longè enim ſatius, rei iacturam quàm famæ diſpẽdium accipere.* ⁋ *Sterquilinium.* § *Stercoris receptaculum. Dictum in lenonem impuriſſimum.* ⁋ Nihilo *ſum aliter ac fui.* § *Aliter ac venuſtè iunguntur. Sic & Liuius, longè aliter patres ac plebẽ affecêre.* ⁋ *Mea lege vtar.* § *Lenonia, in qua ſemper lucrũ pudori, cõmodum fidei præſtat.*

Sterquilinium.

*Argumẽtum. Certamen inter lenonem et Phædriam, ob metum amittendæ citharistriæ, quo Lenonis improbitas exprimitur. Et eſt epitaſis periculi alterius partis fabulæ.* ⁋ *Ariolare.* § *Prouerbiale in eum qui nihil certi adferat emolumenti.*

LATOMVS

*HH*

Num quid hic confecit? P. hiccine? quod homo
Pamphilam meã vendidit. (inhumaniſſimus:
G. quid? vendidit? A. áin' vendidit?
P. Vendidit. D. quàm indignum facinus, ancillam ære emptam ſuo.
P. Nequeo exorare vt maneat, & cũ illo vt mutet fidem,
Triduũ hoc: dum id, quod eſt promiſſum ab amicis, argentum aufero.
Si non tũ dedero: vnã præterea horã ne oppertus ſies.
D. Obtundis. A. haud longum eſt id quod orat Dorio: exoret ſine.
Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, cõduplicauerit.
D. Verba iſtæc ſunt. A. Pãphilámne hac vrbe priuari ſines?
Tum præterea horum amorem diſtrahi poterín' pati?
D. Neque ego, neque tu. G. dij tibi omnes id quod eſt dignum duint.
D. Ego te complureis aduorſum ingeniũ meum menſes tuli,
Pollicitantẽ, flentem, & nihil ferentem: nunc contra hæc omnia,
Repperi qui det, neque lachrumet. da locũ melioribus.
A. Certè hercle ſi ſatis cõmemini, tibi quidem olim eſt dies,
Quam ad dares huic, præſtituta. P. factum. D. num ego iſtuc nego?
* Iam ea A. Iámne ea præteriit? D. non, verùm ei hæc anteceſſit. A. non pudet
Vanitatis? D. minimè, dum ob rem. G. ſterquilinium. P. Dorio
Itáne tandem facere oportet? D. ſic ſum: ſi placeo, vtere.
A. Siccíne hunc decipis? D. imò enimuero Antipho hic me decipit.
Nam hic me huiuſmodi ſciebat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi.
* Iſte me Is me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.
Sed vt vt hæc ſunt, tamen hoc faciã: cras mane
Miles ſe dare dixit. ſi mihi argentũ mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Vale.

*Fœneratum.* Compenſatum, elegans metaphora. *Cantilenam.* Prouerbiũ. *Tu amicus, tu.* Plura dicturus erat, niſi interpellaret leno. *Phaleratis.* Ornatis, metaphora. et ductes, pro potiaris. *Nam reſpicit* ad verbum nuptiale, quo ſponſam duci dicimus, & antanacleſin facit. *Similis tui.* Improbus leno, & van⁹ in promiſſis Phędria. *Conflictares.* Actiuè. *Auribus teneo.* Prouerbium. *Eia, ne pa.* Ironica correptio. parũ leno, id eſt, parum improbus. *Quid? vẽdidit?* Indignatio. *Oppert⁹ ſies.* Diſtuleris. *Pãphilámne.* Indignatio à perſona & loco. *Hęc anteceſſit.* Leno pridie exigit argentum, quàm deberi cepit. *Mea lege.* Pro cõſuetudine, dicit, vel, lege, quam præſcribit leno.

Ductare. Conflicto. Parum leno Oppertus. Mea lege.

PETRVS MARS. *Dorio audi.* Lenonum quanta ſit improbitas & impietas, qui præ lucro turpiſſimo omnem humanæ vitæ ſocietatem contemnunt & aſpernãtur, exprimitur hac ſcena. Quare adoleſcẽs apud Plautum ait in Aſinaria: Portitorũ ſimillimæ ſunt ianuæ lenoniæ. Si affers, tum patent, ſi non eſt quod des, ædes non patent. Et ipſa Lena ibidem ſic loquitur: Nã neque vſquam fictum, nec pictum, neque ſcriptum in poëmatis, vbi lena bene agat cũ quopiã amante, quæ frugi eſſe cupiat. *Ariolare,* id eſt, rem ipſam coniectas, me ſcilicet tibi ne quicquam credere. Eſt enim Ariolari, coniectare & diuinare. Logi. Grecũ eſt, ſignificãs inania verba, hoc eſt, verba tantũ ſinere. Phalerata dicta, sũt bona verba, & ad fidẽ faciendam ornatiſſimè compoſita: à phaleris equorum ornamentis. Perſius: Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui. *Auribus teneo lupum.* Id eſt, perplexus hæreo, neſcio quid ſine periculo agere poſſum. *Da locum melioribus.* Id eſt, cede illis qui plus poſſũt, quàm tu potes, & eſt argumentum à iuſto. Sterquilinium, hoc eſt, abiectiſſime et improbiſſime, homo dignus qui perpetuò in ſterquilinio vitam degas.

Ariolari. Logi. Phalerata dicta. Sterquilinium.

RIVII CASTIG.

*Vt Phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis.* Hæc quidẽ eſt vera lectio: Sed exẽplar Venetum, Lugdunenſe, alia pleraque habent: Seducas me, ſed mẽdosè. Sunt etiam in quibus legatur: Meam duces gratis: ſed & hoc quoque mendosè, cum ſit ductes legẽdum. Ponitur hîc autem ductare in obſcœna ſignificatione: quo modo apud veteres accipi ſolitum, vel ex eo loco Fabij, qui eſt in octauo Inſtitu. Orat. cap. tertio, colligitur, vbi ait: Sed quoniam vitia prius demõſtrare adgreſſi ſumus; vel hoc vitium ſit, quod κακέμφατον vocatur, ſiue mala conſuetudine in obſcœnum intellectum ſermo detortus eſt, vt ductare exercitus, & patrare bellum apud Saluſtium: ſiue iũctura deformiter ſonat, & quæ ſequuntur. Meminit huius & Diomedes II. Argyrippus in Aſinaria ad lenam: Solus ſi ductem, referre gratiam nunquam potes. LE. Solus ductato, ſi ſemper ſolus quæ poſcam dabis. Sic alias ſæpe. Phaleratis dictis μεταφορικῶς, pro honeſtis atque ornatis vſus eſt poëta. Nã propriè phaleræ equorum atque item equitum nobilium ſunt ornamenta. Exempla paſſim obuia. *Nam neque quo modo à me amittam inuenio.* Rectius eſſe opinor, quod in quibuſdam, velut Veneto, reperi: Nam neque quo à me amittam &c. quo modo etiam à doctis citatur hic locus, omiſſa videlicet particula modo: quã & trochaicus reſpuere videtur.

Ductare, verbum obſcenum.

Diſſen-

Diſſentiunt tamē codices in membrana deſcripti. ¶ *Aut vti retineam ſcio.* ʒ Nos, Nec vti retineā ſcio: ex manu ſcripto. ¶ *Dum id quod eſt proximum ab amicis argentum aufero.* ʒ Nos, Quod eſt promiſſum ab amicis argentum &c. quo modo & manu ſcriptum volumen habet, & ſenſus deſiderat. Prior lectio eſt in Vuitenbergenſi, & ab hoc propagatis. ¶ *Iámne ea præteriit?* ʒ Nos omiſſa particula illa Ne, Iam ea præteriit? legendum putamus. Monuit enim interpres interrogatiuè pronuntiandum eſſe: quod nō erat cur faceret, ſi legiſſet: Iámne ea præteriit? Habet præterea eodem modo manu ſcriptus codex: nequid de ratione metri dicā. Paulo pòſt ibidem leges: Non, verùm hæc ei anteceſſit: vbi inuerſus erat verborum ordo, contra atque in veteribus habetur. ¶ *Is me fefellit.* ʒ Legendum, iſte me fefellit, quod & ratio metri expoſcit. Eſt autē verſus trochaicus. Sed & ſtatim ſequitur, ègo iſti nihilo ſum aliter, ac fui: vbi eodē pronomine vtitur.

GLAREANVS. Trochaici tetrame. catalectici. In quorum primo Quin videtur corripi, niſi loco ſexto ſit antibacchius. In quinto Mihi diſſyllabum eſt, & carmen finitur in Metuo. Alterum à Lenonem incipit. habet autem ante vltimam ſyllabam duos tribrachos, vt ti in Capiti corripiatur, non elidatur. In decimo, creticus eſt loco ſexto. In vndecimo, ego tollerē Tu, ante Parens, niſi quarto loco amphibrachyn conſtituamus. Duodecimus ita legitur, in vetuſto codice,

Adeón' eſſe tè ingenio duro, atque inexorabili,

Quę lectio placet. Dicimus ſextus, vt ſit aliis ſimilis trochaicus tetrame. catalect. ita legendus eſt,

Miſeritum eſt. PH. hei, veris vincor. GE. quàm eſt vterque ſui ſimilis.

Decimusſeptimus abſque dubio inter tot trochaicos eſt iambicus tetrame. acatale. Niſi Neque ſit extra carmen. Decimusoctauus ſi verbum Eſſe ante relatiuum Hoc legatur, trochaicus, alioqui iambicus tetrame. acatalecti. fuerit. XIX. eſt certò trochaicus. XX. ſi Venit eſſet præſentis tēporis, trochaicus eſſet. Sed ſi pręteriti, iābicus, ſed Huius diſſyllabum fiet, & creticus loco ſecundo. Viceſimus ſecundus ita legendus.

Nam neque quo amittam à me inuenio, neque vti retineam ſcio.

In viceſimoquinto, vel Meam monoſyllabum, vel creticus loco ſecundo. In viceſimoſeptimo, Nequeo tribrachyn facit abſque eliſione. In viceſimooctauo. Promiſſum legendum, non proximum. In viceſimonono, Oppertus duplici pp. (Oppertus.) In trigeſimo, s, in Obtundis, & d, in Quod elidenda, vt ſit trochaicus tetra. catalecti. alioqui ſi alterum duntaxat elidatur, fiet iambicus tetra. acatale. Præterea in trigeſimoprimo, i, in Idē à ſuperiore eliditur verſu. In trigeſimotertio, Iſtorum habet vetuſtus codex, non Horum. & ſanè carmen poſcit eam lectionem. In trigeſimoquinto, vel Meum monoſyllabum, vel bacchius loco ſexto. In trigeſimoſexto, Hęc pronomen ad finem verſus ponendum, ſi quidē legetur. nam in quibuſdam codicibus omiſſum erat. ego puto non omittendum. In trigeſimooctauo. Si coniunctio poſt Satis ponenda, & verbū Eſt, poſt Olim. & bene habebit trochaicus. Ita in trigeſimonono. Ego poſt Iſtuc ponendum. In XL. Iam ea præteriit? vt rectè ex Donato annotauit Riuius. In ſexto à fine Enimuero vel ſecundam corripit, vt ſit anapæſtus, vel producit; vt ſit bacchius. Sequentes duo verſus ex lege carminis trochaici, ex vetuſtorum codicū obſeruatione ita legendi ſunt,

Nā hic me huiuſmodi ſciebat, ego hūc eſſe aliter credidi.
Iſte me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter ac fui.

Ita in priore verſu Eſſe verbum ſemel duntaxat legetur, quod in aliis codicibus bis legebatur, & iſte nimirū rectius, quippe quod continuò pro eodem Phædria repetatur. In penultimo vel Prior monoſyllabum eſt, vel bacchius loco quinto. Ita de mea dicendum vltimo verſu loco primo.

IOANNES THEODORICVS.

*Hei, metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.* ʒ Ea ſignificatio datur huic pronomini Suo, quæ planè ἀκυρόλογος eſt, (Suo ſuat capiti.) nam omnem amittit reciprocationē. Sic enim ait Donatus: Suo capiti dixit, quum dicturus eſſet Phædriæ. Eraſmus in Chiliadibus ſic: Ne quid ſuo ſuat capiti, pro eo quod eſt, ne quid mali illi conciliet. Dictum igitur ſuo, pro illius. Proinde ambigit Nannius, an is ſit legitimus ſenſus huic adagio qui vulgò tribuitur. Videat ergo, inquit, diligēs lector, num & illum poſſimus dicere ſuo capiti aliquid ſuere, qui dolis ſe vel fraude inſtruit. Quod ſi recipimus, non opus erit illa importuna acyrologia: vt metaphora ducta ſit ab illis, qui ſpleniis focalibus aut lana appoſita, vel vulnus vel morbum ſimulant. vt Demoſthenes fecit, dum anginam ementitur, vt ita deſiſtere poſſet à ſuſcepto officio contra Harpalum dicendi, iam pecunia corruptus. Eodem quoque modo Antipho veretur, ne leno non tueatur pacta in fidicina ſeruanda ad diem conſtitutum, atque aliqua fraude eludat promiſſa.

## ACTVS III. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

Antipho Getam monet vt argētum inueniat quod detur Lenoni à Phædria.

DONAT. QVID faciam? ʒ οἰκονομία ad futurū exitum comœdiæ. ¶ *Minus nihilo.* ʒ ὑπερβολή. (Minus nihilo.) ¶ *Adiuuerit.* ʒ Secundum u, pronuntiari debet. ¶ *Adiuuerit comiter.* ʒ Comiter, veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμος. ¶ *Quid faciam?* ʒ Comiter, (Comiter.) quamuis vterque intelligat quid alteruter dicat, diſſimulāt tamen. ¶ *Ni etiā nunc me huius cauſa quærere in malo iubeas crucē.* ʒ (Crucem in malo quærere.) Quaſi dicat, In malo aliud malum. ¶ *Relinquatur preci.* ʒ Bene preci. ¶ *Pedetētim.* ʒ (Pedetētim.) Cautè. à pedibus & tentando. ¶ *Pedetētim tamē.* ʒ Hoc quidam ſic accipiunt, tanquam Getæ dicat Antipho, vt cautè aggrediatur ſenē fallere. ¶ *Iſtęc verò vilis eſt.* ʒ Amatoriè. ¶ *Solus eſt homo amico amicus.* ʒ Apollodorus, μόνος γε ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους.

ADRIA. BARL. Cui minus nihilo eſt. ʒ Interdum & diminutio ſapit hyperbolen, vt minus habet quā nihil. ¶ *Beneficiū ei rurſū experiamur reddere.* ʒ Nō

*eſt beneficiũ dare, quod nociturum ſit.* ⁋ *Loquimini mecũ.* ⸗ *Priſcianus in libro de declinationibus. Secũda, inquit, perſona imperatiui, ſimilis eſt indicatiui ſecundæ, quomodo & apud Græcos, amamini, docemini, legimini. Hæc enim tam indicatiuo quàm imperatiuo modo ſimiliter proferuntur. Idque comprobat authoritas. Terent. in Phormione, Dum licet, dúmq; adſum, loquimini mecum. Idem, Cõtemplamini me. Et in Eunucho, Vos me ſequimini.* ⁋ *Bene vortãt.* ⸗ *Bene vertere eſt in vtilitatem vertere. Et malè vertere, in perniciẽ vertere.* ⁋ *Pedetẽtim tamen.* ⸗ *Hoc à Græcis acceptum adagium. Parœmiographus ſic interpretatur: Vbi quis non præcipitanter, atque inconſideratè, ſed ſenſim atq; cũctãter aggreditur negotium, et arte magis rem gerit, quã impetu. Tranſlatum eſt ab his qui cautim ac prætentantes per glaciem, locúmue lubricum ingrediuntur.* ⁋ *Solæ triginta minæ.* ⸗ *Sunt noſtrate pecunia quingenti et vigintiquinque Caroli, ſiue octoginta ſeptem libræ, & decem ſolidi.* ⁋ *Solus eſt homo amico amicus.* ⸗ *Donatus indicat eſſe parœmiam. atque ita Parœmiographꝰ dicit legiſſe ſe apud Apollodorum, cuius vtique Phormio Græca eſt.* μόνος ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους. *Solus nouit diligere amicos. Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiunt, modò gratum faciãt amicis.* ⁋ *Solus eſt homo amico amicus.* ⸗ *Solus Phormio iuuat.*

*Dij bene vortant.*

*Pedetẽtim.*

*Solus eſt amico amicꝰ*

LATOMVS

*Argumentum. Præbent mutuam operam adoleſcentes, & Geta impellitur ad ſubueniendũ*

ARG. PAVL. MAL.

IN hác ſequenti ſcena admonetur Geta de ratione aliqua iucunda, qua poſsit argentum Lenoni à Phædria promiſſum, ſubitò extorqueri, qua in re ſibi Phormionis operam neceſſariam eſſe dicit. Geta hîc pleraque comicè & moraliter exprimit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

DEliberat ſecum Phædria, vnde argentum quo redimat Pamphilam, inueniat.

*Tetrametri omnes, vt ſuperiores. Dimeter vnus.*

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

*QVid faciam? vnde ego nunc tam ſubitò huic argẽtum inueniam miſer,*
*Cui minus nihilo eſt? quòd ſi hic potuiſſet nunc exorarier*
*Triduum hoc, promiſſum fuerat. A. itáne hunc patiemur Geta,*
*Fieri miſerum, qui me dudum, vt dixti, adiuuerit comiter?*
*Quin, cùm opus eſt, beneficium rurſum ei experimur reddere?*
*G. Scio equidem hoc eſſe æquum. A. age ergo, ſolus ſeruare hunc potes.*
*G. Quid faciam? A. inuenias argentum. G. cupio: ſed id vnde, edoce.*
*A. Pater adeſt hîc. G. ſcio: ſed quid tum? A. ah, dictum ſapienti ſat eſt.*
*G. Itáne? A. ita. G. ſanè hercle pulchrè ſuades: etiam tu hinc abis?*
*Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor mali,*
*Ni etiam nunc me huius cauſa quærere in malo iubeas crucem?*
*A. Verum hic dicit. P. quid? ego vobis Geta alienus ſum? G. haud puto:*
*Sed parúmne eſt, quòd omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,*
*Ni inſtigemus etiam, vt nullus locus relinquatur preci?*
*P. Alius ab oculis meis illam in ignotũ hinc abducet locum? hem:*
*Dum igitur diem licet, dúmque adſum, loquimini mecum Antipho:*
*Contemplamini me. A. quamobrem? aut quídnam*

*Phædriæ.* ⁋ *Quid faciam?* ⸗ *Solicitudo Phædriæ.* ⁋ *Pater adeſt.* ⸗ *Verecundè indicat occaſionem fallaciæ.* ⁋ *Alius ab ocu.* ⸗ *Querela ab indigno, & mox grauioris mali denuntiatio ad impellendum Getam.* ⁋ *Plus minúſue.* ⸗ *Prouerbialis figura.* ⁋ *Solus eſt.* ⸗ *Prouerbium.*

*Plus minúſve.*

PETRVS MARSVS.

*Quid faciam?* ⸗ *Adoleſcentium amicitias quæ in ſtudiis illius ætatis vtilitatis gratia tantummodo coaleſcunt, hæc ſcena deſignat. Cicero de Senectute: Pares cum paribus, vetere prouerbio facillimè cõgregantur. Quare fit, vt adoleſcentes ſe plerunque omnes mutuo amore complectantur, idq; quandiu voluptas eorum cõmunis eſt. Ariſtoteles Moralium libro octauo. Adoleſcẽtium amicitiæ voluptatis cauſa inſtitutæ eſſe videntur, nã amant ſecundum affectus: & maximè id ſequuntur, quod voluptatem in præſentia adferat. verũ id ſimul cũ ætate mutatur: ex quo fit, vt citò fiant amici, citóque deſiſtant. Nam ſimul cum voluptate amicitia mutatur, at voluptatis celeris eſt mutatio, & ad amores proni ſunt iuuenes: nam amatoria per affectum & voluptatem plurimum fit amicitia. Itaque amant & citò deſiſtunt, ſæpe eadem die propoſitum mutantes. Delectantur autem hi conuerſatione & vſu: nam per hunc modum amicitia firmatur. Pedetentim, id eſt, cautè & cum diligentia et animaduerſione, ne in grauius periculum incidas. Cicero in Verrem: Quæ tamen à me pedetentim cautéque dicuntur. Nam dicitur pedetentim, quaſi ſuſpenſo pede & tento incedere, quaſi paulatim, vt faciunt*

*Pedetẽtim.*

*riunt cæci, qui ne offendant, paulatim ambulãt.*

GLAREANVS.

*Hi omnes trochaici ſunt tetrame. catalectici. In ſecundo s, eliditur in Minus, niſi creticum loco primo conſtituamus. In quarto, vel Adiunerit, iu, contra naturã corripit, vel triſyllabum totum compoſitum eſt, vel denique creticus eſt loco ſexto. In quinto Ei monoſyllabum eſt. In nono, Itáne tribrachys eſt abſque vltimæ eliſione.*

*In decimo, vel creticus erit locis quarto ac quinto, vel Tuis ac Nihil monoſyllaba ſunt. In vndecimo. Huius monoſyllabum. In tertiodecimo d, eliditur in Quod, niſi amphibrachyn loco tertio dicamus. In quartodecimo s, eliditur in Inſtigemus, alioqui iambicus fiet tetrame. acatalecticus. In quintodecimo magna difficultas eſt, & Aut ducet legẽdum pro Abducet, aut s, in alius elidendum, & Hinc poſt Illam legendum, præterea Meis monoſyllabum, aut denique, quod magis credo, cretici ſunt tertio ac quarto locis. In vigeſimo vel e, corripitur in Vide, vel bacchius eſt loco primo. In vigeſimotertio proceleuſmaticus eſt vel quarto, vel quinto loco. In vigeſimoquarto creticus eſt loco ſecundo, alioqui Tibi abundaret. Vigeſimusquintus, & vigeſimusſextus ita legendi.*

*G. Age age inuentas reddam. P. ô lepidum caput. G. aufer te hinc. P. iam opus eſt.*

*G. Iam feres, ſed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.*

*Vt in priore verſu Te corripiatur, nõ elidatur, & s, in Opus, vt ſit trochæus loco penultimo: quanquam & dactylus nonnunquam illic locum habet, vt s, in Opus non prorſus ſit neceſſe elidi. In ſequente autem vel s, in Opus, vel d, in Sed eliditur. Quarto verò loco erit creticus, niſi i, elidere in Phormionem malimus. Denique d, in Ad eliditur. Quintus à fine iambicus eſt dimeter acatalecticus, ſiquidẽ i, in Abi productè legamus. Sin correptè, quẽadmodũm & ſequente verſu, erit trochaicus dimeter catalecti. vt ille Horatii;*

*Non ebur neque aureum.*

*In quarto, à fine d, eliditur vel in Nunquid, vel in Quod, & Mea monoſyllabum, niſi creticus ſit loco tertio. Item s, in Opus eliditur. In antepenultimo cõiunctio Et, à ſuperiore eliditur verſu, & s, in Intus.*

*facturus cedò?*

P. *Quoquò hinc aſportabit terrarum, certum eſt perſequi,*

*Aut perire.* G. *dij bene vortãt quod agas: pedetentim tamen.*

*Vide, ſi quid opis potes afferre huic.* G. *ſi quid? quid?* A. *quære obſecro,*

*Nequid plus minúſue faxit, quod nos poſt pigeat Geta.*

G. *Quæro: ſaluos eſt, vt opinor: verùm enim metuo malum.*

A. *Noli metuere: vnà tecum bona, maláque tolerabimus.*

G. *Quantum opus eſt tibi argenti? loquere.* P. *ſolæ triginta minæ.*

G. *Triginta? hui, percara eſt Phædria.* P. *iſtæc verò vilis eſt.*

G. *Age age, inuentas reddam.* P. *o lepidum caput.*

G. *Aufer te hinc.* P. *iam opus eſt.* G. *iam feres.*

*Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.*

A. *Præſto eſt: audaciſsimè oneris quiduis impone, & feret:*

SOLVS EST *homo amico amicus.* G. *eamus ergo ad eum * ocyus.*

P. *Abi: dic, præſto vt ſit domi.*

A. *Nunquid eſt quod opera mea vobis opus ſit?* G. *nihil: verùm abi domum,*

*Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſciò eſſe exanimatam metu,*

*Conſolare: ceſſas?* A. *nihil eſt, æquè quod faciam lubens.*

P. *Qua via iſtuc facies?* G. *dicam in itinere: modò te hinc amoue.*

* *ocyus, præſto vt ſit.* A. *Nunq.*

DONAT.

*Senectus ipſa eſt morbus.*

QVID? *qua profectus cauſa?* } *Hæc eſt narratio ſimplex.* ¶ *Senectus ipſa eſt morbus.* } *Apollodorus,* τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. ¶ *Hanc conditionem ſi cui tulero.* } κυριολογία. *quia ferre conditionem alicui dicimus.*

*Ferre conditionem.*

¶ *Te mihi fidelem eſſe æquè.* } *Mirè admiſtum ante completam ſententiam de extraneo, Te mihi fidelem eſſe,&c.* ¶ *Tacebit, dum intercedet familiaritas.* } *Incertum, quando proditum iri ſe dicat: ante, an poſt nuptias.* ¶ *Vt me excutiam.* } *Legitur &, excutiat.* ¶ *Meorũ ſolus ſum meus.* } *Apollodorus,* ἐγὼ γὰρ εἰμὶ μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός ¶ *Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.* } *Virgilius, — donec me flumine viuo Abluero.*

*Donec effecero.*

ADRIA. BARL.

*Lemnum, pro in Lemnum.*

*Hinc es Lemnum.* } *Præter Latinorum conſuetudinem regionis nomini præpoſitionem detraxit. Lemnos inſula eſt vna Cycladũ.* ¶ *Commorabare.* } *Quid illic tam diu hærebas?* ¶ *Senectus ipſa morbus eſt.* } *Prouerbiali figura dictum videtur. Nam in ſenibus vt abſit morbus, ipſa ſenecta per ſe mala valetudo eſt. Eraſmus in carmine, quod ad Gulielmum Copum ſcripſit de ſenectutis incommodis. Senecta, inquit, morbus ingens, nullis arcerive poteſt, pel liue medelis. Hinc Virgilius. Subeunt morbi, triſtiſque ſenectus. Et Iuuenalis de ſenectute, Circũſilit agmine facto morborum omne genus. Idẽ alibi, Sed quàm continuis, & quantis longa ſenectus Plena malis. Idem teſtatur Senari⁹ ille prouerbialis, Metue ſenectutem, non enim ſola venit. Item, Pergraue ſenectus onus mortalibus. Huc alluſit anus Plautina, quæ tarditatem inceſſus excuſans, ait ſe graue pondus geſtare. Tantum, inquit, hoc oneris quod fero. quid oneris? Annos ſeptuaginta & quatuor.* ¶ *Hanc cõditionẽ ſi cui tulero extraneo.* } *Per conditionẽ intelligit filiæ nuptias, quæ recens è Lemno Athenas demigrauerat.* ¶ *Si cui tulero extraneo.* } *Sunt qui vocem extraneus non recipiant in penũ Latinę lingua. Hi nec Terentium ſatis ſtudioſè, nec Cornelium Tacitum legiſſe videntur, quorum poſterior in vita Iulij Agricolæ: Finis, inquit, vitæ eius nobis luctuoſ⁹, amicis triſtis, extraneis etiam, ignotiſque non ſine cura fuit.* ¶ *Ego meorũ ſolus ſum meus.* } *Quidã ita interpretãtur, meorum mihi ſolus ſum amicus.* ¶ *Neq; defeciſcar vnquam.* } *Priſcia. defeciſcor, inquit, defeſſum facit ſupinum, & participium præteriti defeſſus. Terentius in Adelphis, Defeſſus sũ ambulando. Idem in Phormione, Neque defeciſcar vnquam ego experirier. Nam ab eo quod eſt deficior fit defectus participium præteriti.* ¶ *Donec tibi quod pollicitus ſum effecero.* } *Significat ſe eorum nihil prætermiſſurum, quæ pertineant ad filium abſtrahendum à Phanio.*

*Senectus. ipſa morbus eſt.*

*Conditionẽ ferre.*

*Extraneus.*

*Meorũ ſolus ſum meus.*

*Defeciſcor. Defeſſus.*

LATOMVS.

*Argumentum. Aduentus & ſolicitudo Chremetis, ex qua eſt initium ad cataſtrophen amoris Antiphonis. Lemnos, Inſula vna ex nouem Cycladibus.* ¶ *Senectus ipſa.* } *Prouerbium.* ¶ *Conditionem.* } *Nuptias filiæ clàm ſuſceptæ.* ¶ *Vnde fit.* } *Subaudi, filia.* ¶ *Alienus.* } *Scilicet, gener.* ¶ *Sum meus.* } *Id eſt, mei iuris ac poteſtatis. Nam vxori obnoxiũ ſe indicat.* ¶ *Defeciſcat.* } *Deficiam, & facit in præterito defeſſus. author Priſcianus.*

*Meus ſum.*

PETRVS MARSVS.

*Quid? qua profectus cauſa?* } *Vt in ſuperiore ſcena adoleſcentiũ ſolitos cõgreſſus & querelas explicuit, ſic hac ſenũ conuerſationes et colloquia, qualia plerũq; eſſe ſolent, ob oculos ponit. Solent enim ij, præſertim ſi inter eos mutua quædam familiaritas*

## ACTVS IIII. SCENA I.



ARG. ADRIA. BARL.

DEmipho & Chremes colloquuntur, ambo natu grandes. Narrat hic illi cur in Lemno diutius hæſerit: fit & mentio nuptiarum Antiphonis.

ARG. PAVL. MAL.

IN hac ſequenti ſcena continetur Demiphonis & Chremetis fratrum iam annis confectorum congreſsio & colloquutio. Nam Chremes primũ Demiphoni narrat, cur tandiu Lẽni moratus ſit: deinde de ipſis Antiphonis Phaniique nuptiis conſultationem mutuam pertractant.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

REdit è Lemno ſenex Chremes, qui cũ Demiphone fratre conſilium agitat.

*Senarij.*

DEMIPHO, CHREMES.

QVid? *qua profectus cauſa hinc es Lemnũ Chremes?*
*Adduxtin' tecum filiam?* C. *non.* D. *quid * ita non?*
*Poſtquam videt me eius mater hîc eſſe diutius,*
*Simul autem non manebat ætas virginis*
*Meam negligentiam: ipſam cum omni familia*
*Ad me profectam eſſe aiebant.* D. *quid illic tam diu*
*Quæſo igitur commorabare, vbi id audiueras?*
C. *Pol me detinuit morbus.* D. *vnde? aut qui?* C. *rogas?*
SENECTVS IPSA *eſt morbus: ſed veniſſe eas*
*Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.*
D. *Quid gnato obtigerit me abſente, audiſtine Chreme?*

**ita? C. poſt Quàm u*

C. Quod quidem me factum, conſilij incertum facit:
Nam hanc conditionē ſi cui tulero extrario:
Quo pacto, aut vnde mihi ſit, dicendum ordine eſt.
Te mihi fidelem eſſe æquè, atq; egomet ſum mihi,
Scibam: ille ſi me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin ſpreuerit me, plus quàm opus eſt ſcito, ſciet.
Vereórque, ne vxor aliquà hoc reſciſcat mea.
Quod ſi fit, vti me * excutiam, atque egrediar domo,
Id reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus.
D. Scio ita eſſe, & iſtæc mihi res ſolicitudini eſt:
Neque defetiſcar vnquam ego experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero.

* excutiat.

*familiaritas interceſſerit, de omnibus rebus cōmunicare, & auxilia, conſilia ſubinde expetere.* ❡ *Senectus ipſa eſt morbus.* ❳ *Significat hic locus, ipſum ſenium omnium morborum & difficultatum receptaculum eſſe, ad quod veluti in officinam quandam, omne genus morbi confluat, vt illic exerceatur. Deficiunt tunc vires corporis, ſenſus oculorum atque aurium hebeſcit, memoria labat, vigor animi obtunditur. Et ipſa quæ iactatur in ſenibus prudentia, poſtremò in delirationem euadit, vt bis fiant pueri, antequā homines eſſe deſinant.*

*Senectutis incōmoda.*

RIVII *castigatio.*

*Ad me profectam eſſe aiebant.* ❳ Nos ex pleriſque *exemplaribus omittendum ſuſpicamur,* τὸ *eſſe, & quidem ſine detrimento carminis. Sed & ſenſus, illo etiam omiſſo, probè cōſtat. Verùm diſſentiēte manu ſcripto, nihil temere mutare auſim.* ❡ *Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario.* ❳ *Hæc vera lectio eſt. Sed manu ſcriptum, & ex impreſſis Lugdunenſe, Venetum, atque alia pleraque extraneo habent, mendosè videlicet. Eſt autem extrarius idem quod alienus, & nulla generis cognatione aut ſanguinis propinquitate iunctus. vnde paulo pòſt ſequitur, Ille ſi me alienus ad finem volet &c. Per conditionem verò nuptias puellæ clàm ex vxore Lemnia ſuſceptæ intelligit. Hinc & apud Liuium conditionem filiæ quęrere, libro ab Vrbe Condita tertio. Inuenire conditionem apud Plautum in Truculento, Dicam, vt aliam conditionem filio inueniat ſuo. pro aliam filio vxorem quærat. Conditionem accipere apud eundem in Aulularia, vbi Megadorus cum Euclione de filiæ eius nuptiis agens, Tu, inquit, conditionem hanc accipe, auſculta mihi, atque eam deſponde mihi.* ❡ *Neque defeciſcar vnquam ego.* ❳ Nos, *Neque defetiſcar vſque adeò experirier. Sic Priſcianus legit: quomodo etiam aptè quadrat, quod mox ſequitur: Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. Habet ita & manu ſcriptum exemplar. Neque verò dubium, quin ea demum verior ſit & ſyncerior lectio. niſi quis legere malit, vſq; eò, quo Cicero ferè vtitur, vnde facilis ſanè lapſus fuit in illud, quod hodie exemplaria habent. In Veneto eſt: Vnquam adeò experirier.*

*Extrarius.*

*Conditionē venire, quærere, inuenire, accipere.*

GLAREANVS.

*Senarij ſunt. In ſexto legendum Profectam ad me eſſe aiebant. &c, in Illic eliditur. In duodecimo, creticus eſt loco primo. Multa hîc tranſilimus, vt in ſecundo verſu legendum, Quid ita non? In tertio Eius monoſyllabon eſſe. Ita in quinto Meam, niſi quis bacchium loco primo conſtituat.*

## ACTVS IIII. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

TOta hæc ſcena eſt Getæ exultātis duos ſibi ſenes offerri, quos fallere poſsit.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIC Geta contemplatur paraſiti calliditaté, qui quàm primùm intellexit, quánam ratione, quibúſve mediis ab ſene pecunia extorqueri poſsit. Exultat quoq; verſutus ille Geta duos ſibi offerri ſenes, quos fallere facilè licebit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

NArrat Geta, quódnam emungendi ſenes argento conſilium cum Phormione cœperit.

DONATVS.

VENIO *ad hominē.* ❳ *Venuſtè repetitum, hominem.* ❡ *Hunc adoriar hoſpitem.* ❳ *Aſtutè hoſpitem, de eo qui ſuperuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum ſcientia. Salustius, Vitam ſicuti peregrinantes tranſegêre, &c.*

*Hoſpes.*

ADRIANVS BARL.

*Vt dicerem argento opus eſſe.* ❳ *Ad redimendam Phædriæ amicam.* ❡ *Vix. dimidium dixeram, intellexerat.* ❳ *Hinc modò callidum dixit.* ❡ *Hominem ad forum iuſsi operiri.* ❳ *Præpoſitionem Ad eruditi variè vſurpant, ſignificat enim ante. Virgilius: Cunctantem ad limina templi. Aliquando vſque denotat. Liuius, Conſul Romanus in Algido conſecutos ad vnum omnes occidit. Significat in. Cicero ad Atticum. Incumbamus ô Tite ad illa pręclara ſtudia. Significat apud. vt hîc Terentio & Ciceroni ad Atticum. Curius fuit ad me ſanè diu.* ❡ *Quis eſt vlterior?* ❳ *Significat eum qui ſequitur Demiphonē.* ❡ *Petam hinc.* ❳ *A Demiphone.* ❡ *Adoriar hoſpitem.* ❳ *Chremetem vocat hoſpitem, qui recens è Lemno Athenas venerat.*

*Ad variè vſurpatur.*

*Hinc.*

*Hoſpes.*

LATOMVS.

*Argumentum. Indicat Geta quid cum Phormione egerit. ⁋Fieret.} Eueniret. ⁋Gaudebat.} Attende celeritatem narrationis. ⁋Sed eccum.} παρασκευῇ. ⁋Sed quid.} Correptio reſipiſcentis.} Hoſpitem.} Chremetem, καταχρηστικῶς.*

PETRVS MARSVS.

*Ego hominem callidiorem vidi neminem.} Improborum hominum expedita conſilia in fallendis & circunſcribendis probis, detegit hæc ſcena. Hoc genus hominum callidum eſt. hoc eſt, longa aſſuetudine in omne genus nequitiarum exercitatum; vt non admodum graue ſit, vel quamuis paucula mora, technam aliquam & laqueos inuenire, qua improbitati ſuæ ſatisfaciant. Ariſtoteles libro octauo Moralium; negat inter hos amicitiam conſtare poſſe: quia non ad honeſtatem, ſed potius ad vtilitatem & voluptatem tendit.*

*Senarij.* GETA *ſeruus.*

EGO hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormionem: venio ad hominem, vt dicerem
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat: me laudabat: quærebat ſenem:
Diis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phædriæ ſe oſtenderet nihilo minus
Amicũ eſſe, quàm Antiphoni: hominẽ ad forũ
Iuſſi opperiri: eò me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccũ ipſũ: quis eſt vlterior? at at Phædriæ
Pater venit. ſed quid pertimui autem bellua?
An quia quos fallã, pro vno duo ſũt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier?
Petam hinc, vnde à primo inſtitui: is ſi dat, ſat eſt:
Si ab hoc nihil fiat, tũ hũc adoriar hoſpitem.

GLAREANVS.

*Et hi ſunt ſenarij. In octauo, Amicon accuſatiuo Græco n legendum. In nono Opperiri duplici pp, legendum, & Eò monoſyllabum, niſi bacchium loco tertio conſtituamus, quemadmodum carmine ſequenti eſt loco quinto, vt s, tamen in Quis elidatur, & verſu ſequenti loco primo. Nam de Pertimui, non libenter moueo. Id eſt meum iudiciũ, ſequatur quod quiſque velit.*

DONAT. *Quàm mox*

EXPECTO, *quàm mox recipiat ſe Geta.} Ad errorem cumulandum perſona Antiphonis interponitur: vt ei adaucto metu amittendæ vxoris, maior vis fiat repentinæ lætitiæ. ⁋Volup eſt.} Hoc volup nomen eſt, vt hoc facul. Sic enim veteres per* ἀποκοπὴν *loquebantur. ⁋Compluria.} Secũdum regulam locutus eſt. nã hoc complure, & hæc compluria. ⁋Noua hîc compluria.} Sic veteres, quod noſtri dempta ſyllaba complura dicũt. Sic Cato originum ſecundo, Fana hoc loco compluria. Cicero in Protagora, Confirmandi genera compluria. ⁋Credo.} Quia veteres hoc plure, nõ hoc plus dicebant. ⁋Commodum.} Commoda æſtimatio eſt temporis * Commodùm, tantum quod. Lucillius, Quod mihi commodum eſt, aut vda veſtimẽta depoſuerã. ⁋Is qui iſtã.}* ἀποσιώπησις *tertia. deeſt obtruſit nobis, aut defendit, aut quid tale. ⁋Fugitans litium.} Genitiuo caſui vim nominis habet Fugitans iunctum: accuſatiuo, vim participij. ⁋Fugitans litium.} Quaſi quod vult in domino facere, id iam in eo eſſe dicit: præparans hominem ad contemptum pecuniæ quæ poſcetur ſtatim. Dari tibi in manum.} Datur ei in manum, qui ſeparatim accipit ſine arbitro, aut interprete: vt præuaricator, aut iudex corruptus. ⁋Hæc hinc faceſſat.} Pro hinc ſe faciat, id eſt abeat: vt huc ſe faciat, huc accedat, ſignificat. ⁋Hæc hinc faceſſat.} Pro cedat, aliàs, faciat. Ergo duas res ſignificat hoc vnum verbum. An hinc faceſſat, prouerbialiter, quaſi hinc faciat? Plautus, Argentum hinc facite. Huc te fac dicitur, pro huc accede. ⁋Aliquã partem.} Et ſi non totum, vel aliquã partem. ⁋Verba hodie inter nos.} Sic dicebant, iurgium ſignificantes. Propriè verba commutare, eſt quod altercari dicimus. ⁋Quid? nimium: quantum libuit.} Apud quoſdam diuerſæ perſonæ cum verbis ſingulis. ⁋Parui retulit.} Nihil interfuit: vel parũ interfuit, id eſt, nihil profuit. ⁋Nõ ſuſcepiſſe: inuenta eſt quæ dotem petat.} In Græca fabula ſenex hoc dicit, Quid intereſt, me non ſuſcepiſſe filiam, ſi modò dos dabitur aliena? ⁋Sed mihi.}* παρένθεσις *prima. ⁋Sed mihi opus erat.} Indictio doli eſt. nam antè quàm petat, petẽdi cauſam ingerit. ⁋Quæ afferret quî diſſol-*

*Volup.* *Facul.* *Complure.* *Compluria.* *Plure.* *Cõmodũm.* *Tantum quod.* *Fugitans. litium.* *Dare in manum.* *Faceſſat.* *Fac te huc.* *Verba commutare.* *Parui retulit.*

# ACTVS IIII. SCENA III.



ARG. ADR. BARL.

Geta cudit argentum Phædriæ.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequẽti ſcena fallacia prætexitur à Geta, qua hallucinatus ſenex, triginta minas ſit daturus Phormioni, vt vxorem Antiphonis alteri locet. Interea dabitur ſumma Phædriæ, interuentúque nutricis, Phanium à patre ſuo Chremete agnoſcetur, atque ipſi Antiphoni relinquetur.

*Senarij.*

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

EXpecto, quàm mox recipiat huc ſeſe Geta:
Sed patruũ cum patre video aſtantem: hei mihi,
Quàm timeo, aduẽtus huius quò impellat patrẽ.
G. Adibo hoſce. ô noſter Chremes. C. ſalue Geta.
G. Venire ſaluum volup eſt. C. credo. G. quid agitur?
C. Multa aduenienti, vt fit, noua hîc cõpluria.
G. Ita de Antiphone audiſtin' quæ facta? C. omnia.
G. Tún' dixeras huic? facinus indignum Chreme:
Sic circumiri? D. cum hoc id agebam commodùm.
G. Nam hercle ego quoque id quidem mecũ agitans ſeduló
Inueni, opinor, remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? G. vt abij abs te, fit fortè obuiam
Mihi Phormio. C. qui Phormio? G. is, qui iſtam. C. ſcio.
G. Viſum eſt mihi, vt eius tentarẽ ſententiã:
Prehendo hominem ſolum. cur non inquam, Phormio
Vides, inter vos ſic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis eſt, & fugitans litium:
Nam cæteri quidẽ hercle amici omnes modò
Vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret.
A. Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? G. an legibus
Daturum pœnas dices, ſi illam eiecerit?
Iam id exploratum eſt: eia ſudabis ſatis,
Si cũ illo incœptas homine: ea eloquentia eſt.
Verùm pone eſſe victũ eum, at tandem tamẽ
Non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ.
Poſtquam hominẽ his verbis ſentio mollirier:
Soli ſumus nunc hîc inquam, eho dic quid velis dari

*qui diſſoluerem.} Quia ſi opum cauſa habẽdatum dotatam quæreret, minor eſſet neceſſitas captandæ opulentioris: æs alienum addidit, cui rei nihil opponi poteſt. ¶ Ab hac accipio quæ ſponſa eſt mihi.} Mirè accipio: non, accepturus ſum. Et definitum modum ponit, ne de ſumma dotis ſuperſit diſputatio. ¶ Vtrum ſtultitia facere.} παρέλκον tertium. hoc idẽ enim valet Vtrum quod An. ¶ Scientem, an imprudentem.} ἀντίθετον ſecundũ. nam ſcienti imprudentẽ reddidit. ¶ Quid ſi animã debet?} Græcum prouerbium, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλει. ¶ Ager oppoſitus eſt pignori ob decẽ minas.} Aſtutè non protinus triginta minas dixit, ſed paulatim colligit, vt partibus congeſtus in ſumma ſenex minus grauetur. nam ſi ſemel diceret, deterreret parciſſimum ſenem. Denique auditis decem minis, ſtatim reſpondet Dabo. conceduntur ab alio decem. de reliquis ſupereſt dubitatio. nam difficilis ad dandum. ¶ Sumptum ad nuptias.} Opus eſt, ſubauditur. ¶ Pone ſanè inquit decẽ minas.} Bene ſanè: quaſi plus quiddã exigat, ſed hoc contẽtus ſit. ¶ Sexcẽtas proinde potius ſcribito iam mihi dicas.} Perſpicere hinc licet conſuetudinem vtriuſq; ſermonis. nam Apollodorus μυρίας dixit, pro multis. Et vt apud Græcos μυρία, ita apud nos ſexcẽta dicere pro multis, vſitatum eſt. Cicero, Sexcẽta poſſum decreta proferre. ¶ Mea cauſa eiicitur: me hoc eſt æquum amittere.} Ratio cur ipſe viginti dare debeat minas, dante Demiphone decem. ¶ Quantum potes me certiorem.} Feſtinat Geta: ſcit enim dixiſſe lenonem, Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dãdum eſt. ¶ Quæ quidem illi res vertat malè.} Non deſinit poëta oſtendere auaritiam Demiphonis, qui nec ideo libẽter fert dari aliquid Phormioni, quia ſic commodum ei eſt. Virgilius: Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos. ¶ Mecum argentum attuli.} Comicũ. Argẽtum præſto eſt, & cauſa additur cur præſto, & vnde ſit. ſimul iracundiæ vxoris, & iurgio præparatur locus. ¶ Fructum, quem Lemni, &c.} Et Lemni, & Lemno legitur. ¶ Reddunt prædia.} σχῆμα ἐπεξήγησις. Et propriè de fructu, reddunt. ¶ Id ſumam.} Non fructum, ſed argẽtum. ¶ Id ſumam.} Impendam. vnde & ſumptus dictus. ¶ Vxori, tibi opus eſſe, dixero.} Bene eſſe non fuiſſe: ne iam repetendũ videretur. ¶ Opus eſſe, dixero.} Adiunctiuum, pro pronuntiatiuo. vt in Eunucho, Perculeris iam tu me.*

*Accipio. Definitus modus. Vtrum. Sciens. Imprudẽs. Animam debet. Sanè. Myria. Sexcenta. Vertat illi malè. Fructũ reddũt prędia. Sumo, pro inſumo. Sumptus. Adiunctiuũ, pro prõnũtiatiuo.*

ADRIA. BARL.

*Venire ſaluum volup eſt} Apocope, pro voluptati eſt. ¶ Noua hîc compluria.} Priſcianus. Plus videtur cõparatiuũ eſſe multi. ſed ſingularis nominatiuus non inuenitur, niſi neutri generis. pluralis verò inuenitur etiam communis: vt hi & hæ plures & hæc plura. Antiqui tamen & pluria dicebant. Vnde Terẽtius in Phormione Compluria. Item, Inueniuntur quædam, quæ obliquos caſus communes poſſident, quamuis nominatiuus non ſit communis, vt plus, cũ ſit nominatiuus neutri duntaxat, genitiuus eius cõmunis eſt trium generũ, nec non datiuus & ablatiuus. ¶ Id agebam commodùm.} Hoc eſt, id tantùm agebam. vt commodum hîc aduerbium ſit. Eadem vox aliquãdo ſignificat idẽ quod in tẽpore, vt ſi dicas, Cùm Terentianã editionem iam adornarem, commodùm allatus eſt liber tuus. ¶ Is qui iſtam.} Apoſiopeſis eſt, ſubaudi obtruſit nobis, aut defendit, aut aliud quippiam. ¶ Liberalis eſt.}*

*Volup eſt. Cõpluria. Cõmodùm, pro Tãtùm*

Tibi in manum, vt herus his deſiſtat litibus,
Hæc hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies.
A. Satin' illi dij ſunt propitij? G. nã ſat ſcio,
Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris:
Vt eſt ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. D. quis te iſtæc iuſſit loqui?
C. Imò non potuit melius peruenirier
Eò, quò nos volumus. A. óccidi. C. perge eloqui.
G. *A primo homo inſanibat. C. cedò, quid poſtulat?
G. Quid? nimium: quantum libuit. C. dic. G. ſiquis daret
Talentum magnum. C. imò malum hercle: vt nihil pudet!
G. Quod dixi adeò ei: quæſo quid ſi filiam
Suam vnicam locaret? parui rettulit
Non ſuſcepiſſe: inuenta eſt quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittã illius ineptias:
Hæc denique eius fuit poſtrema oratio.
Ego inquit, iam à principio amici filiam,
Ita vt æquum fuerat, volui vxorem ducere.
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum,
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat (vt apertè tibi nunc fabuler.)
Aliquantulum quæ afferret, quî diſſoluerem
Quæ debeo. *& etiam nũc, ſi volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio quæ ſponſa eſt mihi:
Nullam mihi malim, quàm iſtanc vxorẽ dari.
A. Vtrũ ſtultitia facere ego hunc, an malitia,
Dicam: ſcientem, an imprudentem, incertus ſum.
D. Quid ſi animam debet? G. ager oppoſitus eſt pignori
Ob decem minas, inquit. D. age age iam ducat, dabo.
G. Aediculæ item ſunt ob decem alias. D. hoi, hui.
Nimium eſt. C. ne clama: petito haſce à me decem.

*At
*ac

Fugitans litium.
Vno ore, pro ſummo conſenſu.
Præcipitem dare.
Pone, pro finge.
Aequi boniq; ſi partem aliquã ſi dixeris.
Verba commutare.
Tria verba, pro paucißimis.
Talentum magnum.

*Præparat Demiphonem ad contemptum pecuniæ, quæ mox petetur. ¶ Fugitans litium. ❡ Diomedes libro primo. Quædam nomina forma participiorum poſita, genitiuo caſui iunguntur, vt patiens laboris, negligens amicorum, appetens pecuniæ, fugitans litium. ¶ Vno ore. ❡ Pro ſummo conſenſu, paßim apud authores eſt obuium. In Andria, Vno ore omnes omnia bona dicere. Cicero de amicitia. De cuius, inquit, vtilitate omnes vno ore conſentiunt. ¶ Vt præcipitẽ hãc daret. ❡ Exturbaret ex ædibus. Nam in caput præcipitari ſiue impelli, hoc eſt præcipitem dari, dicebant eum, qui per ſummam contumeliam expelleretur, vel potius qui funditus perderetur. ¶ Hæc hinc faceſſat. ❡ Antiqui dicebant, pro hinc ſe faciat & abeat. ¶ Pone eſſe victum eum. ❡ Pone Græcè tithi, quod vel fac, vel finge dicimus. ¶ Si aliquam partẽ æqui boniq; dixeris. ❡ Id eſt, ſi ad rationem venire volueris. ¶ Tria non commutabitis verba. ❡ Antiqui iurgiũ ſignificabant hoc loquendi modo, quo & in Andria eſt vſus Terentius. ¶ Tria non commutabitis verba. ❡ Tribus verbis pro paucißimis dicere parœmiograph⁹ adnotauit olim prouerbiale fuiſſe. D. Hieronymus: Tribus, vt aiunt, verbis rem iſtam grandem diſſoluiſti. Item ſeruus Terentianus negat ſenẽ & paraſitum tria verba inter ſe cõmutaturos. ¶ Si quis daret talentum magnum. ❡ Talentum magnum octoginta libras valebat. Minus autem ſexaginta, vt annotauit Eraſmus adagio Pelopis talenta. Itaque talentum magnum ad noſtram monetam reductũ, valet mille & quadringentos Carolinos. Cæterùm Budæus in libro de aſſe citat Priſcianum, qui talentum magnum octoginta tres minas & quatuor vncias cõſtituiſſe affirmat, vſu locupletißimo teſte, nempe Liuio libro quarto de bello Macedonico. Proinde talentũ magnum propriè mille quadringentos & quinquaginta octo renenſes æquiualet, hoc eſt, ducentas quadraginnta tres libr. Flãdr. ac quatuor groſſos. Quidã putãt magno talẽto cõtineri pecuniæ noſtratis mille & ſexcẽtos Carolos. Multa Budæus ſcripſit de talento. ¶ Ego, inquit à principio amici filiam. ❡ Mimeſis eſt. ¶ Quid ſi animã debet? ❡ Animã debere dicimus, qui immodico ære alieno tenetur, ac denique ſeipſum debeat. Erat enim antiquitus lex, vt qui ſoluẽdo non eſſet, is nexus addiceretur creditori, luiturus corpore, id eſt, opera, quod ære non poſſet. Extat apud Gelliũ lex duodecim tabularum, quæ iubebat diſſecari corpus eius, qui multis creditoribus deberet, nec eſſet ſoluendæ rei. Ex Chiliad. ¶ Parui rettulit nõ ſuſcepiſſe: inuẽta eſt quæ dotẽ petat. ❡ Don. adnotauit in Græca fabula ſenem hoc dicere. Quid intereſt me nõ ſuſcepiſſe filiam, ſi modò dos dabitur aliena? ¶ Oppoſitus eſt pignori. ❡ De pignore Budæus in annotationibus ſic habet. Pignus eſt quod Græcè hypotheca, quaſi obligationi ſuppoſitum dicitur, vel quaſi ob fidem debiti ſuppoſitum, quod Latinè pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quàm de re mobili dicitur. ¶ Ager oppoſitus eſt pignori ob decẽ minas. Aediculæ item ob decem alias. ❡ Authore Donato aſtutè non protinus triginta minas dixit, ſed paulatim colligit, vt partibus cõgeſtis in ſumma ſenex minus grauetur. Totum enim ſi ſemel diceret, deterreri poſſet vitio ætatis impẽdio parcus, nimiúmque ſordidus Antiphonis pater. ¶ Pluſcula ſupellectile opus eſt. ❡ Priſcianus oſtendere volens, à plus diminutiuam

Animam debet.
Pignus.
Hypotheca
Pignori opponere.
Pluſculus.

G. Vxori emunda ancillula eſt: tum autem pluſcula
Supellectile opus eſt: opus eſt ſumptu ad nuptias:
His rebus pone ſanè, inquit, decem minas.
D. Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas.
Nihil do: impuratus me ille vt etiã irrideat?
C. Quæſo, ego dabo, quieſce. tu modò filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. A. hei mihi
Geta, occidiſti me tuis fallaciis.
C. Mea cauſa eiicitur: me hoc æquum eſt amittere.
G. Quantũ poteſt me certiorem, inquit, face.
Si illam dant, hanc vt omittam, ne incertus ſiem.
Nam illi mihi dotẽ iam conſtituerunt dare.
C. Iam accipiet, illis repudium renuntiet,
Hanc ducat. D. quæ quidem illi res vortat malè.
C. Opportunè adeò nunc argentum mecum attuli,
Fructũ, quẽ * Lemni vxoris reddunt prædia.
Id ſumam, vxori, tibi opus eſſe, dixero.

* Lemno

diminutiuũ duci voce pluſculus, citat hæc verba ex Phormione. ¶ Pone inquit decem minas. ⁋ Eleganter dixit pone pro numera. Sumptum ab his qui calculis poſitis ac ſubductis, conficiunt rationẽ. ¶ Sexcentas proinde potius ſcribito. ⁋ Sexcentas prouerbiale eſt pro multis. Adrianus Cardinalis, Sexcentis locis, ſexcentos habes tabellarios, & alia huiuſmodi, hoc numero vtebantur literati viri felicis ſeculi illius, cùm prægrandem numerum explicare volebant. ¶ Quantum potes me certiorem inquit facito. ⁋ Feſtinat Geta memor dixiſſe lenonẽ, Mea lege vtar, vt potior ſit qui prior ad dandum eſt. ¶ Quæ quidem illi res vortat malè. ⁋ Non deſinit poëta oſtendere auaritiam Demiphonis. ¶ Reddunt prædia. ⁋ Donatus adnotat eſſe ſchema epexegeſim, hoc eſt, antè dictorũ expoſitionem. ¶ Id ſumam. ⁋ Pro impendã dixit. Inde ſumptus.

Pone. Sexcenti. Epexegeſis. Sumo.

LATOMVS.

Argumentum. Geta dolo extorquet argentum à ſenibus, & Antipho in metum cõiicitur, quæ eſt eius periculi epitaſis. ¶ Cur non. ⁋ Proſopopœia callidè fingentis ſe ſedulò egiſſe cum Phormione. & totum principium comparatum eſt ad beneuolentiam, vt facilius obtineat quod intendit. ¶ Daturum pœ. ⁋ Occupatio, & mox ſolutio à perſona. ¶ Occidi. ⁋ Tacita exclamatio perculſi ob dictum Chremetis. ¶ Talentum magnum. ⁋ Octoginta librarum erat. minus ſexaginta. ¶ Ita vt æ. ⁋ Honeſta ratio à perſona. ¶ Dica. ⁋ cauſa, actio. Et dicam ſcribere, eſt formulam intendere, & certa lege agere apud iudicem. ¶ Sexcentas. ⁋ Prouerbialiter dictum eſt, pro, multas, ex vſu illorum temporum.

Dicam ſcribere.

PETRVS MARSVS.

Expecto. ⁋ Doloſi hominis & callidi ſimulatoris qui mendaciis & dolis rem ſuam agit, perfidiam, malitiam, improbitatem hæc ſcena exprimit. Ab his enim hominibus difficillimè quiſpiam ſibi cauere poteſt, quia ſpe vtilitatis & amicitiæ fallere didicerunt, Idque non dolo tantùm malo, ſed peſſimo. Et ergo bene Seruius iureconſultus, eiuſmodi dolum machinationẽ interpretatur alterius decipiendi cauſa, cùm aliud ſimulatur & aliud agitur. Labeo calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum & decipiendum, dolum eſſe dixit. Sed quia pauci ſunt, in quibus non verſetur ipſe dolus, ideo boni perpauci ſunt: quoniã bonus eſt, qui nemini nocet. ¶ Mala gratia. ⁋ Gratia ex hoc loco cognoſcitur eſſe ex iis vocabulis, quæ à grammaticis dicuntur media, hoc eſt quæ in bonam, & in malam partẽ interpretationem ſuſcipiũt. Eſt ergo mala gratia, quæ per ſimultatem, diſsidium, & animorum contentionem ad finem perducitur: vt quoties in iudicio multis litibus res peraguntur, dicuntur mala gratia componi. ¶ Fugitãs litium. ⁋ Nomen pro participio, hoc eſt, qui iudiciũ ſubire non vult, contentiones forenſes detractat, & mauult diſpendiũ aliquod pecuniarum incurrere, quàm dubiũ litis euentũ experiri. ¶ Præcipitem hanc daret. ⁋ Ex ædibus eiiceret. ¶ Dij ſunt propitij. ⁋ Hoc eſt, dubito an furioſus ſit, nũmque illi mentẽ dij ademerint. ¶ Tria non commutabis. ⁋ Id eſt, vix tribus verbis ages.

Dolus malus. Gratia mala.

RIVII.

Saluum venire volupe eſt. ⁋ Donatus volup legit, caſtigatio. Hoc volup, inquit, modò eſt, vt hoc facul. Sic enim veteres per apocopam loquebantur. Ita ille. Reperitur apud Plautum atq; Ennium hæc particula, cuius & Nonius meminit. ¶ Ego inquit à principio amici filiam. ⁋ Nos, iam à principio, quo modo habent manu ſcripti codices, eſtque cùm elegantius, tum magis Terentianum. ¶ Aliquantum quæ adferret, quî diſſoluerem. ⁋ Nos legendum ſuſpicamur aliquantulum, vt vetuſtiſsima quæque ex impreſsis, idem expoſcente ratione metri. licet exemplaria refragentur calamo deſcripta, quæ ſi ſequi malis, erit in ſecunda regione carminis ſpondeus, nulla facta vocalis aut diphthõgi potius eliſione: quod interdum apud Comicos fieri, initio huius libelli oſtendimus. ¶ Si illam dant, hanc vt amittam, ⁋ Nos, mittam, ex Haſſenſteniano, quod & ſenarius exigit. Ponitur autem pro omittam κατὰ ἐναλλαγὴν figuræ. ¶ Iam accipiat, illis repudium renuntiet. ⁋ Nos ex manu ſcriptis, & quibuſdam impreſsis, Iam accipiet: videlicet modo indicatiuo, vt ſit ſenſus: Iam dabitur ei quod poſtulat. Deinde, illis repudium renuntiet, modo imperatiuo. Iubet enim nuntium remittere ſponſæ à qua dotem accepturus erat.

Volup, pro volupe. Facul, pro facultas.

GLAREANVS.

Carmina ſunt trimetra iambica. In tertio verſu Huius diſyllabum eſt. In nono, m, non eliditur in Circum. In decimoquarto, Eius diſyllabum. In decimooctauo, s, eliditur in Herus. In viceſimo, creticus eſt loco tertio. In viceſimoprimo, d, eliditur in Quid, niſi bacchium loco primo conſtituamus. In viceſimoſexto, Eius monoſyllabum. In viceſimooctauo, s, eliditur in Sumus, & creticus eſt loco quinto. In triceſimotertio, vel Vt à ſuperiore carmine eli-

*ditur, eliſo, s, in Dixeris, vel eſt bacchius loco primo. In trigeſimoſeptimo, At initio legendum, non. A. In quadrageſimo, Ei diſyllabum, & in proximo Suam diſyllabum.*

*In quadrageſimotertio, vel bacchius eſt loco primo, vel legendum Ad pauca vt redeam, & Illius triſyllabum eſt, & in quadrageſimoquarto, Eius monoſyllabum, Ita in quadraſimoſeptimo. In quinquageſimo, Ac pro Et legendũ. Nam Debeo primã producit. In quinquageſimoquarto, s, eliditur in Incertus, & in quinquageſimoquinto, in Oppoſitus. Et in quinquageſimoſexto, Ob eliditur ab ſuperiore verſu. Et in quinquageſimoſeptimo, Hui diſyllabum. Et in quinquageſimooctauo, Te corripitur, non eliditur. In quinquageſimonono, bacchius eſt loco quarto. ſiquidẽ Ancillula ἀποκοειςικῶς rectè legitur. Sexageſimo, Donatus videtur legiſſe ad hunc modum,*

*Supellectile opus eſt, & ſumptu ad nuptias.*

*Alioqui, vt vulgò legitur, s, in priore opus eliditur. In ſexageſimoſecundo, Iam tollitur meo quidem iudicio, & creticus loco ſecundo. In ſexageſimoſeptimo, vel Mea monoſyllabum, vel bacchius eſt loco primo. In antepenultimo legendum Mecum ante Argentum.*

DONAT. *Emungere argento. Emunctus homo. Satín' id eſt?*

EMVNXI *argento ſenes.* ʒ *Mirè: cùm econtrario dicatur emunctus homo, elegans & facetus. vt Horatius de Lucilio. Emũctæ naris inquit.* ⁋ *Satín' id eſt?* ʒ *Hoc eſt, ídne tibi videtur ſatis eſſe ad miſerias meas? An quaſi εἰρωνικῶς dicit, vt dicere ſolemus, Bene habet nunc: aut, Feciſti certè quod debuiſti. Ideo autẽ ſubambiguè locutus eſt, vt nequaquam poſſet aliter interpretari à Geta, qui reſpondebit, Neſcio hercle, tantùm iuſſus ſum.*

*Vlcus tangere.* ⁋ *Vlcus tangere.* ʒ *Prouerbiale: nõ εἰρωνικῶς dixit.*

*In neruum ire.* ⁋ *In neruum potius ibit.* ʒ *Decipiet: à prouerbio tracto à ſagittariis: cùm vis, conatúſque tendentis arcum non in volatum teli, ſed in ruptionem nerui expetatur.* ⁋ *Tu id quod boni eſt, excerpis.* ʒ *Honeſtè excerpis dixit.*

*Excerpere.* *& attende quemadmodũ dicat excerpi bona, quibus non vtatur.* ⁋ *Ante brumam.* ʒ *Arte irriſit homines Terentius, quibus religio ſit aggredi negotium aliquod diebus decreſcentibus.*

*Gallina cecinit.* ⁋ *Gallina cecinit.* ʒ *Obſtetricũ eſt: in qua domo gallina canat, ſuperiorem marito eſſe vxorem.* ⁋ *Interdixit hariolus.* ʒ

*Hariolus.* *Hariolus eſt, qui diuina mẽte vaticinatur. dictus hariolus quaſi fariolus, à fatis & à fando.*

*H, pro F. F. pro H.* *H, enim pro F, & item F, pro H in multis locutionibus mutabantur. An ab halando? nã halitu ſolẽt excludere velut mortalẽ animã, vt diuinã recipiãt. vnde et vocẽ eiuſmodi dabãt, quæ eſt OE: quòd OE ſonus exhalandi vim præſtat.*

*Oe.* ⁋ *Ante brumam.* ʒ *Quòd ante brumã dies decreſcere incipiãt.*

*Haruſpex. Haruga.* ⁋ *Haruſpex venit.* ʒ *Haruſpex, ab haruga nominatur. nam haruga dicitur hoſtia, ab hara in qua concluditur & ſeruatur.*

*Hara.* *hara autem eſt, in qua pecora includuntur. Plautus, Ruſticus hircus, hara moſtellaria.* ⁋ *Fient me vide.* ʒ

*Me vide.* *Reſpice vultus mei fiduciam. ſic Græci (nam aliter Latini) ſiquidem quia nullum periculum eſt.* ⁋ *Me vide.* ʒ *Quia in iure promittit, & interponit ſuam fidem: quod nos dicimus, Me habes.* ⁋ *Vide.* ʒ *Reſpice.*

*Me habes.*

## ACTVS IIII. SCENA IIII.



ARG. ADR. BARL.

OBiurgat Antipho Getam, cuius opera ſe in periculum veniſſe putat ne extrudatur coniunx. Idem ab eodem placatur.

ARG. PAVL. MALLEO.

HIC Antipho planè perturbatus, in Getam ſtomachatur, debacchatúrq;, vtpote qui ſibi, vt putat, ex re fermè tranquilla, turbulentiſsimá reddiderit, tandem tamẽ miris ipſum perſuaſionibus Geta demulcet, & placabiliorem efficit. ADDITIO, Ad intelligentiam illius Getæ dicti in calce huius ſcenæ poſiti. Quod res poſt illa, &c. Attende in primis, Getam per totá Comœdiam à Poëta introduci callidiſsimũ & verſipellem, qui pallium ad omnem ventum flectere nouit. Is nunc Antiphoni perſuadet ob huiuſmodi portenta in auſpicandis nuptiis incidẽtia, eas nuptias facilè poſſe, ſi non euitare, ſaltem, dum argentum à ſenibus emungatur, protelare. Ater alienus canis, hoc funeſtas fore nuptias portendebat anguis per impluuium decidens de tegulis intoxicationé: gallina canens vxorem marito ſuperſtitem fore. Ariolus eſt, qui diuina quadam mente vaticinatur, dictus quaſi fariolus, à fando. Haruſpex ab haruga, id eſt, ab hoſtia nominatur. Ante brumã, &c. Hîc deridet Poëta dierum obſeruatores, & ſuperſtitioſos.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

NArrat Geta Antiphoni, quomodo emunxerit ſenes argento.

ADRIA. BARL.

*Emunctus.* *Emunxi argento ſenes.* ʒ *Horatius in arte poëtica. Pythias emũcto lucrata Simone talentum. Acron, emuncto, deluſo. Sic & hoc in loco, Emunxi ſenem argento.* ⁋ *Satín' id eſt?* ʒ *Satiſne hoc tibi eſſe videtur ad meas miſerias?*

*Aliud ac.* ⁋ *Aliud mihi reſpõdes ac ro.* ʒ *Aliud cum ac eleganter iũgitur. Sic & Cicero, Lux denique longè alia eſt ſolis, ac lychnorũ. Idem, Quid ergo hi poſſunt aliud iudicare ac iudicauerũt? Cæſar in commenta. Qui longè alia ratione ac reliqui Galli bellum gerunt. Vatinius Ciceroni. Longè alia conditione ego ſum ac cæteri imperatores.*

*Ad reſtim mihi res redit.* ⁋ *Ad reſtim mihi quidem res redit planiſsimè.* ʒ *Summã rerum deſperationem ſignificamus hoc adagio. Quidam enim deſperantes ad laqueum ſolent confugere. Iuuenalis carmen eſt, Ferre potes dominam ſaluis tot reſtibus vllam? Eodem pertinet etiam illud, Suſpendio arbor deligenda.* ⁋ *Si quid velis, huic mãdes, quod quidem rectè curatum velis.* ʒ *Ex Adelphorum comœdia repetitur: Illic Demeæ eſt in Syrum.*

*Ad ſcopulum è tranquillo.* ⁋ *Ad ſcopulum è trãquillo inferat.* ʒ *Allegoria eſt hoc ſenſu. Qui tuam nauem feliciter euntem cautibus illidat, ſcopulóque infigat*

Vlcus tangere.

lóq; inſigat acuto. ¶ Hoc vlcus tangere. ﹜ Parœmiographus, Tangere, inquit, vlcus eſt mouere dolorem, eiúſque rei mentionẽ facere quæ nos magnopere vrat. Hic meminit hiſtoriæ de Octauio Auguſto qui filiarũ & nepus infamem vitam morte ipſa grauius tulerit. nec eas vnquã aliter nominare conſueuerit quàm tres vomicas, aut tria carcinomata ſua. nimirum quòd earum non ſine magno dolore ſuo recordaretur. ¶ In neruum potius ibit. ﹜ Parœmiographus his verbis enarrat. Dictum eſt autem, In neruum ibit. pro eo quod eſt, in vincula ibit. Antiquitus enim qui ſoluendo non eſſent, vincti tradebantur creditoribus, donec opera compenſarẽt creditam ſummam. Veretur enim adoleſcens amator, vbi eum in locum traheretur Phormio, vt aut puellam domum ducere cogeretur ex pacto, aut certè pecuniam acceptam renumerare, ni faciat vinciendus, & iuxta leges corpore luiturus, quod ære non poſſet: ſibi magis cõſulturum illum, vt vel prodat omne cõmentum, vel verè mulierem abducat. Mihi non probatur quod Donatus, aut quiſquis is fuit interpres Phormionis Terentianæ, dicit in neruum ire, id eſſe quod decipere, & à ſagittarius ſumptam metaphoram. Cùm enim dicimus in neruum ire, neruus genus vinculi eſt, quo pedes, aut ceruices impediuntur. Hinc illud Catonis, quod citat Gellius in Noctibus ſuis: Fures priuatorum furtorum in neruo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.

In neruum ire.

¶ Quot res? poſt illa, monſtra euenerunt mihi. ﹜ Ob hæc monſtra, inquit, differentur nuptiæ. ¶ Ater alienus canis. ﹜ Id funeſtas fore nuptias portendebat.

Canis ater.

p. Senarij.

ANTIPHO, GETA.

GEta. G. hem. A. quid egiſti? G. emunxi argento ſenes.
A. Satin' id eſt? G. neſcio hercle: tantum iuſſus ſum.
A. Eho verbero, aliud mihi reſpondes, ac rogo?
G. Quid ergo narras? A. quid ego narrem? opera tua
Ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſumè:
Vt te quidem omnes dij, deæque, ſuperi, inferi
Malis exemplis perdant: hem, ſi quid velis,
Huic mandes, quod quidẽ rectè curatũ velis,
Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat.
Quid minus * vtibile fuit, quàm HOC VLCVS tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta eſt ſpes patri
Poſſe illam extrudi: cedò, nunc porrò Phormio
Dotem ſi accipiet, vxor ducenda eſt domum.
Quid fiet? G. non enim ducet. A. noui: cæterùm
Cùm argẽtum repetent, noſtra cauſa ſcilicet
In neruum potius ibit. G. NIHIL EST Antipho,
Quin malè narrando poſſit deprauarier:
Tu id quod boni eſt, excerpis: dicis quod mali eſt.
Audi nunc cõtrà iam: ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt vxor, vt ais: concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi, ſacrificandi dabitur paululum:
Interea amici, quod polliciti ſunt, argentum dabunt.
Id iſtis reddet. A. quamobrem, aut quid dicet? G. rogas?
Quot res? poſt illa, monſtra euenerunt mihi:
Introiit in ædes ater alienus canis:
Anguis per impluuium decidit de tegulis,
Gallina cecinit: interdixit ariolus,

¶ Anguis per impluuiũ decidit. ﹜ Hoc futurum ſignificabat, vt coniugum alter veneno necaretur. Apud veteres anguis delapſus in cuiuſpiam domum, totius familiæ interitum ſignificabat.

Anguis per impluuium decidens.

¶ Gallina cecinit. ﹜ Gallinæ cantus indicabat marito vxorem fore ſuperſtitẽ. ¶ Ante brumam. ﹜ Superſtitionẽ hominum ridet Poëta, dies obſeruantium, quibus religio eſſet aliquid noui operis incipere.

Gallina cecinit.

Dierũ obſeruatio ridetur.

LATOMVS.

Argumentum. Expoſtulatio Antiphonis cum Geta, & mox cõfirmatio. ¶ Ad reſtim. ﹜ Dictum deſperantis, & eſt prouerbium. ¶ Vlcus tãgere. ﹜ Prouerbium de eo qui importuna mentione alicuius rei offendit. ¶ Monſtra. ﹜ Proſopopœia fictè cauſantis omnium dicacitatem, & eſt faceta irriſio eorum qui ſe huiuſmodi ſuperſtitionibus adligabant. ¶ Ante brumam. ﹜ Diebus decreſcentibus, qui religioſi habebantur.

*vtile

Dies decreſcentes.

PETRVS MARS.

Geta. ﹜ Hariolos & haruſpices qui ex rebus contingentibus & caſualibus, ſiue à fortuna pendentibus, aliquid certi & conſtituti conſtituunt, deridet hæc ſcena. Et meritò ſanè ſuperſtitioſos iſtos impoſtores inceſſunt omnes: nam ſi ad illorũ obſeruationes vitam degeremus, fieri non poſſet, vt vnquam tranquilla mente & ſedato animo pedem extra limem proferremus. Ad reſtim res rediit, hoc eſt, ad laqueum. Nam amatores qui non poſſunt amatu compotiri, propter amoris impatiẽtiã, laqueo vitã deponere ſolent. ¶ In neruũ potius ibit. ﹜ Hoc eſt incarcerandũ ſe cõmittet. Mõſtra ſunt, quæ aliquid portẽdunt, & plerunq; malũ, vnde quis dira ominari poſſit. ¶ Introiit in ædes. ﹜ Ex ſuperſtitione veterum hoc dicit: nã bis de cau-

Reſtis.

Monſtra.

Aruſpex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotij incipere. quæ cauſa eſt iuſtiſſima.
Hæc fient. A. vt modò fiant. G. fient:
me vide.
Pater exit: abi, dic eſſe argentum Phædriæ.

*Canis alienus intrans ædes.* *Anguis per impluuium decidens.* *Gallina canens.*

*ſis, nuptiæ ne fieri poſſent, probibebãtur. Et alienus canis intrans ædes, ſignificabat adulterum, qui lectum connubialem conſpurcaret. Anguis per impluuium immiſſus, veneni præparatione, quod alteri cõiugatorum alter exbiberet. Gallina canens, maritum perditurum imperium virile, & iuſsibus vxoris auſcultaturum.*

RIVII CASTIGATIO.

*In ſcopulũ inferre.*

*Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat.* ⸧ *Hic verſus non eſt in omnibus manu ſcriptis. Eſt autem velut prouerbialis loquutio, qua & Titus Liuius vtitur octauo Bel. Aſiatici: Tum illam tempeſtatem coortam, quæ ad Antiochũ ſicuti in ſcopulum intuliſſet.* ⁋ *Interea amici quod polliciti ſunt &c.* ⸧ *Nos, Interea quod ſunt polliciti argentũ, dabunt, Id iſtis reddet. Ita ſpectatæ fidei codices, & melior ſanè fuerit verſus. Porrò aliquis locum explanare volens adieciſſe videtur Amici, cùm id quidẽ ex ſuperioribus intelligi poſſit.* ⁋ *Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reiiciat.* ⸧ *Vnum ex manu ſcriptis voluminibus habet Ne ſi altera illa & cæt. quod & ipſum probè quadrat. Nos reliquimus vulgatam lectionem, quæ & elegantior eſt, &, vt puto, verior.*

GLAREANVS.

*Et hi verſus ſunt ſenarij, vt prioris ſcenæ. In verſu ſecundo, s, eliditur in Iuſſus. In quinto, Ad eliditur ad ſuperius carmen. In ſexto, vel Deæ monoſyllabum eſt, vel amphibrachys loco quarto. In octauo, vel d, in Quod eliditur, vel bacchius eſt loco tertio. Ita in* XIII. *vel legendum,*

*Quid fiet.* GE. *Non ducet enim.*

*vel bacchius eſt loco tertio. In viceſimoſecundo, carmen ita authore Riuio legendum, quæ lectio placet,*

*Interea, quod ſunt polliciti argentum, dabunt.*

*Et Amici intelligitur, quod aliquis inſulſit, explere cupiẽs ſententiam. In viceſimoſexto, creticus eſt loco quarto. Multa ſcio eſſe hîc effugia, ſed quæ vehementer diſplicent.*

## ACTVS IIII. SCENA V.



ARG. ADR. BARL.

COlloquuntur ſenes de tradendo Phormioni argẽto. Chremes Demiphonem inſtigat vt argentum ſoluere feſtinet.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Demipho Chremetẽ conſulit, quànam via tutiore pecunias Phormioni tradat, ne, vt callidus eſt, poſtea acceptum neget.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

DEmipho qua ratione pecuniæ non ſolutionem faciat, fratri oſtendit.

*Iambici Quadrati Acatalectici.*

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

QVietus eſto inquam: ego
curabo, nequid verborum duint.
Hoc temere nũquã amittam ego à me, quin mihi teſteis adhibeam

DONAT.

*Quietus.* *Libido.* *Putaſti.* *Malùm.* *Magni refert.* *Quid tua?*

QVIETVS *eſto inquã: ego curabo.* ⸧ *Quietus, id eſt ſecurus. ab eo quod præcedit, id quod ſequitur.* ⁋ *Vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt. Conſulit, inquit, quemadmodum detur, vbi omnino dare non debuerit: ſiquidem argentum Phædriæ ſub nomine Phormionis.* ⁋ *Dum libido eadem hæc manet.* ⸧ *Bene libidinem poſuit pro voluntate hominis incerti ac leuis.* ⁋ *Forſitan nos reiiciat.* ⸧ *Mulierem ſcilicet. An verè nos, id eſt negotium & conditionem?* ⁋ *Rem ipſam putaſti.* ⸧ *Pro diſputaſti modò.* ⁋ *Quid tua, malùm, id refert?* ⸧ *Malùm, interiectio. & eſt ordo, Quid tua id refert?* ⁋ *Magni Demipho.* ⸧ *Nota reſponſum cõtra quid refert, non ad quid relatũ. Et quære quomodo dicatur, Quid mea, quid tua. an deeſt Ad? vt ſit, ad mea, aut ad tua?* ⁋ *Repperire illas.* ⸧ *Filiam & vxorem.*

ADRIA. BARL.

*Teſtes adhibere.* *Vt, variè vſurpatur.* *Mulier mulieri magis congruit.*

*Teſtes adhibeam.* ⸧ *Dixit pro aſſumam & aduocabo.* ⁋ *Vt cautus eſt.* ⸧ *Vt, variè vſurpatur Latinis. Significat aliquãdo tempus, Vt vidi, vt perij, id eſt poſtquam vidi. Significat &, quo modo, Vergil. Troianas vt opes & lamentabile regnum. Eruerint Danai. Significat & quàm. vt hîc Terentio. Deſignat & ſimilitudinem, Vt mores ſunt, ita fortuna reſpondet. Interdum eſt imprecatiuum, ſcena ſuperiore exemplum eſt, Vt te quidem omnes dij, deæque ſuperi, inferi, malis exemplis perdant. Poſtremò ſignificat & quãuis, Vt deſint vires, tamen eſt laudanda volũtas.* ⁋ *Mulier mulieri magis cõgruit.* ⸧ *iuxta vetus adagium. Simile gaudet ſimili, puero puer, & mulier apta fæminæ.*

LATOMVS.

*Duint, pro dent.*

*Argumentum. Defertur argentum ad Phormionem, & ordo procedit ad Cataſtrophen.* ⁋ *Duint.* ⸧ *Pro, dent vetuſtè.* ⁋ *Si altera.* ⸧ *Quam finxit Geta.* ⁋ *Et magis.* ⸧ *Perſuaſio à perſona.* ⁋ *Malùm.* ⸧ *Interiectio.* ⁋ *Volo.* ⸧ *Vrget Chremes occaſionem futuræ ſuæ perturbationis ad vxorem.*

PETRVS MARSVS.

*Quietus eſto inquam.* ⸧ *Nemini eſſe fidendum, nec cuiquam quidquam credi aut perſolui debere ſine teſtibus*

Cùm dem: & quamobrem dem, commemorabo. G. vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt!
C. Atque ita opus facto eſt. at matura, dum libido eadem hæc manet:
*Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reiiciat.
G. Rem ipſam putaſti. D. duc me ad eum ergo. G. non moror. C. vbi hoc egeris,
Tranſito ad vxorē, vt conueniat hanc prius, quàm hinc abeat:
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne ſuccenſeat:
Et magis eſſe illum idoneum, qui ipſi ſit familiarior.
Nos noſtro officio nihil* egreſſos eſſe: quantum is voluerit,
Datum eſſe dotis. D. quid tua, malùm, id refert? C. magni Demipho.
D. Non ſat tuum te officium feciſſe, ſi non id fama approbat?
C. Volo ipſius quoque voluntate hoc fieri, ne ſe eiectam * prædicet.
D. Idem ego iſtuc facere poſſum. C. mulier mulieri magis congruet.
D. Rogabo. C. vbi nunc illas ego reperire poſſim, cogito.

*Ne *digreſſos *putet.

ſtibus, chirographis & alius certis rationibus, docet hæc ſcena. Quare, vt Ariſtoteles ait, rectè præcepit Heſiodus, vt ſi vel fratri noſtro quicquam ſumus crediturı, teſtes adhibeamus, ne creditum abneget. Nam fides, vt vulgò dicitur, de terra abiit.

GLAREANVS.

Iambici ſunt tetrametri acatalectici. In quinto verſu, vel Reiciat legendum, vnico i, in ſecunda ſyllaba, vel Reiiciat triſyllabum.

In ſeptimo Meam, poſt Vxorem non eſt omittendum. Et ſeptimo loco vel bacchius eſt, vel Prius monoſyllabum, & loco vltimo, vel tribrachys loco iambi, vel Abeat eſt diſyllabum. In vndecimo amphibrachys eſt loco quarto. neq; enim Tua monoſyllabū fecerimus, cùm trochæus ita eueniret in carmine iambico Nec eiuſmodi carmen excuſare aliter poſſum. In duodecimo, vel bacchius eſt loco ſecūdo, vel creticus loco quinto, Tuum monoſyllabum, vel Id ante Si ponendū, vt habēt quidam codices. In decimotertio, Ipſius diſyllabum eſt, & vel Fieri monoſyllabū, vel Dicet pro Prædicet legendum, vtrunque à Dico as, primæ coniugationis. In penultimo, s, in magis eliditur.

IOANNES THEODORICVS.

Quid tua, malùm, id refert? Quære, inquit Donatus, quomodo dicatur Quid mea, Quid tua? An deeſt Ad? vt ſit, ad mea, aut ad tua. Quæ Donati ſententia partim vera eſt, partim falſa. Nam vt ei libenter ceſſerim eſſe ſubſtātiua, ſic accuſandi eſſe caſus, ac numeri pluralis, nunquam dederim: refragante in primis ſyllabæ quantitate, quam eſſe longam Terentianus ille ſenarius in huius comœdiæ Actus quinti Scena octaua: cuius facilè perſuaſerit, Etiam dotatis ſoleo, quid id noſtra? nihil. Cuius quidem carminis primus pes anapæſtus eſt, alter ſpondeus, tertius dactylus, quartus anapæſtus, quintus ſpondeus (trochęus ſiquidem eo loci nunquam admittitur) poſtremus pyrrhichius. Sunt igitur hæc pronomina Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cum verbis Intereſt & Refert conſtructa, tum ſubſtantiua, tum caſus ablatiui, numeri ſingularis. Quod Valla quoq; docet libro ſecundo Elegantiarum capite primo. Hoc vidit & Glareanus, aſſerens, τὸ tua hoc in carmine poſteriorem producere, vt loco quarto tua ma ſit amphibrachys.

Mea intereſt.

IOAN-

# ACTVS V. SCENA I.



ARG. ADR. BARL.

HÆC ſcena continet mutuam agnitionem Sophronæ nutricis & Chremetis. Chremes ex eadem nutrice diſcit filiam ſuam Phanium nuptam eſſe Antipho-

DONAT.

Violenter audio. AVDIO violenter.} Quod Græci dicunt δεινῶς. ¶Nam quæ hæc eſt anus.} ἀναςροφὴ: vt Nam quis te iuuenum confidentiſſime. Sed figura hæc apta commotis eſt aliqua re noua. ¶A fratre.} Pro à domo fratris. vt, — iam proximus ardet Vcalegon. ¶Egeſtas me impulit.} Venialis ſtatus. ¶Interea vita vt in tuto foret.} Compēſatiua qualitas. ¶Niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt.} Docte. nam viſa, vel corporis, vel animi ſunt: hoc eſt rationis, vel ſenſus. ¶Meum nomen.} Mirè ſuum nomen illa agnoſcit: hic diſſimulat. ¶Paulùlum iſtorſum.} Nūc iſtorſum aduerbium eſt loci: aliàs nomen. ¶Quem ſemper te eſſe dictitaſti.} Eſſe pro nominari, antiquorū more dixit. ¶Concluſam hîc habeo vxorem ſæuam.} Illaturus ſæuam, bene concluſam prætulit: vt ſi diceret, feram. ¶Effutiretis.} Eloqueremini, euacuaretis, exinaniretis. ab eo quod eſt effundere. Tranſlatio eſt à vaſe, futili nomine. quod patulo ore, fundo acuto inſtabile, nihil prorſus continet. vnde futilis dicitur eiuſmodi, vt nihil intra ſe cōtineat, & ſemper

Nam quis. A fratre. Animus me fallit. Oculi parū proſpiciūt. Iſtorſum. Eſſe. Concluſa. Effutire. Futilis.

*inanis ſit.* ⁋*Ex ægritudine.*} *Aegritudo.* *Infirmitate ac morbo.* ⁋*Ex ægritudine miſerā mors conſecuta eſt.*} *Bene moderatus eſt vt neq; nimis ægrè ferat, neque rurſum* ἀπαθὴς *ſit. Et hæc eſt* οἰκονομία, *ne in eadem vrbe duæ vxores plus mali ex ſolicitudine afferāt Chremeti, quàm ex alterius morte triſtitiæ. Neque in comœdia poſſunt nimis miſerabiles mortes eſſe, nè res in tragœdiam tranſeat.*

⁋*Deſerta, egens, ignota.*} *Singula pronuntiāda ſunt. argumenta enim hæc ad venialem ſtatum proferuntur.* *Compoſitò factum.* ⁋*Compoſitò factum eſt.*} *Sic veteres: nos, ex compoſito. vt, Compoſitò rumpit vocem, & me deſtinat aræ.* *Audeas, pro audeat quis.* ⁋*Quæ non audeas optare.*} *Pro, quæ non audeat quis. vt, Facilè pro eunucho probes.* *Adueniēs. Linquens.* ⁋*Offendi aduenìens.*} *Pro cùm aduenìſſem. vt, Ipſe nemus linquens patrium ſuáque arua Latinus. quia Latina lingua deficit hac declinatione.* ⁋*Hæc ſola fecit.*} *Si Hic legerimus, Antiphonē intelligimus: ſi Hęc, Sophronam.* *Per deos.* ⁋*Sed per deos.*} *Adiurationis genus eſt.*

ADRIA. BARL.

*Nam quæ, pro Quænam.* ⁋ *Nam quæ hæc eſt anus?*} *Nam quæ, pro quǽnam hîc poſitum eſt.* ⁋*A fratre.*} *Frequens Terentio loquendi modus pro, à domo fratris per Metonymiam.* ⁋*Egeſtas me impulit.*} *Venialis ſtatus.* *Compenſatiua qualitas.* ⁋*Vita vt in tuto foret.*} *Compenſatiua qualitas. Hæc fit, cùm aut delicto meritum comparamus, aut maiori incommodo conſultum eſſe contendimus. Venia omnis aut purgatiua, aut deprecatiua eſt. Purgatiua modis quatuor fit, errore, caſu, obliuione, & neceſſitate, vt hîc cùm dicit, Egeſtas me impulit.* ⁋*Non es obſecro quem ſemper te eſſe dictitaſti? Ch. ſt.*} *St.* *Ioannes Baptiſta Pius poſterioribus ſuis annotationibus dicit in omnibus penè Terentianis codicibus mendosè legi hunc locum. Quid? non es obſecro quem ſemper te eſſe dictitaſti? Ch. eſt. Legendum autem eſſe ſt. quo verbo ſilentium Sophronæ indicitur. Authorem habet Pius Verrium Longum grammaticum veterē, cuius hæc verba ſuis inſeruit annotationibus. Inuenti ſunt qui & ſine vocali putent poſſe ſyllabam fieri. Nam animaduertimus apud Comicos. s. et t. pariter ſcriptas literas, vt apud Terentiū in Phormione. Num is obſecro es quem ſemper te eſſe dictitaſti? ſt. Hoc s, & t, pariter venuntiant ſilentium.* ⁋*Effutiretis.*} *A vaſe futili ſumptū eſt.* ⁋*Iſtoc pol nos.*} *Iſtoc nomine Stilphonis, quo notior erat Lemni quàm Athenis Chremes.* ⁋*Malè factum.*} *Non dicit ô me infelicem, nec ſimilibus hoc malū grauat querimoniis, ne res in tragœdiam exeat.* ⁋*Anus deſerta, egens ignota.*} *Hæc ad venialem ſtatum pertinent, de quo paulo antè diximus.* ⁋*Quæ non audeas optare.*} *Secunda perſona pro tertia eſt, vt ſit, Quæ quis nō audeat optare.* ⁋*Sed per deos.*} *Adiurationis genus eſt.*

ni, quæ res ingentem ei lætitiam adfert, cauet item ne vxor id reſciſcat ſua.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Sophronæ nutricis, & Chremetis, qui Stilphonem ſe nominarat, mutua cōtinetur agnitio. Deinde ex eadem nutrice audit, quemadmodum filia ſua Phanium Antiphoni ſit nupta, ex qua re ingenti gaudio afficitur, cauétque, ne id ſua vxor quoquo pacto reſciſcat.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Querela de conſilio, quod malè ceſsit.

*Octonarij, in quibuſdam penultima longa, & interdum Iambici Trochaicis miſti. Dimeter vnus.*

SOPHRONA, CHREMES.

*QVid agam? quem mihi amicum inueniam miſeræ? aut cui conſilia*
*Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam?*
*Nam vereor, hera ne ob meum ſuaſum indignè iniuria afficiatur:*
*Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter.*
C. *Nam quæ hæc eſt anus exanimata, à fratre quæ egreſſa eſt meo?*
S. *Quod vt facerem, egeſtas me impulit: cùm ſcirem infirmas nuptias*
*Haſce eſſe, vt id conſulerem, interea vita vt in tuto foret.*
C. *Certè ædepol (niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt)*
*Meæ nutricem gnatæ video.* S. *neque ille inueſtigatur.* C. *quid agam?*
S. *Qui eſt eius pater.* C. *adeóne, an maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognoſco?*
S. *Quod ſi eum nunc reperire poſſim, nihil eſt, quod verear.* C. *ea eſt ipſa:*
*Conloquar.* S. *quis hîc loquitur?* C. *Sophrona.* S. *& meum nomen nominat?*
C. *Reſpice ad me.* S. *dij obſecro vos: éſtne hic Stilpho?* C. *non.* S. *negas?*
C. *Cōcede hinc à foribus paululum iſtorſum ſodes Sophrona:*
*Ne me iſtoc poſt hac nomine appellaſſis.* S. *quid? non is obſecro es,*
*Quem ſemper te eſſe dictitaſti?* C. *ſt.* S. *quid has metuis fores?*

LATOMVS.

*Argumentum. Chremes cùm fortè incidiſſet in nutricem, agnoſcit Phanium ſuam eſſe filiam, & nuptam Antiphoni. hæc eſt cataſtrophe Antiphonis.* ⁋*Hera.*} *Phanium.* ⁋*Exanimata.*} *Perturbata. auxeſis.* ⁋*Quod vt.*} *Purgatio à neceſſitate.* ⁋*Quid agam?*} *Deliberantis.* *Appellaſſis.* ⁋*Appellaſſis.*} *Pro, appellaueris. vetuſtè.* *St.* ⁋*St.*} *Reſponſum Chremetis cum ſilentio pronuntiandū, vnde & tertia perſona vtitur, ne fortè ſe prodat. Legitur autem per ſynalœphen ſubducta e, litera, propter præcedentem vocalem, & duabus ſyllabis in vnam contractis.* ⁋*Anus deſer.*}

*deſer.} Admiſcet purgationẽ à perſona. ¶ Hem.} Metuentis. ¶ Compoſito.} Pro ex compoſito, id eſt de induſtria, aduerbialiter. ¶ Sed per deos.} Adiuratio obſecrantis.*

Compoſito.

PETRVS MARS.

*Quid agam?} Quantum caſus & fortuna in vita mortalium pollcant, quæ tamen plerunque vt natura, in bonis dominantur, exprimit hæc ſcena. Caſus enim & fortuna apud authores indifferenter accipiuntur, ſed ſi propriè loqui volumus, differunt. Ariſtoteles libro ſecundo Phyſicorum. Fortuna, inquit, eſt cauſa per accidens, in his quæ per electionem alicuius gratia fiunt. Caſus autem eſt cauſa per accidens, in his cõſiſtens quæ fiunt ſine electione: & caſus eſt natura, fortuna verò in arte. Natura ſubit rationem caſus, & mens rationem fortunæ. Lactãtius videtur fortunam pro caſu definiſſe: Fortuna, inquit, eſt, accidẽtium rerum ſubitus atque inopinatus euentus. Qua ratione hoc loco dicemus, verum fuiſſe caſum in agnoſcenda filia Phanio Chremeti.*

Fortuna. Caſus.

RIVII CAST.

*Quem ſemper te eſſe dictitaſti? CH. eſt.} Nos ex ſententia doctiſſimorum virorum, ſt, legimus, quo Chremes ſilẽtium innuat Sophronæ: Sicut ex Verrio grammatico quidam adnotarũt: è quibus Bap. Pius, & poſt eum Lud. Cælius. Sunt, qui Chremetem putent, ne ſe ipſe fortè prodat, tertia perſona anui reſpondere, verùm primam literam verbi propter vocalẽ, qua dictio præcedens finitur, eliſam eſſe κατὰ συναλοιφὴν, atque ita remanſiſſe ſt: quam ego ſanè opinionem non magnopere improbãdam puto. ¶ CH. Antiphonine? SO. hem iſti ipſi.} Nos legendum ſuſpicamur: Antiphonine inquã? Ita enim quædã exempla-*

St.

C. Concluſam hîc habeo vxorem ſæuam: verùm iſtoc de nomine
Eò perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes foris
Effutiretis: atque id porrò aliquà vxor mea reſciſceret.
S. Hem, iſtoc pol nos te hîc inuenire miſeræ nunquam potuimus.
C. Ehò dic mihi, quid tibi rei eſt cum familia hac, vnde exis?
Aut vbi illæ ſunt? S. miſeram me. C. hem quid eſt? viuúntne? S. viuit gnata:
Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt.
C. Malè factum. S. egò autem, quæ eſſem anus deſerta, egens, ignota,
Vt potui, virginem nuptum locaui huic adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus ædium. C. Antiphonine? inquam. S. hem, iſti ipſi.
C. Quid? duáſne is vxores habet? S. hau obſecro, vnam ille quidem hanc ſolam.
C. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? S. hæc ergo eſt. C. quid ais?
S. Compoſitò factũ eſt, quo modo hanc amans habere poſſet
Sine dote. C. dij veſtram fidem, quàm ſæpe fortè temere
Eueniunt, quæ non audeas optare! offendi adueniens,
Qui cum volebam, atque vt volebam, collocatam *filiam.
Quod nos ambo opere maximo dabamus, vt fieret, operam,
Sine noſtra cura maxima, ſua cura hæc ſola fecit.
S. Nunc quid facto eſt opus, vide: pater adoleſcentis venit,
Eúmq; animo iniquo hoc oppidò ferre aiunt. C. nihil pericli eſt.
Sed per deos atque homines meam eſſe hanc, caue reſciſcat quiſquam.
S. Nemo ex me ſcibit. C. ſequere me: cætera intus audies.

*gnatã.

*ria, ex quibus & Venetum & Lugdunenſe, idem poſtulante carminis ratione: niſi nullam eſſe malis vocalis eliſionem in Iſti ipſi. Habet autem τὸ inquam, ſuam quandam gratiam hoc loco. quod facilè intelliget, qui hîc ſenẽ viderit, nec opinata re perculſum, & ſpe metúque commotum, ſtatim vt audiuit de ædibus, non potuiſſe diutius ſeſe continere, quin mox interpellans quæreret, Antiphonine? ipſo videlicet Antiphonis nomine vtendo: ne ſi rogaſſet, Cuínam? vel illud ipſum, quod interceſſiſſet moræ, gaudium ſuum differret: vel certè memoria aniculæ voluptati ſuæ obſtaret. Ergo Antiphonine, inquam? ait. Sic hæc coniectura. ¶ Quid illa altera, quæ dicitur cognata? SO. hæc eſt.} Nos, Hæc ergo eſt: ex antiquis codicibus, qui ſic conſtãter habẽt. Vt autem Attici (quod Priſcianus adnotauit) τοίνυν accipiũt παραπληρωματικῶς: ſic nos frequẽter ergo vel igitur repletiui loco accipimus, vt in Andria, Mihíne? Si tibi ergo. Eodem modo Plautus in Amphitryone.*

Ergo, repletiuum.

GLAREANVS.

*Ingens hîc difficultas eſt, quam leuiter tranſiliunt, de quibus nunc ſæpe conqueſti ſumus. Primos duos ſenarios indicauit Eraſmus, ſed verbũ Conſilia adiungit priori, quòd ego poſteriori cõiungendum exiſtimo. Suſtulit autẽ Mihi, de priore, quod omnes habent codices. Id autẽ vel poſt verbũ Inueniã, vel proximè ante, legi poteſt. In ſequẽte autẽ verſu Mihi omittendũ eſt, niſi nunc quiſpiã malit amouere: quod ego nolim. Porrò Cui diſſyllabũ eſt ad finẽ prioris verſus, quẽadmodum in poſteriore Mihi, alioqui ferè monoſyllaba ſunt. Tertius verſus eſt iãbicus tetram. catalectic. ſed in eius cum tertio tum ſexto loco creticus eſt, niſi Meam monoſyllabũ fecerimus, aut*

*Iniuria triſyllabum. In quarto dactylus eſt loco ſexto, anapaſtus ſeptimo. Quintus trochaicus eſt tetrameter catalecticus. Sextus, ſeptimúſq; iambici ſunt tetrametri acatalectici. Octauus rurſus trochaicus eſt tetrameter catalecticus, & ædepol prima breui, niſi antibacchium loco primo cõſtituamus. Sequuntur tres iambici tetrametri catalectici. Sed in primo nõ eſt neceſſe ponere initio, Meæ, ſicut nec ſcena tertia, actus huius, verſu antepenultimo. Eſt autem verſus, quem vel iambicum vel trochaicum tetramet. catalecum dicas. In ſecundo autem, s, eliditur in Magis, & Eius monoſyllabũ, Pater ade, proceleuſmaticus eſt, & An mane, dactylus. Igitur legendum Adeo, non Adeon. Tertius creticum habet, tum primo, tum tertio loco, quanquã primo loco excuſari poteſt, per Eum monoſyllabũ, at loco tertio nõ poteſt. Eſt etiã proceleuſmaticus loco ſexto. Duodecimus verſus eſt trochaicus, in cuius ſecundo & quinto locis creticus eſt, niſi, s, elidatur in Quis. Eiuſdem generis duo ſequentes verſus, in quorum poſteriore vel Paulum legendum, vel loco quarto erit creticus ſi Paululum legeris. Qui ſequuntur deinde ſex iambici ſunt tetrametri acatalectici, & legendũ Non is obſecro es, vbi s, eliditur in Is. In ſequenti verſu* St. *Chremeti duas literas, ſt, dant, vt eliſa prima vocali ſubobſcurus relinquatur ſibilus, quo Sophronæ ſilentium innuat. Is tamẽ ſibilus in pede ſyllabam habet, vt ſti, ſt, ſit iambus. ¶ Eho dic mihi quid tibi rei eſt cum familia hac vnde exis. ʒ Qui nunc ſequuntur omnes, vltimo duntaxat excepto, ſunt iambici tetrametri catalectici. In ſecundo creticus eſt cùm primo, tum quarto loco, quanquam d, in Quid elidi poteſt.*

*In ſexto verbum Inquam, poſt Antiphonine, omitti non debet, & Hem totum abſorbetur. Certè vetuſtus codex habet Inquam. Annotauit hoc etiam Riuius. In ſeptimo creticus eſt loco primo &, s, eliditur in Is, niſi Duas monoſyllabum fecerimus, vel bacchium loco ſecundo conſtituerimus. Hau integrum manet, & ille ante Quidem legendum, quod Aldinus neglexit codex. In duodecimo, vel Filiam diſyllabum eſt, & ante Collocatam legendum: aut verſus vnus ille inter cæteros catalecticos eſt acatalecticus. In decimotertio, s, eliditur in Dabamus, & in decimoquarto Sua monoſyllabum eſt, vel bacchius eſt loco quinto. Ita in antepenultimo vel Eum monoſyllabum eſt, vel pæan ſecundus eſt loco primo. In penultimo creticus eſt loco quarto, quod dicere malim quàm vel Deos monoſyllabum facere, vel meã.*

*Vltimus, vt diximus, eſt trochaicus, & loco tertio trochæus eſt, quarto anapaſtus.*

## ACTVS V. SCENA II.



ARG. ADR. BARL.

DEmipho ſeipſum accuſat, quòd dum auaritiæ maculam ſtudet effugere, in ſtultitiæ reprehenſionem inciderit. Dolet enim Phormioni datum eſſe argentum.

ARG. PAV. MALLEO.

IN ſequenti ſcena Demipho ſenex de ſe ipſo conqueritur, quòd dum auaritiæ infamiam deuitare ſtuduerit, in ſtultitiæ reprehenſionem incidit. Magnopere enim ipſum pœnitet Phormioni pecuniam dediſſe. Hîc Geta quoque ſeni inſultans, multa facetè & ſeruiliter dicta profert.

*Iambici Tetrametri Catalectici.*

DEMIPHO, GETA.

*NOſtrapte culpa facimus,*
*vt malos expediat eſſe,*
*Dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos:*
*Ita fugias,* NE PRAE-

DONAT. *Ita fugito, ne præter caſam.*

ITA *Fugito, ne præter caſã.* ʒ *Prouerbiũ, Ita fugito, ne præter caſam. Hoc eſt, ne prætereas caſam tuam quæ ſit tibi tutiſſimum receptaculum. Aut ita fugias, ne præter caſam: vbi cuſtodiri magis, & prehendi fur, & mulctari verberibus poteſt. Aut verbũ erat furem exagitantis, & interea prohibentis, ne ante caſam tranſeat: ne in prætereundo etiã inde aliquid rapiat. Queritur ſenex ſe dum auari infamiam fugeret, in ſtulti reprehenſionem incidiſſe.* ¶ *Dũ aliud aliquid.* ʒ *Vetuſtè.* ¶ *Modò vt hoc conſilio poſſit diſcedi, vt iſtã ducat.* ʒ Ne *pœniteat dominũ pecuniam dediſſe, terrorẽ ſeruus iniecit.* ¶ *Vorſura ſoluis.* ʒ *Creditorem mutas.*

*Vorſura ſoluere.* ¶ *Vorſura ſoluis.* ʒ *Vorſuram facere dicitur, qui æs alienũ ex ære alieno ſoluit.* *Vorſurã facere.* *Dicitur etiã Vorſurã facere cùm minore fœnore acceptã quis pecuniã maiore occupat.* ¶ *Præſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ creſcunt.* ʒ αὐθυποφορά.

ADRIA. BARL.

*Noſtrapte culpa facimus.* ʒ *Terentius hîc alluſit ad priſcorum adagium illud. Bene colere neceſſarium eſt, optimè damnoſum. Item illud Horatianum, In vitium culpæ ducit fuga, ſi caret arte. Denique prouerbium Hebræorum admonẽs, ne quis nimium ſit iuſtus.* ¶ *Ita fugias, ne præter caſam.* ʒ *Cum* *Ita fugias, ne præter caſam.* *primis venuſtum eſt adagium, quod ſic Parœmiographus interpretatur. Ne ſic aliquod vitium fugiamus, vt in aliud maius incauti deuoluamur. Verba ſunt Demiphonis ſeipſum accuſantis, quòd dum auari famam plus ſatis cupidè ſtuderet effugere, ſtulti reprehenſionẽ incurriſſet. Donatus adagij metaphoram enarrans, Ita, inquit, fugito, ne tuam caſam prætermittas, quæ ſit tibi tutiſſimum exceptaculum, quod interpretamentum magis probatur Eraſmo, quàm quæ alia idem interpres in eundem locum adfert. Quidam enim calore fugiendi etiam ea prætercurrunt, vbi cõmodè poterant quieſcere: quod vnica voce Græci παραφέρεσθαι vocant, id eſt, perperam præterire ac præteruehi, ab eo quod amplectendum*

Elendum erat, aberrantem.

In eodem haſitas luto

In eodem luto hæſitas.} Paræmiographus dicit in eos cõpetere, qui ita implicantur negotio cuipiam, vt ſe nequeant extricare. Sumptum à viatoribus, qui ſimulatq; in lutum inciderint, cùm alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rurſum vt hunc extrahant, alter quem eduxerant denuò eſt infigendus.

Vorſuram ſoluere.

¶ Vorſuram ſolues.} Vorſuram ſoluere dicitur, qui ſic è præſentibus malis extricat ſeſe, vt aliis grauioribus impediatur. Nam vorſuram facere eſt æs alienum ære alieno ſoluere. Hinc ducta voce, vt author eſt Feſtus, quòd vertãt creditorem. Sunt qui legãt vorſura caſu ſeptimo.

LATOMVS.

Argumentum. Dolet Demiphoni argentum quod datum eſt Phormioni, & Geta nondum liberatus periculo angitur. ¶ Ita fugias.} Prouerbium in eos, qui dum vitant vitia, in contraria incurrunt. ¶ Planiſſumè.} Fictè adsẽtitur Geta. ¶ Vt ſtultiſſimè.} Indignatio pœnitẽtis. ¶ Haud ſcio her.} Terret Geta ſenem, vt æquiore animo præſens incõmodum ferat. ¶ Geta abi.} παρασκευή. ¶ In eodem luto. Vorſuram ſolues.} Prouerbia. ¶ In diem.} Ad tempus, prouerbialiter.

PETRVS MARS.

Noſtrapte Culpa.} Auaros omnes, & ad pecuniam plus ſatis attentos, poſtea ferè ſemper deludi, & in laqueos incidere, docet hæc ſcena. Nã quantumuis cauti, quantumuis diligentes ſint, fieri tamen ſolet, vt illis tandẽ aliquando

TER CASAM, quod aiunt: nónne id ſat erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argẽtum eſt vltro obiectum ei,
Vt ſit quî viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
G. Planiſſumè. D. his nunc præmium eſt qui recta praua faciunt.
G. Veriſſimè. D. vt ſtultiſſimè quidem illi rẽ geſſerimus.
G. Modò vt hoc conſilio poſſit diſcedi, vt iſtã ducat.
D. Etiámne id dubium eſt? G. haud ſcio hercle, vt homo eſt, an mutet animum.
D. Hem, mutet autem? G. neſcio: verum, ſi forte, dico.
D. Ita faciam, vt frater cenſuit, vt vxorem huc eius adducam,
Cùm iſta vt loquatur. Geta abi: prænuntia hanc venturam.
G. Argentum inuentum eſt Phædriæ: de iurgio ſiletur:
Prouiſum eſt, ne in præſentia hæc hinc abeat: quid nunc porrò?
Quid fiet? in eodẽ luto hæſitas: * vorſura ſoluis
Geta. præſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ creſcunt,
Niſi proſpicis: nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Nequid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

ab iis, à quibus minimè ſperarant, imponatur. ¶ Ita fugias, ne preter caſam.} Id eſt ſic vitium aliquod aut culpam euitare ſtudeas, ne in grauius incidas, vnde te explicare non poſſis. Caſa ſignificat domum, in qua quiuis liber eſt, quẽ hoſtis perſequitur, hi ſe ad ædes ſuas recipẽre ſolẽt. Igitur, inquit, ſic fugias, hoc eſt, tantum in curſum coniiciaris, ne præter caſam, hoc eſt, ne nimium curſites, & ædes præterferaris.

Vorſura.

¶ Vorſurã ſoluis.} Vorſuram ſoluere eſt æs alienum alieno ære perſoluere, à vortẽdo, quòd is qui hunc in modum agit, relicto priore creditore ad alterum vertitur.

RIVII caſtigatio. Vorſura ſoluere.

Vorſuram Solues.} Alij, vorſura legunt. In quam ſententiã Cicero quinto ad Atticum, Vt verear, ne illud, quod tecum permutaui, vorſura mihi ſoluẽdum ſit. Budæus tamen vorſuram legit in annotationibus in Pand. vbi hunc locum obiter explicat.

GLAREANVS.

*vorſuram

Iambici ſunt omnes tetrame. catalectici. In tertio proceleuſmaticus eſt loco primo. In octauo, vel o, in Modò non eliditur, vel Vt producitur ſequẽte aſpiratione, niſi quis dicat i, in Diſcedi ad finem nec elidi, nec corripi. In nono Animum finit carmen, & Hem incipit decimum. quod in Aldi codice neglectum erat. In vndecimo proceleuſmaticus eſt loco primo, et Eius monoſyllabum. In duodecimo, Tu Geta legendum, vt habetur in vetere codice, & carmen poſcit, eritque loco quarto anapæſtus. In vltimo: eius monoſyllabum eſt.

DONAT. AGEDVM vt ſoles Nauſiſtrata. } Diuitis vxoris de marito licentius conquerentis hæc allocutio eſt, cum diſpoſitione futurarum turbarum. ¶ Ac dudum te opitulata eſt. } Suprà enim dixerat Chremes, Id ſumam: vxori, tibi opus eſſe, dixero. ¶ Statim capiebat. } Statim, perpetuò, æqualiter, & quaſi vno ſtatu. Plautus, Ita ſtatim ſtãt ſigna. ¶ Vin' ſatis quæſitum. } Hoc totum pro vna perſona quidam legunt. ¶ Filia amici noſtri? } Hoc eſt tua. ¶ Commodius eſſe in omnes. } Et circa illum qui duxit, & circa illam quę ducta eſt, & circa te ſocerũ. ¶ Perliberalis viſa eſt, cùm vidi, mihi. } Ordo eſt, Perliberalis viſa eſt mihi.

Statim.

ADRIA. BARL.

Talenta argenti bina. } Hoc eſt, bis mille, & centum carolinos, ſiue trecentas & quinquaginta libras Flandricas. ¶ Statim capiebat. } Statim id eſt, perpetuò, æqualiter, & quaſi vno ſtatu. ¶ Vir viro quid præſtat? } Sic & in Eunucho, homo homini quid præſtat? ¶ Parce ſodes vt poſſis cum illa. } Parœmiographus enarrans locum illum prouerbialem, Relinque quippiam & Medis, dicit ad varios vſus trahi poſſe. aut per ironiam, vt ſi dicas diuiti, indignis & ſumptuoſis hæredibus opes ſuas deſtinanti relinquere, Relinque quippiam & Medis, hoc eſt, comparce tu quod diſſipent hi qui tibi malè volũt. Aut immodicè profuſo, aut intemperantius garrulo. Quemadmodũ in Phormione Terẽtius. Parce ſodes, vt poſſis cum illa. ¶ Vterque vtrique eſt cordi. } Cùm vtrũque aliquid feciſſe dicimus, & ab hoc & ab illo ſeparatim id factum intelligimus, vt, vterque ſibi domum ædificauit. id eſt, & hic ædificauit, & ille. Cùm verò ambos feciſſe dicimus, ab vtroque coniunctim id factum oſtendimus. vt, Ambo ſibi monumentum cõſtituerunt, id eſt, hic & ille ſimul commune ſibi monumentum fecerunt. Propter quod vtrunque alterum verberaſſe rectè dicimus hoc ſenſu, Hic illum, & ille hunc verberauit. Eodem modo vtrunque vtrique aliquid feciſſe. Terentius. Quia vterque vtrique eſt cordi, id eſt vterque alterum amat. Hæc à Sipontino annotata hiſce noſtris in Terentium ſcholiis inſerere voluimus ad iuuentutis inſtitutionem. Eraſmus in commentario de copia verborũ. Vterque vtrique eſt cordi, mutua, inquit, eſt affirmatio. Vterque alteri eſt odio, mutua itẽ: id eſt mutuò ſe amant, mutuò ſeſe oderunt. ¶ Quid deliras? } Delirare inquit Nonius, eſt de recto recedere. Horatius, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. ¶ Nunquàm ne hodie concedes mihi? } Concedes accepit pro credes, vel conſenties. ¶ Iámne aperuit oſtium? } Eſt obſeruãtis vxorem an ingrediatur.

Statim. Vterque vtrique. * talenta bina. Vterque vtrique eſt cordi. Vterque alteri eſt odio. Delirare. Concedere, pro conſentire.

## ACTVS V. SCENA III.



ARG. ADRIA. BARL.

Apud Demiphonem queritur Nauſiſtrata ſuum viri Chremetis negligentia minui patrimonium.

ARG. PAVL. MALL.

IN hac ſequẽti ſcena diuitis vxoris Nauſiſtratæ, de marito ſuo Chremete licentius conquerentis alloquutio eſt, vnà cum futurarum turbarum diſpoſitione.

*Octonarij, ex quibus alij Catalectici, alij Acatalectici.*

DEMIPHO, NAVSISTRATA, CHREMES.

*Agedum, vt ſoles Nauſiſtrata, fac vt illa placetur nobis,*
*Vt ſua voluntate, id quod eſt faciundum, faciat. N. faciam.*
*D. Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es.*
*N. Factum volo: ac pol queo minus viri culpa, quàm me dignum eſt.*
*D. Quid autem? N. quia pol mei patris bene parta indiligenter*
*Tutatur: nam ex his prædiis talenta argenti bina*
*Statim capiebat: hem, vir viro quid præſtat? D. bina quæſo?*
*N. Ac rebus vilioribus multo, tamẽ * duo talenta. D. hui.*
*N. Quid hæc videntur? D. ſcilicet. N. virum me natam vellem:*
*Ego oſtenderem. D. certò ſcio. N. quo pacto? D. parce ſodes,*
*Vt poſſis cum illa, ne te adoleſcens mulier defatiget.*
*N. Faciam vt iubes: ſed meum virum abs te*

LATOMVS. Argumẽtũ. Chremes dum indicare conatur Demiphoni inuentam Phanium, præſente Nauſiſtrata, penè periclitatur: & eſt via ad alteram cataſtrophẽ. ¶ Quia pol mei } Hęc querela in Chremetem, œconomia eſt ad augendam futuram turbã, ex qua orietur cataſtrophe Phædriæ. ¶ Statim. } Semel, eyns maels. ¶ Parce ſodes. } Blanda dehortatio. nam plura dictura erat in maritũ. ¶ Nauſiſtra. Sat erat. } Eclipſis ſubſiſtentis & perturbati. nam deeſt locutus ſum. ¶ Non temere. } Cupit intelligere Demiphonem quod eloqui nõ audet, de ſuſcepta in Lemno filia. Et redi in memoriam dicit, innuẽs ſe antè narraſſe, quo modo illa cum matre ex Lẽno Athenas profecta ſit. ¶ Amici noſtri. } Pro, tua: cautè ac diſſimulãter, ne intelligat Nauſiſtra. Nã adhuc errat Demipho, nec ſentit eandẽ eſſe de qua loquitur Chremes. ¶ Quid iſthuc. } Rurſum ſciſcitatur digreſſa Nauſiſtrata. ¶ Non ſatis. } Compendio conſulitur, ne eandem rem denuo narrari ſit neceſſe.

Parce ſodes. Redire in memoriam.

Agedum

exire video. C. hem Demipho,
Iam illi datum eſt argentum? D. curaui ilico.
C. nollem datum:
Hei, video vxorem: penè plus, quàm ſat erat.
D. cur nolles Chreme?
C. Iam rectè. D. *quin tu? ecquid locutus cum
iſta es, quamobrem hanc ducimus?
C. Tanſegi. D. quid ait tandẽ? C. adduci non
poteſt. D. * quid non poteſt?
C. Quia vterque vtrique eſt cordi. D. quid
iſtuc noſtra? C. magni: præter hæc,
Cognatam comperi eſſe nobis. D. quid deliras? C. ſic erit:
Non temere dico: redi mecum in memoriam.
D. ſatin' ſanus es?
N. Au, obſecro * vide, ne in cognatam pecces.
D. non eſt. C. ne nega:
Patris nomen aliud dictum eſt: hoc tu erraſti. D. non norat patrem?
C. Norat. D. cur aliud dixit? C. nunquámne
hodie concedes mihi,
Neque intelliges? D. ſi tu nihil narres. C. pergis? N. miror quid hoc ſiet.
D. Equidem hercle neſcio. C. vín' ſcire? at ita
me ſeruet Iuppiter,
Vt propior illi, quàm ego ſum, ac tu, * nemo
eſt. D. dij voſtram fidem.
Eamus ad ipſam vnà omnes nos: aut ſcire, aut
neſcire hoc volo. C. ah.
D. Quid id eſt? C. itáne * paruam mihi fidem
eſſe apud te? D. vín' me credere?
Vín' ſatis quæſitum mihi iſtuc eſſe? age fiat:
quid, illa filia
Amici noſtri, quid futurum eſt? C. rectè. D.
hanc igitur mittimus?
C. Quid ni? D. illa maneat? C. ſic. D. ire igitur
tibi licet Nauſiſtrata.
N. Sic pol commodius eſſe in omnes arbitror,
quàm vt cœperas,
Manere hanc: nam perliberalis viſa eſt, cùm
vidi, mihi.
D. Quid iſtuc negotij eſt? C. iámne operuit
oſtium? D. iam. C. ô Iuppiter,
Dij nos reſpiciunt: gnatã inueni nuptam cum

PETRVS MARS.

*Agedũ, vt ſoles.* } Quantopere inſaniant, qui vxores diuites ſibi in vitæ communionem aſſociant, non habentes aliquẽ morum, ſed nummorum delectũ, docetur hac ſcena. Quare omnibus conſultum eſt, vt pares fortunis ſibi coniuges accipiant, aut ſi licet inferiores, modò boneſto loco natas, ne cogantur cum Demæneto Plautino dicere. Argentum accepi dote, imperium vendidi. Seneca de remediis fortuit. Mors effecit, vt affirmare ſine periculo poſſis, bonam vxorem amiſi. Inuenies ſi nihil quęris, niſi bonam, dummodo nõ imagines, proauóſque reſpexeris, nec patrimonium, cui iam ipſa nobilitas ceſſit. Iſta diu cum forma nõ repugnabũt. Facilius reges animum nulla vanitate tumentem. Non multum abeſt à contemptu viri, quæ ſe nimis ſuſpicit. Duc bene inſtitutam, nec maternis inquinatam vitiis.

RIVII CASTIGATIO.

*Adduci non poteſt. DE. quid non poteſt?* } In manu ſcripto eſt, Quî non poteſt? vbi in ſpatio quod verſus dirimit, adiectũ, qui, quo modo. Habet eodem modo exẽplar Lugdunẽſe, & alia pleraque. Et ſic melius cohærẽt quæ ſequuntur. Quia vterque vtrique eſt cordi. ¶ *Vt propior illi quàm ego ſum ac tu, nemo eſt.* } Nos ex antiquis, Homo nemo eſt. ¶ *Itáne paruam mihi fidẽ eſſe apud te?* } Volumẽ ipſum è bibliotheca Dominorum ab Haſſenſtein habet ad hunc modũ: Quid eſt? CH. itáne parũ mihi fidem apud te? vt ſubaudiatur verbum Eſſe, quod κατὰ ἔλλειψιν deſit: quæ mihi quidẽ vera lectio videtur. Sanè carmen non magnopere illud Eſſe requirit: & ſubaudiẽdum in ſpatio quiſpiam, quod verſus dirimit, adnotarat. Significat autem: Itáne parum mihi fidem eſſe apud te? idem quod, ita parum mihi credis? Tit. Liuius I. ab V. C. Mirum quantum illi viro nuntianti hæc fides fuerit, id eſt, quantum ei creditum ſit. Idem, Bouem locutam, cui rei priore anno fides nõ fuerat, creditum eſt. In ſumma eſſe fidem ſimpliciter pro credi ponitur. Suetonius in Veſpaſiano: Cũ vix fides eſſet rem vllo modo ſucceſſuram, id eſt, cùm vix credi poſſet, vix veriſimile eſſet. Celſus paulo aliter ſeptimo. Vbi eius rei fides eſt, pridie is puer in ieiunio continendus eſt, & tum loco calido curatio adhibẽda, id eſt, vbi ea res planè comperta, exploratáque eſt. Cõtrarium eſt, deeſſe fidẽ. Ouid. x. Meta. Deſit in hac mihi parte fides, nec credite factum, id eſt, non habeatur mihi fides. nam κατὰ ἐπεξήγησιν ſeſe ipſe declarat. Iuſtin⁹ decimoſeptimo. Nec oſtẽtis fides defuit, id eſt, factum ita eſt, vt oſtenta portenderãt. ¶ *Iámne operuit oſtium?* } Nos, operuit pro clauſit. vt alibi admonuimus. Vocum ſimilitudo & adfinitas errori anſam dedit.

GLAREANVS.

Iambici & hi ſunt, primi XI. catalectici, reliqui deinde acatalectici. In primo legendũ Fac illa vt. non, Fac vt illa, idq́; ex vetuſto codice. In ſecundo, creticus eſt loco primo, niſi Sua ſit monoſyllabum. In quarto s, eliditur in Minus. In quinto vel d, eliditur in Quid, vel Mei monoſyllabum eſt, aut creticus loco tertio. In ſeptimo, vel Hem extra carmen eſt, vel creticus loco quarto.
In octauo, Ac, à ſuperioribus eliditur, Et creticus eſt loco ſecũdo, quanquam alia hîc ſunt effugia. In decimo, Ego, priorem ſyllabam à ſuperioribus elidit. In duodecimo, qui primus eſt acatalecticorũ, vel creticus eſt loco tertio, vel Meum monoſyllabum. In ſextodecimo,

Fidem eſſe, pro credi.

*quid

* quî

Fides deeſt.

* caue

Oſtium operire.

*nemo homo eſt

*parum

tuo filio. D. hem,
Quo pacto id potuit? C. non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus.
D. At tu intrò abi. C. heus, ne filij noſtri quidem hoc reſciſcant, volo.

*aliqui, Quid non poteſt: alij, Qui non poteſt, legunt. In decimoſeptimo d, eliditur in Quid, niſi creticus ſit loco quarto, et Hæc pronomine finitur verſus, et à Cognatum incipit decimusoctauus. In decimonono, legendum Satine, propter carmen. In vigeſimo, multiplex initio ſcanſio eſſe poteſt. Commodiſſima videtur, ſi Hau ob, ſit ſpondeus. Sadein, ſecro vi, ſit tribrachys. In vigeſimoprimo, vel bacchius eſt loco primo, vel s, eliditur in Patris. In vigeſimotertio, creticus eſt loco ſecundo indubitatus, & d, eliditur in Quid. In vigeſimoquinto, legendum, Ac tu es homo, nemo eſt. Et bene habet carmẽ. In vigeſimoſeptimo, Riuius Eſſe ſupplet, alioqui d, in Apud elideretur. Certè codex vetuſtus non habet. In vigeſimooctauo, & s, in Satis, & d, in Quid eliduntur. In quarto à fine d, eliditur in Quid, niſi bacchius ſit loco primo. In antepenultimo, Tuo monoſyllabũ eſt, niſi idem pes in ſeptimo ſit loco. Ita s, in Satis verſu penul. In vltimo, ſi Quidẽ poſt Reſciſcant poneretur, facilis ſcanſu eſſet verſus. At vt vulgò habent codices, vix effugies, vt non ſit ὑπαντὴ ïābi ac trochæi. poteſt et alibi bacchius vel antibacchius eſſe. Lectori hoc diſpiciundũ eſt.*

# ACTVS V. SCENA IIII.



ARG. ADRIA. BARL.

Antipho redemptam Phædriæ amicam gratulatur, ſéque inuolutum his malis queritur, vnde expediri nequeat.

ARG. PAVL. MALL.

In hac ſequenti ſcena, Antipho cõgratulatur Phædriæ, de Pamphila à lenone redempta. Deinde cõqueritur illis ſeſe inuoluiſſe, quibus facilè exolui non poſſit, quando eum res aduerſæ nimium vrgent. Poſtremò oſtendit ſe adhuc in aliquam ſpem geſtire.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Gratulatur Antipho Phædriæ de Pamphila à Lenone redempta.

*Iambici Quadrati Catalectici.*

ANTIPHO.

Lætus ſum, vtut meæ res ſeſe habẽt, fratri obtigiſſe quod volt.
Quàm ſcitũ eſt eiuſmodi parare animo cupiditates:
Quas, cùm res aduerſæ ſient, paulo mederi poſſis!
Hic ſimul argentum repperit, cura ſeſe expediuit:
Ego nullo poſſum remedio me euoluere ex his turbis,
Quin ſi hoc celetur, in metu, ſin pateſit; in probro ſiem,

DONAT. *Lætus ſum.} Antiphonis perſona eſt. ¶ Parare animo.} Venuſtè additũ eſt, animo. Ennius in ſexto, Sed quid ego hîc animo lamentor? ¶ Cũ res aduerſæ ſint.} Cùm deſideratæ fuerint. id eſt, cũ harum penuria fuerit. ¶ In probro ſiem.} Apud patrem ſcilicet. ¶ Si hoc celetur, in metu.} ἀνακόλουθον quartũ. Nam cũ præpoſuiſſet, Si hoc celetur: intulit, Sin pateſit.*

*Parare animo.* — *In probro eſſe, & in metu.*

ADRIAN. BARL.

*Frater.* FRATRI *Obtigiſſe quæ vult.} Fratrem vocat filium patrui. Hunc Suetonius fratrem patruelem vocat. Fratres ſororéſque patrueles dicebantur antiquis, qui quæue duobus ex fratribus nati eſſent. Apud Hebræos fratres nominabantur, non quibus communes eſſent parentes, ſed quibus ſtirps ac genus eſſet cõmune. ¶ Quas cùm aduerſæ res ſient, paulo mederi poſſis.} Quidam adnotans verbo medeor olim veteres dediſſe accuſandi caſum, citat hunc Terentij locum. Ciceronis ſeculo in vſu frequentiore datiuus fuit, & nunc etiam dicimus, Huic morbo facilè medebitur mater. His malis præter vnum Cæſarem quis mederi poſſet? ¶ Ni mihi eſſet ſpes oſtentata.} Priſcianus citans hunc Terentij locum, dicit ni ſubiunctiuo copulari.*

*Medeor, ac cuſatiuo iunctum.*

LATOMVS.

*Argumentum. Redit in ſcenam Antipho, vt à Phormione & Geta conueniatur, Gratulatur autem fratri apud ſpectatores, et de ſua fortuna queritur. ¶ Hic ſimul.} Confert ſuum periculũ cum Phædriæ felicitate. ¶ Spes oſtenſa.} Paulo antè à Geta.*

*Spem oſtẽdere.*

PETRVS MARS.

*Lætus Sum.} En vt adoleſcentes ſemper ſint ſui ſimiles, quaſi in eodem ludo edocti, vt ea quæ ad voluptatem & animum explendum faciunt, commilitonibus communicata geſtiant.*

RIVII CASTIG.

*Ni Mihi eſſet ſpes oſtenſa Huiuſce habendæ.} Nos hîc oſtentata legimus, vt ferè & manuſcripti omnes, & excuſi typis codices habẽt, præter hoſce recentiores: nec aliter citat Priſcian. Iam hac locutione, oſtentare ſpem, vtitur non ſemel Titus Liui. velut libro quarto, Dec. IIII. Stat ſententia non minuere copias: ne quid interim hoſtes inferant ignominiæ ſociis ſpem pro re oſtẽtandam cenſet &c. Cic. pro Clu. Cùm vnius filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata, inquit. Fuit, credo, qui in metiendo ſyllaba verſum abundare ſenſerit: & cùm nõ videret illam ipſam, quæ ſupereſſe putabatur, ſyllabam ab initiali vocali inſequẽtis verſus, vt fit in hypermetris, abſorberi, locum correcturus deprauauit: id quod ſæpe aliàs ab audacibus emendatoribus factum deprehẽdi. In quibuſdam*

*Spem oſtentare.*

Neque me domum nunc reciperem, ni mihi
eſſet ſpes * oſtenſa
Huiuſce habendæ. ſed vbinam Getam inue-
nire poſſum,
Vt rogem, quod tempus conueniendi patris
me capere iubeat?

Oſtentus. dam reperi: Ni mihi eſſet ſpes oſtenta, quod ne ipſum quidẽ diſplicet. Sext. enim Põ. oſtentum participialiter poni pro oſtẽtatum adnotauit lib. decimotertio, teſtimonio eſſe Pacuuium: cuius ibidem exemplũ citat. Meminit huius & Diomed. libro primo. Sed obfirmatè decernere haud auſim, vtrũ ſit rectius, oſtenta an oſtentata: niſi quòd poſterius exemplariũ calculo magis approbatur.

* oſtenta

* oſtentata

GLAREANVS. Omnes Sunt iambici tetrame. catalectici. In primo vel Meæ monoſyllabum eſt, vel bacchius eſt loco tertio. In ſecundo, Eius monoſylla. eſt, & Animo, nõ In animo legendum. In ſexto, legẽdum Sim, non Siem, vt ſit catalecticus, vt cæteri. In ſeptimo, ſiue Oſtenta, ſiue Oſtentata, ſiue Oſtenſa legas, verſus ſemper excuſari poteſt. In penulti. Huius diſyllabum eſt. In vltimo, Vt à ſuperiore eliditur verſu, & s, in Patris abiicitur. Quanquam creticus & primo & quinto loco eſſe poteſt.

## ACTVS V. SCENA V.



ARG. ADRIA. BARL.

ADnumeratam eſſe lenoni pecuniam narrat Phormio, & quaſi re bene geſta, nunc ſe curaturum cuticulam dicit.

ARG. PAVL. MALL.

HIc iactabundus Phormio inducitur, de fallacia ſenũ in extorquendo argento geſtiens, qui tanquam paraſitus ſe egregiè potaturum pollicetur. Deinde ad mercatum dicit ſe iturum, ne ipſum ſenes ſycophantam & liguritorem exiſtiment.

*Iambici Octonariũ Acalectici.*

PHORMIO, ANTIPHO.

ARgentum accepi, tradidi lenoni:
abduxi mulierem:
Curaui, propria ea Phædria vt
* potiretur: nã emiſſa eſt manu:
Nunc vna res mihi etiam reſtat, quæ eſt con
ficiunda, otium
A ſenibus ad potandum vt habeam: nam aliquot hos ſumam dies.
A. Sed Phormio eſt. quid ais? P. quid? A. quid
nam nunc facturus Phædria?
Quo pacto ſatietatem amoris ait ſe velle ſumere?
P. Vicißim partes tuas acturus eſt. A. quas?
P. vt fugitet patrem:

DONAT. ARGENTVM Accepi. } Iactantia hîc inducitur Phormionis: & quaſi omnis * prouenisse lætetur. ¶ Propria. Propria ea Phædria. } Virgilius, Connubio iungã ſtabili, propriámque dicabo. ¶ Vicißim partes tuas acturus eſt. } Secundum illud quod dictum eſt, Tradunt operas mutuas. ¶ Te ſuã rogauit rurſum vt ageres. } Partem iterum ſubaudiamus, & eſt ζεῦγμα à ſuperiore.

Vicißim partes actu rus.

ADRIA. BARL. Argentum accepi, tradidi lenoni. } Vide iactantiam Phormionis. ¶ Emiſſa eſt manu. } A ſeruitute liberata eſt. Plautus, Non erit tam auarus quin te gratis emittat manu, Terentius in Adelphis ſine ablatiuo manu dixit. Haud dubium eſt quin emitti æquũ ſiet. ¶ Vicißim partes tuas acturus eſt. } Donato videtur alluſio eſſe ad prouerbium. Tradũt operas mutuas. ¶ Potaturus eſt apud me. } Priſcianus de ſupinis primæ coniugationis loquens. Potum quoque inquit, pro potatum, Virgilius, Et potum paſtas age Tityre. Terentius autem in Phormione perfectè protulit, Nã potaturus apud me eſt. ¶ Sunium. } Promontoriũ eſt, & oppidũ Atticæ regionis, cuius in Eunucho etiã meminit. Rus Suniĩ quod habeã, & quàm lõgè à mari. ¶ Conficere credant. } Conficere hîc conſumere eſt.

Emittere manu, pro donare libertate. Emittere.

Potaturus.

Conficere.

LATOMVS. Argumentum. } Phædriæ cauſam Phormio vicißim commendat Antiphoni. Et eſt præparatio ante futurum congreſſum perſonarum. ¶ Nunc vna. } Paraſiticum ſtudium. ¶ Partes tuas acturus. } Id eſt, te imitaturus. tranſlatum à ſcenicis actionibus. ¶ Suam vt ageres. } Subaudi partẽ, nã eſt zeugma à ſuperiori. ¶ Conficere. } Conſumere.

Partes tuas acturus.

Zeugma à ſuperiori.

PETRVS MARS. Argentum accepi. } Iactantiã ſe de re, quæ feliciter ſucceßit, mores hæc ſcena exprimit. Quod non faciendũ iubet Plato, ſed tum maximè ſubmiſſè agendum eſſe, ne animi efferantur. Cicero Tuſcu. Iactatio eſt, voluptas geſtibus ſe efferẽs inſolentius.

RIVII caſtigatio. Tradidi Lenoni, adduxi mulierẽ. } Nos ex manuſcriptis, Abduxi mulierẽ: quibuſcum faciunt Venetum et Lugdunenſe & alia pleraque. Sic & Plautus in Aſinaria: Quam amabam, abduxit à Lenone mulierem. ¶ Nunc vna res reſtat mihi, quæ etiam &c. } Nos ex antiquis, Nunc vna res mihi etiam reſtat, quæ eſt conficiunda: vbi etiam pro adhuc, vt [illegible], accipitur. quod non [illegible] ẽtes, credo, verborum o[illegible] em inuertere ſunt auſi, [illegible] quàm exemplaria vetera habent. Tale eſt illud in Andria. At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè ha-

* poteretur

Etiam, pro Adhuc.

bet.⁋Te ſuã rogauit rurſum vt ageres cauſam.} Cauſam referes ad ea, quæ mox ſequuntūr: vt pro ſe diceres. Nam interpres hoc loco: Te ſuam rogauit rurſum vt ageres. Partem, inquit, iterum ſubaudiamus, & eſt ζεῦγμα à ſuperiore. Hæc ille. Vtitur autem Cicero ſimili locutione in Bruto: Cauſam pro publicanis accuratè, vt ſemper ſolitus eſſet, elegantérq; dixiſſet Lælium. Dicitur & ſimpliciter, dicere pro aliquo, vt ibidem, Qui pro L. Cotta dixit accuſante Africano.

*Dicere cauſam.*

*Dicere pro aliquo.*

Te ſuam rogauit rurſum vt ageres cauſam, vt pro ſe diceres:
Nam potaturus eſt apud me: ego me ire ſenibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta,
Ne, cùm hîc non videant me, conficere credant argentum ſuum.
Sed oſtium concrepuit abs te. A. vide quis egrediatur. P. Geta eſt.

GLAREANVS.

At huius ſcenæ verſus omnes ſunt iambici tetrametri acatalectici. In ſecūdo verſu Poteretur à tertia eſt coniugatione, vt apud Ouidium XIII. μεταμορφώσεως,

Túque tuis armis, nos te poteremur Achille.

*Poteretur.*

Tertius verſus in veteri códice, quam lectionē Riuius quoq; annotauit, ita habet,

Nunc vna res mihi etiã reſtat, quæ eſt conficienda, otium.

Et mihi quoque probatur. In ſeptimo vel creticus eſt loco tertio, vel tuas monoſyllabum. Similiter & de primo loco octaui verſus dicendum de Suam. In vltimo vel s, in Quis eliditur, vel Egreditur legēdum. Et vel Vide ſecunda ſyllaba breuis eſt, vel loco quinto creticus eſt.

## ACTVS V. SCENA VI.



ARG. ADRIA. BARL.

GEta Antiphoni nuntiat Phanium inuentam eſſe Chremetis filiam.

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena miro ornatu vehemens trium perſonarum gaudium exprimit Poëta. Nam Geta mirandum in modum lætabundus Antiphoni præſente Phormione annuntiat Phanium inuentam eſſe patrui ſui Chremetis filiam. Quod profectò tum Geta, tum Antipho ipſe ſummæ felicitatis loco ducēdum autumant. Cui Phormio mirificè cógratulatur, ſimúlque pulchram ſenes eludendi occaſioné, modum, & geſtum comminiſcitur. ADDITIO. Attende quàm graphicè hîc Getam, & blandiſsimum adulatorem, & verſutiſsimum auſcultatorem, exploratorem, & ſecreta clandeſtinè rimantem, artifex Poëta expreſsiſsimè depingit.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Geta Phanium filiam Chremetis inuentam eſſe renuntiat.

*Trochaici Tetrametri Catalectici.*

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

O Fortuna, O fors fortuna, quantis commoditatibus,
Quàm ſubitò hero meo Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis diem!
Quidnã hic ſibi volt? G. nóſque amicos eius exoneraſtis metu?

DONAT. *Fortuna.* O Fors fortuna.} Fortuna dicta eſt incerta res. fors fortuna, euentus fortunę bon⁹. ⁋Fors fortuna.} Aliud fortuna eſt, aliud fors fortuna. nam fors fortuna, eſt cuius diē feſtum colunt, qui ſine arte aliqua viuunt. huius ædes trans Tyberim eſt. ⁋Hūc onero pallio.} Rectè: quia palliata fabula eſt, non togata. ⁋Regit hercle.} Poteſt diſtingui hîc, pergit: & cõiunctè legi, Hercle tu nunquam odio tuo me vinces. ⁋Id tibi quidem iam fiet.} Id quod ſibi dici audiuit, minitatur. Et eſt conueniens error feſtinanti. ⁋Sine controuerſia.} Sine ambiguitate. ⁋Si te delibutū gaudio reddo.} Ad animum tranſtulit, quod eſt corporis. Nam delibutus, vnctus dicitur. ⁋Vt modò argentum.} Vide narrationem cœptam vnde opus eſt. ⁋Mittit herus me ad vxorem tuam.} Conuerſus ad Antiphonem hoc dicit. ⁋Pulcherrimū facinus audiui.} Huiuſmodi locos poëtæ actoribus indulgēt: quòd in his actoris eſt commendatio. ⁋Patruus tuus eſt pater inuentus Phanio vxori tuæ.} Vt Saluſtius in primo, Liberis eius auunculus erat. ⁋Atque hercle ego quoque illam audiui fabulã.} Plautus in milite glorioſo, Nã hoc cognomentum poëtæ eſſe audiui barbaro.

*Fors fortuna.*

*Controuerſia.*

*Delibutus.*

*Eſt illi pater.*

ADRIANVS BARLANDVS.

Fors fortuna.} Grammatici annotant fortunã eſſe incertã rem. Fors fortuna dicitur euentus fortunæ bonus. A veteribus dea credita eſt Fortuna. Hinc Iuuenalis, Te facimus Fortuna deam, cœlóque locamus. ⁋Fors fortuna.} Priſcian. diptota ſunt, inquit, quę duos diuerſos caſus habent tantùm, vt verua verubus, nam veruum in vſu non inuenimus, & fors forte. ⁋Hunc oneraſtis diem.} Eraſmus in commētario de copia verborū, ſic habet. Verbis eloqui nequeam, quantis gaudiis me tua onerarit epiſtola. Cur autem ſic verear loqui, cùm Terentius dixerit, Multis commoditatibus oneratum diē? Antitheton eſt. contraria contrariis oppoſuit, oneraſtis & exoneraſtis. ⁋Nunquam tu odio tuo me vinces.} Valla odium, inquit, moleſtiã quoque antiquitus ſignifica-

*Fors,*

*Onerare diem multis commoditatibus.*

*Antitheton*

*Odium, pro moleſtia.*

ſignificabat, & hunc citat locum. ¶ Si te delibutum gaudio reddo. ❡ Attentum facit. Delibutum vnctum ſignificat, quaſi oleo imbutum. Hinc Terentius ad animum tranſtulit. & Eraſmus in commentario de copia ſic ſcribens. Incredibili lætitia, tua me ſcripta delibutum reddiderunt. Eſt autem delibutus à verbo delibuo, quo Solinus hoc modo vtitur. Vnguẽtis eum delibuit, id eſt vnxit.

Delibutus. Delibuo.

¶ Vt modò argentum tibi dedimus. ❡ Breuis eſt narratio. vnde enim eſt opus, narrare incipit. ¶ In Gynæceum. ❡ Locum ſecretiorem dicimus in ædibus, vbi ſolę mulieres verſantur. ¶ Atqui mirificiſſimum. ❡ Laurentius libro primo, Magnificus, honorificus, munificus non ex ſe gignunt comparatiuos, ſuperlatiuóſque, ſex ex aliis, quæ in vſu non ſunt, ac ne poſſunt quidem eſſe, Magnificens, honorificens, munificens. nõ enim dicimus magnificior, honorificior, munificior, ſed magnificentior, honorificentior, munificentior, & in ſuperlatiuo magnificentiſſimus, honorificentiſsimus &c. Mirificus tamen mirificiſsimus facit. ¶ Quódnam arbitrare. ❡ Hæc eſt cataſtrophe periculorum Antiphonis.

Gynaceũ. Mirificiſſimus.

LATOMVS Argumentum. Abſoluitur Cataſtrophe Antiphonis. Nã Geta indicat ei inuentã eſſe Phanium. ¶ O fortuna. ❡ Exultatio Getæ vim exordij habet ad futuram lætitiam. ¶ Oneraſtis & exoneraſtis. ❡ Iucundum antitheton ex contrariis. ¶ Onero pallio. ❡ Vt expeditior ſit ad currendum. ¶ Hem tibi. ❡ Indignãtis, nec tamen agnoſcẽtis. ¶ Odio. ❡ Odioſa importunitate &

Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio:
Atque hominem propero inuenire, vt hæc quæ contigerint, ſciat?
A. Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. P. tantundem ego.
G. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc ſunt. A. heus Geta. G. hem tibi:
Num mirum, aut nouum eſt reuocari, curſum cum inſtitueris? A. Geta.
G. Pergit hercle: tu nunquam tuo odio vinces me. A. non manes?
G. Vapulabis. A. id tibi quidem iam fiet, niſi reſiſtis, verbero.
G. Familiariorem oportet eſſe hunc, qui minitatur malum.
Sed iſne eſt, quem quæro, an non? ipſus eſt. P. congredere actutum. A. quid eſt?
G. O omnium, quantum eſt, qui viuant, hominum homo honoratiſſime:
Nã ſine controuerſia à diis ſolus diligere Antipho
A. Ita velim: ſed quî iſtuc credam ita eſſe, mihi dici velim.
G. Satín' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo? A. enicas.
P. Quin tu hinc pollicitationes aufer: et quod fers, cedò. G. oh,
Tu quoque hîc aderas Phormio? P. aderam: ſed ceſſas? G. accipe, hem
Vt modò argentum tibi dedimus apud forum, rectà domum
Sumus profecti: interea mittit herus me ad vxorem tuam.
A. Quamobrem? G. omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem eſt Antipho.
Vbi in gynæceum ire occipio, puer ad me occurrit Mida:
Ponè apprehendit pallio: reſupinat: reſpicio: rogo
Quamobrem retineat me: ait eſſe vetitum intrò ad heram accedere.
Sophrona modò fratrem huc inquit ſenis introduxit Chremem,
Eúmque nunc eſſe intus cum illis. hoc vbi ego au-

moleſtia. ¶ Omnium. ❡ Aptum principium ad rei lætæ denuntiationem ¶ Delibutum. ❡ Imbutum metaphoricω̃s. nam propriè vnctum ſignificat, à verbo delibuo, quod parum eſt in vſu. ¶ Gynæceum. ❡ Pars ædium, in qua ſolæ mulieres diuerſantur, frauuẽ tzymmer. ¶ Suſpenſo gra. ❡ Hypotyposis. ¶ Euge. ❡ Gaudentis, & cum geſtu pronuntiandum. ¶ Patruus tuus. ❡ Propoſitio, quæ eſt ſumma narrationis. Cætera adduntur confirmandi cauſa. ¶ Atque hercle. ❡ A teſtimonio. ¶ Quo magis. ❡ A ſigno. ¶ Denique. ❡ Aliud ſignum.

Euge.

PETRVS MARS. O fortuna. ❡ Gaudentis immodicè & exultantis præ lætitia inſuperabili geſtus hoc loco deſcribuntur. Et rectè quidem elatum depingit ex gaudio. Nã Cicerone teſte quarto Tuſculanarum: Lætitia eſt opinio recens boni præſentis, in quo efferri rectum eſſe videatur. Idem ibidẽ: Cùm ita mouemur, vt in bono ſimus aliquo, dupliciter id cõtingit. Nam cùm ratione animus mouetur placidè atque cõſtanter, tum illud gaudium dicitur. Cùm autem inaniter et effusè animus exultat, tum illa lætitia geſtiens vel nimia dici poteſt. Quam ita diffiniunt, ſine ratione elationem animi. ¶ Fors fortuna. ❡ Id eſt, bona fortuna, qua adiectione teſte Pompeio ex incerta certã reddebant. Delibutus, perfuſus, tinctus, & plenus. Gynęceũ, Eſt ſecretum mulierum, in quod conclaue nõ datur viris ingreſſus: tractant illic muliebria fœminæ. Gyne mulierem ſignificat, gynæceum conclaue muliercularum.

Gaudium. Lætitia geſtiens. Fors fortuna. Gynæceum

*diui, ad fores*
*Suſpenſo gradu placidè ire perrexi: acceßi: aſtiti:*
*Animam compreßi: aurem admoui; ita animum cœpi attendere,*
*Hoc modo ſermonem captans.* A. *euge Geta.* G. *hîc pulcherrimum*
*Facinus audiui: itaque penè hercle exclamaui gaudio.*
P. *Quod?* G. *quódnam arbitrare?* A. *neſcio.* G. *atqui mirificißimum:*
*Patruus tuus eſt pater inuentus Phanio vxori tuæ.* A. *hem,*
*Quid ais?* G. *cum eius conſueuit olim matre in Lemno clanculum.*
P. *Somnium: vtíne hæc ignoraret ſuum patrem?* G. *aliquid credito*
*Phormio eſſe cauſæ: ſed me censén' potuiſſe omnia*
*Intelligere extra oſtium, intus quæ inter ſe ipſi egerint?*
P. *Atque hercle ego quoque illā audiui fabulam.* G. *imò etiam dabo*
*Quo magis credas: patruus interea inde huc egreditur foras:*
*Haud multo pòſt cum patre idem recipit ſe intrò denuo:*
*Ait vterque tibi poteſtatem eius habendæ ſe dare:*
*Denique ego ſum miſſus, te vt requirerem, atque adducerem.*
A. *Hem quin ergo? rape me: quid ceſſas?* G. *fecero* A. *O mi Phormio*
*Vale.* P. *vale Antipho: bene, ita me dij ament, factum: gaudeo.*

GLAREANVS.

*Omnes ſunt trochaici tetra. catalecti. In ſecundo verſu trochaus eſt loco primo, anapæſtus ſecundo, amphibrachys tertio, niſi Meo ſit monoſyllabū. In tertio vel Eius monoſyllabū eſt, vel creticus loco quinto. Quartus verſus in vetuſtioribus codicibus, quibus ego accedo, ita legitur.*

*Sed mihi nunc ceſſo,*
*qui non humerum*
*hūc exonero pallio.*

Exonero. *Hoc enim Exonero retulit ad Exonero quod eſt verſu proximo. Scio quid quidam commenti ſint, qui Onero pro Exonero legunt cum vulgo exemplaribus. In ſexto verſu vel d, eliditur in Quid vel creticus eſt loco tertio. In octauo, vel pæan primus eſt loco ſexto, vel Inſtiteris pro Inſtitueris legendum. Eodem modo de nono verſu dico, in cuius loco quarto vel eſt pęan primus, vel Odio diſyllabum fuerit. In decimo, vel creticus erit loco ſecundo, vel s, de Vapulabis eliditur. Ceterùm vel carmen eſt hypermetrum, vel abiiciendum verbum Quidem, quod adiectum videtur.*

Minitat. *In vndecimo, puto Minitat legendum pro Minitatur, vt in penultima ſcena Hecyrę Luctat pro Luctatur. Et in Malum finitur verſus. quod in Aldi codice neglectum erat. In duodecimo vel d, in Sed, & s, in Ipſus eliduntur, vel loco primo erit bacchius, & loco quarto creticus. In decimo tertio creticus eſt loco primo, & loco quarto trochæus, vt ſecunda ſyllaba in Honoratißime producta maneat, niſi quis loco ſexto bacchium cōſtituere malit, & primo loco trochæum. In decimonono, amphibrachys eſt loco quinto. In vigeſimo vel in Sumus eliduur s, vel amphibrachys eſt loco primo. In vigeſimoſecundo vel v, in Vbi eliditur à ſuperiore verſu, vel amphibrachys eſt loco primo. In vigeſimotertio, vel Apprehendit eſt triſyllabum, vel bacchius loco ſecundo. Ita in vigeſimoſexto, vel amphibrachys eſt loco primo, vel Eum monoſyllabum. In trigeſimotertio, Eius monoſyllabum eſt. Et in trigeſimoquarto, Suum monoſyllabum, vel amphibrachys bacchiúſue, propter ancipitem ſyllabam pa, eſt loco quinto. In trigeſimooctauo s, eliditur in Magis. In quadrageſimo, Se omitti non debet ante Dare. Et penultimus incipit à Quin. Nam Hem ad ſuperiorem verſum pertinet. In vltimo vel amphibrachys eſt et loco primo, vel le in Vale corripitur. & Dij quoque corripitur, non eliditur, vt ſæpe alibi.*

## ACTVS V. SCENA VII.



ARG. ADRIA. BARL.

ARgumentum huius ſcenulæ annexum eſt ſuperiori. Nam neque Malleolus diſiunctim legit, neque reuera ita eſt legendum.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Gratulatur Phormio de Antiphone & Phædria.

*Senarij.*

PHORMIO.

*TAntam fortunam de improuiſo*
*eſſe his datam.*
*Summa eludẽdi occaſio eſt mihi*
*nunc ſenes,*
*Et Phædriæ curam adimere argentariam,*
*Ne cuiquam ſuorum æqualium ſupplex ſiet:*
*Nam idem hoc argentum ita vt * ingratis eſt*
*datum,*
*His datum erit: hoc qui cogã, re ipſa repperi.*
*Nũc geſtus mihi, voltúſq; eſt capiũdus nouus*
*Sed hinc cõcedã in angiportũ * hoc proximũ:*
*Inde hiſce oſtendã me, vbi erũt egreſſi foras:*
*Quò me aſſimularam ire ad mercatũ, nõ eo.*

DONATVS.

*Curam adimere argentariam.*

CVRAM *Adimere argentariam.*} *Variè, pro, adimendi occaſio eſt.*

ADRIANVS BARLAND.

*Curam adimere argentariam.*} *Adimere quam habet de inueniundo argento quod lenoni promiſit.*

LATOMVS.

*Argumentũ. Nactus occaſionem ex inuenta Phanio mutat conſilium ludendi ſenes Phormio, et ad eam rem ſe comparat.*

*Ingratis.*

*¶ Ingratis.*} *Id eſt inuitò aduerbialiter.*

*Tantam fortunam.*} *In hanc ſcenam nihil notauit Marſus: quòd videatur non eſſe diſiuncta à ſuperiore.*

RIVII CASTIGATIO.

*Tantam fortunam de improuiſo.*} *Vt liberè quod ſentio dicam, puto ego ſcenam hanc pendêre à ſuperiori, eiuſdémque particulam eſſe quandam. Nam illud, Gaudeo, in fine ſcenæ proximę referendum arbitror ad principium huius ſcenę, vt ſit hęc ſententia: Gaudeo tantam felicitatem de improuiſo eſſe his datam. Mecum faciunt manu ſcripta exemplaria, & ex impreſſis Lugdunenſe, Venetum, alia pleraque, ipſe prętereà Donatus. Quod ſi ſeparatim per admirationem legere malis, nihil quidem repugno.*

*Angiportũ*
*Angiportus.*

*¶ In angiportum hoc proximũ.*} *Ita quidem exẽplaria: ſed Priſcianus legit: Concedam in angiportum hunc proximum, lib. ſexto, vbi adnotauit ex Plinio ſecundo, & hic angiportus dici, & hoc Angiportum. Poſterioris exemplum ſubdit illud ex Adelpho. Id quidem angiportum non eſt peruiũ. Prioris ex Phormione: Sed hinc cõcedam in angiportum hunc proximum.*

GLAREANVS.

*Hanc Scenam quidam ſuperiori coniungunt, & alij ſeiungunt. certè priora verba Phormio ad præſenteis locutus videtur, hæc autem ſecum ipſe murmurans ait, quibus oſtendit Paraſiticam ac Sycophanticã malignitatem, quæ nocere non deſinit, vt ſibi proſit. Quintus verſus ita legendus eſt,*

*Ingratis.*

*Nam idem hoc argentum ita vt datum*
*eſt ingratiis.*

*Vt aduerbium Ingratiis ſit tetraſyllabicum, quemadmodum in Heautontimorumeno, Proterruiſti hinc, ea coacta ingratiis. Vtitur aliquoties & Plautus.*

* datum eſt ingratiis

* hunc

## ACTVS V. SCENA VIII.



ARG. ADRIA. BARL.

COgnita Phanio, ſenes à Phormione pecuniam repetunt. Phormio negat ſe redditurum. Hinc cõtentio inter eos oritur.

DONAT.

*Dilapidare*

PRIVS *quàm dilapidet.*} *Diſperdat.* ¶ *Viſã, vt quod.*} ἀποσιώπησις *ſecunda.* ¶ *Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel.*} *Et deeſt, Ad me. vt in Heautõti. Ad me recipio: faciet.*

*Adhuc.*

¶ *Adhuc curaui.*} τῷ ἀρχαϊσμῷ *addidit Adhuc: cùm potuiſſet ſine hoc integer sẽſus eſſe.*

*Coràm me incuſaueras*

¶ *Quę tute dudũ coràm me incuſaueras.*} *Noua locutio, coràm me incuſaueras: non, quæ hîc incuſaueras.* ¶ *Coràm me incuſaueras.*} *Bellè: vt ſi quid neget, contra ſeipſum ſentire videatur.* ¶ *Satin' ſuperbè illuditis me?*} *En datiuum et accuſatiuum caſum regit illudo.*

*Illudo.*

¶ *Rurſum iube reſcribi Phormio.*} *Reſcribi, reddi, ſeu per mẽſæ ſcripturam dari.*

*Reſcribere, pro reddere ſiue renumerare.*

¶ *Iube reſcribi.*} *Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura: reſcribere dicebant pro renumerare. Et ſic infert, Næ ego perſcripſi porrò illis quibus debui. Hæc eſt ergo figura, in qua ſecunda de primis ſignificãtiam ſumunt.* ¶ *Iube reſcribi.*} *Per ſcripturam id eſt de mẽſæ ſcriptura dari. vnde hodie additur chirographis, Domo ex arca ſua, vel ex menſæ ſcriptura.*

*Scriptura.*

ARG. PAVL. MALL.

IN ſequenti ſcena Phormionis & ſenum habetur contentio. Nam hi cognita Phanio pecunias à Phormione repetunt. verùm is reddere inficiatur, niſi hanc habere vxorem liceat, atque ita eouſque rixando procedunt, vt Phormio totum Chremetis factum de altera coniuge Léni, filiáque habita aperiat. Quod Nauſiſtratæ vxori primariæ detegere interminatur, quo medio triginta minas vel inuitis ſenibus retinere conatur, quod Chremes facilè conceſsit, at Demipho vſque renititur, imò Phormionem clamoſum deprehendere ambo & abducere moliuntur. ADDITIO. Attende Phormionis paraſiti in his duabus ſcenis ſequẽtibus, imò vſquequaque audacem & expromptam calliditatem; Chremetis coram vxore citra viri decorum formidinẽ, Demiphonis per totam fabulam nimiam rerum attentione ſolicitudinem.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

IN hac ſcena triginta minæ datæ Phormioni, vt Pamphilam à lenone redimat, repetuntur, & magnos dant motus.

*Trimetri.*

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

*DIs magnas meritò gratias habeo atque ago:*
*Quando euenere hæc nobis frater proſperè.*
*Quantum poteſt, nunc cõueniendus Phormio eſt,*
*Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas,*
*Vt auferamus.* P. *Demiphonem ſi domi eſt,*
*Viſam, vt quod.* D. *at nos ad te ibamus Phormio.*
P. *De eadem hac fortaſſe cauſa?* D. *ita hercle.* P. *credidi.*
*Quid ad me ibatis? ridiculũ: an verebamini,*
*Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?*
*Heus heus, quanta hæc mea paupertas eſt: tamen*
*Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides.*
C. *Eſtne ea ita, vt dixi, liberalis?* D. *oppidò.*
P. *Itaque ad vos venio nuntiatum Demipho,*
*Paratum me eſſe. vbi voltis, vxorem date,*
*Nam omneis poſthabui mihi res, ita vti par fuit,*
*Poſtquam tantopere id vos velle animum aduorteram.*
D. *At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem.*
*Nã qui erit rumor populi inquit, ſi id feceris?*

**Perſcribere** *¶ Næ ego perſcripſi.§ Multis perſcripturam reddidi, multis dedi. vt apud Virgilium, Deditur hic ſubito Troiana per agmina rumor. ¶ Quin tu mihi argẽtum cedo.§ Hoc ab vtroque cum clamore dici accipiendum eſt. ¶ In ius ambula.§* **In ius ambula.** *Ad iudicem eamus ſcilicet. nam ius, pro loco eſt.* **Ius.** *Cicero, Quin te in iure cõſpicio. ¶ Enimuero ſi porrò odioſi eſſe pergitis.§ Vultu iuuandum eſt, & pronuntiatione hoc quod tã minaciter ſuſpenditur. ¶ Enimuero.§* **Enimuero.** *Enimuero, principiũ eſt aliquid per iracundiam dicturi: vt, Hîc tum aliis ex alia parte, Enimuero hoc feret, &c. ¶ Condonamus te.§* **Condono.** *Condono, ablatiuo iunxit: vt in Eunucho, Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur. ¶ Indotatis.§ Hoc eſt, vt Phanio. ¶ Etiã dotatis ſoleo.§ Vt Nauſiſtrata. ¶ Nullus ſum.§ Periĳ, mortuus ſum. ¶ Sepulſum.§ αὔξησις. nam plus eſt, quã nullus ſum. ¶ Quid vis tibi? argentum quod habes? condonamus te.§ Vis iterum ſubaudiendum eſt: vt ſit, Vis argentum quod habes? & eſt ἀσυνθέτως inferendum, Condonamus te. Sic eſt illud apud Virgilium, Vultis & his mecum pariter conſidere regnis? Vrbem quam ſtatuo? veſtra eſt. ¶ Malùm, ergo me ſic, &c.§* **Malùm.** *Malùm, aduerbiũ eſt interpoſitæ indignationis. ¶ Nolo, volo: volo, nolo rurſum.§ Primò, ſingula ſeparatim: deinde ſimul vtraque pronuntianda ſunt. ¶ Animo virili.§ A neceſſario adhortatur. ¶ Noſtro modo vlciſci.§* **Modo noſtro.** *Ingenio ſcilicet. ¶ Hi gladiatorio animo.§* **Gladiatorius anim⁹.** *Parato ad periculũ: hoc eſt, ita perdito ac temerario, vt non ſibi caueant, dummodo vulnerent. vt Saluſt. Auidius alter alterũ ſauciare, quam ſemet tegere. ¶ Ad me affectant viam.§* **Affectant viam.** *Affectant viã plenum: quod nos ἐλλειπτικῶς.* **Vt, pro ne non.** *¶ Vt placari poſſit.§ Vt, pro ne non. ¶ Cum de medio exceſſit.§ Pro quia.* **Cum, pro quia.** *¶ De medio exceſſit, & ad dictum, & ad rationem dicti, comicum eſt.* **De medio exceſſit.** *¶ Aſtutè aggredimini.§ εἰρωνεία. Et propriè aggredi,* **Aggredi.** *accedere ad dimicandum eſt. Bene ergo ſeruauit tranſlationem à gladiatoribus cœptam. ¶ Ain' tu? vbi peregrè.§ Modò ad Chremetem cum inuentione conuerſus eſt. ¶ Lautum peccatum tuum?§* **Lauare peccatum.** *Vt laues, vt maculam. ¶ Lachrumis ſi extillaueris.§* **Stillare.** *Stillare, eſt guttas emittere ex corpore.* **Extillare.** *Extillare, ipſum corpus guttatim finiri. Ergo quaſi totum in lachrymas conuerti, & ex toto ſtillare corpore. ¶ Publicit⁹.§* **Publicitus.** *Id eſt, publica cura atque conſilio. ¶ In ſolas terras?§* **Sola terra.** *Virg. Paſtorum & ſolis exegit montibus æuum. Et Saluſt. in primo Solis viis. ¶ In ius eamus.§* **Ius.** *Ad pretoris ſellam. modò enim, locũ ſignificat. ¶ In ius! huc ſi quid lubet.§ Apparet paraſitum niti ad domum Chremetis: ſenes verò ad forũ conari attrahere. ¶ Etenim ſolus.§ Etenim, pro At poſuit: vt turbatum oſtẽderet. Sic alibi, Etenim non ſinam.* **Etenim pro At.** *¶ Vna iniuria eſt.§* **Iniuria.** *Id eſt actio iniuriarum ex lege. ¶ Altera.§ Quã feciſti dotatæ vxori. ¶ Lege agito ergo.§* **Lege agito.** *Lege agito dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis aduerſario videbatur. Plaut. in Aul. Lege agito mecum, moleſtus ne ſis, & cœnam coque. ¶ Pugnos in ventrem ingere.§* **Ventres.** *Vrbanè in ventrẽ, quaſi paraſito. An ventrem, totum paraſitum dicit? vt Lucil. in ſecundo, Viuite lurcones, comedones,* **Comedones.** *viuite ventres. An ſimpliciter, quia qui reſiſtit, ne ſequatur trahentem collo obtorto, repandum ſe facit, & vẽtrem proiicit. cùm autem in ventre feritur: curuatur, & ſequitur.*

**ADRIA. BARL.** *Noſtras Triginta minas.§ Mina decem aureos coronatos valuit. ¶ Vt quod.§ Apoſiopeſis eſt. ¶ An verebamini*

Ne non. bamini ne id non facerem?§ Frequẽter etiam veteres illi duas negatiuas clauſulas ſimul ponunt, & plerunque cum verbis vereor, timeo, & metuo. ¶ Vt mihi eſſet fides.§ Quanquam me fortuna pauperem fecit, nũquam tamen perfidus vt eſſem, facere potuit. Fortuna me pauperem fecit fateor. ſed pauperem duntaxat, non etiam perfidum. Sic & apud Maronem Sinon ille: Nec ſi miſerum Fortuna Sinonẽ Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget. ¶ Qui erit rumor inquit.§ Mimeſis eſt. ¶ Tum autem Antiphonẽ.§ Chremes hæc Demiphoni in aurem ſuggerit. ¶ Argẽtum iube rurſum reſcribi.§ Reſcribere eſt reſtituere vel renumerare. ¶ Næ ego perſcripſi.§ Id eſt per ſcripturã reddidi vel dedi. Hic ſermo ſumptus eſt à rationibus fœneratorũ. Et eſt figura, in qua ſecunda de primus ſignificantiam accipiunt. ¶ I hinc in malam rem.§ Terentius hoc dixit, quemadmodum græci tum φθείρου, τῦ βάλλ' ἐς κόρακας. Nunc vulgi ſermo in eiuſmodi mali indignatione ſolet ablegare homines ad Orci ſatellitium. ¶ In malam rem hinc.§ Ad coruos abi, Abi in malam rem, in malam crucem, imprecationes ſunt, à quibus abſtinere diſcãt iuuenes. nihil enim Chriſtianos decent, quibus à ſpiritu dei per doctorem gentium in epiſtola ad Epheſios dictum eſt: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, et blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & deus in Chriſto donauit vobis. Et paulo pòſt: Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem nõ pertinet, ſed ma-

In malã rem. — Abi in malam rem.

Olim cùm honeſtè potuit, tum non eſt data.
Nunc viduam extrudi turpe eſt. fermè eadem omnia,
Quæ túte dudum coràm me incuſaueras.
P. Satin' ſuperbè illuditis me? D. quî? P. rogas?
Quia ne alteram quidem illã potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempſerim?
C. Tum autem Antiphonem video ab ſeſe amittere
Inuitum eam, inque. D. tum autem video filiũ
Inuitum ſanè mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio.
P. Quod? næ ego perſcripſi porrò illis quibus debui.
D. Quid igitur fiet? P. ſi vis mihi vxorem dare,
Quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt, vt velis
Manere illam apud te, dos hîc maneat Demipho:
Nam non eſt æquum me propter vos decipi,
Cùm ego veſtri honoris cauſa repudiũ alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat.
D. I hinc in malam rem cũ iſtac magnificẽtia
Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeò? P. irritor. D. túne hanc duceres,
Si tibi data eſſet? P. fac periculum. D. vt filius
Cum illa habitet apud te: hoc veſtrum conſilium fuit.
P. Quæſo quid narras? D. quin tu mihi argentum cedò.
P. Imò verò, tu vxorẽ cedò. D. in ius ambula.
P. In ius? enimuero ſi porrò eſſe odioſi pergitis
D. Quid facies? P. egóne? vos me indotatis modò
Patrocinari fortaſſe arbitramini:
Etiam dotatis ſoleo. C. quid id noſtra? P. nihil.
Hîc quandam noram, cuius vir vxorem. C. hem. D. quid eſt?
P. Lemni habuit aliam. C. nullus ſum. P. ex qua filiam

gis gratiarum actio. ¶ Irritor.§ Irritare propriè eſt prouocare. Tractum à canibus qui prouocati irruũt. ¶ In ius ambula, id eſt ad iudicem eamus.§ Ius pro loco poſuit. Sic & Cicero. Cùm te in iure conſpicio. ¶ Enimuero.§ Principium eſt plura dicere volentis. ¶ Si porrò eſſe odioſi pergitis.§ Odioſi, id eſt moleſti. Nam odium, vt dixi, veteres pro moleſtia capiebant. ¶ Me vos indotatis, etiam dotatis ſoleo.§ Indotatis ad Phanium, Dotatis ad Nauſiſtratam referendũ eſt. ¶ Nullus ſum, ſepultus ſum.§ Vide auxeſim. ¶ Hæc adeò illi iam denarrabo.§ Interminatur ſe narraturũ vxori de altera coniuge, ex qua Chremes in Lemno filiam ſuſceperat. ¶ Argentum quod habes condonamus.§ Condonamus pro remittimus dixiſſe videtur. ¶ Quid vos, malũ, ergo me.§ Malum interpoſitæ indignationis aduerbium eſt. quo Terentius frequenter vtitur. ¶ Veſtra puerili ſententia.§ Quæ ſit puerilis ſententia, Horatius docet in arte. Irã inquit colligit, & ponit temerè, & mutatur in horam. ¶ Animo virili.§ Hortatur à neceſſario. ¶ Gladiatorio animo.§ Prouerbij ſpeciem habet, ſignificans ita tendi ad nocendũ alteri, vt id cum proprio etiam periculo tẽtetur, animo pertinaci, paratóq; vel perdere, vel perire. Nã gladiatori compoſito ad certamen hæc pugnæ propoſita ſors eſt, aut occidere ſi occupauerit, aut occumbere ſi ceſſauerit. ¶ Vereor vt placari poſſit.§ Vt pro ne non. ¶ Aſtutè aggredimini.§ Ironicũ eſt. ¶ Ex re iſtius.§ Ex re tua, è republica, in rem tuã, in rem meã perinde ſignificat Latinis, ac ſi diceret, mihi vel tibi vtile eſt. ¶ Ita incenſam dabo.§ Rodolphus Agricola lib. primo inuẽtionis dialecticæ, capite XXIII. agens de nomine rei, & triplici eius vſu.

Irritare. — Odioſus, pro moleſt. — Condono. — Malum. — Puerilis ſententia. — Gladiatorius anim. — Ex re tua.

Suſcepit: & eã clàm educat. C. ſepultus ſum.
P. Hæc adeò ego illi iam denarrabo. C. obſecro,
Ne facias. P. oh túne is eras? D. vt ludos facit.
C. Miſſum te facimus. P. fabulæ. C. quid vis tibi?
Argentũ quod habes? cõdonamus te. P. audio:
Quid vos, malùm, ergo me ſic ludificamini,
Inepti veſtra puerili ſententia?
Nolo, volo, volo, nolo rurſum: cedò cape.
Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, irritum eſt.
C. Quo pacto, aut vnde hæc hic reſciuit? D. neſcio,
* Niſi me dixiſſe nemini id certò ſcio.
C. Monſtri, ita me dij ament, ſimile. P. inieci ſcrupulum. D. hem,
Hiccíne vt à nobis hoc tantũ argenti auferat
Tam apertè irridens? emori hercle ſatius eſt:
Animo virili præſentíque vt ſis, para:
Vides tuum peccatum eſſe elatum foras,
Neque iam id celare poſſe te vxorem tuam:
Nũc quod ipſa ex alijs auditura ſit Chreme,
Id noſmet indicare placabilius eſt.
Tum hunc impuratũ poterimus noſtro modo
Vlciſci. P. at at, niſi mihi proſpicio, hæreo:
Hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.
C. At vereor vt placari poſſit. D. bono animo es:
Ego redigã vos in gratiã, hoc fretus Chreme,
Cum * de medio exceſſit, vnde hæc ſuſcepta eſt tibi.
P. Itáne agitis mecum? ſatis aſtutè aggredimini.
Nõ hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho:
Ain' tu, vbi peregrè tibi quod libitum fuit feceris,
Neque huius ſis veritus fœminæ primariæ,
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias,
Venias nunc precibus lautũ peccatum tuum?
Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo,
Vt ne reſtinguas, lachrumis ſi extillaueris.
D. Malum, quod iſti dij, deæque omnes duint:

Alius præterea eſt, inquit, huius loci vſus: cum tranſlato nomine, deinde ducimus ex re non quam hoc in loco, ſed quam propriè ſignificat, argumentum. Quale eſt apud Ouidiũ. Quis enim celauerit ignem, Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo? ignẽ pro amore poſuit. Deinde Phormio. Hiſce ego dictis illam tibi tam incenſam dabo, vt ne reſtinguas lachrymis ſi totus extillaueris. Incenſam pro irata dixit, dein de reliqua ſubiecit velut verè ardentẽ crederet. ¶ Si extillaueris. } Extillare eſt guttas emittere ex corpore. ¶ In ſolas terras. } Id eſt deſertas. ¶ Enim ſolus nequeo. } Enim pro at vetus eſt, & preponitur. Terẽtius, Enim ſolus nequeo. Quidam legũt etenim. ¶ Os opprime. } Os opprimere ſignificat obturare & occludere os, nec ſinere loqui. ¶ Pugnos in vẽtrem ingere. } Eraſmus pugnos, inquit, plagas ipſas vocat. Ventres autem dicebantur homines edaces, ventri atq; abdomini ſeruientes. Donatus oſtendit & ad totum paraſitũ referri poſſe. ¶ Vel oculũ exculpe. } Vel pro etiã poſuit. vt in Eunucho. Vel rex ſemper maximas mihi gratias agebas.

Incenſus, pro iratus.

Solus, pro deſertus.

Enim, pro At.

Os opprimere.

Pugni.

Oculũ exculpere.

Vel, pro Etiam.

LATOMVS.

Argumentum. Repetunt ſenes argentum à paraſito, ex quo contentio oritur, quæ erit occaſio cataſtrophes Phædriæ. ¶ Vt quod. } Abrupta oratio interpellationis Demiphonis. ¶ Eſtne ea. } Adhuc loquitur de Phanio Chremes, de qua inter ipſos ſermo fuerat, priuſquam venirent ad paraſitum. ¶ Nam qui. } Ratio à turpi. ¶ Fermè. } Addit vim confirmationis ab ipſius Phormionis ſententia. ¶ Tu autem. } Hoc ſuggerit Chremes, & eſt alia ratio ab iniuſto & difficili. ¶ Reſcribi. } Reddi, tenumerari: nimirũ per ſcripturam menſariorum aut fœneratorum, penes quos vſuræ gratia, priuatæ pecuniæ erant. Eſt autem ſynecdoche, qua verbum rei ſequentis ad ſignificandum id, quod præceſſit, transfertur. nam præcedit numeratio pecuniæ, deinde ſcriptura ſequitur, cùm id quod numeratũ eſt, in tabulas refertur. ¶ I hinc } Imprecatio. ¶ In ius. } In iudicium. nam hîc locum ſignificat. ¶ Dotatis. } Intelligit Nauſiſtratam. ¶ Sepultus ſum. } Auxeſis hyperbolica deſperantis. ¶ Condonamus te. } Te ablatiuus. ¶ Nolo, volo. } Mimeſis indignantis. ¶ Inieci ſcrupu. } Hoc ſecum paraſitus, & eſt prouerbiale. Nam ſignificat ſolicitudinem animo iniicere. ¶ Animo virili. } Accingitur ad vim Demipho, & Chremem hortatur à neceſſario. ¶ Atat. } Metuentis. & gladiatorio animo dicit prouerbiali figura, pro perdita temeritate & audacia. ¶ Non hercle } Cõminatio ¶ Reſtinguas } Epitaſis ex metaphora. nam cùm iram ſignificarit, nunc quaſi de vero igne loquitur. ¶ Aſſequere. } Apparet Phormionem niti ad domũ Chremetis, vt cõueniat Nauſiſtratam. quare dixit huc. ſi quid libet, prouocans Chremetem, cùm ipſe in ius vocaretur. ¶ Vel } Pro, etiam.

* è

Reſcribere.

Condonare.

Scrupulum iniicere.

*Niſi, pro Sed.

Gladiatorius anim'.

PETRVS MARS.

Diis magnas. } Hominum improborum & ſceleratorũ mores, qui accepta parua occaſione viros optimos & ſibi multum diſſimiles, grauibus conuiciis, iniuriis vexant, vt id extorqueant quo ſuæ voluptati gratificentur, docet hæc ſcena. Xenophon in ſexto Cyropædiæ: Homo autem laudabilis, qui in vita hac probitatem ſectatur, ſic ſe cõparare debet, ne hoſtib' aut inuidis vllam occaſionẽ det cum veritate calumniandi. Et hæc eſt obtrectatio vitium peſſimum et abominabile: quia cũ ex ea re parum ſibi ipſi prodeſſe poteſt, alterius famam nimio plus corrumpit. ¶ Dilapidet. } Dilapidare.

Tantáne affectum hominem quenquam eſſe audacia?
Nónne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? C. in id redactus ſum loci,
Vt quid agam cum illo, neſciam prorſus. D. ego ſcio:
In ius eamus. P. in ius? huc, ſi quid lubet.
D. Aſſequere, ac retine, dum huc ego ſeruos euoco.
C. Etenim nequeo ſolus: accurre huc. P. vna iniuria eſt
Tecum. C. lege agito ergo. P. altera eſt tecum Chreme.
D. Rape hunc. P. itáne agitis? enimuero voce eſt opus:
Nauſiſtrata exi. C. os opprime. D. impurum vide,
Quantum valet. P. Nauſiſtrata inquam. C. non taces?
P. Taceam! C. niſi ſequitur, pugno in ventrem ingere.
P. Vel oculum* exculpe: eſt, vbi vos vlciſcar, locus. *exclude:

Dilapidare. pidare eſt bona & ſubſtantiam diſsipare, corrumpere, & nepotum more decoquere. ¶ Gladiatorio animo. ❴ Cõfidenti, obfirmato.

RIVII caſtigatio. Eſt' ne ita, vt dixi, liberalis? ❴ In quibuſdam paulo vetuſtioribus, velut Argentoratenſi & Veneto, erat: Eſt' ne ea, ita vt dixi, liberalis? addito pronomine ea: quo modo apertior fuerit ſenſus. Nam de Phanio adhuc loquitur Chremes: de qua prius quàm ad Phormionẽ veniret, loqui cœperant. Dicit autem liberalem, quòd Liberalis. & facie eſſet honeſta, & vultu ipſo præ ſe ferret matronalem modeſtiam, & ingenuum quẽdam pudorem. Sic enim & alias Poëta vtitur, velut in Andria: Et quia erat forma præter cęteras honeſta ac liberali & cæ. vbi reſpexit ad probitatem vultus & morum. In Hecyra: Perliberalis. Rectè amaſti Pãphile vxorem tuam, perliberalis viſa eſt. Præterea in Phormione: Nam perliberalis viſa eſt, cùm vidi, mihi. loquitur hoc de Panio Nauſiſtrata. Adnotauit autem & Sex. Pompeius liberales interdum dici, ingenuæ formæ homines. Mihi ad oris probitatem, & ad mores referendum maximè videtur, vt ſit liberalis, idem quod pudens, modeſta, ingenio liberali prædita &c. ¶ I hinc in malam rem cum iſthac magnificentia. ❴ Quædam exemplaria habent: I hinc malam rem &c. omiſſa præpoſitione: vt ponatur aduerbialiter, cuius alicubi meminit Donatus. Porrò in menſione carminis nulla fit colliſio: de quo initio prolixius egimus. ¶ In ius enimuero ſi porrò eſſe odioſi pergitis. ❴ Hæc verba, In ius, quidam codices non habent, nec ſenarius exigit. Quòd ſi quis addi malit, non magnopere reluctabor: præſertim cùm manu ſcriptus codex adſtipuletur. Verùm ſic diſtinguas oportet: In ius? Enimuero ſi porrò &c.

Enimuero. Eſt enim enimuero principium aliquid per iram dicturi, inquit Dona. vt Tit. Liu. libro octauo. Deca. IIII. Enimuero, inquit conſul, ferri iam ludificatio iſta non poteſt. Parum eſt non erubuiſſe abſentem, cùm per legatos fruſtrareris, niſi præſens quoque in eadem impudentia perſiſtas. Ius autem Ius, pro loco in quo ius redditur. hîc pro loco ponitur, in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit, in eo vbi fit. ſicut habes Digeſt. I. Tit. I. de iure & iuſtitia. Illud quod non multo pòſt ſequitur: Vt ludos facit? (vt in tranſcurſu hoc etiam declarem) ſignificat, vt il- Ludos facere. ludit & irridet? Idémq; eſſe videtur, quod Græcis ἐντρυφᾶν, id eſt, illudere, & quaſi per laſciuiam delitias eludere, aut ludibrio cõtẽptuíq; habere: quod & ludificari forſan dicere poſsis. Nam alias pro eo quod eſt edere ludos accipitur. Cicero: Ludos facere abſens malebat. Ita ædiles ludos facere dicuntur: & Scaurus ludos apparatiſsimos magnificentiſsimóſque feciſſe fertur.

¶ Argentũ quod habes condonamus te. ❴ Alij aliter diſtinguunt, ídque ex ſententia interpretis, cuius hæc ſunt verba: Quid vis tibi? Argẽtum quod habes? condonamus te. Vis, inquit, iterum ſubaudiẽdum eſt: vt ſit, vis argentũ quod habes? & eſt ἀσυνδέτως inferendum: Condonamus te. Condono. Sic eſt illud apud Virgil. Vultis & his mecum pariter cõſiſtere regnis? Vrbem quã ſtatuo? veſtra eſt. Hæc ille: Verſum hunc Virgilij alij aliter: ſed Seruius cum Donato ſentit: Vrbem, inquiens, pro vrbs per ἀντίπτωσιν: vt multi volunt. melius tamen Vultis bis repetendum: vt, Vultis conſidere mecum? & vultis vrbẽ quam ſtatuo? ¶ An tu vbi peregrè tibi quod libitũ fuit &c. ❴ Manu ſcriptũ volumen habet ad hunc modũ, Ain' tu, vbi peregrè &c. cum quo conſentiunt quædã de impreſsis, éſtque ea, vt opinor, verior & ſyncerior lectio. Tale omnino eſt illud Plauti in Aſinaria, Ain' tu, apud amicam munus adoleſcentuli Fungare, vxori excuſes te, & dicas ſenem, Præripias ſcortum amanti, atque argentum obiicias Lenæ, ſuppiles vxorem clàm domi tuam? Sic ſæpe alias vtitur. Faciunt nobiſcum editiones Donati omnes. ¶ Venias nunc precibus lautum peccatum tuum? ❴ Erat in antiquis: Venias nunc mihi precibus &c. vbi feſtiuitatis gratia τὸ mihi inſertum ſit, vt alias ſæpe apud Terentium: Mihi. quale illud, quod proxima ſcena ſequitur: Qui mihi, vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes. Sed verſus, quo minus ſic legi poſsit, repugnat. ¶ Vel oculum exculpe. ❴ Nos, exclude, quo modo veteres codices omnes, conſentiẽte Priſciano: Et ſic Plautus vtitur in Pſeudolo, cùm inquit: Excludito Oculũ excludere. mihi hercle oculum, ſi dedero. Videtur autem verba eſſe non Phormionis, vt habent noſtra exemplaria, ſed, vt vetera, Demiphonis. Cohærent enim cum ſuperioribus illis. Pugnos in ventrem ingere. Quanquam qui Phormioni ea tribuunt, ſic intelligunt: Etiamſi oculum mihi excluſeris, erit tamen, vbi vos vlciſcar. Quod ſi cui magis placebit, nihil equidẽ repugnarim, quin is ſuam ſententiã ſequatur: præſertim cùm ſubſcriptorem habeat Priſcianum lib. XVI.

GLAREANVS.

Et hi ſenarij ſunt omnes, vt & præcedentis ſcenulæ, quã malim, ſiquidem alij coniungenda eſt, huic cõnectere, quantumuis longæ, cùm longiores adhuc multæ inueniãtur apud hunc authorem. In quarto verſu vel bacchius eſt loco primo, vel Prius Monoſyllabũ. Idem fit in ſeptimo verſu in verbo

*Eadem, vt de elidatur, & Eadem diſſyllabum fiat. Quòd ſi de corriperetur, non elideretur, ac Eadem triſyllabum maneret, eſſet ionicus à minore loco primo, quod rariſſimum inuenias. In octauo, neceſſe eſt bacchium ponere loco quinto, niſi re in Verebamini, quod natura longũ eſt, corripi quis exiſtimet. quod mihi quidem veriſimile non videtur. Decimus verſus in vetuſto codice ita legitur,*

*Heus quantacunque hæc mea paupertas eſt, tamen.*

*Vt illud Adhuc ad ſequentem veniat verſum, in quo Mihi monoſyllabum totum eliditur. In duodecimo, Ea omittendum non eſt, vt verſus ita legatur.*

*Eſt'ne ea ita, vt dixi, liberalis?* DE. *oppidò.*

*In decimoſeptimo, vel de eliditur in Dehortatus, vel s, ad finem. In decimooctauo, Qui corripitur, non eliditur, vt ſæpe aliàs. In viceſimonono, vel creticus eſt loco ſecundo, vel e, in Iube corripitur. In trigeſimo,* Næ *totum eliditur, & s, in Quibus, niſi bacchius ſit loco quinto. In trigeſimotertio, creticus eſt loco ſecundo, quod dicere malim quàm d, elidi in Apud. In trigeſimoſeptimo verbum I, corripitur, nõ eliditur. In trigeſimono, Túne integrè legendũ.* Natura *Tu producta eſt. In quadrageſimo, vel Periclum triſyllabũ eſt, vel amphibrachys eſt loco quarto. In quadrageſimoſecundo, Mihi monoſyllabum totum eliditur, & in quadrageſimotertio, Imo priorem à ſuperiore verſu elidit. In quadrageſimoquarto, vel In ius, non eſt addendum, vel verſus Hypermeter erit. Ego malim ab Enimuero ordiri verſum, vt ſæpe aliàs. In quadrageſimooctauo, Cuius monoſyllabũ eſt. Quinquageſimum verſum quidam codices ita legunt,*

*Suſcepit, & eam educit clàm.*

*Quod placet.* Nam *hic Poëta Educere pro Educate vbique vſurpat, vt alibi oſtendimus. Item in eodem s, eliditur in Sepultus. In ſexageſimoſeptimo, vel creticus eſt loco primo, aut d, eliditur in Quod. In ſeptuageſimotertio proceleuſmaticus eſt loco primo. In ſeptuageſimoquarto, creticus haud dubius eſt loco tertio. In ſeptuageſimoquinto, proceleuſmaticus rurſus loco primo. In ſeptuageſimoſexto, Iſtius diſyllabum eſt. In ſeptuageſimoſeptimo, vel Fuit monoſyllabum, vel bacchius eſt loco quinto. In ſeptuageſimooctauo, Huius monoſyllabum. In ſeptuageſimonono, Et monoſyllabum eſt, ſed vel ſecundo loco amphibrachys, vel quinto creticus, & Tu pronomen non eſt omittendum. In octogeſimotertio, Dij monoſyllabum, Deæ diſyllabum, niſi quis d, elidere velit in Quid. In octogeſimoſexto, creticus eſt loco tertio, quanquam d, elidi poteſt in Id. In octogeſimoſeptimo, s, eliditur in Prorſus. Sunt hîc alia effugia, ſed non arrident.* Nonageſimo, *Huc nõ requirit ſenſus, & verſus reſpuit, & Solus ante* Nequeo *legendũ, vt habet codex vetus. In nonageſimoſecundo, proceleuſmaticus eſt loco ſecundo, anapæſtus tertio. In penultimo idem proceleuſmaticus eſt loco ſecundo.*

DONAT. QVIS *nominat me?* } *Hîc velut controuerſia eſt: in qua reus ſit maritus malæ tractationis: & eſt ſtatus qualitatis venialis.* ⸿*Delirat miſer timore.* } *Grauiter vtrunque: & delirat, & timore. nam deliratio,*

*Deliratio.*

*Timor.* *ſenectuti cõuenit: timor, conſcientiæ.* ⸿*Mi homo, Dij melius*

*Mi homo.* *duint.* } *Quærit Probus, an matrona tã familiariter Mi homo rectè dicat alieno: ſed fruſtra. nam fœminarum oratio, etſi nõ blanditur, blanda eſt.*

*Quid agimus?* ⸿*Quid agimus?* } *Facetè dictum.* ⸿*Qui mihi.* }

*Mihi.* *Eleganter inſertum Mihi. vt in Heautont. Is mihi vbi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora?* ⸿*Ad vxores ventũ eſt, tũ fiunt ſenes.* }

*Fieri ſenes.* *Eleganter fieri dixit Et generaliter inuidioſius, quàm ſi vnum accuſaret ſenem.*

*Venialis qualitas.* ⸿*Ego Nauſiſtrata.* } *Qualitas venialis à conceſſione.*

*Verba fiũt mortuo.* ⸿*Verba fiunt mortuo.* } *Non eſt paſſus paraſitus, vt totã ſentẽtiam ſenex explicaret.* ⸿*Nam neq; negligentia tua, neque odio id fecit tuo.* } *Locus in hac cauſa principalis eſt ἀπὸ τ᾽ εὐνοίας. & ideo in duo diuiſit, nec negligentia circa te, nec odio inquit factũ. Præterea & ϖεριστάσεως addidit defenſionem, Vinolentus, ferè abhinc annos quindecim, mulierculam, &c. ab ætate eius, à tempore criminis, à diminutione contemptúq; pellicis, ab euentu, ab animo facientis: quòd mortua eſt. Poſtremò & à precibus ἐπίλογον fecit, admonens illam oratoriè manſuetudinis ſuæ.* ⸿*Vinolentus.* } *Ab imprudentia defenſio.* ⸿*Abhinc annos quindecim.* } *A tempore defenſio.*

*Compreſſit.* ⸿*Eam compreſſit.* } *Bene dixit compreſſit: quod interdũ eſt non amoris, ſed iniuriæ.* ⸿*Neque pòſt illam vnquam attigit.* } *Ita facti pœnituit. Hic locus ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως eſt, id eſt, ab eo quod futurũ ſit. facilius enim ignoſcitur non vltra peccaturis.* ⸿*Defungier.* } *Defungi, deſinere.*

*Defungi.*

⸿*Aetate porrò minus peccaturum putem?* } *Quia dixit, Abhinc annos quindecim.* ⸿*Senectus ſi verecũdos facit.* } *Modeſtè & grauiter.* ⸿*Quid mihi nunc affers?* } *Callidius vſa eſt ad vltimũ πτώματι conuerſo ad ipſum defenſorẽ mariti. de qua vt contradictionis exultat paraſitus, tanquam confecto mortuóque aduerſario ſuo.* ⸿*Exequias Chremeti.* } *Bono ordine. primò, delirat miſer timore: pòſt, verba fiũt mortuo: ad vltimum, exequias Chremeti. delirat, moritur, effertur.* ⸿*Age nunc, age,*

*Phormionem*

## ACTVS V. SCENA IX.



ARG. ADR. BARL.

PHormio Chremetem prodit vxori de altera coniuge. Chremes grauiter obiurgatur. Phormio exultat, tam probè ſe vltum eſſe ſenes. Demipho pro fratre intercedit, & orat vt huic vxor factum condonet. Ea neque ſe ignoſcere dicit, neque promittere quicquam, ſed filij iudicio permittere omnia.

ARG. PAVL. MALLEO.

IN hac vltima ſcena inter virum & mulierem controuerſia eſt, in qua iniquæ tractationis fit reus maritus. Eſt ſtat⁹ venialis qualitatis. Hîc Chremes adulterij reus, Nauſiſtratæ vxori à Phormione proditur, quem tamen ea grauiter obiurgat. Vnde Phormio magnopere exul-

*Phormionẽ qui velet, laceſſito.* ❡ *Virgilius. Degenerémque Neoptolemum narrare memento.* ❡ *Faxo tali eum mactatum.* ❡ *Pro eo quod eſt eum* * *ſic frequẽter veteres. Ennius, Omnes corde patrem præbent, animóque benigno Circunfuſum.* ❡ *Ignoſce, orat, confitetur, purgat.* ❡ *Verba venialis ſtatus ſunt, ignoſce, confitetur.* ❡ *Tu tuum nomen dic.* ❡ *Bene Tu pronomine vtitur: quia nõ habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, vt nomina eorum quærerẽt: & & cùm audiſſent, ipſis nominibus eos cõpellarent ſtatim. Tale eſt in Adelphis, Qui vocare? Geta. hominem maxumi pretij, &c.* ❡ *Veſtræ familiæ amicus.* ❡ *Hoc propter Antiphonis amicitiam dixit.* ❡ *Et tuo ſummus Phædriæ.* ❡ *Amicus, iterum ſubaudiẽdum.* ❡ *Me ad cœnam voca.* ❡ *Facetè ex perſona paraſitica, beneficij optio facta eſt, quod promiſerat mulier.* ❡ *Sed vbi eſt Pradria iudex noſter?* ❡ *Bene iudex: ad illũ enim mulieris delata ſententia eſt: vt cùm ita agitur, tuta ſint marito omnia. Et per εἰρωνείαν ridiculè dicitur ab ea quæ irata erat.* ❡ *Iudex noſter.* ❡ *Nihil facetius quàm iudicem capi aduerſus crimen voluptatis paternæ & amatorem filium, & fratrem Antiphonem, cui nubet furtiua filia.* ❡ *Iudex noſter.* ❡ *Terribilis ſcilicet cenſor paternarum delitiarum. Vides igitur hîc omnino ſublatam vxoris iracundiam.*

*Venialis ſtatus verba.* *Tu.*

ADRIA. BARL.

*Vbi ad vxores ventũ eſt, tum fiunt ſenes.* ❡ *Numerũ in tertia perſona inuidiæ cauſa mutauit, cũ de vno Chremete loqueretur.* ❡ *Hæcine erant itiones crebræ.* ❡ *Linacer legit Haccine, vt ſit neutrũ pro fœminino per enallagen. Sic in Eunucho. Continuò hæc adornãt vt lauet. In eadem fabula. Ego quo-*

*Hæcine.*

tat, tam egregiam ſe nactum eſſe de ſenibus vltionem. Tum deinde Demipho pro Chremete & intercedit & precatur obnixè, vt vxor ipſi crimen condonet. Tum comperto Phædriæ amore, contentionis parẽtum ſuorum ſedandæ arbiter conſtituitur. Poſtremò quò ſingula in calce iucũdius claudantur, paraſitus Phormio ſuopte ingenio ad cœnam ſe quoq; vocaturam eſſe Nauſiſtratam animaduertit. ADDITIO. Attende hîc à pöëta habitum, geſtum, vultum, & affectum perſonarum mirificè expreſſum & obſeruatum.

ARG. CHRISTOPH. HEG.

Cataſtrophe eſt feſtiua, in qua vxor maritum increpat, parum memorem fidei datæ.

*Senarij Iambici, & Trochaici Octonarij Catalectici.*

NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

*Quis nominat me? C. hem. N. quid iſtuc turbæ eſt obſecro*
*Mi vir? P. hem, quid nũc obticuiſti? N. quis hic homo eſt?*
*Non mihi reſpondes? P. hiccine vt tibi reſpondeat,*
*Qui hercle vbi ſit, neſcit? C. caue iſti quidquam credas.*
*P. Abi: tange: ſi non totus friget, me enica.*
*C. Nihil eſt. N. quid ergo eſt? quid iſtic narat? P. iam ſcies:*
*Auſculta. C. pergín' credere? N. quid ego obſecro*
*Huic credam, qui nihil dixit? P. delirat miſer*
*Timore. N. non pol temere eſt, quod tu tam times.*
*C. Egóne timeo? P. rectè ſanè: quando nihil times,*
*Et hoc nihil eſt, quod ego dico: tu narra. D. ſcelus,*
*Tibi narret? P. eho tu, factum eſt abs te ſedulò*
*Pro fratre. N. mi vir non mihi narras? C. at. N. quid at?*
*C. Non opus eſt dicto. P. tibi quidem: at ſcito huic opus eſt.*
*In Lemno. C. hem quid ais? D. non taces? P. clam te. C. hei mihi.*

*que vna pereo, quod mihi eſt charius. pro, qui mihi charior ſum. Ver. de capris. Hac quoque non cura nobis leuiore tuenda.* ❡ *Ego Nauſiſtrata eſſe hac in re culpã meritam non nego.* ❡ *Qualitas venialis eſt, à conceſſa actione. factum non negatur, ſed cauſa facti fratrem defendit, rei, non homini cauſam dando.* ❡ *Verba fiunt mortuo.* ❡ *In eum dici ſolet, qui verba facit non audienti, fruſtráque loquitur. Plautus, Mortuo verba nunc facio. natum adagium à ridicula conſuetudine veterum, qui vita defunctos ter voce ciebant. vnde & conclamati dicebantur. Eandem vim habent. Surdo canis, ſurdo fabulam narras.* ❡ *Ferè abhinc annos quindecim.* ❡ *Ab ætate. A tempore criminis, cùm dicit, Neque pòſt illam vnquã attigit.* ❡ *Cupio miſera iã in hac re defungier.* ❡ *Defungi eſt explicari negotio aliquo aut moleſtia, & finem rei imponere. Liuius, Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere.* ❡ *Exequias Chremeti.* ❡ *Bonus eſt ordo, primùm timet, deinde moritur, poſtremò effertur.* ❡ *Quod illi in aurem obganniat.* ❡ *Obgannire eſt, in aurem ſecretò loqui, & veluti obmurmurare.* ❡ *Fieri infectum non poteſt.* ❡ *Nihil hac ſentẽtia vulgatius eſt. Quod factum eſt, infectum fieri nõ poteſt. Citatur ex Agathonis tragœdijs ab Ariſtotele, libro moralium Eudemiorũ quinto.* Μόνȣ γὰρ αὐτȣ̃ καὶ θεὸς στερίσκεται Ἀγένητα ποιεῖν, ὅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. *id eſt. Etenim illud vnum ipſi negatũ eſt & deo, vt infecta reddat, facta quæ fuerint ſemel.* ❡ *Ignoſce, orat, confitetur.* ❡ *Verba ſunt venialis ſtatus.* ❡ *Tu vxores duas?* ❡ *Eraſmus in ſecũdo de Copia Commentario, vbi dicit improbè fieri à parentibus qui ſæuiũt in liberos delinquentes, cùm ipſi ſenes peccẽt gra-*

*Verba fiũt mortuo.* *Cõclamati.* *Defungi.* *Obgãnire.* *Quod factũ eſt, infectũ fieri non poteſt.*

*niora. Nónne rectè citabitur inquit, modò dicta Nauſiſtrata loquens hoc pacto. Adeón' hoc indignum tibi videtur? &c. ⁋Me ad cœnã voca.⁆ Facetè hoc à paraſito dictũ. ⁋Iudex noſter⁆ Meminit dictũ aliàs ab vxore, Ei⁹ iudicio permitto omnia. & facetè iudex accipitur filius amator aduerſus crimen paternum. ⁋Iudex noſter.⁆ Id eſt paternarum delitiarum, paternæ voluptatis cenſor.*

*AD LOVANIENſes Tyrunculos.*

*HOS commentarios qui dedit, ſperat ſe vobis rem non ingratam feciſſe, iuuenes optimi. Scripſit omnibus ſcholis: ſed maximè quatuor huius Academiæ celebrioribus Collegiis, in quibus olim rectè ac prudẽter à maioribus noſtris conſtituti ſunt qui publicè Philoſophiam pariter & Grammaticam docerent. Et munere diuino veſtris quoque temporibus habetis in iis familiis præſtantes vtriuſque diſciplinæ doctores, quos & libẽter audire, & ſyncero affectu Terentium accipere debetis. Cuius viri linguã vnicè miratus eſt Cicero. Quem Lactantius, Hieronymus, Auguſtinus, eccleſiæ magni doctores citare in ſuis libris nõ ſunt dedignati. Angelus Politianus vir vſque ad miraculũ doctus, in ſuis epiſtolis tam ſtudioſè imitatur.*

*Hac denique tempeſtate qui in ſtudio facundiæ clarum nomen adepti ſunt omnes ita probant, vt ad verbum quoque ediſcendum putent. Valete.*

LATOMVS.

*Argumentum. Phormio prodit Chremetem Nauſiſtratæ: illa in virum concitatur: intercedit Demipho: tandem ita conuenit, vt ignoſcatur Phædriæ, & res arbitrio eius permittatur. Eſt ergo hęc cataſtrophe periculi Phæ-*

P. *Vxorem duxit.* N. *mi homo, dij melius duint.*

P. *Sic factum eſt.* N. *perij miſera.* P. *& inde filiam*

*Suſcepit iam vnam, dum tu dormis.* C. *quid agimus?*

N. *Prò dij immortales, facinus indignum & malum.*

P. *Hoc actum eſt.* N. *an quidquam hodie eſt factum indignius?*

*Qui mihi, vbi ad vxores ventũ eſt, tum fiunt ſenes.*

*Demipho, te appello: nam me cum hoc ipſo diſtædet loqui.*

*Hæcine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ*

*Lemni? hæccine erat, quæ noſtros fructus minuebat, vilitas?*

D. *Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego,*

*Sed eam, quæ ſit ignoſcenda.* P. VERBA FIVNT MORTVO.

D. *Nam neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo.*

*Vinolentus, ferè abhinc annos quindecim, mulierculam*

*Eam compreſſit, vnde hæc nata eſt: neque pòſt * illam vnquam attigit.* **illa*

*Ea mortem obiit: è medio abiit: quì fit in re hac ſcrupulus?*

*Quamobrem te oro, vt alia tua facta ſunt, æquo animo hoc feras.*

N. *Quid ego æquo animo? cupio miſera in hac re iam defungier:*

*Sed quid ſperem? ætate porrò minus peccaturum putem?*

*Iam tum erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit.*

*An mea forma atque ætas nunc magis expetenda eſt Demipho?*

*Quid mihi nunc affers, quamobrem expectem, aut ſperem porrò non fore?*

P. *Exequias Chremeti: quibus eſt commodum ire, iam tempus eſt.*

*driæ. ⁋Friget.⁆ Metu ſcilicet & pauore, vnde poëta: Mihi frigidus horror Mẽbra quatit. ⁋Eho.⁆ Irriſio in Demiphonẽ. ⁋Quid agimus?⁆ Hoc ad Demiphonẽ. ⁋An quidquam.⁆ Exoſculatio Nauſiſtratæ. ⁋Fiunt ſenes.⁆ Id eſt, frigent. inuidioſè dictum in Chremetẽ. & mihi, non perſonam ſignificat, ſed ſtomachum & indignationem, vt in Andria: Atque eas tibi ſubſterne. ergo aduerbium eſt hoc loco, non pronomen. ⁋Vinolentus.⁆ Purgatio ab ebrietate, qui locus tum imprudentiæ, tum neceſſitatis. ⁋Exequias Chre.⁆ Inſultatio in Chremetem. exequias, ſubaudi, facio. nã antè mortuum dixit, nunc effert. ⁋Mactatum.⁆ Metaphorica auxeſis, pro affectũ, vel afflictum. ⁋An meo meri.⁆ Occupatio quæ ſoluitur à pari. antè non profuerunt merita, ergo nũc deinceps proderunt. ⁋Ignoſce.⁆ Deprecatio à perſona. ⁋Adeóne.⁆ Defenſio à maiori. ⁋Pulchrè diſcedo.⁆ Nempe optata cõſecutus. ⁋Me ad.⁆ Faceta & paraſitica optio.*

*Friget.* *Fiũt ſenes.* *Mihi, aduerbium.* *Mactatũ.*

PETRVS MARS.

*Quis nominat.⁆ Raram inter coniugatos pacem & cõcordiam, ſed perpetuas lites & iurgia nimis quàm ſæpe eſſe docetur hac ſcena. Nã vt inquit Iuuenalis:*

*Lites inter coniugatos.*

*Semper habet lites alternáque iurgia lectus,*
*In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.*

*Et Ouidius: Dos eſt vxoria lites. Sextius dicere ſolebat teſtante Seneca: Qui non litigat, cœlebs eſt. Hoc in Xãtippe Socrates prudentiſſimus expertus eſt: & docuit fieri non poſſe, quin vxores cum maritis litigent. ⁋Mortuo verba facere.⁆ Eſt in vanum verba ſpargere.*

RIVII CAST.

*Qui hercle, vbi ſit, neſcit.* CH. *caue iſti quidquam credas.⁆ Hunc ſenarium parũ conſtare, quis non ſtatim ſentiat? Ego*

*tiat? Ego legendum ſuſpicor, vel refragantibus exemplaribus, Caue iſti quidquam*

Creduis, pro credas.

*creduis. pro eo quod dicimus, credas. quo & Plautus identidem vtitur. velut in Amphitryone:* Nunquã ædepol tu mihi quidquã creduis poſt hunc diem. *Et in Captiuis:* Neque Pol me inſanum Hegio eſſe creduis. *Ita duis pro dederis interdum: & hîc paulo poſt: Dij melius duint. Quanquam apud Plautum, quod & Feſtus adnotauit, etiã creduas reperitur pro credas.*

Creduas.

*¶ Nam me cum hoc diſtædet loqui. ¶ Legẽdum ex antiquis & manuſcriptis:* Nam me cũ hoc ipſo diſtædet loqui: *idem exposcente carminis ratione. ¶ Qui ſit in re hac ſcrupulus. ¶ Alij, qui ſit, legũt, idq́; interrogatiuè. Manuſcripta exemplaria habent, conſentientibus ex impreſſis vetuſtiſſimis quibuſque:* Qui fuit in hac re ſcrupulus, *pronũtiatiuè. Vtrum rectius, iudicent alij. ¶ Quid mihi nũc adfers? quamobrem expectẽ. ¶* Nos ex antiquis, *Quid mihi hîc adfers? &c. quomodo etiam interpres, vt quidẽ conſentiũt editiones, Romana, Veneta, Argentoratenſis, Moguntina, ne quid de ratione carminis dicam, quæ non conſtat, niſi ſi inuertere dictionum ordinem velis.* τὸ

Hîc.

*hîc pro aduerbio temporali hoc loco accipitur, quo modo in Andria quoque,* Hîc reddes omnia, quæ nũc ſunt certa ei cõſilia, incerta vt ſient.

Ibi, pro Tunc.

*Eodem modo* τὸ *ibi. velut in Eunucho,* Ibi cœpit me homo obſecrare, *pro tunc. Sic Homerus* Ἰλιάδος δ. ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον. ἀντὶ τοῦ, τότε οὐκ ἴδοις ἄν.

Locus, pro Tempus.

*Interdum & appellatio ipſa loci pro tempore legitur. Terentius in Andria,* Quæ nunc nõ eſt narrandi locus. *pro narrãdi tempus, vt ibidem Donatus adnotauit. In*

Interea loci.

*Heautontimorumeno,* Tu interea loci collocupletaſti te

Sic dabo: age nunc, age: Phormionem qui volet, laceſſito.
Faxo tali eum mactatum, atque hic eſt, infortunio.
Redeat ſanè in gratiam: iam ſupplicij ſatis eſt mihi:
Habet hæc, ei quod, dum viuat, vſque ad aurem obganniat.
N. An meo merito credo? quid ego nunc commemorem Demipho
Singillatim qualis in iſtum fuerim? D. noui æquè omnia
Tecum. N. meritóne hoc meo videtur factum? D. minimè gentium:
Verùm, quando iam accuſando fieri infectum non poteſt,
Ignoſce: orat, confitetur, purgat: quid vis amplius?
P. Enimuero prius quàm hæc dat veniã, mihi proſpiciam & Phædriæ.
Heus Nauſiſtrata prius quàm huic reſpondes temere, audi. N. quid eſt?
P. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abſtuli:
Eas dedi tuo gnato: is pro ſua amica lenoni dedit.
C. Hem, quid ais? N. adeóne hoc indignum tibi videtur, filius
Homo adoleſcens, ſi habet vnam amicam, tu vxores duas?
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? reſponde mihi.
D. Faciet, vt voles. N. imò vt iam ſcias meã ſententiam,
Neque ego ignoſco, neque promitto quidquã: neque reſpondeo
Prius, quàm gnatum video: eius iudicio permitto omnia.
Quod is iubebit, faciam. P. mulier ſapiens es Nauſiſtrata.
N. Satis tibi eſt? P. imò verò pulchrè diſcedo, & probè,
Et præter ſpem. N. tuum nomen dic quod eſt. P. mihin'? Phormio,

*Antiphila. Saluſtius nouè & propè inuſitatè in Iugurtha, ad id locorum, pro ad id vſque tempus dixit:*

Ad id locorum.

Tamen is ad id locorũ talis vir conſulatum petere nõ audebat. *Idem:*

Poſtea loci.

Poſtea loci Cos. haud dubiè iã victor peruenit in oppidũ Cirtham. *Nam apud Plautũ in Captiuis hoc verſu:*

Adhuc locorum.

Vt adhuc locorum feci, faciam ſeduló: *genitiuus locorum feſtiuitatis & iocunditatis cauſa aduerbio additus videtur, ſicut in illo:*

Minimè gẽtium.

Minimè gentium, *pro nequaquam,* μηδαμῶς.

Hic. Heic.

*Veteres hic pronomen i ſimplici, hic aduerbium Græca diphthongo* ει *ſcribere ſolebant: quemadmodum in nõnullis marmoribus ſcriptum, animaduertiſſe ſe teſtatur in Annotationibus in Matthæum Laurent. Valla. Quam quidem ſcripturæ diſtinctionẽ mallem hoc etiamnum ſeculo obſeruari, & illum iã diu exoletum obliteratúmq́; veterum in aliis pleriſque vocibus rectè ſcribendi morẽ, ſi qua fieri queat, reſtitui aliquando atque inſtaurari. ¶ An meo merito credo? ¶ Legitur etiã,* At meo merito credo: *quod & ipſum probè quadrat, vt ſit videlicet* ὑποφορά, *cui ſtatim* ἀνθυποφορὰ *ſubiiciatur:* Quid ego nunc commemorem ſingillatim &c. *cuiuſmodi illud eſt Ciceronis pro Deiotaro:* At, credo, hæc homo inconſultus & temerarius nõ videbat: Quis conſideratior illo? quis rectior? quis prudentior?

At.

*Nam at interdum* ἀνθυποφορικόν *eſt, itidem vt apud Græcos* ἀλλά, *quod &*

At enim.

ἀλλὰ γὰρ *dicitur, à Latinis at enim. Exẽpla paſſim obuia. Cæterum* τὸ *credo hîc, vt aliàs ſæpe, ad* εἰρωνείαν *facit, cuius alio etiã loco meminimus. ¶ Qualis in hunc fuerim. ¶ Venetum & alia quædam habent:* Qualis in iſtum fuerim: *ſed diſſentientibus manu ſcriptis. ¶ Tuũ nomen dic quod eſt. ¶ Nos,*

Veſtræ familiæ hercle amicus, & tuo ſummus Phædriæ.
N. Phormio, at ego æcaſtor poſthac tibi quod potero, & quæ voles,
Faciámque, & dicam. P. benignè dicis. N. pol meritum eſt tuum.
P. Vin' primùm hodie facere, quod ego gaudeam Nauſiſtrata,
Et * quo tuo viro oculi doleant? N. cupio. P. me ad cœnam voca. *quod
N. Pol verò voco. D. eamus intrò hinc. N. fiat. ſed vbi eſt Phædria
Iudex noſter? P. iam hîc faxo aderit. Vos valete, & plaudite.

ex manu ſcriptis addito pronomine tu: Tu tuum nomen &c. quo modo etiam Donatus, qui hoc loco: Bene, inquit, tu pronomine vtitur: quia nõ habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa hoc fuit, vt nomina eorum quærerent: & cùm audiſſent, ipſis nominibus eos compellarent ſtatim & cæt. Nec aliter conſtat Trochaicus: vbi & hoc admonendum, nomen Phormio, quod in principio ſequentis verſus ponitur, hîc ad finẽ adiiciendum eſſe, ita vterque erit perfectus. Hi ferè ſunt in Terentio à nobis reſtituti loci: quos ne quem prolixitate nimia obtunderẽ, aut tædio enecarem, vt plurimum notaui tantum, non explicaui. Nam illa quidem dedita opera ſilentio tranſmiſimus, quæ inuerſa & præpoſtero ordine paſſim offendi, ſexcenta fermè, quæ nos in ſuum reſtituimus ordinẽ & locum: ſicuti facilè inter legendum deprehendet,, quiſquis eiuſce rei inquirendæ ergo Comicum noſtrum breui edendum in manus ſumet. Nec illa ſemper indicauimus, quæ à nobis ſublata ſunt, cùm à caſtigatoribus iſtis contra fidem exemplarium & obſeruationem veteris lectionis addita eſſent: id quod diuinare planè eſt, non emendare: Sed horum de temeritate & hallucinatione aliorum eſto iudicium. Quod toties nõ citra faſtidium inculcauimus adnotationem Donati, doctorum vel citationem vel enarrationem, manu ſcripti exemplaris fidem, præterea carminis rationem: Id mediusfidius haud alia cauſa Lector factum exiſtimet velim, quàm vt ne ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis videretur: neu quis malè credulus ſuſpicaretur nos ingenio fretos & abſq; iudicio aliquid in Terentio immutare auſos, qua re vna nihil foret impudentius, magis temerarium nihil. Quanquam ſicubi de ratione metri tacuimus, hoc ſibi quiſq; tamen perſuadeat, in his eam ſemper, quæ nos cunque reſtituimus, ad vnguem, vt dicitur, quadrare. Quod ad Donatum attinet, ſi quid fortè ſecus quis ſuo in codice, ac nos citauerimus, offenderit: cogitet nos pluribus vſos exemplaribus, & magno adhibito iudicio ex vnoquoque, quod quidem ſynceriſſimum viſum, & minus aliorum nugis contaminatum, & cui maximè vetuſti codices ſuffragarẽtur, breuiter quod Donatum referret authorem, id demum ſecutos fuiſſe. Nec enim quenquam lateat velim, videri quædam in Donati commentariis ſuppoſititia: quæ etſi titulo Donati ſimplicioribus imponant, aut fucum faciant: nullo tamen negotio, ſi qui emunctæ naris accedat & ſagacis ingenij lector, ab aliis, quæ germana ſunt, diſcerni poſſunt. Adhæc pleraque fortaſſe in codice ſuo quis deſiderarit, quæ in meorum aliquo inuenias: quandoquidem in noſtro quoque illo Romano exemplari, cuius ſuprà mentio à nobis facta, permulta planè, quæ in aliis continentur, deſunt, velut in Hecyra ibidem, quæcunque ab actus tertij ſcena quinta Donatus vſque ad quarti actus primam ſcenam ſcripſit, deſiderantur: quod quo caſu factum, haud ſcio: ſed magno me hercle emptum cupiam, vti optimus interpres hoc præcipuè loco integer extaret. Verùm de hoc quidem plus ſatis. Tu quæſo Iuli ornatiſſime, recognitionem noſtram pro tua ſingulari humanitate boni conſule, nóſque tui ſtudioſiſſimos tibi commendatos habe.

Donati cõmentarij.

GLAREANVS.

Primi vigintivnum verſus ſunt ſenarij iambici. Reliqui deinde omnes trochaici tetrametri catalectici. In primo verſu vel creticus eſt loco tertio, vel d, eliditur in Quid. In ſecundo creticus eſt loco primo, niſi quis Vir longari propter aſpirationem ſequentem velit, aut Hem eſſe extra carmen, denique aut s, in Quis elidi, aut creticum ponere loco quinto. Sed tutiſſimum eſt creticum in primo eſſe loco. In tertio, Hicine prima corripitur, vt in primitiuo Hic. Quartum verſum ita legendum puto, Hicine prima correpta.

Qui hercle vbi ſit, neſcit? CH. caue quicquam iſti creduis.

Vt tertio loco vel e, in Caue corripiatur, vel creticus adſit.

In verſu quinto vel i, in Abi corripitur, vel bacchius eſt loco primo. In ſexto aut tertio loco eſt creticus, aut in altero Quid, d, eliditur. In decimo ſi legatur Egóne, proceleuſmaticus eſt loco primo: ſin Egón' amphibrachys. In vndecimo, d, eliditur in Quod, niſi quis vltimum ponat pæana loco tertio, aut aliquid abundat fortaſſis. In quartodecimo s, eliditur in Opus. In ſextodecimo, Mi non eliditur, ſed corripitur. In vltimo Mihi monoſyllabum totum eliditur. {Demipho te appello. Nam me cum hoc ipſo diſtadet loqui.} Sequuntur nunc, vt diximus, trochaica tetrame. catalecti. In primo verſu pronomen Ipſo omittendum nõ eſt.

In tertio Minuebat legendum. vtrunque neglexerat Aldinus codex. In ſexto verſu quarto loco creticus eſt, niſi Tua monoſyllabum faciamus. In quinto loco proceleuſmaticus. In octauo verſu vel bacchius eſt loco primo, vel Eam monoſyllabum eſt. In decimo legendum, Vt alia ſunt tua facta. & in Aequo animo, alterum o, corripitur, non eliditur, vt loco ſexto ſit tribrachys. In duodecimo, s, eliditur in Minus. In decimoquinto legendum Quid mihi affers nunc? vel, Quid mihi hîc affers? vt Riuius indicat.

In decimoſexto, Iam extra metrum eſt, nec ſenſus magnopere deſiderat. In decimoſeptimo trochæus initio cum anapæſto. Deinde vel alterum Age abundat, vel Phormionem triſyllabum fuerit, vel bacchius erit loco quarto. Nam vt pæana tertium loco tertio admittamus, multi refragabuntur: ſed lector quod volet ſequatur. Viceſimus ita legendus eſt,

Hac habet, ei quod dum viuat, vſq; ad aurẽ obganniat.

Vt primo loco ſit trochæus, ſecundo anapæſtus. In viceſimoprimo creticus eſt primo loco. In viceſimotertio, Merito hoc, anapæſtus eſt, poſt quem amphibrachys. In viceſimoſexto,

*moſexto, bacchius eſt loco primo. In viceſimoſeptimo, trochæus loco ſecundo, & anapæſtus loco tertio. Itaque Prius eſt diſyllabum. In viceſimooctauo loco ſexto trochæus eſt, & Illo corripit, o, non elidit. In viceſimonono, amphibrachys eſt loco primo. Adiicere debebam, vel Eas monoſyllabum, ſed id nunc toties feci, haud dubiè magna lectoris moleſtia. In trigeſimo, Adeo, non Adeon legendum. In trigeſimoprimo, Si corripitur, non eliditur, vt loco tertio ſit tribrachys. In trigeſimotertio, loco quinto eſt amphibrachys. In trigeſimoquinto bacchius loco primo, & Videro legendum, ac Eius monoſyllabum. In trigeſimoſexto, amphibrachys eſt loco primo. In trigeſimoſeptimo, s; in Satis eliditur, & o, in Diſcedo corripitur, non eliditur.* Niſi *malis legere initio verſus, Eſt'ne tibi ſatus? In trigeſimooctauo, Tu tuum nomen, ex Donato legendum, vt ſit creticus loco tertio, & Mihin' monoſyllabum eſt, ac Phormio ad finem huius pertinet carminis, vt alterum incipiat à verbo Veſtra, in quo creticus eſt loco quinto. In antepenultimo verſu Amphibrachys eſt loco ſecundo. addam adhuc Sed, niſi Tuo ſit monoſyllabum. Vtinam definitum tandem eſſet, ac inter doctos certum, vtrúmne perpetuò liceret dici. Mihi magis placeret (quandoquidem hic poëta abſque controuerſia in carmine licentioſiſſimus eſt) vt pedibus hæc diuerſis, potius quàm per ſynæreſeis, definiremus. At pleraque hæc lectoris iudicio ſubmiſimus, mea nihil refert, vtro modo grammatici loqui velint.*

FINIS.

# IN OMNES TERENTII FABVLAS COMPENDIOSA COMMENTARIA,

## QVIBVS PER SINGVLAS SCENAS RATIO INVENTIONIS, DISPOSITIONIS ET ELOQVVTIONIS

iuxtà cum quorundam locorum obſcuriorum explanatione oſtenſa, ſtudioſis auditoribus primarum artium proponitur.

Autho. D. Iodoco Vvillichio Reſelliano.

## OPTIMAE SPEI ADOLESCENTVLO IODOCO VVILLICHIO IVNIORI, SVI FRATRIS FILIO,

Gregorius Vuagnerus Reſellianus. S. P. D.

COMMEMORANDVS & *magnifaciundus eſt eorum conatus, optime Iodoce, qui œconomiā orationis, rerum regina, in bonis authoribus obſeruatam, imis ſenſibus reponunt, & pro animi ſui candore, artificij eliciti notationem aliis humaniter communicāt. Nam ſecundiſſima hac voluntate, rudioribus feneſtram, ad ſummam cogitationum ſimilium, in omni genere ſcripti, faciendam, aperiunt, vt tandem aliquando & iſti, in authoribus perlegendis, fructus non pœnitendos faciant, eos melius intelligant, rectiúſque de illis iudicium ferant.* No*tum eſt, quod plerique omnes illuſtres authores ſummo ſtudio ſint enixi, vt in ſcriptis ſuis diſpoſitionis virtutem referrent,* ἄτακτα *ſeruarēt, &* ἀνοικονόμητα *Dialecticis & Rhetoribus ad extremum damnata, prorſus deuitarent atque excluderent. Equidem cùm oratio res ipſas variis luminibus verborum & ſententiarum exornet, multum in diſpoſitionis forma, cuius beneficio illa ſtare videtur, ponendum eſſe cenſeo. Facit enim vt omnia expreſſiora & illuſtriora habeantur. Reddit lectorem vel auditorem acutiorem, atq; habiliorem in inueniendo & diiudicando. Hanc reor eſſe cauſam, quòd Rhetores poſt inuentionem diſpoſitioni, quæ eſt diſtributio rerum, quæ demonſtrat quid quibus locis conueniat, aut collocandum ſit, inter partes orationis, primum locum aſſignarunt. Qua verò loci attributione, non obſcurè oſtenderunt, ipſius collocationis in omnibus rebus ſummam habendam eſſe rationem. Hæc, inquam, eſt quæ multum lucis & admirationis in loquēdo & ſcribendo adfert, econtra neglecta maximam confuſionem parit. De qua ſic Quintilianus ſcriptum reliquit: Artus, inquit, etiam leuiter loco moti, perdunt, quo viguerunt, vſum: & turbati exercitus ſibi ipſis ſunt impedimento.* Nec *mihi videntur errare, qui ipſam rerum naturam ordine ſtare putant, quo confuſo, peritura ſint omnia. Sic oratio carens hac virtute tumultuetur neceſſe eſt, & ſine ratione fluctuet, nec cohæreat ſibi, multa repetat, multa transferat, velut nocte in ignotis errans, nec initio, nec fine propoſito caſum potius, quàm conſiliū ſequatur. hæc ille: Euidens huius virtutis neceſſitas hēc duabus ſimilitudinibus cōmonſtratur. Quarū prior à corpore humano eſt deſumpta, vbi re ipſa experimur, quando membrum aliquod naturali loco ſemotū fuerit, nullius rei vſui eſſe, imò mancum & inutile haberi. Poſterior ab exercitu, qui iuſto ordine cōſtitutus, rerum diſcrimina, in ſumma deſperatione ſæpe depellit, vt patet in vna*

*Diſpoſitioni quid tribuendum.*

Tarentina clade, & contrà turbatas inuicem copias exitio ſibi fuiſſe conſtat. Ita orationis cõpoſitio, niſi apta contexatur diſpoſitione, ſine ratione fluctuaret, dicentiſq; impetũ potius, quàm cõſilium argueret. Ridiculus eſſet Architectus, opus extruens, ſi ſaxa, ligna cæmenta, & cætera ædificantibus vtilia conferret, niſi diſponendis eis, collocandíſque artificium adhiberet. Sic & orator ſeu ſcriptor parum prudẽs iudicaretur, etiamſi verba præclara, ſententias graues, & argumenta firma in promptu haberet, ſi non ſingula in ſuũ locum & ſeriem orationis εὐκόσμως ordinaret. Affirmo tibi, & certo certius eſt, totum orationis corpus quantumuis excellentis, gratiam ſuam amittere, & οὐδὲν πρὸς ἔπος facere, niſi diſpoſitionis ornamentum acceſſerit. Neq; vllus inficias ibit, quòd vel ſola apta collocatio memoriæ tam docentis quàm diſcentis, plurimũ inſeruiat, augeat, & foueat. Digna igitur res eſt, vbi quis neruos intendat ſuos, eámq; auro & argento longè potiorem habeat. Idem & Comici factitarunt, qui ſua δράματα in πρόλογον, πρότασιν, ἐπίτασιν & καταστροφὴν diſponunt.

*Prologus.* Prologus Terentio nunc συστατικὸς, cùm fabula, vel poëta commendatur: nunc ἀναφορικὸς, cùm in aduerſarium maledicta regeruntur: nunc μικτὸς, qui ex illis conſtat: ſed ὑποθετικὸς cùm fabulæ argumentum exponitur, Plauto eſt familiarior.

*Protaſis.* In protaſi quidem, quæ eſt initium actionis, cùm primo illo tumultu iam quaſi gliſcente, fabulæ occaſio & argumentum tractatur, item ſenum conſilia, graues pro tẽpore ſententiæ, conſiliorum inopinati euentus, vehemẽtes querelæ & affectus, ſeruorum perfidia, amores adoleſcentum, muliercularũ lenocinia, depinguntur.

*Epitaſis.* Sic in epitaſi, turba feruentiſſima, argumentum implicatur, errores, magna cum perſonarum omniũ perturbatione, geſtus, vultúſq; capiũtur commoti, quibus τὸ δράματος στάσις oſtenditur.

*Cataſtrophe.* Sic & in cataſtrophe, quæ eſt ſubita rerum ad iucundos rei inſtitutæ exitus, conuerſio, omnes perſonæ in lætitiã inſperatam coniiciuntur, & fit rerum omnium tranquillitas. Hinc abiit in prouerbium: Cataſtrophe fabulæ, pro cuiuſlibet rei exitu. Porrò ſub his tribus Comœdiæ partibus continentur quinque actus, iuxta illud Horatianum: Nec

*Actus.* ſit quinto productior actu, &c. Dicitur ab agẽdo, & eſt certum ſpatiũ actæ Comœdiæ ſine intermiſſione, theatro à perſonis vacuo relicto. Interim Muſica in auditorũ gratiam & recreationẽ adhibetur. Hinc phraſis orta eſt, ſupremũ actũ fabulæ addere, eſt extremũ finem ponere. Exẽpli gratia, vt, Primus actus argumenti explicationem continet, veluti in Andria Simo fabulæ argumentũ exponens, conſilium intendit, vt per falſas nuptias, vera obiurgandi filium ſit cauſa. Dauus aduerſus minas ſenis deliberat. Pamphilus cognito nuptiarũ conſilio, de patre & Chremete, quod illi rem non cõmunicauerint, grauiter conqueritur. Secundus, ingreſſum fabulæ declarat. Charinus agit cũ Pamphilo, ne cupitã Philumenam ducat, acquieſcit Pamphilus, quod Dauus veriſimile reddit, ſimulatas nuptias probans. Ideo ſuadet Pãphilo, ne patri vrgenti nuptias, repugnet. Hoc vbi Byrrhia audit, vice Charini heri ſui, perturbatur. Dubitantẽ adhuc Simonẽ de conſenſu Pamphili in nuptias, confirmat Dauus, eò Comœdiæ protaſis ſpectat. Tertius habet progreſſionem turbarũ, cùm argumenti implicatione & omnium difficultatũ commotione. Simo partũ Glycerij ſimulatũ putat, in errore, Dauo ſuaſore perſeuerat. Hac de cauſa cõmotus, Chremetis filiã, ſuo filio vxorẽ poſcit, rem ſeriam aggreſſurus. Perturbantur mirum in modum Dauus & Pamphilus, eſt initium ἐπιτάσεως. Quartus, in epitaſi proponit rei inſtitutæ deſperationẽ, & in fine ſumitur occaſio cataſtrophes. Indignatur Charinus Pamphilo de fide nõ ſeruata. Amantes ſollicitantur mirificè. Dauus deterret Chremetẽ, expoſito puero ante ædes Simonis, ne det filiam ſuã Pamphilo in alieno amore occupato, ſed hoſpitis Critonis interuentus ἀπὸ τῆς μηχανῆς in extremis adeſt. Quintus, magnis ægritudinibus remediũ àdfert, omnes perſonas voti compotes reddit, & ſummo gaudio explet. Chremes cum Simone expoſtulat, & ob natũ ex Glycerio filium, nuptias recuſat. Vbi Dauus ex Critonis relatione Glycerium ciuem Atticam pronuntiat, in vincula coniicitur, Pamphilus vehementer dictis paternis confutatur. hîc eſt ſumma epitaſis, donec Crito ipſe, homo quantiuis pretij, ex circunſtantiis, Glyceriũ eſſe filiam Chremetis edocet. Hanc Pãphilus obtinet, & Philumena Charino fit coniunx. Ita omnis res in tranquillum deducitur. Cæterùm in quolibet actu ſuæ ſunt ſcenæ, ſed incerto numero. Communiter autẽ quinq;, ſex, ſeptem, octo, vt plurimum nouẽ, pro arbitrio ſtatuuntur. *Scena.* Scena Græcis σκηνὴ tabernaculũ ſignificat, quod ludorum faciendorũ cauſa, quolibet loco, vbi agens conſiſtat, moueatúrq;, ſpectaculum ſui præbiturus, ponitur, ne perſonarũ fiat confuſio, ipſis ſpectatoribus admodũ ingrata. Verùm omnibus in ſcenis etiã breuiſſimis ſua ſunt cum rhetoricis ſplendoribus diſpoſitionis ornamẽta, ſed dialecticῶs poſita, quod genus eſt in Andria (Dij boni) eſt ſcena conſolatoria, in ſtatu coniecturali. An nuptiæ ſint futuræ. Exordiũ eſt ab inſperata lætitia. Cùm aliquid boni portatur, eſt attentionis, cùm dicitur: id paues, ne ducas tu illam, tu autẽ vt ducas, eſt docilitatis. Propoſitio. Nuptiæ non ſunt futuræ. Sequitur confirmatio per congeriem ſeptẽ ſignorum ſeu coniecturarũ, paululum obſonij, triſtitia Simonis, ſolitudo ante oſtiũ Chremetis, nemo intrat neq; exit, nulla matrona in ædibus, nullus ornatus, olera & piſciculi pauci, coempti obulo in cœnã ſeni. Concluſio. Nuptiæ igitur non cohærẽt, ſunt infirmæ. Aliud ex Heaut. vbi Clinia ex Aſia reuerſus, Antiphilam ſuã corruptam ſuſpicatur, Syrus eam ſuſpicionem artificioſiſſimè tollit. Propoſitio. Antiphilæ vita eadẽ eſt, & animus erga te idẽ fuit. Hanc narratione confirmat, ſigna pudicitiæ narrans. Primũ eſt, à ſodalitio laborioſo. nã cum Dromone pro illa accerſenda miſſus, dicit, quàm primũ fores pulſarentur: anus quædam prodit, hæc vbi aperuit oſtiũ, ſtatim ad lanam rediens ſubtegmen nebat. Secundum, à more vitæ quotidianæ, vbi de improuiſo interuentũ eſt mulieri, texentẽ telam ſtudioſè ipſam offendimus, quia non otiſa ſed laborioſa inuenta eſt. Idem de Lucretia duce Romanæ pudicitiæ ſcribitur apud Liuiũ, quòd eam in medio ancillarum penſa de colo ducentem Collatinus & cæteri Romani inueniſſent. Tertium, ex ornatu neglecto, quia mediocriter veſtita veſte lugubri, quia ſine auro ornata ſibi, non amatoribus, quia nõ fucata, non cæruſſata, quia capillo paſſo, prolixo, circũ caput reiecto negligenter. Quartũ, à paucitate familiæ, quia vna ancilla erat, neglecta, immũda illuuie. Quintũ, ex ſordicie internuntiorũ, cùm hi negliguntur, magnũ quoq; ſignum eſt, dominã eſſe extra noxiam. Vltimũ, à deſiderio tui, quia, vbi dicim⁹, te rediſſe, et rogare vti veniret ad te, mulier telã deſerit cõtinuò, & lachrumis opplet os totũ ſibi &c. Concluſio. Igitur tua Antiphila eadẽ eſt, & nõ corrupta. Huius loci atq; ordinis in hoc noſtro Comico, exẽpla plurima, Dialecticis et Rhetoricis præſcriptionib⁹ ita vt cùm maximè illuſtrata, inuenies. Vt ſi quis ſuorũ præceptorum

ceptorum, vel in arte diſſerendi, vel bene dicendi exempla familiaria (ſine quibus illa frigent) & quaſi viua requirat, habebit, quibus vſus præceptionum de primis artibus facilius quàm in longiuſculis orationibus perſpiceretur, adeóque mediocriter præceptis imbuto, artificij nota ἀκονιτὶ offerretur, quæ in Plauto non eodem modo eſt obuia. Accedit & ſermonis Latini proprietas, quæ in oratione principatum obtinet, tam in coniunctorum, quàm ſingulorum verborum obſeruatione. Coniunctorum quidem ſunt, accipere conditionem, dare verba, in funus prodire, ab aliquo gratiam inire, in viam redire, conſilij locum habere, auxilij copiam, commutare verba, in commune conſulere, reducere animum ad miſericordiam, ex malis emergere, pretium ob ſtultitiam ferre, in malum incidere, antiquum obtinere, beneficium verbis initum re comprobare, in ſecundis aliquem reſpicere. Singulorum verò ſunt, in Eunuch. Quamobrem quod factum eſt, taces? tacemus conſilia. in Adel. vah, nihil reticuit: reticemus dolores. in Eunucho, quid obticuiſti? in Phorm. hem, quid nunc obticuiſti? obticemus quorum nos pudet. Aliud, in Heautont. Decem minas, quas mihi dare pollicitus eſt: pollicemur vltronei. in Phor. Neque ego ignoſco, neque promitto: promittimus rogati. Aliud in Heauton. Et quidem iubebit poſci: poſcimus imperioſè. in And. quum iſtuc, quod poſtulo, impetro cum gratia: poſtulamus iure. In prologo Hecyræ. Nunc quid petam, æquo animo attendite: petimus precariò. Aliud in Adel. fratris me quidem pudet pigétque: pudet propter turpia, piget propter dolores, &c. Hæc omnia diligenter animo colligēda ſunt ad culmen eruditionis aſpiranti. Conuenit & cōmuni omnium laude, hunc Comicum puri ſermonis eſſe amatorem, & optimum, vt vocauit eum Cicero, authorem latinitatis, quem non erubuit imitari Terentium, & eundem ſibi ita familiarem reddere, vt ex hoc ipſo multos locos tranſſumptos pro ſuis vſurparit. Hic poëta prodeſt ad expoliendam linguam, ad barbariem dediſcendam, ad orationis, ſententiarúmq; copiam & vbertatem, ad argumentorum in omni genere cauſarum inuentionem, ad parandam denique dicendi ſcribendíque facultatem. Huius oratio & iucunda eſt, & maximè accommodata puerorum ingeniis, plana, ſimplex, perſpicua, nihil omnino habēs ambiguum aut ambitioſè affectatum. Hoc meæ crede fidei ὦ ἀνεψιὲ, quòd huius authoris nunquam te pœnitebit, & quidem plurimum operæ ac ſtudij, in huius poëtæ perfectè cognoſcendis Comœdiis pones. Quod ſi aliquando mea opera in hac re vti volueris, ſolertem tibi dabo, & nulla moleſtia grauabor etiam occupatiſſimus. Siquidem tuus pater obſeruandiſſimus, mëique intimus, de me optimè meritus eſt, cui quòd literis inſudauerim, & ſi quid eruditionis in me ſit, acceptum refero. Qui in me erudiendo nullum laborē ſubterfugit, qui me non ſolùm domi ſuæ, ſed etiam inter ſpatiandum præceptis imbuit. Eundem incredibilem amorem, & mea omnia in te ipſum, ſumma ac ſingularia ſtudia expectabis. Quamprimum huc pedem tuli, primus author Terentius erat terendus mihi. Noluit prius frater reliquos authores, quos tum optimos ſuis diſcipulis, in omnibus linguis prælegit, me audire: quàm in hoc bene verſatus eſſem. Nec ſinas te abduci ſtulta illa perſuaſione, quaſi omnino ſatis ſit Comœdias Terentianas ſemel atque iterum audiſſe. Id quod res eſt, exiſtima, tum demum Terentium feliciter cognoſci, vbi ſæpiſſime & lectus, & auditus fuerit. Qui præ cæteris Comicis hoc habet ſingulare, vt quo ſæpius legantur Comœdiæ, eò magis incitent animum ad eaſdem ſæpius relegendas ac perfectè cognoſcēdas. Et tribuunt omnes eruditi hoc Terentianis Comœdiis, quòd ſatis eas legere nunquam poſſint, propter egregia exempla & ſententias, quibus admoniti ſubinde diſcant diligentius conſiderare res humanas, & prudentius de illis iudicare. Sunt in ſingulis Comœdiis certæ quædam theſes de hominum diuerſis moribus, ingeniis, & officiis propoſitæ, quæ multum faciunt ad vitam ſapienter & ciuiliter inſtituendam. Etenim, inquit Cicero pro Roſcio, hæc conficta arbitror à poëtis eſſe, vt effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſámque imaginem videremus. Ideo κατ᾽ ἔπαινον Comœdiam definiunt, quòd ſit vitæ imitatio, ſpeculum conſuetudinis, imago veritatis. Commendat enim virtutes, & vitia inſectatur, & in qualibet ætate, ſexu & conditione, virtutis materiam præbet. Omnium ferè actionum domeſticarum imago & typus expreſſus hìc cernitur. Eò reſpicit illud Demeæ in Adelph. Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas hominum iubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi. Intuendum eſt & decorum & tractatio affectuum, quæ Græcis ſunt ἤθη, quæ ſi quis diligenter obſeruauerit, multo prudentior euadet, & nunquam accedet, quin abiturus ſit doctior. Verùm vt hæc omnia clarius conſpiciantur, tanquam in ſpeculo, ex diametro ſemper opponuntur diuerſis moribus ſenes, adoleſcentes, ſerui, muliercula, & cæt. Sicut in Andria eſt videre. Simo iracundus opponitur Chremeti placido & ſedato animo. Pamphilus verecundus Charino temerario & rerum imperito. Dauus aſtutus & callidus Byrrhiæ ignauo & inerti. Myſis ſobria Leſbiæ temulentæ. Crito honeſtè pauper, Chryſidi inhoneſtè diuiti. De induſtria hoc fit à poëta, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Dici nequit quàm eximius & ſingularis hic ſit depictor morum in omnibus perſonarum iuxta τὸ πρέπον proprietatibus, atque adeò ita admirabilis, vt verba & literæ ipſiſſimum perſonarum affectum repræſentent. Sit exemplo illud Getæ, qui ira inflammatus, quòd Aeſchinus Pamphilæ indignè per vim vitium obtulerat. Tum autem Syrum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis! Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem, vt cerebro diſpergat viam. Adoleſcenti ipſi eriperem oculos, poſthac præcipitem darem. Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & proſternerem. Hìc vbique litera canina inſeritur, iratis multo familiarior. Talis figurarum obſeruatio, ſimul & de vita hominum monet, & conducit ad eloquentiam. Proinde integrum eſt, virtutum ſplendorem in animo ſcribere, adeóque imitatione repræſentare, & vitiorum fœtorem ex eodem expuere & perpetuò odiſſe. Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis. Quorum nemo tam plumbeus, ſtupidus & inſulſus erit, qui ex lectione, vel actione Comœdiarum, ſicut in publica huius Comici lectione, ſedulò & fideliter moneo, quod optimum & laude digniſſimum videbitur, ſibi non eligeret, ſequeretúrque. Nunc verò hæc vniuerſa, ne quid ſcrupuloſi ab hoc Comico quenquam abſterreret, dilucidiſſimè & pingui Minerua, apertiſſimè, clariſſimus & doctiſſimus Vuillichius noſtræ familiæ perpetuum decus & lumen, ita perluſtrauit, & pro votis noſtris edidit, vt nihil deſiderari videam, quod ad diſpoſitionem, eloquutionem, & locorum quorundam

Sermonis Latini proprietas.

Tacere. Reticere. Obticere.

Polliceri. Promittere. Poſcere. Poſtulare. Petere.

Terentij cōmendatio.

Terentianę comœdiæ non ſemel atque iterū legendę.

Litera canina.

difficultatem ſpectat. Quamuis opera tumultuaria, & animi gratia, hæc ſcholia nobis fecerit, tamen lector diligens ſentiet, nihil ἀπὸ τῆς συνεπείας verborum alienum eſſe, contortum, & aquam hærere. Et quod dicendum ſit, ſæpe demiratus ſum, & mecum omnes auditores, illius ingenij dexteritatem, in animaduertendis authorum ſcopis, quos nobis enarrauit, ſicut & omnia eius ſcripta in lucem edita, artificem præclarum commonſtrant. Nolo quicquam illius auribus dare, & ad voluptatem (noui hominem generi Gnathonico, & Thraſonico infeſtiſſimum) ſermonem meum fingere. Sed indubitatum eſt, quòd vix vlli in diſponendæ orationis virtute cederet. Mirum eſt, vt omnia ſummo cum iudicio obſeruet, & quaſi lynceis oculis inſpiciat. Enimuero, vt quis minori negotio eò aſpiraret, ſtatim à prima pueritia fundamenta iacienda ſunt, quibus adulta ætas corroboraretur, iuxta illud Virgil. à teneris aſſueſcere multum eſt. Siquidem ea, quæ pueri imbibimus, tenaciſſimè nobis inhærent, ſicut Horatius cecinit: Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Ita & Plato aſſerit eos, qui in præſtantes viros aliquando euaſuri ſint, ab ineunte ſtatim pueritia oportere ſtudendo incipere. Quum prima ætas morum ſuauitate clareſcit, magna ſpes futuræ pietatis præſumitur, vt etiam ex anteacta vita, reliquum vitæ curſum diiudicare poſſimus. Quemadmodum Cicero Cælium adoleſcentem defenderit, cùm propter pecuniam à Clodio acceptam & paratum venenum à Licinio in ius vocaretur, firmiſſimè argumentatur, eiuſmodi crimina in Cælium cadere non poſſe. Quia ab ineunte ætate bonis artibus inſtructus, omnes voluptates omiſit, ſtudia delectationis reliquit, ludos, iocos, conuiuium, ſermonem penè omnium familiariū deſeruit. Cùm paululum roboris accederet ætati, in Aphricam eſt profectus, optimis quibuſq; ſe dedit, vtpote Pompeio proconſuli, viro caſtiſſimo factus familiaris, in foro, in negotiis verſatus, vigilās, ſobrius, induſtrius, laborioſus, integrā vitā ſemper ſequutus. Qui ſic vitam ſuam inſtituit, non facilè in vitia labitur. Prudentiſſimè igitur fecerunt Romani, quòd adoleſcentibus nullum locum otij relictum voluerint. Curarunt equidem primam ætatem diſciplinis & artibus inſtituendam, ſic ad vſum forenſem, ad gloriam, ad dignitatem ſunt aſſuefacti, veterum laudibus ſuas virtutes adæquarunt. Tum aliquid præclarum ac ſingulare exiſtet, vbi ad naturam eximiam, atque illuſtrem ratio quædam confirmatióque doctrinæ acceſſerit. Hinc homines ingenioſi plurimum operæ Comœdiis ſcribendis impenderunt, quibus tanquam calcari adoleſcentes incitati, omnes prauas cupi-

Poëtæ afflātur numine diuino. ditates exuerent. Certum eſt, poëtæ non temeritate, ſed numine quodam per ἐνθουσιασμὸν inſtigati carmina fecerunt. is furor à Platone ἔνθεος vocatur, quòd quaſi ἐνθουσιάζει diuino ſpiritu correpti verſus canant, Ouid.

Eſt deus in nobis, agitante caleſcimus illo:
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

*Idem alibi.*

Eſt deus in nobis, ſunt & commercia cœli:
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Cicero pro Archia dicit poëtam natura ipſa valere, & mētis viribus excitari, & quaſi diuino ſpiritu afflari. Quare ſuo iure noſter Ennius ille ſanctos appellat poëtas, quòd quaſi Deorum aliquo dono atque munere commendati nobis eſſe videantur. Omnes, inquit, poëtæ non arte, ſed diuino afflatu omnia iſta præclara poëmata canunt. Vocantur & Deorum filij. Igitur non niſi vtilia memoriæ produnt; Horat.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ,
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ.

Valeant religioſuli, qui dicunt: ἐρωτικὰ inſunt huic poëtæ, igitur piis auribus indignus. Hoc ſibi reſponſum habeāt iſti quòd & tota Biblia hoc abſurdo argumento, quod Deus auertat, eſſent reiicienda. Vbi duriores partes in amore de inceſtu leguntur, quando Ammon filius Dauid ſororē ſuam Tharmar oppreſſerit, & cubauerit cum ea. Depinguntur hîc amorum miſeræ conditiones, tribulationes & cruces, vt quis amatorum Charini, Chereæ, Phædriæ, Cteſiphonis, & aliorum exemplo & inſania commotus, meretricum ingenia, & earum mores, quæ adoleſcentiam habent deſpicatam, & omnibus cruciant modis; Vatiniano quodam odio, perpetuò proſequatur. Obiiciat quis, ſcortatio à Terentio approbari videtur, quia Mitio dicit: Non eſt flagitium adoleſcentem ſcortari, neque potare. Reſpondeo. Hæc non ex animo refert, quod in fine illius ſcenæ fatetur, cùm inquit: Nonnihil moleſta hæc ſunt mihi, ſed oſtendere me ægrè pati, illi nolui. Imò præter logicen & ethicen, alia quædam in hoc poëta diligenter perpendenda ſunt, quæ eſſent ad maiorem induſtriam incumbendi literis incitamenta. Hoc tibi habeo polliceri, cyclopediæ ſtudioſum non vulgarem ſub poëta hîc exprimi. Pauca quædam adducā, quibus illius inſignis & admiranda eruditio colligeretur. In Andria: Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos, &c. Nam poſtquam Terentius exceſſit ex ephebis, his adoleſcentulorum exercitiis floruiſſe, ex Mimis conſtat. Siquidem ἱππικὴ militiæ, (cuius encomium apud Ciceronem in orat. pro L. Murena extat) quod in Thraſone exercitus inſtructio ſatis oſtendit, item quod P. Scipioni & Lælio hominibus nobilibus ſe dedit, eorúmque ſtudiis obſequutus, ſic κυνηγετικὴ rei domeſticæ συνεκδοχικῶς, in Heautontimoru. vbi tuæ ſtultitiæ præſidium erit Clitipho, victus, veſtitus, quo te in tectum receptes, ſic φιλοσοφικὴ bonarum literarum ſtudium, in Eunuch. fac periculum in literis, &c. deſignat. Fuit inſignis phyſiognomon in Heautontimorume. ſparſo ore, adunco naſo, non poſſum pater. rubor color eſt hominis malefici, ſicut naſus aduncus ſignum eſt impudentiæ. Ariſtotel. in Phyſ. quibus naſus mox à fronte aduncus deducitur, impudentes, refertur ad ceruos. Fuit augurij peritus, in Phor. Introiit in ædes ater alienus canis. Anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecinit. Qui locus augurem requirit, veteres enim in eam opinionem adducti, talia monſtra eſſe omen nuptiarum parum felicium dicebant. Per introitum atri alieni canis, adulterij ſubſequuturi notā: per caſum anguis de tegulis, alterum coniugatorum veneno periturum: Per cantum gallinæ, maritum ex vxoris præſcipto, quod Græcis γυναικοκρατία dicitur, victurū, aut certè vxorem marito ſuperſtitem manſurā pronuntiabant. Fuit magnus phyſicus, in Adel. Mēbra metu debilia, animus timore obſtupuit. Pectore conſiſtere nihil conſiliū quit. In eadem Comœdia, Erubuit, ſalua res eſt. Ruborem ſignū eſſe pudoris philoſophi tradunt. in eadē, Laudarier te audit libēter, facio te apud illum Deum, virtutes narro homini, ilico lachrumæ cadunt, quaſi puero, gaudio. in Eunucho, ſine Baccho & Cerere friget Venus. perit enim libido ſobrietate. in eodem:

Terentius defenditur.

Terentius multiſtius.

Trema

*Tremo horreóque poſtquam aſpexi: Ratio eſt, ex ſanguinis in cordis thalamos concurſu, propter cupiditatem vehementiorem, qui cùm rurſus diffunditur, fit calor, qui ibidem ignis eſt, inualeſcens ex amicæ conſpectu. In Heautontimoru. Mulier telam deſerit continuò, & lachrymis opplet os totum ſibi, vt facilè ſcires deſyderio id fieri tuo. Inſperatũ gaudium ſæpe lachrymas excutere ſolet. Quis negaret ipſum Geographiam non ignoraſſe? in Andria, Fuit olim quidam ſenex mercator, nauem is fregit apud Andrum inſulam. In Heautontimorumeno, Vbi mihi dixti, cupere te ex Aethiopia ancillulam. In Adelphis, Quæ porto Cyprum. In Phorm. qua profectus cauſa hinc es Lemnum Chreme. In eadem Comœdia, Ego me ire ſenibus Sunium dicam ad mercatum. Fuit & Palæſtrites & Muſicus. In Eunucho, Fac periculum in palæſtra, in muſicis, quæ ſcire æquum eſt adoleſcentẽ, ſolertam tibi dabo. Quid quod neque à facultatibus quas vocant, alienus fuerit? Medicinæ ſcientiam habuiſſe teſtatur Leſbia in Andria his verbis: Adhuc Archillis, quæ aſſolent, quæque oportet ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video. Hæc ſunt λογικῶν rationis & artis. Ibidem: Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui date, Diætica hæc ſunt. In Adel. Virgo ex compreſſu grauida facta eſt, menſis hic decimus. Qui menſis legitimi & iuſti eſt partus. Affirmant & quidam loci fuiſſe Iuriſperitum. In Andria, Adeón' impotenti eſſe animo, vt præter ciuium morem, atque legem, præter ſui voluntatem patris, tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro? Menedemus in Heautontimorume. Filio ſuo Cliniæ vxorem ab ipſo Chremete depoſcit, & Chremes dixit, generum ſibi placere, & poſtremò inquit, etiam ſi volet deſponſam quoque dicito. In Phormio. depellitur Antipho à ſponſa ſua, niſi vtrique præter ſpem ſuccurriſſet error. Sic Laches in Hecy. Egi atque oraui tecum. Tempus dixi eſſe, impulſu duxiſti meo. Hæc iuribus prorſus affinia ſunt. Modeſtinus Iureconſultus de ritu nuptiarum inquit: Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, id eſt, qui coëunt, quorúmve in poteſtate ſunt. Hoc idem teſtatur Euchariſtus pontifex de Clandeſt. ſponſ. inter Decreta his verbis. Legitimum non fit Matrimonium, niſi ab his, qui ſuper fœminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, vxor petatur, & à parẽtibus, & propinquioribus ſponſetur. Et reſcripta Iuſtiniani de raptu virginum perhibent. Quicunque vxorem voluerit ducere ſiue ingenuam, ſiue libertinam ſecundum leges, & antiquam conſuetudinem, parentes, vel alios, quos decet, petat, vt eorum voluntate fiat legitimum coniugium. Atqui dubium non eſt, quin fuerit legum peritus celebris, in Phormio. Lex eſt, vt orbæ, qui ſint genere proximi, his nubant, & illos ducere, eadem hæc lex iubet. In eadem Comœdia: Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt, Neque dictio teſtimonij eſt. In Andria Crito ſobrinus Chryſidis inquit: Eius morte ea ad me lege redierunt bona. In Adelph. Qui tibi licet meam habere, pro qua ego argentum dedi? ibidem Sannio dicit, cùm ipſum loris operire vellet Aeſchinus, hiccine libertatem aiunt eſſe æquam omnibus? & paulo pòſt. Neq; vendundam cenſeo, quæ libera eſt. In Eunuch. Cras eſt mihi iudicium, vt diligenter nunties patri, aduocatus mane mi eſſe vt meminerit. Quod verò omnium laudatiſſimum eſt, Terentium more Ethnico ipſam Theologiam coluiſſe liquet. In Phorm. At (Demea loquitur) ego deos Penates hinc ſalutatum domum reuertar. Ante omnia quærendum eſt regnum Dei. In Andria, Dij date facultatem obſecro huic patiundi, inuocationis diuinæ eſt nota. In Adelph. Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos? Conanti Deus adeſſe ſolet. Ibidem, Abi domum, ac Deos comprecare, vt vxorem accerſas. Vxor bona à domino. Ibidem: Abi pater, tu potius Deos comprecare. Nam tibi eos certò ſcio, quo vir melior multo es quàm ego, obtemperaturos magis. Petite & accipietis. In Phor. Dis gratias agebat. In eadem Comœdia: Diis magnas meritò gratias habeo atque ago. Gratiarum actio decet Chriſtianos. Propter has virtutes hunc Comicum amplexandum, in manibus geſtandum, iiſdem terendum, fouendum atque exoſculandum tibi ſuadeo. Téque ex animo commonefacio, vt cùm per ætatem plus ſapueris, huic Terentio, ita vt cum maximè operam diligentem ponas. Ex quo perdiſcendo, vberes & diuturnos fructus propter elegantiam ſermonis proprij, ſententiarum & rerum percipies. Atque mores tuos cereos, ita modeſtos, excultos, ciuiles & quidem pios formabis, vt laudem inuenias, & amicos pares. Id vnicè ſtudebis, formæ vt mores ſint conſimiles. Ingenium bene felix diuinitus tibi datum eſt, & quale haberes, indicio fuerunt verſus Vergiliani, quos à me auditos, nõ ſolum ſtatim expoſuiſti, ſed etiam fideliter memoriæ mandaſti. Ea res dedit æſtimãdi ſpem futuræ eruditionis & pietatis. modò hunc fructum pro labore à te ferat pater, nihil amplius poſtulabit, neque hoc gratius quicquam illi facere potes. Præclaræ tuæ indolis conſpectus me penitus confirmat, te meis optatis reſponſurum & patriſſaturum, hoc eſt, eruditionis & pietatis nomen ſanctiſſimum te relaturum. Nolo te latere mi Iodocule, quòd complures ciues Reſelliani illuſtrem illam patris tui chariſſimi diligentiam cùm ſcholam frequentarem, ſæpe mihi decantabant. Cui præter Muſarum ſtudium, nihil in pueritia, ſicut & nunc id animi habet, vnquam dulce fuiſſe, atteſtantes. Siquidem cùm de de more in ſchola Reſelliana, die Iouis poſt prandium, otiũ à literis, quod remiſſionem vocabant, præceptor dediſſet: noſter Vvillichius* recht vvillich, *quaſi promptus & facilis ad ſtudiorum radices amaras, fructus verò dulciſſimos, ſpretis omnibus ludorum & ſpectaculorum illectamẽtis, in montem quendam excelſum arboribus ſplendidum, qui miraculoſus dicitur, prope vrbem, vbi iucundiſſimus fluuij præterfluentis ſuſurrus auditur, literis perdiſcendis, ſeſe abdidit, & grauiter ad eaſdem animum ſuum adiunxit. Huius tãti patris ſedulitas, te commoueat commonetq;, vt ſtudia recolas, ſicut incœpiſti, & magnifacias: quo fiet, vt Reſelliani nomen magis atque magis per te inclareſcat. Id vt commodius fiat, Deum ſempiternum, cuius nutu viuimus, mouemur & ſumus, inuocabimus, quò is Spiritu ſancto corda noſtra illuminet, illuminata illius diuina voluntate acquieſcant, quæ Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit, nos ad vnum omnes, regni ſui cœleſtis conciues pro ſua ineffabili clementia & miſericordia, facere dignetur, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen. Ex Muſæo noſtro circiter ferias diui Michaëlis. Anno à recuperata ſalute* 1550.

Nuptiæ vt ſint legitimæ.

# SCHOLIA IODOCI VVILLICHII IN ANDRIAM TERENTII.

## DE ARGVMENTO ET STATV ANDRIAE.

EST in genere deliberatiuo, & κρινόμενον cenſetur. Ducátne in matrimonium Glycerium Pamphilus. Hîc ſunt vtrinq; ſuaſiones, diſſuaſiones adoleſcentum, ſenum & ſeruorum. Pro filio quidem ſunt firmamenta, quia vitiauit, quia promiſit ſe ducturum, quia ciuis eſt Attica. Pro patre autem ſunt, quia filius eſt in poteſtate patris, obſequetur igitur, & pro voluntate patris vxorem ducet. Conabatur enim filium ab amore Glycerij abſtrahere, & Chremetis filiam in matrimonium ei collocare. Hæc ſunt πρότασις. Verùm in epitaſi rem, quam antea ſimulauit, ſeriam eſſe expoſcit, itaque hinc turbarum initium fit, & incrementum inter patrem & filium iuxta cum mulierculis, quæ à partibus Glycerij fuerant, accedit & ſeruulorum anxia ſollicitudo. Periclitatur enim non parum Pamphilus Dauo authore, cuius tamen conſilio & aſtutia liberatur. Poſtremò autem caſu & inſperato Crito aduenerat, Glycerium ciuem, & Chremetis filiam eſſe expoſuit, atque circunſtantiis confirmauit. Nuptiæ igitur ad Pamphili ſententiam certæ, firmæ & legitimæ ſunt, & ſic καταστροφὴ hilarior claudit, & τάσιν complectitur.

## DE INSCRIPTIONE.

INSCRIPTIO complectitur primùm locum, quo acta eſt Andria, veluti in ludis Megalenſibus, vtpote Magnæ Deæ feriis. Mox & perſonas tam κωμῳδοδιδασκάλους, quàm dramatum redemptores ædiles continet. Deinde apparatum per modos paribus tibiis factos indicat. His enim ſignificabatur affectus, veluti hîc grauitas ſenilis cum hilaritate adoleſcentum & ſeruulorum iocoſa, quæ Græcis eſt κῶμος, coniuncta eſt. Illa quidem tibiis dextris, hæc verò ſiniſtris repræſentabatur. Poſtea argumentum notat. Eſt enim palliata comœdia, vtpote argumenti Græci. Poſtremò tempus editæ & actæ fabulæ per Coſſ. Cn. Sulpitium Gallum, & M. Claudium Marcellum deſcribitur. Acta enim eſt anno vrbis conditæ 588. vel ante Chriſtum natum 163.

## IN PROLOGVM.

VERSATVR prologus circa hanc iudicationem, an licitum ſit alienis tráſlatis pro ſuo vti. ⸿Poëta.⸾ Exordio προδιόρθωσις eſt, cur non argumentum iuxta veterem conſuetudinem explicet, & hic prologus eſt ἀπολογητικός. ⸿Operam abutitur.⸾ Ἀρχαϊσμὸς eſt, & purgatio, cur prologus non ſit argumentoſus, ſed defenſorius. Si quidem in prologo aut de argumento, aut de ſeipſo propter commendationem & defenſionem, vt populus ſit & hilarior, & attentior, tractatio ſuſcipitur. Terentio autem familiariſſimi, propter aduerſariorũ malitiam ſunt defenſorij prologi. ⸿Nunc quam rem.⸾ Attentionis eſt. ⸿Menander.⸾ Narratione ſe ex Menandri Perinthia tranſtuliſſe, & pro ſuis vſum eſſe fatetur. Itaque Caius Cæſar Terentium dimidiatum Menandrum, & puri ſermonis amatorem appellare haud veretur. Cæterùm argumentum hîc eſt materia μῦθος, aut ὑπόθεσις, ſicut ſtylus eſt Ariſtotelis λέξις, & oratio διάνοια propter elocutionis & rerum atque ſententiarum varietatem. ⸿Id iſti.⸾ Propoſitio eſt aduerſarij, nolunt tranſlata eſſe propria, & decorum cauſantur, vtpote ne fabulæ contaminentur. ⸿Faciunt ne intell.⸾ Eleuando dictum aduerſariorum refellit, & μυκτηρισμῷ rogat & ad ſententiam alludit, quæ eſt: NIMIA SAPIENTIA IN STVLTITIAM VERTITVR. Et ſicut Euripides cecinit:

——— οὐδ᾽ ἀζήμιον
γνώμην ἐνεῖναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν.

Sentit enim damnoſum eſſe, cùm quis ſapiens nimium ſapuerit. ⸿Qui cum.⸾ Ab exemplis factum comprobat, & hæc ſumpta ſunt à vetuſtioribus comicis, quos habuit προηγουμένους. ⸿Quorum æmulari.⸾ Amplificatio eſt per aſſeuerationem, & hîc ἦθος eſt, errorem magnos duces ſequentibus non eſſe inhoneſtum. ⸿Dehinc.⸾ Comminatio eſt. ⸿Fauete.⸾ Adhortatio ad ſpectatores, & promiſſione ſpem facit, & hoc attentionis eſt. Liquet ex Cicerone in tertio de Oratore, vt oratores à mulieribus iudicabantur. Hæ enim dignos ſpectabant, aut indignos exigebant. Nota eſt & fortuna Hecyræ Terentianæ.

## IN ACTVS I. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

Παραγγελματική, præcipit enim quid facto opus ſit in diſſimulandis nuptiis, atque ſic bona pars huius fabulæ de more comprehenditur, & eſt in deliberatione ſita.

### Ethices præcipua capita.

1 In Soſia eſt ſeruorum officium.
2 In Pamphilo ſunt mores & ſtudia adoleſcentum.
3 In Chryſide ſunt gradus, quibus ab honeſtate ad turpitudinem vitæ peruenitur.
4 In Glycerio eſt pietas ſororis in funeratione, & amore adoleſcentulorum.
5 In Simone eſt ſollicitudo parentum, vt liberi ab amore ſcortorum in matrimonium vocentur.

⸿Vos.⸾ Vt ſine arbitris cum ſeruo loqueretur. Exordium quoque ſatis indicat & vrget. Nam cum illo de nuptiis ſimulandis conſilium init. ⸿Adeſdum.⸾ Attentio eſt ſeruis apta, à paruitate negotij dandi, & expediendi, & hîc ſunt παρασκευαὶ eorum quæ à ſeruo obiicerentur. ⸿Sed his.⸾ A laude captatur beneuolẽtia. Hæ autem duæ virtutes in arcanis credendis requirũtur, & maximè in ſeruo laudandæ ſunt. ⸿Expecto.⸾ Attenti & beneuoli animi nota eſt. ⸿Ego poſtquam.⸾ ὑποδιήγησις, vel narratiuncula, apparata propter attentionis amplificationem, quæ iucundior eſt per antitheſin: & vt magis iſtius ſibi fidem aſtringat, decorum vrget, &

vrget, & beneficiorum ſit commemoratio. veluti quia emptus, quia ſeruitutem ſeruiuit iuſtam, et placidam, quia pileum tanquam libertatis aut manumiſſionis ſignum accepit, fidelis igitur & taciturnus porrò erit. ¶In memoria.} Narratiunculæ occurritur, ne ſit propter ingratitudinem beneficiorum herilium expoſitio, atq; eadem interrumpitur.

¶Hoc primum.} Nunc euidentiſſimè conſilium exponit, cur illum ſolū & paucis voluerit, & eſt Græcis προέκθεσις, cùm hoc ante narrationem docilitatis cauſſa affertur, atque hinc caput negotij & narrationis conſiliū cum cauſſa petendum eſt. Siquidem idem in fine narrationis quoque repetitur. Verè dictum eſt à Græcis rhetoribus κατεπείγοντος μᾶλλον στοχαστέον. ¶Rem omnem.} Ciceroni eſt diſtributio tripartita. Nam primò vitam Pamphili, ſecundò conſilium ſuum Soſiæ de ſimulandis nuptiis narrat, tertiò quídnam hac in re faciundum ſit, iniungit. & eſt narratio ſcenica, dilatatáque, tum quia ſuadent rhetores τοῖς εὐφραίνουσι ἐνδιατρίβειν, hoc eſt, in rerum geſtarum, quæ oblectant, narratione diu immorandum eſt. alia eſt ratio in triſtibus, tum quia eſt diſſipata, quæ à Græcis dicitur πολυσκελὴς, id eſt, multorum membrorum. Itaque variæ perſonæ hîc demonſtrantur, quibus cum filio res erat, vt tādem ad negotium præſens perueniatur. Perſpicua quoque eſt tā verbis quàm rebus, ſic & probabilis, tum propter aſſertiones Græcis dictas κατασκευὰς, hoc eſt, rei confirmationes, & aſtructiones, tum propter decorum maximè in perſonarū deſcriptione. Verùm ab affectu præcipuo eſt προστακτικὴ imperatoria. Siquidem ſeruo fideli & prudenti, vt ſimulandæ ſint nuptiæ, & vt Dauum veteratorem obſeruet, præcipit. Proinde hæc narratio tantum neceſſitatem ſimulandarum nuptiarum, & cauendi Daui exponit. Porrò in hac diligenter variarum narrationum obſeruanda eſt σύναψις, quæ in perſonæ agentis, nimirū Pamphili demonſtratione inſertæ ſunt, vt Chryſidis vita, Chremetis de ſponſalibus Glycerij demōſtratio, expoſtulatio Chremetis cum Simone, in quarum ſingulis eſt initium, vbi digreſſiuncula incipit, & finis, vbi redit nūc ad Pamphilum: nunc ad Chryſidem, nunc ad eiuſdem funus, nūc iterum ad Pamphilum, nunc ad ipſum Simonem: attamen vnum corpus narrationis Pamphili reſpectu iudicandum eſt, etiamſi ea πολυπλόκος cenſeri debeat. Eſt enim artificium in ea complicatione diuerſarum narrationum eiuſmodi, vt non niſi ſimplex narratio propter Pamphilum eiúſque nuptias, veluti eius ſcopū, habeatur. Hîc verò Cicero à Rodolpho Agricola diſſentire videtur. Hic enim breuitatem huius ſcenæ commendat, ille prolixitatem. Verùm huius diſſidij hæc ſit reconciliatio. Cicero quidem ad rerum varietatem in hac ſcena ingeſtam propter venuſtatem reſpexit, Rodolphus verò ad ſingulas partes, adeóque ad ipſa cōmata, vt placuit, 
Nam. deſpondi, &c. ¶Nam is poſtquam.} Nam hîc non cauſſam, ſed rei initium notat, & vita Pāphili deſcribitur, tanquam perſonæ agentis per locos demonſtrationis ab ætate, nempe adoleſcentia, eiúſque decoro, cùm adoleſcenti conceſſa erat viuendi poteſtas, liberius videlicet, vt abſque pædagogo ipſe pro ſuo arbitratu vitam inſtitueret. ¶Nam antè.} Γνώμη propter probationem inſerta eſt. ¶Vt animum.} A ſtudij genere, quia mediocriter ſtudebat ἱππικῇ, κυνηγετικῇ et φιλοσοφίᾳ. Sunt enim talia adoleſcentiæ ſtudia & exercitia, atque moderata eadem commendantur ſententia prouerbiali.

¶Gaudebam.} Eclipſis eſt illatiuæ coniunctionis itaque, vt ſit vice epilogi. ¶Sic vita.} A morib' ſeu habitu animi. Modeſtus erat, qui quoslibet ferebat. comis erat, qui aliorum ſtudiis obſequebatur. affabilis erat, qui cum nemine contendebat. Temperans denique erat, non φίλαυτος.

¶Obſequium.} Hîc obſequium eſt obſecundatio, aſſenſus, Obſequiū. & indulgentia ad cuiuſlibet arbitrium atque voluntatem, Veritas. nulla honeſtatis ratione habita. Sicut veritas eſt quædam moroſitas caſtigādi qualibet, ſimulationis neſcia. Eſt enim ſententia ſeruo apta, de vulgari amicitia, qua eos nobis amicos iudicamus, qui nobis obſequuntur, qui noſtra omnia laudant, quibus boni viri videmur. Contra reprehenſores, & in contrarium tendentes, quíque nos patefaciunt, auerſamur, & deuitamus. Parum quoque abeſt, vt obſequium non ſit κολακεία, & veritas παῤῥησία. Quid autem de hoc dicto Cicero ſentiat, in Lælio legendū eſſe iudico, et nos fuſius in farragine noſtrarum adnotationum de eodem diſputauimus. ¶Interea.} Chryſidis demonſtratio inſeritur, vt continentia Pamphili obſeruaretur, & amor in Glyceriū ſignificetur propter probabilitatem à ſexu, quia mulier, à patria, quia Andria, & locum viciniæ addit, propter continentiæ amplificationem, à fortuna iniquiori, quia inops, quia à cognatis neglecta fuit: & hîc eſt impulſionis cauſſa, cur ſeſe Athenas contulerat, à forma, quia egregia, ab ætate, quia integra fuit, à genere vitæ, quia fuit pudica propter verecundiam, quia parca propter ſumptuum inopiam, quia dura propter laboris domeſtici aſſiduitatem, cuius notatio ſubiecta eſt, & rectè apud Homerum colus & fuſus ſunt arma Colus & fuſus arma mulierum. mulierum. His quoque rationibus otium vitatur, & honeſtæ vitæ ratio conſeruatur. ¶Andria.} Solebant enim Athenis ſcorta peregrina eſſe. Itaque ex ſolo loco de ſtatu fit coniectura. Hîc adoleſcentuli amatores κλεινίας & φαιδρίας à nitore, ſplendore, et claritate, ſic Chryſis ab auro, die guldenin, νικήρατος verò à voto & deſiderio victoriæ nomen habet. ¶Sed poſtquam.} Hactenus vita conſtabat, & probabilis erat, nunc verò mala & deprauata ſubiungitur. Et hîc eſt ſolicitatio in acceſſu & pretij ſollicitatione. ¶Ita vt.} Comprobat veriſimile ex naturæ humanæ vitio. Hæc enim ad otium propenſa eſt, & laborem fugitat. atque ſic tacita eſt defenſio Chryſidis, à communi hominum natura. ¶Accepit conditionem.} Heu quàm flexibilis eſt animus mulierum per amatores! atque hîc labori otium præfertur. ¶Egomet.} Eclipſis eſt & egregium exemplum ſolliciti patris propter filium. ¶Symbolum.} Cicero in ſecundo de oratore col- Symbolū. lectam vertit, atque nos Germani Latinorum appellatione Collecta. contenti collationem vocamus, ſed non eodem ſenſu. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν, cùm plures in cœna comparanda aliquid conferebant, atque in Eunucho idem ſibi vult, de ſymbolis eſſe. Eſt quoque annulus, tanquam rei, aut pignoris loco nota, vel ſignum. De ſymbolo autē, vt nomiſma non magni pretij erat, in farragine annotationum plura inueniuntur. Video quoque nonnullis placere ſymbolum, quaſi συμβολῶ, id eſt, ſtipem dare, ſed prius tum multis rationibus rectius, tum vſitatius eſt. ¶Nam qui cùm.} Pamphilus ab habitu animi laudatur, & eſt continentiæ & conſtantiæ exemplum, & huc quadrat illud, ἂν χωλῷ παροικοίσης, ὑποσκάζειν μαθήσης, & de conſuetudine dicitur, ſicut & hîc ſenarius:

κακοῖς ὁμιλῶν ἢ αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

¶Modum.} Rationem, & hodie dicunt regimen, quippe cùm Modus. ἕξις vitæ confirmata affuerit. ¶Hac fama.} Narratiuncula breuiſſima de die nuptiarum interſeritur. ¶Chryſis.} Redit

*ad Chryſidis demonſtrationem, quam abſoluit à morte & funere, in quo illuſtris Pamphili humanitas perſpecta fuit, vel patre inſpectatore, atque hîc pietatem Pamphili in defunctos vita commiſcet. Hîc verò iterum obſeruāda eſt narrationum συνάψις. Siquidem in filij vita ſunt quinque narrationes notabiles in digreſſione, & reditu vario atque artificioſo. ¶ Interea.} Digreſſione & Glycerij per locos perſonarum deſcriptionem adnectit, ab ætate, quia adoleſcētula, à forma, quia bona, à vultu tanquam animi indice, quia modeſtiſſimus & venuſtiſſimus fuit, à cognatione, quia ſoror Chryſidis, à pietate in defunctam Chryſidem. ¶ Funus.} Iterum redit ad funus Chryſidis, quod nondum abſoluit, cuius hîc ſunt ceremoniæ gentilium ſcriptorum. ¶ Ibi tum.} Nunc redit ad Pamphili amorem, qui ſignis colligitur, veluti accurſu, diligentiori amplexu, conſolatione, & inclinatione. Ouid. in epiſt.*

*Eminet indicio prodita flamma ſuo.*

*¶ Redeo.} Διαλογισμῷ cauſſam obiurgandi ſe habere nondum aſſeuerat, à iuſto & æquo, & à comparatis minoribus. ¶ Venit.} Digrediēdo eſt narratiuncula expoſtulationis, aut certè conqueſtionis per Chremetem, qui intendit, & Simon depellit. ¶ Tute.} Quanta eſt parentum in filios indulgentia. Hîc potiùs caſtiganda fuiſſet ineuntis ætatis ſtultitia, ſicut Cicer. adhortatur. Eſt alter dialogiſmus loco filij à Simone ſuſceptus, & præſcribendi verbum Alciatus fuſiſſimè explanat. ¶ Alieno.} Intelligit maritale capiſtrum, vtpote coniugium, & ad prouerbiū alluditur quod eſt, ἄλλος βίος ἄλλη δίαιτα. ¶ Et nunc id.} Caput narrationis hîc exprimitur, & poſt vitam filij nunc conſilium de nuptiis init, & ſubdit tanquam alteram narrationis partē. ¶ Vera.} Simulationis duplex eſt cauſſa, et altera pars dilemmatis eſt tantùm expreſſa. ¶ Quem.} Ratio eſt ſcelerati Daui. ¶ Mala.} Cauſſa eſt tum à natura Daui, tum à cauſa efficiente petita. Nam ſi* Mens. *mens, vnde proficiſcuntur conſilia, mala eſt, non meliora inde ſperanda ſunt conſilia. Contrà ex bona mente non niſi bona prodeunt, ſicut hic ſenarius aſtipulatur:*

γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

*Atque idem de arbore bona Chriſtus voluit. ¶ Quem ego.} Ἀποσιώπησις eſt apta grauiter minitantibus. Subauditur enim aliquid machinari, probè vlciſcar. ¶ Sin vt eueniat.} Sic rectiùs legitur quàm ſiue, vt prioris dilemmatis ſit altera pars. ¶ Nunc tuum.} Tertia & poſtrema huius narrationis pars eſt, & Soſiæ officium deſcribitur. Cæterum Priſcia. in decimooctauo lib. Helleniſmos ex hac ſcena adnotare voluit. vtpote, Quæ ſit rogo, Græcis eſt, τίς ἄρα ἐστί, vt, Quàm timeo quorſum euadas. Græcorum phraſis eſt ὡς δέδοικα ποῖ ἄρα ἀποβαίη, vt Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum. Greci ſic efferunt: τί ἂν ποιήσης ἐκείνῳ, ὃς ἄρα δεδωκὼς ἢ ζημίαν ἢ κακόν, & ſic quis pleraſque Latinas locutiones cum Græcorum dialectis conferret: & dici nequit, quantum fructus ex mutua collatione quis faceret.*

## IN ACTVS I. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ETHICA.

1 *Matrimonium, vtiliſſimum eſt amatoribus remedium.*

2 *Domeſtica exempla ſunt admodū pernicioſa. Eſt enim talis pædagogia peſte peſtilentior.*

3 *Improbis ſeruis & immorigeris ſua eſt pœna.*

4 *Indulgentia parentum damnoſa eſt. Semper enim ad patrem attinet, filium ſub ferula coercere, Ne porrò ſeruorum opera opus ſit, vt filij in viam redeant.*

*¶ Non dubiū.} Poſt multam ratiocinationē, tandē aliquādo per aſſeuerationem colligit filiū nolle ducere vxorē. Ratio eſt à coniectura ex ſerui metu. Eáque pars velut fundamentum eſt futuræ conſultationis & cōtentionis. ¶ Mirabar.} Eſt quodam modo διαβλητική. Miratur enim cur herus, præſertim in ſeruos ſuos ſit lenior. & hîc eſt propoſitio. ¶ Qui poſtquam.} Cōfirmat ab inſolita æquanimitate, cuius ſigna ſunt, quia nō expoſtulat, quia non grauato animo fert. ¶ Id voluit.} Cauſſa impulſiua lenitatis eſt. Nam ſecuros opprimere affectat, ne nuptiæ diſturbentur. Verùm ſecuritatis hîc eſt notatio, quia nihil opinantur, aut ſuſpicantur, quia gaudio ducuntur, quia ſperant, quia nihil metuunt, quia oſcitant. Hos igitur opprimere haud difficile eſt. Pleráque verò ἐνθυμηματικῶς dicta ſunt, gaudent, dum nihil ſuſpicentur, ſperant, cùm metus amotus ſit. Verùm in oſcitatione immodica ſecuritas ſignificatur.* Oſcitatio. *¶ Meum gnatum.} Percunctatoria eſt oratio, cuius propoſitio eſt ſubdola, & nonnihil ambigua. Præmolliendo enim viam ſibi herus ſternit. Seruum enim aſtutum ſic circumuenire affectat. ¶ Id ſcili.} ἀποδίωξις & μυκτηρισμὸς eſt, quaſi populo nō alia, eáque grauiora eſſent negotia. ¶ Sed nunc.} ἀνθυποφορὰ & interrogationis ſollicitæ cauſſa eſt à decoro patris. ¶ Nam quod.} ἀντεισαγωγὴ per conceſſionem. Indulſi quidem adoleſcenti, ſed nunc alia eſt vita, alij quoque ſint mores. Sunt enim ſingulis ætatū gradibus ſua decora apud Ariſtotelē & Ciceronem. ¶ Dehinc.} Petitoria eſt, in qua ſic proponit. Tuo ô Daue conſilio filius in viam redeat. Oportuit autē patrem prius cautiorem fuiſſe, ne in naſſam illectus adeò ſit, vt exeundi via non pateat. Redire autem in viam prouerbialis eſt locutio. ¶ Omnes.} Conceſſio eſt difficultatis triplici ratione per occupationem. Vult nunc eſſe ſollicitus atque prudens, tum propter affectum amatorum, qui ferè μισόγαμοι ſunt, tum propter improbi magiſtri acceſſionem, tum propter ægrotum animum, atque ita flexibilem. ¶ Dauus ſum.} Ratio eſt, cur non intelligat, quia Dauus ſum & non Oedipus, vt qui Sphyngis ænigma ſoluere, vt eſt in prouerbio, potuit. Et hic iocus aut ἀστεῖον eſt à decoro ſeruili. ¶ Apertè loqui.} Alius iocus ex ioco penè per contrarium. Hic enim herus poſt verba verbera cōminatur. ¶ Si ſenſero.} A comminatione. Pœna autem ſeruilis eſt & ξυλοκοπία, & in ſeruitutē piſtrini perpetuam adiudicatio. ¶ Ea lege atque.} Exaggerat pœnam à perpetuitate. ¶ Quid hoc.} Hic iocus aliquantulum amarulentus ex priori eſt natus, tam à re, quàm à verbis per amphibologiam ductus, iam callidè intelligit, iam apertè cuncta dicta ſunt. ¶ Bona verba.} Græcorum eſt εὐφήμει, deſine malè loqui, melius ominare. & hîc eſt εὐφημισμός.*

## IN ACTVS I. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ETHICA.

*In præſente neceſſitate abſit ſegnitia, & ſocordia. Illa quidē eſt corporis, hæc verò animi. ¶ Enimuero.} συμβουλευτική. anxiè enim deliberat in tanta difficultate, & propoſitio eſt per apoſtrophen adſe deliberantem & cohortantem. ¶ Quantum.} Confirmatio à neceſſitate, quæ dilemmate explicatur. Inſtat enim periculum aut Dauo, aut Pamphilo.*

¶ Nec

*¶Nec quid.§ ἀπορεία in tãto diſcrimine. Iam lupum, vt dicitur, auribus tenet. ¶Cui verba.§ αὐθυποφορά. Nõ facilè eſt ſenem decipere & occaſionem breuiſsimam ὑπεξαιρήσει ſubdit, vt calamitatem ſeruilem amplificaret. ¶Quo iure.§ Dictum hoc comicum prouerbij faciem habet. aliàs dicitur per fas & nefas. ¶Adhæc mala.§ Adeò verum eſt nullam calamitatem eſſe ſolam, quod narratiuncula comprobat, quæ eſt duarum partium, & apparata. Siquidem hac ſe perturbatum, & miſerum eſſe confirmat, & propter infelicitatis exaggerationem adhibetur. Vtraque autem pars eſt imperfecta. In priori quidem eſt perſona, in qua attenduntur natio & conditio. Eſt factum, cùm vterum ferat. Eſt cauſſa, nimirum amor. Eſt modus, vtpote de educatione clandeſtina, & de ciue Attica. Eius ſanè comprobatio eſt poſterior pars, in qua eſt perſona à conditione mercator, ab ætate ſenex, à fortuna naufragus, & mortuus, eſt factum, quòd orba ſit recepta, eáque adhuc parua. Hìc verò eſt tam in verbis quàm in rebus perſpicuitas, præcipuè in ordine negotij. Breuitas quoque eſt cùm à proximo, quod perturbat et excruciat, negotio incipit. Eſt & hìc probabilitas à naturali στοργῇ, à ſententiola de futore amantium inſerta, & à fortunæ caſibus. Cæterùm iuxta affectum Dauus addubitans et diſceptans iſthæc narrat, atque poſterior pars verius eſt ἀντιδιήγησις, quæ fallaciam & commentum iſtorum recuſat. ¶Inceptio.§ Latinis eſt ſententia per agnominationem iucundiſsima. Etſi Menãdro μόνον δὲ ἀπαιρόρητον ἀνθρώποις ἔρως, quod neque ſermone, neque conſilio amor inter homines moueatur, tamen in principio maximè ita feruet, vt furibundos reddat. Nam cùm per oculos influit (eſt enim Platoni ἔρως quaſi εἰσρεῖν) animos hominum vehementiſsimè inflammat, conciliat, & agitat. & ſic iuxta eundem non malè ἀπὸ τῆς ῥώμης nuncupatur, vtpote à robore, & virtute affectus grauiter impellentis. Sunt & hìc gradus, atque tempora, non minus atque in aliis morborũ generibus. ¶Sed Myſis.§ παρασκευὴ ad ſequentem ſcenam veluti annexio quædam.*

*Quo iure, quàque iniuria.*

*Eros vnde dictus.*

## IN ACTVS I. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ETHICA.

1 *Meritò ſunt de obſtetricibus mulierculæ ſollicitæ.*
2 *In rebus ſeriis gerundis, temeritas & ebrietas abſint.*

*Eſt autem tota ſcena νουθετική. Admonet enim ne pigra et temeraria obſtetrix accerſatur, atque hìc quoddam temulentæ obſtetricis ſpecimen præbetur, quæ verè ἀεργὴς, id eſt pigra, tarda, & iners iudicatur. Nam ἀργῶς, hoc eſt, temere, & ſegniter ſuum munus exequitur. Compotrix enim temulentæ obſtetricis fuit. ¶Audiui.§ Propoſitio eſt in obliqua diſſuaſione. Recta enim eſt ne Lesbia à Lesbo, quæ hodie eſt à capite inſulæ eiuſdem Mytilæna (& barbarè Metellinũ) dicta obſtetrix. ¶Sanè pol.§ Confirmat & iureiurando per tres rationes Eſt enim temulenta, eſt temeraria, eſt indigna cui credatur primùm paritura. Siquidem πρωτοτόκια, quæ nobis eſſent primogenita, vtpote ad primum partum attinentia, multis rationibus periculoſiora ſunt. ¶Tamen.§ παρεμβολή eſt, cui accedit apoſtrophe ad ſpectatores. ¶Di date.§ Votum eſt propter præſens periculum pro ſua hera ſalute ſollicita. ¶Sed quid.§ παρασκευὴ eſt, ad proximã ſcenam, & gradus quidam ad epitaſin fit.*

*Argylis.*

## IN ACTVS I. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Adoleſcentes ad matrimonium ab amore meretricio difficilè auelluntur.*
2 *Fides amicæ, forma, cõſuetudo, amor, pudor, & commendatio amorem retinent.*

*Eſt mixta, prior pars μεμπτική, quæ accuſat patrẽ quidem præter decorum agere, atque hìc magis πάθος quàm ἦθος dominatur. Poſterior verò eſt ἀπολογητική, cùm ſe rectè facere, ne fallatur Glycerium, contẽdit. ¶Hoccine.§ Ex abrupto per amarulentam interrogationem redarguit abſque propoſitione, quæ tamen abſque controuerſia colligitur, nunc ab indecoro. Eſt enim contra humanitatem, eſt contra officium patris. ¶Prò Deûm.§ Ab inhoneſto per patheticam exclamationem. Eſt enim contumelioſus. Contumelia eſt hìc iniuria, ſicut Græcis ὕβρις, & patrem ὑβριστικὸν notat. Ratio eſt. Nam filio cuius & conſenſus requiritur, & non ſola patris poteſtas, nihil communicauit. ¶Quid Chremes.§ Ab abſurdo propter Chremetis inconſtantiam, vt qui antea denegauit, nunc vrget & obtrudit. & additur argumentum, vt à Glycerio abſtrahatur. ¶Adeón'.§ Exclamatio eſt de ſua deformitate & infortunio, cùm Gratiæ et Venus haud ita bene velint. ¶Prò deûm.§ Effictione iniquitatem oſtendit, & aſyndeton hic mirè quadrat, et prouerbiali figura dicuntur. Vnum iuxta iuriſconſultorum conſuetudinem, vt facta & tranſacta omnia. Alterum à medicis ſumptum eſt, vt, aliquid monſtri (id eſt vitij) alitur. ¶Nam quid.§ Ab importunitate, & temeritate patris, vt qui tantam rem (cauſſam nuptialem intelligit) tam negligenter agebat & in itinere, atque narratiuncula cõfirmat, in qua eſt perſona imperans Simon, obſequens Pamphilus, eſt locus forenſis, eſt factum de vxore ducenda, eſt modus, vt citò domum eat, eſt euentus, veluti ſtupor, quo ita attonitus erat, vt ne verbum quidem diceret, vel excuſationem (ſic enim cauſſam accipio) qualem qualem. ¶Quid facerem.§ Effictio eſt narrationis, qua nunc ſeſe colligens aliquid reſponderet. ¶Sed nunc quidẽ.§ Interrogatione eſt veluti epilogus σχετλιαστικός, quo conqueritur ſe eſſe, maximè propter incertitudinẽ conſilij, miſerum. Sunt enim vtrinque rationes impulſiuæ, ex Glycerio ſunt tres, ex patre verò eſt præcipua ipſa indulgẽtia in ipſa educatione. ¶Miſeram timeo.§ Propoſitio eſt iſtius oratiunculæ, quam à neceſsitate confirmat, cùm ait, ſed nunc peropus eſt: et adeſt occaſio, propter fluctuantem & ancipitem animum Pamphili, atque à fluctibus trãſlatio eſt. ¶Laborat.§ Argumenta ſunt ex dolore partus, atq; de die nuptiis dicto. ¶Egóne.§ Altera pars eſt, qua promiſſorũ Pamphilus memor eſt, propoſitio eſt figurata, ſimplex autem eſt: ego non deſeram, ego miſeram non decipiam. Confirmatio eſt primùm ab honeſto. Nam mihi ſeſe & ſua credidit. Mox ab amore. Nam pro vxore charam habui, deinde ab indecoro. Nam ingenium optimum tam educatione, quàm inſtitutione propter egeſtatem immutari haud decet & conuenit. Poſtea à conſuetudine, à pudore & amore Glycerij, quæ vel ſola hominẽ non ingratum, non inhumanum, non brutum commouerent & quenque fidei admonerent. Poſtremò à teſtamento tutelari, cuius narratiuncula ſubiungitur, ſuum conſilium comprobat. ¶Mi Pamphile.§ Exordiolum per ſolam appellationem*

*Contumelia.*

*Cauſa.*

*amatoria,& confirmatio eſt à neceſsitate. Nam puellæ propter ætatem teneram & formam egregiam, multum periclitantur.*

*Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. Iuuen.*

*Rara eſt concordia formæ*
*Atque pudicitiæ.*

*Propoſitio. Igitur rogo, ne deſeras. Accedunt & aliæ rationes. à Chryſide, ſumma dilectio. à Glycerio, verus amor, & iuſtum obſequium. & factum annectitur de cõmiſsione bonæ fidei, atque ad veterem educandarum puellarum conſuetudinem, cuius & in quarto libro Macedonici belli Liuius meminit, alluditur. & obiter obſerua teſtatricem, tempus teſtamenti propter extremam voluntatem, & alia.*

*¶ Accepi.} Peroratio poſterioris partis eſt, itaque non deſeram. ¶ Obſtetricem.} Id dicit, vt Pamphilum magis vrgeat. ¶ Verbum.} Eclipſes duæ mirum in modũ hoc loci aptæ ſunt. Et verum eſt illud Propertij:*

*Scilicet inſano nemo in amore videt.*

## IN ACTVS II. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΙΣ.

*Amatores ſtulti, temerarij, peruicaces, & tandem miſeri ſunt.*

*Eſt autem bona ex parte σχετλιαστική. Conqueritur enim Charinus ſe omnino miſerum eſſe, quod Philumena Chremetis filia Pamphilo nubat. Verùm in Byrrhia eſt conſolatio ἠθική. Et cùm hæc fabula ſit duplicato argumento, ſit adoleſcentum & ſeruorum veluti ἀντίθεσις quædam mirificè illuſtrans. ¶ Quid ais.} Occaſio querelæ quæritur, & enthymematica eſt. Philumena datur nuptui. Ratio. de Dauo nũc audiui. ¶ Væ miſero.} Propoſitio Charini eſt, prorſus miſer ſum: cuius confirmatio eſt. Nam hactenus ſperabat, & metuebat, ſed nunc nihil ſpei reliquum eſt. Vera eſt ſententia ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσι. Sequuntur & alia miſeriæ argumenta, quia laſſus, quia cura cõfectus, quia ſtupet, cur igitur miſer non eſt? Hæc autem amoris ſunt συμπτώματα.*

*¶ Quæſo.} Obteſtatione τὸ δυνατὸν exoptat. alludit ad hoc Græcorum ὁ δυνάμενος ὃ θέλεις, θέλε ὃ δύνασαι. ¶ Nihil.} Poſsibile vrget. Nam tantùm Philumenã cupit. ¶ Ah quantò.} Amoris remedium eſt & Ouidio notum, vt amor ex animo amoueatur. Cauſa conſilij eſt, loquendo enim incenditur noua flamma ¶ Facile.} Græcis eſt eadem ſententia.*

ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ
αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν.

*¶ Age.} Herili peruicaciæ nonnihil acclamat. ¶ Quid hîc agit.} Ironia, perinde ac ſi diceret, diſſuaſurus aditũ ad Pamphilum, ſtultus, ineptus eſt. ¶ Omnia.} Extrema tentanti id prouerbiale conueniret, & eſt veluti præoccupatio, qua vult nuptiarum dilationem. ¶ Id aliquid.} Ab inutili, cui addit & incommodum de parato mœcho. ¶ O ſalue.} Altera pars ſcenæ petitoria ex priori nata. Exordium eius eſt tum beneuolentiæ per ſalutationem, tum attentionis, per alicuius rei magnæ petitionem. ¶ Hodie.} Propoſitio eſt. Ne ducas hodie vxorem rogo. Ratio eſt ab incommodo. Videres enim me hodie poſtremum. ¶ Sponſam hic.} Rationis cõfirmatio per breuiſsimam narratiunculam, quia eſt riualis. ¶ Nunquid.} Callida interrogatio eſt, quæ repudij cauſam quærit. ¶ Nunc te.} Obteſtatio eſt, & hinc propoſitio eſt manifeſta. ¶ Si id.} A poſsibili. Nam præſens rei conſpectus monet. Idem remedium et Ouidius agnoſcit. ¶ Ego Charine.} γνώμη eſt, vt gratia promerentibus habenda ſit. ¶ Facite.} Aſyndeton iucundius eſt in affectu nuptias recuſantis. ¶ Sat habeo.} Peroratio, & ſtultus ſeruum optimè conſulentem caſtigat.*

## IN ACTVS II. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΙΣ.

*Hîc in Dauo eſt pro hero prudentia ſeruilis. & huius loci eſt illud Platonis in ſexto de legibus.*

οὐχ ὑγιὲς οὐδὲν ψυχῆς δούλης, οὐ δεῖ γὰρ πιστεύειν αὐτοῖς τὸν νοῦν κεκτημένον.

*Etſi in ſtatu coniecturali ſit potiſsimum, vtpote an futuræ ſint veræ nuptiæ, tamen in receſſu παραμυθητικὴ eſt, quæ afflictum Pamphilum conſolatur. ¶ Di boni.} Exordium eſt attentionis, quia bonum adfert, cuius eſt amplificatio propter multam commoditatem. ¶ Toto me op.} Alia attentionis ratio ab affectatione ſeu voti deſiderio. ¶ Quid times.} Vtrique gratificaturus eſt adoleſcenti. ¶ Id paues.} Docilitatis eſt. ¶ Nihil pericli eſt.} Attentio renouatur. ¶ Vxorem tibi.} Propoſitio eſt conſolationis. ¶ Tuus pater.} Narratio eſt propoſitionem comprobans, in qua eſt perſona patris Dauum apprehendentis: eſt negotium, quo pater pronuntiat ſe connubij futurum authorem ὡς ἀποφαινόμενος cùm dictum patris oſtendit. Reliqua verò hîc non neceſſaria omittuntur, & præoccupatione vtitur, cur non ſtatim ſignificaret. ¶ Redeunti.} Altera confirmatio eſt per congeriem ſignorum aut coniecturarum de nõ futuris nuptiis. Sunt autem ſigna ſex, quia paululum obſonij adeſt, quia triſtis, quia ſolitudo ante oſtium Chremetis, quia nulla aut introiuit aut exiuit matrona, quia ibi nullus erat ornatus & tumultus, quia puer Chremetis olera & paucos piſciculos (vt veterum erat parſimonia) attulit. Ex his coniecturis colligit nuptias nõ eſſe futuras. Et hîc aliquot vt collectiones ὡς ἀνακόλουθοι extant, veluti nuptiæ non cohærent, magnũ ſignum eſt, num videntur hæc conuenire nuptiis? certa eſt res, & aſſeueratio poſt tot & tantas coniecturas accedit. ¶ Liberatus ſum.} Peroratio, & ſubdit collectionem ἐνθυμηματικὴν in qua εἰκὸς tantum eſt, & non τεκμήριον. ſed hæc amanti apta eſt.*

## IN ACTVS II. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΙΣ.

*Serui non ſapientia ſed malitia vincunt.*

*Eſt προτρεπτική. Suadet & hortatur, vt filius ſit in patris poteſtate, & pro eius voluntate vxor ducatur.*

*¶ Quid igitur.} αὐθυποφορὰ ex priori ſcena nata, cur nuptiæ ſimulantur. ¶ Si id ſuccenſeat.} Dilemmate quodam vtrinque incommoda futura eſſe oſtendit, ſiue neget ſiue affirmet. Poſteriorem autem partem tacitè vrget. Nam tantùm ſimulando pater filij animum expiſcari affectat. Tyrannicum enim eſt, inuitos in matrimonium quoddam compellere.*

*¶ Pater eſt.} Nunc apertius vrget ab honeſto, quia in patria poteſtate es, huic igitur te morem gerere decet. itaque amplificat, cùm ait eſſe difficile, reticentia eſt perinde ac ſi diceret, arduum eſt filium contra patrem luctari, in re tam honeſta. ¶ Tum hæc.} A facultate eiiciundi, quia ſola eſt, quia mulier eſt, quia facile factu eſt, id quod prouerbiũ ſibi vult:*

ſicut

*ſicut Græcis eſt ῥέχθεν καὶ πρέχθεν.* ¶ *Inuenerit.* ʒ *Præſumptio eſt, cauſa eiiciendi citò inuenietur.* ¶ *Dic te ducturum.* ʒ *Aperta eſt propoſitio, quam in dilemmatis priori parte diſſimularat.* ¶ Nunquam. ʒ *Hîc eſt depulſio, ſic in Dauo intentio, & vtrinque naſcitur τὸ κεινόμενον iſtius ſcenæ, atque totius comœdiæ.* ¶ *Vt ab illa.* ʒ *ἀντεισαγωγὴ futuri mali, quæ diluitur per efficitionem ab vtili. Nam cùm te ducturum dixeris, tum non obiurgabit propter inobedientiam, tum incerta reddentur certa conſilia.* ¶ *Sine omni.* ʒ *Præſumptionis occaſio.* ¶ *Patri dic.* ʒ *Ab æquitate iuris paterni, à commoditate ratio additur.* ¶ *Nam quod.* ʒ *Altera eſt præſumptio, ne tantopere ſperet, id eſt, timeat. Incommoda enim propulſabuntur, atque quatuor coniecturalibus ſignis confirmat.* ¶ *Haud dubium.* ʒ *Aſſeueratione perſuadet.* ¶ *Puerum autem.* ʒ *Hac præſumptione oratiuncula ſubnaſcitur, quæ conſtat propoſitione, & eſt, puer per iniquitatem patris non deſeretur. & duabus rationibus comprobat, quarum prior eſt ex promiſſione, poſterior ex datæ fidei petitione.* ¶ *Sed pater.* ʒ *παρασκευὴ proximæ ſcenę adnectitur, ne quid ſit hiulcũ.*

## IN ACTVS II. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Patris ſollicitudo de conſilio filiorũ & ſeruorũ captato.*

2 *In rebus arduis & grauibus rara eſt conſtantia.*

*Et eſt exhortatio ex ſuperiori ſcena nata, vt conſtanter de vxore ducenda ad patris votum dicat.*

¶ *Hic nunc.* ʒ *A ſpe patris confirmat propoſitionem, quæ eſt de obſequio filij in ducenda vxore.* ¶ *Venit.* ʒ *Ratio ſpei paternæ eſt ex diligentiſſimè præmeditata oratione. cuius eſt ex deſerto loco, ex attenta inuentione, ex conſilio, quo differre, id eſt diſturbare cupit, amplificatio inſignis.* ¶ *Proin.* ʒ *Epilogo conſtantem eſſe Pamphilum cupit.* ¶ *Crede.* ʒ *Ab vtili per aſſeuerationem. Sic enim altiſſima pace cum patre viues, cuius eſt notatio in verborum commutatione, quæ phraſis & Germanis non ignota eſt,* vuort mit einander vuechslen.

## IN ACTVS II. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *In Byrrhia eſt ſeduli ſerui officium.*

2 *In Simone patris in filium authoritas.*

3 *In Pamphilo eſt filij in patrem pietas, & honeſta obedientia.*

4 *In Dauo eſt ſeruilis calliditatis exemplum.*

*Eſt miſta: in Byrrhia eſt querimoniæ ſimplicitas, ſed in Dauo eſt παρεξωπική.* ¶ *Herus.* ʒ *Narratiuncula præſumit, cur adſit non vocatus, enthymemate concluſa, cuius propoſitio eſt. Ideo ſequor. Ratio à decoro. Nam herus obſeruare iuſſit.* ¶ *Serua.* ʒ *Vrget cõſtantiam in Pamphilo, & modum cõſtantis exprimit, ex mutuo intuitu.* ¶ *Volo.* ʒ *Ex patria poteſtate in filium imperat.* ¶ *Nunc noſtræ.* ʒ *Prior occaſio futuræ querimoniæ.* ¶ *Neque.* ʒ *Iuſta obedientiæ in filio eſt notatio.* ¶ *Facis vt te decet.* ʒ *Laudat filium à decoro propter talem obedientiam. Conuenit enim patri cum gratia impetrare petitum & exoptatum.* ¶ *Herus.* ʒ *Poſterior querelę occaſio.* ¶ *Nulla ne.* ʒ *Querelæ propoſitio eſt figurata, quæ ſimplex eſt, Nulli credendum eſt. Confirmat à communi conſuetudine hominum, qui ſibi proximi eſſe malunt, per prouerbialem ſententiam, cui & Plato in quinto de legibus ſuffragatur.* τοῦτο δὲ ἐστὶν ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει τε ἐστὶ καὶ ὀρθῶς ἔχει.

¶ *Ego.* ʒ *παρομολογία eſt. Concedit virginem formoſam Pamphilo, etiamſi fidem non liberet. In ſomnis eſt per noctem, & hîc ſententia ſuperior applicatur.* ¶ *Pro hoc.* ʒ *Eſt enim τὸ ἀντιπεπονθὸς Pytagoreorum.*

## IN ACTVS II. SCENAM VI.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Serui vt ſint veteratores, fallaces tamen eſſe nolunt.*

2 *Senes ferè ſunt auari, vel in rebus honeſtis, & ſumptuoſis.*

3 *Coniugium eſt amantium tutiſſimus portus.*

*Eſt in ſtatu coniecturali. An Pamphilo nuptiæ ſint moleſtæ. hîc verum eſt illud Græcorum.* ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα. ¶ *Hic nunc.* ʒ *Colloquio beneuolentia per inſinuationem comparatur.* ¶ *Aequè.* ʒ *En fallacem ſeruum, vt hero ſuo imponat.* ¶ *Præter ſpem.* ʒ *Iterum illudit hero, qui filij obedientiam non ſperauerat.* ¶ *Num illi.* ʒ *Præcedentia erunt προδιορθώσεως loco. nunc ſubditur propoſitio figurata, & cauſa mœſtitiæ atque difficultatis adiicitur.* ¶ *Nihil.* ʒ *Confirmat non eſſe moleſtas nuptias à facili, etiamſi triſtis & ſollicitus eſſet, tamen hæc ſollicitudo non eſt diuturna. Ratio eius. Nam diligentiùs totam rem expendit.* ¶ *Dum licitum.* ʒ *Conceſſio. Amauit quidem & ſua ætate, & clàm abſque infamiæ nota, ſed nunc alia ætate, & alijs moribus vxorem ambit.* ¶ *Subtriſtis.* ʒ *Eſt ἀντεισαγωγὴ admodum veriſimilis. Nullam quidam triſtitiam, ſed iracundiam præ ſe fert (vtriuſque enim affectus nota eſt frons tetrica) propter patris parcitatem, quam comprobat tum ab euentu, nam vix Ioachimico argẽteo nummo obſonia mercatus eſt: tum à decoro, paucos enim ſibi æquales ſic inuitaret, tum ab aſſeueratione & iudicio ſerui.* ¶ *Ego iſtæc.* ʒ *Iratus eſt in ſeruum, et decorum patris refert, cuius eſt ſollicitum eſſe pro filio, & nõ ſerui.* ¶ *Caput.* ʒ *Sicut Græcis eſt κεφάλαιον, & hoc prouerbium ab Eraſmo Roterod. explanatum eſt.*

## IN ACTVS III. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΙΣ.

*Suſpicaces ſua ſagacitate falluntur.*

*Verſatur in ſtatu coniecturali. Sitne amica è Pamphilo grauida. In Myſide eſt intentio, quam & puerperium & inuocatio parturientis ceu ſigna neceſſaria comprobant. Verùm in Simone eſt depulſio propter indecorum & abſurdum.* ¶ *Ita Pol.* ʒ *Laudat Pamphilum à fide propter eius raritatem, & ſententia eſt πρέπουσα apta perſonæ dicentis & loco.* ¶ *Sed hic Pam.* ʒ *Ab honeſto, quia firmauit fidem. Ratio eius eſt ex mandato Pamphili de educãdo partu.* ¶ *Actum eſt.* *πέπρακται. & prouerbium deſperationi accõmodatum.* ¶ *Bonum.* ʒ *Leſbia encomij iſtius clauſulã adnectit.* ¶ *Quid hoc?* ʒ *Negat ſenex, qui fallendo fallitur, & confirmat duabus rationibus, nunc ab abſurdo, Vix adeò demens eſt propter amorem: nunc ab indecoro, Non adeò amore peregrinæ (eſt enim ironica ταπείνωσις) deſperet.* ¶ *Vix tandem.* ʒ *Inuerſio. quia fictum duplici ratione: priori quidem, vt Chremetem ab incepto deterrerent. Poſteriori verò, quia præſente patre occaſio ſumpta eſt.* ¶ *Iuno Lucina.* ʒ *Inuocatio parturientis,*

**Lucina.** de Iunone Lucina, quę & Diana eſt, multa Varro de lingua Latina etyma habet. Verùm apud Ouid. dubium eſt, ſit ne Lucina à lucu, vbi eius ædes conditæ fuerunt, an à luce, quam naſcẽtibus dare creditur, vnde & Lucetia eſt, Ouid.

*Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus,*
*Vel quia principium tu Dea lucis habes.*

Opigena. Eadem Iuno dicta eſt & Opigena apud Sext. Pompeium, quòd in partu opem ferat: & apud Tibullum natalis, ſicut apud Græcos γενέθλιος ſubinde appellatur Iuno, de qua conſulendus & Cicero eſt, in ſecundo de natura deorum. ¶Hui tam citò.ʒ Ab abſurdo, cùm tam citò Simone præſente pepererat, ridiculum igitur illi videtur. Itaque tempus nõ ſatis quadrare adiungit. & abſurditatis exaggeratio ironica eſt. ¶Tibi Daue.ʒ Apoſtrophe ad Dauum, quem in fallendo non aptum eſſe cenſet, & χλευασμὸς, cùm memorem ſui diſcipuli Pamphili eſſe perſtringat. ¶Hiccine.ʒ Hęc abiens ſecum loquitur comminando, & Græcis idem prouerbium: ἐν λιμένι πλεῖν: quod eſt, extra periculum eſſe.

## IN ACTVS III. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Medicorum & obſtetriçum conſuetudo, imperium, & iactantia in Leſbia.

2 In Dauo eſt γνώμη, Qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus.

3 In Simone & cautos falli docet.

Porrò in Simone eſt ἐπιτιμητική. Increpat enim Dauum propter puerperium ſimulatum. In Dauo eſt ἀπολογητική. Defendit enim ſe huius puerperij nõ eſſe authorem, ſed verum eſſe & hero prædictũ aſſerit, ſe quoque ſeruile officium feciſſe teſtatur. ¶Adhuc Archyllis.ʒ In Leſbia eſt περιεργασία, et occaſio huius contentionis propter victum puerperæ conſtitutum. & ſicut per ea, quæ aſſolẽt, ἐμπειρικά, vtpote quæ experientiæ & conſuetudinis ſunt, ita per ea quæ oportet, λογικά, vtpote quæ artis & rationis ſunt intelligit.

Balneum puerperæ. ¶Nunc primum.ʒ Hæc ſunt, διαιτητικὰ & hîc notandum eſt puerperæ mox à partu balneum. ¶Puer.ʒ Prognoſticon obſtetricibus aptum, & ad contentionem excitandam multò aptius. hîc eſt phyſiognomicis locus, & additur votum vel Chriſtianis hominibus vtile, & huius eſt αἰτιολογία γνωμική: ex bonis bonum naſci. contrà mali corui malum ouum, & ille canit.

*Fortes creantur fortibus & bonis,*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus, nec imbellem feroces*
*Progenuerant aquilæ columbam.*

Cæterùm ingenij boni eſt & ſua notatio, cùm Glycerium deſerere noluerat, Glycerium optimam adoleſcentem. Hæc dicta animum Simonis irritant & inflammant. ¶Vel hoc.ʒ Propoſitio eſt intentionis figurata. Tu Daue ficti puerperij caput es. ¶Non impera.ʒ Confirmatio à coniectura, cùm de via clamando victum præſcripſerat. ¶O Daue.ʒ Ab indecoro ſeruili. Siquidem non decet, vt ſeruus hero illudat: & interrogatione, repetitione, cum incremento iuxta affectum iracundiæ exaggerat. Prius enim dicit ſe contemni, deinde idoneum eſſe vt apertè fallatur. ¶Saltem.ʒ A decoro. Id ſatis eſſet ſi viderer metui, tanquã herus. ¶Certè ſi reſci.ʒ ἀποσιώπησις eſt, ſubauditur, haud impune feres. ¶Edixín'.ʒ Iterũ decorum ſerui, cuius eſſet hero obſecundare, & πάθος interrogatio vrget. ¶Credón'.ʒ Epilogus figuratus. Fictum puerperium et non verum eſſe credam. ¶Quid credas.ʒ Ἀπολογία Daui, cuius propoſitio ex orationis ſerie colligitur tanquam depulſio, & confirmatio eſt à fide ſeruorum, quia prædixi antea futurum, fictum igitur non eſt, & coniecturam à ſuſpicione addit, quam tamẽ ſenex inuertit. ¶Quaſi.ʒ Ironia dictum herile eleuat. ¶Non ſatis.ʒ Ab officio ſerui. Nam ſi me pernoſſes, ſemper fidem libero. ¶Hoc ego.ʒ En vt ſenex propoſitionem, aut intentionem potius vrgeat. ¶Sed nihil.ʒ ἀποδείξει et euentu certo probat idẽ eſſe prædictum. ¶Multa.ʒ ἀντεισαγωγή eſt ſenis ex occaſione, qua propter præſentes nuptias puerperium fingitur. ¶Hoc niſi.ʒ Diluitur iſthęc obiectio, rei præſentis conſpectu. ¶Id conſilij.ʒ αὐθυποφορὰ, dixi Pamphilo, ſed non potui abſtrahere, & hîc difficultatis ratio ſubditur. ¶Poſtremò.ʒ A pollicitatione operæ ſeruilis, & exhortatione. Vult enim vt in incepto pergat. Nam auxilio Dei expedietur negocium. ¶Non impulit.ʒ Conſolatur ſeipſum ſenex, ſeruum negligens, obedientia filij confidens, in incepto igitur pergere affectat. ¶Nunc Chremetẽ.ʒ παρασκευῇ fit proximarum ſcenarum connexio, & cõſilium ſuum proponit. ¶Nam gnatus.ʒ Dilẽma, & in eius poſteriori parte officium & imperium patris in filios prætendit.

## IN ACTVS III. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Magna eſt facilitas exorandi inter bonos amicos.

2 Incommoda coniugatorum prudẽtibus ſunt commoda.

3 Occaſio in amatoribus diſtrahendis non eſt negligenda.

4 Non parua manent commoda, cùm amatores animum ad matrimonium applicant.

ἐκτικὴ eſt oratio. Simo à Chremete exorat vt verę ſint nuptiæ, & in vtroque ſene φιλοστοργίας iucunda eſt notatio. ¶Iubeo Chre.ʒ Exordium eſt captatæ beneuolentiæ. ¶Aliquot.ʒ Occaſio congreſſus & mutui colloquij. ¶Auſculta.ʒ Docilitatis & attentionis eſt ratio. ¶Per ego.ʒ Propoſitio eſt petitionis, cui incerta ſunt argumentorum ſemina, nunc ab obteſtatione, nunc à conſuetudine veteris amicitiæ, nunc ab officio paterno. Proponendo autem veras eſſe nuptias cupit. ¶Ah ne me.ʒ Haud exigua in Chremete facultas eſt ex vetere amicitia. ¶Si in re.ʒ Dilemma eſt, & fit alluſio ad communem amicorum conſuetudinem, & nota ἤθη φιλοστόργων. ¶Imò ita volo.ʒ A decoro. Nã iure veteris amicitiæ id volo. ¶Niſi ipſa.ʒ A neceſſitate, quę viget poſtulare. ¶Irę ſunt.ʒ A facilitate diuulſionis, Iræ enim ſunt inter amantes, & magnæ, & hîc non vana eſt aſſeueratio. ¶Amantium iræ.ʒ Hac ſententia fit αὐθυποφορὰ ab occaſione neutiquam negligenda. ¶Aegrotum.ʒ Propter amorem, qui & ſæpe morbus eſt, & hoc affecti rectè ægrotare iudicãtur. ¶Spero.ʒ Ab optima ſpe conficiundi negotij. Multis enim incõmodis matrimonij conſuetudo, & liberale cõiugium medetur, atque hac de cauſa vxorem in ſacris literis adiutoriũ vocari haud dubito. ¶Tibi ita videtur.ʒ ἀντεισαγωγή. Dubitat enim perpetuam vtriuſque conſuetudinem fore, ſicut matrimonij natura exigit, atque ſacra ſcriptura duos futuros eſſe in vnã carnem conteſtatur, id eſt, inſeparabilẽ, & indiuiduam coniunctionem. ¶Qui ſcis.ʒ Diluit, et eſt iocus ex ambiguo dicto periculi faciũdi, admodũ liberalis. ¶Nempe incõmo.ʒ Extenuatio eſt periculi, quod in ſola receſſione, id eſt, repudio cõſiſtit. ¶At ſi cor.ʒ Ab vtili. Nã ex correctione filij multa ſequẽtur

tur commoda vtrique parti, & patri, & ſocero. Ille quidem ſic reſtituetur. huic verò erit gener, qui maritus filiæ eſt. ¶ Quid iſtuc.) En uerum nimiam amicorum facilitatem. ¶ Merito.} A gratiarum actione, quæ beneficium maximi facit. ¶ Qui ſcis.} ἀντεισαγωγὴ diluitur, Daui & narratione & ſuaſione. ¶ Eius.} Certitudinem ex intima familiaritate amplificat. ¶ Nam cenſes.} Daui ſententiam à veriſimili confirmat. ¶ Sed eccum.} Ad vitandam hiulcam ſcenarum in vno actu tractationem, παρασκευῇ de more vtitur.

## IN ACTVS III. SCENAM IIII.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Dolus dolum vincit.

2 Incidit in foueã quã fecit, ſuáq; ipſius naſſa irretitur.

3 Quot ſerui, tot hoſtes.

¶ Ad te ibam.} Exhortatoria eſt enthymemate concluſa. Propoſitio. acceſſatur vxor. Ratio eſt à tempore. ¶ Audiui.} Acclamatio ſuperioris ſuaſionis ex conſtanti ſerui dicto. ¶ Daue.} Petitoria eſt in Simone, in cuius exordio eſt προδιόρθωσις & enthymema. Quia mihi à ſeruo timui, igitur celaui. Antecedens à ſententia et conſuetudine infidelium ſeruorum confirmatur. ¶ Non fuerant.} Narratiuncula imperfecta eſt, negotium quidem eſt de nuptiis. de modo, quia ſimulabantur. de cauſa, quia propter explorationem finxit. Itaque breuis eſt cur fictæ erant nuptiæ, & quomodo filiam Chremetis vix exorauerat. ¶ Nũquã.} Laudat, ſed εἰρωνικῶς. ¶ Hem nunc.} Iam fit ad epitaſin proximus gradus, & hîc verum eſt. Malũ conſiliũ conſultori peſſimũ eſt. Hæc ad ſpectatores dicũtur. ¶ Optime.} Et hæc laus eſt, qua vel coactus ſeni illudit. ¶ Domũ nunc ibo.} Vterq; ſenex in tanto certamine mirè fallitur. ¶ Quieſcas} Paſſim ſuffragatur veterator, ſed nõ ex animo. ¶ Nunc.} Altera eſt oratiuncula ὁρκτική, cuius cõfirmationis pars, vt fit in minutis oratiunculis, præcedit ab honeſto. Quia tu nuptiarũ author es, perge igitur. ¶ Corrigere.} Propoſitio eſt, ſummo ſtudio filiũ corrige. ¶ Potes nunc.} A facili & occaſione, dum animus perturbatus eſt. ¶ Nullus.} Querela eſt. Nam Dauus ſe miſerrimum eſſe conqueritur. ¶ Quum hîc.} Ratio eſt à pœnæ ſeruilis apud veteres præſertim Græcos, vſitatiſſimæ magnitudine. ¶ Nihil.} Ανθυποφορά quatuor rationibus conſtat, cur tantam pœnam ſubterfugere nequeat. ¶ Heu aſtutias.} Peroratione ſe probè meritum id genus pœnarum, & ita miſerum eſſe colligit. ¶ Sed eccum.} Studet ſemper poëta vt quadam præparatione ſcenas eiuſdem actus connectat. ¶ Vtinam.} Deſperantis hæc ferè iudicantur.

Vtinam.

## IN ACTVS III. SCENAM V.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Nemo læditur niſi à ſeipſo.

2 Falluntur nimium creduli amatores vel à ſuis ipſorum ſeruis.

3 Serui ferè ſui-ſimiles ſunt.

Scena eſt ἐπιτιμητική. Increpat enim tum ſeipſum propter ſtultitiam, tum Daui conſilium, quo intricatus Pamphilus ſeſe extricare nequit ¶ Scelus.} Enallage eſt pro ſceleſto. ¶ Atque hoc.} Conceſſione fatetur ſe iure deceptum eſſe, atque ita ſeſe increpat. ¶ Quandoquidem.} Ratio, quia ſibi conſulere nequiuit, quia ſeruo nimium credidit. ¶ Ego pretium.} Clauſula eſt, verè igitur deceptus ſum. ¶ Sed quid ego.} Ab animo ancipiti in tanto periculo. Quia promiſi patri nuptias. & hîc fit mentio pietatis filiorum in patres. ¶ Eho.} Nunc & Dauum increpat amarulenta ironia. ¶ Miſerum.} Confirmat ab euentu, cuius hic eſt ἀπόδειξις. Siquidem Pamphilus perſuaſus à Dauo, vt capiſtrũ nuptiis daret, qui cùm rem ſeriam eſſe videat, atque ita ſe rebus matrimonij implicitum, vt euoluendi & elabendi locus non ſit. Deceptus autem nunc Daui conſilium damnat, in Charybdim incidit, è qua vix vllis rationibus eriperetur. ¶ Expedies?} Ironica hæc ſunt. ¶ Qui me.} Ab impoſſibili. Nam in extremum malum cõiectus ſum tuo conſilio. ¶ Crucem.} Callidè pœnam per conceſſionem ſatis magnam ipſe pronuntiat, ſed ita vt deprecationi viam ſternat.

## IN ACTVS IIII. SCENAM I.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Iniurij ſunt, qui ſua commoda ex aliorum incommodis comparant.

2 Perfidi ſunt, qui fidem violant, & promiſſorum immemores ſunt.

3 Qualis herus eſt, talis ſeruus.

In Charino eſt de perfidia hominum conqueſtio.

In Pamphilo eſt per tranſlationem criminis in Dauum expurgatio.

In Dauo eſt deſcriptio boni ſerui iuxta officium, deinde & purgatio facinoris admiſſi.

Verſatur enim tota ſcena in genere iudiciali. Siquidem Charinus crimen perfidiæ intendit, Pamphilus depellit in ſtatu aſſumptiuo, concedit quidem crimen admiſſum, ſed deprecatur, & in Dauum transfert atque Deos. Porrò Dauus accuſatus mali conſilij, ſeſe expurgat melioris conſilij pollicitatione, & ſui officij aſſiduitate, & deprecatione. ¶ Hoccine.} Πάθος admirationis ab inſolito. Nunquam enim tam perfidos, tam iniuſtos fuiſſe homines conqueritur. ¶ Vt malis.} Iniuſtorum & iniuriorum eſt notatio propter nimium priuati cõmodi ſtudium: quo fit, vt alij defraudentur. ¶ Idne eſt verum.} Interrogatione iuxta affectum aſſeuerat. ¶ Immo.} Falſorum & perfidorum eſt deſcriptio, qui in conuentis & dictis non ſunt veri & conſtantes, teſte Cicerone. ¶ Tum impu.} Color eſt perfidorum denegantium, argumentis plenus. ¶ Proximus.} Euripides.

ὡς πᾶς, αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ.

Homini enim inditum creditur, vt vnuſquiſque ſeipſum magis quàm proximum adamet. ¶ Si roges.} Perfidorum impudentia, & inuerecundia notatur, eorúmque eſt ὑποτύπωσις. ¶ Sed quid.} ἀπορία eſt, qua incertus eſt de expoſtulando. Cæterùm, vt ne expoſtulet quatuor rationibus confirmat. ¶ Et me.} In ſtatu aſſumptiuo. Conceſſio eſt, & de prouidentia Dei ſubdubitat. ¶ Soluiſti fidem.} Crimen eſt obiectum & intentum. ¶ Etiam nunc.} Admiratio, etiam falſum adhuc fallere conatur. ¶ Tuum ani.} Exaggeratio criminis à credulitate. & hîc verum eſt dictum, Qualis quiſque eſt, talem alium iudicat. ¶ Niſi.} Iterum exaggerat ab abſurdo. ¶ Habeas.} ἐπιτροπή eſt, & reſpondetur non ſine affectu, habeat. ¶ Ah neſcis.} Tranſlatio criminis in Dauum. ¶ Quid iſtuc.} Semper idem vrget, & huius loci illud Græcorum ἐκ τῶν γειτόνων ἔχουσι παράδειγμα. ¶ Scio.} Narratiuncula ſatis ironica. ¶ Immo.} ἀντιδιηγήσει diluit

de fictis nuptiis.[Coactus.] Græcis eſt ἄκων ἀέκοντί γε θυμῷ. Ariſtophanes: ἑκὼν οὐχ ἑκών Latinis eſt nolens volens. [Cur me.] Propter tam frequentem perfidiæ iterationem & obiectionem. [Nunquam deſtitit.] Iterum ὑποδιηγήσει quadam eáque breuiſſima, crimen in Dauum transfert. [Neſcio.] Tertiò in Deos iratos transfert. [At tibi.] ἐπιτιμητικὴ eſt, qua obiurgat Dauum propter malum conſilium, eiúſque principium imprecatione conſtat. Ratio eſt, propter ineptum & hoſtile conſilium. Nam & inimici idem conſuluiſſent, &

Coniicere in nuptias. ἐμφατικώτερον in nuptias coniicere dixit. [Deceptus ſum.] Daui ἀπολογία eſt per violationem & conceſſionem, & nomine defatigati auxilium & conſiliū promittit. [Hac non.] A facili per γνώμην, & Græcis eſt δευτέρων ἀμεινόνων. [Niſi id.] Non ſine ironia ἀνακόλουθον colligit. [Imò.] Eſt quidem iocus ex re ipſa, & ex ambiguo, ſed nimis amarulentus. [Ego Pam.] Ab officio & decoro, & hoc Græcorum eſt χερσί τε ποσί τε. [Tuum eſt.] Deprecatio eſt. Nam inſperanti euenit. Enthymema eſt. [At facio.] Conceſſione ſui infortunati conſilij fit ſedulitatis promiſſio, cui adnectitur communicatio. [Sed mane.] Perpetua eſt Terentio ſcenarum in actu connexio, plerunque per aliarum perſonarum aut rei alicuius interuentum.

## IN ACTVS IIII. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Amor multis interpellationibus & petitionibus redintegratur.

2 In matrimonio eſt amicitia ex ſimilitudine morū nata, eáque perpetua.

3 Honeſta ingenia etiam aliquāto ferociora patres nonnihil verentur.

4 Serui improbi herorum ſuorum ſunt impoſtores & ſæpe hoſtes.

Oratio eſt admodum permiſta iuxta ὑποστάσεως decorum. Itaque multæ orationum formæ eæq; breuiſſimæ intermiſcentur, & ſubinde interrumpuntur, quarum inſignis artifex eſt Terentius. Nam in principio ſub Dauo eſt conſolatoria, ſub Miſyde petitoria, ſub Pamphilo poſt προδιόρθωσιν, qua quæ obſtant tollūtur, eſt quodam modo propter promiſſionem θεραπευτική, vt ferè in genere κωμαστικῷ, quo placantur amicæ, fieri ſolet. Poſtremò ſub Dauo eſt omnino σκωπτική, ſed nimis conciſa & perturbata. [Iam vbi vbi.] παραμυθητικὴ eſt, cuius antecedēs eſt in præſentis auxilij pollicitatione. Propoſitio eſt, Mi anime non eſt quòd te maceres Eſtq; in pronomine repetito ἐνέργεια & illuſoribus apta. [Hem Pamphile.] Εὐκτικὴ eſt. Exordium in beneuolentia captata conſiſtit per opportunitatem congreſſus. Propoſitio eſt, vt adeas puerperam. Confirmatio eſt ab obteſtatione, & ab æquitate amoris, & denique à deſiderio videndi. [Vah perij.] Exordio remouet quæ ſunt contraria correctione, quę fit per tranſlationem criminis, quem per apoſtrophen indignabundus perſtringit, tanquam huius mali authorem, & efficatior eſt iuxta affectum per interrogationem, cui adnectitur cauſæ effictio. Siquidem ſibi timet propter apparatas nuptias. Ita conſcientia nondum tranquillata erat. [Quibus.] Et hîc malè Dauo tanquam malo conſultori vult. [Age.] Seruus eſt ſui ſimilis, perditum herum perdere affectat. [Per omnes.] Triſti medetur matrimonij promiſſione. Propoſitio eſt: Nunquam deſeram. Confirmatio eſt à iureiurando. [Non.] Tacita quadam occupatio eſt, per ellipſin ex affectu natam. Non deſeram vel inuitis & reluctantibus omnibus. [Expetiui.] A cauſis quibus nonnulli gradus ad futurum matrimonium fiunt, vt petitio, euentus ſecundus voti, ſimilitudo morum amicitiæ mater, nullum adeſt diſſidium, eiúſque author longiſſimè abſit, & perpetua atque inſeparabilis in vita vtriuſque ſocietas & coniunctio. Hæc verò cuncta ex matrimonij finitione nota ſunt. [Reſipiſco.] Reſipiſco.

Idem eſt quod, me colligo. [Non Apollinis.] αὐθυπoφορά, id certius vel Delphico oraculo eſſe aſſeuerat. [Si poterit.] Extremum eſt conſilium per dilemma, aut eſt δυνατόν, aut ἀδύνατον, & vtrobique ſua eſt ratio, in priori tamen quoddam pietatis ſpecimen præbetur. [Quis videor.] Qualis. Sic Quis, pro

Plaut. in Amphi. Eho dic mihi quis videor? ideo Charinus Qualis.

reddit fortis, conſtans. [Miſer.] Ceu prouerbiale eſt de communi calamitate vtriuſque. [Hoc tibi.] Pollicetur auxilium illuſor talis, vt Pamphilo ſpem iniiciat, & Charino adimat. Quare illic quidem eſt, effectum reddam, iam habeo, hic verò ἐναντίωσις eſt, tibi non habeo. [Dies hic.] Digreditur per ἀποπλάνησιν, vt ſpē propoſitam remoretur, temporis longitudinem, & negotiorum multitudinem cauſans. Amoliri.

Itaque iſtos diſcedere iubet, & in verbo amoliri propter moleſtiam & impedimentum non eſt exigua gratia. [Quo te hinc.] Occaſio illudēdi, vt penitus illi ſpes præcidatur, quam exaggerat, modò dilatione diecula, modò duplici abnega- Attamen.

tione auxilij. [Attamen.] Vtrobique adhuc ſperantis particula eſt. [Tu Myſis.] Hoc mandato fit proximarum ſcenarum connexio.

## IN ACTVS IIII SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Maritus, amicus, amator, vir, in quouis loco paratus, eſt vxori ſummum bonum.

2 Etiamſi lupus pilum mutaret, tamen mens eſt eadem. et hîc verum, eſt ξύλον ἄγκυλον οὐ δέποτ᾽ ὀρθόν.

[Nihil.] ἐλεγκτική, per πάθος indignationis exclamat, cuius ſimplex propoſitio eſt. Nihil cuiquam eſt proprium, éſtque θέσις vera. [Summum.] ὑπόθεσιν per exemplum Glycerij comprobat, vt cui proprius Pamphilus eſſe nequeat. Additur autem propter amplificationem καταγραφὴ boni mariti qui eſt amicus, eſt amator, eſt ad vtramque fortunam vbique paratus. Itaque δεικτικῶς propter affectum hunc dicit Pamphilum, talem videlicet maritum. [Verum ex eo.] Clauſula eſt. Miſera igitur maximè dolet, cui adnexa hoc in caſu collatio vtriuſque boni & mali. [Sed Dauos.] Occaſio eſt futuri conſilij, & hîc decorum mulierculæ propter temerariam feſtinationem & ſollicitudinem de puero adeſt. [Myſis.] Sola appellatione eſt exordium. Mox neceſſitatis additur argumentum propter aſtutiam, & memoriam, quam vult eſſe exprompt am, id eſt, non in publicum prola- Ex promptu.

tam, ſed expeditam, alacrem, in qua nulla eſt mora, quaſi iam producta ſit. Cupit autem τὸ μνημονικόν, id eſt, memorię in recipiendo, retinendo, & depromendo vim & virtutem tantam eſſe, vt ſubitò pro re præſens adſit, ſicut & hîc negotium vrget. Eſt enim & hîc præcipua τῆς λογιστικῆς pars. [Accipe.] Propoſitio, acceptū puerū ante ianuam apponito. [Humi.] αὐτεισαγωγὴ propter teneritatem pueri, id eſt, τοῦ

παιδίου

*παιδίον, aut potius τὸ βρέφος.* ¶*Ex ara.*} *Olim ſuperſtitioſa vetuſtas omnes herbas, quæ ad luſtrationem valebant, aut ad magiam, aut ad quodcũque aliud ſimile facinus, per ex-*
Verbena. *cellentiam ſeu verbenas, ſeu verbenacas appellabant. Itaque & ἱεροβοτάναι appellabantur. Breuiter hîc erit ſtraguli vice. Fuit & olim in ſcena ara Apollini Comœdiarum patri dedicata.* ¶*Quamobrem.*} *Præoccupatio, ſed hæc diluitur conſilio certo, vt iuramentum de non appoſito puero, τὸ ἔπακτον licitum eſſet. En pietatem, et religionem vel puellæ ridiculam.* ¶*Mene.*} *Accelerat, & ipſum intentum conſilium repudiatur propter aduentantem Chremetem.*

¶*Ego quoque.*} *Hîc callidum ex re ipſa naſcitur conſilium, cui & ſuam operam puella pollicetur. hîc mutua datur opera, & ſicut verum eſt illud Ariſtot. κολοιὸς ποτὶ κολοιόν, graculus ad graculum, ita hoc, vulpes vulpi aſſidet.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Ipſa aſtutia eſt aſtutus Dauus.*

2 *Præſens rei conſpectus plurimum mouet, & in ipſa dictione.*

3. *Sunt illiberales ioci, vbi ſunt iocularia mala.*

*Diſſuaſoria eſt, ſed παραλογιστική, duobus potiſſimum argumentis Chremetem à nuptiis retrahit, & deterret. Prius quidem eſt ex appoſito puero, tanquam re præſenti, ſumptum narratione quadam, ſed propter puellæ & ſerui doloſam contentionem nimis interrupta explicatur, videlicet quòd ſit Pamphilo filius ex Glycerio natus. Poſterius verò eſt de ciue Attica, quam Pamphilus iuxta leges ducere cogebatur.* ¶*Reuertor.*} *Eſt velut προϋπεργασία futuræ orationis. Cupit autem conſtanter in apparatis nuptiis pergere, ſed mox oratiuncula Daui ſententiam mutabit.* ¶*Puer.*} *Occaſio eſt mutandæ ſententiæ, & hîc illud quadrat, αὐτὸ δείξει.*

¶*Vbi.*} *Conſternata quærit Dauum, & differendo reſponſo animus ſenis magis inſtigatur.* ¶*Dÿ veſtram.*} *Simulat ſe ex foro venire, & veriſimile ex negotiis forenſibus, quaſi horum fuiſſet ſpectator, reddit.* ¶*Puer vnde.*} *Prius eſt diſſuaſionis obliquum argumentum de puero appoſito, quo ceu ἀποδείξει ſenem conuincit.* ¶*Satin'.*} *Aſſeueratio eſt, ſciens enim rogabat.* ¶*Miror.*} *In principio ſenex nonnihil motus rogat.* ¶*Verbum.*} *Soli Myſidi loquitur, cui iocus ex geſtu vel ex re ipſa adnectitur, cùm tacitè in aurem quippiam ſuſurrauerat.* ¶*Mirum verò.*} *Γνώμη perſonæ, & loco apta. Nequit enim non impudenter facere meretrix.* ¶*Ab Andria.*} *Iterum ſenex ex agnita Myſide magis mouetur.* ¶*Veni.*} *Tertiò redditur attentior.* ¶*Propera.*} *Hoc palàm, alterum verò membrum in aurem dicit.* ¶*Dÿ te.*} *Imprecatio vtrique perſonæ accommodata.* ¶*Pamphili?*} *Non ſine emphaſi, & admiratione fit repetitio, qua ſenex vehementius vrgetur.* ¶*Rectè.*} *Iam perſuaſus colligit ſe prudenter nuptias fugiſſe.* ¶*Quem ne.*} *Tacita quadam ἀντισυναγωγή, ne ſenex aliunde allatum eſſe puerum iudicaret.* ¶*Vidi Can-*
Canthara. *tha.*} *A ſignis confirmat. Nomen autem Cantharæ & bibaci obſtetrici, & ornatus obſtetricationi quadrat. Non ignoro apud Plautũ in Gurgu. palliotos Græcos capite operto & cum libris ſuffarcinatos incedere.* ¶*Næ illa.*} *Ratiocinatio eſt, ſed tollitur, & per impoſtorem inuertitur.* ¶*Non hercle.*} *Prioris argumenti epilogus eſt, & perſuaſus omnino affinitatem renuit.* ¶*Prouoluam.*} *τὸ ἐς ὅμοιον, ſed energia eſt vehementior in peruoluendo quàm prouoluendo, & ſicut illic eſt in via, ita hîc in luto.* ¶*Alia fallacia.*} *Alterum eſt argumentum diſſuaſionis à rumore, quem tamen haud ita temerè approbat. Itaque hoc prouerbio tutelam quandam ſubindicat. Eſt autem tale. Glycerium eſt ciuis Attica à Pamphilo vitiata, hãc igitur ille ducere iuxta legem Atticam cogetur, quæ tamen lex Hebrais & Romanis aliquanto plures habet circunſtantias.* ¶*Eho.*} *Admirans ſerui dubitationem, quaſi id eſſet longè certiſſimum.*

¶*Iocularium.*} *Ioco ſe imprudentem in periculum cõiectum eſſe conqueritur.* ¶*O Chreme.*} *Beneuolentiæ captatio eſt, & attentio renouatur. Senex verò ſe certiſſimum eſſe indicat. Itaque aſſeuerando toties ſe audiiſſe aſſerit.* ¶*Audiſtin'.*} *Admirationis eſt ironicæ, cui additur πάθος exclamationis propter familiæ probitatem caſtigandam.* ¶*Hic ille.*} *Seipſum admirans laudat, & in pronomine & in Daui vocabulo inſignis eſt emphaſis.* ¶*Omnia hæc.*} *Eclipſis eſt, dixero.* ¶*Eho inepta.*} *Reprehenſio eſt propter imprudẽtiam, & neceſſitatem iſtius impoſturæ cauſatur.* ¶*Paululum.*} *γνώμη eſt, multum intereſt inter facta naturalia & artificialia, illic quidem veritas & impetus naturæ dominatur, hic verò tantum eſt imitatio quædam, & ſimulatio. Quare illic affectus curſu naturæ diriguntur, hic μιμήσει & ὑποκρίσει, & in rhetoricis duplicem ex hoc loco actionem fecimus. Conſule & Quintilianum de iis, tam quæ ſunt naturæ, quàm quæ ſunt imitationis. Verùm toti ſcenæ perquam accommodatum eſt illud Ciceronis in tertia Ver. Nullæ inquit, ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latent in ſimulatione officÿ, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam eum, qui palàm eſt admiſſurus, facilè cauẽdo vitare poſſis. hoc verò occultum inteſtinum, ac domeſticum malum, non modò non exiſtit, verùm etiam opprimit citò antequam perſpicere, atque explorare poſſis. Hæc ille.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *In Critone eſt probi & honeſti, et grauis viri imago atque exemplum.*

2 *Res noſtræ ſubinde non ſunt, quales quis optaret, ſed quales eſſe poſſunt,*

*Verùm cùm primus hic ἀποστροφῆς ſit gradus, eſt quoque συμβουλευτική. Conſulit enim rebus admodum perturbatis, ſuo interuentu, atque Glycerÿ ſortem illuſtrare incipit.*

¶*In hac.*} *Occaſio aduentus Critonis, & honeſtus vir Chryſidis mores reprehendit. Multò ſatius eſt in paupertate & honeſtè quàm in diuitiis turpiter viuere. Atque id Antiphanes cecinit:*

Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς
Τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ἐπιτίμησιν φέρει.

*Idem quoque omnino ſentit Menander quod Terentianus Crito, his verſibus.*

Κρεῖττον γάρ ἐστιν, ἂν σκοπῇ τις κατὰ λόγον
Μὴ πολλ' ἀηδῶς, ὀλίγα δ' ἡδέως ἔχειν·
πενίαν τ' ἄλυπον μᾶλλον, ἢ πλοῦτον πικρόν.

¶*Eius morte.*} *Iuxta legem ſucceſſionis bonorum Chryſidis mihi hæreditas veniret. Itaque addit ad me, tanquam hæredem, vt hodie iuriſconſulti loquuntur, de proximo. Eſt*

enim Chryſidis ſobrinus. Sobrini autem Donato ſunt conſobrinorum filij. ſed verius ſunt ex fratribus vel ſororibus, vel conſobrinis, vel amitinis prognati iuxta inſtitut. Iuſtiniani. [Vt quimus.] & id Græci dicunt ζῶμεν οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. Sentit enim ſuam ipſorum vitam parum placere, verùm facultas deeſt, & non animus vitæ aliter inſtituendæ. [An nondum.] Dolet. Id enim in adeunda hæreditate non parum ſcire referret. [Haud inauſpicato.] Propoſitio eſt, Infelix ſum meo aduentu. Confirmatio cius eſt, ab inutili per obteſtationem. Nam non aduenisſet, ſi cuncta probè perſpecta fuiſſent. Id adhuc nimis commune dictum eſt. [Semper.] Ratio confirmationis de inutili, atque ideo infelici aduentu eſt apertior, atque argumentis plena, quorum vnum eſt ex proxima & legitima ſucceſſione Glycerij, quia eſt Chryſidis demortuæ ſoror & dicta & habita. Id verò per aſſeuerationem eámque ſeriam pronuntiandum eſt. Alterum eſt. Quia bona illius iam poſſidet, et vulgata eſt iuriſconſultis ſententia: Melior eſt conditio poſſidentis, quàm acquirentis. Tertium à difficili, quia in actione peregrinus ſum, cuius partes ferè negliguntur, id quod ex præiudiciis aut aliorum exemplis notiſſimum eſt. Quartum eſt. Quia eſt illi amicus & curator. Siquidem grandiuſcula iam eſt. [Clamitent.] Quintum eſt ab inutili tribus de cauſis, vt ſycophantam me eſſe, id eſt, calumniatorem, vt mendicum in iudicio cõtendere, vt me contra leges defraudare, clamitabũt. [Antiquum.] Sic & abſolutè Plautus in
Antiquum obtines. Moſtellaria dixit, antiquum obtines hoc tuum, id eſt antiquum & conſuetum morem. Terentius in Adelph: Eandem antiquam rationem obtine. vtpote ex longo et diuturno tempore nobis coniunctam. [Sequar hos.] Nulla in ſcena relicta eſt iuxta actus naturam perſona.

## IN ACTVS V. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙ.

1 Non temerè ſit periculum in puella.

2 Beneficium verbis initum re comprobandum eſt.

3 Inconſultò filia collocatur adoleſcenti amanti, & ducere nolenti.

Expoſtulatoria eſt in Chremete propter amici officia. Verùm in Simone eſt petitoria per expurgationem. Petit enim veras nuptias. [Satis iam ſatis.] Ἐλεγκτική. Reprehendit amici malefactum non ſine ironia, qua ſit repetitio aduerbij, cuius propoſitio eſt: Orandi finem fac. Confirmatio à vulgari amicitia, quæ Grecis non τελεία eſt, ſed vel διὰ χρήσιμον, vel διὰ ἡδονὴν, & harum vtraque facilè quolibet momento nutat. Et obiter amicum φαῦλον, & non σπουδαῖον. Siquidem σπουδὴ apud Ciceronem ſtudium, vires ſuas exerit. & eſt beneuolentiæ adhuc in animo latitãtis veluti executio. Eſt enim σπουδαῖος qui opera ſua iuuat, et pro virili prodeſſe cupit. Proinde Iſocrates ignauorum συνήθειας, & ſtudioſorum φιλίας appellare maluit, ad Demonicum. [Satis pericli.] Ab incommodo. Nam propter hanc amicitiam non parum periclitatus ſum, cuius quàm breuiſſima hîc ſit ex-
Vita. poſitio, in qua αὔξησις dominatur, dum vitam pro fama aut
Illudo. honeſtate, dum illudere pro extenuare, & lædere dicat, et in vocabulo filiæ φιλοστοργίας emphaſis eſt. Hæc cũcta ad pericula, in quod coniectus erat, amplificationem faciunt. [Immo.] Petitio eſt Simonis, & ab honeſto vrget per ſentẽtiam, quæ quemlibet promiſſorum tenacem eſſe preſcribit. Hîc dicitur ἔπος οὔτ' ἔργον. [Vide.] Per communicationem ab inhoneſto. & in quo redarguit, quia petendo iniquus eſt, quia imprudens eſt, quia iniurius eſt, cuius hîc duo ſunt ſigna. [Perpuliſti.] Iniuriæ confirmatio eſt, atque ferè in ſingulis verbis emphaſis perſpicitur, & adeſt argumentum comprobandæ iniuriæ ab ætate, quia adoleſcentulo collocanda erat filia, ab affectu, quia aliam amat, quia ab vxore alienus eſt: à conſilio malo, quia per filiam meam tui filij morbo, id eſt, amori medicari cupis, quia in ſeditionem, quia in incertas nuptias dare affectas, quia filiam laborare & dolere (Græcis eſt πονεῖν) ſatagis. Sunt ne hæc iniuriæ ſigna & argumenta? [Impetraſti.] ἀνθυποφορὰ per conceſſionem. Fateor te impetraſſe. Siquidem conceſſi, ſed nunc non licet, feras igitur, & orare non pergas. Hîc in verbo pergendi epilogus conſiſtit. [Illam.] Præſumptione Pamphili & duo argumenta affert, quia ciuis eſt Attica, quia natus eſt puer. [Nos miſſos fac.] Peroratio. Non eſt igitur quod orates. [Per ego te.] Ἀπολογία eſt, & per obteſtationem proponit, ne credat aduerſariis, à ratiocinatione. Nam hoc finxerũt propter magnam vtilitatem. Pamphilum enim eſſe deterrimum iiſdem confert. [Nuptiarum.] Ab impulſione. Volunt enim ſic nuptias diſturbare. [Vbi ea cauſa.] Ab argumento probabili. Siquidem fugere deſinent, ſi cauſa fingendi ablata fuerit. Pamphilum enim tanquam ſponſum miris modis traducunt, & deformant. [Erras.] Id confutatur tribus coniecturis, quarum vna ex viſu eſt, vidi Andriam ancillam obiurgantem. Altera ex vultu, qui cùm non ſit fictus, animi index eſt. Vltima ex non affectata occaſione, nam neuter me adeſſe præſenſerat. [Credo.] Conceſſio eſt, ſed eaſdem cupit eſſe incertas propter ſerui aſtutiam. Et præoccupatione vtitur, cur non ſignificauerat, quia oblitus erat dicere.

## IN ACTVS V. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Ter conatur ſeruus fallere, ſed ſuæ perfidiæ dat pœnas.

2 Non quibuſlibet conceditur teſtimonij dictio.

Exhortatoria eſt in Dauo duplex. Vna, qua iubet omnes eſſe pacatiori animo, & eſt enthymemate concluſa, cuius ratio eſt à tuto, quia res eſt in vado, tum ſuo, tum Critonis hoſpitis præſidio. Altera eſt, quia Simonem in nuptiis pergere cupit ἐνθυμηματικὴ, acccerſe, quia omnia ſunt apparata. His & alia Daui πιθανολογικὴ ſubditur. [Animo.] Propoſitio. Sis præſenti animo. [Meo præſidio.] Confirmatio à modo. Meo enim & hoſpitis præſidio cuncta ſunt ſalua. [Ego commod.] Admiratio eſt propter inexpectata omnia, quæ commoda contigerunt. [Omnis res] Ratio eſt, & epilogi vice, nihil igitur pericli eſt. [O ſalue.] Salutatio eſt nimis ironica. [O noſter Chreme.] In pronomine eſt captatio beneuolentiæ, & per appellationem. [Omnia.] Ratio eſt à facili, quia omnia ſunt expedita. Propoſitio. Vbi voles accerſe. [Bene ſanè.] χλευασμὸς, et Simo obſeruat, vt Dauum deprehenſum caſtigaret. Deprehendit autẽ quibuſdam circunſtantiis, quas notat, cùm ſalutat, cùm εἰρωνικῶς laudat, cùm ad rogatum de negotio apud Glycerium non appoſitè (herus enim de negotio rogat, ſeruus de tẽpore reſpõdet)

reſponde-

reſpondetur. Itaque hoc poſtremum vehementius vrget. ¶ Litigat.} Illudit admirãs,putat enim ſic aut amore redintegrati,aut penitus fictum eſſe.¶ Immo verò.} Oratione alia Chremetem à nuptiis deterret, exordium eſt attentionis. ¶ Neſcio.} Critonis eſt demõſtratio,quæ interponitur,vt eius teſtimonium ſit aliquanto certius,veluti ab ætate, quia ſenex,ergo credendum eſt:à tempore aduentus,quia modò venit præter omnium ſpem:ab habitu animi,quia confidens,id eſt,fortis,non extimeſcens,quia cautus,prouidus,qui ſibi & ſuis negotiis cauere probè nouit. Vetuſtum autem vocabulum creditur,quo ſic Cicero vtitur in primo de legibus. Quis igitur prudentem,et (vt ita dicam) cautum iudicet? à dignitate & notis,& lineamentis faciei phyſiognomonicis,à vultu,in quo eſt triſtis, id eſt, grauis ſeueritas, nullàque temeritatis nota,à veritate ſermonis. Quis igitur illius dicto teſtimonio non crederet? quod eſt, Glycerium eſt ciuis Attica. ¶ Hem Dromo.} Hîc per tumultum tota oratio interrumpitur.¶ Sublimem.} Mandatoria eſt,& proponit iſtum rapiendum eſſe.¶ Quia lubet.} Ratio. Quia ſic volo.¶ Si quicquã.} Mendaces ferè ſerui ſunt,& mendacij pœnam eſſe letalem, ſeruus hic exoptat. ¶ Te commotum.} Video id eſſe ἀμφίβολον. Siquidem aliis videtur dictum eſſe ad Dromonem,quaſi cunctantem ſeruum ad ſupplicium conſerui increparet,& ſic commotum pro celeri & citò accipiunt. aliis eſt hoc dictum ad Dauum. vt perturbatus perturbatior reddatur. Eſt autem irati animi hypotypoſis.¶ Tu tamen.} Per ironiam & affectum eſt repetitio.¶ Cura.} Mandat à facili,& modo ſeruandi,& conſtringendi, cui & cauſa pœnæ adiungitur.

Cautus.

Commotus.

¶ Pietatem.} Eclipſis huic affectus competit, & eſt hîc ἀντίφρασις.¶ Talem.} Tam immorigerum,perditũ, & infelicem, proinde ac ſi diceret,iuſtè ſæuio,propter impietatem & improbitatem filij multorum laborum authoris.

## IN ACTVS V. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Irati parentes obedientia filiorum & blandis verbis placantur.

2 Parentes ſeſe filiorum amentia excruciant.

3 Parentes ſæpe pro filiorum peccatis ſupplicium ſufferunt. Huc ex D. Paulo filiorum & parentum officia conferenda ſunt.

In Simone eſt ἐλεγκτική. Deprehenſum enim Pamphilum in domo Glycerij redarguit.¶ Quid ais.} Exordiũ nimis præ iracundia abruptum, & πάθει congruit ἔλλειψις.¶ Rem.} Modeſtior eſt, crimina non adamat. ¶ Ain' tandem.} Rogando occaſionem quærit iuxta affectus decorum. ¶ O ingentem.} Per exclamationẽ patheticam quę in initio erumpit, tacitè proponit eum nimis confidentem. Eſt autem confidentia ceu quædam audacia improba. Confirmat quoque hanc quatuor rationibus, quia improuidus, quia inuerecundus, quia impudens,quia iniquus eſt, cuius eſt exaggeratio veluti παράδοξος tribus de cauſis,quia contra conſuetudinem, quia contra legem Atticam,quia contra parentum conſenſum vxorem ducit.¶ Modò ne.} Ab imprudentia verè eſt miſer. Sua enim ipſius ſtoliditate hanc ſibi accerſiuit calamitatem.¶ Sed quid ego.} ἀποσιώπησις eſt, & correctio irato apta,ſed propter repetitionem,& interrogationem frequentem,& quodammodo ὁμοιοτέλευτον,& dialogiſmum multo aptior.¶ Immo habeat.} ἐπιτροπὴ huic affectui accommoda, maximè cùm affuerit aſyndeton cum incremento.¶ Mi pater.} Exordium eſt beneuolentiæ. Eſt enim eius oratio petitoria. Petit enim veniam,& gratiam.¶ Quid mi pater.} Ferè in exordio occupatio aperta eſt, & in ipſa oratione ab oratore affertur,ſed in colloquiis ab altero quopiam. Hîc verò in ſingulis verbis eſt de repudiato patre argumẽtum,& propter breuitatem aſyndeton conuenit.¶ Viceris.} Octauus eſt caſus,& acerba quadam ironia colligit.¶ Pater.} Repetitur exordiũ,quod eſt & beneuolentiæ & attentionis.¶ Ego me.} Iſthac narratiuncula eſt criminis conceſſio, cui mox deprecationis loco iuſta obedientiæ in patrem pollicitatio ſubditur,et accedit προδιόρθωσις qua quod maximè vrgebat,præmollitur, videlicet de allegato ſene. ¶ Pro peccato.} Γνώμη admodũ ciuilis,quæ requirit, vt in caſtigando modus adſit, iuxta D. Pauli inſtitutionẽ. Poteſt quoque eſſe illuſoria,cùm iuxta iuriſconſultos pœna nõ debeat eſſe delicto maior. Sed ego ἐπιείκειαν patris in caſtigandis liberis exigi arbitror.

Confidẽtia.

## IN ACTVS V. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Inopinatus caſus in rebus dubiis maxima eſt medela.

2 Adoleſcentuli facilè falluntur.

3 Petulantia linguæ per recriminationem refrenatur.

4 Impotenti ſunt animo amatores voti ſui compotes.

5 Non ſunt ſponſalia,niſi conſenſu parentum & dote conſtituta.

In Simone quidem ſene moroſo eſt διαβλητική. Crimen enim mendacij Critoni impingit,eúmque ſycophantam appellat. In Critone autem eſt ἀπολογητική, qua ſeſe expurgat de ſycophantia,& mendacio.¶ Mitte.} Occaſio colloquij,& futuræ contentionis ex ſuæ operæ ab æquo pollicitatione.¶ Saluus ſis.} Salutatio eſt, & de aduentu inſolito interrogatio, vtraque ad conciliandum beneuolentiã congrua.¶ Tu Glycerium.} Eſt oratio nimis abrupta propter πάθος,cuius ſimplex fuiſſet propoſitio:Glycerium non eſt ciuis. ¶ Itáne.} Confirmatio à coniecturis,quia ſubornatus vt adoleſcẽtulos fallas,aduenisti. Facilitatis autem in fallendis adoleſcentulis quatuor ſubinducũtur cauſæ,ab ętate,quia ſunt adoleſcentuli,ab habitu animi,quia imprudẽtes, et imperiti ſunt,ab educatione,quæ hîc libera eſt, nimiúmque indulgens,à ſpe, quia ſollicitantur indẽ nõ minus atque promiſsis.¶ Ac ad.} Ab iniquo. Agis enim contra legem, dum meretrices nuptiis agglutinas. Et hîc quædã ad matrimonij naturam alluſio eſt.¶ Hic vir.} Ab inhoneſto. Quia malus vir eſt. Ratio eſt à quæſita occaſione fallendi et mentiendi. ¶ Credendum.} Epilogus eſt, non credendum eſt hanc eſſe ciuem,& eum ſycophantam nuncupat.¶ Si mihi.} Idem eſt apud Homerum Iliad. Υ.

ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

& apud Heſiodum:

εἰ δὲ κακὸν τ' εἴποις τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις.

Breuiter, ἀντικνισμὸς in criminationibus non eſt ſemper damnandus. Plautus: Si contumeliam dices,audies. ¶ Nam ego.} Attẽtionis eſt propter iudicij libertatẽ. ¶ Atticus quidam.} ὑποδιήγησις eſt,quia Glyceriũ probat eſſe ciuem Atticam. Ratio eius eſt à certitudine teſtimonij, Nam Crito ipſe ex Attico audiuit,cuius notatio hîc inſerta: à ciuitate,quia

*Atticus: à fortuna aduerſa, tum quia naufragus fuit, tum quia tenerã virginem ſecum habuit nondum nubilem, tum quia egebat plurimũ. Neceßitate igitur adductus ad Chryſidis patrem receptatorem applicuit, cum quo Critoni magna interceßit propter cognationem familiaritas, in eius ædibus ab illo ipſo naufrago Crito audiuit illum eſſe Atticum. Naufrago autem fuit nomen Phania, à patria Rhamnuſius.* Rhamnus, *Eſt autem Rhamnus iuxta Stephanum populus Atticæ in Aeanthide tribu, dictus à Rhamni, qui eſt inter ruborum genera copia. & inde fortuna eſt Rhamnuſia, quæ eſt & Nemeſis, qua de re alibi fuſius. Eſt quoque Rhamnuſius* κατ' ἐξοχὴν *prouerbiale excellens, præſtãs, & inſignis. ¶ Eadem. § A teſtimonio aliorum Andriorũ ciuium, qui ſunt teſtes auriti. ¶ Cuiam. § Occupatione dubitatio tollitur, parua virgo non erat Phanię filia, ſed eius fratris, qui hic Chremes eſt. ¶ Fabulam. § Simo importunus ſubinde narrationẽ admodum veriſimilem interrũpit, ſed Chremes modeſtior ſciſcitatur. ¶ Arrige. § Seipſum ad attentionẽ diligentiorem adhortatur propter rei inſperatæ narrationẽ. Verùm in arrectis auribus eſt metaphora. ¶ Phania. § Altera eſt* ὑποδιήγησις *altius rem repetens, veluti priorem confirmans à bello Attico, quo plerique in Aſiam profugerant. Hæc autem vt ſit breuior, cùm idipſum nõ admodum ſit huic negotio accõmodatum, prudẽtiſsimè interrumpitur. ¶ Vix apud me. § Alludit ad motus animi varios, qui magis ſunt* πάθη *quàm* ἕξεις. *Siquidem vt in metu eſt mali (quod eſt hîc repudium puellæ) aduẽtantis imaginatio: ita in ſpe eſt rei cupitæ (vtpote Glycerij) euenturæ fiducia, quæ coniectura opinionis vel probabili vel poßibili nititur, ita & in gaudio eſt boni & magni & repentini iudicium. ¶ Dignus. §* ἔλλειψις *iuxta affectum non inepta.* Religio. *& religio hîc eſt accurata & anxia ſollicitudo, & cura.* Odium. *Deinde ſicut ſub ciuilitate, comitatem & humanitatem, ita ſub odio acerbitatem, barbariem, & ruſticitatem ceu prouerbio quodã accipimus. Sicut Grę̃cis eſt* μῖσος ἄγειον. *Quid multis? mora & ſedula, atque curioſa ſenis interrogatio Pãphilo propter metum (à quo odiũ cogitationẽ auertit) diſplicet. Sæpe enim nimia ſollicitudine veritas amittitur. Atq; religionis vis & natura in prouerbio ſignificatur, vbi in re faciliori, curioſa adſit* πολυπραγμοσύνη. *¶ Ego. § Intemperans animi amator & moræ impatiens erumpit, &* πασιβούλη *eſt, à conſilij copia nomen habet.* Paſibula. *¶ De vxore. § Sponſalia adornantur, quorum* συναίτιον *eſt conſenſus vtriusq; parentis. Dos autẽ ſatis ampla, nimirum 6000 coronatorum vel 7500 aureorum numorum Rhenanorum deſignatur, vt ſit ſignum & ſymbolum nuptiarũ. ¶ Cur non. § Hinc ſumitur liberandi Daui occaſio. ¶ Magis ex ſeſe. § Suapte culpa punitur, quod obſcuriſsimè hîc ſignificatur. ¶ Non rectè. § De cauſa pœnæ loquitur filius, ſed pater de modo reſpondet.*

### IN ACTVS V. SCENAM V.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Voluptas amatoribus & libidinoſis ſummũ bonum eſt.*
2 *Vtraq; fortuna amicum, cui narranda eſt, requirit.*

*¶ Prouiſo. § Gratulatio Pamphyli enthymemate comprehenſa ex Epicureorum ſententia, etiamſi Stoici aliud ſentiant. Ridicula eſt ratio cur dij ſint ſempiterni. Nam proprias habet voluptates, & nõ mutuas aut aliunde ſumptas, quæ nimisquam mutabiles ſunt. Apta autem eſt amanti & voluptuario talis ratiocinatio. ¶ Sed quem. § Adeò verum eſt, quod Cicero de amicitia ex teſtimonio Architæ, Verum, inquit, ergo illud eſt, quod à Tarentino Archita (vt opinor) dici ſolitum, noſtros ſenes cõmemorare audiui ab aliis ſenibus auditum. Si quis in cœlum aſcendiſſet, naturámq; mundi, & pulchritudinem ſyderum perſpexiſſet, inſuauem admirationem fore, quæ iucundiſsima fuiſſet, ſi aliquem, cui narraret, non habuiſſet, &c. ¶ Pamphilus vbi. § Exordium correctione cõſtat, vtpote vtriuſq; fortunæ ſignificatione ſatis iocoſa. Luditur enim hîc in verbis obtigit, & euênit. Illud quidẽ eſt iuxta optimorum authorum conſenſum et vſum, ſortibus alicui contingit, & pro eo vulgus dicit, hoc mihi cecidit. Hoc verò eſt bene aut malè. Cæterùm Pamphilus de fortuna ſecundiore, Dauus de eadem iniquiore loquitur. ¶ More hominũ. § Rumor mali citius peruolat, quàm boni.* γνωμή. *¶ Mea Glycerium. § Narratiuncula eſt de ſua beatitudine, & enthymemate conſtat, vtpote Glycerium inuenit parentes, pater eſt reconciliatus, eam vxorem ducam. ¶ Vigilans. § Ferè occurrunt imagines de iis rebus, quas vigilantes cogitamus, & Hippocrates per mentem dormientibus repreſentari tradidit. Sic canit Theocritus:*

πᾶσα κύων ἄρτους μαντεύεται ἰχθύα κ' ἀγώ

*Et Claudianus idem confirmat:*

*Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus.*
*Item: Mens humana quod optat,*
*Cum vigilat ſperans, per ſomnum cernit idipſum, &c.*

*¶ Tum de. § Præ nimia lætitia narratiuncula, & per mandatum ſerui acclamantis, & gratulantis, interrumpitur. ¶ Charine. § Exordiũ per appellationem, & opportunum aduentum. ¶ Omnia. § Charinus poſt gratulationem petit, vt fortunatus aliorum non obliuiſcatur. ¶ Ne expectetis. § Clauditur Comœdia. Reliqua, ſicut et Horatius ad Piſones conſuluit, in ſcena nõ peraguntur, atq; cauſa Pamphili tanquam primaria magis quàm Charini tranſigitur. ¶ Plaudite. § Hoc verbo veteres Comœdiæ finiebantur, & ſic Fabius in ſexto ait: Cùm ventum eſt ad illud ipſum, quo veteres & comœdiæ & tragœdiæ clauduntur, plaudite.*

# IODOCI VVILLICHII SCHOLIA IN EVNVCHVM TERENTII.

## IN PROLOGVM.

EST *ſic* ἀπολογητικὸς, *vt* συστατικὸς *fiat: quod eſt, ſic Poëtam à calumniis defendit, vt de meliore nota eundẽ populo cõmẽdet. ¶ Si quiſquam. § Exordiũ, quo captat beneuolentiam à perſona poëtæ innocentis. ¶ Tum ſi quis. §* ἀντιπεφορά *innocentię per* διόρθωσιν, *qua et aduerſariũ L. Lauinium calumniatorẽ Terentij perſtringit. Innocens verò eſt, vt qui calũniatori tantùm reſpondet, & dicit reſponſor eſt, non author, quod eſt, ſeſe tãtum expurgat, & alios offendere non cupit, id quod naturę lex quoq; ſuadet. Porrò duo vitia in trãſlatore Comico notat extremè mala. Prius quidem eſt in inepta tranſlatione, quæ non tantùm bonam verſionem, ſed & commodam deſcriptionem exigit, iuxta Horatianũ ad Piſones conſilium. Lauinius autem vel bene verſa malè deſcripſit, hoc eſt, non ſatis Latinè conuertit, cuius exemplum in ea Menandri comœdia (cui titulus ab ap-*

*ab apparitione φάσμα eſt) editum eſſe perſpicitur. Poſterius verò œconomia in decoro. Siquidem in Theſauro Comœdia, prius reus cauſam dicit, quàm in ius vocatur, cōtra actionis forenſis & iudiciorum ciuilium conſuetudinem. ¶Defunctus.} Quod eſt, paucis aduerſarium notaui. Nam in recriminando propter beneuolentiæ recōciliationem modeſtior eſſe cupit. Quare per comminationē aduerſarium adhortatur, ne in incœpto pergat. ¶Nunc quam} Narratio eſt, familiariter Græcis καταδιήγησις. Hac enim materia continetur, quæ in hac cōtrouerſia collocatur. ¶Aediles.} Ex inſcriptione διδάσκαλοι nominantur, & ab ædilibus empta eſt octo millibus HS. quod eſt noſtræ monetæ ducentis & quinquaginta aureis Rhenanis ciuilibus, vel ducentis coronatis. Eſt autem bis acta. Illinc quoque colligitur tēpus conſulibus notatum, vtpote 58. ante natum Chriſtum anno, acta eſt ludis Megalenſibus. Eſt & hîc argumentum palliatum videlicet. Eſt & appartus actionis per duas tibias dextras. ¶Perfecit.} Hic notandæ ſunt circunſtantiæ, quis perfecit ſpectandi copiam, Vbi, in præſentia magiſtratus. Factum, cum appelletur, & eſt velut hîc στάσις, atq; argumenta accuſatoris quàm breuiſſimè notantur, non eſt poëta, eſt fabula tantùm abſq; eloquentia. Eſt κόλαξ Næuij, eſt παράσιτος Plauti, ex quo & miles ſumptus eſt. Hæc cūcta μιμητικῶς proferenda ſunt, tanquam aduerſarij verba. ¶Si id.} Purgatio per inuerſionem & deprecationem eſt, ait enim ſi peccatum eſt, imprudenter peccatū eſt. ¶Id ita eſſe.} Communicatio eſt, & vos æqui iudices eritis. ¶Colax.} Conceſſio eſt. Nam non negat ſe ex Colace Menandri perſonam & paraſiti & Thraſonis accepiſſe. ¶Sed eas.} Inficiatio eſt. Conſtanter negat prius Latinā factam eſſe. ¶Quod ſi.} Ex comicorum decoro & proprietate, cuius aliquot formæ ſubduntur. ¶Denique} A ſententia, qua comprobat aliunde ſcripturientes ſua abripere. Alluditur ad illud Græcorū, κοινὰ καινῶς, & καινὰ κοινῶς docere aut ſcribere. Neq; Horatio diuerſum eſt conſilium in Arte poëtica. ¶Quare æquum.} Peroratio eſt, quæ exemplum maiorum continet, qui tranſtulerunt aliunde in ſua commentaria ſibi accommodata, cui ſubiicitur iuxta decorum ad diligentiorem attentionem adhortatio.*

## IN ACTVS I. SCENAM I.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Amor cæcus eſt, cùm mentes hominum excæcet,*

2 *Excluſi magis ardent, ſummáque inconſtantia. Exemplo eſt Phædria.*

3 *Amor paulatim temperandus eſt, & non exacerbandus, vel iuxta Ouidij remedium.*

*Parmeno enim ἠθικὸν, id eſt, moderatum adoleſcentem cupit. Hîc quoque Terentius Palliatæ Comœdiæ morem ſequitur. Nam in hac ſerui admodum prudentes ſunt, & ſententioſi. Verùm oratio adoleſcentis eſt prorſus σχετλιαστικὴ, ſicut ſerui νουθετικὴ. qua remedia amoris quàm appoſitiſſima pro neceſſitate afferūtur. Primò enim dilemmate quodam vtitur, aut ſibi conſtabunt, aut non. Illic quidem multa commoda manebunt, hic verò multa incommoda. Deinde amoris tyrānidem & mala amplificat, & amatoris inconſtantiam nonnihil timet. Poſtea bellica quadam tranſlatione de redemptione ſuggerit. Poſtremò moleſtias æquo animo ferendas eſſe conſulit. ¶Quid agam.} Hæc ἀπειεία inſano amatori optimè quadrat, qui nunc ait, nunc negat, nunc vult, nunc non vult, vt eſt apud Plautum de amatorū inconſtantia. ¶Siquidem hercle.} Non protinus vrget ab amore ceſſandum eſſe, ſed prius hîc animum mitigat, vt ad ſeſe redeat. Eſt enim egregius artifex cōſulendi Parmeno per ductum obliquum, vt qui difficultatem tantùm oſtendit, & neutiquam exaggerat, quò facilius eius animum tentaret. Vtitur autem conceſſione. Nam ſi ſibi conſtaret, nihil eſſet prius. ¶Verum ſi.} In cōceſſione contrarium ſubditur, videlicet de inconſtantia amatoris, propter quā multa incommoda ſequuntur, veluti, actum eſt, periſti, eludet victo, &c. ¶Here.} In difficultate adhuc manet propter amoris impotentiam, cùm hic neque modum ſciat, neque conſilio regatur. Sic & Menander.*

κύπρις γὰρ οὐδὲ νουθετουμένη χαλᾷ
αὔτ' ἂν βιάζῃ μᾶλλον ἐντείνειν φιλεῖ
κ' ἄπειτα τίκτει πόλεμον, εἰς δ' ἀνάστασιν
δόμων περαίνει πολλάκις τὰ τοιάδε.

*¶In amo.} A ſententia, qua eſt vitiorum in amatoribus eadem quæ eſt in Plauti Mercatore congeries. ¶Incerta.} ἀντεισαγωγὴ. Etiamſi prudenter iſtæc adminiſtraris, tamen præ amore plus inſanies. Et eſt ceu prouerbiale quiddam, cum ratione inſanire. ¶Et quod nunc.} Effictione per apoſiopeſis difficultatem indicat. ¶Hæc verba.} Inconſtantiam amatoris iterum notat, & futura incommoda ſubiungit. ¶O indignum.} Per exclamationem ſe miſerum agnoſcit, & illam ſceleſtam. Agnoſcit autem ex difficultatis propter inconſtantiam demonſtratione, & eſt incrementum ex amoris virtute, atque tyrannide ſumptum. ¶Quid agas?} Conſilium, & eſt ſecundus gradus de redimendo capto, & exaggeratur per metaphoram bellicam, qua captiuitas difficilior propter ἀπόλυτρον carius notatur. ¶Si ſapis.} Tertius eſt gradus, quo aliquāto propius accedit in victo, qui ſe ſuámque miſeriam agnoſcit, nimirum vt moleſtiæ in amore non augeantur, ſed rectè ferantur. Hic eſt ſuaſionis finis, & eò difficultatis argumenta pertinent.*

## IN ACTVS I. SCENAM II.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Amor amatæ puellæ conſpectu inflammatur & incenditur. Eſt enim affectus calidus, & in calidis conſtitutionibus atque ingeniis, atque ætatibus facilè concipitur.*

2 *Plato in quinto de legibus* τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν.

3 *Anteros eſt, cùm ſit æqua amoris pars & reciprocatio etiam inuito Seruio.* Anteros.

4 *Futiles ſunt pleni rimarum, mox perfluunt.*

5 *Rectè Plautus de blanditie ſcortorum cecinit:*

*Viſcus merus eſt veſtra blanditia.*

6 *Verè* ἀφρόντιστος *&* τυφλὸς, *id eſt,* τυφλοποιὸς *eſt amor.*

*Hæc ſcena in priori quidem parte eſt expurgatoria, cur Phædriam non intromiſerat Thais. In poſteriori autem eſt petitoria, quæ ex illa nata eſt. Nam niſi placatus fuiſſet, & certiorem cauſam, cur non aduentanti fores patuerant, audiiſſet, fruſtra petiiſſet. Illa igitur ad hanc gradum facit, illa inſeruit huic vt ſuo officio non egrediatur. Proinde meritò quis priorē poſterioris παρασκευὴν eſſe iudicaret. Vtraque autem in Thaide ſpectanda eſt, itaque decorum meretricium paſſim obſeruatur. ¶Miſeram.} Exordium eſt πα-*

τλιαστικὸν per exclamationem, & occupando alioſum fores occluſas accipit. [Totus tremo.] Ratio eſt ex ſanguinis in cordis thalamos propter cupiditatem vehementiorẽ concurſu, qui cùm rurſus diffunditur, fit calor, qui hîc ignis eſt ex amicæ cõſpectu inualeſcẽs. Sic Xenophon ait: τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁψαμένους καίει μόνον, οἱ δὲ καλοὶ, καὶ τοὺς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτουσιν, ἡ γὰρ ὄψις λαβὴ τοῦ πάθους ἐστί. Sic & Damon Virgilanus:

Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error,

Sic Medea Iaſoni apud Ouidium.

Et vidi, & perij, nec notis ignibus arſi.
Ardet vt ad magnos pinea tæda deos.

Sic & Demipho ſenex Plautinus.

Ego illic aſpicio forma eximia mulierem.
Quam ego poſtquam aſpexi, non ita amo, vt ſani ſolent
Homines, ſed eo pacto, vt inſani ſolent.

[Tún' cras.] προδιόρθωσις eſt, & per appellationem beneuolentiæ conciliatio. [De excluſione.] Seruus iocatur eludendo per ductum figuratum. [Sanè.] Duæ ſunt præoccupationes præmolliendæ: vna, quia fores non patent: altera, quia non ſum primus. [Vtinam.] Tertia eſt præoccupatio, quia non eſt æqua amoris reciprocatio. Ficta enim & ſimulata nihil virium & neruorum obtinent. Ignis in tabella pictus non calefacit, nec rugit, nec ſæuit leo marmoreus. Rectè Platonici amoris magnam parentem eſſe ſimilitudinem & reciprocationem mutuam volebant: & ſicut ſimilitudo, ita & mutuus amor alterũ ipſum efficit. [Ne crucia.] Propoſitione quadam conſolatoria præoccupationes diluere conatur, quæ eſt, ne ſe excruciat. Eſt quoq; hîc ἀνανέωσις renouatio beneuolentiæ per appellationem amatoriã. [Non pol.] Confirmat obteſtatione per violationem à neceſſitate, alioqui Phædria ſemper omnium gratiſſimus amicæ fuit. [Credo.] Iocatur tranſlatione criminis in amorem nimium, & vocat excluſionem. [Sed qua gratia.] Attẽtionis hæc ſunt. [Sin falſum] Verax eſt ſeruus & veritatis amans, & inſignes ſunt metaphoræ à dolio pertuſo. Subinde autem narratio interrumpitur, ne ſit perpetua, quo fit vt veritas à falſitate diſcernatur iudicio ſeruili propter meretricum fallacias. [Samia.] Naratio alioqui perpetua breuis eſt, cùm ſola hîc ſit expoſitio, cur non ſit intromiſſus, id quod præſens negotium exigit. Nam conſilium, quod in narrando intendimus, non eſt negligendum. Eſt itaq; tam in rebus, quàm in verbis proprijs, paucis, iiſque neceſſariis duntaxat breuis. Deinde veriſimilis eſt propter cauſam, quia comparandus erat beneficio amicus quidam, & non amator (ne in ſuſpicionem veniret) puellæ emptæ donator. Inſeritur autẽ propter beneficij amplificationem puellæ donatæ καταγραφὴ, à ſexu, quia puella eſt: à patria, quia Attica, Nam è Sunio Atticæ promontorio abrepta fuit: à fortuna, quia abrepta à mercatore diuendita eſt, & matri Thaidis donata: ab educatione, quia iuxtà cum Thaide docta & educata fuit, ita vt altera ſoror iudicata ſit: à forma, quia honeſta, id eſt, pulchra fuit. His igitur rationibus Thaidi gratiſſima fuit, & ne poſt mortem matris per auaritiam fratris puella altorſum abduceretur, amicus caſu emptam Thaidi reddidit, quæ cùm grata fuit, non potuit non amicum prolixius accipere. Videtur autem hîc factum, idque neceſſarium, quòd non intromiſerat. Cauſa, quia amicum puellæ donatorem beneficiis demereri voluit. Modus cùm prudenter, & nullo dolo eundẽ detinuit, vt gratum & amorem animum oſtenderet. [Ne det.] Id eſt ſimpliciter vel aßiduè cum cauſis fingendis adiungitur per hypodiaſtolen. En vt callidè omnem ſuſpicionem auertit. [Quantum ſuſpicor.] Graue eſt argumentum ad deprecandam inuidiæ notam. [Multa ſunt.] Ab honeſto & vtili rationes abducendi tres recenſet, quia ſoror eſt dicta, quia ſuis reddam, quia ſola ſum: & quaſi epilogo colligit parandos eſſe amicos. [Id amâbo.] Hîc fit artificioſus flexus ad petitionem, quam præcipuè volebat, cuius propoſitio eſt. Tua pace ſit apud me primus aliquot dies. [Peſſuma.] Naſcitur noua quædam oratiuncula ἀπαρνητικὴ in principio petitionis nimis dura, qua prorſus abnegat, & propter affectum obſcurior eſt propoſitio. [Heu noſter.] Iocando & illudendo pergit, per enallagen perſonæ. [At ego neſciebam.] Confirmatio eſt ab iniquo Thaidis conſilio per repetitionẽ narratiunculæ ex affectu iracundiæ μιμητικῶς natam, quæ eſt Græcis ὑποδιήγησις. [Quid ergo.] Ab vtili & non neceſſario. Eſt autem quædam prius dictorum confutatiuncula. Nam ipſe multa donaui, ipſe tibi ſemper benignus fui. Idq; confirmat narratiũcula, quæ eſt μερικὴ διήγησις, & exponitur, vt ſit empta puella Aethiopica, vt ſit Eunuchus, qui reginis familiariſſimus eſſe ſolet (id tantùm dicit propter beneficij amplificationem.) Vterque autem viginti minis, id eſt, ducentis coronatis, aut noſtræ monetæ 250. aureis eſt emptus, vtique contemptus erat, & hîc perſpicis vt tota narratiuncula ſit ἐνθυμηματική. [Quanquam.] Pollicitatione operæ amatorem demulcet. [Vtinam.] Votum eſt quo cupit nihil eſſe ſimulatum, itaque μιμήσει quædam repetit. [Labaſcit.] Propertius libro ſecũdo epiſtola ad Cynthiam.

Non ita Carpathiæ variant aquilonibus vndæ,
Nec dubio nubes vertitur atra noto,
Quàm facilè irati verbo mutantur amantes.

[Egón'.] Ab æquo & facili petit. Illic quidem eſt, quia ex animo cuncta dico, quia vel ioco quãlibet rem à me impetraſti. Hîc verò eſt, cur non ſaltem biduum concederes? [Aut.] Illuſor Parmeno aut repetit, vt triduũ & amplius ſubaudiatur. [Sine te.] Aſſeueratione colligit, & hîc patet, vt amor ὀλισθήεσσαν, ſicut Græci poëtæ canunt, φύσιν, videlicet propter nimiam lubricitatem & facilitatem habeat. [Rus ibo.] In Græco quodam epigrammate conſtat, amorem diſſolui, aut certè mitigari poſſe fame, tempore, & denique laqueo. Quid ſi & locum remotum & ſylueſtrem inter prima remedia adiungeres? [Cum milite.] Valedicendo mandat de ſui amore integro & conſtante, eóque perpetuo: cuius eſt notatio nunc in deſiderio, quod eſt, appetitus rei futuræ nondum poſſeſſæ. Mox in ſomno, quod intelligentiæ & imaginationis viribus per mentem refertur. Deinde in expectatione, cùm rem veluti propinquam conſeruare & retinere cupit. Poſtea in cogitatione, quæ amatorem mente excidere non permittit. Tum in ſpe, quæ aut bonum ſequitur, aut acceptum retinet, & conſeruat. Poſtremò in oblectatione, quæ eſt veluti acquieſcentia voluntatis in amatore ſibi congruente. Breuiter tota ſit cum ſuo amatore, tota per ἡγεμονικὸν in capite, & per θυμοειδὲς in corde, & per ἐπιθυμητικὸν in iecinore eſſe debet. Tacita autem eius ratio ſubditur ex amoris reciproco ortu. Nam philtra certiora & potentiora ſunt, dum amor amorem elicit. Sicut enim odium diſiungit, diſſoluit, ita amor coniungit & copulat. Siquidem amoris virtus eſt vltima & ſuprema ex multis vnum facere, & ex diuerſis idem, qui etſi igneæ ſit naturæ, non tamen aſcendit,

Amoris reciprocatio.

Honeſtus, pro pulchro

Amoris remedia.

*men aſcendit, ſed deſcendit.* ¶*Me miſeram.*} *Defenſoria eſt oratiuncula per conqueſtionem, qua fit vt ſe miſerã appellet. Propoſitio eſt. Phædria mihi parum credit. Confirmat modò ex diuerſitate ſui ingenij, quod cùm aliis ſcortillis non eſt commune: modò ex bonitate conſcientiæ per iuramentum quo aſſerit Phædriam eſſe chariſſimum, & nihil eſſe ſimulatum. Huius loci eſt illud Platonis.* ὃ δὲ δεινότατον ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὀμνύοντι μόνῳ ξυγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τὸν ὅρκον, ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον, οὔ φασιν εἶναι, οὕτω καὶ οἱ θεοὶ, καὶ οἱ ἄνθρωποι πᾶσαν ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι. ¶*Et quicquid.*} *Præoccupatio. Biduum rogaui, ſed propter abducendam puellam factum eſt.*

## IN ACTVS II. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΙΣ.

*Quemadmodum in Phædria eſt amantium ſtultorum pictura, ex qua perſpicitur, quàm ſint incõſtantes, quàm ſint curioſi, &* παντόλογοι, *quàm in ſeruos ſint imperioſi, quàm ſint zelotypi: Ita in Parmenone eſt ſerui obedientia, & officium, cùm hero ſuo cõſulat, ne ſit prodigus. Dona enim ſcortis data vana ſunt, neque quicquam promouent.*

¶*Fac ita.*} *Mandatoria eſt oratiũcula, pro imperio ſatis breuis, & modũ addit, cùm dicit diligẽter, & tẽpus, cùm maturè deducendũ eſſe Eunuchũ cum Aethiopica puella cupiat.* ¶*Vtinã.*} ἀντεισαγωγὴ *de dono inutili per ſeruũ introducta conceſſione, & grauiore incommodo, quippe ſui doni iactura facta diluitur, atque in ſeruo eſt iocus admodum liberalis in antitheſi.* ¶*Ne iſtuc.*} *Seruus ſua modeſtia non irridet herum, ſed placat.* ¶*Munus noſtrum.*} *Eſt aliud mandatũ priori connexum, ex interrogatione tamen ſerui natum, de commendatione muneris, & de æmulo expellendo. Mox per anthypophoram ſubiicit, cur hoc negotij ſeruo detur. Ipſe enim ruri erit.* ¶*Cenſen'.*} *Deliberatiua eſt, poſſitne ruri ab amica ſua abeſſe. Seruus negat, herus ait.* ¶*Horſum.*} *A difficultate. Nam vel ſola ſomnia te reuocabunt.* ¶*Opus faciam.*} *A facili & modo remedij, quia nolo eſſe otioſus, ſed laborabo, ſic vt defatigatus facilius dormiam, atque id prorſus eſt phyſicum, laſſos ſuauius dormire, ex ſomni natura & commoditate, ita vſque ingratus, id eſt, etiam nolens dormiat.* ¶*Vigilab.*} *Diluit à cauſa nõ ſatis efficaci, & difficultatẽ adauget, vtpote laſſitudo qualiſcunque non eſt ſomni cauſa, præſertim in amantibus. Eſt enim* πῦρ γυιοβόρον *&* ἀγρυπνοποιὸν, *nimirum ignis membra depaſcens, & vigiles, & cogitabundos reddens amatores.* ¶*Eiiciunda.*} *A decoro viri, cuius animus fortis, conſtans eſt, neque nimium ſibi indulgens.* ¶*Hui vniuerſum.*} εἰρωνεία *eſt. Eſt enim illi incredile amantem tam diu ſibi poſſe conſtare. Rectè Euripides cecinit:*

κύπρις γὰρ οὐ φορητὸς ἢν πολλὰ ῥυῇ.

¶*Dij boni.*} *Admiratio, ſit' ne amor morbus tam præpotẽs, cuius euenta cernuntur palàm, vt ex aptis inepti, vt ex conſtantibus molles, vt ex continentibus incontinentes reddantur. Et apud Plutarchum legitur de amore:* ὅθεν ἡ νόσος ψυχῆς, ὁ πληγεὶς δ' εἴσω τιτρώσκεται. *Atque medici morbum agnoſcunt, eiúſque remedia diligenter adnotant, à quibus Ouidiana conſilia, & remedia non abhorrent.* ¶*Sed quis hic.*} παρασκευῇ *fit ſequentis ſcenæ connexio, & virginis à milite donandæ faciem admiratur, atque de ſuo munere deſperat.*

## IN ACTVS III. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΙΣ.

*Gnatonicæ artis eſt enconomium.*

¶*Dij im.*} *Figurata eſt per per admirationẽ & exclamationem propoſitio, quæ ſimplex talis eſſet. Multũ homo homini præſtat.* ¶*Cõueni.*} *Confimat narratiũcula, quę hîc eſt* ὑποδιήγησις, *in qua eſt proſopographia hominis artis Gnathonicæ ignari, nunc ab affectatione, vt quia ordinis paraſitici erat: nunc ab habitu animi, vt non impurus, ſed prodigus erat, nunc à rebus geſtis, vt patrimonium concoxerat: nunc à cultu & habitu corporis, vt qui piger, ſqualidus, æger, & pannoſus erat: nunc ab ætate, vt qui annoſus erat. Eſt autem hîc calamitoſi & miſeri hominis* ὑποτύπωσις. ¶*Quid iſtuc ornati.*} διαλογισμὸς *eſt cum increpatione inſcitiæ, propter quam miſer eſt, qui omnia perdidit, quia ab amicis deſertus eſt,* troſtlos, freundlos. ¶*Hic ego.*} *Increpatio eſt propter ignauiam, cuius hîc eſt notatio ſubdita.* ¶*Videń'.*} *Altera eſt contentionis demonſtratiuæ pars, ab vtili. Nam à ſuo ipſius exemplo eius artis peritum fame non perire docet, ſed in ſumma inopia omnibus bonis affluere, ſummáq; eſſe in felicitate, cùm nihil deſit.* ¶*At ego infelix.*} *Præoccupando diluit, & ridiculus eſt qui ab aliis irridetur, cui additur ſtimulorum, vt Plautus ait, ſeges, perinde ac ſi diceret, his rebus, hoc eſt, plagis & illuſionibus nihil promouebis.* ¶*Olim.*} *A cõſuetudine, & antiquitate, qua paraſitica ars fuit quæſtuoſiſſima. Tempore autem Homeri paraſitũ fuiſſe non eſt obſcurum, quem* φίλον εἰλαπιναστὴν, *id eſt, amicum menſalem & conuiualem appellauit, cuius & apud Epicharmum mentio fit. Neque deſunt, quibus ab Alexide paraſitum prodiiſſe placet. Hîc enim duo paraſitorum genera præſcripſit, vnum commune ſeu gregarium, alterum* σεμνοπαράσιτον *& aulicum, & Satrapis, & ducibus conuenit. Vterque tamen eſt* κόλαξ. *Nam vtrique adulandi ſtudium præcipuum incumbit. Porrò Gnatho hic eius artis ſe eſſe primum authorem gloriatur. Diodorus Sinopæus lepidè & facetè reliquas artes à ſapientibus tantùm inuentas eſſe, ſed à Philo, (id eſt, amicabili & amicitiæ præſide) Ioue ipſam paraſiticam. Paraſiti autem vocabulum apud vetuſtiſſimos honeſtum fuit, et ſub hoc comites & ſodales pontificum, & magiſtratuum, vt in ſexto libro Athenæus obſeruauit, atque Solon eos, qui in Prytanæo publico victu recreabantur, authore Plutarcho, appellare ſolitus erat. Poſtea tamen, ſicut in aliis, propter abuſum verbi accidit & nõ parum degenerauit, & eum Terentius & plerique ſcriptores etiamnum capiunt, qui aliorum mẽſas & cibaria ſequitur, qui omnia ad nutum conuiuatoris ventris gratia dicit & facit. Quare iidem &* ἐπισίτιοι *nuncupantur, vt qui cibi gratia quibuſlibet inſeruiunt, & adulantur, magis tamen glorioſis hominibus. Itaque Cicero de amicitia: Aſſentatio, inquit, paraſitorum in Comœdiis nobis faceta non videretur, niſi eſſent milites glorioſi, & hîc Gnatho ſe ambitioſos, & glorioſos conſectari iuxta eius artis decorum gloriatur.*

*Paraſitorũ duo genera.*

*Epiſitij.*

¶*Eſt genus.*} *Attentiores fiunt, dũ ſumma & ſpecimen artis* ἐπιτόμως *præbetur. & eſt veluti Gnathonici artificij expoſitio, cuius quinq; ferè ſunt præcepta. Vnum eſt, vt arrogantibus adulentur. Nulla eſt, inquit Cicero de amicitia, peſtis maior, quàm adulatio. Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, támve deuium, quàm animus eius, qui ad alterius nõ mo-*

*Paraſitici artificij quinq; præcepta.*

*dò ſuaſum & voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum conuertitur? negat quis, nego: ait, aio: &c. Alterũ eſt, dum arrident aliorum ſuperbientium aut dictis, aut factis, non tamen ridiculi, cuiuſmodi ſunt ſcurræ: & contrà in rebus aduerſis flere ſolent, vt eſt in quodam epigrammate Græco, quo paraſitus non parum perſtringitur, & ab hac arte dehortatur.*

μὴ σύγ᾽ ἐσ᾽ ἀλλοτρίης ὤνθρωφ᾽ ζοιο υτραπέζας
 ψωμὸν ὀνείδιως γαστρὶ χαριζόμενος
ἄλλοτε μὲν κλέοντι, καὶ ἐσυγνωμένῳ ὄμμα
 συγκλαίων, κ᾽ ἄυθις συγγελόωντι γελῶν
οὔτε σύ γε κλαυθμοῖο κεχρημένος, οὔτε γέλωτος
 καὶ κλαίω μιλίῃ, καὶ γελόω μιλιῃ.

*Ait enim ſe paratũ, aut flere, aut ridere Miliæ, vxori ſuæ, & non paraſitari aliis propter buccellam vilem & parabilem. Nihil enim ſordidius & abiectius eſt, quàm vultum è vultu comparare. Sic omnis enim libertatis ſpes aufertur. Sicut alio quodam diſticho ſignificatur.*

ὦ γαστὴρ κυνομῦια, δι᾽ ἣν κόλακες παράσιτοὶ
 ζωμοῦ πωλοῦσι θεσμὸν ἐλευθερίης.

*Tertium eſt, dum aliorum vel dicta vel facta admirantur. Quartum, dum aliorum opera collaudant, ſed falsò. Quintum eſt, dum conſentiunt, & neutiquam refragantur, ſicut amatores veritatis decet. Viuunt enim aliena quadra paraſitantes, & Horatius paraſitos edaces nuncupauit. Breuiter totum artificium in adulando conſiſtit.* ¶ *Dum hæc lo.* } *Ab vtili per experientiam & euentum artem commendat & demonſtrat.* ¶ *Cupedinarij.* } *Congeries eſt adcurrẽtium & ad cœnam inuitantium, per narratiunculam.* ¶ *Vt ſibi.* } *Occaſio eſt cauſa vtilitatis & neceſſitatis, cur hanc artem condiſcere exoptauerat.* ¶ *Tanquam.* } *A ſectatoribus & ſimilitudine. Nãſicut ab Ariſtotele Ariſtotelici philoſophi, ita à paraſito paraſitici, & à Gnathone guloſo eius artis inſtauratore, Gnathonici nominantur. Alludit autem ad ſectarũ & familiarum inter philoſophantes conſuetudinem.* ¶ *Cibus.* } *Ad etymum alludit. Eſt enim* ἀπὸ τοῦ παρὰ & σίτος, *id eſt, cibus, propter quem, vt Parmenio Macedo in ſuo epigrammate vocat,* παρ᾽ ὀφρὺν ςῆναι *conſueuerunt, dum ad ſupercilium & nutum diuitum et potentum ſtant attentiſſimi, ſicut multos in aulis principum paraſitari & miniſtrare videmus.* ¶ *Plurima ſalute.* } Ἀπόδειξις *eſt artis Gnathonicæ per ſalutationem nimis affabilem, et paraſiticæ elegantiæ exemplum eſt.* ¶ *Quid agitur?* } σκωπτικὴ *eſt. Statuit enim nebulonẽ deludere, &* παρεξυντικὴ *cum mordacitate laceſſit, proritat, & exacerbat, præſertim per interrogationes illuſorias, vt quid agitur? Vides hic quod nolis? dono præſente irritatus aliquanto præſtantiori, vt nunquid aliud? vt, quid tibi videtur mancipium hoc?* δεικτικῶς *vrget riualis ſeruum. Siquidem præſens rei conſpectus plurimum mouet & laceſſit. Itaque penè inſultat cum illuſor dicat: quàm gratum munus arbitrare?* ¶ *Omnium rerum.* } *Fortuna non eſt perpetua, ſed admodum mutabilis, ſic Euripides de eadem canit:*

ὁ γὰρ θεὸς πάντ᾽ ἀναστρέφει πάλιν.

*Et Homerus:*

ξυνὸς ἐνυάλιος καί τοι κτανέοντα κατέκτα.

*Adhortatur autem ne ante victoriam triumphet.*

¶ *Sex ego.* } *Pollicitatio operæ eſt non ſine illuſione, quaſi triumphans. & quietis atque beatitudinis duæ ſunt cauſæ impulſiuæ.* ¶ *Detineo.* } *Facilitas adulatoria eſt, ſicut & petitio modeſtiſſima ſubiicitur, cum interrogatione admodum ſubmiſſa iuxta artificium.* ¶ *Etiam tu.* } *Ecce comminationem, cui antea omnem operam pollicitus eſt. Vrget autem abitionem. Ratio eſt ab indecoro, quia non es hîc relictus cuſtos.* ¶ *Pyræo.* } *Portu Athenienſium, in quo adoleſcentes excubias ad propellendos pyratas egerunt. Et eſt paraſceue, quæ affectum Chæreæ in futura ſcena exprimit.*

## IN ACTVS II. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Stultum eſt ſtudium amãtium. & verè hîc perſpicitur, vt Diogenes amorem otioſorum negotium dixerat. Hic enim affectus otio deditos occupat. Nam Chærea dum otio vacat, in rem negotioſiſſimam incidit. Quare Theophraſtus interrogatus: quid eſſet amor? reſpondit.* πάθος ψυχῆς σχολαζούσης.

*Amor, otioſorum negotium.*

2 *Pulchra amantibus videntur, quæ non ſunt, iuxta Theocritum.*

3 *Seruus eſt modò fidelis, modò malus conſultor.*

*Hæc ſcena in ſeruo quidem eſt* θεραπευτική, *aut* συμβουλευτική. *Afflicto enim medetur, & cõſulit. In Chærea autẽ* σχετλιαστική. *Eſt enim propter infauſtum amorem grauiſſima querela.* ¶ *Occidi.* } *Querelæ eſt propoſitio. perij, occidi, cuius confirmatio eſt à periculo. Nam virginem conſpectam perdiderat, atque illud exaggerat per interrogationem, in qua eſt elegans incrementum.* ¶ *Spes.* } *Volunt, nolunt, amantes ſperant, & timent.* ¶ *O faciem pulchram.* } *Ab occaſione, et cauſa, cur occiderat. Nam nimis formoſa eſt, atque per admirationem exclamat. Huius loci eſt illud Mimi. Formoſa facies eſt muta cõmendatio. Nam vt ſuccinum paleas, ita pulchritudo ad ſe amorem trahit. Eſt enim hæc veluti radius in oculos iuuenum incurrens, quem imaginatio recipit, fingit, refingit, componit, deuincit, & diſſoluit. Quid multis? Pulchritudo amorem conciliat, & facies eſt animi imago. Hic quoque pulchritudinem ſic collaudat, vt aliæ puellæ præ illa prorſus ſordeant.* ¶ *Neſcio.* } *Serui querimonia eſt de infortunio patris propter duos filios amatores. Chæreæ tamen magis timet, quem indicat eſſe veluti ſtupam, vtpote flammam ſubitò correptã. Id autem in naturæ calidioris hominibus accidere ſolet. Siquidem ſi ſanguis ſit tenuis, & ſpiritus rarus in leui materia concipitur adeo, vt tandem rabieſcant. Veriſsimè à Prodico dictum eſt:* ἐπιθυμίαν μὲν διπλασιασθεῖσαν ἔρωτα εἶναι, ἔρωτα δὲ διπλασιασθέντα μανίαν γίγνεσθαι. *Quare Theophraſto amor eſt* ἀλογίστου τινὸς ἐπιθυμίας ὑπερβολή, ταχεῖαν μὲν ἔχουσα τὴν πρόσοδον, βραδεῖαν δὲ τὴν ἀπόλυσιν. *Quod temperatis & ſanguineis magis propter materiã denſam & firmam quadrat. Cæterùm, vt in bilioſis cùm ſit tenuis & rara, leui motu flamma extinguitur, ita in atrabilariis eſt eadem denſa & ſicca, itaque amori tãquam igni magnus & diutinus eſt fomes.* ¶ *Vt illam.* } *Præoccupatione eſt* ἀρεία. *Grauius enim Archidemidi obuio, & remoranti imprecatur.* ¶ *Quid tu.* } *Triſtis eſt amator propter metum amiſſæ puellæ, hilaris eſt propter ſpem animo cõceptam.* ¶ *Ego neſcio.* } *A neceſſitate, quia mentis non eſt compos, quia extra ſe raptus eſt amator. Quare cauſam non reticet, cùm dicit, amo, & eſt enthymema.* ¶ *Nunc te Par.* } *A decoro, vt ſtet promiſſis, quæ hîc ſubduntur* μιμητικῶς *propter certitudinem per circunſtantias quaſdam, & poſtea iuramento illud ipſum approbat.* ¶ *Siue adeo di.* } αὐξητικῶς *dignitatem extollit, amplificando per contentionem demonſtratiuam virginum Atticarum*

*Pulchritudo amorem conciliat.*

*carum & peregrinæ puellæ. Eſt autem puellarum deſcriptio à forma, cùm ſint iunceæ, id eſt, inſtar iunci admodum graciles. Habitior verò forma athletis & pugilibus magis quadrabat, ſicut eorundem victum Galenus deſcribit, & aliquoties eiuſdem Hippocrates meminit. Quapropter* διαιτητικὴ *etiam contemperatione habitiores emaciat.* ¶ *Noua figura.* } *Altera pars contentionis vel collationis in demonſtratione viſæ puellæ, à figura faciei, à colore non fucato, non ceruſſato, à viuacitate corporis, à flore ætatis. Digna igitur res, cur tantopere laborem.* ¶ *Hanc tu.* } *A facili, cùm aſſequendæ puellæ modum ſignificet.* ¶ *Mea nihil.* } Ἀντισαγωγή. *Ita amor animos hominum dementat, vt nulla honeſtatis ſit ratio. Vnde eſt in quodam diſticho apud Græcos:*

οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλὰ κολάσεις
ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐσθ' ὁ ἔρως πρόφασις.

*Otioſa enim & intemperata, immoderata, & incaſtigata ingenia amore magis corripiuntur.* ¶ *Amiſti.* } *Ex interrogatione ſerui eſt occaſio* ἀποδιηγήσεως. *Hac enim veluti præoccupatione, vt ſit ab Archidemide remoratus, & vt puellā amiſerat, mirificè cōprobat. Porrò in hac narratione circunſtantiæ notandæ ſunt. Quis? Archidemides, cuius eſt notatio à cognatione, atq; æqualitate.* ¶ *Is dum ſequor.* } *Occaſio eſt remorandi inſperata. Itaque ſimile monſtri id eſſe putat.* ¶ *Continuò.* } *Qualis? ab inceſſu, forma, voce gemebunda. Hac ſanè* ὑποτυπώσει *odium remoratis ſenis per faſtidioſum adoleſcentem notatur.* ¶ *Scin' quid.* } *Quomodo remoratus eſt? dialogiſmo quodam explicatur, & cùm horam dicit, ad amantium ingeniū alluditur, quibus momentum eſt hora per hyperbolen. Adeò omnis mora iiſdem moleſta eſt. Siquidem dum ita fabulantur, puella euanuit, id quod huius narrationis præcipuum fuit conſilium.* ¶ *Deſine iam concla.* } *Idem quod Græcis* τετέλεσται. *quod & Euāgeliſta in Chriſti, cuius vita iam in cruce tranſacta, & finita erat, ſupplicio vſurparunt, &* ἀντιδιήγησις *ſubditur, tanquam futuri conſilij cauſa, ſed in hac eſt locus, cùm ad Thaidem deductam eam eſſe narrat, atque hîc eſt contentio in vtriuſque perſonæ collatione, tanquam* ἀποδείξει. *Nam in Thraſone eſt potentia & facultas donandi muneris, eſt affectatio quædam, quia miles, quia riualis. E diuerſo in Phædria eſt muneris nempe Eunuchi nimium deformis vilitas, cuius hîc eſt notatio vituperans à fortuna, quia emptitius: à forma, quia inhoneſtus, vel turpis, id eſt deformis, ſicut Virgilio eſt caput turpe, id eſt, deforme: ab ætate, quia vetulus: à voce, quia mollis & muliebris eſt, cuius rationem poſt Ariſtotelē Aphrodiſæus explicat. Sunt enim* ὀξύφωνοι, *ſicut viri* βαρύφωνοι, *& Plutarchus eius cauſam vt breuiter, ita obſcurè explicat, cùm ait:* τὸ λεπτὸν τοῦ πνεύματος. *Quid quòd & eurati plurimum ſunt deformiores? Nam quod in barbam tranſiret, in capronas abit. exemplo olim fuit celebris præſertim apud Gellium Phauorinus. Adhac Phædria eſt infelicior, propter duriores eius partes, propter donum ita vile, vt eiiciendum ſit. Atque hîc patet, vt riuales donis inter ſe certant, vt meretrices ſint inſatiabiles. Rectè Geta in Truculento Plauti dixit:*

*———Meretricem ego idem eſſe reor*
*Mare vt eſt: quod das, deuorat, nunquam abundat.*
*Des quantumuis, nuſquam apparet, neque datori, neque acceptrici.*

Inhoneſtus, pro Turpi. Eunuchorū vox.

¶ *Obſecro.* } *Obteſtatio cum epilogo.* ¶ *Vt mancipia.* } *Eſt hîc* παρασκευὴ *ad futurum conſilium ex Eunuchi ſecundiore fortunâ nata. atque hîc noui tumultus, & quaſi fabulæ nouæ occaſio, & origo eſt.* ¶ *Videbit.* } *Quinque commoda colligit, in quibus certi ſunt gradus atque lineæ. Initium enim amoris per viſum fieri Græci voluerūt. Plotinus enim* ἀπὸ τῆς ὁράσεως *Amorem Heroa vocari ſcribit. Platoni autem eſt* ἔρως ἀπὸ τοῦ εἰσρεῖν. *Nā extrinſecus per oculos influit. Itaque hominibus eſt* ἔρως *volatilis, diis* πτερὸς *pennatus. Hunc ſanè gradum ſequuntur alij tanquam euentus, vt confabulatio, conſuetudo, communis menſæ participatio, & denique ipſe concubitus.* ¶ *Quid ſi.* } *Prudēter conſilij author nolens volens per ſubmiſſam interrogationem proponit.* ¶ *Capias.* } *Confirmatio à facili, cùm modū demonſtrat, vt veſtitu Eunuchi eò per ſeruum ducatur. & præoccupatione dubium tollit, cùm dicit, te eſſe illum dicam.* ¶ *Tu illis.* } *Ab vtili & commoditatibus quinque, quas amoris lineas pleríque omnes appellant.* ¶ *Quandoquidem.* } *Tres adhuc ſunt facilitatis, ſeu* τοῦ δυνατοῦ *notæ. Vna eſt, quia es ignotus, altera eſt in forma, ſicut vltima in ætate. Conuenit igitur probè in vtrunque ſimilitudo.* ¶ *Dixti.* } *Perſuaſus, & quaſi voti ſui compos conſilium laudat, incœptúmq; petendo vrget,* παραθαρρυντικὴ *eſt, cùm Parmenonis adhuc ceſſantis animum intendit, & erigit. Propoſitio. age eamus.* ¶ *Iocabar.* } *Sunt tres* ἀνθυποφοραὶ *à ſeruo illudente & remorante ſubditæ. Prima eſt, cùm ſeruum eſſe expoſcat. Altera eſt, cùm non ſit* θερμὸν ἔργον, *id eſt, calidum, audax, & velox. Tertia eſt, quia non eſt inhoneſtum, duabus de cauſis. Priori quidem, quia ſcortum eſt, poſteriori autem ex talionis natura, licet decipientes meretrices decipere, contra Cretenſes cretiſare cupit. Adeò amantes nullo cōſilio, nullo periculo deterrentur. Rectè Menander hoc verſu dolet.*

Amoris quinq; gradus ſeu lineæ.

φεῦ φεῦ, βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.

¶ *In me.* } *hoc eſt,* περιμαχῶς, *me huius mali authorem eſſe iudicabunt. Cruces autem* κατὰ μετωνυμίαν *ſcorta nuncupat, quæ animos amatorum excruciant, alioqui honeſta vxor Chriſtianis tam felicitatis, quàm calamitatis ſocia eſt.* ¶ *Illud meritò.* } *A conſenſu & approbatione facti vrget, & à tuto cùm ſeruo planè nihil obeſſet.* ¶ *Iubeo.* } *A decoro. Serui enim iuſſa herilia exequuntur. Verùm hîc dolosè argumenta à cauto Parmenone vltro ſuppeditantur, & ominatio in principio faciundo ſubditur, vel gentilibus admodum familiaris.*

## IN ACTVS III. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Milites admodū glorioſi ſunt in Thraſonis perſona, dominatur enim* ἀλαζονεία, *arrogantia, faſtus, & id vitium quod ſibi plura permittit, quàm præſtare poſſit, & plerunq; vt Plautus in Menæchmis ait, ad cyathum.*

2 *Aſſentatores & palpatores à ſua ipſorum natura non deſciſcunt, maximè apud Thraſones, id eſt, eos, qui ſe primos eſſe volunt.*

*Oratio Thraſonis eſt* ἐπαγγελματικὴ *voce admodum iactabunda, verè Thraſonica, cùm mores glorioſorum militū ritè adumbrat. Et eiuſdem eſt argumenti miles glorioſus Plautinus. Verùm in Gnathone eſt adulatoria, quæ Græcis eſt* κολακευτικὴ, *cuius non tantùm hoc loci inſigne exemplum eſt, ſed & ſingularis experientia, quatuor capitibus, vt arriſione, admiratione, laudatione, & ſuffragatione vel affirmādo, vel negādo, abſoluta.* ¶ *Magnas agere.* } *Enalla-*

ge iſtiuſmodi Thraſonicæ iactura aptiſſima eſt, & ex dono Thaidi dato occaſionem gloriandi ſumit. ⸢Vrgentes.⸣ Laudat exaggerando, cùm dicit, abs te, amplificat laudando datorem eſſe videlicet ipſo munere gratiorem. Sed hîc eſt ridiculum à perſona Thraſonis per illuſionem, & additur αὔξησις in triumphandi verbo. ⸢Grata ſunt.⸣ Hîc fit gradus veluti ab hypotheſi ad theſin, qua fit narratio, per congeriem multorum facinorum ſatis glorioſam, & de more Gnatho in ſingulis paraſitatur. ⸢Vel rex.⸣ Primum eſt, vt gratia apud regem vel imperatorem valuerat. Eſt autem hîc eclipſis, deeſt enim gratias, iactantiæ militari conueniens. ⸢Labore.⸣ Laudatio eſt & mordax, & ridicula, vtique occulta, & obliqua, quæ fit eleuando dictum Thraſonis. Habere autem ſalem eſt παρεσιμακῶς eſſe ſapientem, vrbanum & iocoſum.

*Salem habere.*

⸢Rex ergo.⸣ Altera eſt cum eclipſi, deeſt enim hîc Ferebat, iuxta locutionē Latinam, & veluti prouerbialem. Sed ergo hîc additur, quaſi ex præcedentibus ratiocinando colligeretur. ⸢Geſtire.⸣ Laus eſt per adhortationem, ſed eludit. Siquidem hic geſtus militem vix decet. ⸢Omnem.⸣ Tertium eſt, quo Romanorum more, videtur fuiſſe legatus quaſi vicarius regius, cui & omnia conſilia credebat, non tantùm exercitum. ⸢Mirum.⸣ Nunc admiratione adulatur. ⸢Tum ſicubi.⸣ Quartum eſt, cùm apud me defatigatus requieuerat, & ἀποσιώπησις eſt iſtiuſmodi iactantiæ congrua. ⸢Scio.⸣ Suffragatione adulatur, ſed accedit ridiculum per amphibologiam ænigmatodem, atque eludendo iocatur. ⸢Tum me⸣ Quintum eſt, me ſolum de ſua menſa communicarat. Illi enim cum paucis interceſſit familiaritas. ⸢Elegantem⸣ Laudando & admirando adulatur.

⸢Inuidere⸣ Sextum in iſta expoſitione & vltimum eſt, de inuidia, quæ ex felicitate naſcitur, atque id duorum exemplorum ὑποδιηγήσει comprobat, eáque pro decoro Thraſoni breuiſſima, harum autem vna de Sratone, cuius eſt ab officio propter amplificationem notatio. Præfuerat enim elephantis Indicis, quorum vſus in bello erat, ſicut ex hiſtoria tum Alexandri magni contra Porum regem decertantis, tum Annibalis in Italica expeditione, tum Numidarum in Aphrica liquet. Hodie eorum loco ſunt ænea tormenta. Hic tamen quantumuis ſtrenuus obmutuit. ⸢Pulchrè⸣ Iterum laudat adulans, & admiratur, & repercutiendo iocatur. ⸢Quid illud⸣ Altera ὑποδιήγησις de Rhodio adoleſcentulo multo excellentior, quem irridentem ſolo dicto compeſcuit, eóque prouerbiali, quod eſt, tu irrides maximè irridendus, contemnis contemnendus, furti accuſas maximus alioqui fur, alium redarguis ipſe redarguendus. Siquidem non eſt vt lepus pulpamentum quærat, quo ipſe abundat, præſertim in lumbis & clunibus. His itaque competit, qui aliis illudunt, cùm ipſi omni illuſione digni ſint.

*Tute lepus es, & pulpamentum quæris.*

⸢Ha, ha, he⸣ Irridēdo eſt adulator, & dicti iſtiuſmodi admiratione atque laude, & obiter ad pulpamenti delicias alludit, cùm dicit, ſplendidè, lautè. ⸢Quid ille⸣ Eclipſis eſt, facit, laudat & admiratur, quaſi eſſet ἀπροσδόκητον. ⸢Sed heus tu.⸣ Conſultatio eſt num ſe de amore puellæ apud Thaidem expurget. Gnato diſſuadet, & eſt propoſitio. Non te purgabis, ſed auge ſuſpicionē. ⸢Scin'.⸣ Confirmatio eſt ab æquo & neceſſario, ſic enim vicem rependeres, maximè cùm te vrit, id eſt, angit & cruciat. ⸢Id ne fiat.⸣ A facili, cùm viam augendæ ſuſpicionis monſtrat, per quatuor effictionum formas. ⸢Siquidem.⸣ αὐθυποφορᾷ diluitur, & δυνατὸν oſtēdit per duo ſigna, quorum prius eſt, quia donum amat, ergo & donatorem: poſterius eſt, quia timet ne te aliò conferas. ⸢Bene dixti.⸣ Perſuaſus approbat, & ingenium Gnatonis laudat. ⸢Ridiculum.⸣ Gnato redit ad ſuum ingenium, & adulatur, laudans iuxtà cum admiratione.

## IN ACTVS III. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Blandimenta ſcortorum ſunt veluti venena, quæ fugienda eſſe & ipſe Salomon in prouerbiis vrget.

2 Scorta habent, ſicut Plautus ait, oculatas manus.

Verùm propter diſſimilium perſonarum concurſum variæ quoque ſunt orationum formæ, vtpote in Thaide eſt φιλικὴ, dum amicitiæ comparandæ ſtudet: in Thraſone ψεκτικὴ, dum riualis munera contemnit: in Gnathone eſt κολακευτικὴ, dum de more militi aſſentitur, & nonnihil importunus: in Parmenone propter munera Phædriæ ἐγκωμιαστικὴ, propter militem & σκωπτικὴ: pleræque tamen vix inchoatæ in ea concertatione, & turbarum epitaſi miro artificio dirumpuntur. ⸢Audire.⸣ Occaſio colloquij quæritur, & hîc eſt exordium, vel vt ſeruus appellat, principium captatæ per ſalutationem amicam beneuolentiæ, cui tamen Parmeno illudere videtur. ⸢Thais mea.⸣ E diuerſo amiciſſima eſt reſalutatio, amatoribus apta. Volunt enim grammatici oſculum eſſe tantùm officij ac pacis ſymbolum: Baſium in caſto & pudico amore, qualis inter coniuges eſſe conſueuit, ſicut in turpitudine, vel re turpi ſuauium.

*Oſculum. Baſium. Suauium.*

⸢Quàm venuſtè.⸣ Quia Thraſo ruſtica ſua beneficia iactitat, graui ironia à Parmenone accipitur. ⸢Plurima.⸣ Propoſitio eſt ad interrogationem militis, amo te, & ratio honeſtatis adnectitur. Sed per Gnathonē interrumpitur. Hic enim mox cœnandum eſſe colligit, quia à Thaide amatur. Et hoc loci ad γνάθον, id eſt, maxillam, vnde illi nomen inditum eſt, alluditur.

*Gnato.*

⸢Hem alterum.⸣ Ex Thraſonis iactantia, & ex intempeſtiua Gnathonis de cœna interpellatione alterum vtriuſque ſimillimum fingit. ⸢Adibo.⸣ Hic fit occaſio futuræ propter munera concertationis. ⸢Hodie itura.⸣ Tacitè ſuadet abeundum eſſe Parmenonem. Nam promiſſis ſtabit, ac ſi diceret, vnius diei operam Thraſoni dabo, reliquos verò dies vni conſeruabo Phædriæ. & rationē à periculo & neceſſario propter militem præſentem ſubijcit, ſed inuerſione duplici, quia tædet, quia adſunt dona, eáque Phædriæ, diluitur. Id tamen nonnihil commoto animo pronuntiandum eſt. ⸢Vt liceat.⸣ Inuidioſè dicit quaſi per eum accipere non liceat. ⸢Perpulchra.⸣ εἰρωνεία in primo contentionis congreſſu, & hic ſtatuitur propoſitio. Noſtra dona ſunt multò præſtantiora. ⸢Res indicabit.⸣ Idem quod Græci dicunt αὐτὸ δείξει, & munera in publicum producta laudat, & exornat iuxta heri ſui mandatum, velut Aethiopiſſam à loco remotiſſimo. ⸢Vix ſunt.⸣ Confutatur à vili pretio, nimirum 30. coronatorum. ⸢Vix.⸣ Suffragando adulatur ad ingenium reuerſus. ⸢Hem eunuchum.⸣ Laus eſt à facie, vt quæ liberum hominem decet: ab ætate, vt quæ integra eſt: à forma, vt qui honeſtus, ὁ καλὸς, id eſt, pulcher.

*Honeſtus pro pulchro*

⸢Quid tu.⸣ Communicatio eſt per interrogationem, & contentionem inſultans. ⸢Tacent ſatis.⸣ Iuriſconſultis regula eſt, Tacet, conſentire videtur. ⸢Fac periculum.⸣ Ab habitu animi, quia muſicus eſt, quia literatus eſt: & ab agilitate corporis, quia palaſtrita eſt. Nam his in artibus liberi homines inſtituebantur iuxta Ariſtotelis in Politicis conſilium. Plurimum

olim

olim γυμναστικὴ in puerorũ educatione requirebatur. ¶Ego illum.} Miles annihilat ſatis eleganter per ellipſin ex apoſiopeſi natam. Obſcœnitatẽ enim (qui huic poëtæ mos eſt) diſſimulat. ¶Atque hæc.} A modeſtia donantis amatoris contra iactantiã militarem, quæ hîc non obſcurè perſtringitur, & illuditur ex comparationis loco. ¶Pauperis.} Coniectura eſt ex illius modeſtia, eáque certior eſt, ſi quis ad glorioſum militem contulerit. ¶Nã hercle.} Adulatur ſuffragando & laudando dictũ Thraſonis. ¶Tace tu.} ἐλεγκτικὴ eſt oratiuncula, cuius propoſitio eſt, Tace. & confirmatur, & à decoro, quia ſordidiſſimus & contemptiſſimus es, & ab impulſione, quia tibi gratia illi adularis. Et eſt prouerbium cibũ petere è flãma, idem ſibi vult, quod vel maximo periculo quacunque de cauſa cibum quærere, quod niſi Gnathonicũ eſſe poteſt. Notat autem Gnathonis rectiſſimam aſſentationem, & Thraſonis ſordes atque auaritiã. ¶Iam me.} Thraſo contentionem nouam & rixas interrumpit. ¶Haud conuenit.} Illudit militi διασυρμῷ, per decorũ militare. ¶Domini ſimilis.} Simile gaudet ſimili, & eſt in ſcriptura, qualis rex, talis populus, qualis herus talis ſeruus, εἰκὸς tantùm & non τεκμήριον. ¶Ha ha he.} Arridendo paraſitatur, ſicut paulo pòſt admirando, propter Rhodij adoleſcentis hiſtoriã ſuprà dictam. ¶Pythias.} Commoda eſt per paraſceuen ſcenarum copulatio, & triplex conſilium proponitur. ¶Quicquid.} Decorum in feſtinatione abitionis & anxiæ ſollicitudinis de re familiari ſeruatur.

Cibum è flamma petere.

## IN ACTVS III. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Ruſticanus adoleſcens artis amatoriæ ignarus eſt.

2 Idem admodum ſuſpicax. Omnia enim dicta & facta Thaidis malè accipit, & ſiniſtrè interpretatur. Hîc quoque ruſticitatis & vrbanitatis eſt diſcrimẽ, atque in Chremete eſt adoleſcentis prorſus ἀνηθοποιήτου exemplum, vt cuius mores nondum ſunt formati.

3 Eſt quoque in familia obedientia & eius officium.

¶Profectò.} Propoſitio eſt in ſtatu coniecturali. Thais mihi ſuſpecta eſt, & malum mihi dabit. ¶Ita me.} Confirmatio. Nam ab ea fallor, atque in verbo eſt metaphora ab ædificijs ſumpta. ¶Roget quis.} Ratio eſt confirmationis quatuor coniecturis, quibus ſcortum in ſuſpicionem venit. & harum prima eſt ex ſubdola interrogatione de perſona, & conſuetudine cum puella, quam non nouerat. ¶Vbi veni.} Altera eſt ex ſimulato quodam ſacrificio, & ſerio negotio, atque in verbo manendi μείωσις eſſe videtur. ¶Ipſa accumbere.} Tertia eſt ex nimia vrbanitate & comitate, qua accubuit, qua ſe dedidit, qua occaſionem ſermonis quæſiuit. Quæritur autem cùm materia ſermonum deſideratur, atque id frigere eſt hîc ceſſare, & nihil loqui. & hîc dolus malus eſt. Nam bonus pro ſolertia ingenij capitur, vt eſt apud Gellium & iuriſconſultos, atque hîc eſt Ethopœia. ¶Quàm pridem.} Quarta eſt ex interrogationis formis, videlicet de parentum morte, de prædijs & fundis, de ſorore amiſſa. Ita vndicunque ſermonis copia captatur. Sunium eſſe Atticæ promontorium & ſuprà obſeruauimus, quod & à Pauſania, à Plinio et Strabone in 9. deſcribitur. ¶Soror.} Ratiocinatur illam non poſſe eſſe ſororem ex ætate & ſtatura, atque magnitudine: & ſubinde petulantiam, & παῤῥησίαν ſcortorum notat. ¶Miſit.} Dictum eſt omnino inciuilis, & ruſtici hominis. ¶O capitulum.} Salutatio eſt admodum affabilis, ſexuíque huic aptiſſima, atque tres rationes à Thaide dictas religioſè obſeruat, aut redeat, aut maneat, aut ad Thaidem deducatur.

Frigere.

## IN ACTVS III. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Iuuenilia ſymbola quædam amicitiam ſibi conciliant.

2 Conſuetudo hîc veterum ſymbolorum, in qua erat præfectus, modiperator, συμποσίαρχος, nimirum conuiuij præſes, cui in eodem principatus obtigit, ita vt ſit iſtius magiſter. Veteribus enim vſitatiſſimæ erãt συμποσιαρχίαι veluti conuiuiorum magiſteria. Deinde annuli dabantur in coitionis, id eſt, conſenſus atque pacti teſtimonium. Poſtremò loci & temporis conſtitutio requirebatur. Symbolum enim hæc vniuerſa complectitur. Nam idem & Græcis eſt pactum, conuentio conſociationis, & annulus. Quare datorum annulorum mentione intelligi videtur pactũ iuxta eiuſmodi conuiuiorum ritus atque ceremonias. Notatur quoque ſportularium conuiuium. Vnuſquiſque enim ſuam συμβολὴν, id eſt, ſtipem conferebat. ¶Heri.} Hoc prologuiũ inſinuatio perſonæ eſt, cui Chærea narraturus ſit, quid ſibi contigerit, & hîc dialogiſmus dubitantis & ſolliciti exprimitur, atque eſt ὑποδιήγησις facti, quod obiter vſu venit. Siquidem Antipho prodit, vt ſit perſona, cui Chærea ſuas res geſtas narret: præſertim tamen cauſas duas, cur Chæream quærat, ſedulò exponit. Priorem quidem, quòd iuxta pactum ſympoſiarchus loco deſignato nihil apparauerat. Poſteriorem verò, quòd à reliquis conuiuis id negotij datum erat. ¶Quiſnã.} Ex improuiſo Chærea obuius fit, in habitu eunuchi, itaque frequentiſſima eſt interrogatio propter ἀπροσδόκητον.

Symbolorũ conſuetudo

## IN ACTVS III. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Adoleſcentes calore iuuenili, & voluptatum illecebris adducti, mirè vel ipſa turpitudine ſibi placent & geſtiunt.

2 Offendicula in picturis, & alijs rebus quibuſlibet, tollenda ſunt.

Eſt autem tota ſcena ἐπαγγελματική. Narrat enim ſuam voluptatem, cuius iam compos factus eſt. atque hæc narratio eſt vnius membri, & penè perfecta. Eſt enim hîc modus, occaſio, tempus, locus, res geſta, & cauſa. Itaque dum exponit quem ludum luſerit in domo Thaidis, prima huius ſcenæ verba, vultum, & geſtum exanimati indicant. Circunſpicit enim ne quis comprehenſor occurrat. ¶Num quis hic eſt.} Exeuntis eſt ἀπόκρισις, id eſt, ea reſponſio, quæ & interrogationem ſubijcit, per ἐπιβολὴν, cùm ſemper vnam dictionem in fine repetat: atque hîc ὑποτύπωσις eius, nimia geſtientis lætitia perſpicitur. Cùm verò nemo homo dicitur, pleonaſmus, ſed Latinis auribus gratiſſimus. Erũpere autẽ eſt hic quaſi actiuum, alioqui neutrum. ¶Prò.} Exordium eſt ab euentu, & re ipſa magis παθητικὸν, quàm ἠθικόν. Interfici nihil eſſe præ illa voluptate indicat, modò ea in vita ſit perpetua. Tanta eſt adoleſcentis amatoris temeritas. ¶Curioſus.} πολυπράγμων, qui expiſcari omnia contendit, vbique ſeſe ingerens præter officij decorum, eiúſque nota-

Nemo homo. Erumpere. Curioſus.

*tio egregia ſubiecta eſt. Moleſtiam ſanè animi declarat, quod deſit, qui cum gaudia ſua communicet. [Quid eſt.] In hac frequenti interrogatione propter affectuum varietatem elegans eſt repetitio. [O feſtus.] Exclamatio eſt præ nimia lætitia. [Te obſecro.] Docilitatis eſt & ἀξίωσις. Hîc Horatij conſilium liquet, vt res obſcœna ob oculos non ſit ponenda, ſed tantùm narranda. [Noſtin'.] Narratio eſt veluti πρότασις nouæ comœdiæ, & propter amplificationem διασκευή. In hac primum eſt perſona puellæ, cui vitium illatum eſt, & cuius voluptate fruebatur. Eò enim narratio ſpectat, à conditione, quia ſerua Thaidis, quam amat Phædria, eſt, à ſexu & affectatione, quia virgo, & à forma inſigni. Itaque hanc amare cœpit. Sunt enim hæc tria ſuperiora amatorum illectamenta. Exponuntur autem, vt vbique narratio ſit veriſimilis. [Forte fortuna.] Modus eſt de permutata veſte cum eunucho, & vt pro eo illuc deductus ſit Parmenonis conſilio & auxilio. [Viderem.] Hæc amantibus ſuauiſsima ſunt, & iterum ad amoris lineas recurrit. [Edicit.] Hîc quoque patet eunuchorum ratio, vt ſint virginum, adeóque gynecæi cuſtodes, etiamnum Turcis familiares, de quibus in farragine noſtrarum adnotationum plura. [In interiore.] Occaſio prima eſt, quia ſolus cum ſola fuit, & in interiore ædium parte. Neque temere hîc ſolitudinem occaſionis cauſam deſcribit. [Nouitiæ.] Iſtius rei familiaris non ſatis expertæ. Statim igitur falli poſſunt. [Suſpectans.] Altera occaſio eſt ex pictura qua percitus erat ad ſimile facinus patrandum adoleſcens, & hîc ſuo affectu per circunſtantias amplificat, vt ſuum flagitium ſit fauorabilius, vel Dei Opt. Maxim. exemplo & admirando, tum metamorphoſeos, cùm ſeſe in aureum imbrem transformarat, tum doli, cùm Danaen per hunc immiſſum vitiarat, tum modi, cùm per tegulas veniens clanculum per impluuium puellam fefellerat, in Ioue tantum ſtudium amplificat, vt ſui voti compos fieret, vel ipſe περιπλέγμενος, cur non homuncio idem & tantum ſtuderet? Eſt autem amplificatio à comparatis. Fabula autem eſt apud Ouid. in 4. met. apud Horatium Oda 16. lib. 3. Mythologiam Palæphatus habet.*

Impluuiū.

*Verùm impluuium eſt pleriſque inter quos & Aſconius, locus ſine tecto in ædibus, quo impluere imber in has poſſet. Alijs verò eſt locus in media domo relictus vt supernè lucē afferat. Conſule & Varronem.*

Templum.

*Sic & templum priſci Latini in cœlo dixerunt. quod augures ad captanda auguria lituo deſignabant, à quo donec auis ingrederetur, nuſquam aciem detorquebant, cuius & Cicero in primo de diuinatione, & Liuius in 1. meminerunt. Alluditur & hîc ad veterum conſuetudinem, qua imagines cubiculares retinebant. harum autem aliæ erant vtiles, aliæ inutiles, pro cuiuſque commodo & ratione, de quibus plura in noſtra farragine adnotationum obſeruauimus. [Accerſitur.] Tertia eſt occaſio, qua lotam & iacentem vel ſolam in lecto viderat, atque mirabilis hîc eſt breuitas. [Venit.] Quarta eſt occaſio, quòd iuſſus ſit illi ventulum facere, & eſt ἀστεϊσμός. [Vix elocuta.] Tempus & locus hîc notantur. Et hîc neutrum eſt pro actiuo per ἑτέρωσιν. [Quid tum.] Factum eſt, quod ſumma verecundia ſignificatur. Non decet poëtas adeò eſſe laſciuos, etiamſi id optimè Plinio iuniori placeret. [An ego.] Cauſa eſt ex ipſa occaſione data, ne eſſet verus eunuchus, qui tãtùm antea aſſimulabatur. [Sanè hercle.] Deliberatio eſt de mutanda veſte, & de ſymbolis.*

## IN *ACTVS* IIII. *SCENAM* I.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Zelotypi temeritas & importunitas ſatis militaris.*

2 *Mulierum meticuloſarum cautio eſt admodum digna.*

*Tota eſt ἐξηγητική, omnino coniecturalis. Narrat enim quid in domo Thraſonis agatur. Eſtq; hîc ſeminarium & iræ Thraſonis in Thaidem; & hic apertam videbis per decorum œconomiam. Nam vt ſuprà, ita & hîc Thraſo ſuis coloribus depingitur. Breuiter hic exponit à cœna res geſtas. [Ita me dij.] Propoſitio. Timeo militem, ne quas turbas daret, cui propter aſſeuerationem & obteſtatio & certa coniectura additur. [Nam poſtquam.] Confirmatio eſt per ὑποδιήγησιν, in qua argumenta coniecturalia, cur ſibi timeat, exponuntur. Inter hæc autem illud eſt præcipuum. Nam Thais cum milite contendit. Cauſa eſt, quia miles Chremetem, quem putabat eſſe æmulum, ægrè admiſit. [Id faciebat.] αἰτιολογία & occaſio petitionis. Volebat enim cum Chremete quædam de ſorore indicare. Altera eſt coniectura, quia confabulabantur familiariter. & eſt eclipſis verbi habebat. [Miles.] Impulſio eſt ex ipſa æmulatione. [Heus puer.] Modus eſt iuxta Gnathonis conſilium, quod fuit ſcena prima actus tertij expoſitum. [Minimè gentium.] Ecliptica eſt oratio, & ſubauditur accerſere licet, & decorum cauſatur. Iſtiuſmodi enim conuiuijs non decet honeſtas puellas intereſſe. quid, quòd neque ſemper mulieres accedebant? ſed conuiuia erant tantùm quibuſdam virilia, itaque ἀνδρῶνας nominabant. [Interea.] Alia eſt coniectura ex auro ablato, & militis ſubductione. Itaque non parum miſera mihi timeo.*

## IN *ACTVS* IIII. *SCENAM* II.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Intemperantis amoris hic eſt effiguratio. Sunt enim ferè amatores moræ impatientes.*

2 *Amantium animus non eſt præſens, ſed abſens adeſt. Sicut paraſitorum animus eſt in patina, ita amantium in Thaide. Porrò hic narratio eſt ſecum deliberantis num redeat. Conſtituit autē ſecum ruri nō diutius manere. Eſt autem narratio, cum non omnia eiuſdem elementa adſint imperfecta, & ſimplex propter negotij ſimplicitatem, ſicut ex affectu ὡς διαλεγομένη, atque denique ordinis eſt naturalis. [Dum rus eo.] Occaſio, & tempus. [Moleſtiæ.] Cauſa διαλέξεως eſt animi perturbatio. [Præterij.] Modus, per imprudētiam eſt. [Hem biduum.] Cauſæ ſunt ipſius moleſtiæ, & reditus, tum à tempore, quia biduum eſt tempus longius: tum à conditione duriori, quia ſoli ſine illa manendum eſt. & γνώμην amatoribus aptam adnectit, cùm aſſerit eſſe aliquid, etiamſi quis extrema linea, hoc eſt, viſu tantùm amaret.*

Extrema linea.

*[Quid tum poſtea.] Secum ratiocinando ἀνθυποφορὰν diluit, atque eiuſmodi formulæ interrogationum tam abruptæ ratiocinantibus maximè cõueniunt. [Villam.] Factum eſt, & ex compoſito, cui παρασκευὴ de more coniungitur, quæ & nonnihil narrationē deliberantis interrũpere videtur.*

## IN *ACTVS* IIII. *SCENAM* III.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Mulierum ira vindictæ admodum cupida.*

2 Mulieres imprudentes ſicut & viri, poſt factum ſapiunt.

Oratio autem eſt partim in ſtatu coniecturali ἀπολογικῷ, cum ſignis veluti cauſis author ſtupri Chærea & ipſe puellæ raptus demonſtratur. & hac ſcena mutata verborum facie, idem narratur, quod ſuprà Chærea deprædicauit. ¶Vbi ego.} Conqueſtio eſt muliebris ex abrupto propter πάθος, & propter indignationem αὔξησις dominatur, cùm ſceleroſum, cùm ſcelus per antinomaſiam vocat. Hæc autem narratiuncula, cum factum, quod in audaci facinore intelligitur, admodum verecũda eſt, & propter indignationem breuiſſima. Nam capita tantùm patratorum facinorum cõtinet. ¶Quin etiam.} Factum per conſequentia ſigna exaggerat. Eſt enim vis in veſtis diſciſſione, & contumelia in capilli diſciſſione, & fraus in ludificatione. ¶Qui nunc.} Vindicatio eſt mulierum, quibus ſunt arma dentes & vngues. & hic τὸ πρέπον ſeruatur, atque dum veneficum pro ſtupratore accipit, eſt ἀκυρολογία. ¶Abi hinc.} Naſcitur ex illa oratio ἐλεγκτική, increpatoria, cuius propoſitio. Apage cum tuis donis. cùm lepida addit, eſt εἰρωνεία. ¶Eunuchum.} Narratiuncula confirmat, in qua duæ tantùm ſunt circunſtantiæ, quis? videlicet eunuchus, & factum, nempe vitiũ puellæ illatum. ¶Temulenta.} Inficiatio eſt. Negat enim Phædria eunuchum vitiaſſe ab impoſſibili, ex eunuchorum natura. ¶Ego illum.} Comprobat vitium per ſigna, præſens quidem eſt, cùm res ipſa loquitur, atque ab rei euidentia vitiũ non eſt obſcurum. Conſequentia verò ſunt ex lachrymis, ex diſſimulatione puellæ, & ex fuga. ¶Etiam hoc.} Exaggerat ſuſpicionem per furtum. ¶Ignauus.} μείωσις eſt in inficiatione, quia ignauus eſt, longius abire nequit. ¶At pol.} εὐνοῦχοι ſunt Hippocrati euirati, cuiuſmodi ſunt ſpadones, thlibiæ & thladiæ impotentes virilitatem declarare nequeunt, quos Græci deſcribunt ἄνδρας οὐχ οἵους τε λαγνεύειν & alibi ἀνανδριεῖς appellantur, quod muliebria tractent, quòd muliebri voce loquantur. ¶Nam illum.} Expurgat ſe per imprudentiam. Sciebat quidem eunuchos tales eſſe, ſed ſibi & puellæ non ſatis prudẽter cauit. Hic verum eſt quod dicitur, ſapientia poſt factum. Item, ictus ſapit.

Eunuchi. Thlibiæ. Thladiæ.

## IN ACTVS IIII. SCENAM IIII.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Peccata non ſunt diſſimulanda, ſed caſtiganda.

2 Mulieres ſunt formarum in adoleſcentulis diligentiſſimæ ſpectatrices.

3 Camerina non eſt mouenda, vt eſt in prouerbio.

Verſatur autem in ſtatu coniecturali generis iudicialis. ¶Exi foras.} ἐπιπληκτική increpatoria eſt. Perſuaſus enim Phædria eunuchum redarguit, tanquam ſtupratorem, & ſex ſignorum congerie eundem eſſe conſtanter profitetur. ¶Reſtitas.} Primum eſt, cùm conſternatus animo non progreditur, tanquam ſibi malè cõſcius, eùmque fugitiuum & malè conciliatum appellat. Ille quidem inter morbos & vitia mancipiorum, de quibus certiores reddebantur emptores, numerabatur, veluti qui extra domum, cancellóſue fugiſſet, authore Vlpiano, & Cic. in 3. officiorum. Hic verum conciliatio emptus eſt. Nam omnis contentio conciliatio dicitur, vt Vlpianus teſtis eſt. ¶Illud vide.} Alterum eſt ex oris figura diſtorta, quæ impudentiæ poteſt eſſe nota. ¶Quid hac.} Tertium eſt ex reditu. Reuerſus enim eſt ad herum ſuum, veluti aliquid apud Thaidem patraſſet. ¶Quid veſtis.} Quartum ex mutata veſte, quæ authorem indicat. ¶Quid narras.} Quintum eſt ex ſilentio, quaſi tacita quadam approbatione. ¶Paululum.} Geſtum irati apertè exprimit. Solemus enim tum per apoſtrophen ad alios verba conuertere, & hic eſt ſextum ſignũ ex fuga adornata. ¶Habes ne hom.} Hactenus eunuchus ſtupri accuſatus, & caſtigatus eſt. ¶Hunc oculis.} Eſt ἀπαρνητική negatoria. Negat enim Dorum fuiſſe ſtupratorem. Confirmat quoque ex rei euidentia, cùm nulla ex nobis eum viderit, & figurata eſt propoſitio per interrogationẽ, quis hic eſt homo? ¶An tu.} ἀντισυλλογισμῷ Phædriæ μυκτηρισμὸν diluit. ¶Ne cõparand.} à diſſimilitudine perſonarum per vtriuſque proſopographiam in contentione demõſtratiua probat. Hic enim ad ſtupratorem nullus eſt, teſtatur facies pulchra & libero homine digna. ¶Ita viſus.} ἀνθυποφορά eſt, ita ex mutata veſte ſordidus videbatur. Huius loci eſt illud: Veſtis virum facit, & Homerus ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει ἐσθλή. Et huc quadrat in eccleſiaſtico. Amictus, riſus, & inceſſus hominis ingenia produnt. ¶Tace obſecro.} Diluit iſtam & χλευασμῷ & diſſimilitudine perſonarum, præſertim ab ætate, & habitu corporis: & hic deformis eunuchi εἰκὼν deſcribitur. Vietus eſt languidus, mollis, quaſi ſine vi dicitur, iuxta Feſtum & Nonium. Ita veternoſus ſtupidus eſt, ſopore, aut ληθάργῳ obrutus. Muſtelæ autem color in ventre nonnihil liuidus eſt, qualis in eunuchis & hydropicis cernitur, bleichgeel. ¶Veniſtin'.} Vult enim ex circunſtantiis Chæream eſſe colligere. & ipſo geſtu intelligimus eunuchum negaſſe, videlicet ex ſilentio tanquam tacito conſenſu. ¶At ille.} Ex ſignis teſtatur Chæream eſſe ſtupratorem, tam ab ætate, quàm à ſeruo, qui adduxit. ¶Monſtrum.} Eſt λογικὸν homini proprium, & per frequẽtem interrogationem atque circunſtantias ſtuprator ne ſit Chærea expiſcari cupit, atque in Doro eſt authoris declaratio. ¶Iam ſatis.} Concludit per chleuaſmum. Malè enim habet illam, quòd antea temulenta dicta ſit. ¶Age nunc.} Inficiationem parat, & perſuaſione, ne Chærea ſtuprator eſſe videatur. ¶Quid iſti.} Ab rei euidentia non eſt, quòd illi credam, αὐτὸ δείξει. ¶Concede.} σχῆμα eſt, vt veritatem eliciat. ¶O Iuppiter.} Exclamatio ex affectu iracundiæ nata. ¶Væ mihi.} Clauſula eſt per chleuaſmum. ¶Heus tu.} Iterum inficiari cupit, & iubet ne illa credat, atque in exculpendo eſt metaphora, & huic loco apta, pro extorquere poſitum eſt. ¶Itaque curat.} Rurſum, id eſt, e diuerſo negare, atque inconſtantia eſt parœmia, cùm dicitur, modò ait, modò negat. ¶Alio pacto.} Secum deliberat, & obmurmurat iratus, cùm propter facinus fratris, tum propter nebulonis ludificationem. ¶Parmeno.} Aſſeuerandi formula eſt, & in ſeruum comminatio quædam muliebris. ¶Sed nunc.} Deliberatiua eſt, Sít ne vitium promulgandum. Sed Dorias diſſuadet ab honeſto, per ſapientiæ rationem & officium: à facili, per diſſimulationem, quæ in enantioſi prouerbiali ſignificatur, quod ſcis, neſcis: & ab vtili, propter duo commoda, prius eſt, vt pacatius viuas, poſterius eſt, vt gratum Chæreæ facias. ¶Id modò.} Facilitatis nota eſt per modum agendi commonſtratum. ¶Videon'.} En quanto ſtudio & religione in quolibet actu ſcenas paraſceue ſibi proximas coniungit.

Conciliatus. Conciliatio. Veſtis virũ facit. Vietus. Veternoſus. Muſtelinus color. Exculpere. Rurſum.

## IN ACTVS IIII. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΙΣ.

Ebrietas.

*Rectè D. Auguſtinus ait. Ebrietas aufert memoriam, diſsipat ſenſum, confundit intellectum, incitat libidinem, omnia membra debilitat, vitámque exterminat. Et ſic Menander:*

ὁ πολὺς ἄκρατος, ὀλίγ' ἀναγκάζει φρονεῖν.

*Nimirum deſipientiæ cauſa eſt merum copioſius epotum. Et hîc verum illud Aeſchyli:*

Κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐς', οἶνος δὲ νοῦ.

*Vtrinque imago mentis repræſentatur. Hîc autem temulenti hominis ruſtici ſtulta loquentis* ὑποτύπωσις. *atque Pytagoras non malè ebrietatem* μανίας μελέτην *eſſe dixit. Eſt enim inſaniæ cuiſdam meditatio, repræſentatio, & exercitium. ¶Data ſunt.} Eſt ebrietas malum* ἑκούσιον *&* αὐτόματον. *¶Vicit vinum.} Ebrietatis cauſa eſt hîc vini ingurgitatio,* ἀκρασία *aliâs eſt, &* γαστριμαργία, *&* ὀψοφαγία *voracitas & liguritio. ¶Poſtquam ſur.} In ipſa ſeſſione non eſt tantus motus, quo fumoſi ſpiritus ex vino in caput exhalarent, qui & in cauſa ſunt cur nerui ſtupeant, & extremæ partes tremant. ¶Quanto formoſior.} Ebrij cæcutiunt propter fumos, in oculorum neruos aſpirantes, ſpiritúmque viſualem interturbantes. Et Theognis ſic cecinit:* ὅταν μεθύω τὸ πρὶν ἐὼν σώφρων τότε νήπιος. *¶Hilarior.} Mitigat ebrietatem, quæ cùm erat perfecta, vt Ariſtoteles appellat, imperfectam nominat hilaritatis vocabulo, & Germanis ſic dicitur.* Er iſt frolich, vnſer herr hat ein rauſch. *¶Verbum hercle.} Ebrius ſibi ſapere videtur. Imaginatio enim à fumis confunditur.* Γνώμη *autem hæc eſt phyſica, & in ſingulis vocabulis* μετωνυμία. *Venus enim pro libidine, Bacchus pro vino, & Ceres pro cibo ponitur. Idē ſibi vult quod vulgus theologorum dicere conſueuit. Abſtinentia carnales refrenat motus, & ſic Euripides:*

ἐν πλησμονῇ τοι κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ.

*Eſt quoque tenuis dieta amoris, præſens apud medicos & Ouidium remedium, & Germanis eſt:* vvann der bauch vol iſt, ſo gehet der eſel tantzen. *¶Sed Thais.} Lingua deficit. Abrupta enim &* ἄσοχα *garrit. ¶Aetatem.} Vel ſeculum, eſt hyperbole ebrijs propter ſenſuum perturbationem non inepta. Ecquis hîc non videt vt ebrij ſunt futiles, obliuioſi, vtique ſe cuncta ſcire ſimulant, ſicut eſt apud Menandrum.*

χαλεπὸν ὅταν τις ὢν πίνῃ πλέων λαλῇ
μηδὲν κατιδὼν, ἀλλὰ προσποιούμενος.

*¶Sed eccam.} De more fit paraſceue ſcenarum copulatio.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM VI.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Magna eſt meretricis confidentia ad grauius facinus patrandum.*

2 *Aſtutæ ſunt meretrices in captando fauore, dum periclitantur. Eſt autem in genere deliberatiuo. Nam exhortatur Thaïs Chremetem, vt ſibi cōtra Thraſonem adſit. atque hæc propoſitio hîc ſtatuenda eſt propter* πάθος *diſſimulata. ¶Credo equidē.} Confirmatio eſt à neceſsitate. Thraſo enim puellam abducturus aduentat. ¶Qui ſi.} Comminatio eſt admodum in meretricibus decora. & hîc ſunt arma, vtpote lingua & vngues. ¶Vſqueadeo.} Comminando pergit, & Thraſonem annihilat, vt cuius verba tantùm ſunt magnifica, videlicet Thraſonica, militaria, & nimis iactabunda, vel ad cyathum. ¶Verùm enim.} Hîc enim* πλεονάζει. *Eſt autem verba ad rem conferre idem, quod vulgo dicunt, in praxin deducere, id eſt, declarare quod dictum eſt, nempe vt ex verbis fiant verbera. ¶O mi Chreme.} Per appellationem amicam eſt beneuolentiæ occulta captatio. & argumentum à ſpe eſt, quia te expectabam. ¶Scin' turbam.} A cauſa. Nam tu huius turbæ author es, igitur te adeſſe oportet. ¶Quia dum.} Narratiuncula comprobat Chremetē eſſe authorem turbæ, nimirum propter ſororem, quam Thraſo diripere conabatur. ¶Educta ita.} Donū collaudat tam ex cognatione, quia ſoror Chremetis eſt, quàm ex educatione, ſed hîc* μυκτηρισμὸς *eſt. Ruſticus enim Chremes erat, ruſtica igitur videtur fuiſſe educatio. ¶Hanc tibi.} Beneficijs conciliat, & allicit, vt adſit contra Thraſonem, tum pro ſorore bene educata, tū pro dono ſingulari. ¶At enim caue.} A præſenti periculo. Vide ne amittas ciſtellam cum monumentis* die theſe mit den inſtrumenten. *Riſcus autem eſt Donato ciſta pelle contecta, ſed ſententia Seruij & Nonij veriſimilior eſſe apparet, cùm parua in pariete ſit feneſtra ad rerum repoſitionem plerunque relicta. ¶At at.} A decoro & neceſsitate, vir eſto non ita formidoloſus. Nunc enim neceſsitas, durum vt dicitur, telum vrget. ¶Nemo.}* λειτότη, *hoc eſt, ſum fortiſsimus. ¶Immo hoc cogita.} A facili. Hoſtis enim tantus non eſt, vt eum timeas, à conditione, quia peregrinus eſt, à fortuna, quia impotentior & magis ignotus, atque amicorum expers. ¶Sed tu quod.} Illuſtris eſt ſententia de prudentiæ officio, & eadem apud Stobæum ſic adnotata eſt,* σωφρονέστερον δὲ εἶναι τὸ μετὰ τὸ παθεῖν ἐγκαλεῖν, τὸ πρὶν παθεῖν φυλάξασθαι τὸ μὴ παθεῖν, *& huius loci eſt illud Menandri.*

Enim abundat.

Verba ad rem conferre.

Riſcus.

βέλτερος ἀλκήεντος, ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.

*Voluit enim multo præſtantiorem eſſe ſapientem, cui Plato ferè & prudentem coniungit, robuſto Thraſone. Quid quòd & prudētis ſit aut proſpicere, ne quid damni accipiatur, aut certè non malum rependere? Sic Euripides cecinit, eúmque magis laudat, qui criminanti non recriminatur, cuius ſunt verſus:*

δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου
μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις σοφώτερος.

*Eſt autem oratiuncula ſuaſoria. Vult enim vt Thaïs ſeſe obdat ædéſque occludat, donec aduocatus aliquis adſit. Ratio eſt ex ſententia non contemnenda, & à modo & cauſa.*
*¶Hoc dic modò.} Ab æquo & bono, & eſt* πάθος *à ſexu, & ſtatura. ¶Adſunt.} Monumenta, quæ & tabulæ dicuntur, hodie apud iuriſconſultos inſtrumenta, quorum vſus hîc ſubijcitur. ¶Attolle pallium.} Ridiculus eſt patronus, & defenſor iam adeò temulētus, vt pallium attollere nequeat. Fit autem ad Græcos palliatos alluſio.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM VII.

### ANNOTATIONES.

### ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ.

1 *Hîc eſt Thraſo non tantùm verbis, ſed & re ipſa vanus oſtentator.*

2 *Gnatho & in periculo ſemper ſui ſimilis eſt.*

3 *Thaidis meretricis vehementia & pertinacia pluſquàm virilis.*

*Hic quoque eſt oratio miſta. in principio exhortatoria eſt, in qua cōſilium de ædium Thaidis oppugnatione intenditur,*

*ditur, ſed ex verbis Thraſonis Gnathonē diſſuaſiſſe pugnā apparet.* ¶ *Hanccine.* § *Confirmationis pars præcedit propter* πάθος *inſignius à decoro. Nam haud pœnitenda iniuria affectus ſum, igitur vindicabo. Eſt autem* αὔξησις *militaris, cùm inſignem & non obliuioni dandam ait, cùm mori mauult.* ¶ *Simalio.* § *Decorum eſt in militum nominibus,* ὁ σιμαλίων ἀπὸ τοῦ σιμοῦ, *cuius nares inſtar ſimiæ depreſſæ erant.*

Simalio.

*Donax,* δόναξ, *arundo eſt, vel quia ea pro haſta vtebatur, vel quòd admodum fragilis erat, ſicut in calamo aquatico eſt concuſſio & motus.*

Donax.

*Syriſcus,* ὁ συρισκός, *aut à Syro, aut à vaſe vimineo, quo ficus conſeruantur, vocari poteſt. Apta ſanè ſunt nomina iſti militiæ, vt τὸ γελοῖον ſit illuſtrius.*

Syriſcus.

¶ *Sequimini.* § *Sunt enim milites euocati & tumultuarij iuxta Romanorum conſuetudinem, qui ſi quando in extrema pericula vocarentur, tunc illorū præfecti voce præconis omnes exhortabantur, qui rempublicam vellent ſaluam eſſe, ducem ſequerentur.* ¶ *Primùm ędes.* § *Propoſitio eſt & teſſera militaris.* ¶ *Probè.* § *Adulando paraſitatur, ſicut & paulo pòſt, cùm ait, pulchrè.* ¶ *In medium.* § *Altera confirmationis pars à facili, cùm ordinandæ aciei rationem indicat. Eſt autem hîc aciei condecuriatio, & inſtructio, inter quatuor tumultuarios milites iuxta Romanorum* τάξιν *aut* ἡγεμονίαν *ſatis ridicula, & per medium vmbilicum* μεταφορικῶς *nuncupat. Sunt enim & hîc cornua dextrum & ſiniſtrum. Eſt autem cornu pars exercitus prominens.*

Sequimini

¶ *Sanga.* § *Centurio eſt centum militum præfectus, ſæpe Græcis eſt* ταξίαρχος, *hodie Turcis* vvagar. ¶ *Manipulus.* § *Græcis ferè eſt* σπεῖρα, *& plerunque duas centurias complectitur. Mira eſt hîc iactantia militis, quaſi numeroſum haberet exercitum, atque penè iuſtæ aciei inſtruendæ eſt* ὑποτύπωσις. *Fures autem hîc aut ſerui, quo Virgilius modo vtitur, aut ipſi milites prædantes: qua de cauſa & hodie Germani locuſtas appellitāt. Licebit & hîc calones et lixas, hodie troſſulos furaciores intelligere.*

Fures.

¶ *Eccum adeſt.* § *Ad hunc modū Germani vocati in luſtratione exercitus reſpondent:* Alhie iſt der man, *vel,* Ich bring den man. ¶ *Peniculōn'.* § *Alijs eſt haſta, cui adnexa erat ſpongia: alijs ſunt ad parietes expurgandos ſcopæ. Eſt quoque penicillus vulnerarius ad vulnerum abſterſionem, vt ex his purulenta extraherentur. Fit autem vt plurimum ex linteolo cōcerpto, cui medicamentum inditur. Hippocrati & eius imitatoribus eſt* μότος. *Iocatur verò Terentius hîc armis non ſine ironia.*

Peniculus.

¶ *Egóne.* § χλευασμῷ *cuncta dicuntur. Sannio eſt* ἀπὸ τοῦ σαννίου, *id eſt, haſta dictus, domus cuſtos hîc fingitur.*

Sannio.

¶ *Principia.* § *Id eſt, principes vel principales milites, & Polybius Latinos imitatus* πρίγκιπας *nominauit, cuiuſmodi poſtea erant Auguſtales. Illuditur autem Thraſoni contra Thaida pugnaturo, qui tergi ductor Græcis* οὐραγὸς *eſſe mauult.*

Principia.

Vragus.

¶ *Iſtud eſt.* § *Laudans adulatur, & non ſine acerbitate deridet.* ¶ *Hoc idem.* § *Ab exemplo aciem inſtructam collaudat. Nam Pyrrhus Epirotarum, hodie Albanorū rex, eiuſmodi* τάγμα *familiarius retinuit.* ¶ *Vidén'.* § *Meticuloſus & nondum ſobrius confirmatur, ne in principio labaſcat.* ¶ *Fundam.* § *Alludit ad funditores, qui ſunt & fundibularij, & ſæpe ferentarij maximè iuxta Varronis ſententiam, ex Balearibus frequentiſſimè habebatur, & poëtis funda Balearica eſt.* ¶ *Eius quoque.* § *Vſus ex hoc loco non eſt obſcurus.* ¶ *Quam mox.* § *Vrget deriſor ſtultum & temerarium inceptum.* ¶ *Omnia.* § *Sententia imperatore non indigna. Sic & apud Libantium legitur.* Πρῶτον μὲν τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιτηδεῦν ἀνθρωπινώτερον ὑπῆρξεν. *Itaque in rebus bellicis ſubinde conſilia & eorum rationes plus poſſunt, quàm ingens exercitus. & id hoc verſu Sophocles voluit.*

Γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν, ἢ σθένος χερῶν.

*Quapropter Euripides, cautum, prudentem, & prouidum ducem belli præferre temerario voluit, cùm canit.*

Ἀσφαλὴς γὰρ ἐστὶ ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

¶ *Di voſtram.* § *Exclamando per admirationem & laudem adulatur.* ¶ *Primum.* § *Exprobratoria eſt oratio ex ſuperiore nata, quādo viſum eſt omnia prius experiri.* ¶ *Cum tibi.* § *Tota exprobratio eſt in enthymemate, cuius antecedens eſt pacti violatio, in dato dono, & duabus coniecturis tam de adducto, quàm de clandeſtina ſubtractione confirmat riualis nimium ſuſpicax. Et in pronomine mihi eſt* ἐνάργεια *propter ſuſpicionem, veluti mihi militi Thraſoni.* ¶ *Pamphilam.* § *Conſequens eſt in clauſula.* ¶ *Tibi illam.* § *In ſtatu coniecturali* ἀπαρνητικῇ *eſt. Negat enim reddendam eſſe, & ſit propoſitio. Non licet tibi tangere, tantum abeſt vt eripias. Id enim ſibi vult per apoſiopeſin.* ¶ *Egóne.* § *Contendit miles à licito, quia mea eſt.* ¶ *Caue ſis.* § *Artificioſè admonet, ſed* εἰρωνικῶς, *vt taceat. Ratio eſt propter viri excellentiam, & ita laudando paraſitatur. Prior autem lectio multo gratior eſt.* ¶ *Scin' vt.* § *Comminatio ſatis pro perſona & loco vehemens eſt, & cauſam addit duplicatam, & pœnæ modum.* ¶ *Miſeret.* § *Admiratione & laudatione militi aſſentatur.* ¶ *Diminuam.* § *Id eſt, infringam, conteram, ſicut & fores diminuuntur. Iuriſconſultis autē ſicut caput pro ſtatu & conditione ſumitur, triplex eſt capitis minutio.* Diminuere caput.

¶ *Canis.* § *Sic Achilles Homericus iracūdus Agamemnonē modò* κύνα, *modò* κυνώπην *appellauit, pro obſcœno & impudente. Video nō diſplicere Eraſmo Roterodamo vt ſit canis pro nugaris, ineptis, & fruſtra loqueris.* Canis.

¶ *Quis tu.* § *Alia eſt expoſtulatio futuræ narrationis cauſa.* ¶ *Scibis.* § *Narratiuncula ſuam eſſe probat, erit igitur et multum rei cum illa. & exaggerat à conditione, quia libera: à patria, quia Attica: à cognatione, quia ſoror eſt mea. Cur igitur meam eſſe non dicerem & tangerem?* ¶ *Signa.* § *Quibus demōſtratura eſt Chremetis eſſe ſororem.* ¶ *Hic furti.* § *Furem nuncupat propter rei alienæ vendicationem: aut ſit furtum pro fraude, dolo, & iniuria* κατὰ μετάληψιν. ¶ *Quin redeamus.* § *Suaſoria eſt de reditu.* ¶ *Iam hæc.* § *Confirmat ab vtili. Nam illa tibi abeunti ſupplicabit. Ratio eſt à natura muliebri, quæ parum ſibi conſtat. Virgil. in 4. Aeneid.*

——— *Varium & mutabile ſemper*
*Fœmina.*

*Sic & Propertius.*

*Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,*
*Nec folia hyberno tam tremefacta noto:*
*Quàm citò fœminea non conſtat fœdus in ira,*
*Siue ea cauſa grauis, ſiue ea cauſa leuis.*

¶ *Iam dimitto.* § *Vt ſit dimiſſus & exauthoratus exercitus.* ¶ *Iamdudum.* § *Liberalis iocus eſt in tam ſtrenuis militibus, & in tam periculoſa pugna. Faciem prouerbij habet, cùm dicitur, animus eſt in patinis, cùm quis ad rem præſentem parum ſit attentus. ſic de bibace dicitur, animus eſt in poculis. Sicut in Pace Ariſtophanes eò alluſit.*

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ἦν πότ' ἐν τοῖς σκύτεσι.

## IN ACTVS V. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Meretricum eſt magna curioſitas. Amant enim* πολυπραγμοσύνην, *cùm omnia expiſcari cupiant, omniúmque negotiis ſeſe ingerant.*

2 *Inſignis calliditas meretricum eſt, quæ vel vno ſigno de vitio puellæ facto coniecturam facit. Hic enim Thaïs ex ſtatu coniecturali facinus reſciſcit Chæreæ, & ſuo iure grauibus minis exagitat, cui non parum gratiæ ex* μιμήσει *accedit, qua ſtomachum ſæuientis dominæ Terentius expreſſit. In principio tamen eſt* μεμπτική. *Expoſtulat enim & redarguit, cur non vitium puellæ manifeſtè dicat.*

*[Pergin'.] Propoſitio ſimplex eſt. Sceleſta vitium apertè loquere. [Scio, neſcio.] Confirmatio eſt ab ambiguitate, quia incerta ſum de vitio puellæ. Colligit vtique primùm ex rumore nõnihil. Itaque prouerbiali figura ſe ſcire neſcire ait. Cauſa eſt, quòd non fuerit teſtis oculata. Deinde ex ſignis præſentibus ratiocinatur, quia veſtis cõſciſſa eſt, quia obticet, quia lachrymatur, quia eunuchus abijt. [Quamobrē.] Epilogus eſt. Nõ eſt igitur quòd factum diſſimules. [Illum eunuchum.]* Ἀπολογητική *eſt. Expurgando enim, deuirginatorem per circunſtantias oſtendit. Nam eunuchus non fuit, ſed Chærea, cuius eſt deſcriptio ex cognatione, & ætate.*

*[Venefica.] Id verbi comicis in conuitiando nimis eſt familiare. [Atqui.] Ab experientia. Nam id comperi, atque certò. [Niſi amaſſe.] Ex cauſa iſthæc narratiuncula eſt veriſimilis, quia amauit. [Lachrumat.] Aut archaiſmus eſt, aut generis* ἑτέρωσις. *[Sacrilega.] Et hoc conuitium eſt comicum in vtroque ſexu, ſicut & ſceleſta. [Iſtuccine.] Perplexè per eclipſin, & verecundè vel ipſa Thaïs rem obſcenam indicat. [Quid facerem.] Ab honeſto. Nam ego famula tuum negotium confeci. & occaſionem ſubiungit, cùm ſit ſoli commiſſa. [Lupo ouem.] Adagiū in eos competit, cum illorū cuſtodiæ res cõmittitur, vnde vel primum expectandum eſt periculum, cui & hoc Germanicum reſpondet, hircum horto præfeciſti,* Du haſt den bocl z zū gertner geſetzt. *[Hera mea.] Adhortatio eſt veluti per* παρασκευήν, *quæ hic tantum inſinuatur, vt deuirginator comprehendatur. Propoſitio eius eſt. Saluæ ſumus. Ratio eſt à facili. Nam hominem habemus ad ſiniſtram. [Vide amabo.] Ab honeſto. Siquidem adhuc impudens eſt, cuius notatio eſt ex geſtu, comprehendere igitur eum oportet. [Tu quæ.] Ab vtili. Confidet enim ſibi plurimum. Eſt autem iſtius confidentia refrenanda.*

## IN ACTVS V. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Adoleſcens timet iuſtam reprehenſionem.*

2 *Magna eſt meretricum in delictis amatoriis condonandis indulgentia.*

3 *Digna eſt meretrix multis contumeliis.*

*Eſt autem miſta. Nam cum Thaide in gratiā redit blanda expoſtulatione præmiſſa. [Apud Antiphonem.]* Ἐξηγητική *eſt de fuga, ne Chærea ab vllo reprehenderetur. & hîc duæ ſunt cauſæ. Vna propter præſentiam familiæ. Altera, propter notum quendam obuium. Neutrobi autem licuit veſtem mutare, id quod præcipuè iſthæc narratio intendit.*

*[Egomet in pedes.] Eclipſis eſt, dedi, & quantum queo, id eſt quod hodie vulgus dicit, pro mea parte. [Vbi vidi.] Cauſa fugæ additur, & eiuſdem modus. Angiportum autē alijs, vt Feſto, in oppido iter compendiarium, quod ſit anguſtus portus, id eſt, aditus ad portum. Alijs, vt Donato in Adelphis, eſt anguſta & curua via, quaſi angiportus. Alijs eſt locus anguſtus, inter portus, id eſt, inter domos, ſic enim has ſicut & inſulas certa tamen ratione olim nominabant. Aliter autem iuriſconſulti, aliter Varro accipit. Eſt tamen vicus tranſuerſus & anguſtus, interdum peruius, vt hoc loci apparet: interdum nō, ſicut in Adel. Terentij. Id quidem angiportum non eſt peruium. [Ah quid faciam.] Hîc propter metum conſilium adimitur. & metus homini datus eſt, vt nocitura priuſquam ſe applicent caueat. Verùm cùm animus ſeſe colligit, iterum ad depellenda mala vel bona ardua conſequenda mox exurgit, & rapitur. Itaque confidentia & audacia maiore quodam ſanguinis feruore fiūt, atque hac de cauſa ad iraſcibile, vt in ſcholis loquuntur, officium refertur, atque huic affectui tales eclipſeis & repetitiones cum interrogationibus frequentes appoſitè quadrant.*

Angiportū

*[Adeamus.] Eſt oratio inter ſe miſta. Thaidis quidem eſt accuſatoria in ſtatu abſoluto, Chæreæ verò eſt purgatoria in ſtatu aſſumptiuo. [Bone.] Ironica eſt ſalutatio, & irata, & à ſigno tamen reum agere affectat. Fuga enim malæ conſciētiæ propter patratum facinus ſignum eſt. [Hera factū.] Conceſſio eſt criminis. Nam defenſio per ſe infirma eſt.*

*[Statin' id.] A iudicato vel tribunitio, vel prætorio, propter quod peſſimè diſpliceret. [Non.] Nam eſt contra æquū & bonum aut iudicatum. Via autem ſternitur ad deprecationē. Fatetur enim eſſe iniquum. nemini itaque placere poteſt, & ſibi ignoſci poſtulat. [Credis te.] A lege, quæ peccata caſtigat, & flagitioſos punit. [Mitte.] Deprecatio eſt, vt ſit venia vel vnius tantùm noxæ, cui non reſipiſcenti grauioris pœnæ comminatio ſubditur. [Hanc metui.] Cauſa timoris eſt, ſed ficta. Criminari verò hîc eſt calumnioſè reprehendere. [Paulùlum.]* μείωσις *facti eſt, atque occulta hic videtur purgatio. [Paululum.] Repetitio eſt non ſine acerba ironia, itaque impudentiæ notam addit, factúmque exaggerat, à conditione & loco dignitatis, id eſt, vitium puellæ eiúſque ciuis. Vult enim perſonarum rationem in peccatis contra Stoicorum familiam habere. [Conſeruam.] Aperta eſt purgatio ab errore & imprudentia, atque hic ſeſe inſinuat, cùm ſe quoque ſeruum eſſe ſubindicat. [Conſeruam.] Confutat ironia admodum acerba, & decorum in irata familia expoſtulante ſeruatur, eúmque monſtrum propter morum turpitudinem appellat comico conuitio. [Nam ſi ego.] Pergit accuſare ab iniquo, & eſt* πάθος *ab indignitate per conceſſionē, qua fatetur ſe tanquā meretricē omni cõtumelia dignam, ſed Chæreā æquitatis & iuſtitiæ amatorē haud decuit. [Neque ædepol.] Perturbatio, quæ & Ciceroni ægritudo eſt, tanquā animi de malo præſenti contractio. Itaque multa hîc ſunt cõſilia, & incœptum repudiatur. Solidū autem hic eſt integrum, & iuge: ſicut parere eſt acquirere & comparare. [At nunc.] Ab vtili, & futuro commodo propter ſpem futuræ gratiæ, id quod per anthypophoram & ſententiam confirmat, quæ eſt:* EX MALO *principio magna conſtatur, id eſt, contrahitur familiaritas, quæ hîc neceſſitudo, coniunctio & conſuetudo, ſicut magna eſt memorabilis, qualis fuit inter C. Lælium, & P. Scipionem. Principiū verò malum in contentionibus, in rixis eſt, quæ ſedatæ cū aliquo amicitiam & conſuetudinē iungunt. Id quoque multæ hiſtoriæ conteſtantur. Sed an hæc familiaritas ſit ſemper bo-*

Criminari.
Monſtrum.
Solidum.
Patere.

neſta, rectè in dubium vocatur.¶ Quid ſit.} Tranſlatio criminis eſt in fatum, Sic & Priamus ad Helenam dixit.

οὔτι μοι αἰτίη ἐσσὶ θεοὶ νυ μοὶ αἴτιοι εἰσιν.

Sic enim quis culpa liberatur, cum vel in fatum, vel in fortunam reiicitur. Atque Thais nunc hac remotione criminis placatur, & ſubitò, & ad cataſtrophen eſt paraſceue.¶ Immo ita.} Ab obteſtatione, & ratiocinatione cum tranſlatione. Nam nolui eſſe contumelioſus, ſed amaui. ¶ Scio.} Meretrix vim amoris bene intelligit, itaque in eam crimen quoque transfert.¶ Te quoq;.} Præmiſſa expoſtulatione & purgatione, mox petitio ſubiicitur, cuius exordium eſt in beneuolentiæ conciliatione, quia illam amat & iuramento teſtificatur.¶ Ego.} Et beneuolentię captatę, & attentionis eſt. ¶ Nunc ego.} Propoſitio eſt τῆς ἐλεκτικῆς. Adiuua me, vt hæc mihi ſit vxor. Confirmatio ab honeſto: Tu enim mihi patrona eris, à neceſſitate, propter nimium deſiderium, cùm dicit Emoriar.¶ Quid alij.} Ἀντιπεφορὰν nimis abruptam diluit à facilitate. Nouit enim patris conſenſum & voluntatem in filiolæ nuptiis.¶ Paululum ope.} Conſilium eſt, vt fratris

Cognoſcere. puellæ vitiatæ reditum expectet. Cognoſcere autem dicitur is, qui de re aliqua inquirit, aut quæſitor à magiſtratu conſtitutus eſt, vt de eo diſceptet, & quod in iudicium venit. Sic enim veteres hoc vocabulum vſurparunt. Cognitor au-

Cognitor. tem eſt qui alicuius cauſam defendit, hodie nominatur procurator iudicialis. ¶ Quam rem actura.} ἀποτροπή. Famula enim ne in ædes recipiatur Chærea, diſſuadet, quod à futuris

Denuo. periculis cōfirmat. Denuo hìc idem eſt, quod de integro. Barbaris eſt, à principio, à nouo.¶ Parum.} Ratio eſt confirmationis. Audacia enim iſtius tibi nōdum eſt perſpecta. ¶ Non

Cōmiſſum. pol.} Ab obteſtatione, & infidelitatem amplificat. Commiſſum hìc eſſet id quod aut creditum, aut cōceſſum. Nam propriè ea committimus, quæ magno periculo ſeruantur.

¶ Apage.} Epilogus eſt diſſuaſionis. ¶ Abeamus.} Hac paraſceue fit ad proximam ſcenam gradus, & hìc verò, ſicut et haud multo antè, εἰρωνεικῶς, proferendum eſt.

## IN ACTVS V. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Sedulitas puellæ eſt in ludificando conſeruo, & in vindicta.

2 Meretricum aſtutia in ſeruulos perſpicitur.

¶ Quicquid.} Deliberatiua eſt oratiuncula in Pythia, cuius propoſitio eſt: Referenda eſt Parmenoni gratia. Hunc autem comico conuitio ſacrilegum κατα χρηστικῶς appellat. Breuiter totà in eo eſt, vt conſeruo illudat. Confirmatio eſt, qui nobis Chæream deuirginatorem pro Eunucho ſuppoſuit. Gratiora autem hæc ſunt propter interrogationem. Ratio eiuſdem eſt. Nam nutrix ſigna agnouit.¶ Virum bonum.} Ab occaſione, cùm Parmeno aduentat, & εἰρωνεικῶς virum bonum, & per auxeſin incedere, & otioſum ait. ¶ Ibo.} A facilitate, cùm

Cognitio. modum decipiendi oſtendit. Eſt autem cognitio propriè actio & munus eius, qui cognoſcit. Hoc quidem iudicis eſt, ſicut & cognoſcere. Cognitor eſt, qui alicuius cauſam agēdam ſu-

Sordiis placet. ſcipit.¶ Si diis.} Eſt prouerbialis locutio, qua vtimur indignitatem vel temeritatē cuiuſpiā cum ſtomacho coarguētes.

## IN ACTVS V. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Improbus ſuo facinori gratulatur.

2 Eſt hìc morum meretriciorum & domi & foris notatio.

3 Arte ſuos dolos amatores tractant.

Et hìc eſt facti demonſtratio mirè elegans, atque ad futuram contentionem via ſternitur.

¶ Reuiſo.} Propoſitio. Parmeno magnopere laudādus eſt propter aſtutiam, eáque eſt figurata per exclamationem & admirationem. ¶ Nam vt.} Confirmatio eſt per præteritionem, in qua eſt amplificatio per circunſtātias ex amoris difficultate, tum quia meretrix amara, tum quia virgo erat.¶ Eam confeci.} A facili facti aſſecutione, quia ſine ſumptu, quia ſine moleſtia, quia ſine diſpendio ſui voti compos factus eſt. Haud parua hæc eſt amatoribus felicitas. ¶ Id verò.} Ab vtili. Nam adoleſcenti profuit, vt mores meretricum melius perdiſceret, & odio haberet. Siquidem Pythagoras prohibet ne quis guſtaret μελανούρους, id eſt, quibus nigra eſt cauda: hoc eſt, conſuetudo fugiēda eſt, quibus ſunt mores nigri, infames & turpes. Notum eſt vt D. Paulus ex Menandri verſu Corinthiis idem ſuaſerat, & huc afferendæ ſunt ex Gnomis Solomonis conſuetudinem cum ſcortillis damnātes. Palmarium verò eſt palma, id eſt, κατ' μετωνυμίαν victoria & triumpho dignū. Habet enim faciem prouerbij, ſicut ex ſeptimo libro Ariſtotelis problematum, & ex octauo συμποσιακῶν Plutarchi, & ex Gellio liquet. ¶ Quæ dum foris.} Eſt εἰκὼν in moribus meretricum deſcribendis, vt adoleſcentuli iis cognitis rectius ſcortilla vitarent & deteſtarentur. Nam foris quidem ſunt elegantiſſima, & commeſſantes liguriūt, domi verò ſunt ſordidæ, inopes, voraces, cùm vel ius pridianum deglutiant, ſunt inhoneſtæ, id eſt, turpes & inelegantes.¶ Noſſe omnia.} Epilogus. Hæc experiēti adoleſcenti conducūt, vt meretrices deformatas, & inquinatas fugeret. Sed hìc cautione opus eſt. Satius enim multis viſum eſt præſertim Chriſtianis picē, vt fertur apud Germanos, non attigiſſe. ¶ Ego pol) Hac demonſtratione & laudatione ſatis iactabunda Pythias iamdudum mala Parmenoni cogitans, magis atque magis exaſperatur.

*Melanuri non guſtādi*

*Palmariū.*

## IN ACTVS V. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Hìc eſt exemplum quàm fraudulēta ſunt lenæ, & meretrices.

2 Malè ſibi conſcius ſeruus mox mouetur & exagitatur.

Tota verò ſcena eſt ἀπειλητικὴ, id eſt, minatoria in genere iudiciali.

¶ Proh deûm) Hoc eſſet exordium παθητικῶς per exclamationes aliquot, quibus atrocitatem facti exaggerat ab impietate, à flagitij turpitudine, ab infelicitate, & denique à ſcelere. Ita figuratè proponitur Parmenonē eſſe propter pœnæ grauitatem miſerrimum. Mox igitur ſeruus flagitioſus ſola exclamatione perterrefactus eſt.¶ Miſeret.} Hac συμπάθεια admodum neceſſaria fingitur propter facinoris amplificationem.¶ Exempla.} Pœnæ per metonymiam. Siquidem exemplum res eſt, aut vitanda, aut mutanda propoſita. Quare cùm ſint cæteris exemplo iudice magiſtratu, iſtiuſmodi pœnæ & tormenta, ne porrò delinquant, non malè & exempla nominantur. Plaut. in Moſtella. Exempla ædepol faciam in te, id eſt, grauiter te caſtigabo & puniam, vt alij iſto exemplo deterreantur. ¶ O Iuppiter.} Exclamatio & frequens interrogatio eſt animi, prorſus propter periculi metum conſternati.¶ Rogitas.} Narratio eſt, qua cauſam gra-

*Exempla, pro pœnis.*

uxoris pœna exponit.¶ Perdidiſti.} Tu author iſtius facinoris es.¶ Virginem.} Amplificat tum à cõditione, quia virgo eſt, quia ciuis eſt: tum à fortuna, quia nobilem habet fratrem.

¶ Atqui ſic inuenta.} Res eſt geſta quaſi confirmata, cùm dicit eſſe inuentam.¶ Miſer.} Hic non eſt otioſus affectus, ſicut neque in violentiſſimo, qui poteſt vindicare, & vlciſci, & eſt apoſiopeſis.¶ Cõligauit.} Modus eſt per colligationem, quæ per petitionem & interpellationem Thaidis commiſerantis exaggeratur. ¶ Nunc minatur.} Hic eſt ſcopus narrationis, vt Parmeno ſciret mœchum eſſe caſtrandum, & euirandum. Pœna autem adulterorum alia atque alia varijs nationibus fuit. Apud Lepreos adulteri deprehẽſi circa ciuitatem triduum vincti circumducebantur in vita ſua omnium contemptiſſimi. Apud Locrẽſes alter oculus eruebatur. Lacedæmoniis verò nulla fuit lex, adeò illis graue fuit ſcelus, & rarum. Alia eſt apud Ariſtophanem, alia apud Hebræos, alia apud Romanos.¶ Quod ego.} Iterum pœnam adulterij ab inſolito & turpitudine amplificat, teſtium exceptionem abſque dubio intelligit. ¶ Quæ audacia.} Deſenſoria eſt in eodem genere. Vituperat enim & admiratur in hoc pœnæ genere tantam eſſe audaciam, & occultè proponitur non licere tanta pœna mœchum afficere.¶ Quis homo.} Confirmatio ab inſolito. Nam ſimplex fornicator non eſt mœchus, gentilibus aptum ſcilicet argumentum.¶ Dico edico.} A comminatione, cùm leges ſilent vi geritur res. Potentior enim eſt, quàm vt tanta illi infligatur pœna, parcẽdum illi eſt tanquam hero. hîc illud eſt: Vexat cenſura columbas. Item leges ſunt telis aranearum non adeò abſimiles.¶ Hem obſecro.} Admirando illudit ſeruo. ¶ Ne quam.} Concluſio. Non ſit igitur Thais in illum violenta. ¶ Vide.} Diſſuaſoria eſt, ne ingrediatur. Cõfirmatio ab incommodo. Nam dum illi prodeſſe cupis, ipſe iuxtà cum illo perires. Ratio eſt. Author enim es iſtius flagitij. ¶ Quid igitur.} Anceps eſt & perturbatus, cui paraſceue connectitur.

Adulterorum pœna.

## IN ACTVS V. SCENAM VI.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Magna opportunitas eſt in vicino fundo & iucunditas.

2 Malè ſibi conſcij penè obmuteſcunt, trepidant, & in dicendo nullum ordinem ſeruant.

3 Adoleſcentum potiſſimùm Chriſtianorum eſt, vt ignorent quid ſit meretrix.

4 Serui afflicti & ſuos heros affligi exoptant.

¶ Ex meo.} Narrationem incipit de commoditate ſui ruris propinqui, ſed interrumpitur iſthæc per Parmenonis aduentũ.¶ Quis homo.} Stupidus penè vtique ſalutat. ¶ Hæret.} Attoniti eſt notatio. Id fit iuxta συμπάθειαν, vt perturbati penè obmuteſcant.¶ Hem.} Admirantis eſt propter rei nouitatem, vtique rogat nimiũ ſollicitus. ¶ Here.} ἀπολογητικὴ eſt. Conatur enim expurgare ſe eſſe extra noxã, ſed non prænarrauit ſtupidus, vt hinc defenſionis capita & ſemina peterentur: & ipſe hoc loci ſuum vitium agnoſcit, nimirum cùm purgatio ante narrationẽ præcedat, quæ orationis perturbatio animum malè ſibi conſcium arguit. ¶ Emit quendam.} Narratio eſt ſuis partibus propemodũ abſoluta. Perſona agens eſt Phædria & Chærea, de 20. minus ſuprà dictũ eſt.¶ Actum eſt.} Deſperantis eſt parœmia. ¶ An ſcit.} Honeſtam educationem exigit, in qua ne nomen quidem meretricis notum eſſe debet, & D. Paulus et fornicationem apud Chriſtianos ne nominari quidem exoptat. ¶ An in aſtu.} Vrbanis arbitratur eſſe familiariora iſtiuſmodi vitia, quorum aſſuetudine & ipſe forſan didiciſſet. Sunt enim hîc vt ciuiliores, ita pluribus vitiis obruti. Plurimũ autem refert, quónam loco, & cum quibus vita viuatur. ¶ Aliud ex alio.} παροιμιῶδες, vt nulla calamitas ſit ſola. ¶ Here ne me.} Et cùm Laches ſeparatim fixis oculis in Parmenonẽ loquatur, magis ſibi ſeruus timet, negátque ſe authorem eſſe. ¶ Furcifer.} Ἀποσιώπησις eſt ex affectu iracundiæ. Nã ſe malè Parmenonem mulctaturũ vult intelligi.¶ Ad Thaidem.} Id eſt, domum Thaidis, locus eſt & modus, cùm deducendi pro eunucho ratio adnectitur. ¶ Hunc pro.} Res eſt geſta, cùm is ſit comprehenſus & in vincula coniectus. Nondum totam rem explicare meticuloſus audet. Extenuat factum, tanquam non ſit mœchus, qui in domo meretricia comprehenditur.¶ Audaciam.} Cauſa eſt, ſed vera obticetur. prudenter autem ſeruus in Thaidem iram deriuat. ¶ Nunquid aliud.} Abſoluta narratione aliud quærit, & iterum ad ſententiam, qua admodum calamitoſi ſunt miſeri, alludit. ¶ Non dubium eſt.} Malè ſibi conſcius malum futurum cogitat & perpendit, vtique ſe propter neceſſitatem obedientiæ ſeruilis conſolatur, cauſáque adnectitur ex occaſione puniendi iam diu quæſita & iam reperta.

Hem, admirantis.

Actum eſt.

## IN ACTVS V. SCENAM VII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Mirum eſt, quàm ſibi applaudant puellæ voti ſui compotes.

2 Mulieres ſunt vindictæ cupidiſſimæ. Semper par pari referre cupiunt.

Scena eſt σκωπτικὴ illuſoria propter nimiam ſerui credulitatem. Siquidẽ muliebri cachinno Pythias Parmenonem irridet, quòd ſeipſum prodiderit, & decipiendum præbuerit.¶ Nunquam.} Exordium eſt ἀπροσδόκητον, id eſt, ab inopinato ſucceſſu, quem ſibi gratulatur, & ſeruus cachinnantem puellam admiratur, atque timet. Itaque frequentiſſima eſt propter anxiam ſollicitudinem eiuſdem interrogatio. ¶ Defeſſa.} Propoſitio. Nequeo porrò te propter laſſitudinem deridere. ¶ Nunquam.} Confirmatio eſt. Nam tu omnium ſtultiſſimus es. ¶ Non poſſum.} Ratio confirmationis vel expoſitio. Præbuiſti enim magnos ludos. ¶ At etiam.} Notatio eſt ſtultitiæ, quia non es callidus, cùm tibi ab illa non ſatis caueras: quia non es diſertus, cui falſa narraueras. ¶ Ilico.} A decoro eſt obiurgatio & illuſio. Haud decet virum vel ſeruum tam in credendo leuem eſſe. ¶ An pœnitebat.} A iuſto, vt quem tui flagitij pœnitere cœperat, & filij apud patrem index eras, & talis, vt talem veſtem viderat ipſe pater, ita paſſim ſcelera exaggerat. ¶ Quid eſt.} Epilogus eſt, et iterum illudere ſatagit. ¶ Hem quid.} Rogat iratus & perturbatus multa, et lepido ſcelere illuſionẽ capit. ¶ Reddam.} Comminatio eſt, cui mox βίαιον ſubditur. Siquidẽ in diem, id eſt, momentanea tua eſt comminatio. Sed tu grauiſſimè punieris, cuius hic eſt ἀπολογία. Olim autem ſuſpendebantur, aut pedibus, & id eſt depẽdêre: aut manibus, id eſt propendêre. Quod Plautus his verſibus ſignificat.

Dependêre. Propẽdêre.

*Ad pedes quando colligatus es, æquum cẽtumpondium,*
*Vbi manus manicæ complexæ ſunt, atque adductæ ad trabem,*

Nec

*Nec dependens, nec propendens, quoniam malus nequaquam ſis.*

*Et ſicut illic pedicæ ſunt, ita hic manicæ vincula, ſcilicet vel pedum vel manuum. Melanthius autem caprarius vtriſque tam manibus quàm pedibus ſuſpendebatur Telemachi iuſſu. Vel ſit ſuſpenſio per cathenam collo inſertam, & Homerus citò moriundi cauſam adiecit. Quid quod & teſticulis olim fiebat ſuſpenſio, cuius & in Pluto Ariſtophanes meminit. Et de hac plura in farragine noſtrarum adnotationum dicemus. ⁅Hîc pro illo.⁆ Inſultatio admodũ ironica, à qua non abeſt hîc ſarcaſmus. ⁅Quaſi Sorex.⁆ Hinc prouerbium eſt natum: Suo ipſius indicio perit.*

## IN ACTVS V. SCENAM VIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Mulieroſi penitus cuncti ſe mulieribus dedunt, apud Ariſtotelem ſunt* γυναικοκρατούμενοι *ſub imperio vxorio viuentes.*

2 *Infeliciſſimè cadunt omnia iis, qui adulatores audiunt & hîc initium ad cataſtrophen fabulæ fit. Hîc quoque eſt de Thraſone deliberatio, Dedát ne ſe Thaidi. atque Thraſonicæ iactãtiæ ridiculus exitus deſcribitur. ⁅Quid nunc.⁆ Interrogatione viam deliberationi ſternit. ⁅Egóne?⁆ Propoſitio eſt conſilij, & vult Thaidi inſeruire. Sed Gnatho iuxta artem ſuam admirãdo interrogat. ⁅Qui minus.⁆ Ab exemplo Herculis ſeſe conſolatur, vt qui Omphalæ ſeruus fuerat, ſicut copioſiſſimè Ouidius in Faſtis canit. ⁅Exemplum placet.⁆ Laudando adulatur, cui addit votum quò Thraſo vxorius tantus ſit, vt etiam ſandaliis cædendus ſit, atque ſic* τῆς γυναικοκρατίας *verum eſſet exemplum. Eſt autem ſandalium ſoleola, vel mulieris crepidula, qua Omphale Herculem, ſi penſum in lanificio non abſoluiſſet, cædere ſolita eſt. Verbum quoque commitigari mirificè huic negotio competit. ⁅Quid autem.⁆ Exclamat Thraſo videns Chæream eunuchi habitu egredientem. Terretur enim perinde ac ſi nouus riualis acceſſiſſet, atque ſic* παρασκευὴ *ad proximam ſcenam fit.*

Sandalium

## IN ACTVS V. SCENAM IX.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Adoleſcentes Venerei optato amore gaudent & triumphant.*

2 *Vitiata puella amatori deſpondetur.*

3 *Riualis fatuus, inſulſus, & tardus, ſed ſi liberalis fuerit, non ſubitò eſt explodendus.*

*Eſt autem miſta. Siquidẽ in Phædria & Chęrea eſt gratulatoria, in Gnathone & Thraſone petitoria. Nã Gnatho pro Thraſone de communicando amore fratres interpellat & exorat. & eſt perfecta cataſtrophe. ⁅O populares.⁆ Præ nimia lætitia exclamat, ea de cauſa exordium omittitur. ⁅Ecquis.⁆ Propoſitio eſt, ego ſum fortunatiſſimus. Ratio eſt ex diis authoribus tantæ felicitatis, cuius hic eſt amplificatio & à beneficentia deorum, & à ſubitaneo ſucceſſu eóque feliciſſimo. ⁅O Parmeno.⁆ Exordium eſt beneuolentiæ, & attentionis, atque ex affectu mira eſt gaudij auxeſis. Inuentor eſt propter prudentiam, inceptor eſt propter fortitudinem & audaciam, perfector eſt propter grauitatem & conſtantiam. ⁅Scis Pamphilam.⁆ Narratio eſt, cur gaudeat, in qua eſt perſona agens, Pamphila, cauſa, quia ciuis. Itaque mihi iuxta legem Atticam deſponſata eſt. ⁅Tum autem.⁆ Altera eſt gratulatoria, cuius propoſitio eſt. Amor fratris mei eſt in tranquillo. ⁅Vna eſt.⁆ Cõfirmatio eſt à ſignis tribus. Fit quoque ad Romanorum conſuetudinem, qua pauperes in diuitum poteſtatem ſe dederẽt, vt ſic ipſi clientes his patronis tuti eſſent. ⁅Iam hoc.⁆ A tuto, quia Thraſo expellitur. ⁅Quin ego.⁆ Aſſeueratio eſt, & deſperanti competit. ⁅Quid commemorem.⁆* Ἀπορία *quadruplex eſt præ nimia lætitia. Dubitat enim quémnam collaudet huius felicitatis authorem. De fortuna ſic Auguſtinus. Fortunam certè deum, inquit, antiqui dixerunt, non rationabili diſpoſitione, ſed vt temere acciderit ſua cuique dona cõferre. Verùm Seneca tanquam Stoicus in epiſtolis inquit: Nihil neque boni, neque mali dare poteſt fortuna. Valentior enim omni fortuna eſt animus, qui in vtranque partem res ſuas ducit, beatæ'que & miſeræ vitæ ſibi cauſa eſt. Eò reſpexit & Iuuenalis.*

Fortuna.

> Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te
> Nos facimus Fortuna deam, cœlóque locamus.

*Sic & Pauſanias.* μηδὲν ἄνευ τύχης, *hoc eſt, nihil fit & perficitur fortunæ impulſione. ⁅O Iuppiter.⁆ Votum eſt, vt perpetua ſint hęc dona, et eius gratulationis laus ſtatuitur, atque hæc ſecum loquitur Chæa.* Nam Parmeno adit Phædriam, *ipſi narraturus felicem Chæreæ in amore euentum, qui & hic alacris proſilit felicitate fratris accepta. ⁅Nihil.⁆ Laudatur Thais, quòd ſit amore digna. Ratio, quia noſtræ familiæ fauet. Id fit vt Thraſonis animus magis moueatur, & perturbetur. ſic fit ad petitionem gradus. ⁅Mihi illa.⁆ Ironicõs laudes Chæreæ eleuat. ⁅Perij.⁆ Petitoria eſt oratio Thraſonis, à neceſſitate, quia perij: à ſpe et obteſtatione, quia in te Gnathone ſpes eſt. ⁅Perfice.⁆ Propoſitio eſt petitionis, cui facilitatis, cùm modum ſignificet, notæ inſertæ ſunt. ⁅Si quid.⁆* Ἀνθυποφορὰν *diluit à facultate Gnathonis ſatis perſpecta. ⁅Quod vis.⁆ Ab vtili ſeu remuneratione. Non ero tibi ingratus. ⁅Poſtulo.⁆ Eſt doni petitio paraſito nõ indigna, nimirum vt locus in ædibus Thraſonis etiam non vocato vel inuitato ſemper ſit. ⁅Tu fortaſſis.⁆ Et eſt comminatoria oratiuncula futuræ petitionis occaſio, cuius propoſitiũcula fuiſſet, ne porrò hic appareas. Vrbs enim in regiones diuidebatur, regio in vias, viæ in plateas. Confirmat à re tranſacta. Nã mihi deſponſata eſt, & anthypophora tollitur, ne qua occaſio aliũ quærendi præbeatur, & epilogo colligit, cùm dicit, periſti. ⁅Eia haud.⁆ Inſinuatio eſt, & approbat inciſis admodum breuiſſimis. nunc ab indecoro, Eſt enim miles: nunc ab inſolito per apoſiopeſin, Veſter enim animus antea non ita ſuperbiebat. Id placidius dicit, ne vterque offenderetur. ⁅Prius audite.⁆ Attentio. quia pauca dicam, quia liberum iudicium permittit. ⁅Tu concede.⁆ Amouet Thraſonẽ, quo facilius perſuadeat. ⁅Principio.⁆ Inſinuatio Gnathonica per* μετάστασιν, *et vtilitatis cauſam inſerit. Inſcitia autẽ eſt imprudentia, & ſtultitia, ſi quis ſui commodi nõ ſtudioſus fuerit. ⁅Militem riualem.⁆ Propoſitio eſt de recipiendo milite. ⁅Cogita modò.⁆ Confirmatio eſt per communicationem à neceſſitate. Quia tu eges, & te liberalius viuere apud Thaidem ſumptuoſam neceſſe eſt. ⁅Ad hæc.⁆ Ab vtili. Nam copioſiſſimè largitur. ⁅Fatuus eſt.⁆ A tuto & facili. Siquidem tardo eſt ingenio, & bardo, quia ſomniculoſus eſt. Quid igitur iſtum riualẽ timeres? ⁅Quod ego verò.⁆ A liberali hoſpitalitate, quæ et Gnathoni profuit. & cùm dicitur, hoſpitẽ melius & melius et prolixius accipere, idẽ ſibi vult, quod per verbum prolixius.*

Accipere

tracto hodie ferè ſignificatur ſiue verbis, ſiue verberibus, ſine eos quos aut hoſpites, aut conuiuas adhibemus. Itaque apud Ciceronem ſubinde legitur, vt pueri ad aram verberibus accipiuntur, vt Verres Sopatrum leniter & clementer accepit, vt hunc accepi in ſenatu, vt ſoleo, vt Accipitur Pōpeius ſatis malè à Carione, vt malè accipit Rabonium &c. ¶ Rectè.} Concluſio eſt iſtius petitionis. ¶ Vnum hoc.} Altera eſt petitio, vt ipſe quoque accipiatur. ¶ Satis diu.} A decoro & neceſſario, quod prouerbiali figura ſignificatur, & de laboribus inexplicabilibus recenſetur, & ſumpta eſt à fabula Siſyphi. Hic verò militem inſulſum oſtendit. ¶ At ego.} Eſt remuneratio prorſus paraſitica. ¶ Iſti te igno.} Nouit vti foro Gnatho. Nam quem abſentem maximè ſtolidum ac inſulſum docuerat, eūdem præſentem fictis laudibus exornat. ¶ Bene feciſti.} Redit Thraſo ad Thraſonicam iactantiam. ¶ Atticam.} Gnatho ſui ſimilis eſt. Verùm inter omnia dicendi genera laudatur Atticum, vel Cicerone teſte, vnde admirabilem hominis eloquentiam Atticam Muſam dicimus, & in prouerbium ceſſit & abiit. Attica muſa.

# IODOCI VVILLICHII SCHOLIA IN HEAVTONTIMORVMENON TERENTII.

## IN PROLOGVM.

PROLOGVS eſt miſtus. Nam in cōmendatione fabulæ & Poëtæ eſt συστατικός, Latinis eſſet commendatorius. Verùm in defenſione trāſlationis eſt ἀναφορικός. Refert enim aduerſarij maledicta, & confutat, & magna eius pars eſt generis iudicialis. ¶ Ne cui.} προδιόρθωσις eſt, cur ſeni partes primæ datæ ſint, cùm adoleſcentes iiſdem pares fuiſſent. Senex enim actuoſus in hac comœdia inducitur, atque quemadmodum in Andria primas habet Pamphilus & Dauus, in Eunucho Phædria & Chærea, & Thraſo, ita hîc Menedemus & Chremes. Meo autem iudicio ſenis vocabulum potius ad prologum, id eſt, eum qui præfatur, & officium poëtæ tutatur, referēdum eſt. Vult enim hîc dilucidè prologum, id eſt proloquium adoleſcentibus magis quàm ſenibus quadrare, & ſic exordium ab eo eſt, quod ἀπροσδόκητον Iſocrati familiariſſimum eſſe ſolet. ¶ Ex integra.} Narratiuncula eſt vnde ſit tranſlata, & vt duplex facta ſit Latina, & Græca. Noua autem eſt, vt quæ prius Latina ſcripta non fuit. Manandri autē Græca eſt, & breuiſſima eſt, per præteritionem. Iudicat enim id pleriſque omnibus notius eſſe, quàm vt repetatur. ¶ Nunc quamobrem.} Rectè hîc quadrat. Siquidem ferè argumentum fabulæ continet, qui vocatur ὑποθετική, vulgo argumentum. Priores autem duo, vt συστατικὸς in genere demonſtratiuo, & ἀναφορικὸς in ſtatu qualitatis, oratoribus frequentiores ſunt. ¶ Sic veſtrum.} Veſtro iudicio ſtabit cadêtque, & κωμῳδοδιδασκαλίαν notat, qua docentur, cùm eduntur, & aguntur, fabulæ comicæ. ſit quoque actor, qui cauſam Terentij tutatur. & eſt extenuatio, vt facundiam Poëtæ collaudet, præſertim propter inuentionem nimis artificioſam, ita vt ab actore præter Poëtæ commodè cogitatā orationem nihil afferri, aut dici melius poſſit. Et δεικτικῶς Calliopium intelligit. ¶ Nam quos.} Dilutio eſt criminis obiecti de Græcarum fabularum tranſlatione, quas contaminaſſe, id eſt, deprauaſſe & commaculaſſe & commiſcuiſſe (opponuntur enim apud Ciceronem contaminatis integra) accuſatur. Contaminare. ¶ Factum.} Conceſſio, et approbatio eſt, ab exemplo aliorum poëtarum, qui idem ſibi permiſerunt, et licitum iudicarunt. ¶ Tum quod.} Dilutio alterius criminis, quòd ſtatim muſico ſtudio deditus erat, potius amicûm, id eſt, amicorum ingenio fretus, quàm natura vel ingenio ſuo. Id ſanè paucis hîc refellit, quod in Adelphorū prologo laudi ſibi ducit. ¶ Quãobrem.} Epilogo eſt ἀξίωσις. Orat enim vt ſpectatores poëtæ animum addant, & aduerſarium non audiant. ¶ Facite.} Propoſitio eſt, vt in æſtimatione et arbitrio, æqui & iuſti ſint; cuius vna ratio præceſſit, ab officio iudicum, qui orationem æquorum quàm iniquorum pluris faciunt. ¶ Date.} A decoro & vtili. Si ſpectatores eſſe cupitis, animum quoque poëtæ ſcribentis cōfirmabitis. ¶ Sine vicius.} Qualia ſunt in aduerſario, qui decorum comicum neglexit, cuius hîc fit notatio cùm populus fugerat propter ſeruum inſanū in via currentem. Ille enim quàm pacatiſſimè, et attentiſſimè in theatro ſpectabit, et non decedet. Eſt autem τραγικώτερον furentes adhibere. & ſic Lauiniū tamen modeſtè perſtringit. Itaque comminatio ſubditur, ne porrò maledicat, alioqui plura peccata audies. ¶ Adeſte.} Altera eſt ἀξίωσις, vt attentè audiant comœdiam ſtatariam, cuius hîc eſt deſcriptio ab antitheſi per perſonarum mores expreſſos. Nam ſicut in motoria omnia ſunt turbulentiora, ita in ſtataria, eadem videntur pacatiora. ¶ Mea cauſa.} Ab honeſto & æquo ex ſenilis ætatis, cui altiſſima paratur pax, decoro. Sūt enim qui ſeni in comœdiis laborioſis, id eſt, motoriis parcunt. Stataria enim eſt lenis, & ſicut illic ſummus eſt clamor, ita hîc tranquillitas, qua pleraque ſunt in portu et ſtatione abſque vllis motibus vehementioribus. Verùm dum dicit gregem, vtpote actorum, per contemptum dicit. ¶ In hac eſt.} A puritate elegantis orationis commendatur, & non eſt mediocris virtus eloquentiæ pura oratio. ¶ Experimini.} Ab æquitate iudicate vim ingenij mei in vtraque comœdia tam ſtataria, quàm motoria. ¶ Si nunquam.} Pro ſiquidem, & eſt ἀντεισαγωγὴ non meo lucro id facio, ſed veſtro commodo. ¶ Adoleſcentuli.} Actores. Debet enim ſtudium eſſe liberale & gratuitum. Honos enim alit artes. Itaque iudices ſuo fauore ſtudia adoleſcentum exploraturi ſunt. Si, pro Siquidem.

## IN ACTVS I. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Menedemus affectibus ſuis temperare nequit, vt qui nimium eſt aut ſeuerus, aut lenis.

2 Ineptus eſt paterfamiliâs, aut moroſus, aut indulgens.

3 Non omnia ad viuum reſecantur, alioqui plura in re familiari incommoda ſequuntur.

4 Vt ſeueritas parentum vel præceptorum animos filiorum deiicit et proſternit, ita indulgentia ſupra modum corrumpit. Et quemadmodum in aliarum comœdiarum Terentius prima ſcena argumentum & occaſiones fabulæ deſcribere ſolitus eſt, ita & hic eſt colloquium ſenile humanitatis & officiorum plenum, in quo multæ venuſtæ, et graues ſententiæ. Eſt autem hæc miſta, prior quidem eſt ἐπιτιμητική.

Redarguit

Redarguit enim Chremes Menedemum etiã ſexagenarium opus facere ruſticũ. Poſterior verò eſt ex illa nata παραμυθητικὴ conſolatoria poſt expoſitam luctus et dolorũ cauſam. ¶ Quanquam.} Exordium à re natum eſt per προδιόρθωσιν, atque primo congreſſu beneuolentia ex vtriuſque familiari notitia & vicinia captatur. ¶ Tamen.} Plus tamen beneuolentiæ ab auditoris & honeſti & vicini perſona captatur. ¶ Quod ego.} Γνώμη eſt de laude vicinitatis, quæ eſt propinqua amicitiæ pars. Adcurrunt enim vicini vel ἄζωστοι, id eſt, nondum veterum more cincti, quoties præſens neceſſitas vrget. Idem in officiis Cicero commendat, atque idem re ipſa Chremes preſtat, qui vicini beneuolentiã officiũ conciliandam & alendam eſſe putat. ¶ Vt te audacter.} Propoſitio eſt. Non decet ſexagenarium tantum operæ conſumere. Confirmatio eſt à decoro ætatis. Ea enim opera eſt preter ætatem. Sunt enim ſingularum ætatum & decora, & officia apud Ariſtotelem & Ciceronẽ. Deinde ab inutili. Nam res non adhortatur. Es enim ſatis diues, & ſenio confectus. ¶ Nam prob.} Ratio eſt, quæ per interrogationem & admirationem exhilaratur. Siquidem ſexagenarius es. Igitur tantum operæ conſumere non te decet. ¶ Agrum.} A fortunis. Habes enim agrum & optimum & pretioſiſſimum, & familiam amplam, adeò vt ipſe non foderes. & hic locus à Cicerone adnotatus eſt. & iterum indecorum ſubiũgit, quòd ſenex ſeruile officium faciat, idq́; expoſitione tanquam oculato teſtimonio comprobat. ¶ Neque te.} Ab inhoneſto. Neque tui habes rationem. ¶ Hæc non.} Ἀντιπαραγωγή. Non poſſunt hæc voluptati eſſe, præſertim ætate decrepita. ¶ At enim.} αὐθυποφορὰ aperta per violationem. Plus enim opera ſeruorum, quàm tua efficeres. Si quis verò pœnitet pro tedet quorundam authoritate innitens caperet, ſuum ſequatur iudicium, & conſilium. ¶ Tantum.} Occulta quædam eſt αὐθυποφορά. Obiicit enim tantum illi otij eſſe, vt de rebus alienis ſollicitus ſit. ¶ Homo.} Diluit eandem per coniugata, & ab hominis officio per ſententiam de Platone ſumptam, & in officiis Ciceronis repetitam. ¶ Rectum eſt.} Altera eſt refutatio obiectionis ab honeſto, quo admonetur ab amico amicus, vt qui nõ cupiat deterrere, id eſt, ab incœpto retrahere. ¶ Mihi ſic vſus.} Per anthypophoran vſum, id eſt, conſuetudinem infert. ¶ An cuiquam.} A fine & conſuetudine, vel ſi mauis ab indecoro vitæ humanæ, quæ non eſt, vt quis ſeſe excruciet. ¶ Nollem.} Id eſt, doleo ſi quid tibi ægrè eſt. Tantum pro, cur te ita tantopere excrucias? ¶ Eheu.} Dolentis eſt vox, atque ex imo pectore ſuſpiria emittẽtis, & hic ad orationem παραμυθικὴν eſt ἀφορμή. ¶ Ne lachruma.} Propoſitio eſt conſolationis. ¶ Crede.} Confirmatio ab vtili & promiſſione auxilij. Vult enim illi adeſſe vel conſolatione, vel conſilio, vel denique re ipſa. Id Plautinum eſt & à Cicerone penè vſurpatũ. Vult enim vt luctus & mœroris cauſam exponat, & otioſus, ægrotis enim opus eſt medico. ¶ Vacuum.} Imago eſt, vt ſenes ipſi πλεονέκται, & pacatioris vitæ negligentiſſimi ſunt. ¶ Ah non eſt.} Dolet ita raſtris per Chremetem ex manibus ſublatis. ¶ Hui.} Admiratur raſtrorum grauitatem. Reddit ſe ita meruiſſe, vt hunc laborem ſubiret. ¶ Filium habeo.} Narratio eſt cuius ſcopus eſt de iuſto cruciatu. Perſona eſt filij, quam amplificat, tanquam tantæ ægritudinis cauſam haud poſtremam, ab ætate, quia adoleſcentulus, à ſorte, quia τηλύγετος vnicus & ſeni natus, ſicut Abrahamo Iſaacus fuit. ¶ At quid.} Correctio eſt, quã πάθος extorquet, non habeo, ſed habui. ¶ Eſt è Corintho.}

Pœnitet.

Vſus.

Nollem.

Eheu.

Cauſa eſt. Nam amorem illius perferre nolui. Matris autem ἀπόδειξις eſt à patria, vt Corinthia, à fortuna, vt aduena, & paupercula. Eius verò filiam, cuius hîc eſt iuxta affectum αὔξησις, filius deperibat. Verùm ſi quis animaduerterit, pleraque etiam, quæ in narratione primæ ſcenæ in Andria ſunt deſcripta, huc propter diſpoſitionem, quam διάθεσιν & non τάξιν eſſe hic cupimus, aptè conferre videbit. ¶ Humani.} Vt ratio humanitatis poſtulaſſet. ¶ Neque vt.} Conſilium quoddam eſt apud Ouidium de amoris remedio, vtpote non ſubitò ægrotum amatorem eſſe refrenandum. ¶ Vt & via.} Talis iudicatur pædagogia non Demearum, ſed Mitionum. Chremes iucundior quàm Menedemus. Eſt autem educatio vitioſa, nimis aut moroſa, aut indulgens. ¶ Quotidie.} Accuſat ſuam ipſius moroſitatem in expoſtulando, cuius formam narrando ſubdit. ¶ Hem tibi.} Μιμητικῶς expoſtulando proponit, hoc modo. Non ſperabis tibi licitum amore frui. ¶ Erras.} Confirmatio ab indignitate, & indecoro. Hoc enim facinus te adoleſcente et filio non eſt dignum. Huc afferenda adoleſcentiæ decora. ¶ Sed ſi.} A comminatione vel abdicationis, vel exhæredationis. ¶ Nulla.} A cauſa efficiente. Nam otioſus eſt. Otium enim eſt omnium flagitiorũ mater. Exemplo eſt Aegiſthus, quia deſidioſus fuit iuxta Ouidium, qui & ſic canit. Otium.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptæque iacent, & ſine luce faces,
Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus vnda,
Et quàm limoſa caua paluſtris humo,
Tam Venus otia amat, &c.

¶ Ego iſthuc.} A ſuo ipſius exemplo per inuerſionem. Nam potius militiæ nomen dedi, ne otioſus eſſem et amarem. ¶ Simul.} Et literis, & bellis inclareſcimus omnes, vnde Cicero in libro primo officiorum adoleſcentes aut ingenij induſtria aut militari, aut alio quouis labore exercendos eſſe ſcribit, ne per otium in amorem incidant, à cuius ſententia neque Ouidius abhorret.

———Finem qui quæris amori,
Cedit amor rebus, res age, tutus eris.

¶ Poſtremò.} Ex tam aſſidua expoſtulatione animus adoleſcentuli conſternatus eſt. Neque hæc grata eſt Plutarcho de puerorum educatione. ¶ In Aſiam.} Factum eſt, quòd in caſtris propter meam moroſitatem nunc viuat. ¶ Clam.} Illud exaggerat, quòd filius ex aſſe hæres in militiam abierat ſine patris conſenſu, & tamdiu, atque hic πάθος eſt ab exilio atque fortuna. ¶ Ambo.} Rectam fert ſententiam, filium tamen ab habitu animi collaudat, alioqui vituperando animus Menedemi exaſperaretur. ¶ Vbi comperi.} Modus eſt, quo parauit ſibi ſtudium & familiam ad opus ruſticum faciundum, ne iniuria filium afficeret. ¶ Accurrunt.} ἀποτύπωσις eſt familiæ fidelis, & ſedulæ. ¶ Lectos ſternere.} Veteres enim non niſi cubando cœnabant, tã apud Græcos quàm apud Latinos, & hodie Turcæ humi cubant ſuper ſedibus paululum ab humo elatis. Verùm de hoc ritu plura in noſtris quæſtionibus conuiualibus. ¶ Cœpi cogitare.} Dialogiſmus eſt afflicti propter filij exilium de magnitudine familiæ deliberantis. ¶ Sed.} Amplificat infortunium. Nam filius fortunis priuatus, quibus pluribus illi opus eſſet, quàm ſeni, quem mea ſeueritate iniuſtus ieci. ¶ Malo.} Clauſula eſt occulta. Igitur propter hanc iniuſtitiam quouis malo dignus ſum. ¶ Nam vſque.} Clauſulæ ratio eſt ex filij miſera calamitate, cuius hîc eſt notatio à fortuna, quia inops, quia exul

*eſt.[ Interea.] Seduli patris pro filio* καταγραφὴ *eſt, quę quatuor cōſiſtit virtutibus in hoc aſyndeto, labore, cōquiſitione parſimonia, & ſeruitute.[ Ita facio.] Expoſitio eiuſdem eſt per diſtributionem.[ Vas.] Generale eſt nomen, ſicut Saxonibus eſt* vat.*[ Facile.] Et hoc Catonis eſt conſilium, vt in œconomia familia habeatur, & neceſſaria tantùm, & non ita ſumptuoſa.[ Coëgi.] Vocabulum eſt* τῆς λογιστικῆς. *Quindecim verò talenta noſtratibus cētum et duodecim millibus aureis Rhenanis æſtimantur. [ Agrum hunc.] Narrationis ſcopus eſt, de quo Chremes rogabat.[ Credo.] Duæ ſunt cauſæ, cur ſe ruri exerceat, & tamdiu. Prior quidem eſt ab honeſtatis ſpecie. Sic enim minus vult eſſe & videri iniurius, Poſterior verò eſt ab æquo. Nec enim mihi voluptate frui licet, niſi particeps, id eſt, hæres meus ſaluus quoque fuerit.*

*[ Ingenio.] Redit ad conſolationem, poſtquam luctus cauſam ex narratione cognouerat. Confirmando autem pergit vt perſuaſum ducat quò velit, à decoro, & patris, et liberalioris educationis. Prudenter quoque euentus cauſam et* ἀφορμὴν, *neque in patrem, neque in filium tranſtulit, ſed potius in ignorantiam. Blanditur verò vtrique: & in patre lenitatem, & in filio obſequētiam exigit. Additur quoque* γνώμη *ita cuncta perturbatiori ordine fieri, vbi officia ſingulorum in re familiari negliguntur, quæ multo rectius ex ſacris literis peti poſſunt, atque ex Cicerone, & ſicut illic patris lenitas & filij obedientia laudatur, ita hîc in patre requiritur, vt filium magni pendat, et è diuerſo filius patri ſeſe credat, atque hanc rationem & ipſe Quintilianus in ſui oratoris inſtitutione agnoſcit.[ Menedeme.] A ſpe reditus, eáque non ita tarda.[ Nunc ſi commoda.] Inuitatio eſt ad cœnam, cuius ratio à feſtiuitate ſubiicitur. Dionyſia autem ludi ſunt in honorem Bacchi inſtituti propter victoriam ex India deportatam, ſicut authores ſunt Diodo. Siculus, et Solinus. Athenis autem erant triplicia Dionyſia.* (*Dionyſia triplicia.*) *Vna in agris mēſe Poſideone, qui nobis December eſt. Altera Lenæa, eodem menſe, qui hac de cauſa &* ληναίων *dictus eſt. Vltima, menſe Elaphebolione, id eſt, noſtro Februario celebrabuntur.*

*[ Quæſo.] Difficultatem &* τὸ ἀδύνατον *diluit & obteſtatione, & ab ætatis decoro. Senes enim ſibi parcere debent, & à pia filij in patrem voluntate atque* στοργῇ.*[ Nō conuenit.] Iterum indecorum regerit. Iniquum eſt filium laborare, & patrem deſidem eſſe.] Hoc dictum ſeni ſed* πλεονέκτῃ *conuenit.[ Lachrymas.] Pia eſt* συμπάθεια *propter alterius calamitatem, vitámque ærumnoſam. [ Nihil.] Sunt cœnipetæ, & qui ad diei tempus cœnæ adſunt, ſed Chremes hîc* κατ' ἀντίφρασιν τρεχέδειπνος, *vt qui ad conuiuium non celeriter, vt vox ſonat, ſed tardius & cunctatius ad cœnam venit, qui eſt & ab impedimento cœnæ* κωλυσίδειπνος, *ſicut in noſtris conuiualibus quæſtionibus explicatur. Notatur autem hîc* θίασος *qui eſt & multitudo & pompa ferè in Dionyſiis collecta, & poſtea tale eſt conuiuium.* (*Thiaſus.*)

## *IN ACTVS I. SCENAM II.*

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Gaudium parentum magnum eſt propter filios reduces.*

2 *Liberi meticuloſi moroſorum parentum conſpectum fugiunt.*

3 *Egregia eſt de filiorum in parentes etiam duriores officio doctrina.*

4 *Honeſtorum adoleſcentum exempla aliis propter imitationem proponenda ſunt.*

*Occaſio. Clinia è militia domum rediit, multarum turbarum & periculorum cauſa, eáque in totam comœdiam diſperſa eſt.[ Nihil.] Propoſitio eſt* παραμυθική, *ne timeat. Eſt enim verum illud Ouidij:*

*Res eſt ſolliciti plena timoris amor.*

*[ Haud quaquam.] Ratio eſt ab officio & amicæ & totius familiæ. Iam enim Antiphila cum Dromone ſeruo aduentat.[ Proin.] Concluſio eſt conſolationis. Itaque non ſis ſollicitus.[ Pater.] Exordium eſt captatæ beneuolentiæ à perſona & appellatione patris, & opportuno aduentu. [ Hunc Menedemum.] Narratio eſt de Cliniæ reditu. Itaque eius patrem, & vicinum, & eius filium breuiſſima notatione adumbrat.[ Apud nos.] Factum eſt in narratione, atque id ipſum admirans rogat. [ Aduenientem.] Modus eſt. Nunc enim ex Aſia per mare Aegeum Athenas rediit. Sub id autem tempus bellaciſſimi erant Aſiatici propter bellorum multitudinem, atque etiamnum expeditiſſimi equites, non tantùm grauis, ſed & leuis armaturæ illinc ſub Turcicis ſignis ſtipendium faciunt.[ Adduxi.] Vt omnem ſuſpicionem auertat, familiaritatem vel à prima ætate tanquam amicitiæ matrem cauſatur. [ Quàm vellem.] Votum eſt veri amici, vt ſuum iam afflictum exhilararet, et occaſionem pretexit.[ Caue faxis.] Diſſuaſoria eſt, ne nuntiet. Confirmatio eſt ab inutili, eius ratio eſt à periculis, & incertitudine conſilij. Pericula autē ſunt tum ex ſeueritate patris moroſi, tum ex incerto Antiphilæ amore, qui contentionis, atque adeò abitionis cauſa eſt. [ Quid narrat.] Interiicitur artificioſè confutatio in ſtatu finitiuo. Clinia non eſt miſer. Ratio eſt. Nam ea habet quæ in homine eſſent, modò iiſdem rectè vteretur. & hic rerum eſt indifferentium* συναθροισμός.

*[ Atque hæc.] Sunt bona* ἀδιάφορα *bona bene vtentibus, malè autem vtentibus mala, id eſt,* ἄχρεια, *id eſt, non proſunt.[ Imò ille.] Clitipho ſuæ diſſuaſionis memor, et ad eam redit, et à periculis imminentibus diſſuadet. Veriſimile autem fit à moribus ſenis & moroſi patris. Requiritur autem liberalis educatio, non ſeruilis, non tyrannica, cuius hic imago eſt, atque vtranque Storax in Adelphis Terentij deliniat. Multum enim quomodo quis educatur refert, filij enim amore potius quàm timore, qui ſeruos decet, retinendi ſunt. Educatio autem iuſta & bonos meliores redderet. Vera eſt Platonis ſententia.* τροφὴ *inquit,* καὶ παίδευσις χρηστὴ σωζομένη, φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ, καὶ αὖ φύσεις χρησταὶ τοιαύτης ἀντιλαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων φύονται.

*[ Illi in metu.] Timeat patrem ſed non more ſeruili, atque id vtiliſſimum eſt filiis, atque hinc via ad exhortationem ſternitur.[ Dicam.] Exhortatio eſt vt patrem timeat etiam ſenem, etiam moroſum. [ Fortaſſe.]* ἀνθυποφορά *per conceſſionem, & dubitationem eſt, etiamſi fuiſſet iniquior, cùm libidini filij refragatur, tamen ferendus eſſet. [ Nam quem.] A decoro, & facilitate iuxta* φυσικὴν στοργὴν, *aut iuxta ius naturale.[ Hunccine.] Ab æquo & bono, quorum vtrumque ſuadet, vt filij parentibus auſcultent. [ Quod illum.] Altera anthypophora, qua duritiem patris accuſat, à conſuetudine paterna, qua crimen aſperitatis remouetur, cui & poëta ſuffragatur:*

*Sit licet in natos facies auſtera parentum,*
*Aequa tamen ſemper mens eſt, et amica voluntas.*

*[ Paulo.] Ab æquitate. Nam qui ciuilior eſt, atque ita tole-*

rabilior, nonnihil ſcortationis & conuiuij permittit, & ad has res ſumptum præbet, exiguum tamen. Siquidem eam ratione ad prudentiam cōparandam conſeruare cenſet. Id autem conſilium ciuiliorũ patris gentilibus aptius eſt, quàm Chriſtianis auribus dignum. ∇Verùm vbi.}Sicut antea moderata conuiuia & moderatas vagas libidines cōmendauit, ita hîc immoderata (In his enim mala cupiditate ſe deuincunt) damnat, tanquam caſtigatione digna. Mala autem ſunt cōſilia malis, et bona bonis. Alludit ad illud Theocriti, vbi Idillio octauo periculoſum eſſe canit, ſi inteſtina canis deguſtarit. Eò & Oratius voluit:

*Vt canis à corio nunquam abſterritur vncto.*

∇Scitum eſt.} Γνωμή. Horatius ſic:

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum.* & prouerbium eſt: Optimum eſt aliorum inſania frui.

## IN ACTVS II. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Adoleſcentuli monitores parentes, eorúmque conſilia iniquo animo ferunt.

2 Idem de amicæ rebus magis ſolliciti ſunt, quàm de iuſtis parentum conſiliis.

Eſt autem oratio σχετλιαστική. Conqueritur enim Clitipho bis ſe miſerum eſſe, tum propter patris iniquitatem, tum propter amicæ exactionē ſumptuoſam. Occaſio verò eius eſt ex priori ſcena, quando ait Chremes. Scitũ eſſe, periculũ ex aliis facere. Quapropter idipſum hîc repetitũ, malè filiũ mordet. ∇Quàm iniqui.}Propoſitio eſt. Patres ſunt iniqui in adoleſcentes. ∇Qui æquũ.}Cōfirmatio eſt ab impoſsibili. Fieri enim nequit, vt adoleſcētuli ſeniles mores habeāt, aut ἀδύνατον eſt, vt adoleſcentuli ſeniliter ſapiāt. ∇Neq; illarũ.}A decoro ſtatus neglecto, quaſi adoleſcentũ eſſet amare, et nō ſenũ. ∇Ex ſua libidine.}Expoſitio eſt ex cauſa præſentis vitæ, non præteritę. ∇Mihi.}Ab effictione ſuóq; iudicio, & collatione ſuę educationis et paternæ. et paranomaſia eſt in cognoſcēdo & ignoſcendo. ∇Perij.}Regerit crimē in patrē accuſantem, eſt igitur iniquus iudex. ∇Is mihi.}A mala conſuetudine, et inepta opportunitate, propter quam præceptũ nō ſine ironia repetit. ∇Aſtutus.} Epilogus eſt, quo patrem iniquum non eſſe audiendum colligit. ∇Magis.}Altera eſt eius querimoniæ pars veluti amplificatio, eſt miſer nō tam propter patris iniquitatem, quàm propter amicam petacem, cuius hîc eſt μίμησις. ∇Nam hic.} Suā miſeriā exaggerat collatione cum fortuna Cliniæ. Eſt autem ſuarum rerum ſatagere, idem quod res ſuas abſq; impedimento curare, ſuúmque officium præſtare. Eſt autem vtriuſque amicæ per contentionem deſcriptio, in qua ſemper duæ partes inter ſeſe committuntur. Atque hic ſumptuoſæ & procacis amicæ exemplum ſtatuitur. ∇Scit pater.} Alioqui miſeriam conduplicaret. Eſt autem procax à verbo procire, quod eſt petulanter petere.

Satagere ſuarũ rerũ.

## IN ACTVS II. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Suſpicaces ſunt amatorculi, omnia ſiniſtrè interpretātur.

2 Moræ impatientiſsimi ſunt amatores. Diecula enim illis annus eſſe videtur.

3 In expoliendis mulieribus bona temporis pars temere extrahitur.

Occaſio. Antiphila vocata non ſtatim adeſt amanti Cliniæ, ea de cauſa ſeſe non parum excruciat. ∇Si mihi.} Propoſitio eſt orationis τῆς σχετλιαστικῆς, nō eſt mihi ſecundus amor. ∇Iamdudũ.} Cōfirmatio. Nā iam veniſſet Dromo cum Antiphila. ∇Vereor.}Suſpitio eſt ne ſit largitionibus corrupta. ∇Concurrunt.} Ratio eſt ex circunſtantiarum congerie, potiſsimum tamen nouercæ, quæ tamē erat putatoria, vtiq; petaciſsima. ∇Sed neſcio.}Redit ad præſentis rei querelam ab argumento, quia animus malum præſagit. ∇Pergin'.}Reprehendit ipſum Clitipho ab ineptitudine & abſurdo. Qui enim fieret, vt quis rem nondũ cognitam diiudicaret? Et Socrates apud Platonem nihil ineptius eſſe dixit, quàm de re non ſatis perſpecta et cognita diiudicare. ∇Si nihil.}Iterum ſuſpicax fruſtraneum euentũ profert. ∇Iam aduenit.}Diluit aſſeueratione de eius aduentu. ∇Non cogitas.} Duobus argumentis ſuſpitionē remouet, tum ab interuallo loci, tum à diligentiori mulierum ornatu, & annum dicit ὑπερβολικῶς. ∇Timeo.}Ἀνθυποφορά eſt, qua veluti epilogo concludit. Siquidem aduentat, ergo reſpira, & ſis præſenti animo.

## IN ACTVS II. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

Antiphila & Bacchis per ſeruos adducūtur amicæ duobus adoleſcentulis exoptatiſsimæ. Sed Clinia Antiphilam corruptam eſſe arbitratur, ſumptis coniecturis tam ex ornatu, quàm ex grege ancillarum. Syrus autem longa narratione de moribus Antiphilæ confutat. Ad eundem modum eſt longior Bacchidis deſcriptio, quam Clitipho adductam noluit. atque hic periculi ſequentis πρότασις, quando pater filij amorem intelligit, & Syrus ſuis conſiliis fallitur.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Amatores ſunt ſuſpicaces, & leuibus quibuſdam coniecturis neceſſaria colligunt argumenta.

2 Adoleſcentes amantes etiamſi ſint liberi, tamen ſeruis ſuis inſeruiunt.

3 Magnum facinus ſine periculo patrari nequit. Magna enim negotia magnis cũ periculis fiunt. ∇Ain'.}προϋπεργασία eſt ad confutationes ſuſpitionũ in amore futuras. Præponitur enim σχετλιαστική Cliniæ de miſeria & calamitate. ∇Verùm dum.}Occaſio eſt mora, per enthymema, vt relictę ſunt, dum ſermones cedimus. ∇Mulier.}Cōſolatio eſt propter præſentem amicam. ∇Ego verò.}Indignabundus iſthæc dicit, & plura reddit, quàm rogatus erat, atq; omnino ſui votī compotē eſſe ſatis acerbè profitetur. ∇Minimè.} Excuſat tarditatem propter ancillarum gregē, atq; hinc occaſio conquerendi ſumitur. ∇Perij.}Propoſitio eſt querimoniæ, cuius confirmatio eſt ab iniucundo, & difficili. Adeſt enim grex ancillarum. ∇Non oportuit.}Diluit tribus rationibus, quia ornatum geſtat, quia adueſperaſcit, quia viam non norunt. ∇Væ miſero.} Iterum propoſitionem repetit exclamando, quaſi deſperās. ∇Viden'.}Ratio confirmationis eſt ex ſignis, videlicet multitudine ancillarũ, nimio ornatu, & ab inſolenti negotio. ∇Dij boni.} Syrus ſuſpitiones amplificare videtur, cum in tāto grege victus penuria ſit, ita afflictum affligit, & perditum perdit, atque id frequenti interrogatione non parum expolitur iuxtà cum incremento. ∇O Iuppiter.} Alia pars eſt confirmationis per apoſtrophen & proſopo-

pœiam. Abſentē enim alloquitur, et cū eo expoſtulat à fide
ſoluta, quam dederat nunc exuli, nunc deſerto, nunc infami,
nunc mole morato. Ita narratiuncula ſuum infortunium à
fortuna aduerſa, quia erat exul, à perditis honoribus, quia
ad extremum infamis erat, à malo animi habitu, propter
inobedientiam et contemptum in monitorem, qui ſedulò me-
retriceos amores mihi cecinit, ſed fruſtra canebatur ſurdo,
exaggerat adeò vt verè miſer ſit. ¶ Nemo eſt. ¶ Peroratio eſt
iſtius querela. ¶ Clinia aliter. } Hîc ſequitur ſuſpitionum con
futatio, cuius propoſitio eſt. Non rectè intelligis. Ratio eſt ex
eadem vita, & affectu, qui olim fuit. Conſtat enim ſibi, &
animus nihil eſt mutatus, ſicut exquiſita cōiectura teſtifi-
catur, id autem κατ᾽ αἰθυποφορὰν adiectum eſt. ¶ Nam mi-
hi. } Votum eſt, quo falſas eſſe ſuſpitiones cupit. ¶ Hoc pri-
mum. } Narratione comprobat, eam ſeruaſſe fidem, & pu-
dicam fuiſſe, cùm mores & ſtudia Antiphilæ depingun-
tur. Hîc alteræ eſt nobis hodie alteri, & archaiſmus eſt.
¶ Vbi hæc. } Coniecturæ vbique narrationi inſertæ ſunt de
moribus Antiphilæ, quia viſa eſt texere telam, atque ita
non erat otioſa, quia veſtitu erat lugubri, vt quæ luctum pręe
ſe ferebat. Huc afferendus eſt Homeri locus de armis mu-
lierum, etſi honeſtè liceret Penelopes hiſtoriam conferre, ſi-
cut imago præſentis vitæ ſatis declarat. ¶ Vbi de improui-
ſo. } Ἀντεισαγωγῇ tollitur, ne affectatum id putaret. ¶ Nam
ea res. } γνώμη eſt, de vitæ indiciis ex cultu & familiari vi-
ta. ¶ Texentem. } Textura maximè mulieres decet. Breuiter
non fuit otioſa, non ſumptuoſa, quia texebat, quia ſtola eius
lugubris, atque hîc anthypophora de luctus cauſa. De voca-
bulo autem anus apud Gell. in 4. c. 16 eſt diſputatio. ¶ Nul-
la. } Id eſt fuco vel ceruſa, quibus color naturalis adultera-
tur. Vnde apud Comicos ſunt fucatæ, & ceruſſatæ. ¶ Sibi. }
Vt quæ amatoribus placere noluit. ¶ Capillus. } Ex ornatu
neglecto coniectura eſt, igitur non amauit alium incompta,
Pax. & inelegās. Pax autem eſt Priſciano & Donato idem quod
tantum, aut potius ſit admirationis χελιασμὸς quidam.
¶ Anus. } Coniectura eſt ex paucitate familiæ, & labore a-
nus, cuius exemplum mulierculæ ſequuntur, vt ſit æmula-
tio quædam. Itaque ancillam non comptam, ſed ſquallidam
texere fingit. Hîc labor & luctus. Hîc otium libidinis &
multorum vitiorum abeſt. Hic pulchritudo vel mu-
liebris non ita magni ſit. ¶ Si hæc ſunt. } Perſuaſus iſtis con-
iecturis mox Clitipho colligit, & conſolatoria oratiuncula
interiecta eſt veluti acclamatio, & proponit, neminem eſſe
fortunatiorem Clinia. ¶ Scin'. } Confirmatio ab adiunctis,
quia ſordidata in veſtitu, & ſordida in perſona. Itaque
eam eſſe extra noxam certa ſigna ſunt, quæ & aliis com-
probat. Nam et internuntij ſordidi ſunt, ἀπολογία eſt ex di-
ſciplina amatoriæ natura. ¶ Perge obſecro. } Eleganter per
hanc interrogationem iſthæc oratio interrumpitur, & ad
narrationem antea nondum abſolutam reditur, & eadem
ſuſpitiones refellit. coniecturæ ſunt tum ex vltronea obedi-
entia, tum ex gaudio repentino, cuius & hîc inſignis eſt no-
Gaudium lachrymas excutit. tatio hyperbolica. Solet gaudium inſperatum lachrumas ex-
cutere, cuius rationem Alexander Aphrodiſæus proble. 21.
complectitur, & à Gellio & ab aliis frequenter explica-
tum. ¶ At ego. } Iterum à Clitiphone acclamatur. ¶ Addu-
cimus. } Altera pars huius ſcenæ eſt, qua negotium Cliti-
phonis & amicæ Bacchidis expeditur, & propoſitio ſtatui-
tur. Bacchis ad patrem Clitiphonis adducenda eſt. ¶ O bo-
minis. } Confutatur Syri conſilium per exclamationem.

¶ Heus non ſit. } Confirmatio eſt per ſententiam militarem
quam in ſeptimo libro Herodotus ad verbum habet. Vul-
go dicitur, qui commoda expectat, pericula quoque perpe-
ti neceſſe eſt. ¶ Hoc vide. } Diluit ab incommodo. Quæri-
tur quidem laus, ſed cum vitæ alterius periculo eſt tibi v-
ſui, ergo non mihi. ¶ Fugerit. } Id eſt, non ex ſententia ſuc-
ceſſerit, actum de me erit. Itaque conſilium hoc nimis peri-
culoſum. Hic in vita mea eſt in periculo vitæ. ¶ Quid
illo. } Interrogatio eſt indignationis meæ pleniſſima.
¶ Quaſi cum. } Sententia nimis elegāter interrumpitur pro-
pter Clitiphonem diſturbantem. Eſt verò integra, quaſi cum
Clinia, & non cum Clitiphone amorem ſit communicatura
Bacchis. ¶ Malum. } Interiectio abominantis indicatur.
¶ Enimuero. } Irati Syri eſt ἐπιτιμητικά, vtpote increpato-
ria, conſolatoriæ commiſta & coniuncta, quaſi ſit orationis
impetus propter affectum concitatior, cuius propoſitio eſt,
Iniurius es. Ratio eſt ab abſurdo. Nam ineptus es, vt qui
commoda cupis, & periculum ſubterfugis. Eſt autem in ſin-
gulis inciſis repetitio. ¶ Siquidem. } Corrigit ſuperiorem ſen-
tentiam, & eſt rhetoribus ἀφορισμός. ¶ Aut hæc. } Ex diſiun
ctis argumenti expolitio eſt, & neceſſitatem colligit. ¶ Ha-
rum duarum. } Diſiunctionis epilogus eſt. ¶ Etſi conſi. } Per-
ſpicuè ad conſolationem & exhortationem recurrit, & con-
ſilium ab honeſto & tuto collaudat. ¶ Num apud. } ἀπολο-
γία eſt à commoditate, quia ſine metu fuiſſet tibi amicæ co-
pia, & apud patrem. ¶ Tum quod. } Ab alio commodo, cùm
vis pecuniæ magna ſatis parata eſſet. ¶ Quod ne effi. } ἀν-
θυποφορά, perinde ac ſi diceret, porrò non orabo, vt ſit tibi
argenti copia. Nam obſurdeſco. ¶ Quid aliud. } Interroga-
tione inſultatoria vrget aliud dari conſilium, & melius
dari non poſſe negat, & faciem prouerbij, quoties præſtan-
tioris conſilij non eſſet copia, habet. ¶ Siquidem. } Id eſt, ſi Siquidem
modò fieret quod exponis. Seruus autem experientia res no-
tiores fore, docet. ¶ Siquidem. } Repetitio eſt non ſine Iro-
nia, & indignatione. ¶ Aſſimulab. } Propoſitio eſt conſilij.
¶ Pulchrè. } Conceſſio eſt, conſilium ſanè laudat, ſed à com-
paratis minoribus abſurdum infert. Si turpe eſt vnam ha-
bere amicam, quanto turpius duas? ¶ Immo. } Abſurdum
tollit, cùm ad patrem ſit deducenda. ¶ Fabulæ. } Illud Syri
conſilio diſplicet, cum certam cauſam nondum audiat cur
tantum metum acciperet, id eſt, ſubiret. Nōn vult enim pe- Metum accipere.
riclitari. ¶ Mane. } Vt cunctantem Clitiphonem in amoris
ardorem pertrahat, hic autem diuerſum conſilium ſimulat,
& eſt attentionis, videlicet eum tutum & ſecurum eſſe, no-
tatio, quod hic prouerbio planum fit. Nam in vtramuis au- In vtrāuis aurem dormire.
rem dormire nihil aliud eſt, quàm otioſo animo & ſecuro
ſomno indulgere. Securitas enim ſomnos conciliat. ¶ Ibo ob-
uiam. } Expoſitio conſilij eſt, vt amicæ domum redeant.
¶ Quod beni. } Adoleſcentuli eſt. Huius enim eſt agere,
quod id ætatis decorum expoſtulat. ¶ Hodie. } Alludit ad
occaſionem neutiquam negligendam. Siquidem fronte eſt
capillata, ſed in occipitio calua, vt eius imago apud Auſo-
nium depicta eſt, ſic & Horatius:

Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum.
Et alibi:
Dona præſentis cape lætus horæ.

¶ Ego. } Vt domum reuertātur. ¶ Verum. } Hæc ſecum loqui-
tur. ¶ Heus. } Abitionem parantem Clitiphonem reuocat.
¶ Concaluit. } Et hæc clàm loquitur. Concaluit eſt id, quod Concaluit. efferbuit

efferbuit cor.atq; iuxta affectum cordis thalamus caleſit & adaperitur quaſi ſurgentis & cupiditatis, & lætitiæ ſit aurula,quæ allubeſcentia hodie nuncupatur. ¶ Tu es iudex.} Præpoſterè herus à ſeruo conſilium expetit. Tanta eſt amoris inſania,tantum per illum homines dementantur. Itaque Archilochus eius vim exprimens non tantùm oculos caligare,ſed & mentem eſſe amentem,cecinit his verſibus.

τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς
πολλὴν κατ᾽ ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε
κλέψας ἐκ στηθέων ἁπαλὰς φρένας.

Sunt & huius iudicio amatores planè ἄψυχοι,id eſt, exanimes,nullius conſilij compotes. ¶ Ridiculum.} Diluit & tollit per periculorum, ſi qua euenerint, collationem. Filio enim tantùm verba,videlicet obiurgatoria,ſed ſeruo verbera erint. Sunt autem ferè apud Comicos mancipia, quæ cæduntur,verberones, Græcis μαστίγιαι. Itaque conſilium non eſt repudiãdum,cùm ſuaſor magis periclitaretur. ¶ Sed iſtum.} Cæterùm vt negotium expediatur,facilius cunctas ἀντισαγωγάς remouet,quarum prima eſt, vt exoraret de amica aſſimulanda. ¶ Verùm ne.} Altera eſt,ne titubet,id eſt,ne ſermone ſe prodat Eſt autem metaphora à pedibus ſumpta vacillantibus. Tollit autem à peritia colloquij. Eſt enim pérdocta,cauta & prouida. ¶ At hoc demiror.} Tertia eſt de perſuaſionis difficultate. Eſt enim ſuperba,faſtidioſa. & hic locus eſt de temporis opportunitate,quæ quantum momẽti habeat,ſcriptores paſſim indicant. Claudius Cæſar quendam parum tempeſtiuè accedentem manu à ſe reiecit,docuit nimirum tempus eſſe diligentius obſeruãdum. ¶ In tempore.} Narratiuncula eandem diluit,quę eò pertinet vt quàm facilimè concedat,vt qui ſemper tibi gratiſſima eſſe voluit. ¶ Sed heus.} Adhortatoria eſt,vt prudentior,& cautior ſit. Rationes ſunt, quarum vna eſt à patris perſpicatia,altera eſt ab impotentia amatoris,qui ſibi ſuóque affectus temperare nequit. Vltima eſt à modo,quo incommoda reſponſa & ſigna quædam imprudentiæ vitanda ſunt. Verba euerſa ſunt inuerſa,id eſt,præpoſtere pronuntiata, vel verbis,cùm pro læuo vola dicitur, vel ſententia,cum Germani dicunt, Vvann man ſchvvartz ſagt,das vveis iſt. Ceruix autem euerſa,pleriſque eſt non recta,arrogantiæ nota,ſed depreſſa humilitatem & animi deiectionem ſignificat. Breuiter in hoc ſynathriſmo quælibet indicia animi mutati fugienda admonet. ¶ Laudabis.} Pollicetur ſuam operam, & hoc ſolo verbulo eſt ſedulæ mentis ſignificatio,penè prouerbialis. & ſic ferè dicitur, ego me ſic attemperabo, vt ipſe laudaturus ſis. ¶ Sed quàm citò.} Admirantis eſt non ſine ironia. ¶ Cur retines.} Quanta eſt amatoris impudentia,& ſatis ridicula.

Titubare.

Verba euerſa.

Ceruix euerſa.

## IN ACTVS II. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Scortum honeſtas nuptias laudat. Nam & malis inſitum eſt probare meliora. Sunt enim ſemina honeſtatis indita, τὰ κατὰ φύσιν πρῶτα.

2 Meretricea vita & ſtudium non parum periclitatur.

3 Nunquam verè ſunt calamitoſi coniuges ſeſe inuicem amantes.

4 Amantes vel amicæ primo conſpectu obſtupeſcunt.

Eſt autem in facti demonſtratione quòd formoſa etiam morata eſſe voluerat. Sit igitur Antiphilæ encomium. Huius loci eſt illud Solomonis, qui mulierem formoſam quidem,ſed ſine pudicitia, idem eſſe ait, quod aureus torquis in naribus porci eſt. ¶ Edepol.} Propoſitio eſt. Laudanda eſt Antiphila. ¶ Id cum ſtuduiſti.} Confirmatio eſt ab honeſtatis ſtudio. Nam mores honeſtos formæ coniunxiſti, reſpondet forma moribus,& econtra.

*Virg.*

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.

¶ Minimè.} Epilogus. Amabilis igitur eſt formoſa & honeſta. ¶ Nam mihi.} Laudat ab acumine ingenij, ſeu dotibus naturæ. Hîc eſt ſententia, vt ſermo ſit animi index, & χαρακτήρ. Sic in Saluſtium Cicero. Moribus ſemper oratio conſonat. Plutarchus de liberis educandis ſic ait, Vt æra tinnitu,ita homines ſermone dignoſcantur. Solon apud Laertium ſermonem eſſe viuam animi imaginem pronuntiat. ¶ Et egomet.} Ab honeſto amplificat per collationẽ amoris meretricei & honeſtarum nuptiarum. ¶ Amatores.} Non amici, cùm illi corpus tantùm adament. ¶ Immutata.} Poſtquam rugis arari cœpta. ¶ Deſertæ.} Ouid. 3. amoris.

Sermo eſt index animi.

Dum licet,& veros etiam nunc editis annos,
  Ludite,eunt anni more fluentis aquæ.
Tempus erit,quo tu,quæ nunc excludis amantes,
  Frigida deſerto nocte iacebis anus.

¶ Niſi pro.} Illis oculatas manus Plau. tribuit. ¶ Vobis.} Sponſis & honeſtis puellis. ¶ Cuius mos.} Quales ſunt ſponſi. Hîc eſt amicitia iuxta Pythagoram æqualitas. Hîc eſt amicitiæ mater,morum ſimilitudo. Hîc inter pares amor ſtabilis eſt. ¶ Deuinctum.} Eſt enim in matrimonio mutua deuinctio, ſicut Græcis συζυγία. ¶ Ex illius.} Vera eſt ſententia in matrimonio. ¶ Ergo mea} Conſpiciens Clinia amicam eminus,eandem vel abſens alloquitur ex abrupto. Conſtat tamen propoſitione cur reuerſus ſit. Ratio, quia illa carebat. Helleniſmus eſt σοῦ στερητέον. ¶ Vix ſuffero.} Hæc loquitur. Nam ei vetitum fuit, ne ad amicam accederet. ¶ Hiccine.} Antecedens, quia miſer ſum. Conſequens, ergo liceret frui meo ingenio. Eſt autem hic conqueſtionis ἦθος. ¶ Duras dabit.} ἐκλειπτικῶς,durum ſeſe præbebit, durius tecum expoſtulabit. ¶ Retine.} Amatoria hæc omnia ſunt. Videtur conſpecto Clinia animo deficere,atque id cauſas naturales habet,non eſt vt protinus ad ſympathiam curras. ¶ Salue.} Congreſſus amantium elegantiſſimè deſcribitur. ¶ Timeo ne te.} Adhuc meis moribus deditum. Nam eò conſtituẽda eſt dubitatio. Siquidem à ſe alienatam Antiphilam ſuſpicabatur.

Duras dabit.

## IN ACTVS III. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Patres nimia & clementia & indulgentia peccant.

2 Conſolandi ſunt ſenes, & mœſti, vt animum exhilarent.

3 Filij cùm vident parentum indulgentiam, ſibi temperare nequeunt,modúmque ignorant,& corrumpuntur.

4 Scorta luxu perdita neutiquã in ædes recipienda ſunt, ſed diligentiſſimè fugienda.

5 In rebus alienis oculatiores ſumus, & in noſtris cæcutimus. Chremes enim foris plus ſatis ſapit: non videt de ſuo capite agi comitia,& ſæpe in diſcrimine eſſe.

Miſta eſt ſcena. Conſolatoria eſt cum abſoluta προτάσει.

*Menedemo nuntium omnino inſperatum affert Chremes, et conſolatur. Deinde eſt diſſuaſoria aut* ἀποτρεπτική, *ne ſit adeò lenis in recipiendo filio, & ſicut antè nimia inclementia, ita nunc indulgentia peccat. Poſtremò ad conſultationem redit. Siquidem ne filius intelligat patrem indulgentia victum eſſe, conſulit.* ¶ *Luceſcit.* } *Conſultatio eſt priuata ab occaſione.* ¶ *Primum ex.* } *Propoſitio. Reditum filij ſignificabo.* ¶ *Etſi adoleſcen.* } *Præoccupatio eſt, & diluitur ab honeſto, & amici officio, & decoro.* ¶ *Nam quàm.* } *A neceſſitate propter ætatem ſenectam, quæ & ipſa morbus eſt.* ¶ *Ita vt.* } *Exemplo filij, qui Cliniæ ſuo operam dat, iam amplificat.* ¶ *Nos quoque.* } *Epilogus eſt eius confutationis. Senes igitur ſibi inuicem officioſi eſſe debent.* ¶ *Aut ego.* } *Conqueſtio eſt de ſenectutis miſeria & calamitate per dilemma.* ¶ *Diem.* } *Prouerbium vetuſtum eſt, ex Sophoclis ſententia. Tēpus eſt facilis Deus, videlicet, quòd omnia leniat, & molliat. Ouid 4. tri.*

*Tempus eſt facilis Deus*

*Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras,*
*Hoc minuit luctus, mœſtáque corda leuat.*

¶ *Nam mihi.* } *Ratio eſt ab experientia, in poſteriore parte, quod immodico filij teneatur deſiderio. et huius intentæ cupiditatis rationes perelegantes in phyſiologia explicantur.* ¶ *Sed eccum.* } *Nuntiatoria, cuius exordiū eſt per ſalutationē & appellationem.* ¶ *Nuntiū.* } *Propoſitio. Tibi rem gratā adnuntiabo, cui additur attentionis forma.* ¶ *Valet.* } *Narratio eſt duobus verbulis abſoluta* ¶ *Mens.* } *Identidē præ gaudio eandem interrogationē repetit.* ¶ *Nō vult.* } *Hic ſit gradus et occaſio ad futuram conſultationem & reprehēſionem.* ¶ *Vehemens in.* } *Propoſitio eſt per dilēma, nimium eſt aut parcus aut largus.* ¶ *In eandem.* } *Confirmatio poſterioris partis de parſimonia. Vulgo hîc, eſt ſecundum vulgi conſuetudinem.*

*Vulgo.*

¶ *Nunc cum.* } *Prioris eſt de largitate confirmatio.* ¶ *Nam vt tu.* } *Ratio eſt à familia magna, & ſumptuoſa.* ¶ *Nunquā ſuffert.* } ἀδύνατον *eſt, & à cōparatis minoribus comprobatur.* ¶ *Nam ſi vnam.* } αἰτιολογία *eſt ab experiētia. Hac enim cōperit quàm ſit ſumptuoſa.* ¶ *Nam vt alia.* } *Ratio eſt per narrationem, qua veluti exemplo ſumptuoſam oſtendit. atq; hîc delicatę meretricis, et ſumptuoſę* ὑποτύπωσις. ¶ *Pitiſſando.* } *Cum ſolum deguſtauerat, multū vini abſumptum eſt, quod amplificat* μιμήσει *pitiſſantiū ex variis doliis. Exprimit enim* μιμητικῶς *morem amicarum, in conuiuio ligurientium, atq; hoc argumento perſuadere nititur, ne tam facilis ſit ad ſumptus Cliniæ ſuppeditādos.* ¶ *Releui.* } *Auxeſis eſt in ſumptu familię immodico. Seria autē cadi gen⁹ eſt* ein dreilingk *atque amplificando repetitione & aſyndeto vtitur.* ¶ *Quid te.* } *Pro tibi, & per comparationem exaggerat. Nam ſi mihi tantum vini vel pitiſſando abſumpſerūt, quid tibi fiet, quē exedent, & non ſemel ſed aſſiduè. ita fit à ſcorti procacitate, & anxio ſeruorum officio amplificatio.* ¶ *Ita mi.* } *Obteſtatione colligit* σχετλιαστικῶς *per Deos, tui igitur miſereor propter tantos ſumptus faciundos.* ¶ *Sumat.* } *Incremēto Menedemus animi ſui impotentiā declarat.* ¶ *Vt neſcientem.* } *Alia eſt oratio conſultatoria ex re nata. Nā prior non ſucceſſit, aliud igitur conſulere oportet, et afflictio ſeni mederi, cui tamen occaſione ipſe fallitur. & eſt propoſitio, ſi dare cupit, & ſic certum eſt, vt quaſi neſciens per alium ſumptum ſuppeditet.* ¶ *Falli te.* } ἀνθυποφορά *eſt. Etiamſi ſeruulorū aſtutia fallereris, tamen id incōmodi ferendum eſſet.* ¶ *Et ſi.* } *A facili & ab opportunitate per ſeruorū colluſionē & conſiliorū cōmunicationē.* ¶ *Et tibi.* } *A cōparatione duorum malorum.*

*Te, pro Tibi*

*Talentū autem ſeptingentos & quinquaginta aureos Rhenanos, ſicut mina duodecim aureos Rhenanos cū ſemiſſe cōplectitur.* ¶ *Nunc non.* } *Eclipſis eſt* τῆ *de. Præoccupatio eſt, cur nō ſit ſollicitus de pecunia.* ¶ *Nam ſi ſemel.* } *Ratio eſt ab incommodis futuris. Filio enim ad nequitiā feneſtra patefit. Nam patri moleſtiſſimū fuerit viuere, ſi omnis pecunia profuſa fuerit.* ¶ *Nā deteriores.* } *Confirmatio rationis eſt per ſententiam prouerbialē, de nimia indulgentia, qua fit licentia, id eſt, impunita facultas loquendi et agendi quæcunq; placent, & veriores theologi eandem eſſe ingenitam probè propter Adami iam vitiati propagationem aſſerunt. Hac quoque omnis caſtigatio tollitur. Itaq; omnes ſanioris mētis hanc comprobant, & licentiam tanquam multorum malorum & parentem et cauſam ad extremū deteſtantur. Nunc ſicut licentia adoleſcentuli deteriores redduntur, ita caſtigatione meliores. Et ſic Plato voluit non infelicem eſſe caſtigandum, ſed malum propter morum prauorum emendationem. Eius autē hæc ſunt verba.* τὸν γὰρ κακὸν ἀεὶ δεῖ κολάζειν ἵν' ᾖ ἀμείνων, οὐ τὸν δυστυχῆ. *Sicut Magiſtratus non aliter atq; paterfamilias, ſi rempublicam ſaluam cupit, licentiam refrenabit. Cui ſententiæ & Horatius ſuffragatur.*

*Licentia caſtiganda.*

*O quiſquis volet impias*
*Cædeis, aut rabiem tollere ciuicam,*
*Si quæret pater vrbium*
*Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat*
*Refrenare licentiam.*

*Atque hoc loci eſt lætitiæ notatio admodum inſignis.* ¶ *Tu rem.* } *Ab incommodo per ratiocinationem, & effictionem & anthypophoran, cùm rem perire* ὡς πλεονέκτης *non permittas, cùm filium ſaluum cupias* ὡς φιλόστοργος, *& ſi nihil dederis, aut dare denegaueris, mox abitionē comminabitur, & ſic futurus ſis bis tanto miſerior, atq; antea. Improbi autem filij ſimulacra per mimeſin hic exprimit.* ¶ *Somnum.* } *Officij et ſedulitatis eſt cōmendatio.* ¶ *Cedò dextram.* } *Petitio eſt, in qua ritus orantium, & confirmātium per datam & acceptam dextram, tanquam ſymbolum fidei conſeruatur.* ¶ *Quod ſenſiſti.* } *Tātus eſt affectus patris, vt etiam maturius falli cupiat, quo filij ſui compos fieret. Quid verò ſibi vult maturare, Gellius & ex hoc Macrobius docent.* ¶ *A me neſcio.* } *Ad futurum colloquium Syri & Chremetis eſt paraſceue.* ¶ *Concede.* } *Ito domum. Ratio eſt ab vtili, ne quis communia conſilia ſenum eſſe animaduertat.* ¶ *Paululum.* } *Altera eſt ratio, quia negotioſus eſt, cùm arbiter ſit deſignatus in finium regundorū cōtrouerſia.* ¶ *Dij veſtram.* } *Admirans Menedemus ſecum paululum digreſſo Chremete, ex communi ſentētia loquitur. Re uera idipſum magis in Chremetem quadrat. Eſt autem hæc, vt homines in alienis rebus ſint oculatiſſimi, & in ſuis cæci. Rationem quoque ſubiungit Ariſtotelicorum problematum more per dubitationem* μή. *Sumitur autem ex affectione immoderata, quæ inter gaudium & triſtitiam mediū neſcit. Hac de cauſa plus quam ſatis aut læti, aut triſtes domi nō ſunt, neque rectè meditantur, & deliberant, neque ſenſuum iuſto officio funguntur, cùm ſint extra ſe veluti rapti.*

## IN ACTVS III. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Serui cùm alioqui ſint infideles, inſtigati, & aperta licentiæ feneſtra, multo ſunt ſceleratiores.*

2 *Qui*

2 *Qui alijs verba dare conatur, ſæpe periclitatur. Incidit enim in foueam quam fecit. Fallitur fallens alium. Sæpe enim malum in authorem redundat.*

*Argumẽtum eſt & occaſio. Inſtigat Syrum Chremes ad fabricam qua argentum extorqueretur, fingendam, ſed ſuo malo, & eſt in ſtatu coniecturali, an heri per ſeruum fallendi ſint. [Hac illac.] Seipſum adhortatur, vt ſit aliquanto diligentior. [Inuenienda ratio eſt à neceſſitate. Opus enim eſt numis, & à facili cùm ſenex fallatur. [Eſt ille.] Hîc anſa ad futuras technas ſumitur. atque hactenus fuit tantum* προϋπεργασία *ad futuram deliberationem. [Rectè.] Exordium eſt* ἀπροσδόκητον, *& obliquè reſpondet, aliud ſentiens & intendens conſilium. Nam Fabius in quinto cap. 13. Hæc ſimulatio, inquit, interim huc vſque procedit, vt quę dicendo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiendo celamus, & hoc per digreſſionem in aliã ſententiã. Miratur autem hoc loco, cur tam mane appareat propter pridianã temulentiam. Sic tacitè cõuiuiolum, in quo tantũ pitiſſabant amicę comites, inſinuat. [Aquilæ.] Cum* κραιπάλῳ *non ſentiat, ideo eius viuacitatem non poteſt non admirari. Aquilæ enim iuxta Plinium in 10 cap. 3. nec ſenio, nec ægritudine ſed fame mortem oppetunt, intantum ſuperiori creſcente roſtro, vt aduncitas aperiri nequeat. Plerique tamen id prouerbij in bibaciores & edaciores referunt, qua de re & Chiliadas Roterodami conſulendas eſſe ſuadeo. [Mulier.] Laudatio eſt Bacchidis, vt pedetentim fraudem inſtrueret, à moribus, quia faceta, & iucunda, à forma. Id autem fit antecedentis loco, cuius conſequens eſt, cur non eandem Clinias amaret?*

*[Sed habes.] Digna quidem amorem, ſed difficultatẽ propter patris auaritiã cauſatur. Vicinũ autẽ vocat* εἰρωνικῶς, *veluti cum Menedemo illudat, facilius id quod cupit impetraret. Atidũ verò* μεταφορικῶς *nominat, propter tenacitatem, & nimiã ſiccitatem, cuius eſt firmiter retinere, & nihil ſucci largiri. Idq́; cũ ſenibus familiarius, tãquam magis exiccatis ſit, ea de cauſa ſunt vt plurimum non aliter ac melancholici tenaciores. atque hîc auiditatem ſic exaggerat, vt propter hanc ſolum mutare filius coactus ſit. [Hominem piſtri.] Tacitè hoc dicit ſpectatoribus, & eſt exclamatio prouerbialis, qua dignũ grauiori ſupplicio quempiam dignum indicamus. Videtur autẽ ſtupidum ſeruũ reprehendere, quaſi propter ignauiam plectendus eſſet. [Quem.] Vt excluderet* ἀμφίβολον *quiſnam piſtrino dignus eſſet. Piſtrinũ autem ſeruilis erat pœna. [Syre.] Hæc ſecũ loquitur. Nam ita comparatum eſt, vt animus malè ſibi conſcius omnia de ſe dici putet. [Qui paſſus.] Ratio eſt pœnæ iuſtæ propter oſcitantiam & negligentiam, ideo tibi timeo. Enthymema eſt. [Aliquid repe.] Conſilium eſt de fallendo ſene, quod in ipſum authorem redundabit, cuius propoſitio eſt, finge fallacias ad argentum à ſene extorquendũ. [Vnde eſſet.] Rationes duæ ſunt ab vtili. Filio quidem conduceret, vt eſſet quod amicæ daret. Patri verò, vt ſeruaretur incolumis et integer, etiamſi difficilis ſit, & cuncta inuitus faciat. [Garris.] Idem eſt quod nugas agere. Conuenit autem id quoties dicto alicuius propter opinionem* ὡς παράδοξον *non ſtatim ſuffragamur.*

Atidus.

Garrire.

*[Hæc facta.] A neceſſitate. Aliter enim res non commodè tranſigeretur. [Eho.] Prima eſt anthypophora in re tam difficili. Religioſus ſeruus rogat, num ſenes & parentes eſſent fallendi? [In loco.] Concedit & affirmat id licere in loco, id eſt, tempeſtiuè & opportunè, & iſtiuſmodi opportunã fallaciam collaudat. [Quippe.] Ratio eſt conceſſionis ab vtilitate ex ſententia veriſimili. Nam ſæpe magis ægritudinibus iſtiuſmodi fallacia medetur. Exemplũ eſt ex ipſo facto. Nam ſi filius non aufugiſſet. Itaque herum fallere vtile eſt, ſed in loco. [Iocón'.] Hæc ſecum muſſitat. Additur autem hîc animus ei, qui tam idipſum quaſi bonum & ſibi congruens appetierat. Dubitat igitur quomodo id dictũ accipiendũ ſit. [At nunc.] Anthypophora altera per interrogationẽ abibit, vt cùm ſe tantis ſumptibus imparem videat, aut fingat fabricam, id eſt, dolum quo argẽtum exigeret* μεταφορικῶς. *Sunt enim fabricę illa inſtrumẽta et machinæ bellicæ, quibus vrbes expugnantur, vt ſunt cuniculi, arietes, & alia id genus. [Stolidus.] Nequit fingere, vt qui bardus et ſtolidus ſit. [At te.] A decoro ſeruili. Serui enim eſt, adoleſcenti laboranti adeſſe. [Tanto.] Calliditatem ſerui in fallendo hero laudat. [Non eſt.] Tertia eſt* αὐθυποφορά *de mendacio illicito. [Fac ergo.] Iubet fallere, & ſeruus iam in opere eſt.*

In loco.

Fabricæ.

*[At heus tu.] Præmonitio eſt, qua obiurgationem excludit futuram. Cupit enim & illum ſui conſilij memorẽ eſſe. Nam in filio illius euenire poteſt ex frequenti rerum humanarum commutatione. Sic & Hippodamus pythagoricus ſcriptum reliquit:* Πάντα μὲν τὰ θνατὰ δι' ἀνάγκαν φύσιος ἐν μεταβολαῖς καλινδεῖται, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν χερόνων ἐπὶ τὰ βελτίονα μετροπὰν λαμβάνοντα, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν βελτιόνων ἐπὶ τὰ χερήονα. *[Spero.] A ſpe & facilitate, & præoccupatione, qua tollit ſe nondum eum mala machinari ſenſiſſe. [Sed quid.] Gemina eſt* ἀποσιώπησις, *qua trepidè tantùm indicat quod aliquando futurum ominatur ex ætatis adoleſcentiæ decoro et natura. Eſt enim iuuentus inſtar ceræ flexibilis, & ſic ille apud Euripidem in Andromache.*

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ σθένος τό του πλέον.

*Atque Plato adoleſcentum ingenia multis mutationibus obnoxia eſſe pronuntiat. Sic autem in 11 legũ ait:* τὰ μὲν τῶν νέων ἤδη πολλὰς μεταβολὰς ἐν τῷ βίῳ μεταβάλλειν ἑκάστοτε πέφυκε.

*Et ante hos ſic Homerus cecinit.*

αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

*[Iſthuc age.] Iubet vt Menedemũ argento emungat. [Nunquam.] Hæc Syrus ſecum ab hero diſcedẽs loquitur. [Quiſnam.] Hic Clitipho exit, & in patrẽ incidit, & ad ſequentẽ ſcenam fit paraſceue, atq; de more carminis genus mutatur.*

## IN ACTVS III. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Amicorum candor ſit in rerum executione, et cuſtodia.*
2 *Hoſpitij ratio debet eſſe fidelis.*
3 *Dominorum eſt, ne ſua facilitate, & negligentia ſeruos deteriores reddant, cùm iſtis feneſtra licentiæ aperiatur.*
4 *Iuuenilis incontinentia diligenter obiurganda eſt, & refrenanda.*

*Iam verò cùm Chremes filium propter incontinentiam redarguit, eſt eatenus* ἐπιτιμητική *obiurgatoria in genere iudiciali. Deinde cùm Syrus fallaciam de emungendo argento à ſene adornat, eſt* ἐξηγητική *in genere deliberatiuo, atque hic primus ad epitaſin gradus cẽſendus eſt. [Quid iſtuc?] Admirantis hæc ſunt abrupta, & interrogata, eáq; de cauſa diſsimulata eſt propoſitio obiurgationis. Statuatur propoſitio. Iniquus es in Cliniã. Confirmatio eſt ab illicito, quia eſt contra morem: ab honeſto, quia ſic fieri non oportet. [Vidin'.] Narratio eſt facti, cur ſit iniquus. Es enim incõtinens, cuius vna forma notatur. [Mén'.] Inficiatio eſt, ſed ſenex*

ipſe oculatus eſt teſtis, res igitur ſic certa eſt, vt negari nequeat, & pleonaſmo exaggerat. ¶Facis adeò.} Ab inboneſto, quia amico tuo iniurius es. Iniuriæ autem eſt notatio,
Iniuria. cùm manum non abſtineat. Eſt enim ὕβρις non tantùm iniuria, ſed etiam contumelia (Itaque eandem nimirum hîc
Cōtumelia. contumeliam appellat) eſt incontinentia, eſt procacitas, cuius & mentio fit in Iuſtinianeis inſtitutionibus. Breuiter ὕβρις eſt vel iniuria, vel maleficium quodlibet apertum, ſicut ſubdolum eſt κακουργία. Itaque appellatio iniuriæ non aliter atque apud Græcos τῆς ὕβρεως et ſtuprum, adulterium, flagitium, & violētia, ſicut amicæ ſubagitatione ſatis dilucidè notat. Eſſet & hîc αὔξησις in verbo ſubagitare, pro pe-
Subagitare tulanter ac laſciuè lenocinari. ¶Vel heri.} Ab immodeſtia & incontinētia pridiana exaggerat, & ſic fit veriſimile atque probabile factum. ¶Quàm moleſtus.} Eius iniuriam vel in ipſo conuiuio, quo cuncta deberent eſſe tranquilla & iucunda, adhuc amplificat, grauémque eam notat à metu periculi futuri, quod & iureiurādo aſſeuerat. ¶Noui animos.} Αἰτιολογία eſt timoris. Sunt enim amatoribus riualitas, ſuſpicio, & intenta animaduerſio. ¶At mihi.} Ἀνθυποφορὰ eſt de fide, cui amica tutò crederetur. ¶Eſto.} Conceſſione tollit, qua tamen illum aliò abire iubet ab incommodo propter amoris impotentiā. Multa enim fert libido, hoc eſt, multorum
Fero. malorum cauſa eſt, ſed cur non eadem patiat, optata, et cogitata ab libidinis feruore & impetu, facit tua præſentia. Id autem κατ᾽ ἀντεισαγωγὴν interiectum eſt. ¶Ego de.} A ſuo ipſius exemplo probat cedendum eſſe, & cuncta in publicum proferenda. Ratio eſt ex neceſſitate. Nam verum amicum, qui eſſet alter ipſe deſidero, in cuius ſinū conſilia mea & facta funderem. ¶Apud alium.} Confirmatio eiuſdem per diſtributionem eſt, ſiquidem aut dignitas aut obſcœni-
Ineptus. tas facti prohibet. Illic quidem ineptus videretur, & Ciceroni in ſecundo de oratore eſt, qui aut tempus quid poſtulet non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtētat, aut eorum quibus cum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non ha-
Proteruus. bet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus, dicitur. Hîc verò eſt proteruus, id eſt, ſuperbus, procax, & petulans. ¶Sed noſtrum.} Admonitionem ſententia claudit, quæ præcipit moderationem & mutuum obſequium, tum vbicunque, tū vtcunque. Nam quale quale ſit, et quocunque in loco obſequium collaudandum vel apud Chriſtianos, modò nihil contra pietatem Chriſtianam pugnet. ¶Quid iſti.} In aurem hæc Clitipho loquitur. ¶Perij.} Hîc fit Syro conſolationis occaſio, qua ſuam operam non ſine adulatione promittit. ¶Tace ſodes.} Minaciter hoc dictum eſt, prorſus enim iſtius conſilium repudiat. ¶Rectè ſanè.} Omittitur conſolatio interrupta. ¶Pudet.} Hîc præbetur occaſio exordio orationis ſuaſoriæ. ¶Credo.} Aſſentitur hero, captátque beneuolentiam à rei approbatione, & à ſua perſona minore ad maiorem collata. ¶Pergin' hercle.} ἀποσιώπησις eſt ex iracundia. reticetur enim, contra me lo-
Sed. qui? ¶Verum.} Hîc ſed ſignificat, ſed dicam quod ſentio.

¶Nonne.} Indigniſſimè fert ſe à Clinia & Bacchide detineri. Ideo ex magna animi commotione & dolore erumpit in interrogationem. ¶Ebo quæſo.} εἰρωνικῶς loquitur, ſed paternè filium caſtigat. ¶Actum eſt.} Exclamatio eſt deſperantis de argento conſequendo. Veretur enim ne Clitipho prius indicet patri ſe amare Bacchidem, quàm pecunia auferatur dolo. ¶Vin' tu.} En aſtutiam ſeruilem. Modeſtè ſe extenuat, quod non parum facit ad conciliandam beneuolentiam, & fallendum herum. ¶Iube huc.} Inſinuatio quædam eſſe videtur. Suadet autem hoc Syrus, ne Clitipho imprudēs ruat, ſuámque cauſam prodat. ¶Quò ego.} Difficulter patitur ſe Vah.
amoueri, ideo quærit ſtolidè, quò eundum ſit. ¶Vah.} Irridentis & ſubſannantis eſt. ¶Dij.} Diſcedens grauiter iſthæc imprecatur additque cauſam, quòd inuitus remoueatur. ¶An tu.} Alludit ad id quod ei pater antea obiecit. ¶Cenſen'.} Nūc filio aliò digreſſo loquitur Chremeti, eúmque monet vt diligenter obſeruet, atque grauiter caſtiget filiū. Rationem addit à neceſſario, quòd niſi duriuſculè tractetur, periculum ſit, ne adhuc deteriorem viuēdi rationem ſequatur. Hoc à quouis ſapiente rectè præcipitur. Sed improbi ſerui aliud eſt conſilium vt nimirum fallendi ſuſpicionem auertat, & ſenis beneuolentiam aucupetur. ¶Quid tu.} Admonet Syrum de fallacia, qua Menedemo argentum adi- Hem.
matur. ¶Hem.} Gloriantis eſt atque iactantis. ¶Frugi es.} Etiam hîc herus laudat ſeruum fallacem, & agit gratias. ¶Dicam.} Deflectit ad aliud, à propoſito ſenem abducens, & abutitur admirationis particula, vt, non ſine geſtu, vt do- Vt.
lis ſuſpitionem excludat. ¶Peſſuma.} Orditur à perſona Bacchidis, eámque peſſimam eſſe quaſi proponit. ¶Immo.} Præparat eum ad narrationem ſequentem attentè audiendam, vt facilius ipſe dolis circunueniatur. ¶Fuit quæ.} Narrat factum Bacchidis, vt confirmet quod propoſuit. ſit autē narratio probabilis ex circunſtātiis: & perſpicua, ex rerum ordine. Circunſtantiæ ſunt ab ætate anus & adoleſcentula, à patria Corinthia, à loco, Athenis, et apud Soſtratam, à re, ex certo argenti numero, & puella pignori data. Ordo, anus acceperat mutuo argentum, moriens reliquit puellam arrabonem, eam præſentem vult ducere Clinia, & ſe argentū Bacchidi ſoluturum promiſit pro puella. Arrabo.

Porrò arrabo eſt pars ſolutionis, quæ fidem facit totius ſummæ perſoluendæ, éſtque vox Hebræa ערבון quæ primùm in Græcorum, quibus eſt ἀρραβών, deinde verò in Latinorum coloniam tranſlata eſt, Gellium vide lib. 17. ca. 2. ¶Egóne?} Exponit technam, de Menedemo emungendo argento, vult ei perſuadere vt redimat puellam Bacchidi relictam. Addit commendationem eius à patria, quia ex Caria minoris Aſiæ regione, à fortuna, quia diues, à familiæ dignitate & natalibus, quia nobilis, ab vtili, quia in ea lucrum eſt. Res enim non tantùm nobiles, ſed & vtiles vendibiliores ſunt. ¶Pro Menedemo.} Negat Menedemū, quem conſtabat parciſſimum eſſe, empturum eam. Ideo μιμητικῶς fingit ſe pro eo Syro reſpondere, & recuſare redemptionem puellæ. ¶Quid eſt.} παρασκευὴ ad ſequentem ſcenam.

## IN ACTVS IIII. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Matres liberos ſuos vehementius amant quàm patres, iuxta illud Euripidis:

Δεινὸν γυναιξὶν αἱ δι᾽ ὠδίνων γοναί.
καὶ φιλότεκνον πῶς πᾶν γυναικεῖον γένος

2 Mulieres ſæpe ſibi parum conſtant & ἀτάκτως agunt.
3 Matres in liberorū curatione religioſe viris reluctātur.
4 Vxores decet maritos iratos verborum lenitate & culpæ deprecatione placare.
5 Vxores non abutantur maritorum facilitate.
6 Virorum animos etiam in liberos ſæpe fortuna & conditio rerum mutat.

OCCA-

## OCCASIO.

*In epitaſi poëta expreßit ingentem ſollicitudinem adoleſcentis, qui anxiè expectabat, metuebat & ſuſpicabatur omnia, ne propter patrem durum & reluctãtem amica excideret. Hic autem occaſio καταςροφῆς deſcribitur. Annulo enim Antiphila agnoſcitur Chremetis filia. Vnde inter maritum & vxorem altercatio grauis naſcitur, quæ tamen vxoris accuſatione & deprecatione ſedatur. Quare hęc ſcena eſt in genere iudiciali, in Chremete ἐλεγκτική, accuſat enim & reprehendit vxorem propter imprudentiã & inobedientiam. In Soſtrata eſt ἀπολογητική. Primò obediẽtiam ſuam exponit, & vtcunque factum purgat, deinde verò culpam deprecatur. Additur & hic ἐπίτασις rerum Clitiphonis.*

*[Niſi me.] Acceptum annulum gnatæ agnoſcit, ſed cũ dubitatione tamen ratiocinatur eſſe. Sic enim facimus quando minus certi de aliqua re ſumus. [Quid eſt.] Cõmunicat cum nutrice, vt ipſius confeßione ſententiam ſuam confirmet. [At vt.] Ne ambæ errantes, & nos & alios fallamus. [Opperibor.] Vt rem hanc inexpectatam ei narrem. [Neſcio.] Deprehendit Soſtratam triſtem, miratur quid cauſæ ſit, & quidem ſubtimidè. [Quid ſiet?] Reijcit cum ſtomacho, rationémque addit. Quia res leuiculas & muliercularũ vanitate atque ſomnijs dignas, narrabit, & tamen admodum ſeriò. Nota eſt ei mulierum vanitas & ſtoliditas, quæ ſæpe, vt Cicero de oratore ait, Tragœdias in nugis agunt, id eſt, ex rebus nihili ac friuolis magno conatu arduas faciũt, & vt Perſius ait, maritis bullatas nugas occinunt. [Ehem mi.] Salutatio blanda eſt vxori apta beneuolentiæ cauſa. [Ehem.] Reſalutat ſed non eodẽ blandimento. [Primùm.] Orditur à προδιορθώσει, purgatura ſe marito obſeruatam filiam contra eius edictum. Primùm captat beneuolentiam obteſtatione, & perpetua in eum obedientia atque obſeruantia. Hoc eſt enim vxorum munus, vt obediãt maritis in omnibus, quod D. Paul. præcipit. [Vin' me.] Facete reſpondet, eámque mendacij coarguit. Etſi quod dicis incredibile eſt & falſum, tamen quia petis, credam tibi. Nouit eam nihil minus feciſſe, quàm vt marito in omnibus morem gereret, quod & Iupiter de Iunone ſua apud Homerum refert.*

αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾶν ὅττι νοήσω.

*Ac ſe hac purgatione obliqua in maiorem ſuſpicionem vocat apud virum & ſeruum. [Meminiſti.] Narratio eſt. Cùm eſſem grauida, dixiſti ſi filiam párerem, te nolle tolli, id eſt, educari vel nutriri. [Suſtuliſti.] Educaſti contra meum edictum. [Sic eſt factum.] Damnum dicit, notãs ingentes ſumptus, qui in exornanda, elocanda atque dotanda filia faciẽdi ſunt. Odioſè vtitur hac catachreſi vt herũ exaſperet. [Minimè.] Pergit in narratione, vt & ſe morigerã fuiſſe, & filiam mirabili caſu enutritã & agnitam eſſe doceat. Commendat anum cui dederat à vitæ honeſtate, notátque à patria. [O Iupiter.] Interrumpit narrationem, & graui affectu exclamat, & vxoris inſcitiam atque ſtultitiã incuſat, éſtque propoſitio accuſationis. [Peri.] Perterrefit hac inexpectata mariti obiurgatione, et quærit cum dolore. [Si pecca.] Fatetur peccatum & excuſat purgatione, cùm imprudentiam cauſatur, in ſtatu aſſumptiuo. [Id equidẽ.] Propoſitio accuſationis eſt, inſcitè & malè feciſti. Confirmatio hic additur egregiè exaggerata explicatione peccatorũ eius. Primum à more & communi vitio mulierum: Quia imprudenter & inconſulto omnia agis et dicis. [Tot peccata.] Primum peccatum eſt inobedientia. Quia non expoſuit filiam contra mandatum viri. [Non ſimula.] Ineptè ac citra rem exaggerat factum, & ſtomachãdi cauſa moroſius quærit. Quòd aliud ſimularit, aliud egerit. [At id omit.] Reiectio eſt, reijcit leuius peccatum, vt ad grauius trãſeat. Admittit et per præoccupationem excuſatiunculam matris, cur noluerit obijcere morti ex honeſto affectu et φιλοστοργία matris. [Quàm bene.] Acerba ironia imprudentiã & inobedientiã eius accuſat. [Nempe.] Secundũ peccatum, prodidiſti filiam anui. Et mox explicat quid proditionis nomine intelligat. Quia lenæ tradidiſti, vt turpem quæſtum proſtituto pudore apud ipſam adultior facta, faceret, & vt ad ſtuprum venderetur. Sic te authore matre, filia in periculum famæ & ignominiam conijcitur: quod equidem turpe eſt, ſatiúſque fuiſſet eã primùm perire, quàm poſthac turpiter viuere. [Credo.] εἰρωνικῶς cogitationem & excuſationem matris ſtolidæ repetit, quam fingit ſic dixiſſe. Siue honeſtè ſiue turpiter viuat, non curo, mihi ſatis eſt eam viuere. [Quid cum.] Vel de amatoribus loquitur, quibus ſeruiet filia, cum quibus nihil rectè agi poteſt, quòd iuris et æquitatis ſint expertes: vel de ipſa imprudente vxore, quam ſic reijcit, et accuſationem abrumpit. Eſtque pulchra amatorũ deſcriptio, quos ita excæcat amor, vt in agendo id tantùm probent atque ſequantur, quod libido iubet, neſciant quid vel legibus vel æquitate requiratur, nec ſinant vllum ius ſuum obtinere, ſint extremè iniuſti, nec rationem melioris vel deterioris rei habeant, quod paßim in poëtis teſtatum habetur. Obſerua antitheta, congeriem, et articulum. [Mi Chreme.] Maritum ira feruentem verborum lenitate placare ſtudet. Placabilis enim oratio mitigat iram, aſper verò ſermo irritat iracundiam, vt ait Solomon. [Peccaui.] Purgat ſe, & virum mitigat primùm conceßione. Fatetur enim peccatum, & concedit ſe meritò reprehendi. Deinde deprecatione, petit ſibi condonari, ab honeſto ex viri perſona et ætate. Poſtremò tranſlatione, crimen in ſtultitiam ſuam reijciens, cui vir bonus et æquus veniam dare debet. [Scilicet.] Mitior fit, et dat veniam. Et monet ne ſua facilitate abutatur. Nã et mulieres ſæpe virorum licentia et lenitate fiunt deteriores. Iubet quoque eam inſtitutam narrationem abſoluere. [Vt ſtultæ.] Iuſſa ad narrationem redit, præmollit quod dictura eſt confeßione ſtultitiæ muliebris. Addit factum de annulo addito puellæ, et miſeria vnà cũ cauſa mala quidẽ, vt videbar, ſatis graui et honeſta. [Iſtuc rectè.] Ironicè probat factũ. [Hic eſt.] Demonſtrat annulũ. [Quam Bacch.] Narrat vnde annulum adepta ſit, et quomodo agnouerit. [Exilui.] Præ nimio gaudio, vt tibi rem lætißimam nuntiarem. [Quid nunc.] Conferunt conſilia quid porrò ſit faciendum. [Interij.] Seruus hoc ſubtimidè de Antiphila cognita dicit. Veretur enim ne id prius pateſiat, quàm argentum à ſene auferat. [Nomen.] Quærit de nomine, vt res ſit certior. [Vt præter.] Gaudet Soſtrata rem opinione felicius cecidiſſe. [Non licet.] Reſpondet gnomica theſi, ad quam hypotheſin accommodat, et ſe de priore duritia excuſat. Voluntas hominum fortunæ et conditioni rerum attemperanda eſt. Nec aliud debent velle homines, quàm res ferunt ac permittunt. Olim Chremes cùm eſſet in tenui & anguſta fortuna, noluit filiam alere, nunc verò opulentior factus gaudet ſibi eſſe filiam. Facere ergo debemus vt poſſumus, quando vt volumus non licet. Nec facilè, etſi volunt, emergunt, quorum virtutibus obſtat res anguſta domi.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Incidit in foueam quam fecit.*
2 *Malitioſus homo ſemper animi pendet.*
3 *Conſultans malitioſus qualibet ratione ſuam voluntatem confirmat, neglecta omni honeſtate.*

*Eſt* συμβουλευτικὴ. *conſultationem & anxiam diſputationem animi verſantis in multis & varijs cogitationibus continet. Nam Syrus fallens fallitur & mirificè perturbatur, non tamen fallendi rationes planè deſerit, ſed de alijs atque alijs vijs anxiè cogitat. Et eſt hîc conſiliorum eius* ἐπίτασις. ⌈*Niſi me.*⌋ *Propoſitio non ſine querela eſt. Infortunatus ſum, ominatur autem ipſe ſibi hoc, quòd dolum ex animi ſententia non cecidiſſe deprehēdit.* ⌈*Ita hac re.*⌋ *Ratio à ſtatu periculoſo rei, & neceſſario. Quia res meæ admodum anguſtæ ſunt, ſic perturbatæ, et in tantum diſcrimē redactę, vt niſi inueniam rationem ne reſciſcat pater Bacchidem à Clitiphone amari, ſaluæ et incolumes eſſe non poſſint. Non enim putat fore re patefacta, vt ſenex emungatur argento. Eſt locutio admodum venuſta & prouerbialis de rebus perplexis, et ad extremum periculum redactis. Sumpta metaphora à copijs militaribus, quæ anguſtijs & difficultate locorum concluſæ periculum euadere vix poſſunt.* ⌈*Nam quod.*⌋ *Rationis explicatio per præoccupationem, ab inutili, fruſtra enim ſpero me argentum extorturum & ſenem circūuenturum eſſe.* ⌈*Triumpho.*⌋ *Conſolatur ſe à contrario. Quia res minus feliciter ſucceſsit improbo ſeruo, & verbera ſunt expectanda, ideo iudicat ſe ſatis fortunatum fore, ſi impune abire potuerit. Perſiſtit autem in eadē metaphora. Tecto latere abſcedunt, qui tuto & ſine vulnere ex periculis elabuntur.* ⌈*Crucior.*⌋ *Indignatio & dolor ſeruilis ob ſpem fruſtratam, & certiſsimā rem amiſſam. A feris eſt parœmia ſumpta, quæ viciſsim aliæ alijs bolos eripiunt. Vſurpatur autem, cùm aliquid quod probè videbamur tenere, præter expectationem ſubitò eripitur.* ⌈*Quid agam.*⌋ *A neceſsitate. Quia fortuna mihi non fuit propitia, ideo neceſſe habeo nouam comparādæ pecunię viam excogitare, vt Clitiphonis rebus conſulatur. Eſtq́; propoſitio.* ⌈*Nihil.*⌋ *Ratio à poſsibili per* γνώμην *de ſagacitatis & humanæ induſtriæ potentia: ea enim difficilima quæque inquiruntur. Qua etiam ſpe homines qui* εὐφυεῖς *ſunt, ad abſtruſarum reconditarúmque rerum indagationem excitantur. Huc illud Menandri facit.*

——— πάντα τὰ ζητούμενα
δεῖσθαι μερίμνης φασὶν οἱ σοφώτεροι

*Et aliud Antiphanis,* τῆς ἐπιμελείας πάντα δοῦλα γίγνεται. *Et ſimile:* μελέτη πάντα δύναται. ⌈*Quid ſi.*⌋ *Deliberat nūc, in quo exprimitur* εἰκὼν *hominis anxiè apud ſe deliberantis, variáque comminiſcentis, probantis & improbantis.* ⌈*Retrabam.*⌋ *Nouo commento inuento noua ſpe ſe fulſit & confirmat, effectus eſt ſtudioſæ deliberationis, iocosè deſumpſit metaphoram à ſeruis fugitiuis.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Homo adoleſcens cùm, quæ animo ſuo grata ſunt, aſſequitur, beatum ſe iudicat.*
2 *Felix rerum ſucceſſus lætitiam parit.*
3 *In rebus ſecundis amicorum res & ſalus non eſt negligenda.*
4 *Seruis volupe eſt dominos fallere.*

*In Clinia eſt* ἀπαγγελτική. *Immenſam enim adeòque impotentem lætitiam ſuam de agnita Antiphila Clinia geſtu vocéque exprimit & narrat.* ⌈*In Syro eſt*⌋ συμβουλευτική, *dum ſuadet Cliniæ vt amici rebus ſtudens aliquandiu ſimulet Bacchidem eſſe amicam ſuam, licet id ab homine nimiū lætitia geſtiente difficulter impetret.* ⌈*Nulla mihi.*⌋ *Propoſitio eſt. Sum in maximo gaudio et lætitia. Amplificat autem eam* ἀποφάσει *hyperbolica, cùm negat ſibi quicquam tam acerbi & aduerſi accidere poſſe, quod triſtitiam & quaſi cruciantem dolorem adferat.* ⌈*Dedo.*⌋ *Eximiam obedientiam & frugalitatem hoc euentu patri pollicetur.* ⌈*Nihil.*⌋ *Hac lætitia Cliniæ eſt ſeruo quaſi* τεκμήριον *de inuēta Antiphila.* ⌈*Cui æquè.*⌋ *Ratio lætitiæ à feliciori rei exoptatiſsimæ euentu per comparationem. Quia nemini vnquā tam grata et cōmoda res accidit.* ⌈*Atque ita.*⌋ *Amplificat gaudium à ſua & Antiphilæ perſona, ex loco ab honeſto, et iureiurando confirmat.* ⌈*Sed nunc.*⌋ *Propoſitio ſuaſionis Syri per* ἀξίωσιν. *Nunc quoque cùm res tuæ ſe optimè habeant, ſerui & da quoque operam mihi.* ⌈*Nam amici.*⌋ *Ratio ab honeſto & neceſſario. decet enim te, & neceſſe eſt dare operam, vt ſummi amici res, quæ modò periclitantur, in vado ſint, & citra diſcrimen. Veri amici eſt alterius res æquè atque ſuas ſaluas cupere. Nam Plauto amicus eſt, qui in re dubia iuuat. Et Oreſtes Euripidis ait:*

——— τοὺς φίλους
ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.
*Et idem:*
ὄνομα γὰρ, ἔργον δ᾽ οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι
οἱ μὴ 'πὶ ταῖσι συμφοραῖς ὄντες φίλοι.

*Putat autem fore tutam rem, ſi caueatur ne ſenex reſciſcat Bacchidem eſſe amicā Clitiphonis.* ⌈*O Iuppiter.*⌋ *Præ gaudio in exclamationem erumpit, & hanc felicitatem quaſi Ioui acceptam fert.* ⌈*Antiphila.*⌋ *Clinia amore & gaudio ebrius, ſeruum monentem non audit. Exprimit autem apertè principalem gaudij cauſam. Quia Antiphila mihi vxor dabitur.* ⌈*Quid faciam.*⌋ *Inuitus audit ſeruum interpellatorem, quaſi dicat, deſine, ac me ſine frui gaudio præſenti. Noli animum meum aliò vocare. Vehementior iſte motus mihi videtur patrocinari Stoicorum ſententiæ, qui cenſent affectum eſſe commotionem animi contra rationem. Tantus enim motus eſt in eo ob ſuauis boni præſentiam, vt planè extra ſe poſitum eū eſſe cenſeas.* ⌈*Deorum.*⌋ *Confert hanc felicitatem cum deorum vita. Et eſt hyperbolica ſummæ felicitatis notatio. Inſanus adoleſcens beatitudinem collocat in exoptatæ puellæ fruitione. Eſtq́; concluſio, gaudeo, beatus ſum.* ⌈*Amici quoque.*⌋ *Repetit neceſsitatem priorem, quam pre gaudio Clinia prius aut non audiuit, aut non curauit, eámque hîc propoſitionem facit.* ⌈*Nam ſi.*⌋ *Ratio per dilemma ab vtili & inutili: aut relinquis Bacchidem, aut abducis. Si relinquis, reſciſcet pater eam eſſe amicam Cliniæ, & nō licebit nobis quod molimur efficere. Si abducis, non reſciſcet pater, ac feliciter ſuccedet quod inſtituimus.* ⌈*At enim.*⌋ *Refutare conſilium ſerui conatur per aliquot anthypophoras, quas tamen ipſe diluit. Prima eſt à ſuo incommodo. Hoc conſilium erit quidem Clitiphoni vtile, ſed meas nuptias impediet. Nam ſi fecero quod tu ſuades, pudebit*

*debit me venire in patris conſpectum. Filij vel ſerui peccantes non audent parentes vel dominos coràm intueri, aſpectus enim illis pudorẽ incutit. Hinc dicimus, quo ore, qua fronte, qua facie? hoc eſt, quo pudore, vel etiam qua confidentia. Nam & os pudorem ſignificat. Conſulatur prouerbium Pudor in oculis.* Os. *[Quin volo.] Reſpondet ſeruus, qui ſuæ aſtutiæ fidens audax dat conſilium, vt omnis res de vtriuſque amore & patri Cliniæ & Clitiphonis apertè narretur. Verùm neque hoc euentum ſperatum conſequitur.*

*[Bonam atque.] Approbatio eſt conſilij ab honeſto & facili cum correctione. [Satin' ſanus.] Secũda ἀνθυποφορά à non tuto vel inutili. Immo hac ratione res Clitiphonis ſaluæ non erunt. [Nam qui.] Refutat à facili vel facultate vel vi ſua fallendi. Exultat autem arroganter & ſuperbè, de noua hac aſtutia, & cauſam eius ſubnectit. [At enim.] Tertia ἀντισαγωγή eſt à ſuo incommodo. Hoc conſilio ſpem nuptiarum mihi adimis. Ratio ab honeſto. Mihi enim ob Bacchidem ſcortum denegabit filiam. [Tu fortaſsis.] Me pro de me, vel mihi. Suſpitio eſt nõ prorſus vana. [Quid malùm.] Refutat obiectionem cum indignatione, à temporis breuitate per contentionem. [Quid tum.] Quarta ἀνθυποφορά à patris perſona, à non tuto. [Quid ſi.] Eludit obiectionem à timiditate eius in re tutiſsima prouerbiali ſententia, quæ in nimium meticuloſos dicitur. [Metuis.] Confirmat timentem à liberandi facultate. [Age.] Aegrè tandem perſuaſus aſſentitur ſeruo.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Meretrices non tam adoleſcentes, quàm eorum pecuniam amant.*

2 *Amor meretricius tantiſper durat, dum quod dent amatores habent.*

3 *Meretrix vt ſit verè meretrix, hoc eſt, mercedem & pecuniam quærat, omne genus doli & ſimulationis experitur.*

*Indignè fert Bacchis ſibi addictam pecuniam non dari, placatur autem à Syro, & perſuadetur, vt ſe ad Menedemum traduci ſinat. Eſt potiſsimum ἀπειλητική minarum iraſcentis ſcorti plena. In genere iudiciali, ſtatu abſoluto. Eſt & partim συμβουλευτική propter conſilium Syri, partim verò παραγγελτική, cùm præcipitur Dromoni de ea traducẽda. [Satis pol.] Propoſitio querelæ eius eſt. Syrus mihi egregiè imponit, & in hanc fraudem induxit. Ratio ab iniquo, ex pollicitatione decem minarum, quæ ſunt pecunia pactitia. Quia præmium quod pollicitus eſt, non ſoluit. Vna mina valet decem coronatis, decem ergo minæ valent centum. Eſt igitur idem valor decem minarum, qui mille drachmarum, vt ex ratione conſtat. Eſt ergo meretrix μεγαλόμισθος non ὀλιγόμισθος, vt Athenæus vocat. [Quod ſi is.] Minatur ſe, ſi fallatur, egregiè vindicaturam eſſe. Sunt enim meretrices vindictæ cupidiſsimæ. Eſtq́ hoc meretrice conſilium dignũ. Primùm rogata non veniam. Qua reputat ſe Clitiphoni ægerrimè facturã. Secũdò etiã vbi promiſero, promiſsis non ſtabo, & par pari referam, taliſq́ ero in ipſum, qualis in me ipſe fuit, ex lege talionis. Tertiò, parabo Syro verbera, cùm falsò nuntiarit de aduentu meo. Solebant enim ſerui vt mancipia loris cædi. Eſt notatio pœnæ ſeruilis. [Satis ſcitè.] Illudit ſeruo de minitatione Bacchidis. At ſeruus ingenium ſcorti tenens, facilè dat fidem verbis. [Dormiũt.] Meretrix ad dolos cogitandos ingenioſiſsima, aſtutè fingit ſe inuitatam à milite, ad quem relicto Clitiphone velit abire. Habétque famulam ad aſſentiendum, & ſeruiendum mendacijs probè inſtructam. Primùm ſecum ita proponit: Commouebo hos, id eſt, decipiam, vel etiam ad tradendum argẽtum excitabo. Ratio, quia dormiunt, hoc eſt, ſecuri & oſcitantes ſunt, nec meas minas curant. Nam dormire eſt metaphoricῶs oſcitanter & tardè aliquid agere. Ideo neceſſe eſt me eos, abitionis ſimulatione excitare, vt cautius rem hanc agant. Verè & rectè Medea dixit de mulierum aſtutia.* Dormire.

——— καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες, ἐς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται,
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

*[Mea Phrygia.] Probabilem facit ſimulationẽ ſuam à circunſtantia perſonarum & loci deſignatione atque demonſtratione, & ex famulæ aſſenſione. Puella dicta eſt à regione. [Curriculo.] Propoſitio mandati eſt. Significa militi me venturam. [Apud eum.] A cauſis. Prima à ferijs Dionyſio ſeu Baccho ſacris, quibus adeſſe meretrices ſolent. Altera à facili, quia inuita ſum in ædibus Chremetis. Tertiò additur modus per ἀνθυποφοράν, per dolum vult ſe ſubducere. [Perij hercle.] Syrus putãs hoc ſeriò agi, rogat ne abeat. Propoſitio petitionis. Noli abire, noli mittere puellã. [Quin.] Ratio ab vtili. Quia pactum ſeruo, & argẽtum eſt in promptu. [Vt lubet.] Superbè fingit ſe hanc pecuniam nihili facere, nec admodum vrgere, cùm nihil aliud quàm quæſtum quærat. Eſtq́ faſtidioſa cõceſsio. [At ſcin'.] Dicturus de migratione ad Menedemum blando principio vtitur. [Transeundum.] Propoſuit de tranſitu eius vnà cum toto ancillarum grege, quæ tanquam in pompa incedere ſolent. [Quã rem.] Iterum excandeſcit meretrix, ſed Syrus valde vrbanè iocatur in reſpondendo. Nouit enim ſe moribus Bacchidis attemperare. [Egón'.] Exponit quid agat. Argento comparando ſtudet, quod det Bacchidi. Dum enim ipſa traducitur ad alterum ſenem, is ex Chremete argentum extorquet. Metaphoricῶs* ich ſchmide geld. *[Ancillas.] Mandat Chremetis ſeruo de familia Bacchidis traducẽda. [Ne quæras.] Ratio à ſpe ſenis de commodo ob abitionem earum. [Næ ille.] Refutatio ſpei. Nam hoc lucellum erit ei magno damno. Significat ſenem facilius potuiſſe Bacchidem aliquandiu alere, quàm centum coronatis defraudari. [Tu neſcis.] Præcipit hoc dicto enãtioſi figurato taciturnitatem, vt quod quis ſciat, perinde taceat atque ſi neſciat. Videatur prouerbium. [Mutum dices.] Promittit taciturnitatem, etſi raræ in ſeruis virtutes ſint fides et taciturnitas, & libertatis donatione dignæ.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Amici boni & vicini eſt alterius incommodis condolere.*

2 *Sæpe lugemus amici vicem, & non obſeruamus grauius malum nobis præ foribus eſſe.*

3 *Maior plerunque eſt habenda ratio æquitatis, quàm ſtricti iuris.*

*Prior pars eſt συμπαθητική. Condolet enim Menedemo ob nimios ſumptus, quos in Bacchide, eiúſque ancillis filij*

*cauſa alendus cogitur facere. Ac dum alterius incommoda obſeruat, non videt etiam hic ſuam rem potiſſimùm agi. Præterea eſt νουθετική, dum Chremes de danda filia Cliniæ in vxorem, & decem minis perſoluendis Bacchidi admonetur, falsò credens eas pro redimenda filia exigi, cū ſit merces ſcorto promiſſa. [Ita me dij.] Propoſitio eſt condolentis amici obteſtatione figurata. Miſeret me calamitatis & incōmodi Menedemi. [Illanccine.] Ratio per exclamationem à difficili propter ſumptuoſam & mulierem & familiam. Quia nunc filij cauſa ingentes ſumptus in turpes homines facere cogitur. Eſt oratio elliptica infinitiuo expreſſa. [Etſi ſcio.] αὐθυποφορά eſt. Aliquot quidem diebus æquo animo feret hos ſumptus. Ratio ex reditu filij, quem diu abſentem deſiderauit. Verùm vbi viderit nimios fieri, optabit abeſſe filium. Amplificat autem ſumptus à magnitudine & tempore, quòd nimij, quotidiani, & ſine fine & modo. [Te mihi.] Adoritur ſenem, vt apertè eum fallat & argento emungat: & vtitur exordio ad beneuolentiam captandam aptiſſimo, à voto ſuo de cōueniendo Chremete. [Videre.] Videtur cauſam aduentus ſubolere. Ideo de Menedemo monet. [De illo quod.] Locus eſt docilitatis. Se celeriter rem demandatam expediuiſſe. Nam hoc ſibi vult Græcorū ῥεχθὲν καὶ πραχθέν. Et ſimile eſt ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. Eſtq́ dominis grata ſeruorum in conficiendis negotijs promptitudo & celeritas. [Non poſſum.] Abblāditur ſeruo, & de negotio celeriter & bona fide, vt ipſe ſignificabat expedito agit gratias, & dignas relaturum promittit. Admodum blandè tractat ſeruum, quòd prouerbiali locutione verbis et geſtu expreſſa indicat. Nam demulcere caput alicui, eſt blandiri, allegoria ab adulantium, & ſenum geſtu deſumpta.* Demulcere caput. *[Ac ſi ſcias.] Προσεκτικόν reddit ſenem, & cupiditatem audiēdi in eo excitat, glorioſè commendans inuentum ſuum. Quod etiā ſenex irridendo videtur probare. Sed non intelligit de ſua pecunia agi. [Dic quid.] Nimis diu ſenem diſtulit, vt etiam moueatur. [Tui Clitiphonis.] Narratio eſt rei veræ, qua tamen callidè ſenex fallitur. Bacchidem eſſe Clitiphonis amicam Clinia dixit. Reddit eam probabilem ex cauſa traductæ meretricis ad Menedemi domum, ne amorem ſenex intelligeret. [Sed porrò.] Pergit narrare de amore Cliniæ erga Antiphilam. Quod etiam verum eſt, quo ad fallaciam munit viam. Diſtinctè & ordine narrat. Vidit, placuit, cupit vxorem. Simile eſt illud Philemonis.*

ὁρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν,  
εἶτ' ἐπεθεώρησαν, εἶτ' ἐς ἐλπίδα ἐνέπεσον·  
οὕτω γίγνεται ἐκ τούτων ἔρως.

*[Quamobrem.] Admiratur rem, et tamen ſe explicare inde non poteſt. Nam ſeruus de vtriuſque amore verum narrat. Sed ſenex credidit ſemper Bacchidem fuiſſe Cliniæ amicam. [Argentum da.] Clarè nunc explicat rem. Propoſitio eſt. Dabis ei filiam, & argentum ad emenda ornamenta, veſtes. Aſtutè non iubet eum dare, hæc tamen mens eſt. [At ego illi.] Negat ſe daturum filiam. Eſtq́ propoſitio τῆς ἀποφάσεως. Quamobrem.] Ratio à moribus eius. Quia meretricarius eſt, alienis amoribus implexus. His moribus vxor non dabitur. Falſus eſt ſenex de amore Cliniæ. Sed Donatus fugitiuo habet. [Vt lubet.] Conceſſio eſt, nō magnopere vrget, ne offendat, & vt faciliorem habeat in argento dando. [Non ego.] Præoccupatione ſe excuſat, quòd non iuſſerit dare in perpetuum, vt nempe ei eſſet vxor, quę viro indiuidua ſocietate eſt coniuncta, ſed vt ſimularet ſe daturum cam. [Non mea.] Boni viri eſt officium, non vult eſſe ſimulator, nec rebus iniuſtis admiſceri. Concedit ſeruo vt inuoluat, conturbet, & agat rem vt velit, non tamen ſe adiutore vel ſuaſore. Ratio ab æquo. Eſt enim æquum non deſpondere ei filiam, cui in vxorem recuſet dare. [Scitè.] A facili ſuadet. [Et ego hoc.] Ab honeſto & iuſſu heri, honeſtū eſt id firmum & ratum à domino haberi, quod eius iuſſu à ſeruo factum eſt. [Cæterùm.] Simulat ſe iterum de hac re non magnopere laborare, ſed quod hero viſum fuerit, æquo animo ferre.* Aequi boniq́ facere. *Hoc enim ſibi vult phraſis illa, qua Latiniſſimi authores ſubinde vtuntur. Vt Cicero ad Atticum. Tranquilliſſimus autem animus, qui totum iſtud æqui boníque facit. [Atque tum.] Conuictus argumentis & verborum ſerui comitate, facilè fert vt Antiphila detur Cliniç. Sed ratione alia de qua deliberandum ſit. [Fiet quæratur.] Nūc accedit ad id quod hactenus quæſiuit. Ac ſubmonet ſenem de ſoluenda pecunia Bacchidi pro filiæ liberatione. Hoc autem aſtutè tāquam rem valde neceſſariam ſubiungit. Cùm enim conſtituerit Antiphilam dare Cliniæ, neceſſe erit ipſam prius ab oppignoratione liberari. Eſtq́ propoſitio principalis per ἀναγκαῖον. [Neque tu ſcili.] αὐθυποφορᾷ occurrit his, quibus ſe tueri, et quaſi iuris confugium quærere potuiſſet. Ac primùm μιμητικῶς defenſionis eius argumenta recitat. Non reddam argentum, ab æquo, quia nihil accepi & quia non iuſſi. A iure ſcripto, quia patre inuito filia oppignorari non potuit, contractus igitur inualidus eſt. Hęc eſt quæſtio iuris. Eſtq́ defenſio in ſtatu iuridiciali. Concedit autem hoc verè & iuſtè dici, ſi quis ſtricto, vt iureconſulti, vel ſummo iure, vt reliqui ſcriptores loquuntur, agere velit. Sed in refutationem opponit ſententiam, quæ ſummum ius damnat, & ſummam malitiam vel iniuriam vocat. Nam τὸ ἀκριβοδίκαιον Ariſtotelicum eſt nimis exactum, præfractum & durum, quo ſæpe neglectis circunſtantijs ſumma iniuria committitur. Boni ergo viri eſt, τὴν ἐπιείκειαν amplecti, quæ fauorabilis eſt, quæq́ eſt ſummi iuris quaſi mitigatio & emendatio quædam, & ex æquo & bono conſtitutio. Ac iureconſultus præcipit, cùm in omnibus tum verò maximè in legibus, æquitatem eſſe ſpectandam. Et Ariſtoteles virum bonum et æquum ſic deſcribit.* ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς καὶ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς καίπερ ἔχων τὸν νόμον βοηθόν, ἐπιεικής ἐστιν. *[Immo ſi alijs.] Conceſſio per αὐθυποφορὰν ex perſonarum circunſtantia. Alijs fortè liceret ſummo iure agere, tibi verò non. Ratio à decoro & facili, ex communi omnium de ipſo æſtimatione. Omnes te diuitem eſſe cēſent. Ergo decorum eſt, ne te difficilem in eo præbeas, quod tibi factu facillimum erit [Quin egomet.] Perſuaſus ipſe vult pecuniā Bacchidi dare. Verùm ſeruus ſuadet cum filio eſſe mittendam. Rationes duæ ſunt, ab vtili & commodiori &, Clitipho liberatur à ſuſpitione amoris. [Et ipſe commodius negotium de nouo matrimonio efficere poſſit.*

## IN *ACTVS* IIII. *SCENAM VI.*

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Nulla non res, quam inuiti facimus, difficilis eſt.*  
2 *Moleſtiſſimum eſt adoleſcentibus amica priuari.*  
3 *Maxima eſt amatorum inconſtantia, irati facillimè ſpe alicuius rei oſtenſa placantur.*

OCCA-

OCCASIO.

*Syrus paulò antè Clitiphonem abire iuſſerat, vt à patre prius argentum extorqueret, quàm peccatum filij innoteſceret. Inuitus fecit adoleſcens amicam derelicturus. Nũc cùm redit ſtomachabundus, quòd hactenus non potuerit amica frui, ſeriò expoſtulat cum ſeruo, ſed placatur quàm facillimè cùm paratum argentum eſſe animaduerterat. Eſt ergo partim expoſtulatoria, vel* μεμπτική*, partim verò* παραμυθητική. *¶ Nulla eſt.* ⸗ *Exordium eſt* παθητικὸν *&* γνωμικόν, *difficile eſt, quidquid inuiti facimus, eſtq́ ;* ἦθος. *¶ Vel me hęc.* ⸗ *Ratio à ſuo exemplo quaſi* ἀποδεικτική, *qua à theſi ad hypotheſin currit, & ſuæ perſonæ applicat. Nam et hæc deambulatio, quam inuitiſſimè ſubiui, me ad languorem dedit, id eſt, planè defeſſum reddidit, & ad animi triſtitiam perduxit. ¶ Nec quicquam.* ⸗ *Amplificat querelam & infortunium à timore ſuo expertus difficultatem huius mali, timet ne iterum in idem conijciatur. Eſt autem* αὔξησις *in vocabulo miſer, ex fortuna, & extrudat, quia inuitus abeſt ab amica. Et quod grauiſſimum eſt, ne arceatur à Bacchide. ¶ Vt te dij.* ⸗ *Expoſtulat per execrationem, in qua nõ paruus iracundiæ feruor eſt. ¶ Huiuſmodi.* ⸗ *Ratio ab iniquo, quia inuentis tuis hoc vnum agis, vt me crucies & excarnifices. ¶ I tu.* ⸗ *Recriminatio eſt. Seruus exultans ob rem feliciter expeditã, indignè ferì ſe reprehendi ab herili filio. Eſt* ἀποσιώπησις, *nempe in malam crucem, ſed rem duram per figuratam locutionem durioribus verbis notat. ¶ Quàm penè.* ⸗ *A ſuo periculo à quo non multum abſuerit Clitiphonis cauſa. ¶ Vellem hercle.* ⸗ *Votum à iuſto vel merito eius. ¶ Meritus.* ⸗ *Minatur ſed nõ ex animo, ſe pecuniam illi non traditurum. ¶ Quid igitur.* ⸗ *Confirmat iniquitatem, à facto eius iniuſto. Iniuſtum eſt alicui adducere amicam, & mox nolle ipſius fieri copiam. Eſt amatori hæc cauſa ſatis grauis & ardua. ¶ Iam non.* ⸗ *Orditur conſolationem per præoccupationem, ne videatur iratus cum domino pugnare, quẽ vult ſibi conciliare. Ideo non reſpondet, quæ ipſa res poſtulabat. ¶ Sed ſcin'.* ⸗ *Gratulatio et exultatio ſeruilis. ¶ Bono es.* ⸗ *Conſolationis propoſitio. ¶ Iam argentum.* ⸗ *Ratio ab vtili & facili. Et hìc eſt fructus omnium laborum in Clitiphonis cauſa ſuſceptorum. Quia pecuniã ei ex patre extorſit. ¶ Ne ego.* ⸗ *peroratio eſt, qua in exclamationem erũpit de fortuna ſua, & agit gratias illi quem modò grauiter reprehendit. Vides quàm varij & ſubiti motus ſint adoleſcentium amoribus deditorum. ¶ Sed pater.* ⸗ *Mandatum eſt qualis eſſe debeat præſente patre. Eſt verè* ἠθικόν *ex filij obedientia. Obedias patri, non admireris factum, ne pater intelligat fraudem: pauca loquaris, ne tibi id excidat, quo poſſis prodere teipſum.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM VII.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Parentum ea eſt* στοργὴ φυσική, *vt etiam nolentes ſuos redimant.*

2 *Senes Chremetes ferè ſimiles ſui ſunt, id eſt auari. Itaque antea præcepit, vt ſi filia parta eſſet, exponeretur.*

OCCASIO.

*Chremes iam perſuaſus à Syro filiã Antiphilam oppignoratã redimendam eſſe prompta pecunia iubet, nihil mali ſuſpicans. Poſtea eadem expoſita rationẽ ſubducit quantum inſumendũ ſit in puella iam nubili. Prior pars eſt mãdatoria, poſterior eſt in computatione querimonia. ¶ Vbi Clitipho.* ⸗ *Numerata pecunia vocat ad ſe filium. ¶ Cape hoc.* ⸗ *Dat argentum, & præcipit vt ad Bacchidem ſine mora deferat. Sed cape hoc, eſt lentè & trepidanter pronuntiãdum, vt difficultas in dando repræſentetur. ¶ Hei quid.* ⸗ *Obſerua quàm egregiè diſſimulent omnia, vt nihil minus quàm fraudem ſubeſſe ſuſpiceris. ¶ Quid ſtas lapis.* ⸗ *In hominem ſtupidum & ignauum, qualis nobis Germanis eſt: Quaſi tibi nõ eſſent manus. ¶ Tu nos hìc.* ⸗ *Iubet ſe expectari quòd maturè ſint reuerſuri, quaſi nihil aliud negotij ibi habeãt. Ita ſe omni ſuſpitione liberant. ¶ Minas quidem.* ⸗ *Supputat tenacius quas impenſas in filias faciat. ¶ Hæc.* ⸗ *Pro hæ, per enallagen generis, nempe hæ in dotem accipient duo talenta, id eſt, mille & ducentos coronatos, vel ter mille aureos Rhenanos. Quidam verò ſubſtantiuè accipiunt, vt intelligantur ſupradicta decem minæ. ¶ Quàm multa.* ⸗ *Epiphonema eſt de improbis hominũ moribus, vel de prauitate mundi. ¶ Mihi nũc.* ⸗ *Exponit epiphonema admodum inuidioſè. Quia iniuſtè hoc fit, quòd bona mea magno labore parta nunc alicui, quaſi dicat homini externo, genero inuento, cogor dare. Mallet auarus ſenex retinere bona. Sed bonorum vſum planè ignorat.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM VIII.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Parentum ex liberorum reſipiſcentia magna eſt felicitas.*

2 *Amatores ad matrimonium pelliciendi ſunt, quod conſilium Terentianis comœdijs nimis familiare eſt.*

OCCASIO.

*Eſt hìc* παρασκευὴ *ad cognoſcendum Chremetis errorem, qui non ſolùm errat, verùm etiam Menedemũ vera loquentem in errorem ducit. Nam confecto argento & iam ablato per Syri fallaciam, reliquum eſt, vt Chremes, qui hactenus ſibi placens non deſipere viſus eſt, errorem deprehendat. Eſt igitur hìc ad ſummam* ἐπίτασιν *gradus, & principium huius ſcenæ eſt de cataſtrophe rerum Cliniæ. ¶ Multo omniũ.* ⸗ *Prædicat ſe fortunatiſſimum propter filium. Et hæc eſt gratulationis eius propoſitio. Magnam putat eſſe felicitatem habere liberos vel bonos vel in viam redeuntes. Filius ſapiẽs exhilarat patrem, ait Solomon. Huc facit parabola euangelica de filio perdito. ¶ Cum te intelli.* ⸗ *Ratio, quia reſipuiſti, hoc eſt ad meliorem frugem reuerſus es, ad matrimonium animum applicaturus. Alloquitur autem ipſum filium abſentem. ¶ Serua quod.* ⸗ *Eſt quaſi rationis confirmatio. Quia modò initur conſilium de collocanda filia. Petere autem videtur vt Clinia Chremetis filia in vxorem detur. Cuius ratio eſt, quia ſi hoc fiet, & filio & mihi & toti familiæ meæ, per diſtributionem conſuletur optimè. Eſt & alia à voluntate filij, quia vult eam ſibi dari. ¶ Quæſo quid.* ⸗ *Blãdè obiurgat ſenem, notans eius ſtultitiam, quòd in re falſa tantopere gaudeat. Eſtq́ ; refutationis propoſitio. Noli tantopere gaudere de filio. ¶ Iam ne* ⸗ *Cõfirmatio ex pacto prius facto, quod erat de argento emũgendo te eſſe fallendũ, nec quidpiam apertè dandum. ¶ Errauì* ⸗ *Agnoſcit errorem, & cum dolore dicit ſe ſpe ſua eſſe fruſtratũ. Sic enim planè conſtituerat fore, vt Antiphila nuberet Cliniæ. ¶ Imo hæc* ⸗ *Nar-*

ratiúcula eſt, qua Menedemum refutat, probans ex perſona & loco Cliniam aliam vxorem ſibi velle. ¶ Fruſtra. } Peroratio eſt propoſitioni cōtraria. Quod ſi res habet ita, fruſtra equidem me fortunatum iudicaui. ¶ Quiduis. } Conſultoria eſt. Nimium amat filium. Mauult duri quidpiam deuorare, quàm iterum priuari eo. Ideo intendit conſilium de eo retinendo. ¶ Ne ſentiat. } Notat conſilij neceſſitatem, vt poſſit ei cautè reſpondere, ne iratus iterum recedat. Sed inanis & ſtultus hic timor eſt. ¶ Nimium illi. } Exordiolum eſt conſilij. Corripit patrem, quòd plus æquo filio indulgeat, & per indignationem vocabulum, ægrè, repetit, videtúrque ſubeſſe reticētia. ¶ Incœptum. } Repetit petitionem cum ratione ab honeſto & neceſſario, quia res incœpta eſt, nec honeſtè nec commodè poteſt iterum omitti. ¶ Dic conueniſſe. } Exponit cōſiliū, docens quid reſponſi debeat filio referre. Narratiuncula hæc, qua filio quid actum eſſet exponeret, propter ordinē rerum eſt valde perſpicua. Sic enim ordine agitur. Primùm eſt conuētio opportuna. Deinde commodè negotium de nuptiis exponitur. Tertio impetratur res, ſi gener oblatus placeat. Poſtremò ſequuntur ſponſalia. ¶ Hem iſtuc. } Approbatio eſt & receptio conſilij. ¶ Tanto ocyus. } Suadet ab occaſione & facili. ¶ Næ tu. } Nouit ſenis naturam, ideo ominatur ipſum breui faſtidio filij affectū iri, ſi multa ſint danda. Inſtituit autē eum de modo & ratione dandi ſumptus, vt cautè & parcè det, & quidem non nimia pecunia obruat. Adoleſcentes enim dum pecunia abundant, nihil rectè agunt. & pecunia non neceſſariò & in tempore data, ipſorum eſt corruptela, & ad libidinē, vitia, & otium occaſio præcipua. Quod omnibus ſeculis experientia parentes docuit. ¶ Ero. } Animo eſt ad ſeruiendum promptiſſimo. ¶ Nam te. } Senex ſine vicini conſilio & præſciētia nihil vult agere. Hominum enim cautorum eſt, opera & conſilio amicorū, in rebus grauioribus & aliquid conſilij requirentibus vti.

## IN ACTVS V. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 In alienis oculatiores ſunt, in ſuis cæcutiunt.

2 Præceps abit ductus aut ira aut nimio amore.

3 In vtraque fortuna amicorum conſilio opus eſt.

4 Obiurgator non eſt ferendus, qui in alio vitium reprehendit, in quo ipſe deprehenditur.

Menedemus ad Chremetem iterum prodit, poſtquam filio futuras eſſe nuptias adnuntiarat. lætus verò eſt valde, quòd nihil iſtorum quæ Chremes futura prædixerat, intellexerit conari filium & ſeruum. Narrat igitur Chremeti totum negotium ordine, & audita & viſa in ſuis ædibus. Sed inter narrandum Chremetē ſubinde exagitat non ſine ſuauitate, diſſimulans ſe intelligere negotium, & quaſi confirmans opinionem patris de Clitiphone. Ad extremum autem ſignorum commemoratione eò perducit eum, vt fateatur Chremes ſe turpiſſimè falſum eſſe. Sic te ipſa cognita multò impotentius filio iraſcitur, quàm antea Menedemus. Sed hic illum reuocat, & admonet vt ſuorum ſit præceptorum memor, de non obiurgādis nimium liberis. ¶ Poſtea negotiū expeditur de nuptiis, atque fit denique epitaſis rerum Clitiphonis diuturnior, & aliud conſilium initur, vt adoleſcens à Bacchide abſtrahatur. Eſt admodum mixta. Prima pars eſt conuitiatoria, ſed planè εἰρωνικὴ. Deinde eſt μεμπτικὴ, cùm ſe ipſum increpat errore cognito, & nō ſine χλευασμῷ. Eſt & παραμυθητικὴ ob conſolationem Menedemi. Poſtremò eſt συμβουλευτική. ¶ Ego me non. } Exordium ſalſiſſima ironia figuratum, conſtat duarum perſonarum collatione. Quo, quàm ſtolidus & ſtupidus ſit Chremes, declaratur. Πρότασις eius eſt, etiam confeſſione eius conſtans. ſum ego quidem ingenio tardo & hebeti, ſed Chremes eſt me longè ſtupidior atque ſtultior. Pulchrè autem ludit cùm ſuo adiutori, monitori & præmonſtratori quid cum filio agēdum, tantum ſtuporis tribuit. Conueniebat enim eum, qui alteri conſilio adeſſe, & de agendi ratione monere, & quaſi prudenter omnia ſuſcipienda præmonſtrare velit, conſilio & intelligentia eo ſuperiorem eſſe. ¶ In me. } Ratio & ἐξύγωσις propoſitæ collationis. Ipſe enim eſt longè ſtupidior & tardior quàm ego ſum. Vtitur autem per συνωνυμίαν & συναθροισμὸν epithetis, quæ extremam alicuius ſtultitiam ſignificant, atque in homines nullius ſenſus atque ingenij quadrant. Quæ ſunt à rerum, quas ſignificant, natura metaphoricōs deſumpta. ¶ Nam exuperat. } Amplificat ὑπερβολικῶς, & ironiam ſuam explicat, quaſi dicat, hæc vocabula longè ſunt minora, quàm vt inſigni tarditati & ſtultitiæ eius conueniant. ¶ Ohe iam. } Dehortatoria eſt per ἀποστροφὴν ad vxorem, qua eam ab immodica lætitia ob inuentam filiam facetè auocat. Propoſitio. Deſine tandem gratulando diis moleſta eſſe. ¶ Niſi illos. } Ratio à decoro & facili. Nam dij facilè audiuerunt tuam εὐχαριστίαν. Nec ſunt ita ſurdi atque tu es, vt niſi centies idem dixeris, non audiant. Notat verò eius nimiam loquacitatem. ¶ Sed quid. } Admiratur ſeruum tam diu cum filio morari in ædibus, cùm prius ſeruus dixerit nihil aliud negotij eſſe apud Bacchidem, niſi vt darent pecuniam. Hîc verbum Ceſſat eſt occaſio præſentis colloquij. ¶ Quid ait? } Hîc eſt contentio in genere iudiciali. In Chremete eſt inficiatio. Non eſſe veras nuptias. In Menedemo affirmatio. Contendit enim eſſe veras nuptias. ¶ Gaudere. } Proponit, placent ei nuptiæ futuræ. Ratio ex affectu, quia gaudet. ¶ Ha ha he. } Ridendo occultè negat, quaſi dicat, certè nihil eſt. ¶ Serui. } Ratio à Syri calliditate, quaſi dicat quod tu falleris, eſt ſerui tui inuentum. ¶ Voltus. } Confirmat à facili & cauſa efficiente. Quia ſceleſtus iſte per αὔξησιν ſcelus, efficit vt Clinia ſic vultū ſimulando componere poſſit ad quēlibet habitum, vt tu credas ipſi nuptias probari. Vultus à volendo dicitur, triſtitiæ, hilaritatis & omnium affectuum nota iuxta Plinium. Vultus. Eſt enim fronti, oculis, vultuíque ſuus ſermo. Ciceroni in tertio de oratore, vultus eſt animi index, & vt alius vult, auriga mentis. ¶ Gnatus. } Sed nouit eum non ſimulare ſe lætum. ¶ Veterator. } Iterum ſuggerit illudendo, Syrum in omni aſtutiarum & fallaciarum genere probè exercitatum & veterē ſeruum eſſe. ¶ Mane, hoc. } Comprobat narratiuncula eum eſſe deceptum. Quia ſeruus Dromo expoſcebat pecuniam, prętextu nuptiarum, quòd ad emenda ornamenta & conficiendas nuptias argento magno opus eſſet. ¶ Non. } Inficiatur nihil ſibi horum accidiſſe. ¶ Quid non. } Repetitio hæc interrogationis, eſt plena εἰρωνείας. ¶ Nihil prorſus. } Confirmat clarius filio ſuo nuptias eſſe cordi à ſigno: Quòd vrgeat fieri. Quæ enim placent, ea maturè fieri optamus. ¶ Neſcio. } αὐθυποφορὰν Chremetis occultè reprehēdit, eúmq; ſuggillat, qui videatur omnia, quæ foris fiunt, planiſſimè noſſe, ſe autem manifeſtiſſimè à Syro decipi non intelligat. ¶ Sed ille tuus. } Occupatione proponit, ſed tamen admodum ſalſè, Syrum iam non laborare in

re in

re in ſuo filio, ſed in Clitiphone Chremetis fingendo. Hinc ſuauiter ratiocinatur & proponit, ſubolet & apparet Bacchidem eſſe amicam Clitiphonis. ¶ Quid au.} Sic interrogat quaſi res eſſet noua & inaudita. Hoc enim nunquam credidit eſſe. ¶ Mitto iam.} παραλείψει amplificat. Quaſi dicat, non moror hæc ſigna, amplexatur & oſculatur eã, ergo eius eſt amica. Sunt enim parũ firma. ¶ Vah.} Hac interiectione ſignificat adhuc maiora eſſe reliqua ignota Chremeti. ¶ Audi modò.} Facit attentũ, narraturus quod ſupereſt. ¶ Eſt in.} Narratione nunc probat amorẽ Clitiphonis, qua tandẽ Chremeti error pateſit, vt appareat eũ fruſtra hactenus illuſiſſe Menedemo. Eſt autẽ valde probabilis ex circunſtantiis, ex loco, quia conclaue & lectus. Conclaue eſt ſecretior domus pars, & in penatibus remotior, in qua ſecretius confabulari licet, vt Vallæ placet. Ex actibus, quia ingreſſus, & quòd occluſerunt illud. ex velocitate ingreſſus & ſolitudine. Et à perſona Cliniæ. ¶ Filij eſt.} Ipſe nunc intelligẽs ſe eſſe deceptum, infert & colligit propoſitionẽ, quam Menedemus ſpectabat. Et in exclamationẽ erumpit animo valde cõſternato. Sic enim afficimur, quando nobis aliquid mali præter opinionẽ accidit. ¶ Decem die.} A tẽpore extenuat opes ſuas. Quòd tantã familiã vix tot dies alere poſſit. ¶ Quid iſtuc.} Conſolari eum incipit ſed εἰρωνικῶς. A cauſa honeſta. Sed Chremes inuertit ſuaui paranomaſia, non dat operam amico, ſed amicæ. ¶ An dubium.} Ratiocinatur quod res eſt, à veriſimili. Verecunda apoſiopeſi rem turpem notat ¶ Ah.} Ironicam inſultationẽ obſerua. ¶ Derides.} Efferueſcit ſenex re cognita, ac ſeipſum grauiter increpat iratus. Nunc tandem ictus piſcator ſapit, & accepto malo, vt prouerbia dicunt, ſapere incipit. Propoſitio eſt. Iuſtè mihi ſuccenſeo. ¶ Quot res dede.} A facilitate cognoſcendi rem. Quia perſpicua ſigna fuerunt obuia, vnde quid ageretur à filio & ſeruo intellexiſſet, niſi eſſet lapis, id eſt, κατὰ μεταφοράν, homo nimium ſtupidus, bardus & amens. ¶ Væ miſero.} Iterum præ dolore animi exclamat, & grauiter cõminatur, & mox, vt irati ſolent, reticet quid facturus ſit. pergere enim præ ira non poteſt. ¶ Non tu te.} Serò nunc ipſum conſolatur. Propoſitio eſt. Cohibe te, noli nimium iraſci. Ratio à ſuo ipſius exemplo, quod diſceret, quàm iracundum animum moderari conueniat. ¶ Præ iracundia.} Fatetur iram. Effectus eſt nimiæ iræ. Conturbat animum. Theognis inquit.

Οὐδὲν κυρν' ὀργῆς ἀδικώτερον, ἣ τὸν ἔχοντα
Πημαίνει, θυμῷ δειλὰ χαριζομένη.

Et Fundanus apud Plutarchum: ὁ δὲ θυμὸς οὐχ ἣ φασιν μελάνθιος, τὰ δεινὰ πράττει τὰς φρένας μετοικίσας, ἀλλ' ἐξοικίσας τελέως καὶ ἀποκλείσας. ¶ Nonne id.} Ab indecoro, foris ſapis & tibi non ſapis. Foris ſapere eſt in alienis rebus ſapientem eſſe. Huc facit ſenarius vſitatus.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις ἐν αὐτῷ σοφός.

Et eſt prouerbium. Nec quicquam ſapit, qui ſibi non ſapit. ¶ Id quod me.} Inuerſione retorquet conſilium quo ipſum ad lenitatem reuocat, monens quomodo filium tractare debeat. ¶ Ne quam.} A futuris incommodis, ſi duriuſculè ipſum tractaret. ¶ Immo abeat.} Rigidus pater repudiat conſilium, quod ipſe prius Menedemo dedit. Propoſitio eſt. Abeat potius. Ratio ab inutili. Ne per illum pater depauperetur. ¶ Nam ſi illi.} Confirmatio rationis ab incommodo futuræ egeſtatis. Suis ſumptibus me adiget ad maximam inopiam, vt victus mihi raſtris fuerit quærendus. Alludit ad raſtros, quorum ſuprà eſt mentio facta.

Conclaue.

Foris ſapere.

¶ Quot incommoda.} Diſſuaſoria eſt propter multas incommoditates. ¶ Difficilem.} Ab ingenio paterno, quod etſi primum difficile eſt, poſtea tamen facilè ignoſcit. ¶ Vt lubet.} Omittit conſolationem, & aliam conſultationem proponit de matrimonio & dote. Propoſitio eſt, vt Antiphila noſtro nubat. ¶ Quid do.} Quærit de dote. Prima eſt quæſtio de dote, ſi contrahas matrimonium in his peruerſis vulgi moribus. de moribus vltima fiet quæſtio, inquit poëta. Medea apud Tragicum cõqueritur de miſera fœminarum conditione, quòd cogantur dote maritos quaſi emere.

Ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ
Πόσιν πρίασθαι, δεσπότην τε σώματος λαβεῖν.

¶ Sed ita dictu.} De dote eſt conuentum. intenditur autem occultè aliud conſilium per correctionem, qua vult ſimulari Chremes exhæredationem filij, vt eum perterrefaciat. ¶ Egóne.} Cauſæ conſilij ab vtili & honeſto, vt luxuriam adoleſcentis coherceat. ¶ Age.} Concluſio eſt vt vxor accerſatur, & ſe paret ad nuptias. ¶ Hic ita.} Comminatur vtrique pœnam, ſed pro vtriuſque conditione & ſtatu, filio verba, ſeruo autem verbera, quod etiam ἀποσιώπησις videtur ſignificare. Eſt'que παρασκευὴ ad ſcenam ſequentem. Ratio cur minetur verbera ex merito eius, quia impoſuit & illuſit mihi. Et amplificat comparatione à minori ex ſexu, & viduitate.

## IN ACTVS V. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Adoleſcentuli ad meliorem frugem propoſitis damnis reuocandi ſunt.

2 Liberi præcipites in omnia vitia ruunt, niſi refrenentur certis rationibus, vel exhæredatione, vel aliis quibuſlibet.

3 Compeſcendus eſt appetitus vti rationi morem gerat.

4 Diſciplina & iuſta educatio præſtantiores viros efficiunt.

Chremes vt filium perterrefaceret, adornat exhæredationem. Qua re Clitipho ex Menedemo audita, conqueritur de patris iniuria, & eſt σχετλιαστική. Sed pater interueniens eum redarguit, cauſas conſilij ſui referens, eſt ἐπιτιμητική. Poſtremò ſeruus in grauius ferè malum coniectus inuenit conſilium, vbi συμβουλευτική eſt. Itáne tandem.} Orditur à querela & accuſatione de patris conſilio per interrogationem eclipticam. Propoſitio eſt: Pater vult me, vt tu refers, exhæredare. Rationem addit ex inopinato, ab ira & ἀστοργίᾳ eius. Quia alieniori animo tam citò eſt à me factus, quàm pater eſſe ſolet. ¶ Quódnam ob.} Quærit de cauſa exhæredationis. Non enim niſi ob grandia facinora filij paternis bonis priuantur. Cauſas docent iureconſultorum libri. Et eſt defenſio ſui ex ratione ab iniquo. Quia nullum ſcelus commiſi, quòd eſſet exhæredatione puniendum. ¶ Vulgo id.} A vulgari adoleſcentulorum vitio ſe excuſat. Vitium eſt amor meretricis. Iudicium eſt ineptum. Non enim quia vulgo fit, ideo rectè fit. Nec vulgi error filiis patrocinari debet. ¶ Scio tibi.} Reſpondet conceſſione, hoc malũ ei graue eſſe, & mox fatetur ſibi idem æquè dolori eſſe atque ipſi. Rationẽ adnectit ex ſumma animi beneuolentia, qua ipſum complectitur. ¶ Quid me.} Reprehenſio eſt. Propoſitio interrogatione figurata. Malè me incuſas. ¶ Quidquid ego.} Confirmatio ab honeſto & vtili. Quia

hoc facto tibi conſultum volo. [Vbi te vidi.] Expoſitio confirmationis à neceſſario per expoſitionem cauſarum cur id faciat. reprehendit enim tria in ipſo, ſegnitiem animi, quod nulli honeſtæ rei impensè ſtudeat. Voluptatis ſtudium, quòd in ea ſummam felicitatem collocet. & imprudentiam, quòd in longitudinem ſibi non conſulat, id eſt, imprudenter ſuarum rerum non ſatagat, ſed in diem viuat, nullam futurorum rationem habens. Ideo inuenit conſilium, vt tamen filius dum viueret, haberet ſatis. [Vbi cui.] Enthymema eſt non ſine anthypophora. Quia tibi nunc propter improbitatem & imprudentiam non licet dare, quod debebatur. Adibis ergo proximos hæredes, qui tibi neceſſaria ſuppeditabunt. [Ibi tuæ.] Tenuioris vitæ eſt notatio, tria enumerat, quæ ipſi velit curare vt non egeat, victum, veſtitum, tectum. [Satius eſt.] Ab æquitate. Eſt & cauſa generalis cur ſit tantopere iratus, cur proximis, ad quos, ſi filius non eſſet, lege bona peruenirent, omnia bona dederit. Non vult ea à Bacchide poſſideri. [Diſperij.] Exclamat in exitum ſui conſilij, eſt'que εἴκων omnium conſiliorum peruerſorum. Peruerſa conſilia plerunque triſtes euentus conſequuntur, quos experti tandem nos accuſare incipimus. [Emori cupio.] Cogitatio miſera eſt eorum, qui nimia cruce, nimióque infortunio ob ſua errata & improbitatem puniuntur. [Prius quæſo.] Egregiè confutat filium ab ipſius imperitia & inſcitia viuendi, quæ illi eſt cauſa huius infelicitatis. Monet autem viciſſim quomodo vita ſuauis & iucunda effici poſſit, ratione, nimirum & virtute, hoc enim eſt verè viuere. Diogenes dicenti cuidam miſerum eſſe viuere, non inquit, viuere miſerum eſt, ſed malè viuere miſerum eſt. Cenſuit vitam, quæ cum turpitudine coniuncta eſt, miſeram eſſe. [Here licétne.] Inſinuatio eſt, captat beneuolentiam ab appellatione heri & timore ſeruili, qui eſt cauſa eclipſis. [Loquere.] Permittentis eſt, vel cum indignatione vel cum authoritate ſumma, qualis forma in iudiciis caſtrenſibus ſeruatur, in dem malefitz gericht. [Quæ eſt iſta.] Tranſlatione criminis in expurgando filio vtitur. [Ilicet.] Reſpuit purgationem vocabulo, quo eſt rei perfectæ ſignificatio, & propoſitionis vice ponitur. [Ne te admi.] Ratio eſt, quia non accuſaris. [Nec tu aram.] Nec opus eſt, vt tu ad aram tanquam aſylum confugias. Ara erat miſerorum & reorum, qui extrema neceſſitate vrgebantur, refugium, nam inde nefas erat detrahi, vel etiam ibi lædi aliquem. Hac prouerbiali forma vti poſſunt vel ij, qui tuti ſunt, vel qui ſe omni animi metu vacare, & ſibi bene conſcios eſſe ſignificant, vt dicant Ara ſibi non opus eſſe.

Ara refugium.

Ouidius ait:

Vnica fortunis ara reperta meis.

[Neque precatorem.] Deprecatorem, interceſſorem. alludit ad veterem conſuetudinem, qua ſerui noxam effugerant. [Nihil ſuccenſeo.] Ratio eſt, quia nemini veſtrum ſuccenſeo. Nec eſt æquum vos mihi viciſſim de eo, quod facio, iraſci. Mirificè diſſimulat ſtomachum redarguendo. [Abiit.] Dolet ſe non coràm culpam eſſe deprecatum. Propoſitio: Vellem rogatum à me. Ratio à neceſſario, quia vnde petam cibum habeo neminem. Et addit per contrarium, ſe miſeriorem eſſe filio, tibi autem cibus eſt apud ſororem. du haſt aber den diſch. [Modò liceat.] Iocullariter & ſeruiliter ſe etiam in extrema quaſi neceſſitate conſolatur. Iocatur autem per ἀπροσδόκητον, id eſt, inexpectatum. aliter enim ac ſperarat Clitipho reſpondet, & ioco riſum captat, de quo ioci genere Cæſar apud Ciceronē 2. de oratore agit. Alludit ad prouerbium: Aegroto, dum viuit, ſpes eſt. Spes in labro pyxidis Pandoræ relicta, docet neminem tam rebus deſperatis eſſe, quin aliquid ſperet. [Irrides.] Stomachatur in ſeruum etiam in re aduerſiſſima iocantem & ludentem. [Immo & tibi.] Attentiorem illum reddit, vt totus ſermo expoſtulatorius iam incœptus ſic intercipiatur. Quare cogitabundum ſe tanquam in re admodum ſeria fingit. Quaſi dicat, mihi tu iniuſtè ſuccenſes, hoc enim vnum ago & cogito, vt tibi conſulam. [Non eſſe horum.] Propoſitio eſt. Horum parentū filius tu germanus non es, & eſt occultus μυκτηρισμός, cùm ait horum. [Ego dicā.] Attentionem renouat, vt auidius audiat. [Dum iſtis.] Confirmatio. Primum argumentum à paterno animo, quia iam poſt inuentam filiam, eſt à te alienior factus: antea cùm ſolus eras, indulgebat omnia. [An tu.] Interrogando confutat peccatū non eſſe exhæredationis cauſam. [Nunc aliu.] Secundum argumentum à materno affectu & ſtudio in filios. θέσις eſt: Matres contra patris iniuriam iuuant filios. ὑπόθεσις. Tua mater te non iuuat. Non eſt igitur vera mater. [Suſpitionem iſtā.] Conſilium eſt. Quærat ex parentibus num ſit verus filius. Ratio ex ſigno. Si afficientur miſericordia, es eorum filius. Si non afficientur, ſcies te non eſſe. [Rectè ſuades.] Conſilium probatur Clitiphoni. Sat rectè.] Hæc tacitè ſecum muſſitat, atque hoc conſilio ad fabulæ cataſtrophen peruenietur. Gratulatur autem ſibi hoc conſiliū inuentum. [Tā facillimè.] Ratio à facili. Quo minus ſperabit, hoc citius patri reconciliabitur. Eſt metaphora ſumpta à pactionibus bellicis, vbi vtrinque iuſtis conditionibus res componi ſolent. [Etiam haud.] A ſpe futuri matrimonij & gratitudinis Clitiphonis.

Spes.

## IN ACTVS V. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Tales ſunt filij quales parentes. Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

2 Matres plus indulgent filiis quàm patres.

3 Sæpe mulieres ineptæ maritorum conſiliis aduerſantur propter filios.

4 Etiam inter matrimonio coniunctos interdum altercationes eſſe ſolent.

Mater pro filij ſalute plus æquo ſollicita monet, adeóque increpat maritum, ne pergat exhæredare filium: at maritus contra admodum ſalſis & mordacibus obiurgatiunculis eā refutat, & exagitat, in ipſius inobedientiam & mores acerbè inuehens. Eſt igitur ſcena & ἐπιτιμητική & σκωπτική. [Profectò niſi.] Irata cum admonitione & aſſeueratione reprehendit maritum de imprudenti conſilio in filium. Propoſitio eſt: Caue ne exhæredes filium. Ratio à periculo. Quia hoc conſilio ad magnum malum illi dabis occaſionem, & author eris. Amplificat verò cum admiratione per ἀπροσδόκητον, & odiosè conſilium hoc ineptum vocat. [Ob pergin'.] Refutat eam etiam grauiori obiurgatione, ac primùm quidem nihil reſpondet de re ipſa quam molitur, ſed refutatione perſonali vtitur. Propoſitio eſt per apoſiopeſin: Deſine mihi moleſta eſſe, meum inſtitutum redarguēdo. Ratio latens eſt in appellatione ſexus fœminei. Commune eſt vitium mulierum rixari, mariti ſtudiis aduerſari,

& verbis

& verbis moleſtare. ¶ Vllámne ego.} Ratio ab indecoro, ex perpetuo eius aduerſandi ſtudio, cum indignatione, quòd hoc vnicè ſemper ſtuduerit, vt mariti conatus impediret. ¶ At ſi rogitem.} Amplificat ab inſcitia, ſtultitia, & temeritate eius. Quia negotij planè ignara es, neſcis quid agam & cur agam. ¶ In qua te.} Concluſio per interrogationem ex indignitate natam. Cur igitur mihi tam temere & imprudenter reſiſtis? cùm ſis ſtulta, ac planè quid rixeris, clames, garrias ignores. ¶ Ego neſcio.} Ironicῶs, quaſi dicat, imò tam ſtulta non ſum, vt non hoc intelligam. ¶ Immo ſcis po.} Iracunda eſt conceſſio. Scias ergo ac ceſſa quod tibi libentius do, quàm vt totam hanc iterum retexam fabulam, & quaſi integrè narrem. Vel eſt, vt quidam volunt, ironia. Scis equidem & intelligis prius, quàm oratio mea finem eſt conſecuta. ¶ Oh iniquus.} Pergit accuſando, indignè fert ſibi ſilentium mandari, quaſi dicat, iniuſtè agis qui non vis audire me de periculo in quod filius conicitur, dicentem. ¶ Non poſtulo.} Permittit εἰρωνικῶς, vt loquatur, quaſi ſit valde tempeſtiuum: nouit enim eam tacere non poſſe. Sed irritat magis dum ait, nihilominus ſe facturũ quod conſtituerit. ¶ Facies.} Repetit propoſitionem ſuam interrogatione. Noli facere. ¶ Non vides.} Vrget prius argumentum à periculo vel incommodo. Et exponit malum, ex inepta filij ſuſpitione. Quia vis ipſum exhæredare, ideo ſuſpicatur ſe non eſſe noſtrum filium γνήσιον. ¶ Subditum.} Cum irriſione repetit rationem. ¶ Ah obſecro.} Abominatio eſt. Confirmat ab impoſſibili. Mater non poteſt negare eſſe filium, ſi eſt. ¶ Quid metuis.} Enthymema eſt à facili. Conuinces eum eſſe tuum. Ergo fruſtra metuis. Conuincere eſt forenſe verbum, Græcis ἐλέγχειν. vbervveiſen. ¶ Non ſed.} Repudiat vxoris argumentum infirmum de filia, & ponit aliud ex ſignis acerbo ſcommate, quo vxoris difficiles & parum commodos mores notat. Tui eſt ſimilis moribus & ingenio. Ergo tuus eſt filius. Ratio, quia nihil eſt in ipſo vitij, quod non etiam in te conſpiciatur. Eſt hîc κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. ¶ Tum præterea.} Ab impoſſibili. Nulla præter te vxor poteſt talem filium parere. ¶ Sed ipſe.} εἰρωνικῶς ludit in inconcinnos filij mores. Et quaſi demonſtrat eum matri cenſendum, hoc eſt, vt de eius moribus iudicet, quod ſibi hoc verbum videtur velle. *Cenſere.*

## IN ACTVS V. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Caſtigatio parentum liberos erudit & informat.*
2 *Filiorum eſt, vt ſuis parentibus obſequantur.*
3 *Iracundiæ tanta vis eſt, vt vel Deos neſciat.*

Eſt autem in ſtatu coniecturali. Siquidem Clitipho ex matre ſuos parentes ſciſcitatur, atque eo pacto impellit, vt ſeſe illa periculo interponat. Hinc & grauis in filium obiurgatio. Poſtremò liberorum officium deſcribitur. Vocatur autem in dubium ſit'ne Clitipho Soſtratæ & Chremetis filius. Filius negat coniecturis quibuſdam adductus. Mater iuramento affirmat, ſicut & pater. Vterque tamen propter tantam filij impudentiam comminatur. ¶ Si vnquam.} Petitoriæ oratiunculæ eſt exordium ἐνθυμηματικόν, quia tibi fui voluptati, quia tibi dictus filius ſum, memineris igitur, & mihi petenti parentes meos commonſtra. Idque fuiſſet in toto corpore orationis propoſitio. Priſcianus autem hîc parentes meos legit. Hinc enim idem comprobat, poſſe in genitiuo plurali etiam parentium legi. Siquidem analogia accuſatiuorum pluralium in eis deſinentium nititur. ¶ Obſecro.} Mater obteſtatione ſe matrem conteſtatur. ¶ Sum.} Alienius & improbius vrgenti conuenit. ¶ Ita mihi.} A iuramento parentibus olim nimis familiari. Hoc autem ſibi vult. Vtinam ſic nobis ſuperſtes eſſes, quàm verè ex nobis natus ſis. ¶ Et caue.} Epilogus eſt, quo dehortatur, ne idem porrò dicat. φυσικῆς tamen στοργῆς prudenter mentio inſinuatur. ¶ At ego.} Pater multo aſperior amarulentè maternam indulgentiam irridet. Nam quod mater antè dixit, ſi me amas, κατ᾽ ἐναντίωσιν inuertit Chremes, inquiẽs, ſi me metuis: & à comminatione exorditur. ¶ Quos.} Rogando pater irritatus magis irritatur. ¶ Gerro.} Hæc conuitia in abiectiſſimum quenque dici poſſunt. Eſt autem gerro in gerendis nugis. Iners, nulli arti ſtudens. Fraus eſt fraudulentus, ſicut helluo pro ſumptuoſo, ganeo pro ſcortatore. & damnoſus pro eo, qui omnia damnorum genera expedit, hoc loci figuratè vſurpatur. Damnoſus tamen ideo eſt, quòd Bacchidi per Syri dolum extortas decem minas dederat. Ecquis hîc in ſynathriſmo conuiciorum aſyndeton iuxta cum acerbiore morum notatione, ſicut exigit iracundia πάθος, non videt? Vtique pater iubet filium credere, non eſſe alienum. ¶ Non ſunt.} Diluit filius delicatus ex coniectura. Siquidem talia conuitia in filium patri haud conueniunt. Nam talibus moribus parentem eſſe præditum non decet. ¶ Non, ſi ex.} Acrior eſt obiurgatio irati patris. Homerus in hymnis Mineruam ex Iouis cerebro natam fingit, & apud Plutarchum ea de cauſa eſt ἀθηνᾶ κορυφαγένη, quòd è Iouis capite orta putetur. Et poëta canit:

*Quæ de patrio vertice dea nata eſt.*

Et Lucanus:

*Hunc & Pallas amat patrio quæ vertice nata eſt.*

Lucianus in dialogis deridet. Nam Vulcanum ſecuri patris caput aperuiſſe fabulantur, ſicut in Olymp. præſertim in Diagoræ Rhodij hymno Pindarus cecinit. Non temerarium eſt cur Pytagorici triangulum æquilaterum ἀθηνᾶν κορυφαγένην & τριτογένειαν nominarunt. Mythologi autem eius nomine ſapientiam, artes & ingenium accipiũt. ¶ Deos neſcio.} πάθος iracundiæ eſt cauſa, cur tam ſit ἄθεος. Vult enim ſibi nihil rei eſſe cum diis, patris officium ſedulò facturus. ¶ Quæris.} Inuertit quæſtionem. Ferè enim fit, vt præſentia negligantur, & præterita deſiderentur. Hîc filius ſui officij non eſt memor, quod eſt vt parentes honoret, & iiſdem obſequatur iuxta Dei præceptum, & ius naturæ. ¶ Non mihi.} ἀποσιώπησις eſt admodum verecunda. Nam quanquam iratus, coram tamen vxore meretricem dicere recuſat. eſtque hîc amplificatio à minori ad maius. ¶ Quam ego.} Vitæ ſceleratæ fructus & finis eſt pœnitentia, atque hîc cataſtrophes fit initium.

## IN ACTVS V. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Nimis auſteri parentes & moroſi non ſunt ſemper collaudandi.*
2 *Pacificatores omnem rationem in pace concilianda quærunt.*
3 *Caſtigati liberi in viam redeunt, & matrimonio tanquam capiſtro refrenantur.*
4 *Permittenda eſt & filio ſponſæ electio.*

Cæterùm in Clitiphone quidem eſt μεταμελητική, cùm pœnitens veniam erratorum precetur. In parentibus autem eſt προτρεπτική, cum filium ad ducendam vxorem adhortentur. ⁋Nimis grauiter.⸗ Diſplicet moroſitas patris ſuprà modum excrucians. Mauult enim filium in officio patris beneuolentia, quàm multis minis & iurgiis detineri: quod & Diuus Paulus ſuaſit.

Quare Euripides in educatione liberorum non multum conferre parentum minas cecinit:

Πατὴρ δ᾽ ἀπειλῶν οὐκ ἔχει μέγαν φόβον
Ἡδὺς πατὴρ φρόνησιν ἀντ᾽ ὀργῆς ἔχων
Υἱὸς δ᾽ ἀμείνων ἐπὶ εὔνοια παιδός.

Neque aliter D. Paulus ac Menander ſuaſit, vtpote liberos non eſſe irritandos.

οὐ λυποῦντα δεῖ παιδάριον ὀρθοῦν, ἀλλὰ καὶ πείθοντά τι.

Atque hic cauſam exitus ſui enthymemate colligit. ⁋Pater.⸗ Per appellationem eſt beneuolentiæ conciliatio in hac petitione ignoſcentiæ. ⁋Da veniam.⸗ Et reconciliator idem petit. ⁋Ego.⸗ ἀντιπροφορά tollitur à Menedemo per conceſſionem, cùm neque ipſe æquum cenſeat, vt bona ad Bacchidem perueniant. ⁋Si me.⸗ Confirmatio eſt à neceſſitate propter præſens periculum. ⁋Ne te obfirm.⸗ Parum probatur patris durities & pertinacia, & in filio cui pater eſt durus, ſeuerus, & implacabilis. Itaque eſt magnum malum ſicut Menander cecinit:

Ὅστις δ᾽ ἀμείλικτον πατέρ᾽ ἔχει νεανίας
Στυγνόν τ᾽ ἐν οἴκοις, μεγάλα κέκτηται κακά.

⁋Video.⸗ Pater placatur ab æquitate. Sit ſanè verbis interdum aſper & amarus, ſed factis mitis, beneuolus, & beneficus. Sic & Menander.

Ὁ σκληρότατος πρὸς υἱὸν ἐν τῷ νουθετεῖν
Τοῖς μὲν λόγοις πικρὸς ἐστι, τοῖς δὲ ἔργοις πατήρ.

⁋Ea lege.⸗ Placabilis eſt filio, ſed obſequenti. ⁋Vxorem.⸗ Exhortatoria eſt oratio, vt filius vxorem ducat. ⁋Pater.⸗ Hæſitante geſtu proferendum eſt. ⁋Nihil.⸗ Eclipſis eſt, niſi vt mandata facias. ⁋Hæc dum.⸗ Confirmatio à facilitate, per ſententiam quæ eſt, vt principia ſint grauia. Huius loci eſt illud ἀρχὴ ἥμισυ παντός, quod Horatius ſic vertiſſe videtur:

Dimidium facti qui bene cœpit habet.

⁋Nate.⸗ A pulchritudine filiæ ducendæ. Forma enim amorem conciliat. Formoſa facies inquit Mimus, muta commendatio eſt. Siquidem ex Platone & Platonicis liquet, vt amorem ad ſe attrahat pulchritudo, non ſecus ac paleas ſuccinum. ⁋Caſiam.⸗ ὑποτύπωσις eſt deformis puellæ, à colore & totius corporis rufa, & oculorum qui cæſii, hoc eſt, glauci erant. Minerua tamen Homero γλαυκῶπις eſt, de qua Gellius in ſecundo cap. decimoſexto. Denique à figura oris & naſi depingitur. ⁋Eia vt.⸗ Etiamſi elegans ſit, tamen animus ad illam huic non eſt. aut ironicῶs laudat puellam, & philoſophorum ſententia eſt. elegantem formam elegantis ingenij eſſe indicium. Eſt enim inter corpus & animum συμπάθεια. ⁋Aliam dabo.⸗ Exemplum eſt, vt non qualibet inuito filio ſponſa per moroſos parentes ſit obtrudenda. ⁋Egomet.⸗ Conceditur filio ſponſæ delectus, ſed parentum conſenſus non repudiatur. Eſt autem amor natura ſua copulator & coniunctor. Siquidem quocunque ſe vertat, adnectit & coniungit, ſicut odium diſſipat, diſſoluit, ſeparat. ⁋Syro.⸗ Deprecatoria. Nam crimen in ſe transfert, Itaque Syro ignoſcendum eſt.

# IODOCI VVILLICHII SCHOLIA

## IN ADELPHOS.

### DE EPIGRAPHE.

PRIMVM locus ſignificatur actæ comœdiæ, vtpotæ in ludis funebribus, qui quomodo inſtituti ſunt ex Plinio, & ex quinto Æneidos Virgilianæ ſatis liquet, atque Liuius manifeſtè indicat, vt exequiis varia ſpectaculorũ genera adhibita ſint. Mox adſunt huius fabulæ Aediles redemptores. Neque actores, Græcis διδάσκαλοι neglecti ſunt. Deinde apparatus in feſtis modis per tibias Serranas, quæ ſiniſtræ acuminis lenitate iocum comicum oſtendebant, atque Serranæ dicebantur: quoniam ſaltatores iiſdem referre, & proferre pedem iubebantur, non aliter atque ſectores, cùm ſerra adhibita ligna partiri conantur. Aliis autem à Sarrha ciuitate Phœniciæ eaſdem dictas volunt, inter quos eſt & Seruius. Poſtea argumentum ſignificatur, nempe palliatum, non quòd ex Menandro tranſtulerat, ſed ex Diphilo. M. verò Terentius huius comœdiæ principio Menandrum præpoſuit authore Donato. In quibuſdam autem exemplaribus id ipſum neglectum eſt. Poſtremò & tempus explanatur, COSS. L. Anicio Gallo, & M. Cornelio Cethego, hoc eſt anno vel ab eiectis regibus 350, vel vrbis 594 vel Olympiade 155, vel ante natum Chriſtum 157.

Serranæ tibiæ.

### IN PERIOCHAM.

⁋Duos cum ha.⸗ Eſt πρότασις fabulæ, vtpote Aeſchinus adoptandus eſt, cùm Mitionis iuri & familiæ adſcribitur, qui in Demeæ patris poteſtate fuit. ⁋Idem Aeſchinus.⸗ ἐπίτασις eſt turbarum veluti incrementum propter Aeſchini anxietatem. ⁋Vt veritas.⸗ καταστροφὴ Comica. Vterque enim ſui voti fit compos, exitúmque lætiſſimum habet.

### IN PROLOGVM.

EST Apologeticus prologus, cùm ad calumniatoris obtrectationes reſpondeat. Nam aduerſarij Terentium nunc furti accuſabant, nunc auxilium Lælij & Scipionis in ſcribendis fabulis obiiciebant. ⁋Poſtquam.⸗ Exordium eſt per προδιόρθωσιν cum ſumma modeſtia quaſi inuitus reſpondeat. Scriptura verò hic ſtylus eſt, aliàs apud Ciceronem & cæteros Latinæ linguæ ſcriptores, ea erat quam exercebãt, qui agris, paſcuis, aut pecoribus præerant. Hinc & ij, qui portus, aut portuaria curabant vectigalia deſcribentes aut colligentes, magiſtri ſcripturarum & portus dicebantur. Scriptura. ⁋Συναποθνήσκοντες.⸗ Narratio eſt ſimplex, vt ſuæ defenſioni fidem paret. Diphilus hic fuit iuxta Strabonem Sinopenſis, & iuxtà cum Menandro floruit eadem ætate, cuius & Priſcianus meminit, & Plautus ſibi imitandum propoſuit, cum ſit & Clemẽti Alexandrino & Euſebio Pamphili κωμικώτατος & γνωμικώτατος, videlicet quòd præſtantiſſimus ſit comicus, & ſententiarum pleniſſimus. ⁋Plautus.⸗ Sed hæc temporum iniuria intercidit. ⁋In prima fabula.⸗ Hoc eſt, in prima parte fabulæ. Sic dicitur & prima lingua.

Diphilus. Prima fabula.

⁋Extulit.⸗

Extulit. [Extulit.] Sic malunt dicere quàm tranſtulit, vt magis exornaſſe comœdiam videatur. [Pernoſcite.] Eſt prior obiectio in ſtatu finitiuo. [An locum.] Locum à Plauto præteritum ſibi ſumpſit. [Nam quod.] Poſterior obiectio in ἀνθυποφορᾷ à locis perſonarum per inuerſionem diluitur. [Nobiles.] Scipionem & Lælium. Cum his enim familiariſsimè vixit, & iiſdem corporis gratia, & ætatis flore, vt Portius ait, conciliatus exiſtimatur, quod Feneſtella redarguit. Nam Terentium vtroque maiorem natu fuiſſe contendit, à quo Santra grammaticus non receſsit; qui alios potius Terentio operam præſtitiſſe in comœdiis ſcribendis putat, quàm Lælium & Scipionem, quòd hi ſub id tempus admodum iuuenes eſſent, & nominat inter hos qui viuerent, Sulpitium Gallum, Qu. Fabium Labeonem, & M. Pompilium, qui ea tempeſtate & grandiores natu, & poëtæ atque ciues clariſsimi habebantur. Cicero tamen in quadam epiſtola ad Atticum, Terentij fabulas propter elegantiam ſermonis à multis ait exiſtimatum à Lælio ſcriptas. Quintus item Memmius in Oratione pro ſe P. Aphricanum aſſerit à Terẽtio perſonam mutuatum eſſe, vt quæ domi luſerat, atque nomine Terentiæ in ſcenam deferret.

Nepos quoque Cornelius Lælium teſtatur, cum in Puteolano eſſet, quædam recitaſſe à ſe facta carmina, quæ in ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ leguntur. [Quorum.] Diſtributio eſt, quod eſt, omnibus ordinibus Romanæ reipublicæ placent. [Dehinc.] Purgatio eſt, cur hic prologus non ſit ὑποθετικός. [Facite.] ἀξιώσει prologum de more finit.

## IN ACTVS I. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

Cùm Aeſchinus filius adoptiuus non maturè ab heſterna cœna redierat, Mitio nimis quàm ſollicitus eſt iſtius abſentia atque dolet. Itaque ſcena hæc propter querimoniam abſentis filij eſſet quodãmodo θρηνητική, & cùm argumentum totius fabulæ de more ſubiiciat ὑποθετική. præcipuè tamen contentio perſonarum demonſtratiua obſeruanda eſt.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Patrum eſt anxia ſollicitudo de filiis, qui non ſunt in officio.

2 Zelotypia vxoris de abſente multo vehemẽtior eſt ſollicitudine patris de filio.

3 Vrbana vita ruſticæ anteferenda eſt.

4 Inſtitutio puerorum ſit liberalis, & cum clementia morúmque ciuilitate.

5 Ciuilitas prodeſt vbique, ſi quid ſiue foris, ſiue domi contrahendum ſit.

[Storax.] Expoſiturus ſuam ſollicitudinẽ propoſitione quadam, quam propter affectum omiſit, & per proſopopœiam Storacem interrogando alloquitur. [Neque fert.] A ſigno confirmat propter ſeruos quærentes & nondum reuerſos. [Profectò.] Amplificat ſuum deſiderium per comparata minora, atque præ ſua ſollicitudine zelotypiam vxoriam tantam non eſſe ait, & quaſi præ caſtigatione quadam laudat dictum vulgare de mulierum zelotypia. [Euenire.] Minora ſunt incommoda, atq; non tam graues ſuſpitiones vxoriæ in illa æmulatione exiſtunt, quæ hic connumerantur diſtributione. Tibullus quoque ſuſpitiones vxorias grauiter depinxit. [Ego.] Hic aliæ & de grauioribus periculis ſunt ſuſpitiones, vel vitæ, cùm ſit alſioſus, vel corporis, aut per caſum aut per fracturam. Frangere autem nauem vel aliquid vſitatè dicimus, quaſi ipſe egerit cum paſſus ſit. [Vah.] Exclamatio ἐκπληκτικὴ blandè corripientis & admirantis eſt à veriſimili per στοργὴν φυσικὴν, id eſt, amorem in ſe & ſuos naturalem. [Atqui.] Conceſsio eſt, ſed dum contrarium infertur per locos demonſtrationis in vtroque ſene fit collatio & contentio. atque vitæ tam vrbanæ, quàm ruſticæ eſt notatio neutiquam in pædagogia negligenda. [Ego.] Hîc deſcriptio eſt vrbanæ vitæ & cælibis in Mitione. Hæc enim in clementia, vrbanitate, à qua nomen habet, & otio honeſto, & interdùm cælibatu conſiſtit. [Ille contrà.] ἀντίθεσις eſt in ruſticæ vitæ deſcriptione, quæ talis eſt, cùm ruri vita viuatur, cùm eadem ſit laborioſa & parca. Illic quidem eſt εὐτραπελία, aut χαριεντισμός, hîc verò eſt ἀγροικία. [Eduxi à.] Educationis exemplum à prima vſque ætate. [Habui.] Cuius potens eram. [Amaui.] Vt de quo optimam ſpem conceperat iuxtà Quintilianum, & Plutarchi conſilium. [Do, permitto.] Clementia & mediocris indulgentia non eſt temerè damnanda in pædagogia. Valeant Orbilij tam patres quàm præceptores. Huc referatur dictum Hinrici imperatoris, qui Maximiliani pater fuit, quod aſsiduè in ore habuiſſe fertur: Qui diſsimulare neſcit, imperare neſcit. [Poſtremò.] Eſt in primis in pædagogia neceſſarium, ne quid diſcipulus celet, ſed omnia candidè agat. [Nam qui.] αἴτιον γνωμικόν, huius ſententiæ ratio eſt à ſigno. [Metu.] Eſt enim Ciceroni metus malus diuturnitatis cuſtos. de qua ſententia in prima Philipp. Cicero plura. Et prouerbium eſt huius loci. Oderint dum metuant. [Pudore.] Hoc eſt illud Quintiliani conſilium, qui pueros minimè vult cædi. Propterea quòd ſeruilem incutiat metum. Deinde ſi cui mens illiberalis eſt, vt obiurgatione nõ corrigatur. Hic enim ad plagas vt peſsima quęq; mãcipia durabitur. [Hæc fra.] ἀντίθεσις eſt de educatione diuerſa. [Ineptus.] Qui rationem liberorum non habet, qui modum neque verbis neque factis obſeruat, neque eorum quibus cum conuerſatur, neque temporis rationem habet. Hæc Cicero de oratore. Ineptus.
[Nimium ipſe.] Reprehendit rationem inſtitutionis, qua vſus eſt frater, qui æquus eſſe noluit, ſed ἀκριβοδίκαιος. [Qui imperium.] Γνώμη eſt καθολικὴ & ἠθική, cui illud ſuffragatur: Nullum violentum eſt diuturnum. Prudenter itaque Seneca aſſerit, melius beneficiis imperium cuſtodiri, quàm armis. Atque Cyrus moribundo ſimilis Cambyſæ filio dixit. Sceptrum hoc non eſt aureum, quod regnum conſeruat, ſed amici multi ſunt ſceptrum regibus veriſsimum. Hi autem non vi, ſed beneficentia comparantur. [Mea ſic eſt.] Ratio eius ſententiæ eſt ab euentu infeliciori. Notum eſt illud Horatianum, vt furca ſemper recurrat. [Ille quem.] Per contrarium amplificat, videlicet clementiorem educationem. Solomon in prouerbiis. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem. Clementia firmatur thronus eius. [Hoc patrium.] A decoro & officio patris, qui amari magis quàm metui exoptat, dum tyrannidem in filios exercet. [Alieno.] Per aliorum exempla excuſſo. [Hoc pater.] A diſcrimine patris & domini, qui hîc tyrannus eſſe videtur. [Sed eſt.] Connectit artificio παρασκευῆς hanc ſcenam ſequenti.

## IN ACTVS I. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

Eſt hæc prioris ſcenæ tanquam παράδειγμα. Sicut illic veluti θέσει duplex vita deſcribitur, ita hîc vtriuſque vitæ generis eſt ὑπόθεσις, & quædam exemplaris repræſentatio. Demea quidem ſui ſimilis, vtpote ruſticus, aſper, inaffabilis, ad ignoſcendum difficilis, grauiter expoſtulat cum Mitione, qui, vt eſt lenis, facetus, ad condonandum facilis, defendit. Quare in Demea eſt intentio & κατηγορία, in Mitione depulſio, & ἀπολογία. Eſt igitur tota ſcena in genere iudiciali.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Vita aſpera & moroſa laudi non ducitur, qualis in Demea depingitur.

2 Vt pertinacia in corrigendis delictis vituperatur, ita & nimia ad condonandum facilitas.

3 Violenta ingenia cuncta vi eſſe agenda conſtituunt.

¶Hem opportunè.} Id eſt, in tempore. Exordium eſt abruptum in primo fratrum congreſſu. In vtroque autem ſeruandus ſuus eſt affectus, ſuũ decorum, ſicut contentio demonſtratiua in vtroque fratre exigit. ¶Dixin'.} Moroſè obiurgaturum eſſe. ¶Quid.} Hæc interrogatio magis bilẽ mouet. ¶Quem neque.} Propoſitio eſt accuſationis. Aeſchinus eſt impudens, eſt effrenis, & exlex. ¶Nam illa.} Confirmatio eſt per antefacta, in quibus eſt præteritio. ¶Fores.} Narratiuncula imprudentiam comprobat; quæ breuibus commatibus veluti aculeis ſingulas facti partes perſtringit non ſine graui amplificandi formula. Nam ædes pro ganeo, dominum pro lenone, familiam pro meretricibus, & mulierẽ pro ſcorto dixit. ¶Clamat.} A rumore & publico iudicio amplificat. ¶Si conferendum.} Ab exemplo diſsimili fratris ruſtici à patre ſuo non degenerantis exaggerat. ¶Tu corrũpis.} Ab authore, in quem culpam transfert. ¶Dico.} Acutus in Mitionem & fixis oculis hæc ſunt proferenda. Eſt'que hîc ratio cuiuſdam decori, quòd coniunctionem rationalem omittit propter iræ vehementiam, quia fit ἀναδίπλωσις.

¶Homine.} Hîc fit defenſionis initium per criminationem aduerſarij, quam ſententia figurat, videlicet imperitum eſſe moroſum & audacem. De quo ſic Menander, cuius ſententia nihil imperito videtur eſſe audacius.

οὐκ ἔστ' ἀνοίας οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τολμηρότερον.

Atque Plato de inſcitia, aut imperitia, quam ipſe ἀμαθίαν nuncupauit, ſic ait: ἐξ ἧς (ἀμαθίας) πάντα κακὰ πᾶσιν ἐρρίζωται καὶ βλαστάνει, καὶ ὕστερον ἀποτελεῖ καρπὸν τοῖς γεννήσασι πικρότατον, αὕτη πάντα τὸ δεύτερον ἀνεβλάστησε καὶ ἀπώλεσεν.

¶Non eſt flagitium.} Propoſitio eſt per violationem, aut inuerſionem. ¶Non eſt.} Hæc geminata negatio Atticorum more vehementius negat. ¶Hæc ſi neq;} Confirmatio eſt per ἀνθυποφορὰν, quæ hîc eſt προδιόρθωσις quædam hoc loci admodum neceſſaria. Mox enim Demeam mouiſſet à ſe exemplum editum non eſſe. Redditur illi, quia per egeſtatem non licuit. ¶Si eſſes.} Ab humanitatis officio & ætatis occaſione. ¶Vbi te.} Nam odioſorum ſenum mors expectatur & à filiis exoptatur. Et hic defenſionis locus ad eam obiectionis partem pertinet, qua ſuprà Demea dixit. Denique ſi conferendum exemplum & reliqua. ¶Alieniori.} Adulta magis, atque proiecta, & eſt ἀνανταπόδοτον. Deficit enim particula quamuis, vt ſic contextus cohæreat. Poſt tamen faceret alieniori ætate. ¶Prob.} Exclamatio eſt, quæ tragœdiæ propter ſenis aſperitatem competeret, & in hac eſt ἀντισαγωγή. ¶Auſculta.} Attentionẽ expoſcit ad alium defenſionis locum. ¶Tuum filiũ.} A tranſlatione. Nam Aeſchini factum ad te nihil pertinet, ſed ad Mitionem, quia adoptiui patris officio fungitur. ¶Ego illi.} Pro illic, vt ſit enallage. ¶Olet vnguẽta.} Erant adoleſcentuli oleo delibuti tanquam voluptuarij, quorum hîc eſt notatio. ¶Fores.} ἀνθυποφορὰ eſt de foribus, & veſtitu, & eſt locus de damno reſtituendo.

¶Poſtremò.} Peroratio, qua vult ceſſandum eſſe, aut ſi nolit, prouocet ad arbitros, quorum duo ſunt genera. Vnum eorum, qui ex compromiſſo adeuntur; quorum ſententiæ metu pœnæ paretur. Alterum eorum eſt, quos vulgo arbitratores appellamus, qui tanquam boni viri arbitrari & conſtituere aliquid debent, iuris conſtitutioni minimè obnoxij, nec pœnarum cõminatione formidabiles. ¶Pater.} Obiectio eſt de paterni iuris diſcrimine. ¶Tum conſulis.} Per coniugata diluit Demea illum non eſſe patrem conſilio. ¶Curemus.} Diſtributio eſt & æquitatis ratio de non repoſcendo, quod ſemel datum eſt. ¶Ab.} Exclamatio eſt perculſi & perturbati animi. ¶Poſthac.} Per apoſiopeſin. Hîc enim de filio addidero, deeſt. ¶Hem deſino.} Hîc Demea fallitur, vnde fabulæ ἐπίτασις ſubſequetur. ¶Nolo.} Malè abominantis eſt oratio. ¶Nec nihil.} Id eſt, aliquid. Eſt autem ἐπανόρθωσις prioris diſsimulationis & quædam ἐξήγησις, quare diſsimularat, & ſe ægrè pati oſtendere noluerat. Hæc autẽ ad ſpectatores dicuntur. ¶Nam ita.} Ratio eſt ab ingenio Demeæ, vt illud retineatur, & dilemmate cõſtat, aut aduerſatur, aut ſuffragatur. ſi aduerſatur, tum vix humanè patitur, hoc eſt, vix more humano ad placandum mouetur. ſin autem ſuffragatur, furor ſuccenditur. ¶Etſi Aeſchinus.} ἀνθυποφορά eſt, tamen Aeſchinus eſt iniurius, igitur nihil eſt diſsimulandum. Conceſsio eſt per μείωσιν, cùm ait, non multam, veluti non magnam. Nam leniter illic εἰδικοπάθει perſtringere conatur. ¶Quam non.} Interogatione duplici ſubiratus iniurium fuiſſe oſtendit. ¶Adoleſcentiam.} Id eſt, vehementem, & fragrantem amoris vim imminutam κατὰ μετωνυμίαν. ¶Ecce.} Apoſiopeſis eſt propter admirationem noui facinoris.

Arbitri duplices.

## IN ACTVS II. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

Πρότασις eſt turbarum in hac ſcena. Iurgium enim eſt lenonis cum Aeſchino propter puellam ereptam. Quare etſi bona ex parte ſit iudicialis generis, tamẽ oratiunculæ iuxta eius partis rationem ſunt perturbatiores & intricatiores.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 In Aeſchino quidem eſt exemplum diuitis iniurij & & præpotentis in pauperem, quem variis modis exagitat.

2 In lenone autem eſt contumelioſi, atque in ſuam perniciem contumacis.

3 Honeſtorum autem eſt potius iniuriam propulſare, quàm inferre.

¶Obſecro.} Quiritatione auxiliũ petit vim paſſus per propoſitionem cum ſuis rationibus, quia miſer, quia innocens, quia inops. ¶Otioſè.} Conſolatio eſt, eiúſq; propoſitio eſt, conſiſte. ¶Quid reſpectas.} Subinde iam reflectebat metuens, ne ſeruus plagas irrogaret. ¶Nihil.} Confirmatio eſt à tuto. ¶Non eſt igitur quod ſic reſpectes. ¶Nunquã.} Ratio eius.

Nam

*Nam tibi adfuturus eſt, neque hic, videlicet Parmeno ſeruus me præſente te ne tanget quidem, tantum abeſt vt te verberet.* [*Ego iſta.*] ἀποσιώπησις *eſt, ex nimio affectu ſubauditur, repetam puellam mihi ereptam, nõ deſeram.* [*Quanquam eſt.*] *Tuti eſt ratio altera per conceſsionem, etſi ſit ſceleſtus, non tamen iterum vapulabit. Hîc apparet lenonem antea vapulaſſe. Hæc autem ad ſeruum vel ad ſe loquitur.* [*Aeſchine.*] *Poſtquam conſolatio nihil apud lenonem promouerat, nunc eſt in lenone* ἀπειλητική. *Eſt enim narratio comminatoria propter futuram de iniuria illata actionem. Itaque Aeſchinum attentiorem eſſe cupit, & conceſsione vtitur. Eſt quidem leno, qui puellas adoleſcentibus proſtituit ab illiciendo dictus, ſi cui Feſti ſententia placet.* *Leno.* *Eſt autem hoc horrendo ſonitu proferendum, tamen non vituperãdus eſt, quia optima eſt fide.* [*Tu quod.*] Ἀντεισαγωγή *eſt, etiamſi te facti pœniteret, tamẽ tuam purgationem non accipiam, ſed accuſabo.* [*Huius non.*] Δεικτικῶς *proferendum eſt oſtenſo flocco aut pilo. Donatus hoc geſtu extremum contemptum ſignificari memoriæ prodidit.* [*Neque tu.*] *Damnum reſarciendum eſſe cupit, verba pro verberibus compenſari renuit.* [*Noui ego.*] προκατάληψις *eſt. Nam anteuertit cauſas, quas Aeſchinus prætexiſſet.* [*Iuſiurandum.*] μιμητικῶς *per ironiam inſultat Aeſchino. Quanta nam ſit iuris iurandi religio inter grammaticos & Gellius in 7. ca. 18. explicat.* [*Abi.*] παροξυντική *eſt, qua ſeruum in lenonem proritat ad digladiationem, & ſic iniuriæ iniuriam petulãs ac procax adoleſcens addit adeò propter comminationem impatiens, & propoſitio eſt. Aperi fores, eadem eſt iterum repetita, & modum adiicit, vt prope hunc aſsiſtat.* [*Caue.*] Δεσποτικῶς *more dominorũ ac contumelioſè ſeruo quid velit, imperat: atque per* αὔξησιν *hîc alapæ aut colaphi notatio eſt, maximè cum oculi vnius in alterum ſunt intẽti.* [*Hem ſerua.*] *Nam Parmeno acceptam ab Aeſchino puellam abducere conabatur, leno verò ſequens retrahere nitebatur.*

[*Hei mihi.*] *Exclamat iterum colaphis acceptis, quos poſtea enumerat.* [*Non innueram.*] Εἰρωνικῶς *ſe extra noxam eſſe contendit, quia iuxta pactum aut mandatum non innuerat. Vtique tacitum peccatum iſtud eſſe arbitratur.* [*Quid hoc rei.*] *Iam incipit oratio* μεμπτική. *Nam inuidioſa exclamatione fit expoſtulatio.* [*Regnum.*] *Confirmatio ab indecoro. Siquidẽ tyrannis ſeu regia dignitas Athenis ſummum erat flagitium. Fuit enim iſthic Democratica adminiſtratio.* [*Tuis virtu.*] *Aut ſit ironia, aut virtutes* κατ' ἀντίφρασιν *pro flagitiis ſumuntur. Alluditur autem ad lenocinij poteſtatem & dominium.* [*Quid tibi.*] *Ab iniquo. Nam nihil rei tibi mecum eſt.* [*Quid.*] *Exaggerat interrogationibus eiulantis, quaſi necdum tibi notus ſum, vtique mihi iniurius es.* [*Tetigin'.*] *Ab innocentia. Nam nihil te leſi innocentiſſimus, &* μειώσει *vtitur, vt qui ne tetigi quidem, tantum abeſt vt tibi ſim iniurius.* [*Qui tibi.*] *Ab atroci iniuria, qua alienum vi aufertur. Adeſt enim ratio. Mea eſt puella, quia emi.* [*Ante ędes.*] *Cùm honeſtè, quid reſpondeat Aeſchinus in promptu non ſit, & vociferationẽ & expoſtulationem lenonis ob acceptam iniuriam conuiciũ* αὐξήσει *appellat. Atque hîc obſeruandum eſt, quod Cicero & Fabius admonent ex loci circunſtãtia ſæpe factum aggrauari.* [*Nam ſi mol.*] ἀπειλητική *vtpote cõminatio, quòd ſit loris cædendus & flagellandus. Ita multis rationibus iniurius eſt. Olim autem mancipia, quę flagris aut loris cædebantur,* μαστίγιαι *nominabantur, atque lictores qui cædũt, quaſi flagelliferi* μαστιγοφόροι, *atque flagrum quo cæduntur* μάστιξ *etiam Latinis auribus vſitatum verbum, præſertim antiqui ſeculi. Hinc Iuſtinianus in legibus ruſticis ſæpe aut* μαστιγωθήτω, *id eſt, flagellator, & paulo poſt* σφοδρῶς τυπτέσθω *graues ſuſtineat plagas, atque ibidẽ eſt* τυπτόμενος, μαστιζόμενος *flagellatus, ſicut Latinis, virgis aut loris cæſus. Itaque hoc pœnæ genus Romanis & Græcis fuit. Cædebantur autem præcipuè circa ſcapulas, vnde & tales ſerui potiſsimum ſcapulares dicti ſunt.* [*Loris.*] ἀπολογητική *ex decoro libertatis eſt. Hoc non dicit, quod infamiæ nota erat virgis cædi ac libero homine indignum, qua de re copioſè in Verrem Cicero dicit.* [*O hominem.*] *Impurus eſt improbus iuxta veterum conſuetudinem.* *Impurus.* *Itaque admirãdo exclamat, & communi conſenſu ciuitatis aſſerit libertatem omnibus eſſe æquam.* [*Egón'.*] *Tibíne moleſtus aut iniurius fui? Aeſchinus autem pergit eſſe ſuperbus & inſolens, ſicut leno rixoſus, & ſui ſimilis eſt.*

*Maſtigiæ.* *Maſtigophori.*

[*Vah.*] *Abſurdum eſt à perſona lenonis ſumptum, &* εἰρωνικῶς *proferendum.* [*Leno.*] *Conceſsione ſe ipſum depingit, vtique expoſtulans. Etſi leno ſit & peſtis, tamen iniuriæ author non eſt.* [*Minis.*] *Hoc eſt, ducentis coronatis aut Gallicis, aut 225. Rhenanis. Iterũ illudit lenoni. Nam ereptam emere ſe fingit.* [*Quæ res.*] *Eſt imprecatio, & ſumpta à Vertuno deo, qui rebus inopinatorum euentuum præerat, iuxta Aſconium Pædianum, Porphyrionem, & Ouid. 14. meta.* [*Quid ſi ego.*] *Stulta lenonis contumacia eſt, qui quam in ſua poteſtate non habuit, vendere tamen recuſat.* [*Nam ego.*] *Ratio eſt cur non ſit vendenda. Certat autem hîc de libertate, igitur litem vindiciarum illi intendit.* [*Adſero.*] *Reſtituo in priſtinam dignitatem, & ſunt verba iuris, quo mancipium manu apprehẽſum in libertatem aſſeritur, authore Feſto.* [*Meditari.*] *Quemadmodum me in iudicio conuincas.* [*Prò ſumme.*] *Querela eſt cum tragica exclamatione, & hac ſecum deliberat, num pecuniam pro puella diuendita accipiat.* [*Eripuit.*] *Aſſerit Aeſchinum inſanire, & enumeratione acceptarum iniuriarum confirmat, & elegans eſt aſyndeton atque* ἐπιθυμία. [*Tantidem.*] *Sine lucri acceſsione. Colaphum autem infringere, eſt compreſſa in pugnum manu cędere. Sicut alapam infligere, eſt diducta manu verberare.* *Colaphum infringere.* [*Verum enim.*] *Amarulenta eſt ironia &* ἐπιτροπή. [*Age iam cupio.*] *Hypotypoſis ſecum deliberantis & ſingula perpendentis eſt.* [*Teſtes faciet.*] *Vulgò proteſtabitur viginti minis me illi vendidiſſe.* *Teſtes facere.* [*Somnium.*] *Id eſt, prorſus aut nulla, aut certè vana ſpes: de quo Prouerbio Eraſmus Roteroda. conſulendus eſt.* [*Cras redi.*] *Recraſtinantis vox eſt.* [*Verum cogito.*] *Conſolatur ſeipſum, & diſſimulanter procacitatem, atque iniuriam adoleſcẽtum perferre cupit.*

## IN ACTVS II. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Exemplum eſt duorum ſceleratorum hominum, qui ſeſe inuicem fallere conantur.*

2 *Lenones non tanti colaphos faciunt, quanti pecuniam.*

3 *Hic perſpicitur vt clauus clauum trudit, ita & dolus dolum.*

*In Syro quidem eſt oratio* πιθανολογική. *Cupit enim lenoni perſuadere, ne tantopere pecuniam exigat. Id ſanè conſilium proximum fuit poſt multam cum Aeſchino concertationem. In Sannione autem, qui ſui ſimilis eſt, nempe a-*

*narus, & querulus propter iniurias acceptas, præcipuè eſt διαβλητική. ¶ Tace. ❡ Hæc ad Aeſchinum loquitur ſeruus, qui intus deliberabat quibuſnam rationibus propter raptam puellam ſatisfaceret. ¶ Quid iſtuc. ❡ Exordium eſt per ὑπόληψιν, qua ea, quæ obſtant, præmollit. Nunc enim in proſcenio ad lenonem ſe diuertit. ¶ Nunquam. ❡ Sannio ſalibus in malo ſuo ludit, quemadmodum & Cicero in rebus exaſperatis venuſtos iocos excitare ſolet. Hîc ἀστεῖον & in rebus & in verbis eſt. ¶ Tua culpa. ❡ Regerit cauſam certationis in ipſum lenonem, & decorum lenoni aptũ prætendit, quod eſt, vt adoleſcenti morem gerat, id quod iocando eluditur. Erat enim ſic obſequens, vt os aſſiduè colaphis præbuerit. ¶ Pecuniam. ❡ Hîc propoſitio tantùm inſinuatur, quæ eſt, non ſis adeò φιλάργυρος. Confirmatio eſt ab vtili. Nam ſæpe plurimum confert ἀφιλαργυρώτατον, id eſt, pecuniæ nõ admodum cupidum eſſe. ¶ Hui. ❡ Aduerſantis eſt cum tremore. ¶ Metuiſti. ❡ A tuto & αὐθυποφορᾷ ſtultum iudicat, quia metuit ne non fœneraret, id eſt, cum fœnore tibi redderetur, & decori huic conuenienti meminit, quod in lenone eſt, tum vt æquior eſſet, hoc eſt, ſummo iure nihil ageret, tum vt gratior eſſet, cùm adoleſcentulo obediuiſſet. ¶ Spem nõ emam. ❡ Hoc eſt, incertum lucrum meo & magno damno non affectabo. Prouerbium eſt ab Eraſmo Rote. explicatum. ¶ Nunquam. ❡ Ab imprudentia. Nam hac ratione rem non faciet, hoc eſt, non diteſcet, & rem familiarem adaugebit. Ineſcare autem hîc eſt delicatè allicere, iuxta metaphoram ab aucupibus et piſcatoribus ſumptã. ¶ Quicquã. ❡ Hæc vox eſt τ̃ πλεονέκτου, cui lucri odor vndecunque bonus eſt, atque veluti auari ad ſe cuncta rapientis eſt imago. ¶ Age noui. ❡ Effictione rem tutam eſſe ſignificat, quam ficta narratiuncula comprobat, quæ arguit non neceſſitate aliqua premi quempiam, ſed in reditu ſoluendæ pecuniæ ſpem fieri certam. Itaque vtrinque omnem metum & ſollicitudinem adimit. Tutius enim eſt certum aliquid ſumere, quàm incerto ſpei euentu ſollicitari. ¶ Hoc ages. ❡ Videlicet, vt ab Aeſchino pecuniam exigas. ¶ Spe. ❡ Quod virginem mihi eripuerant. Nuſquam pedem proferam, eſt ex affectu vel admirationis vel indignationis apoſiopeſis. ¶ Inieci. ❡ Et hoc prouerbium eſt à multis explicatum iuxta metaphoram à lapillis pedes vrgentibus petitam. ¶ O ſcelera. ❡ Exclamatio quam à Syro auerſus profert, & eſt διαλογισμὸς ſecum deliberantis quid porrò agendum ſit. Articulus autem hîc rectum temporis momentum ſignificat. ¶ Mulieres. ❡ Alludit ad hoc, quod authoribus Seruio & Iuſtino virgines in Cypro certis diebus ad litus expatiari ſolitæ erant, vt ex proſtitutione dotalem pecuniam pararent. In more enim poſitum vt illic corpore quæſtum facerent, ne ſola Venus videretur impudica. Itaque eadem κωλογενὴς apud poëtas nominatur. & Cypris & Cypria dea eſt, cuius rationem Phurnutus habet. ¶ Actum agam. ❡ Hoc eſt παροιμιακῶς inanem laborem ſumam. ¶ Refrixerit. ❡ Eſt adagium fruſtrationis à iure ciuili deſumptum. Nam de quo ſemel pronuntiatum eſt, id iure reſcindi non poteſt.*

*¶ Nunc demum. ❡ μιμητικῶς verba tergiuerſantis debitoris exprimit. ¶ Iám ne. ❡ Aſtuta eſt Syri diſsimulatio, qua ſibi audita non eſſe, quæ Sannio locutus eſt, fingit. ¶ Hoccine. ❡ Interrogatio expoſtulatoria eſt de erepta virgine penè σχετλιαστική. ¶ Labaſcit. ❡ Ad ſpectatores hoc dicitur, & eſt metaphora ab arboribus, quæ multis ictibus concuſſæ tandem corruunt. ¶ Vide. ❡ Plorantem conſolatur ab incommodo vitando, & dum dicit vide, attentionis eſt. ¶ Etiam de ſorte. ❡* (*Labaſco.*) *Eſt autem ſors ſumma ſeu caput, ſeu prima pecunia, quæ in merces impẽditur, vnde quæ nobis accedit, prima vſura dicitur iuxta Feſtum Pompeium. ¶ Pudet. ❡ Pergit in expoſtulatione cõmiſeratoria ab indignitate, et eſt τὸ πρέπον in perſona lenonis obſeruandum, qui diſpendium pecuniæ longè grauius malum iudicat, quàm dentes labefactatos. ¶ Tuber. ❡ Auxeſis, qua fit vt totum caput ſit tuber, id eſt φῦμα, vnde & medicis tuberculum. Alioqui ex fungorum genere eſt. ¶ Immo hercle. ❡ Nunc poſt multam concertationem & tantas plagas ad preces confugit. ¶ Meum nihil. ❡ Ab æquo & iuſto. Iam qui antè ἀκριβοδίκαιος erat, æquior eſſe cupit, multũ de ſuo iure remittens. ¶ Scio. ❡ A remunerationis pollicitatione. ¶ Sed Cte. ❡ Nemo non videt vt figura quadam fiat fabularum mutua connexio.*

## IN ACTVS II. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

*Encomium eſt fraterni beneficij, quod amplificando prædicat.*

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Fratrum coniunctio & beneficẽtia eſt proxima, eorúmque concordia eſt res ſuauiſsima. Sic & Menander:*

ὡς ἡδὺ γ' ἐν ἀδελφοῖς ἐστὶ ὁμονοίας ἔρως.

*Beneficiis enim vincuntur vel efferatiſsimæ quæque animantes, & hominibus ſuapte natura infenſæ, quæ etiamſi vi quadam adductæ, & vinculis aut inſtrumentis quibuſdam conſtrictæ fuerint, tamen certis cultibus manſueſiunt, & cicurantur. At ita non ſolùm homo frater, ſed & alienus, ſi omni officiorum genere coleretur, licet peſſimus fuerit, manſuetior euadit, ſicut copioſiſsimè Hierocles lib. περὶ φιλαδελφίας teſtatur.*

2 *Gaudent adoleſcentes amatorculi commodo, quod eſt ſæpe incommodum.*

3 *Beneficium ſæpe iudicatur, quod eſt maleficium. Cteſipho enim loco maximi beneficij ducit puellam à fratre ereptam ſibi donari. Egregia ſcilicet laus eſt amatoris iuxta affectum ſuum iudicantis.*

*¶ Abs quo. ❡ Fraterni facti eſt demonſtratio, qua à θέσει ad hypotheſin fit excurſus, atque hæc ſententia adoleſcenti & amanti apta eſſet. Alioqui & Tindarus Plautinus in Captiuis rectius ſentit. Quod inquit, bonis benefit beneficium, gratia grauida eſt bonis. Et Perſa apud Plautum idem agnoſcit. Si quid bonis boni fit, eſſe idem et graue, & gratum ſolet. Eſt autem delectus in accipiendis beneficiis, præſertim apud pios & iuſtos viros faciundus. ¶ Verum enim. ❡ Amplificat ab authore beneficij, quia fraternum. Debet enim eſſe inter fratres maxima coniunctio, & amicitia. Sic & Euripides, τὸν τῇ φύσει οἰκεῖον, οὐδεὶς καιρὸς ἀλλότριον ποιεῖ. Longa quoque inſtitutio de amore fratrũ apud Xenophontẽ habetur lib. 1. de factis & dictis Socratis, occaſione ſumpta ex graui Chærephontis & Chærecratis altercatione. ¶ O frater. ❡ ἀναδίπλωσις emphaſin gratulationis ſignificat. ¶ Satis certo. ❡ ἀδύνατον eſſe indicat fratris beneficium pro dignitate extollere. ¶ Virtus. ❡ Amanti & cæco videtur virtus, quaſi iniurium eſſe, & ſcortari eſſe cum virtute coniunctum.*

*¶ Fratrem. ❡ Veri fratris deſcriptione exaggerat. Hîc artes ſunt fores effringere, puellam emptam diripere, lenonem peſſimè afficere. Quanta eſt iudicij deprauati in adoleſcentulis amatoribus ſtoliditas! ¶ Omnia. ❡ Hic eſt deſcriptio rerũ, quarum iacturam præ fratris commodo facere oportet, et hoc eſt tan-*

eſt tantum πιθανόν.[Foris.] Donatus hic foris in ſingulari legendum eſſe cenſet, ſed an ſit vſitatum & commodum, ipſe viderit.

IN ACTVS II. SCENAM IIII.

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Lenocinium eſt pecuniæ aucupium ex ſcortorum venundatione.

2 In tuto rem eſſe arbitrãtur, voti ſui compotes amatores.

3 Fraternus congreſſus & colloquium non ſit aſſentatorium, ſed gratum & candidum.

4 Occaſio in rerum deſiderio non eſt negligenda.

Cæterùm bona ex parte in Aeſchino eſt παραμυθική, qua fit, vt congreſſus fratrum ſit iucundus, & lætus: atque apparet eſſe exemplum gratitudinis haud contemnendum. Poſtea inter Syrum & lenonem non eſt diuerſa, cuius concluſio prorſus eſt paraſitica.[Vbinam eſt.] Vterque adhuc ſimilis eſt, Aeſchinus eſt inſolens & ſuperbus, Sannio auarus. atque hîc turbulẽtum eſt initium, & in ſacrilego ἀσέβησις pro ſcelerato.[Mén'.] Geſticulans ſuis manibus oculatis loquitur.[Hem opportunè.] Exordium eſt beneuolentiam captans cum attentione.[In tuto.] Propoſitio eſt conſolationis, & enthymemate conſtat.[Ego illum.] ἐμφατικωτέρως hoc proferendum eſt, & aliam omittendæ triſtitiæ rationem atque Aeſchinus putauit, nunc affert, nempe φιλαδελφίαν, quæ & ἀναδίπλωσιν & auxeſin efficit, cùm dicit fratrem, eúmque germanum.[Ah verò.] Præteritio eſt cum ſua cauſa. Magni enim fit Tyberius, quòd buccinatorem ſuarum laudum non admiſerit.[Aſſentandi.] ἔλλειψις eſt Attica, & Liuio familiaris. Attici enim ἕνεκα ſæpe omittunt. Cæte-

Aſſentatio rùm de aſſentatione prudenter Diogenes dixit. In aſſentatione veluti ſepulchro quopiam ſolum amicitiæ nomen inſcriptum eſt. Sic Iſocrates κολακεύοντας appellauit, alibi τοὺς ἐξαπατῶντας, quòd inſignes ſint impoſtores. Vtriq; enim eos, qui credunt, plurimum fallunt. Crates verò vocare ſolitus erat συγκαταινευσιφάγους, hoc eſt, connuepulones, quòd quibuſlibet dictis inter epulas annuant, & aſſentiantur.[Gratum.] Tuum in me officium. Ita truncatim lætitiæ affectus loquitur laudes, et quas cœperat abrumpit. Itaque occupatiuncula aſſentandi votum deprecatur, & decorum hîc ſtatuitur. Nam Cteſipho adoleſcens ruſticus et parum facundus fingitur.[Age inepte.] ἀποδίωξις eſt, & mutuam notitiam & amicitiam cauſatur.[Sed hoc mihi.] Amplificat ſuum in fratrem ſtudium à temporis anguſtia. Hîc rurſus in occaſionem curritur.[Pudebat.] Expurgans pudorem cauſatur.[Ah ſtultitia.] Confutat purgationem, pudorémque negat, ſed ſtultitiam eſſe per ἐπανόρθωσιν & inuerſionem affirmat, tum per extenuationem facti, cùm ait paruulam, tum propter periculum grauius futurum, igitur ſtultitia eſt.

[Rem ex patria.] ἐκλειπτικῶς fugiſſe ſubaudiẽdum eſt. Tacitus fuit Cteſiphonis amor.[Turpe dictu.] Periculum amplificat à præteritione, & inuocatione vel voto.[Peccaui.] Conuictus ſuam ſtultitiam profitetur.[Quid ait.] Nunc eſt deliberatio de ſolutione.[Ego eo.] κατὰ μετωνυμίαν ad menſarios vel trapezitas.[Hunc.] Creditorem. Abſoluere enim

Abſoluere. eſt æs alienum mutuo acceptũ ab aliquo, reddere.[At vt.] Nihil de ſuo cedit leno ad ingenium ſuum rediens.[Obſecro.] Petitoria eſt, vt lenoni ſatisfaciat, quem impuriſſimum hoc eſt, ſordidiſſimum & auariſſimum nominat, atque paſſim, ſicut ſordidum pro auaro, ita ſordes pro auaritia figuratè accipiunt.[Ne, ſi.] Ratio propoſitionis à periculo, ne pater reſciſcat. In verbo autem permânet eſt à fluxu aquæ me- Permano.
taphora.[Non fiet.] Conſolatio eſt mandans vt genio indulgeat.[Lectulos.] Propter diſcumbentes more veterum.

[Hoc be.] Feliciter huius rei cecidit alea, ergo dies hic nobis ſit hilaris. Videtur autem eſſe honeſti conuiuij pro turpi & Venereo notatio.

IN ACTVS III. SCENAM I.

ANNOTATIONES.

Eſt συμπαθητική. Sunt enim de periculo parturientis puellæ ſollicitæ. Canthara tamen Soſtratam conſolatur, atq; ſic futuræ ἐπιτάσεως fundamentum iacitur.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 στοργὴ φυσικὴ eſt, quoties matres liberorum ſuorum vitia celant.

2 Contumeliæ illatæ à faſtuoſis & nobilibus nõ tam graues iudicantur, quàm ab humilibus et gregariis.[Obſecro.] Obſecrando calamitatem exponit.[Rogas.] Conſolatoria eſt, & abſurdum indicat interrogatione de parturiente filia, cùm cuncta rectè fiant, nempe iuxta naturæ curſum.

[Modò.] ἀνθυποφορά eſt. Nam ὠδῖνας, id eſt dolores ex flatibus in ima aluo parturientium orti propter magnam humorum perturbationem.[Iam nunc.] A peritia & prudentia, qua fieret, vt nihil timeret. duæq; adſunt rationes, quibus metum ab antefactis diluit, quia antea parturientibus adfuiſti, quia ipſa peperiſti. Quid igitur times?[Miſeram.] Altera ἀνθυποφορά, vt ſit in triſtiori & perturbatiori affectu, & eſt querela de ſolitudine & ſerui obſtetricem & Aeſchinum accerſentis abſentia. Decorum autem eſt in mulieribus, quãdo vnius rei periculum in multa mala ſpargitur.

[Pol is.] Diluit id à conſuetudine amatorum, & affectus amatorij. Quotidie enim amicã viſere ſolitus erat.[Solus.] Id prorſus eſt amatorium, & ἐρωτομανία hic gubernat affectus.[E re gnatæ.] Propoſitio eſt alterius conſolationis de vitio filiæ oblato.[Quod ad.] Ratio eſt à cõditione nuptiarum, quæ iuxta præcepta generis demonſtratiui, à triplici bonorum ordine breuiter quidem, attamen artificioſè commendatur. Alij legunt nata, veluti cùm conſilium ex re ipſa naſcitur.[Saluus.] Votum eſt poſt aſſenſum.

IN ACTVS III. SCENAM II.

ANNOTATIONES.

OCCASIO.

Depingit ſeruum bonæ fidei, qui imprudens mulierculis magnarum perturbationum author eſt.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Serui fidelis vtpote de familia nimis ſolliciti exemplum eſt.

2 Intempeſtiua beneuolentia & induſtria ſæpe magis obeſt quàm prodeſt, Græcis eſt ἄκαιρος εὔνοια.

3 Mores irati nihil ſibi temperantis hic exprimuntur.

[Nunc illud.] Conqueſtio tragica eſt, ſcelus Aeſchini iure amplificans. Primùm ab adynato. Nam omnes conſultores nihil auxiliarẽtur. Siquidem præ affectu proponere nequit, expoſiturus tamen eſt Aeſchini amorem, priori Attica repudiata. Itaque commotus in tantam querimoniam tragicam erumpit. Propoſitio eſſet. Aeſchinus lenoni eripuit, &

*Atticam virginem à ſe ſtupratam deſerit. Cõfirmatio eſt à magnitudine ſceleris, cui nulli mederentur.* ¶ *Væ miſe.* ʒ *Exclamatio quaſi iam actum eſſet.* ¶ *Tot res.* ʒ *A periculorum multitudine et tempore ſubitaneo. Pericula enim ſubitanea magis turbant. In verbo autem circumuallant* ἀυξήσις *metaphora eſt à mœnium munitione, et eò emergi refertur. Itaque congerie periculorum amplificat. Vis eſt, cùm puella lenoni ſit erepta. Aegeſtas, cùm non ſit ſoluendo. Iniuſtitia, cùm Atticæ virgini fidem ſoluerat. Solitudo, qua malè ſibi conſcius à frequentia hominum fugit. Infamia, cùm precio corrupta putaretur. Mira ſanè in hoc aſyndeto eſt* ἐπιτομία *irato nimis appoſita.* ¶ *Hoccine.* ʒ *Exclamatio* παθητικῇ *in tẽpus corruptum, moréſque hominum deprauatos.* ¶ *Quem neque.* ʒ *A perfidia, à periurio, ab inhumanitate amplificat, in qua repetitio & congeries peculiarem vehementiam orationi conciliat & infert.* ¶ *Neque partus.* ʒ *A modo & cauſa exaggerat. Nam parturientem à ſe vitiatam non deſeruiſſet honeſtatis & decori ſtudioſus.* ¶ *Vix ſum.* ʒ *Ex grauitate offenſæ extra ſe iratus rapitur. Egregia autem eſt irati deſcriptio, qua videmus in tragicum furorem orationis vim erumpere. Nam verborum congeries varios per æſtus inſurgit, quam ad rem* ἀσύνδετα *plurimum faciũt.* ¶ *Euomam.* ʒ *Ad bilem iracundiæ cauſam recurrit vomitus.* ¶ *Recens.* ʒ *Quando nondum calor ebulliens refrixit.* ¶ *Animam.* ʒ *Vitam, quæ extinguitur, ſed affectu dicitur animam extingui.*

*Vah.* ¶ *Vah.* ʒ *Interiectio eſt ſignificans vindictam impenſè cupientis. Eſtq́ hîc* ὑποτύπωσις *iracundi hominis, quam & motus & geſtus declarant. Phyſici quoque hinc tanquam ex exemplo iracundiæ cauſas, ſigna, effectiones, & euenta rectè docerent.* ¶ *Vt cerebro.* ʒ *Alluditur ad Polyphemum, qui quorundam ſociorum Vlyſſis cerebra ita diſperſit, vt eſt in Homeri Odyſſe. atq́ hic geſtus iſtius ſupplicij quaſi τύπος exprimitur.* ¶ *Eripere.* ʒ πάθος *vrget, vt eriperem diceret. Nam effoderem mitius fuiſſet.* ¶ *Cæteros.* ʒ *Mirabili exardet iracundia, quam & R, canina litera, huic affectui accommodatiſſima exprimit, &* ἀσύνδετον *ipſum conteſtatur.* ¶ *Hem quiſquis.* ʒ *Præ iracundia vix herum agnoſcit. Nam extra ſe*

*Ira vnde dicta.* *ire videtur, qui furore cietur, ideo & ira dicta eſt. Nam redire in ſe eſt iram ponere. Ira enim magno feruore & æſtu omnia vincit, tenebras menti & rationi obducit. cuius remedium eſt, menti vim ſuam reddere, vt diſcerneret inter proprium & alienum malum, quod iratus minimè poteſt, ſed manſuetus, cui animus eſt compoſitus, & Manſuetudo penè nihil eſt aliud, quàm ab ira quies.* ¶ *Te expecto.* ʒ *In hoc congreſſu exordium eſt attentionis & beneuolentiæ.*

¶ *Quid trepidas.* ʒ *Aut metu, aut iracũdia. Nam ſui non eſt compos extra ſe raptus.* ¶ *Perimus.* ʒ *Propoſitio eſt, idem ſibi vult, actum eſt, hæc autem per interualla à commoto & anhelante dicuntur.* ¶ *Alienus.* ʒ *Narratiuncula eſt probans, cur ſit factum, & hîc factũ Aeſchini adnuntiat, & eſt* ἐπαγγελία *quã conſultatio excipiet. Narratiuncula autem ſubinde propter tot mulieris eiulatus, & admirationes interrumpitur.* ¶ *Me miſeram.* ʒ *Conqueſtio eſt cum exclamatione, &* παθητικῶς *perturbatur. Sit autem propoſitio huius. Miſera ſum. Confirmatio à ſpe, qua excidit. Eſt enim ea fruſtrata. Repetitione quoq́ verborũ Aeſchini* μιμητικῇ σχετλιασμὸν *adauget, atque Aeſchinum vitam, ſpem, opes appellat, & iuramentum affert. Prudẽter autem & artificioſè quod vehementius vrget, poſtremo loco poſuit, atque parentum conſenſus in ducenda vxore requiritur.* ¶ *Heram.* ʒ *Propoſitio eſt conſultationis, & ſeruus ad ſe reuerſus prudenter admonet in rebus malis non lachrymis, ſed conſiliis agendum eſſe.* ¶ *Iam primum.* ʒ *Geta in dilemmate conſiliis ſuis rationem colligit, quod rhetores complexionem appellant.* ¶ *Tua fa.* ʒ *Quia tibi crimini erit vitiata filia.* ¶ *Quapropter.* ʒ *Concluſio dilemmatis eſt.* ¶ *Peiore loco.* ʒ *Per antitheſin argumentum Getę diluit neutram dilemmatis partem probans. Nam cùm Geta ad vtilitatem argumẽtationem retulerat, illa hîc ediuerſo grauius damnum opponit. Deinde nihil pericli eſſe teſtatur.* ¶ *Experiar.* ʒ *Id eſt, apud iudices agã.* ¶ *Quid iſtuc?* ʒ *Eſt formula ægrè conſentientis.* ¶ *Tu quantum.* ʒ *Patronum ad maiorem turbam reddendam accerſit Soſtrata, et* ἐπιτάσεως *incrementum diligenter obſeruandum eſt.*

## IN ACTVS III. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

*Perturbatio eſt Demeæ, qui ex tumuſculo quopiam Cteſiphonem in raptione adfuiſſe compererat, & hîc cernitur elegans œconomia. Vnde colligimus quàm grauiter, quámq́ impotenter laturus ſit Demea omni re, vt geſta eſt, comperta, cùm tantum oblata rei ſuſpitione tantopere diſcruciatur. Eſt autem* θρηνητική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Suſpitio lenis eſt ſæpe magni cruciatus cauſa.*

2 *Timidi ſunt parentes de liberorum vita, ne per alios ſeducantur.*

¶ *Diſperij.* ʒ *Propoſitio, actum de me eſt, perij.* ¶ *Cteſipho.* ʒ *Confirmatio eſt miſeriæ & calamitatis per facti narratiunculã, quod ex rumore reſciuerat.* ¶ *Id miſero.* ʒ *Amplificatio eſt miſeriæ à veriſimili propter metum, ne in pœnas ſe det filius per Aeſchinum. Itaque abducendi verbo vtitur. Hoc enim de inuitis dicitur, ſicut de volentibus ducere. Nequitia verò hîc eſt* ἠθικῶς *laſciuia & libido.* ¶ *Perſuaſit.* ʒ *Suſpitionum eſt incrementum, & crimen in Aeſchinum transfert. Porrò in hoc ſene tanquam in ſpeculo quodam quis videret, vt ſenes apud Ariſtotelẽ ſint nũc* ἀμφισβητοῦντες, *ancipites. Nihil enim ſolidè & firmè aſſeuerant. Itaque hîc dicitur audiui, credo, nunc* κακοηθεῖς *ingenio peruerſo, qui cuncta ſiniſtrè interpretantur. Hoc enim vitium eſt eidem philoſopho* κακοήθεια. *nunc* ταχύπιστοι. *(Sic enim legendum eſt in Ariſtotele, & non* ταχύποτοι) *ſuſpicaces, mala ſemper & damna metuentes. nunc* δειλοὶ καὶ προφοβητικοὶ *timidi, cunctáq́ mala antequam eueniant, metuunt. nunc* φιλάιγοι *incuſatores, ſicut querulos Horatius appellauit, & alia, quæ apud eundem ſequuntur.* Diſperij. Abducere. Nequitia.

## IN ACTVS III. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

*Seruus obſonatu rediens piſces à foro affert. Deinde omnem de Cteſiphone ſuſpitionem Demeæ adimit.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Serui hoſtes ſunt, maximè quando Gnathones eſſe incipiunt.*

2 *Serui prudentiores ferè heris ſuis finguntur.*

3 *Laudati vel à Gnathonibus mirè ſibi placent.*

4 *Seruorum præſertim famelicorum animus eſt in patinis.*

Bona

Bona verò huius ſcenæ pars generis demonſtratiui eſt. Laudat enim coràm Demea Cteſiphonem, & ediuerſo Aeſchinum cum Mitione vituperat. Id autem fit, ne pater filij ſcelus reſciſcat. [Omnẽ rem.] Inſinuatio eſt iuxtà cum attentione, cùm dicit, omnem rem, modum, ordinem, & rem gratam atque iucundam. [Conlaudauit.] ὑπεξηγήσει id ipſum confirmat, quam tamen iratus et ruſticus interrumpit. [Argen.] αὔξησις & incremento inſurgens amplificatio. Notum eſt, vt argẽtum pro qualibet pecunia, ſicut antea æs ipſum, accipitur, & inde Græcis ἐξαργυρίζειν, quod eſt pauperem reddere. Dimidium autem minæ quinque coronatis æſtimatur, aut noſtratibus ſex Rhenanis cum vnius quadrante, hoc eſt, didrachmo. [Huic mandes.] Maioris ſtomachi ironia eſt. Poteſt tamen videri prouerbiale, & ſerui in diligentiores ſeruos & magis induſtrios. [Ehem.] Beneuolẽtiam captat, & penè perculſo animo iſtæc loquitur propter ſubitam & inopinatam Demeæ ſententiam. [Eſt hercle.] Propoſitio eſt, qua inſtituit Demeam laudare et Mitionem, ſed γναθωνικῶς vituperare. [Piſceis.] Auerſus conſeruis mandat de piſcibus expurgandis, cùm deſquamantur, & de exoſſando congro, qui & Græcis eſt γογγρὸς, Germanis Mehr ahl. Dubito an in arte culinaria hic piſcis mediocri vtique magnitudine exoſſari ſoleat. Non ignoro Donato exoſſare idem eſſe, quod purgare. De congro, ſi cui placet, legatur in nono Plinius et in octauo cap. duodecimo, Ariſtoteles de animalibus. [Hæccine fla.] Propoſitio eadem eſt quæ ſuperior, ſed hæc anguſtior & rei propoſitæ magis accommodata ſuperioris veluti expoſitio per exclamationem eclipticam. Subaudiendum enim eſt, fieri par eſt. [Salſamenta.] Id eſt ſale ob diuturnum vſum condita. Sæpe Græcis ſunt ea τάριχα, quæ prius macerari, id eſt, aut mollificari diu in aqua retenta, ſi dura ſunt, aut prolui & madefieri vt ſalſugo perluatur, ſolent, & id interdũ eſt ἀποβρέχειν, & ſic calx cocta diu maceratur ante vſum cæmentarium apud Vitruuium. Culinaria autem hæc verba ſunt & officia. Hîc iterum auerſos conſeruos adhortatur, de culina admodum ſollicitus & negotioſus. [Mihi.] Hæc ſuperbè et ferociter aliò quàm ſenex velit orationem conuertẽs dicit. [Dij voſtram fidem.] Confirmatio eſt per exclamationem & dubitationem propter indignitatem facti à Mitione, quem vituperat. [Væ miſero.] Imaginatio eſt futuri periculi ſenibus aptiſſima. Sunt enim iuxta Ariſtotelem ſenes δυσέλπιδες tum propter experientiam. Plurimæ enim res vanæ ſunt, & quæ eueniunt, plerumque in peius tamen propter timiditatem rapiunt, cùm magis memoria quàm ſpe valeant. [Iſtuc eſt.] Vera & prudens eſt ſententia ſumpta à Thalete Mileſio, qui ſydera contemplans, ea quæ ante pedes erant neglexerat, et in ſcrobem ceciderat, vt author eſt Platō. Id tamen Cicero in tertio de diuinatione Democrito tribuit. Extat quoque apud Græcos hac de re epigrama. Hac vtiq; Demea deridetur. Eſt alioqui hîc prudentiæ notatio non ita negligẽda. Sic Democritus dixit: φρονήσιος ἔργον μέλλουσαν ἀδικίην φυλάξασθαι, ἀναλγησίης δὲ τὸ γενόμενον μὴ ἀμύνασθαι. Quod eſt: Prudentiæ munus eſt, futuram iniuriam præcauere: id autem quod fit, aut factum eſt, non vlciſci, indolentiæ eſt. Dilucidius autem Plutarchus id ipſum ſcriptũ reliquit. ἀλλὰ μὴν ἡ φρόνησις, οὐ σωμάτων, ἀλλὰ πραγμάτων ὄψις ἐστὶ πρὶν ἐν αὐτοῖς γενέσθαι ἄνθρωπον, hoc eſt. Prudentia non corporum eſt inſpectio, ſed rerum. Priuſquam eaſdem homo aggrediatur, vt quàm commodiſſimè res obuias & incidentes excipiat. Futura enim proſpicit &c. [Quid.] Amplificat malefactũ Mitionis interrogando, grauiúſque factum ſuggerendo. [Credo.] Aſſeuerat, & arguit Mitionem dementiæ. [Hæccine.] Admirãs propoſitionem veluti epilogo repetit. [Inepta.] In indulgentiam Mitionis inceſſit. [Nimium.] Per cõparationem amplificat, eáque occultè Demea laudatur, atque in ſingulis verbis auxeſis eſt, aut ſi quis mauult comicæ ὑπερβολαὶ ſint. Nam non ſapientem ſed ſapientiam, non ſomniculoſum, ſed ſomnium dicit, & hæc ἀντιθέσει naſuta ironia figuratur.

Marginal notes, left column: Argentum (beside "tum eſt, vt argẽtum pro qualibet pecunia"); Salſamẽta. (beside "dicendum enim eſt, fieri par eſt"); Taricha. (beside "prius macerari, id eſt, aut mollificari").

[Vigilantiam.] Induſtriam Demeæ propter educationẽ admirans laudat. [Vt quiſque.] Γνώμη vera eſt de educationis facultate, quia talis quiſque eſt, qualis educatur, & in tenera ætate informatur. Id quod in brutorum educatione notius eſt, quàm vt comprobetur. Sic Plato de iuſto ait: τροφὴ καὶ παίδευσις χρηστὴ σωζομένη φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ καὶ αὖ φύσεις χρησταὶ τοιαύτης παιδείας ἀντιλαμβανόμεναι ἔτι βελτίους τῶν προτέρων φύονται. [Tuúmne.] μιμητικῶς hoc dicitur, cùm non habeant ſubitò reſponſum, interrogatione remorantur. [Iamdudum.] Nunc incipit vafro commento ſuſpitionem ſeni de Cteſiphone eximere. [Oh.] Seruus comminiſcitur narrationem rei oratoriæ, non geſtæ, qua inuidiam Aeſchino conſtat, & Cteſiphoni laudem apud patrem parat. Atque hîc eſt diligentis & probi filij deſcriptio. [Lachrumo.] Id naturale eſt, & ſuas habet cauſas, ab Alexandro Aphroſidienſi explicatas. [Homo de improuiſo.] Effictione quadam homo quidam interuenit, & clamando dehortatur Aeſchinum flagitioſum. Confirmat reprehẽſionem modò ab inhoneſto, quia flagitia hæc facere dedecet, modò ab indecoro, quia veſtigia tuorum maiorum nõ ſequeris: modò ab incommodo, quia & vitam tuam perdis, non tantùm argentum. [Saluus.] Pater fallitur à doloſo ſeruo, cuius laudibus ſenex motus ſuam in inſtituendis liberis educandi rationem prædicat non ita malam. Alterum autem hominem propter pædagogias pleniorem inſtitutionem collaudat. [Philoſo.] Educatio hæc optima eſt, rectè in artibus ſuos erudire, quo felicius ad altiores diſciplinas aſpirarent. [Inſpicere.] Vitas hominum et hiſtorias tanquam ſpeculum propoſuit, vt aliorum inſania frui liceret. Iubebat et Socrates vt ſui diſcipuli ſeſe ſubinde in ſpeculo contemplarentur, vt deformitatem eruditione & peritia compenſarent. [Rectè ſanè.] Etſi non vituperanda ſit talis educatio, Gnathonem tamẽ verum agit ſeruus. [Porrò.] Garruli ſunt vt plurimũ ſenes, & ſuarum rerũ laudatores, vt eſt apud Horatium. Itaque garrulitatẽ pro decoro poëta obſeruauit. Αἴτιον dicit Ariſtoteles τῆς ἀδολεσχίας, διατελοῦσι γὰρ τὰ γενόμενα λέγοντες, ἀναμιμνησκόμενοι γὰρ ἥδονται. quod eſt: Ideo ſunt loquatiores, quia recordatione rerum geſtarum oblectantur, & in iis recenſendis pertinaciſſimè & moleſtiſſimè perſeuerant. [Non hercle.] Syrus ſenilem loquacitatem interrumpens ridicula iocatione Demeæ illudit. Fab. in nono, Cicero ſecundo de oratore.

Marginal note, right column: Senes ſunt garruli. (beside "git ſeruus. [Porrò.] Garruli ſunt vt plurimũ ſenes")

[Piſceis.] Facetè verba ſenis transfert. Nam quæ ille ad animum retulerat, hic ad culinarum ſapientiam etymologia adductus coëgit. Siquidem cocus palato maximè ſapere dicitur. & hîc ſcurrilitas ſerui notatur, maximè in præceptis culinariis, quorum hic eſt tum ἀπόδειξις, tum μίμησις quædam. [Verum quid.] Prouerbialis locutio eſt, qua vtemur, cùm aliter cum aliis agendũ eſſe ſignificabimus, alios blandius, alios aſperius accipiamus, ſicut cuiuſque ingenium fert & natura. [Mentem.] Quia offenſus oratione Syri ſenex, & aliud ac voluit reſpondet, eóſque dementiæ inſimulat.

Sunt enim ſenum οἱ θυμοὶ ὀξεῖς μὲν ἀσθενεῖς δὲ, vt Ariſtoteles ait. Subitò & vehementer ſenes iraſcuntur offenſi quacunque de cauſa, ſed imbecilles ſunt. [Si quid bene.] Prouerbium populare eſt. [Sed quis illic.] Ad ſcenã proximam eſt paraſceue, & laude Hegionis conſtat, à genere, quia tribulis, hoc eſt, ex noſtra eſt tribu: ab habitu animi, propter perpetuam & conſtantem amicitiam. [Næ.] Amplificat à raritate, & ſui temporis mores notat, vt à virtute maiorum in peius degenerent. Spectat autem eò poëta, vt dehinc Hegio in ſequenti ſcena minimo negotio fidem ſuę orationi inueniat. [Haud.] Ab innocentia, quia iuſtitiæ ſtudioſus eſt.

## IN ACTVS III. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

Hegio indicio Getæ errans facinus Aeſchini patri patefacit, & cauſam Pãphilæ ſuſcipit. Vnde hic ἐπιτάσεως periculum emergit.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Errantes multis doloribus ſæpe afficiuntur.

2 Fidi & ſinceri patroni hîc eſt exemplum.

3 Amicorum æqualium mutua debet eſſe opera, etiam poſt alterutrius mortem.

[Proh.] Exordij vim habent, quæ Geta cum Hegione ante accuſationem locutus eſt. Vbi locus beneuolentiæ ab officio perſonæ potiſsimùm petitus tractatur, & πάθος mouet, cùm per apoſtrophen compellat abſentem cum ipſa conqueſtione ab indignitate facinoris. Eſt enim κατηγορική accuſatoria in ſtatu coniecturali. Nam vitium Pamphilæ factum eſſe comprobatur. Deinde eſt εὐκτική. Orat enim vt æquior ſit Demea, & Pamphila non deſeratur. [Ex illán'.] Amplificat facinus à familiæ nobilitate, in qua tantum facinus nunquam deſignatum eſt. [Pol haud.] Iterum amplificat, quod plurimum degenerarit, & ſic claritatem atque ſplendorem ſuorum maiorum obſcurarit. [Videlicet.] Admiratur alienos magis eſſe ſolicitos atque Mitionem eúmque patrem, & accedit adiutor rei amplificandæ, & ex collatione perſonarum πάθος mouet. [Ni facient.] Comminatio eſt in æquitatis contemptores admodum honeſta & ciuilis. [In te.] Adhortatur volentem herum Geta, vt ſeſe interponat, à ſpe totius familiæ, à neceſsitate, quia tu ſolus ſuccurreres, ab honeſto & iuſto, quia patronus es, quia pater es: à decoro, quia moriens tibi commẽdauit, à periculo, quia deſerti peribunt. [Neque ſatis.] Cauſa abnegationis eſt ipſa pietas. [Saluere.] Hîc verum eſt exordium in ſalutatione, & iubeo ſaluere idem eſt, quod ſalue iuxta Priſcianũ libro octauo, vt imperatiui ſit periphraſis quædã. [Maior filius.] Narratio eſt facinoris. Quiſnam fecit? Aeſchinus, qualis? illiberalis ſcilicet. Factum? vitiauit Pamphilam Simuli filiam. Quo modo & conſilio? petiit vxorem, & eam deſerit. vbique tamen fit quædam amplificatio pro loco admodum breuis. [Hem.] Perterreſit, & auertitur indignum facinus audiens. [Vero amplius.] Ironica per admirationem videri poteſt repetitio. [Perſuaſit.] Congerie impulſionum peccatum Aeſchini eo conſilio purgat, vt ſceleratius quod ſubiuncturus eſt, videatur. Purgat autem cum tranſlatione criminis in noctem, quæ propter tenebras multos ſceleratos fouet in amorẽ, qui furor eſt, & amẽtes reddit: in vinum, quod ignis eſt & nihil moderabile ſuadet: in adoleſcentiam, quæ calet. & Ariſtoteles de iiſdem ſic ait: μάλιστα ἀκολουθητικοί εἰσι τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια, καὶ ἀκρατεῖς ταύτης, εὐμετάβολοι δὲ, καὶ ἀψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι ταχὺ δὲ παύονται. quod eſt, ſunt Venerei & incontinentes. Subitò mutabiles, & voluptatis oſores. Poſtremò & in humanitatem, cui idipſum eſt, teſte eodem philoſopho, φυσικώτατον. [Venit ipſus.] ἀνθυποφορά, qua obiectionem diluit, cur tam diu celauerat. [Menſes.] A tempore pariundi argumentum eſt, vitium virginis ad ſolum Aeſchinũ pertinere. [Ille bonus.] Ironia eſt plena indignationis & contemptus. Eſt igitur amarulento riſu pronuntianda. [Mater.] Confirmatio eſt à teſtibus, à re ipſa præſenti, à ſignis & tormentorum pollicitatione. [Res ipſa.] Pondus vtero exactum eſt ad pariundũ [Geta.] Propter certiorem teſtimonij dictionem ſeruum per προσωπόπληξιν laudat, qui & vltro fatetur. [Miſeram.] Et hoc factum eſt ἀπροσδόκητον, cui accedit exclamatio parturientis, vt ſic præſentem Demeam commotum redderet, eiq; fidem faceret. Dolores autem hîc ſunt ὠδῖναι, & de inuocatione Iunonis in Andria dictum eſt. [Fidem.] Id eſt, auxilium Budæi ſententia, & eſt petitio. Implorat quidem ab æquo & iure, quod vltro facturi ſunt, & non coacti. [Vobis.] Helleniſmus eſt. Nam ὑμῶν πρέπει dicitur. [Summa.] Candida eſt amicorum opera & defenſio, cuius cauſam ὑπεξηγήσει ex locis perſonarum reddit, vtpote à cognatione, ab educatione, à conſuetudine in vtraque fortuna. [Quapropter.] Concluſio eſt per aſyndeton & verborum incrementum. [Sed De.] Pergit confirmare à facili quinque de cauſis, & ab honeſto, quia ſic probi eritis. [Decet.] A decoro. Decet enim promiſsis ſtare, & fidem ſemel datam non ſoluere. [Nonne.] Vtriuſque digredientis eſt conſultatio. Demea quidem rem confectam cupit, & in licentiam in filij educatione (hac enim ſicut & nimia indulgentia deteriores redduntur) debacchatur tãquam magni mali cauſam. Hegio autem Soſtratam conſolatur, & dilemmate conſilium ſuum colligit.

Iubeo ſaluere.

## IN ACTVS IIII. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Hîc eſt deſcriptio integri adoleſcentis, & boni ingenij.

2 Filium non decet neque mentiri, neque patrem fallere.

3 Serui fallaciſsimi ſunt heris ſuis infideles, & confidentes fallunt.

4 Patrum eſt, de filiorum ſalute ſollicitũ & anxium eſſe.

In adoleſcente quidem eſt votum, vt hunc diem perpetuum in lætitia degat. Confirmatio à modo eſt, tum vt abſens & ruri pater maneret, tum vt in opere faciũdo nimium defatigaretur, ne rediret, tum vt villa abeſſet longius, atque ſic eſſet ἐπαγγελτική, cum ſuam exponat ſollicitudinem & votum. In ſeruo autem παραθαρρυντική. Animum enim ſimplicis adoleſcentis erigit, vt aliquid audeat, & cauſam aliquam comminiſcatur, qua patrẽ falleret. [Ain' patrem.] ἐξήγησις eſt ſuæ ſollicitudinis & occaſionis, qua patrem ruri manere exoptat. [Sodes.] Si audes, iuxta Ciceronem blandientis vox eſt. [Nunc.] A ſignis probat eum eſſe ruri, cùm locum deſignat, et laborem tanquam ſigna abitionis. [Vtinam.] Confirmatio eſt à voto et modo, quo tantam laſsitudinem, Græcis κόπον exoptat, vt triduum in lecto decumbat. Sodes

Id au-

Id autem eò fiet, vt ne redeat. [Nam hunc.] Ratio eſt eiuſdem, in qua propoſitio inſinuatur. Sic enim lætior totũ diem viuerem. [Et illud.] Et id votum à priori non alienum, quo villam longius abeſſe cupit, ne toties reuertatur. Videtur hîc quàm odioſa ſit filio paterna ſollicitudo. Eſt autem inſignis & admodum vtilis talis φιλοστοργία, id eſt cura & amor patrum erga filios. [Nihil ne.] Iam ſeruus animum ſimpliciorem informat, vt patrem falleret. Conſulit enim quidnam patri reſpondeat, nimirum vt aliquod negotium cauſaretur. [Nequior.] ἀχρεῖος non frugi, cuius mens non eſt ſatis callida. [Cliens.] Hîc negotium fingitur, vt opera amicis data ſit. [Quæ datu.] En veracem filium. Eſt enim verè infelix, qui etiam bona mentiendo dicit. Sic Euripides:

Δυστηνὸς ὅστις καὶ τὰ καλὰ ψευδῆ λέγων.

Ita idem rem intolerabilem eſſe canit mentiri. ἤπου χαλεπὸν ἐστὶ τὸ ψευδῆ λέγειν. Hac de re eſt diſputatio apud Platonem de iuſto. Hic quoque ingenuus adoleſcens negat fieri poſſe vt mentiatur. [Interdiu.] A modo, cùm de die amicis operam datam eſſe diceret. Vide vt non ſit nequam ſeruus. Eſt enim nimium callidus & aſtutus. [Vah.] Ironiam eſſe iudico, vt votum adoleſcẽtuli expleret. [Quin.] Propoſitio eſt exhortationis, vt ſit otioſus, id eſt, ſecurus, & non ſollicitus. *Otioſus.* Ego illius.] Confirmat à modo & facili. Iratum enim mox manſuetiſſimum redditurum eſſe gloriatur. Nam cùm dicit maxumè feruit, eſt vehementioris iræ notatio à cauſa. Eſt enim ira collectio caloris circa cor, vbi eſt ſedes & vis animæ, *Ira quid ſit* propter quod rectè aiunt eſſe ſanguinis ebullitionem. Hoc enim primò fit, mox niſi quid impediat, tranſmiſſio etiam collecti caloris fit ad partes, quæ nocere paratæ ſunt. Prohibent autem quædam ſæpe tranſmiſſionem, vt aut timor periculi maioris, aut iudicium, aut ratio, aut perſuaſio aliqua, qua nitens ſeruus ouem redditurus erat. Ex ouis autem manſuetudine & patientia & apud Germanos prouerbium natum eſt, quo vulgò per hyperbolen vtimur. Sicut in excitando per animum leonis notamus. [Laudari.] Modum explicat, & deum facere prouerbiale eſt.

[Homini.] Et id naturale eſt, vt multi præ gaudio effuſo lachrymentur, cuius cauſas & rationes φυσιολόγοι explanant. [Lupus eſt.] Paraſceue eſt ad ſequẽtem ſcenam. Huius autem prouerbij vſus eſt, cùm ex inſperato in medio ſermone is, cuius fiebat mentio, interuenit. [Siquid.] Commoda eſt properanti eclipſis. Quare hæc omnia ſubmiſſa voce & celeriter pronuntianda ſunt.

## IN ACTVS IIII. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Seruorũ animus nihil integrũ, nihil ſanum in ſe habet. Hic enim vt ſenẽ illuderet, ſe à Cteſiphone percuſſum eſſe ſimulat, iámq; eluſũ Demeã perplexa vi ad Mitionẽ remittit.

2 Optimi quique à peſſimis ſeruis falluntur.

3 Hîc verum eſt illud Ariſtotelicum de ſenibus.

Δειλοὶ inquit, ὥστε προωδοπεποίηκε τὸ γῆρας τῇ δειλίᾳ, καὶ γὰρ ὁ φόβος κατάψυξίς τις ἐστί. Ideo ſunt timidi ſenes, quòd *Senes cur timidi.* timiditati aditum ſenectus frigida patefaciat. Eſt enim timor refrigerio quædam, & alibi in problemate eadem dicit: προωδοπεποίηκε γὰρ τῷ δὲ φόβῳ, καὶ γὰρ ὁ φόβος κατάψυξει. Hîc quoque exemplum eius timiditatis in Demea, qui & φιλαίτιος eſt, id eſt querulus, quòd & filius & frater officia ſua deſeruit, ſic vtrumque inſimulat, atque ſe miſerum eſſe conqueritur. [Næ ego.] Querela eſt de ſua infelicitate, & eſt propoſitio. [Primùm.] Ratio duplex eſt tam ex fratre, quàm ex filio. Itaque incertum eſſe aſſeuerat veluti clauſula aliqua. [Quid hoc.] Repetit figuratè propoſitionem. & malùm cùm additur, eſt loquendi formula anxij & perturbati hominis, quo aliquid obiurgamus & deteſtamur. *Malùm?* [Nequeo ſatis.] Confirmatio infelicitatis eſt ab animo ancipiti, qui non ſatis ad amuſſim diſcernere poteſt, & à fato. Nam ſe ad miſeriam & infelicitatem natum eſſe arbitratur. πάθος autem mouet ex miſeriæ amplificatione à natiuitate vſque. [Primus.] Ratio eiuſdem eſt per euẽta. Primus enim mala ſentit. Id grauius malum eſſe ſolet, ſed longè grauiſſimum eſt in calamitate eſſe ſolum, vtpote abſque ſocio, & comite facundo, & iocoſo. Obnuntiare autem ſic malum dicimur, vt bonum annuntiare, verbo ab auguribus ſumpto, authores ſunt Aſconius & Donatus. [Rideo.] Scomma eſt, quo hero illudit per antiſtrephon quoddam.

[Nunc redeo.] Occaſio eſt futuri colloquij. [Irruat.] Tranſlatio eſt à militibus, qui in expugnanda vrbe, aut in ipſum exercitum ruere ſolent. [Nunquam herum.] Non poteſt animum confirmare præſente patre malè ſibi conſcius, etiamſi illud Syrus conetur. [Amouebo.] Seni bene conuenit, & eſt à ſaxo molari tranſlatio. [Nõ hercle.] κατηγορική eſt oratio, & obliquè attentionem parare videtur hero aduentanti, & eſt locus de dominorum multitudine, & incertitudine, cuínam inſeruiendum eſt. [Quid ille.] Simulat enim ſe percuſſum eſſe, & ſic adoleſcens elabitur. [Quid (malum.] Regerit ironiam iracundus, & hîc eſt propoſitio de ſua calamitate. [Cteſipho.] Narratiuncula confirmat de facinore adoleſcentis. [Vide.] Ratio à ſigno. Id autem veluti oſtenſo ore & geſtu pronuntiandum eſt. [Me impulſore.] A cauſa impulſiua, & veriſimili. [Non tu.] Obiectio. Nam Syrus ſuprà dixit, quem egomet produxi. [Poſt inſaniens.] Hic eſt impulſio per inſaniam, & eſt veriſimile ab affectu, & ſigno, & exaggerat ab ætate, quâ ſenem percuſſit, & ab educatione, propter quam illi θρεπτήριον debetur. [Laudo.] Senex lætus per apoſtrophen filium laudat, ſed falſus. & patriſſare, ſicut Græcis πατριάζειν, eſt mores patris τὰ πάτρια referre. [Perquam.] Exaggerat indignitatem facti, à ſexu, & conditione ſeruuli, cuius erat plagas perpeti, non referire. Itaque εἰρωνικῶς ait, nũc per eclipſin perquam, nunc hui perfortiter. Etſi ſit illuſio quædam, tamen hæc ſeni adulatur. [Non potuit.] Dici nequit, vt ſenex ſit φίλαυτος, cum filij viriles mores audiat præſertim in ſeruũ iurgiorum caput, τὸ κεφάλαιον. [Vbi illum.] Hoc quæritur occaſio oratiunculæ τῆς σκωπτικῆς. [Scio vbi.] Attẽtionis id eſt hac in perte ſcenæ. [Diminuetur.] Herus iure ſuo flagitat per comminationem tyrannicam Cyclopis Homerici exemplo, vt eſt in Odyſſ. Pœna autem iſthæc Cyclopica iudicatur. [Nomen.] Ambagibus herum deducere ſatagit, itaque loci tantùm erit deſcriptio ſatis anceps, & perplexa, vt illum diutius detineat & implicet. [Porticus:] Prior eſt loci ſignificatio, & *Porticus.* porticus olim ædificia erant propter imbres euitãdos, et propter vmbram captandam, atque deambulationem ædificata, authore Feſto, & Romæ in ſingulis regionibus aliquot erant porticus. Sic angiportum plerique vocant anguſtam plateam, aut viam, cui non eſt exitus. Sed Demea paulò pòſt ait non peruium, ſit igitur coniectura aliud fuiſſe peruium. Sed de hoc verbo & ſuprà nonnulla adnotauimus. Et hic caprificus eſt ficus ſylueſtris, nullo vnquam tempore *Caprificus.*

*matureſcens, quæ ferè ruptis ſaxis intumeſcens exit, vnde caprificus dicta eſt, quod muros & parietes carpat, & ſic Martialis cecinit:*

*Marmora Meſſalæ ſcindit caprificus.*

*¶Cenſeũ.} Quaſi diceret, non ſum homo obliuioſus, & inconſtans. Neque Ariſtoteles hominem vocare dubitauit* ἀσθενείας ὑπόδειγμα μεταπτώσεως εἰκόνα. *¶Errau i.} Poſterioris eſt loci notatio, quo Mitio eſſet inueniendus, & hæc minus doloſa eſt à doloſiſſimo ſeruo inſtituta. ¶Ad Dianæ.} Templum, eſt eclipſis Attica, aut* Helleniſmus. *¶Lectulos.} Diſcubitorios conuiuiis aptos, veterum more. ¶Vbi poteris.} Ad veterum conſuetudinem alludit, qui vel in vrbe, vel etiam ſole, aut vmbra pro tempore conuiuium inſtruere ſolebant. Olim autem in cœnaculis domorum aut tricliniis, cùm tres lecti erant ſtrati ſedentes cœnitabant. Tres enim tantum menſas fuiſſe Varro teſtatur, quarum vna dicebatur cylibatum, quaſi vinaria, cui* κύλικες, *id eſt, calices imponebantur, hæc autem fuit orbiculata. Altera cui nomen erat cartibulum, lapidea & oblonga columella fuit ſuffulta. Vltima cum vaſa detinuerat, & vinaria dicebatur, eáque fuit quadrata. de harum caremoniis plura in noſtris quæſtionibus conuiualibus obſeruantur. ¶Ego.} Seruus pergit ſemper ſui ſimilis eſſe. Silicerniũ autem fuit conuiuium funebre, quod ſenibus exhibebatur. & ſic figuratè Terentius ſenem vocat ſilicernium iuxta Feſtum & Donatum, vt qui iam ſilentibus vmbris cernendus erat. Breuiter erant feriales, aut exæquiales cœnæ, & funerum fercula, quem morem Chriſtiana lex difficillimè compeſcuit, contra quem Tertullianus, Ambroſius, & aliorum conciones decertant. In hac autem cœna ſenes pranſi, poſt officium poſtremum diſcedentes, alter alteri valedicebat. ¶Prandiũ.} Serui voluptuarij & illuſoris animus eſt in patinis & cyathis, quorum hîc notatio eſt.*

*Menſæ triplices.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Boni viri eſt ſuum facere officium, & ſi quod eſt peccatum corrigere.*

2 *Iniurioſi ſæpe expoſtulãt, & vltro accuſant, ne ipſi accuſentur.*

3 *Authoribus doloris & cruciatus, conſolatio præſentiſſimum eſt remedium.*

### OCCASIO.

*Porrò videtur Hegio erroris ſui conſcius prudentiã Mitionis collaudaſſe, quæ deinde ad purgandam de Aeſchino ſuſpitionem apud Soſtratam matrem virginis hortatur. Eſt itaque in Mitione oratiuncula ſuam laudem extenuans, ſed in Hegione* προτρεπτική. *Neq; verò hîc obſcurè cataſtrophe, id eſt ſubita rerum mutatio & lenis negotiorum Aeſchini exitus incipietur. ¶Ego in hac.} Propoſitio eſt: Non ſum adeò laudandus. ¶Meũ offi.} Confirmatio ab officio boni viri, qui eſt in ſua, vt hodie loquuntur, vocatione, ſuáque errata corrigit, non pertinax & moroſus. Non eſt vulgaris laus boneſti viri, cùm ſpartam ſuam, quam nactus eſt, adornet, & ſeſe mala patrantem corrigat. Sic enim eſt & ſui ipſius tum rector, tum iudex. ¶Niſi.} Ab antitheſi ex iniurioſorum conſuetudine, qua accuſandi accuſant. ¶Sed quæſo.} Propoſitio eſt exhortatoria propter ſuſpitionem remouendam. ¶Atque iſthæc.} Narratiuncula eſt breuiſſima, cũres vtrique parti ſit notior, vel vno verbulo eius memoria refricatur. ¶Bene facis.} Ab vtili. Sic enim animus eius recreabitur & erigetur, qui iam propter triſtitiam labaſcit.* Μαρασμώδεις *enim ſunt multi propter nimium mœrorem, & eò Pythagoricum illud refertur, ne quis cor edat. Cor enim dolore nimio exiccatur, flacceſſit et tabeſcit. quæ ratio eſt et in maraſmo, qui Cornelio Celſo tabes eſt. Itaq; Menander alibi cecinit triſtitiam eſſe multorum malorũ cauſam, vt inſania & morborũ incurabilium, cuius hi ſunt verſus.* *Maraſmus*

πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν αἰτία κακῶν
λύπη, διὰ λύπης καὶ μανία γὰρ γίνεται
πολλοῖσι, καὶ νοσήματα οὐκ ἰάσιμα
αὐτοὺς τ' ἀνῄρηκασι διὰ λύπην τινές.

*Quare idem alibi non dubitauit aſſerere, non eſſe maiorem dolorem & cruciatum, quàm triſtitiam hominis.*

οὐκ ἔστι λύπης, ἐὰν γὰρ ὀρθῶς τις σκοπῇ,
ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις φύσει.

*¶Omnis.} A neceſſitate, cum tenuioris fortunæ homines nimis ſint ſuſpicaces. & ſententia eſt veriſimilis ab euentibus fortuitis ſumpta, cuius hîc eiuſdẽ eſt veluti explicatio quædam. ¶Quapropter.} Peroratio. Neceſſe igitur eſt & placabile, vt te coram ipſis expurges.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES. OCCASIO.

*Aeſchinus triſtis, quòd ob raptam Pſaltriam Soſtratæ in ſuſpitionem venerat. Metuit enim, ne amorem iſtac iniuria Pamphilæ ſolueret, & ab ea excluderetur. Eſt igitur ſcena querimoniæ propter triſtitiam plena, penè* θρηνητική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Frater multa patitur, triſtior propter fratris commodũ.*

2 *Mulieribus nihil arcani credendum eſt, cum ſint futiles, & garrulæ.*

3 *Amantium eſt maxima ſollicitudo, ne ab amica, quam depereunt, excludantur.*

4 *Amatores ſunt meticuloſi, malè ſibi conſcij, attamen propter vim amoris audaces.*

*¶Diſcrucior.} Propoſitio eſt: triſtis ſum. Confirmatio eſt à malo inſperato & improuiſo, quod illi obiectũ eſt. Itaque propter triſtitiam incertus eſt, & Pindarus triſtitiam eſſe curarum multarum cauſam aſſeuerat.*

αἱ δὲ φρενῶν περιχαλ παρέπλαγξαν καὶ σοφόν.

*Et Alexis fatetur immodicam triſtitiam mentem perturbare & transferre.*

τῶν μετρίων αἱ μείζονες λῦπαι
ποιοῦσι τοῦ φρονεῖν μετάστασιν.

*¶Membra.} A ſignis vecordiam ſuam declarat, quod extra ſeſe ſit, vtpote membrorum tremore, ex ſtupore animi, & ex conſilij inopia. Eadem agnoſcit & Menander.*

πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις κακῶν
ὄντων μέγιστον ἐστὶν ἡ λύπη κακόν.

*Et Sophocles ſic canit.*

τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυσθυμίαι.

*Medici quoque norunt, vt ex magno mœrore ſit multorum morborum veluti ſcaturigo. ¶Quomodo.} A difficultate extricandi. Gellius ait ex Epicteto: Viſiones animi, quas* φαντασίας *philoſophi appellant, quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis ſunt neque arbitrij, ſed vi quadam ſua inferunt ſeſe hominibus, ec. Hinc fit vt in timore ita ſtupidi ſint, vt ſemetipſos ignorent. 19. c. 1.*

*¶Neque*

[Neque ea in.] Narratione probat, cur meritò ſuſpectus ſit, in hac ſanè eſt factum, Pſaltria empta. Quomodo reſciuit? ex obſtetrice expoſtulante de infidelitate adoleſcentis. Itaque contentio inter hunc & obſtetricem interſeritur. [Senſi.] αὐθυποφορᾷ, cur non ſubitò patefecerat propter muliebrem loquacitatem. [Nunc quid.] Non vult traduci ſuum fratrem etiam ſuo modo, ſic ſecum ſtatuit. [Idipſum.] Mox conſilium repudiare iuxta affectum triſtitia conatur, ne ipſe in cauſa eſſe videatur. Adſunt tria ſigna, quibus veriſimile ſit illum eſſe authorem. [Nunc po.] Iam ſeſe colligit, & ſeipſum adhortatur, atque hactenus veluti ἐν ἀπορήσει incertum & dubij conſilij Aeſchinum fuiſſe liquet. Nunc verò propoſuit. Expergiſcere, per metaphoram, quaſi in hoc affectu dormiſſet. Itaque Euripides triſtitiam grauem eſſe deam agnoſcit, quæ tamen conſolatione & rerum aliqua iucunditate placabilis eſt.

Λύπη μάλιστα γ' ἡ διὰ φθείρουσά με
Δεινὴ γὰρ ἡ θεός, ἀλλ' ὅμως ἰάσιμος.

[Nunc hoc.] Propoſitionis ratio eſt à commoditate & cauſa. [Horreſco.] Timet & audet incertus ſeipſum nondum ſatis confirmans. [Prodit.] Figurata & vſitata comicis potiſſimùm ad ſequentem ſcenam huius fit connexio.

## IN ACTVS IIII. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO ET ARGVMENTVM.

Figmento quodam & ficta quadam ſeueritate filium adoptiuum perterrefacit, deinde perterrefactum conſolatur. Quapropter prior pars eſt in ſtatu coniecturali.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Conſcij ſibi malè tacent, & hinc nata eſt regula de eiuſmodi coniectura. Qui tacet, conſentire videtur. Ratio eius ferè eſt ex mala conſcientia parum ſibi conſtante.

2 Ex caſtigatis & erubeſcentibus ſpes aliqua concipitur, ſicut & antea dixit, erubuit, ſalua res eſt.

3 Priores meliorem iuris partem retinent, & hinc de prioritate, ſicut hodie in ſcholis iuriſconſultorum loquuntur, multæ oriuntur diſputationes.

4 Amantibus ſi abducta fuerit amica, facinus indicatur illiberale.

5 In nuptiis requiruntur ſponſalia per mutuum datoris & authoris conſenſum.

6 Virgo nubilis non diu ſponſum expectet.

7 Liberalia ingenia ſæpe non ſunt diligentia.

8 Deus laborantes fortunat, eorúmque cõſilia conatúſque ſecundat.

9 In nuptijs futuris Deus comprecandus eſt.

[Itáne.] Iam exiens mandat, vt iuſſa faciat, ita quodammodo proximæ ſcenæ alligata eſt. [Sed quis.] Occaſio eſt futuri colloquij. [Pater.] Mox reſilit filius patris conſpectu, argumentum eſt malæ cõſcientiæ. [Tu ne.] Obiurgat filij importunitatem in exordio orationis. [Cur non.] Hæc ſecum loquentem Mitionem eo conſilio fingit poëta, vt ſpectatoribus conſtet rem agi cum Aeſchino non ſeriò. [Nihil reſpondes.] Et hoc malæ conſcientiæ euidens argumentum eſt, & conſenſum & ſuffragium tacitum eſſe tum videtur, tum colligitur. [Erubuit.] Pudoris aut verecundiæ ſignum eſſe ruborem philoſophi tradunt, & Plutarch. Proble. 14. & Gell. 19. c. 6. Notum quoque ex Ariſtotel. vt αἰδὼς ſit φόβος τῆς ἀδοξίας, veluti triſtitia de defectu proprio in alterius præſentia, propter quam fit motus ſanguinis & caloris ad eas partes, quæ maximè laborant. Laborat autem præcipuè coram aliis, qui τὴν ἀδοξίαν noſtram indicant, facies. Quare fit, vt erubeſcant verecundi, & oculos demittant, quaſi facies ſignificantis præſentiam & conſpectum ferre non poſſet. Itaque natura quaſi opem latura illuc calorem, qui trahit ſanguinem, tranſmittit, vnde rubor naſcitur, quod in adoleſcentibus bonum ſignum dici ſolet. Siquidem ingenui animi ſignum iudicatur, cui ἀδοξία curæ eſt, & corrigi ſperat. [Dic ſodes.] Blandius illum compellat propter exordij præſentis naturam. [Amicus.] Hoc ad attentionem refertur.

Rubor verecundiæ ſignum.

[Habitant.] Deluſurus filium narratiunculam de abducẽda per cognatum amica comminiſcitur, in qua veriſimilia immiſcens in ſummum metum iniicit filium. In hac autem circunſtantias adoleſcentuli obſeruabũt. Per quas & quales ſit? per mulieres eáſque pauperculas, & harum periphraſis propter certitudinem eſt neceſſaria. Quomodo? Virgo eſt, Pamphilam intelligit cum Soſtrata, quam tantùm inſinuat diſſimulando. Factum quod? Amicus hanc ducet. Cur? Sic enim lex Attica vrget & compellit. Quónam conſilio? Auehere enim cupit Miletum Cariæ ciuitatem verſus, vbi habitat. Id autem vehementius vrget, quod eſſet moleſtiſſimũ. [Miletum.] Longitudinem loci amator admiratur, cùm tamen propinquiſſima eſſet ab Attica in Cariam vſque & expeditiſſima, aut Cauro, vt eſſet πλησίστιος, aut certè zephyro ſecundo in Aegeo mari per Cyclades inſulas in mare Carium nauigatio. Miletum autem hodie Turcicum vulgus omnium literarum corruptela Malaſam nominat. [Animo.] Eſt enim & timor affectus, aut potius triſtitia. Nam ſi malum præſens ſit, & lædit, triſtitia eſt: ſin autem imminet tanquam affuturum, timor tunc eſt & pauor. Quid enim aliud eſt timor, atque ex imminenti malo triſtitia? Siquidem in timore eſt caloris fuga introrſum, ita vt is qui eſt extra cor, verſus cor, & is qui in corde, in penitiſſima cordis confugiat. Hæc eſt cauſa, cur timentes palleant, & tremant, cùm calor aufugiens omnia membra deſeruerit. Triſtior autem nunc rogat de mulierum conſilio. [Neſcio.] Hæc particula reiectionis & contemptus vim habet, vtique cùm ille ſit prior Mileſius, primas quoque tenebit. [Eho.] Nunc incipit contentio. Filius quidem negat eſſe iuſtum, vt abducatur. Pater verò comprobat iuſtum eſſe. [An illam.] Hîc eſt origo ſtatus coniecturalis. Abducendáne ſit amica. [Factum.] Negat filius ab iniquo, quia hoc factum eſt illiberale, & ſine miſericordia. Eſt autẽ hîc per αὔξησιν amplificatio, quã tamen, ne quid pietatẽ violaſſe videretur, per προσυπαπλέξιν figurauit. [Rogas.] Ratio eſt obiurgationis, cur ſit factum illiberale, & aliena perſona ſuã cauſam agit. Depulſio eſt ab incõmodo. Nam illius animus offendetur, cum quo illi fuerat conſuetudo. Id autem modo quodam confirmat, quia vel præſenti præſens eripietur. Parentheſis cauſam ſignificat, quæ eſt, cùm non admodum redametur. Eſt autem effictio admodum ambigua. Vtrique enim parti accommodata eſt. [Quærat.] Pater ab indecoro latenter Aeſchinum perſtringit, vt qui ſe & ſine patris conſenſu & authoritate in nuptiis illaqueauerat. Nam filiis nondum emancipatis nihil deſignare licebat, niſi aut parentibus, aut tutoribus probaretur. Quare hîc per repetitionem, & aſyndeton & interrogationem nimis amarulentam, authorem, deſponſatorem & datorem quærit. [Cur duxit.]

Miletus.

Timor quid ſit.

Ab iniuſto maximè apud Atticos, vbi alienam ducere non licuit. [Anſedere.] Ab indecoro regerit & diluit. Aliena quidem eſt ſed nubilis, cui tamdiu cognatus fuiſſet expectãdus? atque idipſum patrem tanquam iuſtitiæ & æquitatis regerere oportebat. [Ridiculũ.] Ab abſurdo diluit per contrarium. Deinde ἀποδιώξει ait id ad nos non ſpectare.

[Pater.] Singultiens & lachrymans facinus ſuum fatetur. [Audiui.] εἰρωνείᾳ ſibi cuncta fingit cognita, & amorem in filium notitiæ cauſam docet. Itaque filium magis vrget, & hîc γνώμη indicatur, vtpote quæ amantur magis curæ eſſe ſoleant. [Ita velim.] Pro volo, Archaiſmus eſt, aut optarim potius. & eſt delicti profeßio, ex naturali tamen propenſione amoris, quæ eſt φιλοστοργία in parentes nata. [Credo.] Conceßio eſt, ſed dum contrarium infertur, indulgentiam redarguit paternè, & liberaliter. Nam in tanto peccato negligentiam tantùm accuſat: & cum omnes locos accuſatorios exequatur, ita tamen omnia attemperat, vt nihil acerbitatis, plurimum verò clementiæ habeat. Itaque preßè, & leniter hæc pronuntianda ſunt, ne quid aſperitatis accuſationi accedat. [Viuere.] Athenis vbi ſecundum leges viuendum eſt, hîc reſpicitur, à facto per loci dignitatem et nobilitatem. [Id magnum.] Conceßio. Fatetur quidem magnum ſed humanum, & non rarum, quo et boni viri, atque vt videntur, honeſti obnoxij erant. [Euenit.] Quaſi diceret factum eſt, et non erit infectum. [Cedo.] Per comminationem illius negligentiam modeſtè tamen caſtigat, atque hîc per frequentes interrogationes, repetitiones, per multas circunſtantias vehementius vrget. Hæc omnia eò ſpectant, vt indiligens

Prodere.

& imprudens notaretur. [Prodidiſti.] Donato eſt pro decepiſti, ſed aptius eſt, vt ſit pro periculo expoſuiſti. [Credebas.] Adhuc eius indiligentiam perſtringit. Otioſo enim Deus

Otioſo De⁹ non fauet.

non fauet, qui labores manuum fortunare ſolet. Ita apud Saluſtium Cato inquit: Non votis, neque ſupplicijs muliebribus auxilium deorum paratur, ſed vigilando, bene conſulendo, proſpera omnia cadunt. vbi ſocordiæ & ignauiæ te crediderìs, nequicquam deos implores, irati infeſtique ſunt. Idem Heſiodus ad Perſam fratrem admonet, & Chriſtianis nobis eſt verſus admodum vulgatus:

Dat Deus omne bonum, ſed non per cornua taurum.

Vult enim Deus nobis laborandum eſſe, cùm dixit: In ſudore vultus tui, manducabis panem tuum. Sed nimia ſollicitudo damnatur, quaſi diffidens, cùm Deus laborantes ſecundare ſoleat, & promiſit, & ſic confidentibus vel dormientibus vt Germanicum eſt prouerbium, Deus rete trahit. [Bono animo.] Nunc flentem adoleſcentulum, eúmque verecundè conſolatur, cuius propoſitio eſt: Lætare. & conduplicatur, vt flens magis moueretur. [Niſi qua.] συμπάθεια eſt quædam timoris in ipſa cupiditate phyſiologis nota. [Abi domum.] Confirmatio eſt per aſſeuerationem, & conſilium verè Chriſtianum, vt à deo proba & honeſta oretur.

Dixit enim Solomon, qui inuenit bonam mulierem, inuenit bonum. ſed nemo inuenit, niſi Deus dederit. igitur is vera fide inuocandus eſt. [Quid iam.] Admirans ſubinde idem repetit, & ταυτολόγος eſt propter admirationem rei

Oculus.

inopinatæ & inſperatæ. [Oculos.] Eſt enim oculus corporis pars pretioſißima, vbi & habitare animum non ineptè quidam dixerunt. Plin. 11. cap. 36. Hinc Latinæ ſunt phraſes, habitare in oculis, in oculis ferre, vtrumque autem de chariſsimis, quos vnicè fouere cupimus, dicitur. Atque hîc votum grauißimum, quo mauult ſe dijs eſſe odioſißimum, ſi non verè Mitionem adamaret. [Mileſius.] αὐθυποφορά. Hunc enim zelotypus adhuc timebat. Diluit autem ex abitione iam parata. Igitur bono eſſet animo. [Abiit.] Subridens iſta infert, initio ſe ioco mentitum eſſe declarans. [Deos compre.] ἔντευξιν pij patris in nuptiis pro ſe exoptat: Norunt & gentiles naturæ ductu Deum peccatores non exaudire. Senſerunt quoque deos bonis viris obtemperare, Socratico Syllogiſmo, quo ille per Pythagoricam parœmiam, vtpote: Amicorum omnia eſſe communia, colligit, quemadmodum ex Platone Eraſmus Rotero. multis oſtendit, atque Chriſtiana eccleſia ἔντευξιν, id eſt, pro alijs interpellationem tanquam præſentißimum remedium verè agnoſcit. [Ego eò.] Peroratio eſt, & neceſſaria ad futuras nuptias paraturus eſt. [Quid hoc nego.] Nunc tanquam gratus & memor beneficij patrem collaudat. Primùm ab officio patris, & habitu animi in filium ipſum. [Si frater.] Amplificat collatione Mitionis manſuetudinem. Facilitate quoque & comitate patris generoſus adoleſcens ad redamandum parentem prouocatur, & in ſinu geſtare eſt immodico fauore aliquem amplecti, à philoſtorgia matrum in liberos infantes prouerbium natum.

In ſinu geſtare.

## IN ACTVS IIII. SCENAM VI.

### ANNOTATIONES.

Argumentum. A circuitione Demea reuertitur Mitionem conuentum cupiens, iratum plenus, propterea quòd Syrus falsò demonſtrauerat, vbi locorum Mitio reperiundus fuiſſet.

### ΘΕΣΙΣ.

1 Magna eſt ſollicitudo parentum pro liberorum ſalute. Illos enim non piget vel ſenes totam vrbem perreptare, vt liberis bene conſuleretur, & proſpiceretur.

[Defeſſus.] Propoſitio eſt expoſitionis de laßitudine. [Vt Syre.] Ratio eſt à cauſa impulſiua Syri, cui imprecatur. [Perreptaui.] Narratiuncula eſt de ſua circuitione, & verbum perreptandi eſt quàm accommodatißimum. [Quò.] Eclipſis eſt ex affectu nata, videlicet, in quam non partem perreptaui? quod ſenile eſt verbum, vel cum ſcipione gradientibus conueniens.

Perreptare

## IN ACTVS IIII. SCENAM VII.

### ANNOTATIONES.

Eſt ὀνειδιστική, nimirum aſpera & moroſa Demeæ cum Mitione obiurgatio. Sed Mitio cunctas obtrectationes ſalibus vrbanis & feſtiuis diluit, vt in hoc ſit ἀπολογητική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Moroſitas etiamſi ſæpe expoſtulet, tamen inepta, et inutilis eſt.

2 Lepidis dictis & facetis, quæ turbata ſunt mitigantur.

3 In neceßitate ſcenæ inſeruiendum eſt. Nam non omnia ad viuum reſecari poſſunt.

4 Factis, dum infecta permaneant, concedendum eſt, immo melius conſulendum, vt minus noceant.

[Ibo illis.] Sollicitus eſt Mitio de nuptiis, id ex proxima ſcena quinta extrema colligitur. [Fero.] Eſt hic tragicum propoſitionis exordium amarulenta ironia illuſtratũ, cum amplificatione, cùm ait ingentia, cùm noua, cùm capitalia dicit. Hæc autem ſunt attentionis. Ita gradatim peccatum amplificatur, ſed Mitio pro ſuo ingenio ciuili & moderatiori

cuncta

cuncta mitigat. [Non clamas.] Iam curioſus ſenex, omiſſo Aeſchino in Mitionem inuehitur. [Puer natus.] Ratio vna eſt cur ſit clamandum, ſed alter deprecando, & bene ominando diluit. [Virgo.] Altera eſt ratio clamandi, ſed ἀποδιώξει eluditur. [Et ducenda.] Tertia eſt, quæ ironia diluitur. [Quid.] Egregiè decoro inſeruit: Nam fingit Demeam more iraſcentium interrogare; quid porrò futurum ſit, cum tamen omnia ſatis conſtent. [Illinc huc.] Aliud conſilium ſuggerit, quod ſenem magis excruciat, quod exclamatio Tragica declarat. [Quid fa.] Nũc εἰρωνικῶς conſulit illum, ſed hic ſimulationẽ probat. [Quin iam.] Diluit ab inutili, quia omnia confecta ſunt, & ab humanitate argumentatur. [Si queam.] Eſt enim factum, non erit porrò infectum. quod tũ ſententia huic loco admodum opportuna, tum collatione caſuum humanorum probat. cõuenit autem forti viro, qui aduerſis rebus non frangitur, ſed id quod ſors tulerit ferẽdum cenſeat, vt poſſumus inquiens, quando vt volumus non licet. & eſt Mimus Publianus. Feras non culpes, quod mutare nõ potes. & ſic Epictetus: ὁ τύχῃ βίος συμπεπλεγμένος ἔοικε χειμάῤῥῳ ποταμῷ. καὶ γὰρ ταραχώδης, καὶ ἰλύος ἀνάμεστος καὶ δυσέμβατος, καὶ τυραννικὸς, καὶ πολύηχος, καὶ ὀλιγοχρόνιος.

[Corrector.] Repetitio eſt amarulentæ εἰρωνείας, quæ in exprobratione ſequenti de perditis minis dominatur. [Prob.] Exclamatio ab inhoneſto & incommodo deſumpta. [Quicum.] Ridiculum, quem conuiciis in iracundiam conĳcere non potuit, eum ſalibus acerbioribus adoritur, vt vel ſæuiendi anſam Mitioni obtrudat, ſed Mitio ſemper mitis eſt, & verus Mitio, tam verbis quàm factis. [Reſtim.] Pollux in quarto tria genera ſaltãdi obſeruauit. Vnum ἐμμέλειαν, ſaltationem tragicam compoſitam & decentem. Alteram κορδακισμὸν, comicam ſaltationem laſciuam et petulantem,

*Cordax.*

ad quam Terentius alluſit. Tertiam ἱππικὴν, equeſtrem. Iudicatur tamen κόρδαξ ſaltatio admodum laſciua, ridicula & ruſticana, de qua conſulendus eſt Lucianus περὶ ὀρχήσεων Donatus quoque putat cordaciſmum fuiſſe, cùm pueri & puellæ conſertis manibus chorum ſaltando ducebant, eundem & Atheneus in decimoquarto libro deſcribit. Neque adeò Ariſtophanicum θρεττανελὼ eſt ab illo diuerſum. Eſt quoque κορδακίζειν laſciuè & petulanter ſaltare. Nemo tamen eſt qui hîc iocum ex perſona, & re ipſa ductum nimis liberalem eſſe non videat. Itaque Mitio eundem & approbat, et in ſenem, eúmque ruſticum regerit. [Iam verò.] Mitigaturus iracundiam ad nuptias, quæ vehementius affligũt, ita eſt ἀστισμὸς nimis facetus. [O Iupiter.] Eclipticæ exclamationes rei indignitatem amplificant, quibus congeries incommodorum, & aſyndeta accedunt. [Domus ſumptuoſa.] συνεκδοχικῶς familiam accipit propter Pſaltriam

*Salus dea.*

& alios. [Salus.] Epiphonema hyperbolicum eſt, quo ſumma deſperatio notatur. Colebatur autem Salus à Romanis non aliter ac à Græcis ὑγίεια, cuius ædes à C. Iulio Bubulco (& non Bibaculo) cenſore locata fuit, iuxta Liuium in nono ab vrbe cond. Nam eam Cos. bello Samnitum vouit, mox idem dictator eam dedicauit, & hanc à Fabio pictore depictam eſſe creditur. Romæ autem ab antiquis Salus effingebatur mulieris forma in ſolio ſedentis, pateram tenentis, apud quam ara erat, cui anguis inuolutus caput attollebat. Caterùm emblema vel potius amuletum Salutis aut ὑγιείας ex quinquelineari triangulo, cuius & Hippocrates meminerat, conſtans, quid ſibi voluerat, alibi explicatur.

## IN ACTVS V. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM ET OCCASIO.

Syrus temulentus in proſcenium progreſſus de cuticula bene curata ſeſe effert. Senex ſeriò diſputans, ac graui orationis genere perſonam ſuam importunitate prodit.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Ebrietas nimis eſt ridicula, tum verbis, tum geſtibus.
2 Senex intempeſtiuè temulentum obiurgat.
3 Quantáne feneſtra per indulgentiam herilem ſeruis aperitur?

[Aedepol.] Sibi ipſi blanditur, & appellatione & compotatione. Syriſcum enim ſe appellat diminutiua forma blandiendi cauſa. Alioqui συρισκός vas ad reponendas ficus vimineũ eſt. Itaq; iocus hîc eſt ex dictione ductus. Deinde & ſuæ potationi gratulatur. [Lautè.] Iocus eſt ex amphibologia. [Abi.] Sic ſuprà dixit, abi te virum iudico, blanditorium eſt verbum. [Prodeambulare.] Medicum ſatis ridiculum agit, cùm ebrius deambulet, vt cuius pedes ſuum non poſſunt facere officium. Eſt autem hîc otioſæ vitæ notatio. [Exemplum.] Ex ambiguo adhuc retinet. Sis eſt pro ſi vis, veteribus vſitatiſſimũ. [Triſtis.] Apta eſt ebrio interrogatio. [Eho.] Vtrobique & in admiratione verborum ſapientium, & in fundendi verbo ironia eſt ſatis temulẽta, & non ita amarulenta. [Tún'.] Ringentis & frendentis eſt ſermo. [Dis.] Ebrius multa de rei familiaris adminiſtratione per ſuam induſtriam promittit. [Exẽplum.] Quo videlicet deterrerentur, & admonerentur, ne flagitioſi impune abirent. [In ipſa.] Caſtigatio eſt admodum intempeſtiua. [Potaſti.] Donatus potaſtis legendum eſſe cenſet, penè συνεκδοχικῶς, vt ex vno totius familiæ peccata perſtringantur.

*Syriſcus.* *Prodeambulare.* *Sis.*

## IN ACTVS V. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

Cteſipho per imprudentiam prodit, Syrus autem ſenem ab ingreſſu auertere conatur, ſed fruſtra.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Fallax ſeruus ſemper ſui vel ebrius ſimilis eſt.
2 Malè ſibi conſcĳ liberi à parentibus ſibi timent.
3 Ebrietatis remedium haud vulgare eſt, in angulo villum edormiſcere. Alluditur autem ad Græcorũ τὸ κραιπαλᾶν. Galeno enim eſt κραιπάλη, noſtris crapula, ἀπὸ τοῦ κάρηνος πάλλειν, caput cõcutere. Sunt quoque κραιπάλαι contra ebrietatem remedia. Eſſet quoque in ſtatu coniecturali. Adsít ne Cteſipho, herus ait, ſeruus negat. [Paraſitaſter.] Qui ventris gratia omnia audet. atque hoc genus nomina non tam diminutionem, quàm imitationem notant, & paruuli epitheton declarat, ceu in hac arte eſſet νεόφυτος. Caterùm μαστιγίας Latinis eſt mancipium, quod aut flagris cæditur, aut certè iiſdem dignum eſt. [An tibi.] Hac ſublato ſcipione minitatur, & ad Cyclopicos mores alludit. [Comeſſatorem.] Prouerbiale eſt de alicuius aduentu non ſatis commodo, quod & Germanis familiare eſt. Hîc quoque eſt aut exclamatio, aut eclipſis verbi habebit, vel aliud id genus.

*Crapula.* *Paraſitaſter.* *Maſtigia.*

## *IN ACTVS V. SCENAM III.*

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

*Demea Cteſiphonem amantem deprehendens, tumultuabundus excurrit cum tragica exclamatione, concitatus ædes Mitionis pulſat, id quod Mitio cum Soſtrata in foribus loquens facilè exaudit. Eum tamen Mitio placare conatur, ſumptum vtrique adoleſcenti promittendo. Demea verò ſui ſimilis, Pſaltriæ grauia comminatur.*

### MORALIA.

1 *Moroſi ſenes ita ſæpe extra ſe rapiũtur, vt iracundiam reprimere nequeant.*

2 *Vrbanitatis eſt, tẽperare ſibi inter tumultuoſos homines*

3 *Ius amicitiæ communitatem rerũ exigit,* πάντα τῶν φίλων κοινά.

4 *Senes vt plurimum ſunt auari, lucri appetentes.*

5 *Sæpe in actionibus vnius negotij diuerſæ ſunt cenſuræ hominum.*

6 *Magna parentum eſt ſpes in liberis.*

7 *Indulgendum eſt nonnihil iuuentuti pro loco, & tempore, ſicut pædagogia exigit.*

8 *Demea ad ingenium reuerſus nimium ſollicitus expoſcit, parũmque ſibi aut fratri confidens. Talia ſunt ingenia ruſticana.*

*[Parata.] De nuptiis apparandis eſt ſermo. [Hei mihi.] Exordium prorſus eſt tragicũ, & verbis & geſtu. Eſt autem inſignis œconomia. [Nã in ſcelere Aeſchini homines improbos Demea accuſauit, hîc verò in crimine Cteſiphonis ne diis quidem parcet tragicis exclamationibus omnia replens.*

*[Id nunc.] Propter id, idem eſt quod* ὅτι. *Statuat quis, ſi cui arridet, eclipſin. [Communis.] Quadrat id exordium per appellationẽ, & epitheton tragicum ipſi Demeę expoſtulaturo. [Tandem.] Vt qui plus quàm ſatis tumultuatus es. [Repreſsi.] Hoc aſyndeton irato difficilè concedenti conuenit, & obiter iræ affectum exprimit. Apparet enim Demeam fuiſſe aut blioſum, cui parum atrę bilis admiſtum erat. Itaque feruore iræ medius fuit. Citius enim bilis concoquitur,* Bilis duplex. *cùm ſit calida & ſicca: atra autem cum ſit frigida & ſicca, tardius. Quare eum propriè ex huiuſmodi bilis temperatura* πικρὸν, *id eſt, amarulentum eſſe iudicamus. atque hîc prudenter adiecit, redij. Siquidem in principio offenſionis circa cor ſanguis efferueſcit, & cor ipſum turgeſcit, ideo palpitat: mox in medio feruore ardentes ſpiritus in ſpiritum exhalant Ea de cauſa fit vultus mutatio, oris trepidatio, ſermonis impedimentũ, et alia quæ potius beluina, quàm humana ſunt. Quamprimum autem iidem deferbuerint, reddũtur ſedati, & quieti, et ſic ſeſe colligunt ſui compotes. [Putemus.] Putare* Putare. *eſt propriè purgare, & vitioſa recidere, ac non neceſſaria. Vnde putare vites, & arbores dicimus. Hîc verò eſt in re dubia ita agere, vt deciſis, amputatiſque falſis opinionibus, quod videatur eſſe verum, & integrum, retineamus. Et ſic Gellius argentum putũ explicare videtur. [Ex te adeò.] Criminis obiectio eſt ex pacto, cui ipſe Mitio author fuit, & iam violat. & hîc eſt propoſitio ſyllogiſmi maior. [Factum.] Conceſſio eſt, ſed id factum in ſtatu qualitatis defenditur.*

*[Cur non.] Minor eſt ceu* ὑπόθεσις *facti per quatuor interrogata illum pacti negligentem* ἐλέγχει, *& conuincit, & æquitatem iuris paterni expoſtulat, & concluſio eſt ab æquo & iure. [Non æquum.] Diluendo iniquum eſſe contendit, &* μυκτηρισμῷ *iracundi fit repetitio veluti per admirationẽ. [Nam vetus] Mala cauſa concluſus Mitio, ad æquitatem confugit à prouerbio de amicorum iure, & cõmunione. Ab hoc enim ſuæ rationi præſidiũ petit, et vim iudicati obtinet. [Facetè.] Eludit defenſionẽ Mitionis. Lenitatis enim coarguens, quòd nunc conuictus alia atq; prius loquitur. [Auſculta paucis.] Attẽtionis eſt, &* ἀνθυποφορᾷ *obiectionibus occurrit, quas à tuto et vtili, et honeſto diluit, vt luxus adoleſcentũ nihil damni rebus Demeæ daturus eſt. Deinde neque hoc formidandum, videlicet ne corrũpantur. [Mordet.]* Mordere. *Malè habet, & eſt metaphora. [Eadem.] Nota ſenilem auaritiam. [Conſerua.]* ἐπιτροπὴ, *id eſt, permiſsio, ſed ironica, & amarulenta per aſyndeta. [Mea.] Ita fratrum maxima eſt diſsimilitudo in re familiari quærẽda. [Id de lucro.] A tuto, cùm nihil ſit periculi. [Et mihi.]* ἐπιλογίζει *ab vtili.*

*[Multa in homine.] Propoſitionẽ alterius obiectionis à circunſtantiis perſonarum diluit, ita vt ad aliorum vitia conniuendum ſit, ad aliorum non item. Eſt autem ſententia de iudicij diuerſitate admodum veriſimilis, vel in re eadem. Itaque aſſerit rem non diſsimilem eſſe, ſed iudicium authorum eſſe varium. Sunt autem tria rerum genera, quę* οὐσίας *appellant. Vnum eſt rerum ſenſibilium vel ſenſu perceptarum, vt hæc arbor, hæc platanus. Alterum eſt ſola mente abſque materia comprehendendum, vt Deus. Vltimum eſt* διανοητικὸν *vtpote abſtractum à corpore, & ſenſibus, & ad mentem tranſlatum, & eſt mathematicum. In his quidem vniuerſis vel in iiſdem rebus eſt & iudiciorum, & ſententiarum magna varietas, non ex re, quæ eadem eſt, nata, ſed ex iudicij hominũ diuerſitate in coniecturis maxima. [Quę ego.] Locus eſt coniecturalis à ſignis, quibus bonam ineſſe adoleſcentibus mentem & ingenium oſtendit. Id quod præter medicos & Quintilianus docet. Vnde & iſta delicta ætatibus facilè poſſe corrigi ratiocinatur. Laudat autem liberos ab habitu animi atque moribus, ex quibus non parum ſibi pollicetur. [Reuocas.] Ad honeſtã vitæ rationem. Sunt enim morigeri ad digituli crepitum, & oculi nictum. [At enim.]* Ἀνθυποφορᾷ *diluit iſtos non fore ſuarum rerum negligentes, ex ætatis decoro, cum non rei parandæ ſubinde ſtudeant atque ſenes, qui vt Ariſtoteles ait:* πρὸς τὸ συμφέρον ζῶσιν, ἀλλ᾽ οὐ πρὸς τὸ καλὸν μᾶλλον ἢ δεῖ. *Contrà de iuuenibus ſic pronũtiat:* φιλοχρήματοι δ᾽ ἥκιστα διὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπειρᾶσθαι. *[Ne nimium.] Demea obiicit futurum periculum. [Non fiet.] A tuto, & ſubditur inuerſio, vtpote non timeas, ſed hilaris ſis animo, cuius argumentum eſt frons exporrecta, ſicut contracta triſtitię ſignificatrix eſt. [Scilicet.] Ironia eſt ab intempeſtiua lætitia, & additur comminatio per contrarium Demeæ non inepta. [Immo.] Ciuilis eſt irriſio & iocatio. hilatum autem idem eſſe quod hilarem, aut* Hilatus. *per archaiſmũ, aut per enallagen, nemo dubitabit. [Et iſtã.] Se non ſatis poſſe hoc gaudio frui declarat durus ſenex, niſi ſe vicinitate imminentis pœnæ ſoletur. Obſeruabíſque hîc in ſingulis ſyllabis ruſticam amarulentiam. [Pugnaueris.] Id eſt, rem magnam feceris. et eſt alter* χλευασμὸς *ſatis vrbanus,* Chleuaſmus. *qui meritò Demeæ attribuitur. Propterea quòd etiã obſequenti plus ſatis acerbus et aſper ſit. [Coquendo.] Alius eſt chleuaſmus, et ſicut coquendo ad fumum et fauillam, ita molẽdo ad pollinem, id eſt florẽ tritis refertur. [Stipulam.]* Stipula. *Minitatur ad ſpicilegium, vt cum Varrone loquar, ſe relegaturum Pſaltriam. Porrò ſtipula hîc pro calamis et ſpicis accipitur* καταχρηστικῶς. *Aliàs verò id eſt, quod demeſſo frumento in agris delinquitur, nobis Germanis eſt* ſtupel.

*[Carbo.]* ὑπερβολικὴ *collatio eſt, et ad meſſem, quæ fit ferventiſsimo*

tiſſimo æſtu, alludit. [Placet.] Iterum χλευάζει, id eſt, ſubſannat & irridet, quod nunc ſapiebat, id eſt, vel ſapiens erat, vel philoſophabatur. [Sumimus.] Curabimus cuticulam, & eſt peroratio.

## IN ACTVS V. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Hîc Demea mores mutare incipit, habétque hæc ſcena totius fabulæ ſcopum, nempe facilitate & clemetia nihil eſſe melius. id quod vt magis appareat, contentionem à loco difficultatis & ſeueritatis admiſcet.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Pater moroſus & ſeuerus in filios vel à D. Paulo vetitur vitio.

2 Facilis pater fauorabilior eſt.

3 Inepti virtutis ſtudioſi ſunt, qui virtutem non propter ſe expetunt, ſed tantùm propter commoditatem.

4 Vita vrbana longè præſtantior eſt quàm ruſticana.

[Nunquam.] Exordium eſt γνωμικὸν à loco communi, vel generali ſententia, cuius eſt ſenſus. Caſus & tempora ſæpe mutant vitæ rationem: & hîc eſt maior propoſitio. Sunt autem in hac communi ſententia variæ γνῶμαι, vt res id eſt, negotium aliquod, vt ætas increſcens, vt vſus, id eſt, experientia prudentes & experientes viros reddat. & hîc verum eſt: Dies diem docet, vel poſterior dies eſt prioris diſcipulus. Archîtas quoque Pythagoreus duo recenſuit, quæ ad prudentiam plurimum faciunt, quorum vnum eſt, vt mēs ſit diſciplinis mathematices & cognitione bene munita. alterum eſt, vt ipſe per multa negotia ſeſe exerceat, ſpectet, conſideret, aut certè ipſe ab aliis potiſſimùm per hiſtorias condiſcat. & ſicut prius ſpeculationē vniuerſalem delineat, ita poſterius tanquam experientia ſingula iudicat. Eius autem verba quædā hæc ſunt: Δύο ἐστὶ ἐξ ὧν τῷ φρονίμῳ διάθεσις περιγίνεται, ὧν τὸ μὲν ἐστὶ ἕξιν μαθηματικάν τε καὶ γνωστικὰν λαβεῖν. τὸ δὲ θεωρήματα, καὶ πράγματα πολλὰ ἐπελθόντα μὲν καὶ αὐτὸν ἰδόντα, τὰ δὲ καὶ δι' ἑτέρω τινὸς τρόπῳ καταγνόντα, &c. Hac de re & in Ethicis Ariſtoteles conſulendus eſt, præcipuè de prudentiæ cauſis & euentis. [Quod mihi.] Minor eſt propoſitio, quam non tantùm exemplo explanat, ſed etiam confirmat. [Spacio.] μεταφορά eſt à campeſtri certamine. Significat enim exacto vitæ curriculo ad carceres redire. [Re ipſa.] Vſu comperi, & propoſitio eſt. Nihil eſt melius homini & facilitate & clementia. [Id eſſe.] Confirmatio eſt tam à cauſa, quàm à fratris perſona, vbi clementiam Mitionis cum ſua auſteritate per contentionem demonſtratiuam confert. [Ille ſuam.] Hîc eſt vrbanæ vitæ καταγραφή à rebus geſtis, & moribus. Placuit enim vita otioſa, & voluptuaria: & ab habitu animi commendatur, nempe clementia, innocentia, & comitate. [Os lædere.] Id fit cùm moleſtum verbum proferimus, quo ſe læſum teſtatur ipſo vultu, in quem dictum eſt. [Omnes.] Ab euentu laudatur vita vrbana. [Ego.] Per antitheſin in Demea eſt ruſticanæ vitæ καταγραφή, ab habitu animi, quia agreſtis, ἀπανθρωπότος vtpote nullis moribus ciuilibus excultus. [Duxi vxorem.] Hîc ſunt commoda cœlibatus, quem ſi purus fuerit, neque Chriſtiani doctores damnant, & ediuerſo matrimonij incommoda ſunt triplicia, tum ex vxore, tum ex liberis natis, tum ex comparando ipſis filiis victu. [Odium.] Et hîc vitæ ruſticanæ ſunt ſua euenta. [Potitur.] Efficit vt à filiis meis obſeruetur. [Illum amant.] Collatio eſt vtriuſque vitæ per expolitionem, ad quam explicandam & ornādam inſignis accedit traductio. [Illum vt vi.] Pro illi, vt ſit caſuum enallage. [Dando & obſe.] His enim artibus beneuolētia captatur. [Poſteriores.] Redit ad ingenium. Nam quantumuis placatus, ad acerbitatem tamen adſpirat, vt id veriſſimum experiaris, quod vulgò fertur: Naturam expellas furca tamen vſque recurret.

Os lædere.

## IN ACTVS V. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Demea ſubinde ad ingenium recurrit, qui etſi conetur blandus eſſe, animus tamen abhorret.

2 Nihil rectè fit, quod contra naturam fit.

Hîc autem primum eſt affabilitatis & vrbanitatis, nimirum εὐτραπελίας experimentum, & quaſi quadam hypotheſi exercitatio. Blanditur, cùm ait, ô noſter, vt ſit beneuolentiæ conciliatio non ignaua, præſertim cùm fingat ſe de negotiis ſerui eſſe ſollicitum. Deinde eundem antea damnatum commendat. Poſtremò & memorem animum gratúmque illi pollicetur. Eſt autem ſcenula in genere demonſtratiuo.

## IN ACTVS V. SCENAM VI.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

Atque hîc alterum affabilitatis experimentū eſt. Adulando potius comicis videri cupit, non aliter ac in priori ſcena, quæ eiuſdem eſt cum illa generis.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Tu nihil inuita dicas faciéſque Minerua.

2 Dum vitant ſtulti vitia in contraria currunt. Nam dum hic comis & affabilis eſſe affectat, garrulus fit, & adulator.

3 Virtus ea cenſenda eſt, quæ abſoluta χρήσει ἕξει atque κτήσει. Prouidêre.

[Hera.] Soſtratam alloquitur, aliò prouiſurus, id eſt, ad videndum proceſſurus. [Oh qui.] Quàm graue iſti eſt ſeruos ſuo nomine compellare, quod tamen populare & ciuile eſt. [Maximi.] Propoſitio eſt, qua magnifaciundum ſeruum eſſe iubet. [Nam is mihi.] Confirmatione à fidelitate, quæ præcipua eſt in ſeruis virtus, approbat. [Cui dominus.] Ratio confirmationis eſt quia dominum curat. [Et tibi.] A remuneratione. Vide vt ruſticus orator ſemper eadem oberrat chorda, eandémque cantilenam canat. [Paulatim.] Notat morem ambitioſorum & emergere cupientiū; qua de re copioſus eſt Cicero in ſecundo de Legibus.

## IN ACTVS V. SCENAM VII.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO ET ARGVMENTVM.

Tertium eſt comitatis ſimulatæ & nouæ experimentum. Sic enim in diuerſas perſonas eadem diſpergitur. Indignatur autem Aeſchinus nimio apparatu differri nuptias, & mox lepidum patrem atque adeò aſſentatorem agnoſcit.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Parentes lepidi vocantur, dum nimium indulgent, & abblandiuntur.

2 *Amantes mora ſunt impatientiſſimi.*
3 *Adoleſcentibus non ingrata eſt aſſentatio. Nam iuſtam cenſuram non facilè ferunt.*
4 *Senex ex ſeneto adulator fit.*
5 *Amor parentum in liberos ſæpe immodicus eſt.*
6 *Multi ſunt liberales ex alieno marſupio.*

*¶ Sanctas.} Sic ridiculè vocat, cùm puella iam pepererat, niſi quis ſolennes intelligeret, id quod & conſequentia ſatis arguunt, cùm tibicinam & hymenæi cantores, quæ referuntur ad nuptiarũ ſolennes cæremonias, expoſcit. ¶ Tuus her.} Exordium eſt beneuolentiæ, quæ* στοργὴν φυσικὴν *parentum in liberos continet. ¶ Cur non.} Propoſitio eſt de accerſenda vxore, quæ ab vngendo dicta eſt. Nam nouæ nuptæ poſtes adipe inungere ſolebant, ne quid mali magica arte accederet, Plinius viceſimooctauo cap. 9. ¶ Verùm.}* Hymenæus ἀνθυποφορά *eſt difficultatis. Eſt autem Hymenæus aliis nuptiarum deus & præſes. Vel quòd primus Teucris nuptias conſtituerit, vel quòd virgines à prædonibus raptas patriæ reſtituerit. Alius autem eſt* ὑμὴν *membranula virginitatis clauſtrum, quæ & Eugion dicitur, & primo concubitu dirumpitur. Apud Catullum eſt carmen nuptiale. ¶ Miſſa hæc.} A facto confirmatio. Cuncta enim quæ ad nuptiarũ cæremonias conferuntur, in promptu adſunt. Solebant autem tædæ nuptiales nouæ nuptæ præferri, ſicut in problematibus Plutarchus exponit, & eò Terentius reſpexit. ¶ Atq; hanc.}* Maceria. *A modo. Maceria hîc eſt paries demaceratus, ſed M. Varro congeriem lapidum ſine cæmento eſſe dicit. ¶ Iam lepidus.} Mores natura inſitos mutari nõ poſſe docet Demea. ¶ Fratris.} Non placaretur, niſi omnia in Mitionem caderent. ¶ Iube.} A facili, vt parata ſit pecunia. ¶ Dirue.} Vrget* ταυτολογίᾳ *herus, vt pergatur. ¶ Ditibus.} Seruilis adulatio eſt in ominatione. ¶ Multo.} Amplificat ſuum conſilium à commoditate. ¶ Sic ſo.} Iocus eſt de natura non ita mutabili.*

## *IN ACTVS V. SCENAM VIII.*

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Obiter cùm Mitio aduenerat Syro diruenti maceriam, mox Demea & Aeſchinus illi vxorem ducendam eſſe ſuadent, & Hegioni agelli pars donatur, & hîc eſt quartum in Demea experimentum comitatis.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Ineptus eſt, qui præter naturam affabilis eſſe affectat.*
2 *Qualis vxor ſit ducenda ſeni marito.*
3 *Incommoda ſunt matrimonia inter decrepitos.*
4 *Non eſt liberalitas ex alieno marſupio.*
5 *Matrimonia non ſint violenta, ſed vltronea.*
6 *Affinibus & cognatis periclitantibus præcipuè ſuccurrendum eſt.*

*¶ Iubet.} Ad Syrum maceriam diruentem loquitur. ¶ Ego verò.} Perſuaſurus fratri vt Soſtratam vxorem duceret, & apta cõiugij verba ſunt, colere, adiuuare, & adiũgere. ¶ Imò hæ.} Eſt aut* προδιόρθωσις, *cùm proponũtur argumenta quædam ante argumentationis ſummã in cauſa aſpera & parũ accõmodata, aut eſt confirmatio. ¶ Primum huius.} A decoro cùm ſit mater vxoris filij, igitur non eſt repudianda propter viciniorem affinitatis gradum. ¶ Quid poſtea.} Ridens & ſubſannans comitatẽ fratris inſolitã rogando admiratur. ¶ Proba.} Ab habitu animi. Magnæ enim in vxore dotes ſunt probitas & modeſtia. ¶ Natu grandior.} Ab æquali ætate. Eſt enim æqualitas amicitiæ mater iuxta Pythagoram. ¶ Pare.} A facili. Nam cura filiorum deterreri non poteſt. ¶ Sola.} Igitur turbam amicorum comminantium non timeret, & hac ratione multo tolerabilior eſſet. ¶ Hanc te.} Propoſitio eſt, & addit æquitatẽ, cui ex præpoſita confirmatione eſt ratio, quia proba, quia modeſta. ¶ Ineptis.}* ἀπαρνητικὴ *eſt. Negat enim Mitio, & renuit, & non protinus aſtipulari exoptat. ¶ Si tu ſis.} Intelligit opera Aeſchini ita vrgendum eſſe Mitionem, vt non poſſit ſubterfugere, quin vxorem ducat. ¶ Mi pater.} Obteſtatio iucunda eſt per patris appellationem. ¶ Aſine.} Correptio eſt ne Demeam audiat, &* κατὰ συνωνυμίαν *abnegat, cùm dicit deliras, inſanis. ¶ Da veniam.} Hoc loci eſt obſequi, & beneficium præſtare. ¶ Satin' ſanus.} Negationis ratio ab indecoro, ab ætate ſumpta. Erat enim ſexagenario maior et vxor decrepita. ¶ Promiſi.} Vrget filius à promiſſo. Et hîc locus eſt, ne quod matrimonium ſit coactum & violentum. ¶ Prolixè.} Dum tergiuerſatur, ait prolixè. ¶ Etſi hoc.} Victus tandem conſentit & ſuffragatur. ¶ Verùm quid.} Sibi applaudit Demea propter expugnatũ Mitionis animum. ¶ Cognatus.}* συστατικὴ *eſt ab affinitate propter initum cum filia Soſtratæ matrimonium, à neceſſitate, quia pauper, cui benefaciendum eſſet. ¶ Agelli.} A facili, cùm agellum dicit, ne tanti faceret rem tam vulgarẽ. ¶ Locitas.} Locum pro perſona vſurpat. Vult enim dicere, neſcio cui alieno. ¶ Paululum.} Interrogatio eſt abnegantis. ¶ Faciundum.} Ab honeſto, & merito. ¶ Poſtremò.} A iudicato, quod hîc collaudat, vt fratrem ſuum iſthoc impetret & corrigat. ¶ Nunc tu.} Ab æquitate, quæ ſuadet ne refragetur. ¶ Suo ſibi.} Suis ipſius verbis capit.*

## *IN ACTVS V. SCENAM IX.*

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Quintum comitatis & affabilitatis eſt in Demea experimentum. & ſcena hæc manumiſſionem Syri, & Phrygiæ vxoris eius continet, atque damnoſæ largitionis exemplum proponit.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Dignus eſt ſeruus mercede ſua, id eſt, libertate, quam probè meritus eſt.*
2 *Seruorum opera eſt varia, itaq; non ſemper laudabilis.*
3 *Rectè faciunt mariti liberi, vt ſuæ vxores tales quoque ſint.*
4 *Nutricia debentur obſtetricibus & alumnis.*
5 *Subita morum mutatio eſt ſuſpecta.*
6 *Studia adoleſcentum non ſemper ſunt optima, vt qui ſibi parum conſulere poſſunt.*

*¶ Factum.} Syrus Demeæ narrat dirutum eſſe parietem. ¶ Frugi.} Laudatum ornat liberalitate. & hîc eſt propoſitio. ¶ Multa.} Cõfirmatio, & prorſus oratorio more dicitur. Nam cùm non habeat, quod* εἰδικῶς *in Syro prædicet, factum in genere dicit, atq; hæc partim Syrus de ſeipſo, partim de Syro Demea enumerat. ¶ Ego iſtos.} Operam ſuam commẽdat, qua libertatem promeretur propter educationem à teneris vſque vnguiculis. Nam pædagogi officio functus eſt, quod in docendo, admonendo, & præcipiendo tã fideliter, quàm prudenter conſiſtit. ¶ Res ap.}* συστατικῶς *ſtudiũ eius probat, vt ad-*

bat, vt admodum turpis ſic eludit, vt ſerium quiddam agere videatur. Quaſi tria eſſent ſeruilia officia, quorũ vnum eſt obſonare, id eſt, obſonia coëmere, aut certè, ſumptus in obſonia impendere. Alterum eſt in ſcorto adducendo, & fideliter, ne ipſe in itinere idipſum, vt dicitur apud Germanos quoſdam, prælibaret. Vltimum eſt in apparandis conuiuiis. Atque ſic communia ſtudia adoleſcentum, quibus ſerui inſeruiunt, ſubindicat. Hæc autem magnifacit ſed illudendo, & additur epiphonema. ¶Poſtremò.} Quaſi ὑποθέσει de empta Pſaltria confirmat. ¶Alij meliores.} Iocoſa laus & illuſoria, per collationem quandam. Sunt enim, qui diligentius ſuum faciunt officium. Sed tantùm bonus eſt κατὰ τὴν προπάθειαν, hoc eſt, vult & cupit fieri. Illi non tantùm volunt, ſed & ſunt tales. Verùm hoc videri poteſt contortum, potius æquum cauſatur, vt libertate donaretur, & vtile adiungit. Siquidem alij ſerui diligẽtiores futuri ſunt, cùm tanta liberalitate ſuam ſedulitatem penſari intellexerint. Itaque poſtremum videtur argumentum, à deſiderio ſerui, vt qui libertatẽ affectat. ¶Liber eſto.} Peroratio eſt. Solebant ita patroni manumittere, vt prius ter circumactũ curreret, dehinc pileus imponeretur. Poſtremò virga vindictæ, (cuius & Liuius & Perſius meminerunt) percuteretur. Hæc autem manumiſſio à multis adnotata eſt. ¶Omnibus.} Seruus gratum & memorem in benefactorem habet animum, cùm gratitudo beneficiorum non obliuiſcatur. ¶Vtinam.} Voto quodam propter perpetuum, id eſt, ſolidum gaudium proponit, vt vxor quoq; ſit libera. ¶Equidẽ tuo.} Confirmat ab honeſto propter nutricia, videlicet vt nutrice libera ingenuus puer educaretur. Propterea quòd non ſecus ac vis & natura ſeminis eſt ad fingendas animi corporiſq; ſimilitudines, ita lactis proprietas valet. Gellius in 12. cap. 1. Plutarchus in libello de educatione liberorum. ¶Hercle.} Cuncta ſunt Demeæ iocoſa & illuſoria, & in emittendo ἀστεϊσμός eſt. ¶Poſtremò.} Promiſſio eſt ſumptuum pro neceſſitate. ¶Dij tibi.} Elegans eſt & figurata locutio, quã Plautus ad eundem modum antea ſimpliciter extulit. Dij tibi dent quæcũque optas. ¶Præ manu date.} Eſt id, quod vulgo dicũt ante omnia, vel ante manum. Donatus autem hoc loco vim comparandi cenſet, id eſt, dabis paululum quiddam præ his, quæ tibi affluũt, & aſſiduè diffundis. Nos verò enallagen propoſitionum ſtatuemus præ per in exponentes, Plauti authoritate admoniti, qui in Bacchidibus inquit: Reddidi patri omne argẽtũ, quod fuit mihi præ manibus, id eſt, in manibus, aut in promptu, & germanorum eſt phraſis, Etwvas vor die hand geben, dauon er leben mag. Id eſt, aliquid ſuppetere, & ſuppeditare, quo vitam viueret. ¶Iſtoc.} Denegatio δεικτικῶς proferenda, vt floccum aut aliud quippiam ſimile oſtendat. ¶Quid iſtuc.} θαυμαστῶς, id eſt, cum admiratione, quæ eſt propter ſubitam vitæ inſtitutæ mutationem, proferatur. ¶Facilem.} Qui nõ leui de cauſa iraſcitur. ¶Dicam tibi.} Ad finem Demea perſonam, quam ad tempus habuit, ſuam repetit, idque ad œconomiam pertinet. Nam ea re declarat aliam viuendi rationem à perfectis hominibus, aliam ab his, qui ciuilem viuendi rationem ſequuntur, eſſe exigendam. ¶Effundite.} Permiſſio eſt in hac apoſtrophe amarulenta ad filios, qua & præter voluntatem ſe per omnia liberis obſequuturum ſignificat. ¶Tibi pater.} Aeſchinus liberaliter ſe diſciplinæ & curæ paternæ commendat.

Præ manu date.

# IODOCI VVILLICHII SCHOLIA IN HECYRAM.

Τὰ ἠθικὰ totius fabulæ.

1 Socrus ſint beneuolæ in nurus.

2 Nurus ſint verecundæ, ſocrubus non obſtrepentes.

3 Maritus ſit leniſſimus in vxorem, matri tamen ſuæ deditus.

4 Meretrix honeſto matrimonio cedat, ne qua ibidem perturbatio fiat.

## IN PERIOCHAM.

¶Cui quondã.} πρότασις. Hic eſt error præcipui ioci, & huius fabulæ occaſio. ¶Imbrũ.} Inſulam prope Thraciam, vt eſt in nona tabula Europæ Ptolom. Nã ante Thraciam ſita eſt, ſacra Caberis Thracum numinibus & Mercurio, quem Imbrum fortunati vocant, ſicut & Stephanus meminit, & commentaria in Apollonium fuſius explicant. ¶Vt ægrã.} Diſſimulabat illam ferre vterum. ¶Deprehendit.} ἐπίτασις eſt. Nolebat enim ad ſe recipere, etſi moleſtum erat Pamphilo ab ea diuelli. ¶Annulum.} καταστροφὴ eſt, cum vxor recipitur agnita ex annulo. Hic enim ſolus eſt indicio eã vitiatam eſſe à Pamphilo.

Imbrus.

## IN PROLOGVM.

HECYRA.} Prologus eſt συστατικός. Commendatur enim fabula ſpectatoribus, etiamſi ſemel atque iterum exploſa fuerit. & calamitas hîc idem eſt quod Græcis πταῖσμα, videlicet cum exigebatur in ludis ſcenicis. Præcipuè autem ea, quæ attentionis ſunt, hîc obſeruabuntur, quæ paratur in exordio per appellationem ἐπιγραφῆς, per nouitatem, quæ per ἀντισαγωγὴν confirmatur. Quia conatur à ſpectatoribus hoc impetrare, vt beneuolè fabulam audiant, & recipiant mira quadam inuentione. Nam cùm cauſa eſſet aſpera, non aliter animos ſpectatorum ſibi conciliat, atque ſi per cuniculos atque inſidias eos adoriebatur. ¶Hecyra.} Inſinuatio eſt noua quadam inſcriptione. Datur autem fabula, cùm agitur: ſtat, cùm ſpectatores commendant. ¶Nouam.} Antea ſanè conſcripta fuit, ſed per vitium nondum acta. ¶Ita po.} Ratio, quia funambulo populus operam dedit. Subtilis eſt culpæ trãſlatio, qua poëtam ita defendit, vt & populum non offendat: ſiquidem non iudicio exploſam, ſed per temulentiam teſtatur. Quare interueniendi verbum ex augurum diſciplina tranſſumptũ aptè huc quadrat, vbi ſi tonuiſſet, vitium erat, ſi grãdinaſſet, calamitas, authore Cice. 1. de diuinat. ¶Et is qui.} Commendatio poëtæ à cauſæ fiducia, in qua & auaritiæ notam à P. Ro. remouet. ¶Alias cognoſ.} Petitoria eſt propoſitio, & æquitatem cauſatur, vt omnes fabulæ Terentianæ pernoſcantur, & veluti iudicio munit atque confirmat. ¶Exorator.} Hæc agnominatio cauſæ apta eſt. ¶Eodem.} Ab æquo. ¶In his.} Ab exemplo Cæcilij, cui inter comicos Volcatius apud Gellium 15. c. 24. palmam tribuit, comœdiã etiam exoletã denuo cognoſcendam comprobat. Nam Cæcilij fabulæ ſæpe cùm ſint exactæ, nõ debet turpe videri, ſi id Terentio in vna fabula acciderit. ¶Quia ſciebã.} Ab euen-

tu fortunæ ſcenicæ per paronomaſiam. [Eaſdem.] Narratiuncula eſt, quomodo exactas Cæcilij comœdias egerat. [Vt abi.] Cur? vt poëtæ ingenium excitaret. [Ab arte Muſica.] Muſica. Olim Muſicam appellabant omnem liberalem inſtitutionem, & per Muſicos poëtas & ſapientes intelligebant, Cic. 1. Tuſcul. Quintil. in 1. [In præſentia.] Vbi explodebantur Cæcilij fabulæ. [In otio.] Per antitheta figurauit. [Nūc quid petam.] Repetit propoſitionem ad attentionem renouandam. quam vt facilius obtineat, mox fortunam aduerſam, quam antea expertus erat, excuſat. [Per ſilentium.] Cùm auditores attenti linguæ fauent. [Calamitas.] Exploſionem intelligit, ſed ſpectatorum attendentium induſtria ſedatur, ita facilitatis notatione attentionem quærit. [Cum pri.] συναθροισμῷ quinque incommoda, quibus prima comœdiæ huius actio intercepta eſt, congerit. [In experiendo.] Experiar ſecundáne actio felicius ſucceſſura ſit. [Ego interim.] Iterū per turbas exploſa eſt comœdia. [Nunc turba.] Ab opportuno adhortatur, quia otium, quia ſilentium, quia tempus, ὁ καιρός adeſt. [Vobis.] Fauorabiliter hoc dicit, quaſi populus, dum aures & oculos præbet, etiam ſit comœdiæ ornamēto. [Nolite.] ἀξίωσιν ſub finem addit, quam à ſua & poëtæ & aduerſariorū perſona munit. Nec eſt prætereunda tranſlatio, qua ex cauſſa priuata publicam facit. Nam huius comœdiæ defenſionē vniuerſæ arti Muſicæ accommodat. Hîc autem amplitudo Muſicæ iuxta veterum conſuetudinem eſſet obſeruanda. Hîc quoque eſt à perſona ſua & ſtudio cōciliatio beneuolentiæ, non ſine attētionis ratione. [Circumuentum.] Proprium eſt quippiam certo loco, certíſque terminis complecti: metaphoricῶs pro circundare & fallere accipitur. [Mea cauſa.] Peroratio, quia cupit eos linguæ fauere, vt animus poëtæ ad nouas fabulas conſcribendas excitetur, & alacrior reddatur.

## IN ACTVS I. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM ET OCCASIO.

Philotis Corintho peregrè rediēs, diuertit ad Bacchidem ὁμοιότεχνον, vtpote eiuſdem & artis & quæſtus meretricem, vbi querela oritur, quòd Pamphilus Bacchidi fidem datam feſellerat.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Plerunque in amore turpi fides ſoluitur.

2 Iuramenta iſtiuſmodi amatorum fallaciora ſunt.

3 Lenæ ſemper ſui ſimiles ſunt, quippe amatoribus expoliandis & in naſſam pelliciendis.

Cæterùm in Philotide quidem eſt κατηγορική. Inuehitur enim & conqueritur de amatorum infidelitate. In Syra autem παρορμητική. Irritat enim vehementer ad expoliandos amatores. [Per pol.] Iuramento proponit infideles eſſe amatores, & huius ſyllogiſmi maior. [Vel hic.] Minor eſt ab exemplo Pamphili, vt fit in ſyllogiſmo demonſtratiuo. Id enim oratoribus peculiare eſt à theſi exordiri, & ad certam perſonam tanquam ad hypotheſin deſcendere. Iuramētum autem hîc amplificatur tam à frequentia, quàm à religione. [Item duxit.] Eſt veluti intento digito facti non tamē ſine admiratione in complexione demonſtratio. [Ergo collectione vel concluſione tanquam approbatione aliud Syra proponit de fallendis amatoribus, atq; inſigne in verbis hîc eſt incrementum. [Vt in.] ἀνθυποφορά. Eſt'ne amatorum delectus habendus? Nam nō omnes eodem ſunt ingenio. & hæc locutio prouerbiali forma conſtat, à ſacrificantium cōſuetudine ſumpta, qua porcus è grege ad ſacrificium eximebatur. Adſunt & leges Solonis, de victimarum ſtatu. Debebant enim ſacrificia iuxta eaſdem ἄρτια integra, ἄτομα inſecta, μὴ ἔμπηρα immutilata, quæ frequentius ἀφελῆ, id eſt, ſincera dicuntur. Latinis autē eadem locutio vſitata eſt, numero eximere, quod eſt eximium aliquem habere. [Nam nemo.] Eximium habere. Diluit tum à communi amatorum nō ſatis fidelium conſuetudine, tum ab æquitate, qua vrget contra Cretenſes Cretizandum eſſe, & Pythagoræorum ἀντεικπέπονθος exigit. [Tamen eandem.] ἀνθυποφορά altera, videlicet nō ex vno & altero vniuerſos eſſe iudicandos. Veteres autem hac phraſi, iniurium eſt, vtebantur, ſi quid mordicus reprehendendum ſumunt. [Iniurium.] Diluit ab æquitate, de hoſtiū vltione, vt dolus dolum trahat. [Ac qua.] Ad adagium alludit non iniurium eſſe par pari referre. [Eheu.] πάθος meretricū anilium & præſertim lenarum hac in arte experientiſſimarum. Iuniores tamen nondum ſatis compertæ amatoribus aliquanto mitiores, & fideliores videntur.

## IN ACTVS I. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Parmeno argumentum, & fabulæ occaſionem magna ex parte profert. Eſt igitur ſcena hîc ἐπαγγελματική, aut ſi quis mauult, ἀποδεικτική præcipuè.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Serui ordinarij imperioſiores ſunt, quàm decet & conuenit.

2 Dira eſt ſcortorum apud militem ſeruitus.

3 Licentioſæ ſunt meretrices.

4 Meretrices de amore ſuo magis quàm de connubio honeſto ſollicitæ ſunt.

5 Percontantur arcana ſtudioſius meretrices.

6 Seruilis garrulitatis hîc eſt exemplum. Non igitur eſt tutum ſeruis, quod diuulgatum nolimus, credere.

[Senex.] Mandatoria eſt ad ſeruum Scirtum, qui eſt tanquam σκιρτικός, petulcus, ſaltator. Scirtus. Neque tātopere refragor, ſi quis σκίρρον legerit, de ſuæ abitionis cauſſa. [Aduentum.] Qui in Imbrum propter hæreditatem erat profectus. [Audin'.] Iterum repetit, & mandatum dilemmate concludit. [Cauſſa integra,] vt in alio negotio hoc ipſum cauſari poſſet. [Sed video'.] Philotium admiratur, quæ aliquandiu Athenis abfuerat, & hîc caſu offertur, vt narrandi ſit cauſa, & ſalutatione comi beneuolentia cōciliatur. [Minimè.] Narratio de reditu ſuo, cuius occaſio ex ſerui interrogatione ſumpta eſt. & hîc faſtidij atque tædij ſunt cauſſæ, à conditione, quia miles, à moribus, quia idem inhumaniſſimus: à temporis longitudine, quia biennium ferendus erat. Itaque querela eſt Philotidis, qua omnem delectationis fructum à ſe remouet, primum eſt à perſona amatoris, vtpote inhumaniſſimi militis. Deinde à loco, cùm Athenis ſit profecta, poſtea à tempore, quòd biennium eius inhumanitatem pertulerit. Poſtremò à re, id eſt, iniuria, quàm in ſe recepit. [Et tu ædepol.] Video non paucos legere, & te ædepol, vt in ea loquendi figura ſit ſubintelligendum, diligat, vel iuuet. Sicut Petrus Crinitus in 2. c. 6. obſeruauit. Verùm rectius eſt in communibus exemplaribus, & tu ædepol, ſubauditur ſalue,

tur ſalue, quæ ſalutandi vulgaris ratio eſt. ❡Corinthum.} Hodie Corantho. Hæc autem multa ſcorta fouit, ſicut ex Luciani dialogis conſtat, quibus titulus eſt ἑταῖραι, & prouerbium hinc natum eſt. Non eſt cuiuſuis nauigare Corinthū. ❡Non dici poteſt.} Oratoria amplificatione animi ſui affectum declarat. ❡Vóſque viden.} Cauſæ hîc reditus ſunt, viſio, libera colloquia, & vetus conſuetudo. ❡Præfinito.} δεικτικῶς, cuius ſingulare eſt exemplum, vt non niſi certa verba dicat, apud Plautū in Aſinaria, vbi ſyngraphe eſt conſcripta. ❡Finem ſtat.} Exponit quid ſit præfinito loqui iuxta ſyngraphen. ❡Sed quid hoc.} Ad augendam Bacchidis indignitatem ſic orditur Philotis. Eſtque παρασκευὴ ad futurā narrationem per petitionē, quæ hîc dominatur. ❡Nunquam credidi.} Eſt ſcorto παράδοξον, ſcortum relinqui. & hîc decorū meretricis ſeruatur. ❡Habere.} Admiratur, & innuit incertas eſſe nuptias. ❡Ita me.} Fidē ſilentij hîc fingit Philotis præter naturā cùm mulierū, tum ſcortorū, dum quod cupit, de Parmenone audiat. Eſt autē alioqui mulieribus maximum ornamentum ſilentium & taciturnitas, ſicut & Sophocles cecinit: γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Sunt enim pleræque futiles & loquaces. Hic quoq; obteſtatione fidem dat de ſilentio. Itaque occupationis eſt acuta dilutio, nimirum vt in ſilentio gaudeat. Huius loci eſt illud Antiphanis, cui idem eſt mulieri aliquid arcani credere, atque præconibus forenſibus.

Corinthus. — Præfinito loqui. — Finem ſtatuere orationi.

Τί φὴς λαθεῖν ζητοῦντε πρὸς γυναῖκα.
ἐξεῖς τὸ πρᾶγμα, καί τι τοῦτο διαφέρει,
ἢ πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ φράσαι.

❡Nunquam.} ἀντισαγωγὴ eſt propter periculum, ſi diuulgatum fuerit, & ſit alluſio ad pœnam ſeruorum, quorum tergum erat flagellorum & ſtimulorum ſeminarium, & ſeges apud Plautum. ❡Ab noli.} Callidè futilitatis viciſſim damnat Parmenonē, idem conuicium in ſeruum regerens. ❡Ad ingenium.} Scomma eſt egregium, & amarulentum in futilem ſeruum, & iocus hactenus in mutua futilitatis approbatione. ❡Quin pater.} Narratio argumenti partem continens, atque hac de cauſa eſt imperfecta. Tres enim præcipuę circunſtantiæ attenduntur, vt Cur? quia voluit & vrſit pater. Quid, aut factum quod? duxit vxorem compellente patre. Quomodo? ſponſam & nouam nuptam ducere noluit, ſed redditurus: atque ita diſſidij inter cōiuges eſt quædam ὑπέξηγησις. ❡Se ſenem.} Seminaria argumentorum plena narrationi interſeruit, quorum primum eſt à pietate filiorū in patrem, quæ τὸ ἀντιπελαργεῖν exigit, & hinc ſententia naſcitur: FILIVS debet eſſe præſidium ſenectuti paternæ. Hæc enim verba ſeruus μιμητικῶς profert. Ita & Euripides eam eſſe poſſeſſionem pulcherrimam iudicauit, in qua ſunt liberi frugi. Hos enim & in familia ſua relinquunt mortui parentes ceu egregium theſaurum. Itaque Sophocles non alium liberorum vſum agnoſcit, quàm vt parentes enutriant, & foueant, & ſic rogat.

Τί δεῖ πλέον εἶναι παῖδας ἀνθρώποις πάτερ,
Εἰ μὴ πρὶ τοῖς δεινοῖσι ὠφελήσομεν;

Itaque non eſt cum parentibus litigandum, neque vllis rationibus offendendi ſunt parentes, ceu dij quidam. Sic Menander:

Δίκας γραφόμενος πρὸς γονεῖς μαίνη πάλαι
Θεὸς μέγιστος τοῖς φρονοῦσι οἱ γονεῖς.

Ita Plato parentes, & eorum maiores ſenio confectos modò κειμήλια domeſtica eſſe, modò ἄγαλμα, veluti ἐφέστιον ἵδρυμα domi eſſe pronuntiauit. ❡Tunden. Et hîc matrimoniū eſt coactum non voluntarium. ❡Vſque illud.} Quamdiu ſponſaliorū tempus imminebat. ❡Paratas.} Mouetur Pamphilus, cum videat rem ſeriò agi. ❡Credo.} Affectum Pamphili amatoris vel teſtimonio Bacchidis confirmat. ❡Solitudinis.} Id eſt, cum illi licuit eſſe ſolum, & ſine arbitris. ❡Perij.} σχετλιαστικὴ interſeritur oratiūcula, & hîc in propoſitione eſt ex affectu iſthoc ἀναδίπλωσις. Confirmatiuncula eſt ab imprudentia qua ſe in graue malum coniecerat, & ἀδύνατον cauſatur, & concludit, cùm dicit perij miſer, ita σχετλιασμὸς dominatur. ❡At te.} Imprecatio eſt & eius cauſa, odium ſcilicet. ❡Vt ad.} Attentio eſt pro loco breuiſſima præſertim in narratione interrupta. ❡Vxorem.} Summū in Bacchidem amorē hac narrationis parte exponit. ❡Quid ais?} Admirans interrogat. Eſt enim ſcorto παραδοξότατον, adoleſcentem cum virgine concumbere, et nō attingere. Idipſum autem in quæſtionem an ſit, cadit, quam Philotis à circunſtantia loci, perſonarum & ſitus amplificat. ❡Credo.} Nonnihil ſcortilli libidinem notat, & cōfutat ab animo & voluntate cubandi, quæ in Pamphilo deſiderabatur. ❡Séq; ante.} Occupatio eſt, qua quis obiiceret, ſi eam tantopere odit, quare eam duxit vxorem? ❡Sed quam.} Enallage obliquæ narrationis iniecta eſt μιμητικῶς. ❡Quin integram.} ἐπανόρθωσις eſt huius ſententiæ per parentheſin in medium colon iniectam. ❡Hoc ego.} Adhuc eſt μίμησις. Verba enim Pamphili narrat Parmeno, & dilemmate conſtat, aut perferenda eſt vxor, aut reddenda patri. Vtrinq; autem ſuū eſt incommodum. Itaque aliud conſilium intendit, & ſuo modo ratiocinatur. ❡Maligna.} Dum contemnuntur ſcorta ab amatoribus, & maligniora & procaciora redduntur. Huius loci eſt prouerbium, mulier gladium. Siquidem ex contemptu offenditur, etiamſi non lædatur, ſed vilis, & abiecta iudicatur, quid, quòd & ſæpe odium & contemptus naſcatur. Itaque hîc alienum dicit, cùm & oculorum & aurium ab iis quæ dicit & facit, auerſio, tanquam indigna ſit vel videri vel audiri, et ſic comitantur irriſio, ſubſannatio, deluſio, maximè cum altera ſit gratior, ſicut hîc disiunctionis cauſam maximam eſſe cenſuit, cùm animum ad alterā applicuerat. ❡Poſtquam.} Hîc ſingulare eſt remedium, vt ab amore meretricum mariti non per Xantippen, ſed per Eulaliam, cuius mores hîc deſcribuntur, commodè reuocentur. Collatione autem ingenium Philumenæ depingit, exemplum honeſtæ & commodæ matronæ proponens. Porrò ἀνταπόδοσιν alterius collationis de Bacchide inchoatam reliquit. Nam incommodum erat apud meretricem mores meretricum inſectari. Dotes autem honeſtæ vxoris hîc quatuor numerantur, quarum prima eſt liberalitas ingenij, quæ omnem fucum & dolum excludit. Hæc enim candorem & veritatem adamat, & expoſcit. Refert & eadem ad verā & iuſtam prædicationē, quæ liberalis fuit non ſeruilis. Altera eſt pudor. Quare Demades pudorem in muliere τοῦ κάλλους ἀκρόπολιν, hoc eſt, arcem pulchritudinis & formæ eſſe dicebat. Sic & Crates dicere ſolitus erat ornamentum eſſe id quod ornat, ornat autem quod honeſtiorem mulierem reddit. Reddit autem non aurum, non ſmaragdus, non coccus, tum mulie- ἀλλ' ὅσα σεμνότητος εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησιν, hoc bre. eſt, hæc mulierum ornamenta ſunt, quæ per ſe grauitatem, moderationem & pudorem ferunt. Tertia eſt modeſtia, quæ eſt σωφροσύνη, & ad voluptates & ad veſtitum refertur, & vtrobique moderationem ſtatuit. Laudanda igitur eſt

Solitudo. — Mulier gladium. — Dotes vxoris honeſtæ. — Ornamen-

Phocionis vxor rogata,cur non ornatum aureum geſtaret? reſpondit pro ornamēto ſibi virtutem mariti ſufficere. Statuunt autem Græci τὸ μὲν ὅλον ἀγαθὴν δεῖ ἦμεν καὶ κοσμίαν. Sed paulò pòſt ſubdūt γυναικὸς δὲ μάλιστα ἀρετὰ σωφροσύνα. Rationémq; non reticent. Hæc enim ſit, vt maritum colant, & adament. Quarta eſt patientia qua mariti iniurias perfert,& eiuſdem contumelias non traducit,ſed tegit. Eius enim eſt, marito morem gerere, & non imperare, ſed obedire,& multa incommoda diſsimulare. Quamobrem Iamblichus ſcriptum reliquit. In hoc enim conueniunt,vt mas imperet,mulier obediat. Eſt autem imperij genus, non quale dominorum eſt,vbi ſuperioris vtilitas curatur,nec quale artium,vbi inferioris tantùm cura eſt:ſed ſimile ciuili,in quo communis vtilitas ex æquo promouetur. Quinta eſt paritas coniugij,& Græcis per tranſlationem aptiſsimam συζυγία dicta, ea tum ad morum ſimilitudinem tanquam amicitiæ matrem, tum ad ætatem, fortunæ & conditionis refertur. Eſt enim laborum domeſticorum & fortunarum ſocia. His ſanè virtutibus vxorum mariti moroſi & alieni, mitiores & manſuetiores redduntur officij ſui amantiſsimi. ¶Paulatim.} Idē eſt Ouidio de remedio amoris conſiliū. ¶Huic.} Enallage pro in hanc. ¶Extrudit.} Aptum eſt verbum importunitati. Commeare. ¶Commea.} Iuxta Donatum eſt abeſſe inde vbi te adeſſe oportet. Sext. autem Pompeius idem eſſe obſeruat, quod remeare vltro citróq; ire. Sic Cicero ad Atticum, Crebrò enim illius literæ ab aliis ad nos commeant. id eſt, redeunt,& redduntur. ¶Quid adhuc.} ἀνθυποφορά eſt. Parmeno antea dixit nuptias non eſſe ſatis firmas. ¶Miris modis.} Error Parmenonis hîc declaratur. Nam non ideo quia odiſſet Soſtratam,ſed quia timebat ne deprehenderetur vterū ferre, ædes abſentis mariti reliquit. Eſt autē παρασκευή ad ſenilem errorem Lachis, qui & arbitrabatur nurum per Soſtratæ moroſitatem eiectam eſſe. ¶Neque lites.} Summæ concordiæ,& altiſsimæ pacis eſt notatio. ¶Videre} Auerſantis eſt εἰκών. ¶Iterum iubet.} Artificioſè cauſam odij fingit ſeruum ignorare. Nam illa prodita, omnis erroris occaſio remoueretur. ¶Admiſit.} Suſpitionis eſt argumentum probabile,& vultuoſè pronuntiandum. ¶Nondum etiam.} Attentiores reddit argumento nōdum abſoluto. Quare adhuc ſuſpenſo animo ſpectatores adſunt. ¶Et quidem ego.} Cauſa eſt, cur non amplius in hac comœdia Philotis audiatur & adſit. ¶Iter.} Videlicet ad portum.

## IN ACTVS II. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Altercatio eſt viri cum vxore ex errore nata. Nam odio & iniuriis Philumenam excluſam Laches ſuſpicatur,& hîc de ſtatu totius comœdiæ agitur. In viro quidem eſt κατηγορική, in vxore autem ἀπολογητική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Vniuerſis mulieribus idem eſt ingenium, eadémque malitia. Et eò reſpexit Menander.

Ὅπου γυναῖκές εἰσι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Idem cecinit & Sophocles:

Κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔσται ποτὲ
Γυναικὸς εἴ τι πῆμα γίνεται βροτοῖς.

Hæ & aliæ id genus ſententiæ ſuo loco, vt rhetores docent, ſunt aptiſsimæ.

2 Magna eſt patriſfamiliâs & ruri,& domi ratio,& cura.

3 Socrus ferè nurus ſuas odiſſe ſolent.

4 Vxoris eſt, familiam bene curare ὡς οἰκουρεῖν, ſicut mariti victum ruri cōparare. Huius loci eſt nota hieroglyphica, vt maritus intra ædes ſpectat, & vxor foras ad maritum. Eſt autem in ſtatu coniecturali: an Philumena propter ſocrum Soſtratam abierat. Laches verò conſtanter affirmat,& ſatis turbulentus confirmat. ¶Proh Deûm.} Exordium eſt παθητικόν per exclamationem & repetitionem,& congerie amplificatur, locóque communi conſtat de mulierū ingenio & moribus,& in tribus primis verſibus eſt theſis, in reliquis hypotheſis. ¶Coniuratio} ἔμφασις ſocietatis eſt, & confœderationis mulierum, ſicut ſocij aliis ſunt cōiurati. ¶Declinatam.} Receſsiſſe. Prouerbium id approbat Germanicum. Sie ſeind auff einen leiſt gemacht. aut, Es iſt eine vvie die ander, aut frequentius ſic dicitur, Es iſt eine manir. Et Euripides Medea ſic habet.

Γυναῖκες εἰς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

¶Itaque hîc.} Hic eſt ſcopus & materia huius dramatis. ¶Viris eſſe aduerſas.} Simonides ingenia diuerſa mulierum imaginibus decem à brutis, quorum mores referunt, ſumptis, expreſſit. Sed Soſtratā maritus ex cane à Deo formatam arbitratur. Formauit enim deus alias ex ſue, alias ex vulpe, alias ex cane, alias ex terra, alias ex mari, alias ex doſſuario aſino, alias ex muſtela, alias ex equo, alias ex ſimia, alias ex apicula, quæ poſtrema omnium optima meritò, ſi quis apicularum ingenium attenderit, cenſenda eſt. Poſt hæc non aliter ac Laches, colligit poëta idem:

Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησε κακὸν
Γυναῖκας ἤν τι καὶ δοκῶσιν ὠφελεῖν
Ἔχοντι τῷ μάλιστα γίνεται κακὸν, &c.

Hæc ſanè cuncta, ſicut & ſuperiora, ſuo loco & tēpore quadrare poſſunt. ¶In eo.} id eſt ſimilibus vitiis laborant,& ſunt improbitate pares. Sie haben einē meiſter gehabt. Quibus enim erat communis præceptor, ingenio & moribus conueniunt, cui ſuffragatur & hic ſenarius:

Γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲ διαφέρει.

Hoc eſt: Fœmina nil à fœmina vnquā diſcrepat. Et obiter alludit ad ſcholam τῆς γυναικοκρατίας, in qua eſt magiſtra, ſunt diſcipulæ ad malitiam informandæ, perinde ac ſi mulieres πονηραί eſſent. Me miſeram.} Non defendit crimen Soſtrata, quod ne agnoſcit quidem. ¶Hem tu neſcis.} Interrogatio eſt nimis amarulenta. ¶Non ita me.} Et iure iurando & voto de longiori vita coniunctione, non tam ipſi blanditur, quàm iratum maritum reprimit. ¶Dij mala.} Abominatio eſt, qua ſignificat fore iacturam facilem & tolerabilem, etiamſi vxor morte eripiatur. Diuerſum ſentit Admetus Alceſtide mortua, inquiens.

Τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον, ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου.

¶Méque abs te.} Inficiatio eſt, quæ ſe innocentiæ fiducia freta purgat, dicens breui fore, vt maritus innocētiam ſuam reſciſcat. ¶Te immeritò?} Repetitio eſt εἰρωνική,& iam crimen intendit, atque ita accuſat, obſcurius tamen. Latet enim adhuc propoſitio, quæ paulò pòſt perſpicua erit. Et eſt hîc exaggeratio per diſtributionem, ex vno crimine multa faciens, nata ex perſonarum circunſtantiis & incommodis atque effectibus importunitatis atque moroſitatis vxoris. Egóne.} Inficiatur interrogando. ¶Mulier.} A ſexu vxori conuitium facit. ¶An quia.} Per anthypophoran remouet ſuſpicionis occaſionem, ne videatur falsò & ignarus rerum ob abſen-

*ob abſentiam ipſam obiurgare. Diligẽtis eſt ſenis & patrisfamiliâs ſolliciti, etiã ruri inquirere quæ domi rectè vel prauè gerantur. Fama velox malum ſubitò familiæ peccata ad dominos defert. ¶ Iampridem. } Nunc dilucidè proponit. quæ enim hactenus dicta ſunt, ad exaggerandam cauſam conſultò in hunc vſque locum præpoſuit. ¶ Minimèque adeò. } Confirmatio cum remotione admirationis, & amplificatione odij, eſt & inopinatum cum eiectionis comminatione. ¶ At vide. } Amplificat ab indignitate & meritis ſuis in eam & totam domum. Narrat ſuos labores & moleſtias quas ſuſtineat earum cauſa, vt neglecti officij eam vehementius accuſet. Creſcit oratio à loco, à cauſa finali, à duritie laboris, ab ætate, & voluntario ſtudio. ¶ Non te pro. } Ego veſtri cauſa quiduis facio & patior. Ergo & te decebat cauere ne mihi ægrè faceres. Vehemẽtior eſt oratio interrogatione. ¶ Non mea ope. } Defendit ſe inficiatione. ¶ Imò maximè. } Confirmat eius excuſationem inuertens. Imò tu es in culpa. Confirmatio eſt à numero. Sola adfuiſti. Ergo nulla alia potuit ei moleſta eſſe, à loco & officio muliebri. Curare debet materfamiliâs diligenter quę domi ſunt curãda. A facili, quia rerum externarum cura non impeditur. ¶ Cum puella. } Facti eius inuidiam antitheſi ætatum acerbè exaggerat. ¶ Illius dices. } ἀνθυποφορά negat cauſas abitionis in Pamphilum reiici poſſe. ¶ Gaudeo. } Redit ad ſe ſenex, gaudet de filio, vxorẽ negligit, de cuius æſtimatione nihil poſſit adimi, quòd deterior ſit & improbior, quàm poſthac fieri poſſit. Prouerbij vim hæc locutio habet. ¶ Qui ſcis. } Purgat ſe coniectura, deriuans cauſam modeſtè in adſimulationem nurus, vt apud matrem frequentius eſſet. ¶ Quid ais? non. } Refutat coniecturam à teſtimonio pridiani facti. ¶ Enim laſſam. } Confirmat purgationem à cauſa, cur nõ ſit admiſſa. Eſt autem in particula rationali enim archaiſmus, quæ natura poſtponi ſolet, hîc autem præponitur. Simile eſt apud Plautum. Enim cognoui nunc. ¶ Nam veſtrarum. } Omiſſa obiurgatione redit ad locum communem vnde digreſſus eſt, & iterum de mulierum communi vitio conquerens, concludit.*

*Enim præpoſitum.*

## IN ACTVS II. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Nimia lenitas & facilitas patrum in ſuos non parum obeſt.*

2 *Patris eſt poteſtas, vt ſuos pro arbitratu cogat.*

3 *Non celando ſed proferẽdo peccato diſſidium tollitur.*

4 *Maritus vxorem tanquam partem ſui magnifacit.*

5 *Lenitas patris liberos apud ſe retinet.*

*Exemplum paternæ indulgentiæ in Phidippo proponitur. Tota ſcena eſt expoſtulatoria, ſed modeſtior. Nam Laches accuſat Phidippum quòd filiam domi retinuerit, & apud generũ non reliquerit. ¶ Etſi ſcio. } Loquitur hîc ad Philumenam, ſignificans ſe eius diſceſſionem ab ædibus mariti ægrè ferre. Vtitur argumento à iure patriò in liberos, relaxat tamen hoc ob animum paternum, id eſt, clementem, benignum & indulgentem, vt eius voluntati licet temerariæ aliquid largiatur. Etſi autẽ libidinis vocabulum hîc in bonã partem accipitur, tamen oſtendit ſubaccuſari inobedientiã filiæ. Eſt autem libido ſecundum Ciceronem 4. Tuſcul. voluntas temerè ſuſcepta. Eſt Chryſippo, vt Laërtius refert, ἐπιθυμία ὄρεξις ἄλογος. ¶ Phidippe, etſi. } Propoſitio eſt expoſtulationis egregiæ, tẽperatæ & modeſtæ. Sententia eſt. Tu mihi videris nimium indulgere filiæ. Sumpta eſt ex theſi de nimiæ facilitatis in liberos incommodo. Habens autem rationem ſoceri ſenioris ne eum grauius offendat, ſic contemperat propoſitionem, à ſua perſona, & more tractandi liberos. Indulgeo & ego quidẽ aliquid liberis, ſed non tantũ vt inde deteriores efficiantur. Idem ſi & tu faceres, res & tuæ & noſtræ eſſent ſaluæ. Eſt'que ab vtili argumentum intertextum. Mox addit Minorem, ſed tu non facis. Mulieres enim tibi dominantur, ac tu quod ipſis placet facere cogeris tanquã γυναικοκρατούμενος. ¶ Eia verò. } Blandè accuſationem quam intendit mitigat. ¶ Haud ita. } Increpat eum per dilemma, aut retines eam ob peccatum noſtrum, aut quòd ægrotat. Si propter noſtrum peccatum, erras, qui nobis, vt amicum decet, hoc non exponis, vt vel hoc negando refellamus, vel purgando defendamus. Hæc enim eſt recta ſedandi diſſidij & gratiæ reconciliandæ ratio, in amicitia etiam neceſſaria. Si autem ob morbum abeſt, itidem peccas, qui non putes eam à nobis æquè diligenter curari poſſe atque à te. His adimit Phidippo excuſandi cauſas, cur apud ſe ipſam ferat. ¶ Atque ita. } Confirmat cum iureiurando per occupationem, à ſuo in ipſam affectu & animo, Quia mihi æquè chara eſt atque tibi licet patri. Plerunque fit, vt ſoceri nurus ſuas eodem amore quo filias complectantur. ¶ Id'que adeò. } Ratio à perſona filij & affectione eiuſdem in eam. Nam filius æquè eam atque ſeipſum amat. Officium eſt mariti, iuxta D. Pauli præceptum: Viri diligant ſuas vxores vt ſua ipſorum corpora. Qui vxorẽ diligit, ſeipſum diligit. Eſt autem magnifacere verbũ probatæ monetæ etiam Plinio vſurpatũ, licet illud quidam è pomerio Latinæ linguæ proſcribere conentur. Græcis μεγαλοποιεῖν eſſet. ¶ Neque adeò. } A dolore filij ſi hoc reſciuerit, fictio. Eò autem videtur hanc obiurgatiunculã inſtituere, vt ante Pamphili reditum Philumena recipiat ſe ad ædes ſuas. ¶ Laches &. } Purgat ſe nunc & remouet crimen, primùm laudatione voluntatis & diligentiæ eius, ne videatur eam ſuſpectã habere. Deinde à ſuo ſtudio remittendi eam, ſi poſſit. Subindicat igitur id per ſe non ſtare, ſed quandam aliam ſubeſſe cauſam. ¶ Ehò, nunquidnam. } Inquirit cauſam, quaſi aurem prope admouens, & cum geſticulatione & vocis ſubmiſſione arcanam rimatur. Geſtus hîc in Ehò, exprimi videtur. Solent etiam nonnunquam nouæ nuptæ ſuorũ maritorũ vitia ad parentes referre. ¶ Minimè. } A confeſſione ipſius, & ſuo cogendi ſtudio. Diſſimulat tamen cauſam veram. ¶ Ego ſum. } Fatetur ſuam nimiam lenitatem, & fauorabiliter concedit ſe non vacare vitio. ¶ Heus Soſtrata. } Suſpicatur culpam in Soſtrata hærere, & quaſi minatur ei. ¶ Certũmne. } Quod non velit prius redire, quàm Pamphilus reuertatur.*

*Libido.*

## IN ACTVS II. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Moderatioris ingenij anus eſt non debacchãs in virum,* vvie ein alter teufel.

2 *Nonnulla mulieres pernicioſæ ac prauæ ſunt in cauſa cur omnes ad vnam ſic iudicentur.*

3 *Peruerſitas mulierum non eſt facilis expurgatu.*

*In Soſtrata eſt exemplum anus compoſitis & commodis moribus, quæ apud ſe conqueritur ſe præter meritum accu-*

*ſati à marito, ac ſuam innocentiam exponens, ſe defendit & purgat.* ❲*Aedepol.*❳ *Querela eſt de maritorum iniquitate, quibus eſt* καθολικὸν, *vix alioqui* μερικόν. *Non enim ſtatim ſimpliciter pronuntiandum eſt omne genus mulierum eſſe malitioſum, etiamſi quædam eiuſmodi fuerint. Extant apud authores paßim multa in mulieres dicta, quæ omnino* καθολικὰ *non ſunt: ſed hinc exponi poſſunt. Vnde illud Homeri:*

Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

*Et Orphei.*

Ὡς οὐ κύντερον καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός.

*Et Hippolitus apud Euripidem exclamat.*

Ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν,
Γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας.
Τούτῳ δὲ δῆλον ὡς γυνὴ κακὸν μέγα.

*Idem de omnibus Medea apud eundem fatetur.*

Ἀλλ᾽ ἐσμὲν οἷον ἐσμεν, οὐκ ἐρῶ κακὸν γυναῖκες.

*Eſt autem propoſitio. Non omnes mulieres ſunt malæ, nec omnes odio habent nurus, licet quædam tales ſint. Oſtendi-*
Horiſmus. *tur autem horum dictorum in mulieres fons & origo per* ὁρισμὸν, *quem vulgò limitationem appellant.* ❲*Nam ita.*❳ *Confirmat, & ſe ſimul purgat, à ſuo ipſius exemplo. Se eſſe illam quæ præter meritum accuſetur, cùm nihil commiſerit vnquam in virum, vel ipſam nurum.* ❲*Sed non.*❳ ἀνθυποφορά *cur ſe non expurget. Quia viris ſtat eadem ſententia & perpetua de iniquitate ſocruum in nurus.* ❲*Haud pol.*❳ *Seipſam excipit, hoc itaque dicterium non eſt perpetuum.* ❲*Nam nunquam.*❳ ἀπολογία *à ſuo vehementi in illam amore per collationem.*

## IN ACTVS III. SCENAM I. ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Nulla calamitas ſola.*
2 *Mala ignota rectius tolerantur.*
3 *Contrà, cognita citius expediuntur.*
4 *Etiam iniquiores parentes ferendi ſunt.*
5 *Maritus magis obnoxius fit vxori moderatæ.*
6 *Euentus irarum non eſt ex æquo magnus.*
7 *Iracundi vel inimiciſſimi non ſemper irati ſunt.*
8 *Mulieres propter animum infirmum citius iraſcuntur.*
9 *In medio impetu amatores conſolationẽ non admittũt.*

### ARGVMENTVM.

*Pamphilus reuerſus ex Imbro vbi reſciuit vxorẽ ſocru relicta ad matrem abiiſſe, deplorat ſuam in amore infelicitatem. Eſtque ſcena* σχετλιαστική. *Sed ſeruus ipſum conſolatur, vbi eſt* παραμυθητική. *Atque hîc eſt in protaſi periculum.* ❲Nemini ego.❳ *Exordium eſt* παθητικόν. *Proponit autem per contentionem. Ego ſum in amore omnium miſerrimus.* ❲*Heu me.*❳ *In exclamationem erumpit non ſine decoro.* ❲*Hanccine.*❳ *Indignatur ſe in profectione tantam vitæ curam egiſſe, cum ſatius fuiſſet mari perire, quàm hanc infelicitatem experiri. Eſt autem Comicum hoc. Nam ſi dixiſſet, vtinã mari periiſſem, fuiſſet* τραγικότερον. ❲*Haccine.*❳ *Sibi ipſi acerbè illudit, quòd tantopere properarit, & redire cupierit domum.* ❲*Cui quanto.*❳ *A maiori vtilitate, ſi nõ fuiſſet domũ reuerſus. Non enim reſciuiſſet ſuum malum.* ❲Nam vos.❳ *Confirmatio rationis ex ſententia calamitoſis ſatis apta. Quia mala dum ignorãtur, licet inſtant, nihil offendunt animum: & hoc tempus quo ignorauimus malum noſtrum, in lucro poni ſolet. Quod Stratoclis inſignis Athenienſium oratoris dictũ comprobat. Qui cùm nuntiaſſet ſenatui populum deuictum eſſe, idque factum populus ægrè tuliſſet, fertur reſpondiſſe: O ciues vobis ego iniurius nõ ſum, qui bidui triſtitiam me authore lucrifeciſtis. Vt cõmemorat alibi Politianus.* ❲*At ſic citius.*❳ *Hîc* βίαιον *eſt artificioſum in cõſolatione afflicti. Pamphilus enim* ἐνθυμηματικῶς *argumentatus eſt. Sua mala ignorare bonum eſt, Ergo ea citò noſſe malum. Retorquet ſeruus, Suis quenque ſuccurrere vtile eſt, Igitur te tua cognouiſſe mala quàm plurimũ proderit. Confirmat autem hoc enthymema ſex argumẽtis congerie quadam collectis, quibus vtilitatem citò cognitorum & facilitatem medendi illis malis recitat. Primum, vt ſe citò malis cognitis expediat, iuxta illud poëtæ:*

*Principiis obſta ſerò medicina paratur.*

*Alterum, ob irarum mitigationem ex reditu & præſentia eius. Tertium, quia præſens rem penitus cognoſces. Quartum, propter tempeſtiuam iræ expeditionem. Quintum, ad reſtitutionẽ in gratiam. Sextum continet rei, qua excruciatur* ταπείνωσιν. ❲*Quid me cõſo.*❳ *Homo afflictus & amator conſolationem nõ admittit, eáque magis angitur, quàm miteſcat. Eſtque exemplũ beneuolentiæ intempeſtiuæ. Sit hæc propoſitio: Non eſt quòd me conſoleris.* ❲*An quicquam.*❳ *Ratio qua repetitur prior propoſitio. Quia miſerrimus ſum.* ❲*Priuſquã.*❳ *Confirmatio rationis per narrationẽ, qua exponit, ſe & prius ante ductã vxorem, cum animũ alieno amori haberet deditum, miſerrimũ fuiſſe, & nunc etiã vxore ducta non minus infelicẽ eſſe. Narrat itaque & negotium ſuũ de amore & matrimonio, & quãto in dolore animi ſit, circũſtantiis declarat à tẽpore præterito, cùm amaret Bacchidem. Vnde ille apud Euripidẽ exclamat,* βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα. *A tempore præſenti, quòd vxorem inuitus duxerit, & difficulter ſe illi totũ dare, meretrice relicta potuerit. Ad extremum à futuro. Veretur futurum, ne etiã ab hac, quam vix amare incœperit, abſtrahatur. amplificat autem à perſona matris & vxoris, quarum aliquam in culpa eſſe ſuſpicatur. Ita ex omnibus temporis partibus ſe & fuiſſe, & eſſe, & futurum eſſe miſerum oſtendit.* ❲*Quod cùm ita.*❳ *Epilogus de ſua miſeria cũ principalis propoſitionis repetitione.* ❲*Nam matris.*❳ *Ratio biceps eſt, tam à matris perſona, cui ex pietate repugnare nõ debet, quàm à meritis vxoris. Hîc eſt ratio honeſti & decori.* ❲*Sed magnũ.*❳ *Dubitans ſuſpicatur grauẽ eſſe diſsidii & iræ cauſam. Vtrúnque cõiectura ab iræ duratione longa.* ❲*Haud quidem.*❳ *Conſolatur per cauſarũ extenuationẽ, cuius vis ex cõiectura pẽdet. & ſtatuitur hîc propoſitio per conceßionẽ. Fatetur quidem magnã fuiſſe, ſed ut ſint magnæ ſæpe iræ, ita nõ magnę iniuriæ.* ❲*Nã ſæpe.*❳ *Confirmatio ab euentu frequẽtiori. Multi ſunt iracũdi, irati au-* Iracundus.
*tem non itẽ. Hi enim cauſa, vt iniuria, quę offertur, laceßi-* Iratus.
*ti iraſcuntur: Illi verò nunquam laceßiti, ſed morbi vitio iracũdia feruent. Nam* ὀργιλότης *vnde* ὀργίλος, & ἕξις *vitioſa & κακία, eſt* ὑπερβολὴ τῆς πραότητος, ὀργὴ *verò eſt* πάθος. *Quod Plutarchus eruditè docet, cùm inquit:* ἡ μὲν οὖν συνέχεια τῆς ὀργῆς, καὶ τὸ προσκρούειν πολλάκις, ἕξιν ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ, ἣ ὀργιλότητα καλοῦσι, εἰς ἀκροχολίαν καὶ πικρίαν καὶ δυσκολίαν τελευτῶσαν. *Eſt igitur* ὀργὴ *affectus ſubitus. &* ὀργιζόμενοι *facilè abiiciunt irã, ſæpe tamẽ ita cõmouentur, vt extra ſe ire dicãtur. Vnde & iræ nomẽ eſt.* ὀργιλότης *verò eſt habitus du-*
*rabilis. Sicut* μέθυσος *ebrioſus et* μεθύων *ebrius. Cicero iracũ-* Iracundia.
*diã vocãs vlciſcendi libidinẽ, irã intelligere videtur, quę eſt*

τιμωρείας

*τιμωρίας ἐπιθυμία. Sunt & Ariſtoteli ὀργίλοι qui celeriter commouentur & vehemẽtius quàm oportet. Sunt ἀκρόχολοι extremæ bilis homines & nimium præcipites. Sunt πικροί, qui ægrè placantur, & diu ſunt acerbi. Sunt & χαλεποί, qui grauiter etiam propter quæ non oportet iraſcuntur, & non prius placantur, quàm vltio atque animaduerſio ſit conſecuta. Diſplicet etiam Cice. in offic. iracundiam à Peripateticis laudari, & dici eam à natura vtiliter datam eſſe. ¶Pueri inter.§ Ab ingenio mulierum per ſimilitudinem à puerorum natura deſumptam. Vt pueri, ita & fœminæ ſæpe de leuibus cauſis rixantur. Rationẽ addit per ὑπόκρισιν, & contentionem figuratam. Quia animum, qui eſt Ciceroni domina & regina appetitus, imbecillum habent, vt appetitum ſibi ſubiicere non poſſunt. Ideo D. Petrus fœminam σκεῦος ἀσθενέστερον appellat. Et pulchrè Propertius:*

Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
    Nec folia hyberno tam tremefacta noto,
Quàm citò fœminea non conſtat fœdus in ira,
    Siue ea cauſa grauis, ſiue ea cauſa leuis.

*Et idem:* Nulla diu fœmina pondus habet.

*Fatetur & Ariſtotel. in problem. pueros imbecilliores eſſe, & iræ deditos. Fatetur & Xenophon in* 1. *παιδείας. Pueros multum negotij magiſtris faceſſere rixis ſuis.* οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν διατελοῦσι τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὐτοῖς. γίγνεται γὰρ δὴ καὶ παισὶ πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἀνδράσιν ἐγκλήματα, καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ ἄλλων οἵων δὴ εἰκός. *Ideo & ipſorum amicitia inſtabilis atque infirma eſſe ſolet, Ariſtotele teſte in Ethicis. ¶Fortaſſe.§ Dubio cauſam eleuat, quaſi vix vlla eſſet memoratu digna. Et eſt concluſio iſtius argumentationis. ¶Abi Parme.§ παρασκευὴ ad ἐπίτασιν. Hac enim occaſione partus Philumenæ prodetur. ¶Trepidari.§ Omnia diligentiſſimè curari.* Notatio *eſt obſtetricantium mulierum circa partum. ¶Prò Iuppiter.§ Exaudiens clamorem parturientis, exclamat præ dolore. ¶Tace obſecro.§ Vox matris eſt intra ſcenam parturientem filiam conſolantis & iubentis tacere, ne exaudiatur. Quàm ſint matres blandæ parturiẽtibus filiabus, his verbis Alceſtis Euripidis filiam alloquens docet.*

Οὐ γάρ σε μήτηρ οὔτε νυμφεύσει ποτέ
Οὔτ' ἐν τόκοισι σοῖσι θαρσυνεῖ, τέκνον
Παροῦσ', ἵνα οὐδὲν μητρὸς εὐμενέστερον.

Viſa. *¶Viſa eſt.§ Etiam ea viſa dicuntur, quæ ſenſibus quibuſcunque percipiuntur. ¶*Nullus.*§Ex clamore puerperæ perterrefactus conqueritur ſe nullum eſſe. ¶Quia perij.§ Ratio* τῆς οὐδενίας. *Eſt petitio principij.* Non *ſatisfacit hæc ratio ſeruo, ideo pergit quærere. ¶*Neſcio.*§ Rationis confirmatio. Quia forſan magnum malum accidit. ¶Vxorem.§ Hoc reſponſo dubium animum adhuc magis dubium & ſollicitum reddit. ¶Interij.§ Epilogus iſtius querelæ. Et cũ increpatione quærit. ¶Quia non.§ Excuſat ſe per ἀδύνατον. ¶Quonam modo.§* παθητικῶς *per* ἀποστροφὴν *ad abſentem vxorẽ affe-*

Affectus. *ctam, id eſt, infirmam & ægrotam, vel etiam vitiatam. Ac pulchrè amatoriam ſollicitudinem exprimit. ¶*Non *vſus.§ Expurgat ſe, loquens ſecum digreſſo hero, cur non ingrediatur in ædes. Et eſt propoſitio. ¶*Nam *inuiſos.§ Confirmatio ab vtili. Quia ipſis odioſi ſumus. ¶Heri.§ Ab euentu & exemplo Soſtratæ confirmat. ¶Si fortè.§ Ratio acuta. Ab incommodo futuro, ne in ſe & in heram Soſtratam cauſa morbi, ſi accreuiſſet, reiiciatur, & cum vtroq; peſſimè agatur. Cuius hîc eſt effictio.*

## *IN ACTVS III. SCENAM II.*

ANNOTATIONES.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Vocandi ſunt dij præſides rebus periclitantibus.*
2 *Fugiat eum cui quis odio eſt.*
3 *Læto nuntio curæ ex corde excedunt.*
4 *Tutius eſt coniuges ſolos ſibi adeſſe, quorũ conſilia ſunt communia.*
5 *Prudentis eſt pericula poſſe diſſimulare.*

ARGVMENTVM.

*Soſtratam volentẽ viſere nurum ſeruus abſterret, & diſſuadet ne eat. In genere deliberatiuo eſt* ἀποτρεπτική, *filius quoque redux excipitur à matre, quã prudenter celat vxoris partum, eſtque* κρυπτική. *¶*Neſcio quid.*§ Soſtrata* ἐνθυμηματικῶς *ratiocinatur à ſigno. Tumultus in ædibus audio, Ergo vereor ne morbus aggraueſcat.* Nam *apud parturientes ita fieri conſueuit, vt alij clament, alij plorent, alij ad officia vocent.* Hoc *autem ſuſpicatur & colligit planè* παθητικῶς. *Commodo etiam verbo vtitur, quo morbi augmentum notatur.* Nam *morbus aggraueſcit,* vvan ſie ie lenger ie ſchvverer vvird. *Et hæc eſt cauſa impulſiua, cur eat. Laborat in hoc poëta, vt nobis bonã ſocrum depingat. ¶Quod te Aeſcu.§ Precatur deos qui ſanitatem conferunt, morbóſq; depellunt, vt laboranti adſint. Aeſculapius enim Apollinis & Corônidis filius ſcribitur medicinæ præſes fuiſſe, & multa valetudini mortalium vtilia inueniſſe, ideóq; in deorum numerũ relatum eſſe, dictus* παρὰ τὸ τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν, *hoc eſt, ab eo, quòd quæ morborũ aſpera ſunt, mitia faciat, hinc &* ἠπιοδότης, *id eſt, mitis dator, & à medendi peritia* ἰατρὸς *&* ἀπαλεξίκακος, *id eſt, propulſor laborum, & ab Ouidio in Metamorph. ſalutifer atq; opifer vocatur. Apud Ariſtophanẽ in Pluto inducuntur in ædem eius ægroti vt curentur.* Aeſculapius vnde dictus.

*Salus quoque* ὑγίεια *ſanitatis & felicitatis præſes colebatur paſſim. Cui olim C. Iunius Bubulcus* COS. *bello Samnitum ædem vouit, Cenſor locauit, Dictator dicauit, Liuio in* 9. *ab vrbe teſte. Cui & Antiochus tribuerat ſymbolum triangulum triplicem, inuicem inſertum, & quinque lineis conſtantem, in quibus ſcriptum fuit* ὑγίεια. *¶Perij.§ Deliberat an viſere eam debeat per* στάσιν πραγματικὴν *ſecundum Hermogenem. Statuit autem id eſſe faciendum per querelam* ἐνθυμηματικήν, *cum argumentis* παθητικῶς *additis, ab honeſto propter perſonam & affinitatem, à facili propter locum vicinũ, & à neceſſario propter accidens & affectionem nurus. Videtur autem dolere ideo, quòd ſibi id facere hactenus non fuerit integrũ. ¶*Non *viſas.§ Propoſitio eſt* ἀποτροπῆς *ſerui.* Non *viſas, nec quenquã mittas. ¶*Nam *qui.§ Cõfirmatio tribus rationibus conſtans. Prima eſt* γνωμικὴ *ab inutili & importuno. Significat Soſtratam amantẽ eſſe odio nurui, idcirco ingreſſum eius & ingratũ & inutilem fore.* Non *eſt amicitia vera, vbi non eſt mutuus amor: & officia præſtita inter hos, qui non ſunt veri amici, inutilia & moleſta ſunt. ¶Tũ autẽ.§ Altera ratio ab euẽtu ob reditũ et ingreſſum filij. ¶Diis ha.§ Læta eſt audito filij, quẽ auidè expectauit, reditu. Nimiæ curæ & ſollicitudines animũ expellũt, cor excruciant, et quaſi (vt eſt in prouerbio) edũt.* Nã *ἀνία eſt* λύπη ἐκ διαλογισμῶν μένουσα ἢ ἐντεινομένη, *obiecta autẽ re læta fugãtur curæ, abit triſtitia, animus ad ſe redit et refocillatur. ¶Iã.§ Tertia ratio cũ propoſitionis repetitione, eſt ab occaſione et cõiectura. Quia ipſa narrabit tibi vbi dolor remiſſior fuerit. Sunt autẽ* ὠδῖνες *dolo-* Salus dea. Odinæ.

*res parturientium propriè.[Gaudeo.]Formula eſt gratulantis reduci. Ex ſigno etiam apparet, quantæ curæ ſit ei ſalus Philumenæ, quod vixdum finita ſalutatione mentionem de ea ſubiicit. [Quid tu.] Ex vultu agnoſcit triſtitiam animi qui in vultu relucet, ideo de cauſa quærit. Verùm is ſpem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem, vt poëta loquitur. [Dic mihi.]Verbũ eſt inſtantis audire. [Febris.] Fingit morbum, & mentitur admodum commodè, vt vxoris famæ ſeruiat. Eſt mendacium honeſtum, quod tamen religioſè ad rumorem refert. [Tu pueris.] Seruis iunioribus, qui cum Pamphilo redierant. [Quid? non.] Parmeno ſeruus vel ſenio vel diutino labore confectus reſponſat.*

## IN ACTVS III. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Perturbati eſt animi, caput orationis nõ poſſe inuenire.*
2 *Vultus eſt animi index atque adeò ſpeculum.*
3 *Iuxta fortunam animus mutatur.*
4 *Prudentis & boni eſt obſcœna poſſe celare.*
5 *Non omnia ſeruis, qui vt plurimum futiles ſunt, credenda ſunt.*

### ARGVMENTVM.

*Scena eſt λυπητική, cum querela exponit in quanto ſit mœrore ob vxoris partũ deprehenſum. Eſt & ἐξηγητική, cùm narrat quomodo eum deprehenderit, & quid ſecum ſocrus ſua egerit. Eſt & συμβουλευτική, deliberat enim ſecũ quid agat. Conſtituit celare partum, quẽ etiam fert lenius quàm conditio mariti requirebat. An verò iterum ad ſe recipiat, in dubium vocat, iudicans ab alio ſtupratam honeſtè recipi non poſſe. [Nequeo.] Exordium παθητικόν eſt, quo ſe oſtendit in tantis ærumnis eſſe, ita etiam exanimatum, in hac rerum ſuarum difficultate, vt non habeat vnde dicendi initiũ faciat. Vide qualis ſit afflicti & perturbati hominis habitus. Figuratum eſt exordium dubitatione, ἀπροσδοκήτῳ & diſtributione. Proponit autem ſe exanimatum exiſſe ex ædibus. [Nam modò.] Narratione exponit cur ſit exanimatus, & rei geſtæ cognitionem ſpectatoribus explicat. Sicut & Horatius ad Piſones faciendum ſuadet. [Alio ſuſpi.] Inopinati eſt expoſitio. Quia præter expectationem alium morbum deprehendit. [Hei mihi.] Artificioſè aſpergitur πάθος tum Pamphili, tum familiæ totius ob ſubitum aduentum perturbatæ. Exclamant primum, vt fit, quando nobis nihil opinantibus res tamen diu expectata obiicitur. Sed mox mutatur ancillarum vultus, vnde facilè* *Vultus.* *earum affectus cognouit. Vultus enim eſt imago & ſermo animi, indices oculi, & eſt is affectus qui in facie elucet. Vnde animi motus, vt triſtitia, iracundia, gaudium colligitur. Cicero inquit: Vultus quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes poteſt efficere. [Quia.] Ratio commutati vultus ancillarũ. [Fortè vna.] ὑποτυπώσει illuſtrat rem omnem, ſicut geſta eſt indicans. [Nam neque.] Narrationi inſerit rationes, vt ſit probabilior. Hæ ſunt à temporis anguſtia, incautas enim mulieres oppreſſit. Et à ſigno, nempe voce vel clamore parturientis, hîc docet ſe non potuiſſe celari rem. [Ad genua.]* *Genua miſericordiæ dicata.* *In quibus eſt miſericordiæ ſedes iuxta Plinium. Supplicantes enim & ad ea procumbere & amplecti ſolebant, vt Homerica conſuetudo facilè docet, apud quem eſt γούνατα ἅψασθαι & ὀδυσσῆα προσεῖξας λάβε γούνων καὶ μὴν λισσόμενος. Nouimus & Græcos altera manu mentum, altera verò genua apprehendere cõſueuiſſe. Eſtq; hîc πάθος à lamẽtabili & afflicto geſtu. [Profectò.] Amplificat per γνώμην καθολικήν. Nemo eſt tam conſtanti animo, qui non rebus variis obiectis, vel pro re & tempore variè moueatur atque afficiatur. [Hanc habere.] Recitat μιμητικῶς orationem, quam ſupplex mater Myrrhina pro filia habuit petitoriã. In ſtatu aſſumptiuo. [O mi.] A confeſſione criminis & cauſa abitionis orditur. Non enim factum negare poteſt nec diſſimulare iam Pamphilo notum. Confitetur autem vt facilius factum impetret. Vitiata eſt olim virgo, abiit vt te celaret. [Sed cum orata.] πάθος interrumpit orationis ſeriem. Mirè commouit eum ſocrus hominem ingenio pio & pudico. [Quæ fors.] Propoſitio eſt per obteſtationem, vt Pamphilus hunc partum reticeat. Monet verò eum à fortuna & caſu, à perſona vtriuſque, à rei aduerſæ conditione. Addit tamen mitigationem, ſi fas ſit, quod tamen maximè putat eſſe. [Si vnquam te.] Confirmat à decoro ex meritis eius. Nam beneficiorum & amoris commemoratio ad impetrandam veniam magnam vim habet. [Cæterùm.] Occupatio eſt, qua præmollit de reducenda vxore, benignè id facit, imò quaſi tentat, & rem eius arbitrio atque voluntati relinquit, non vrget, neque cogit. [Parturire.] Ratio eſt cur liberum ei ſit, honeſtè enim cogi non poteſt, qui nouit ex ſe puerum natum nõ eſſe. Quod etiam hac temporis computatione declaratur. Habuit enim eam ſeptem menſibus, ſed duobus non attigit, Ergo nouit ipſam ex ſe non eſſe grauidam. [Nunc ſi.] Subiungit poſterioris petitionis de reducenda vxore rationem. Ideo reducere debes, vt partus celetur omnes, ne etiam ipſe verus pater, qui ignoratur, neq; vlli homines id reſciſcãt. [Sed ſi id.] Valet conſilio mulier. Ideo Andromache Euripidis ait:*

Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς, γυνὴ γὰρ εἶ.

*Occupatione enim aliud conſilium adnectit. Si partus iſte nobis etiam inuitis diuulgabitur, noui aliam excuſationem probabilem, dicam abortum eſſe factum, hoc eſt intempeſtiuum fœtum & immaturum eſſe eiectum.* *Abortus.* *Et infans mox exponetur ad mortem. Sic putat fore, vt res ſit veriſimilis, & Pamphilus pater cenſeatur. Porrò Abortum ſeptimo menſe dicit fieri probabiliter. Hoc enim mẽſe rarò fœtus editur ζώσιμος, καὶ βιώσιμος. Interdum tamen viuere poteſt, quod Plin. in 7. c. 5. & Gell. 3. c. 16. docent. Nec ignoro Pandectas iureconſultorũ ſeptimeſtrem partum ex D. Hippocrate probare. Exemplum de Euryſtheo Iliados T. notum eſt, qui ἠλιτόμηνος eſt, id eſt, infans ante tempus natus, quaſi menſe fallens nimirũ ſeptimo. Et D. Paulus prouerbiali figura ſe quaſi abortiuum inter apoſtolos modeſtiæ cauſa appellauit. [Hic tibi.] A tuto & facili. [Et illi.] Ab vtili, prodederis illi. Iterũ eſt pathos. [Nam de redu.] Propoſitio eſt alterius deliberationis. Non reducã eam domum. Ratio à turpi. Quia turpe eſt ſtupratam recipere. [Etſi me.] Occupatio eſt. Oſtẽdit rationẽ honeſti nominis anteponendã eſſe amori. [Lachru.] πάθος ex præmeditatione futuri tædij, quod exacta Philumena ſenſurus ſit. [O fortu.] Exclamatio gnomica* *Fortunæ* *in fortunæ incõſtantiam, quæ eſt Euripus iuxta prouerbiũ.* *incõſtantia* *Quæ vt Ciceroni placet, eſt amica varietati, & cõſtantiam reſpuit. Thebanus Cebes fingit eã cæcã & inſanã rotundo lapidi inſiſtentẽ. Ideo Apelles cũ eam ſedentẽ pinxiſſet, rogatus cur id feciſſet, reſpõdit quia nunquã ſtetit. Quæ etiã de cauſa Scythis fingebatur ſine pedibus, manus tamẽ et pẽnas habens.*

habens. [Quĕ ego.] Correctio eſt prioris ſententiæ ab antecedenti. [Adeſt.] παρασκευή eſt ad ſequentē ſcenā. Vult ablegare aliò ſeruum futilem, ne quid harum rerum exaudiat.

## IN ACTVS III. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Periculoſum eſt ingredi mare. Atque primum nautam plerique deteſtantur.

2 Arcana ſeruis non ſunt credenda. Quia ſi quid ſecreti velis, iſtos ablegato.

### ARGVMENTVM.

Soſia inter redeundum narrat Parmenoni incommoda nauigationis ſuæ, éſtq; διηγητική. Parmeno ablegatur ad arcem, ne præſens ſentiat Philumenā parere, eſt mandatoria. [Ain' tu.] Interrogādo dat occaſionem futuræ narratiunculæ. Hic igitur per interrogationē & admirationem ſummam præcedentis narrationis complectitur. [Non hercle.]

Nauigatio periculoſa. Propoſitio eſt de periculoſa nauigatione figurata ὑπερβολῇ. [O fortunate.] Beatum prædicat quòd mare nunquam ſit ingreſſus, cōfirmátque narratione periculorū, & amplificat collatione. [Nam alias.] Præteritione multas fuiſſe innuit. [Dies.] A tēpore & periculo mortis amplificat, hinc Ouid.

Serò reſpicitur tellus, vbi fune ſoluto
Currit in immenſum panda carina ſalum.
Nauita ſollicitus iam ventos horret iniquos,
Et prope tam lætum, quàm prope cernit aquam.

Cùm Anacharſis audiret ſpiſſitudinem tabularum nauticarum eſſe quatuor digitorum, dixit tantillū à morte abeſſe eos qui nauigant. [Ita vſq;.] Epiphonema. [Haud clam.] A voto. Serui fugitiui, hoc eſt, mauult aufugere, quàm cum domino, in cuius manu eſt, periculoſam nauigationem iterū obire. [Olim te.] Seruū infidum & profugum notat. A minori, q. d. non eſt mirum te ob grauem hanc cauſam fugā minitari, cùm id olim de multo leuiore feceris. [Ite intro.] Ad ſeruorū gregem onera portantium. [Et quidem.] Commodè hoc fingit, quaſi eum cui aliud ſit demandaturus, iāpridem expectarit. [In arcem.] Propoſitio eſt mandatoria de ablegatione. [Cui homi.] Poëta fingit Parmenonem ſuſtinere perſonam ſerui garruli, inertis & reſponſatoris. [Callidemidem.] Expoſitio mandati. A perſona quæ eſt cōuenienda. Deſignat autē eam à nomine, à patria, quia Myconius. Nam Myconus eſt vna Cycladum. à fortuna, quia hoſpes, & aduentu. [Perij.] Seruus pigellus & tergiuerſator depingitur. Facetè deſignat eum periclitantem in mari vota nuncupaſſe, vt ſi ſaluus rediret, ſeruū ambulationibus perderet. [Imò quod.] Caput eſt mandati expediendi. [Magnus.] A facili. Eſtq; εἰκὼν hominis ignoti imaginē exprimens ab accidentibus, ex quantitate, quia magno corpore & vaſto, à colore, quia rubicūdus in facie, à forma capillorū, quia criſpus, à craſſitie & obeſitate corporis, à colore denique oculorum, quia cæſius. De his coloribus conſulatur Gellius lib. 2. ca. 26. Porrò Eraſmus in prouerbio Myconius caluus commemorat, Donati interpretationem, Terentium imperitiæ forſan reprehendi poſſe, quòd cùm Apollodorus caluum dixerit, is verò criſpum mutauerit. Donatus enim putat poëtā non inſcitia, ſed facetius per ironiā criſpum q̄ caluū dixiſſe. Ex hac ergo deſcriptione apparet ſcitè à Pāphilo ſeruū ludificari. [Quid agam. Conſultoria eſt, nam illi incertum eſt vtrum agat inter duo vtilia. Vtrum calet omnes, an verò etiam matri ſuæ ſignificet. [Nam miſeret.] Ratio ab affectu ſuo pathetica, cum occupatione. [Nam me miſeret.] A ſuo officio, quid potius ſit faciendum, in altera enim parte eſt honeſtas in vxorem, in altera verò pietas in matrem. In hoc homine exemplum egregium humanitatis & pietatis eſt. [Atat.] conturbati eſt animi. Et παρασκευή ad ſequentia eſt.

## IN ACTVS III. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Voluptuariorum eſt, vixit, dum vixit, bene.

2 Mariti eſt, fideli & amico et clemēti animo in vxorē eſſe.

3 Pietas in matrem anteponenda eſt pietati in vxorem.

4 Repudij cauſa ſæpe eſt quædam neceſſitas.

5 Sæpe ira eſt licita.

6 Ditioribus ſublati animi adſunt.

### ARGVMENTVM ET OCCASIO.

Senes Pamphilo reditum gratulantur, eſt συγχαρητική. Exponit ipſe negotium de hæreditate, eſt διηγητική. Præcipuè autem Pamphilus accuſat vxorem de abitione: & cauſas recitat, cur nolit eam reducere domum. éſtque ἀπολογητική, quæ res etiam inter ſenes rixas parit. In genere deliberatiuo eſt, in ſuadendo & recuſando conſiſtens. [Dixtin'.] Obliquus ductus eſt exordij vſq; ad propoſitionem. [Quam cauſam.] Hæc ſecum animo valde dubio de cauſis repudij loquitur. Non enim audet veram cauſam exponere. [Certum obſir.] Obſirmare. Contra affirmare. Nam ob in compoſitione cōtrà ſignificat. Sentit ſe parenti potius quàm amori obſequi velle. [Gnate mi.] Gratulantur filio & genero reditum. Gratulationem amplificant αὐξήσει. Primùm, quòd aduenerit: deinde, quòd ſaluus: poſtremò, quòd validus, vt qui neque mari perierit, neque valetudinem priſtinam amiſerit. Rarò enim nauigantes validi & integri ex longis profectionibus reuertuntur. Hæc fuit παρασκευή huius congreſſus. [Cedò quid.] Nūc de hæreditate quid actum ſit exponitur. Nam ſenex auarus ſubitò quærit. de ea. [Sanè hercle.] Nuntiat eum parum hæreditatis reliquiſſe, rationē ex cauſa efficiente ponens, quòd ſuauem & voluptuariam vitam egerat. Confirmat & ſententia prouerbiali olim dicta in homines gulæ & luxui deditos, ac nimis molliter viuentes, quos ἀσώτους vocat Ariſtoteles. Vbi in verbo viuere pulchra amphibologia luditur. Viuere. primùm enim ſimpliciter, mox verò pro genialiter vitam agere accipitur. Ariſtoteles quoque ait: βούλεται γὰρ ἄσωτος εἶναι ὁ ἓν τι κακὸν ἔχων τὸ φθείρειν τὴν οὐσίαν, ἄσωτος γὰρ ὁ δι' αὐτὸν ἀπολλύμενος. δοκεῖ δὲ ἀπώλεια τις αὐτοῦ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά, ὡς τὸ ζῆν διὰ τούτων ὄντος. Hinc epigramma hoc verum eſt.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν
Ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

[Tum tu.] Facetè & decorè hoc dictum auaro ſeni conueniens tribuitur Lacheti. [Quicquid id.] Etiam tenuis hæreditas, quia prodeſt, non eſt reſpuenda. Es iſt gut mit. [Imò obfuit.] Inuerſio eſt. Imò obfuit. Quia ſi hæc nobis nō contigiſſet, non amiſiſſemus conſobrinum. Eſt q; à cōſequēti. [Impunè.] vafrè illudit auaro patri, quem notat pluris facere hæreditatē, quàm amici vitā. Depingitur autē hîc ingenium hæredipetarū, qui vbi audiūt ſe quid teſtamēto accepiſſe, ſimulant geſtu dolorem & luctum, re verò gaudeant: Vt mihi videatur rectiſſimè dixiſſe Publianus ille Mimus:

*Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.* [*Ille reuiui.*] *A tuto & impoßibili. Quia* ὀυκ ἔςι τοὺς θανόντας εἰς φάος μολεῖν, *Eurip.* [*Et tamen.*] *Scilicet, ſi poßis eum votis in vitam reuocare, non ſanè faceres.* [*Heri.*] *Tranſitio eſt ad rem principalem. Fabricant autem hîc technam de fallendo Pamphilo, quæ tamen ipſis malè ſuccedit. Melius enim cauſas abitionis Antiphylæ nouit Pamphilus, quàm ſenes.* [*Sed iam.*] *Propoſitio eſt inſinuata de vxore reducenda.* [*Omnem rem.*] *Non apertè negat quod dicũt, licet falſum, quòd ſciat rem omnem, redditque probabile, quòd audierit reuerſus. Veram autem cauſam dißimulat, vt ſtet ſuis promißis.* [*Ego.*] *Accuſat Philumenam de abitione apud ſenes. Totius autem orationis propoſitio eſt. Nolo eam ad me recipere. Ratio principalis, quia ſine iuſtis & grauibus cauſis abiit. Hîc itaque cauſas abitionis exponit, ſed veram diſſimulat. Ac primum quidẽ ſeipſum excuſat, ſuam innocentiam oſtendens, remouens abitionis cauſam à ſe, à ſua diligentia & ſtudio, quo cauerit ſemper ne quid committeret vnquam, quod ſibi contumeliæ eſſet futurum.* [*Idque ſi.*] *A ſuo in ipſam animo fideli & clementi. Fidem autem hîc ſibi conciliat, & modeſtiæ laudem conſequitur, quòd vxori etiam auerſanti permittit liberum teſtimonium de ſuo in ipſam animo. Magis videmur vacare culpa, quando iudices ad teſtimonium & confeßionem illius qui nobis aduerſatur, remittimus.* [*Neq; culpa.*] *Obteſtatione confirmat ſuã innocentiam.* [*Sed quando.*] ἀνθυποφορᾷ *dißidium indicat inter illam & matrem de compoſito tanquam abitionis principem cauſam. Nam hanc mauult proferre ſenibus etiam perſuaſam, quàm partum vxoris celãdum. Eſt autem à matris perſona, & vxoris immodeſtia cauſa ſumpta. Non ſe putat dignam, quæ ſocrui cedat. Non vult moroſitatem matris modeſtè perferre. Quaſi dicat, certè iuuencula anui aliquid debebat concedere. Addit & aliam ab impoßibili. Hoc dißidium non poteſt componi, quaſi inter ſocrum & nurum perpetuum ſit.* [*Segreganda.*] *Diſiunctiuo ſyllogiſmo propoſitionem adfert, voluntatem ſuam explicat etiã per concluſionem. Ergo aut mater relinquẽda eſt, aut vxor. Sed matrem ob pietatem quam debeo, deſerere non poſſum. Deſeram itaque vxorem. Maior enim ratio commodi matris quàm vxoris eſt habenda. Nulla eſſet & infirma hæc cauſa diuortij, ſi non ſubeſſet ſtuprum. firmior enim debet eſſe inter maritum & vxorem coniunctio, quàm vt ob leue diſſidium ſocrus & nurus, diſſoluatur, vt nos ſacræ literæ docent.* [*Ad aures.*] *Figuratè hoc dicitur. Nam ſimplex oratio eſſet. Libenter audiui hunc ſermonem, quo te pluris facere matrem, quàm res cæteras profiteris. Concedit hoc ei & approbat, vt grauius inferat.* [*Verùm vide.*] ἀντεισαγωγῇ *aliam dißidij cauſam impulſiuam, nempe iram profert.* [*Quibus iris.*] *Diluit per inficiationẽ, nullam ob iram iniquus ſum in eam.* [*Quæ nunquam.*] *Ratio à meritis eius ex loco contrariorum. Quia de me eſt nõ malè, ſed bene merita.* [*Amóque.*] *A ſuo in ipſam animo & affectu.* [*Nam fuiſſe.*] *Expolit priorem rationem à meritis eius.* [*Illíque exop.*] *A voto, optat vt repudiata meliorem maritum conſequatur, à ſigno eſt.* [*Quãdoquidem.*] *A neceſſario cauſa ſeparationis.* [*Si ſanus.*] *Vrget, ſed modeſtè, vt recipiat.* [*Non.*] *Recuſat ab æquo, & pietate in matrẽ.* [*Quò abis.*] *Ne patri pertinacius reluctetur, & ne cauſæ hæ tanquam infirmæ refutentur, abit.* [*Dixín'.*] *Expoſtulatio eſt ſenum, quòd non ſatis maturè Philumena ſit remiſſa domum. Sed errant ſenes boni in cauſa abitionis.* [*Non credidi.*] *Expurgatio ab inopinato de Pamphili inſperata inhumanitate.* [*Ita nunc.*] *Cum indignatione, non vult ideo ei ſupplex fieri.* Er vvil im darumb nicht zu fus fallenn. *Irati hominis eſt permißio. Mox verò vrget eum complexione. Si velit, reducat. Si non, reddat dotem & dimittat. Putat ſe mentione dotis territurum eum eſſe.* [*Percontumax.*] *Ad abſentẽ Pamphilum apoſtrophe indignationis pleniſſima.* [*Decedet.*] *Iratũ Phidippum mitigare ſtudet.* [*Quia paululum.*] *Odioſè obiicit illis opes recens acceptas, quaſi inde ſint inſolentiores facti. Nam rectè Germani dicunt:* Gut macht mut. *Apud Ariſt. in 2. Rheto. diuites ſunt* ὑβρισταὶ καὶ ὑπερήφανοι, πάσχοντες ὑπὸ τῆς κτήσεως τοῦ πλούτου. *Is etiã multum referre ait, vtrum quis modò ſit opulentus factus, aut diu fuerit. Pleríque enim recens ditati, imperitè atque intemperãter opibus vtuntur. Prouerbiales locutiones ſunt, tollere cornua, à beſtiis, & tollere criſtas, ab auibus criſtatis metaphoricôs ſumptæ, pro eo, quod eſt animo efferri, & inſoleſcere. Nam vel cornua vel criſtæ ſublatæ ſunt animorum alacrium & inſolentium indicia. Sic & homo, qui ſuperbit, dicitur ſublato animo eſſe.* [*Deliberet.*] *Irati ſenis eſt permißio, qui tamen alteri filiam repudiatam collocare cupit.* [*Phidippe.*] *Abeuntem reuocat, ſed iratus neque audit, neque reſpondet.* [*Quid mea.*] *Neque ipſe vult magnopere moueri hac re. Ratio ab æquo propter ipſorum inobedientiam.* [*Porrò hoc.*] *Minatur vxori grauiter, tanquam harum turbarum capiti. Eſt & obſeruanda metaphora ab ægrotantibus, quibus à medicis ad concitandum vomitum ſubminiſtrantur pharmaca. Sic quibus animo aliquid malè eſt, non ſe prius dant quieti, quàm eius moleſtiæ authorem ſint probè vlti.*

*Tollere cornua.*

*Criſtas tollere.*

*Animi ſublati.*

*Euomere.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO ET ARGVMENTVM.

*Phidippus partum filiæ reſciuit, atque cum vxore altercatur de eodem celato. Dißidij tamen cauſa in vxorem reiicitur. Eſt igitur in Phidippo* κατηγορική, *in Myrrhina* ἀπολογητική, *ſed bona ex parte* σχετλιαστική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Subitanea animum perturbatum magis perturbant, & commouent.*

2 *Vxorij mariti neque viri, neque homines à mulieribus, hoc eſt,* ἄνανδροι, *vtpote parum viriles, molles, & effœminati, &* ἀνθρωπάθεια *indicantur.*

3 *Rectus & legitimus partus non eſt celandus.*

4 *Liberi cùm vocentur pignora, amorem inter affines & coniuges pariunt ardentiorem, maximè cùm in iiſdem flos quidam bonitatis, quaſi ſeminis proprij, quæ Græcis eſt* καλοκαγαθία, *videtur.*

5 *Non bene collocatur filia ſcortatori, & foris pernoctanti. Siquidem haud facilè à vaga conſueti potißimum libidine arcentur. Eſt autem ſententia* πιθανή *tantùm.*

6 *Maritorũ peruicacia vitia, ſi moderata & rara fuerint, dißimulanda ſunt, ſicut & vxorũ præſertim apud Criſtianos, quorum eſt ne putridum mebrum reſecent & abiiciant.*

7 *Stultus eſt, qui Xantippen ſibi obſecundare ſperat.*

[*Perij*] *Propoſitio eſt queruli & perturbati animi. Itaque perturbationis & mœroris eſt notatio, quorum vtroq; mens atq; ita conſilium & prudẽtia obnubilatur, cùm cor ipſum contrahatur.*

contrahatur. Ita è diuerſo lætitia ceu lux & ſerenitas animos exhilarat, & ceu ſol triſtitiam humani animi diſcutit. [Quid.] Confirmatio eſt à difficili propter incertum reſponſum, quod viro roganti dandum erat. [Nam audiſſe.] Ratio eſt per expoſitionem, quod ſubitò partum deprehenderat. In nomine autem vagitus eſt ὀνοματοποιΐα. Nam hanc vocem ſonare infantes feruntur. [Id qua.] Epilogus eſt querelæ. [Vxor.] Illam cupit delicti inſimulare per argumentum à ſigno, & ad futuram contentionem gradus fit. [Mihi.] Conciliatur beneuolentia in primo congreſſu inter coniuges iucundiſsima, quæ fit blanda viri appellatione. [Vir ego.] Remouet mox à ſe in exordio iratus, & vxori infeſtus. Vir autem hîc non ad ſexum, ſed ad maritalem conditionem refertur, quam χλευασμῷ per inuerſionem à ſe remouet. In hoc ſanè exordio eſt acris increpatio, quæ eſt ἄνανδρος Germanis on man. Et hîc eſt altercationis propoſitio. [Nam ſi.] Confirmatio eſt à decoro & ab euentu. Non enim decet vxorẽ, vt virum ludibrio habeat, id quod factum eſt, igitur, &c. [Quibus.] Callidè mulier virũ eludere conatur, quaſi nullius facti eſſet cõſcia. [Peperit.] Ratio confirmationis in criminis intentione de partu celato. Subdit autem ex quo? Eſtne legitimus aut vulgo conceptus. Subindicat quoque velu ti attonitum obſtupuiſſe. [Iſtuc.] Partim refutat ἀποδείξει cum patrem hac de re ſollicitum eſſe non eſſet æquum. Partum legitimum eſſe cenſet. Nam ex eo cui nuptui data eſt peperit. Hinc collige vnã finitionem legitimi partus. [Credo.] Conceſsio eſt admodũ ironica, & acerba à decoro patris ſumpta. [Sed demiror.] Remittens ſtomachum vxoris fiducia victus, ad aliud crimẽ labitur, quod admiratione amplificat, præſertim cùm ſit legitimus partus, cùm dicit tum rectè, videlicet in matrimonio vel ſecundum naturam, tum in tempore, videlicet ſeptimeſtri iuxta Hippocratem, cuius authoritatem & Pandectæ iuris conſultorum ſequuntur, ſic & nonimeſtri & decimeſtri, de quorũ vnoquoque Hippocratici libelli extant. Et hîc cauſæ cur partus non eſſet celandus duæ potiſsimùm traduntur. Prior quidem eſt, quia neque monſtrũ videtur, quod Ariſtoteli eſt ἁμάρτημα ἐκείνου τοῦ ἕνεκά του, videlicet ſi contra naturam eſſet biceps, ſedigitus. Poſterior verò eſt, quia ſtato tempore, quo legitimi & vitales infantes gignuntur, natus eſt, atque ſtupri iudicium nullum videri debet. [Adeón'.] Epiphonema nimis amarulentum ab odio & improbitate mulierum amplificans, vtpote cum hæc puerum (Sic infantem vix dum ex vtero matris egeſtum appellat) perire maluerat, quàm iuſtum matrimoniũ (quod in legitima & perpetua vitæ inter nuptam et maritum ſocietate & vinculo conſiſtit) promouere. Libido autem animi hîc eſt peruicatia admodum obſtinata, & contentioſa, etiam diuortij cauſa, cuius culpa in vxorem penitus transfertur. [Vtinam.] Votum eſt irati mariti, ex antedictis veriſimile eſſe confirmat vxorem eſſe in culpa. Siquidem & antea Pamphilum repudiarat, duabus de cauſis, tum quia meretricem amat. Rarò enim meretricei amatores nuptias fideliter conglutinant. tum quia foris pernoctet, id eſt, totam noctem inſomnem agat. Vagabundi enim eſt & ardelionis, & non ſatis fidelis mariti ſignum. Itaque hunc generum capiendum eſſe noluit. [Multo prius.] αὐθυποφορά eſt, cũ conceſsione, qua & cauſas repudij tollit. Siquidem nouit & ipſe Pamphilum eſſe amatorem. Sicut plerique omnes adoleſcentes eſſe ſolent. Sed horum & ætas & animus mutabilis eſt, ita vt mox oderint, quod antea adamauerint. Itaque Platoni iuuenilis ætas eſt ἄστατος, καὶ πολλὰς ἔχουσα μεταβολὰς, ἄλλοτε ἐπ' ἄλλο φερομένη. Et idem in 11. legum: τὰ τῶν νέων inquit, ἤδη, πολλὰς μεταβολὰς ἐν τῷ βίῳ μεταβάλλειν ἑκάστοτε πέφυκε. [Sed vt.] Conceſsit hactenus ſuo iudicio non eſſe vitioſum ſi adoleſcentes amarint, atque cauſam extenuat, nunc cõtrarium infert, vt in maiorem inuidiam Myrrhinã inducat, quæ manet Myrrhina, hoc eſt, pertinax, marito reluctans, non obſequens, id quod præſens factum indicat. [Adeón'.] Diluit enthymemate ab affectu matris in liberos; qui eſt φιλοστοργία; aut φυσικὴ στοργή, vtpote mater ſum, ergo non eſt veriſimile iſtuc conari. cur non matrimonium, quod vtrique noſtrum vſui eſſet, expeterem? [Tún'.] Alteram cauſam de pernoctando diluit à natura ſexus muliebris, quod mente videlicet, intellectu & iudicio non perinde valet, atque hac de cauſa inter alias mulierem vas appellauit D. Petrus, ἀσθενεστέρῳ. Sunt autem enthymemata, quia non rectè iudicas, quia non audiſti illum aut exire aut introire ad amicam. [Quid tum poſtea.] Demus id verum eſſe, tamen laudandus eſt, quia modeſtè & rarò fecit. Id autem potius diſsimulandum eſt, ſicut ius humanitatis, id eſt, φιλανθρωπίας expoſcit, quàm aduerſariis patefaciendum. [Nam.] αὐτεισαγωγῇ crimen in laudem vertit κατὰ βίαιον, ac ſi argumentaretur ab antecedẽtibus. Ideo firmus filiæ vir futurus, quia nõ ſubitò ab amore auellitur. Eſt enim inconſtantis animi ſignum repẽtina mutatio. [Mitte.] Abrumpit inſtitutam altercationem, aſtutè fictam cauſam agens, & ſola obteſtatione atque de adoleſcente & de ſuo peccato argumenta diluere videtur. Dilemma autem ſubdit, aut vult vxorem, aut non vult. [Aderam.] Iterum eandem neglecti decori accuſat. Decet enim vxores maritis obedire, non imperare, & ſic Eurip. vult ſapientes mulieres conſilio ſuorum maritorum negotia conficere.

——— πάντα γὰρ δεῖ ἀρσένων
γυναιξὶ πράσσειν εἰκός, αἵτινες σοφαί.

[Quamobrem.] Iraſcor, quia me contemnis. Quid enim aliud eſt ira, quàm concitatio animi acerba, cum aut ſe aut ſua bona videat contemni? Nequit autem eſſe ira ſine offenſione in animo concœpta, quę cor inflammat. Siquidem initio offenſionis ſanguis circa cor efferueſcit, adeò vt ipſum turgeſcat, vnde ardentes in cerebrum ſpiritus exhalant, vnde eſt vultus mutatio, oris trepidatio, ſermonis impedimentum, & alia incommoda. [Interdico.] Intercipit conſilium vxoris de exponendo puero, quo maior ſit turba. [Sed ego.] Caſtigatio, qua vxoris peruicaciam & contumaciam perſtringit, tanquam nullis rationibus marito obſecuturã. Non malè igitur Menander id genus mulierum effrene & amarulentum appellauit hoc ſenario.

φύσει γυνὴ δυσήνιον ἐστὶ καὶ πικρόν.

Atque dici nequit, quàm imperioſum ſit animal mulier ipſa, quæ marito ſuo vtique hero imperitat, magno tamen ſuo malo. Proinde et Cicero in paradoxis talem maritum nimirum γυναικοκρατούμενον, ſeruum eſſe pronuntiare non dubitauit. Ante quem & Euripides hunc in modum cecinit:

τὰ τῆς γυναικὸς γὰρ κρατοῦντ' ἐν δώμασι
δουλοῖ τὸν ἄνδρα, κ' οὐκέτ' ἐστὶ ἐλεύθερος.

[Nullam.] σχετλιαστική eſt oratiuncula, cuius propoſitio eſt: Ego ſum mulierum omnium miſerrima. Eſt autem metus muliebris triplex. Primus, ne immoderatè ferat Phidippus, ſi reſciuerit puerum eſſe alienum. Alter, ne ſpurium pro legitimo filio educare cogantur. Tertius eſt, ne omnia per Pam-

Marginal notes: agio. — gitimus nus. — ibido animi. — Ira.

*philum palàm fiant. ¶Nam vt.} Confirmatio eſt ab impatientia mariti, quæ bis tanto maior erit, ſi rem ipſam, hoc eſt, vt ante tempus per conceptum furtiuum enixa ſit, reſciuerit. ¶Non ædepol.} Ratio eiuſdem à comparatis minoribus. Nam in leuiori cauſa eſt impatientiſſimus. ¶Nec qua.} ἀνθυποφορᾷ conſilium de mutanda mariti ſententia eſſe negat. ¶Hoc vnum.} Ratiocinatione aliud timet, ne puerum educare cogatur. Ratio eſt, quia eius pater incertus eſt. Idipſum ὑπεξηγήσει explicatur. Nam nullum ſignum deuirginatoris habet. ¶Simul.} Vltimum eſt quod timet, ne Pamphilus orata noſtra (ſic bis in hac comœdia hoc verbo vſus eſt) diuulget. Ratio eſt ex illegitimi filij educatione.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Mater expurgat ſeſe coram filio, vt nurus abitionem noluerat. Itaque ei locum cõceſſura eſt, ne porrò malè audiat. Hîc autem diſputatio oboritur, Socrúſne nurui concedat. Mater quidem ſuadet, cùm, ne moroſa & rixoſa videatur, in rus abire mauult. Filius autem diſſuadet. Terentius autem commodam ſocrum deſcripturus eſt.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Filiorum eſt, errata parentum diſſimulare.*
2 *Parentes gratis liberis gratiam referre ſatagunt.*
3 *Satius eſt mali cauſam abeſſe.*
4 *Vrbana vita multo feſtiuior eſt quàm ruſticana.*
5 *Aetas omnia aufert.*

*¶Non pol.} προδιορθώσει ſeſe expurgat, ſéque odioſam eſſe ſubindicat, ſeceſſum igitur paratura eſt. Statuatur autem ἀπολογίας propoſitio. Ego ſocrus extra noxam ſum, cur nurus abierat. ¶Verùm ita.} Confirmat per obteſtationem, & votum, quo illi feliciſſima et ſecundiſſima precatur. ¶Vt nunquam.} Ab honeſto & innocentia, quia nihil commerui, vt illi ſim odioſa. ¶Téque.} A ſigno, quo vxorem gratiorem eſſe probat, cùm illam antea adamaueras, cùm illi fidem firmaueras. ¶Nam mihi.} ἀπολογία eſt in narratiuncula, qua obiectionem & ſuſpitionem patris diluere conatur. ¶Nunc tibi.} Præmium debet tali φιλοστοργίᾳ. Itaque eius pollicitatio ſubiicitur. ¶Ego rus.} Summa eſt propoſitio conſilij de abitione, cui inſeruit more oratorio vtilitatis rationem, tum propter famam, ne ſemper moroſa iudicetur, tum propter nurus reditum abſente ſocru. ¶Quæſo.} Propoſitio eſt diſſuaſionis, quæ figuratur interrogatione propter affectum. Simplex autem eſt: Non eſt quòd in rus abeas. ¶Illius ſtultitia.} Confirmat ab indecoro, & à cauſa abitionis non iuſta & ſufficienti. ¶Tu rus.} Ab iniucundo. Quis non vitam vrbanam eſſe iucundiorem exiſtimaret? ¶Haud facies.} Epilogus eſt, quo repetit propoſitionẽ. Neque ego te abire ſinam. ¶Vt quib.} A futuris incommodis, quorum vnum eſt, quia filius malè audiet & propter deſertam matrem, & propter meam pertinaciam tãquam abitionis cauſam. Alterum eſt ex vitæ vrbanæ iucunditate, in qua ſunt ludi, & ſpectacula, ruri non item. ¶Mea cauſa.} Epilogus eſt diſſuaſionis. ¶Nihil.} Confutat obiectionem à ſenectutis notatione. Notum enim eſt illud Menandri, vt ſenex domeſticum ſit animal nimis moleſtum:*

πικρὸν ἐστὶ θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων.

*Siquidem in ſenectute parum voluptatis eſt reliquum, non aliter atque in hyeme, cui illam Patrocles conferre ſolebat, ſicut & Eratoſthenes ἀκμὴν, id eſt, ætatis vigorẽ veri. παρακμὴν, quippe ætatis declinationem æſtati & autumno, ſed hyemi ſenectutem comparabat. Eſt quoque ſenectutis ingratæ notatio. ¶Hæc mihi.} Timet ſe propter ſenium (quod hîc ætatis longinquitatem appellat) omnino eſſe odioſam. Itaque Pherecrates in ſenectutẽ ſic exclamando inuehitur.*

*Senectus hyemi comparatur.*

*Aetatis longinquitas.*

ὦ γῆρας ὡς ἐπαχθὲς ἀνθρώποισιν εἶ καὶ πανταχῇ λυπηρόν.

*¶Tempus.} Ab occaſione, & cauſa abitionis, quia inuiſa ſum, ergo aliò concedam. ¶Sic optumè.} A futuris commodis tribus, quorum primum eſt, cùm nihil cauſæ ſit cur accuſetur. Alterum, cùm propter ſuſpitionem rixæ & contentionis cum nuru non conueniet. Vltimum, cùm illorum voluntati obſequatur. ¶Sine me.} Concludit obteſtatione, & commoditatis ſpecie. et querelę de mulierum calamitati, tam Andromaches, quàm Medeæ apud Euripidem non ſunt obſcuræ. ¶Quàm fortu.} Eſt occulta obiectio, felix et infelix ſum. Illic quidem in rebus cæteris, hîc verò propter matrem & vxorem. ¶Non tute.} Occultè quoque diluitur, ſi cæteris felix es, reducta vxore non eris infelix. ¶Et mihi.} Conſolatorium eſt à communi malo & miſeria.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Suadet & maritus et laudat migrationem in rus ipſum. Pamphilus autem diſſuadet.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Pro fortuna animus flectitur.*
2 *Maturior rei conficiendæ expeditio vtilior & laudabilior eſt.*
3 *Ex duobus vtilibus vtilius eligendum eſt.*
4 *Cauſa diſſidij ſedulò eſt tollenda.*
5 *Senes odioſi ſunt adoleſcentulis.*

*¶Quem ſermo.} Laudat conſilium Soſtratæ, & quia res nota erat, omittitur narratio. ¶Iſtuc eſt.} Confirmat laudem à modeſtia, & animi moderatione, pro re præſenti. ¶Quod.} Quod neceſſe eſt fieri, maturius conficiatur. ¶Feceris.} Vt relicta vrbe rus migres. ¶Fors.} Precatis eſt bonam fortunam; & eſt archaiſmus ab antiquo verbo fuo, quod eſt ſum. ¶Abi ergo.} Epilogus eſt conſultationis, vt rus abeat, vbi communis fortuna ferenda eſt, vt fit in matrimonio. ¶Et compone.} Denuntiatio eſt confirmandæ ſententiæ à foro tranſlata. Aſconius enim in Verrinas ſcribens, hoc verbum ait in peroratione cauſæ adhiberi ſolitum, quo ſignificatur firmum & ratum eſſe, quod egerit. ¶Pater.} Exordium eſt in patris appellatione, & figuratè proponit propter admirationem, & indignationem, ne mater abeat. ¶Quia de vxore.} Cõfirmatio eſt ab incertitudine reducendæ vxoris. ¶Equidem.} Inuitus hæc aſſerit, ne quo modo patrem offendat. ¶Sed non.} Ab vtili per conſtantiam initi conſilij latenter à cauſa efficiente redarguit, neque ferendam, neque reducendam eſſe Philumenam, quòd reductam maiores turbas daturam ſuſpicetur. ¶Neſcias.} Diluit conſilium Pamphili, & ab æquo, quod exigit, ne de aliorum factis ſit ſollicitus, & ab incommodis ſenectutis. ¶Fabulæ.} Prouerbiale eſt, omnem ætatem, & omne vitæ genus fabulã eſſe, præcipuè tamen ſenes, vnde ſunt & aniles fabulæ, & anicularũ deliramenta. Poſtremò more comico, proximã huic ſcenã cõnectit παρασκευῇ.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM IIII. ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Extrema eſt ἐπιτάσεως conflictatio, itaque & formæ orationum ſunt magis implicatæ, propter decorum in ipſo affectu. Nam Soſtrata è medio digreſſa, in Myrrhinam omnis culpa transfertur. Præterea Pamphilus de reducenda vxore magis magiſque ſollicitatur.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Non decet nurum à ſocru moroſa ſecedere.
2 *Affinitas non eſt temere dirumpenda, ſed ſit perpetua.*
3 *Liberi patrem ſequũtur, vel iuriſconſultorũ ſententia.*
4 *Puer alendus & educandus eſt à patre.*
5 *Parentes propter nepotes, & eorum poſteritatem, plurimum gaudent. Vulgò enim dicitur progeniem in circulum abire, itaque gratiorem.*
6 *Communia ſint cuncta inter vxorem & maritum, ne qua diſcordia oboriatur.*
7 *Mulieres rarius culpa vacant. Sic & ille apud Euripidem ſe non ſatis odiſſe mulieres, & cauſam non reticet.*
ἀεὶ γὰρ οὕτως εἰσὶ κακαῖσι κακαί.
8 *Multis rationibus renituntur mariti vxorem repudiaturi.*
9 *Prudentiſsimus hic fingitur adoleſcens vxorem ſuam traducere nolens.*
10 *Vxores & earum matres pellicatum non tolerant.*

*¶Tibi.* ἐπιτιμητική, *obiurgat Philumenam propter ſeceſſionem factam. ¶Nam her. Confirmat ab inhoneſto ſeu turpi. ¶Et ſi tibi. Conceſſione iniquitatẽ cauſatur. Sit tibi cauſa ſeceſsionis ſocrus. Maritus tamen eſt extra culpam. ¶Dic filiæ.* παραγγελτική. *Mandat enim vt filiæ narretur propter reconciliationem facilem quidem, quia ſocrus abiuit, tutam verò, quia nihil diſcordiæ inter ſocrum & nurum futurum eſt. ¶Nullam.* ἀπολογητική, *cuius propoſitio eſt, Soſtrata eſt innocens. ¶A Myrrhi. Confirmatio per criminis tranſlationem. ¶Mutatis. Occupatiuncula occurrit ne ſit turbatior. Eſt enim ſola perſonarum mutatio iuxta tranſlationis naturam. ¶Dum ne. Ad ſpectatores hæc dicenda ſunt. ¶Ego Pam.* ἀπαγγελτικῶς *propoſitio eſt per dilemma, aut ſit affinis, aut non, ſi affinis, eſto perpetuus, ſin minus, puerum alat. Nam in diuortiis iuxta Romanorũ leges, filij patres ſequuntur. Hæc autem eo conſilio profert, vt declaret ſe Pamphilo non ſupplicaturum quò vxorem reducat, itaque ſupercilium ſocero dignum admiſcet. ¶Puerum? Admirans rogat, & iam primùm partum reſciſcit. ¶Natus eſt.* ἐξεργάσει *quàm breuiſsima comprobat partum, & nepotem, per quem vterque futurus eſt auus. ¶Nam abducta. Occultæ obiectioni inter narrandum occurrit, & per indignationem in Myrrhinam vxorem hæc dicit. ¶Bene. Gratulatio eſt de nepote, & de ſalute puerperæ. ¶Sed quid.* ἀνθυποφορά *eſt, cur partum celauerat. Interrogationes autem ſunt non ſine* χλευασμοῖς, *quibus illam reprehẽdit. Prudenter quoque de moribus inquirit. Nam Menandri conſilio virtus ſponſæ aut vxoris omnibus dotibus anteponenda eſt. Et Theognis nihil ſuauius eſſe atque bene moratam vxorem cecinit.*

Οὐδὲν κύρν' ἀγαθῆς γλυκερώτερον ἐστὶ γυναικός.

*Sic & Seneca: Probitas, fidéſque coniugis, mores, pudor, placeant marito.*

*¶Nequeo. Vituperãtur nuptiæ ſine conſenſu & conſilio parentum factæ. Neque alter ſenex approbat. Itaque reprehenſio hæc eſt non ſine contemptu. ¶Et ſe. Quod ſenes gratulantur, id Pamphilum offendit. ¶Conſequitur. Sumpta eſt à pecoribus metaphora. Nam pulli mox vbi nati ſunt, pecora ſequuntur. ¶Nulla. Dubitãti adhuc ſenex inſultat, & vrget. ¶Hunc vide. Ominatio futuri boni eſt, et gratulatio. ¶Reduc vxorem. Propoſitio eſt ſuaſoria de reducenda vxore. ¶Pater. Confutatio eſt ſuaſionis, argumento coniecturali, quo colligit animum vxoris abalienatum eſſe, quia partum celauit, igitur reducendam eſſe diſſuadet. Eſt verò ſyllogiſmus conditionalis eiuſmodi. Si mecum nuptam eſſe voluiſſet, partum nõ celaſſet, ſed partum celauit, renuit igitur mecum eſſe nuptam. Eſt & aliud argumentum ab incommodo propter diſsidium inimicitiæ, contentionis & diſcordiæ ſeminarium. ¶Mater. Remotio eſt criminis, qua fit dilutio per tranſlationem, cui tamen nonnihil purgationis accedit à ſexu, ætate, dominio, conſuetudine mulierum facilè aberrantium, & denique à communi vtriuſque ſexus errato. ¶Mirandum.* γνώμη *vniuerſalis, qua purgandæ Philumenæ adhibetur, cui et argumẽtum à maiore ad minus et ironia adiungitur. Euripides quoque idem ſenſit atque cecinit mulieri vnicum eſſe oblectamẽtum, vt in ore & lingua mala præſentia habeat.*

Γυναιξὶ τέρψις τῶν παρεστώτων κακῶν
Ἀνὰ στόμα ἀεὶ καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν.

*Idem ibidem vtpote in Andromache mulierum mentem eſſe rem inuidioſam, & maritis ſemper infeſtam aſſerit.*

Ἐπὶ φθονὸν τι χρῆμα θηλείας φρενὸς
Καὶ ξυγγάμοισι δυσμενὲς μάλισ' ἀεί.

*¶Voſmet. Pollicitatio eſt operæ, et ita facilitatis nota eſt per interrogationem, & eſt argumentum à neceſsitate alterius partis prapoſitæ, & à facilitate. ¶Ridiculè. Cõfutatur interrogatum, & ſuum ab æquo & neceſſario repetit, vt alatur. ¶Quem ipſe. Diluit, argumẽto à maiori vſus. ¶Quid dixti. Vbi contumaciam Pamphili ſentit Laches, omnem ſtomachum in eundem effundit. ¶Eho an nõ. Propoſitio eſt* παθητική *per admirationem, alendus eſt infans & non prodendus, veluti puer expoſititius. ¶Enimuerò.* προδιόρθωσις, *cur præſente ſocero Phidippo* παρρησίᾳ *vtatur. ¶Ignatum. Iam obiurgando filium corrigit, eiúſque expurgationes confutat, quarum prima fuit præſentia matris tanquam ſocrus, quæ abitura eſt, nihil igitur periculi eſt. ¶Nunc poſtquam. Altera excuſatio refellitur de nato infante clã patre. ¶Erras.* ὑπέκλυσει *refellit ex vita anteacta et ex morib', quibus perſuaſurus eſt. Ita beneficiorum congeries ſubiicitur, vt magis atque magis moueat, licentia amandi data eſt, ſumptus ſuppeditatus eſt, ſuaſu patris & conſenſu vxor ducta eſt, & in his cunctis pro decoro filij obſequentiſsimus fuit. ¶Nunc animi. Cauſam diſsidij in meretriceũ amorẽ transfert, in quem iterum reuolutus eſt. ¶Fingis. Cauſam cur ab illa abierat amplificat, prudentiſsimè quoque teſtem* μειώσει *quadam appellauit. ¶Diuinat. Verbum quod alioqui de futuro dicitur, hîc de præteritis rebus vſurpatur.* Diuinare. *¶Dabo. Poſtremò ad iuramentum tanquam ad ſacram anchoram curritur. ¶Reduc. Epilogus eſt, aut certè aliam cauſam, de non reducenda vxore afferto. ¶Puerum. A facili, & decoro, vt infantem, eúmque innoxium alat. ¶Omnibus modis. Querela eſt Pamphili de miſeria, & hîc eſto eius propoſitio. ¶Tot nunc. Confirmat à turbarum, quibus implicitus eſt, multitudine, quia multis rebus concluſus eſt, quod per metapho-* Concludi

*ram à feris ſumitur, vt quæ vndique reticulis concluſæ omnem aufugiendi vel aufugij facultatem ſibi ademptam vident.¶Abibo.} A neceſſario, cuius αἰτιολογία ſubiecta eſt. ¶Nam pue.} ἀνθυποφορά diluitur, quia ſine ſuo iuſſu non tollent, quia ſocrus auxiliabitur. ¶Fugis hem.} Fugitiuum inclamat.¶Num tibi.} Interrogando cauſam & fugæ & ſilentij exprimit, quia apud ſe non eſt, ſuæ mẽtis non ſatis compos. ¶Non mirum.} Laudat vxoris factum. ¶Amare.} A conſuetudine mulierum zelotyparum. Nolunt enim maritos cum pellicibus iungi. Ouid. 2. artis.*

*Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt,*
*Fulmineo rapidos cum rotat ore canes.*
*Nec lea, cùm catulis lactentibus vbera præbet,*
*Nec breuis ignaro vipera læſa pede.*
*Fœmina, quàm ſocij deprenſa pellice lecti.*

*¶Nam ipſa.} Occupatione ſibi rem notam eſſe oſtendit.¶Nã omnino.} A ſigno comprobat illi pellicẽ eſſe. ¶Quid agas.} Poſtquam ſenes ex ſuſpitione eam prorſus opinionem collegerunt, vt credant Pamphilum amore Bacchidis deuinctum recuſare, hîc nouam rationem ineunt, qua deterrendam Bacchidem decernunt, ne porrò ſui corporis copiam Pamphilo faciat.¶Vicinam.} Moderatus eſt ſenex, qui et eam vicinam appellat.¶Idem dico.} Pollicitatio eſt perpetuæ affinitatis, à facili, à ſpe & auxilio.*

## IN ACTVS V. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Bacchidem à Pamphilo Laches abſterret, & eſt in ſtatu coniecturali: Siquidem in Lachete eſt ὀνειδιστική, in Bacchide ἀπολογητική.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Bona eſt meretrix, & ſenex frugi præter naturam.*
2 *Moderari iram prudentis eſt. Hæc enim ſæpe plus fit, quàm decet.*
3 *Meretrices non facilè mores mutant.*
4 *Senis decorum eſt, vt peccatis non indulgeat, vt cuncta prudenter agat.*
5 *Purgatio poſt factam iniuriam inutilis eſt.*
6 *Mariti non ſunt impediendi per ſcorta.*

*¶Non hoc.} Occaſio κατασκευῆς ſumitur ex hoc congreſſu.*
Videndum eſt. *¶Videndum.} Moderationis exemplum in Lachete eſt cernere, qui de ſano conſilio comitatem rebus tranſigendis cõmodiorem eſſe dicit, et hic videndũ idem eſt aut κατ᾽ ἐναλλαγὴν, quod prouidendum, aut κατὰ μετωνυμίαν, quod cauendum.¶Aut.} Prudentis eſt & circumſpecti hominis ratio. ¶Salue.} Moderata eſt & comis ſalutatio beneuolentiæ conciliatrix.¶Credo.} προδιορθώσει corrigit, cauſámque cur euo cauerat, prætendit. ¶Quæſtus.} χαριεντισμός eſt. Nam minus odioſè loquitur, ac ſi dixiſſet, vereor ne nomen meretriceum mihi obſtet.¶Si vera.} Alia eſt beneuolẽtiæ conciliatio, & ab ætate fidem facit nihil pericli timendum eße, & eius decorum hîc affertur duplex, tum vt peccati licentiam refrenet, tum vt ſit prudentior.¶Bonas.} Mulieres monet, & viam ad futuram accuſationem ſternit, à cauſa iniuriæ, & ab æquo.¶Eſt magna.} Eſt ſeni æquitatis amatori grata, & ſententiam ſuæ defenſionis quoque præcedit, nimirum quod factum eſt, infectum eſſe nequit. Nullus eſt purgationi poſt factam iniuriam locus.¶Meum recep.} Propoſitio eſt criminis, quod intendit multo mitior. ¶Vxorem.} ὑπεξηγήσει crimen profert. & ſubdit ſe permiſiſſe & indulſiſſe, atque licuiſſe, ſed nunc marito non licet, honeſtatem vbique cauſatur. Mane.} Iterum aut abitura, aut locutura erat Bacchis. ¶Nondum.} Familiariter accuſationem inſtituit, vt magis conſulere, quàm accuſare videatur. ¶Quære.} Ab occaſione quærendi noui ſucceſſoris.¶Nam neque.} A neceſſitate propter quærẽdi duas cauſas, vna eſt ab amatore, altera ab amica.¶Quis id.} Inficiatio eſt, qua ſtatuitur neminem poſſe id affirmare.¶Socrus.} Confirmatio eſt intenti criminis à teſtimonio. Id autem terribiliter, & oculis & labris pronuntiandum eſt, quaſi dicat, non eſt vulgaris teſtis, ſed eſt ſocrus, ad quam res potiſſimùm attinet.¶Et filiam.} A duobus ſignis aſſeritur, et eſt αὔξησις cùm ait extinguere.¶Aliud ſi.} Purgat id quod negauerat à iureiurando, cuius vſus à iuriſconſultis petendus eſt. Bonam autem hîc fingit meretricem, & reconciliationem coniugalis diſſidij magis ex arte quàm comœdiarum lege.¶Eas ad.} Exploraturus veritatem ſenex ad mulieres Bacchidem mittit, vt & illis ſatisfaciat.*

*Quare propius ad cataſtrophẽ res vergit.¶Alia ex quæſtu.} πείφερσις eſt meretricis, cui & etymum meretricis reſpondet à merendo iuxta Vallam, quòd mercede ſuam exerceat militiam. Sic & in Campania meretrices erãt alicariæ, quæ propter quæſtum ante piſtrinam alicariorum (id eſt, qui alicam pinſendo præparabant et conficiebant) ſedebant, non ſecus ac aliæ ante ſtabula ſedebant, & proſtibula dicebantur. Eſt autem hîc comis & placida, irati ſenis animum frangit, ex accuſatore amicum reddens.¶Leuiorem.} Inconſtantiorem, quem commendat ab innocentia, & cui propter multa beneficia grata eſſe cupit. ¶Fac eadem.} Laudando exhortatur vt ſit ſui ſimilis. ¶Aliter ſi.} Geſtiebat ira erumpere, quam tamen ἀποσιωπήσει reprimit. Exemplum manſuetudinis in tota ſcena non eſt contemnẽdum.¶Verùm te.} Comminatio ciuilis, quæ minus quidem amaritudinis, ſed plurimum grauitatis habet. Hîc verum eſt illud Ariſtotelicum in Ethicis. οὐ γὰρ τιμωρητικὸς ὁ πρᾶος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός, hoc eſt, manſuetus non eſt vindictæ amans, immo ad noxæ condonationem eſt multo propenſior.*

## IN ACTVS V. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

*Argumentum præcedentis ſcenæ in plures perſonas ſpargitur.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Nutrices ebriæ infantium ſunt negligentiores.*
2 *Meretricibus nulla eſt, neque religio, neque fides.*
3 *Tormentis ſæpe veritas exploratur.*
4 *Inſolitum eſt meretrices coniugibus ſtudere.*
5 *Leuia errata ὡς ἁμαρτήματα non debent diſſidij eſſe cauſæ.*
6 *Nupta meretrici hoſtis eſt abſente marito.*

*¶Nihil.} Hortatoria eſt enthymemate concluſa, vt puerum nutrix alat, cuius ratio eſt, quia tibi petaci & ebriæ omnia ſuppeditata ſunt.¶Bacchis.} Exponit expurgationem Bacchidis, memor tantùm iuramenti. ¶Nec pol.} Diluit argumentum ab impietate ſcortorum. Eſt enim iiſdem nulla religio, quæ eſt in Dei timore & cultu. Sed gentiles in Dei nomine aberrant, itaque & cultu. ¶Ancill.} Iterum ſuam*

purgationem

purgationem confirmat vel ipſis familiæ quæſtionibus, ita tormenta ſenibus offert. Nam ſerui olim torquebantur, ſi quid in dominos ſcirent, id proferrent, in certis tamen cauſis. ¶ Licet hæc. } Conceſſio, etiamſi non ſit iuſta torquendi cauſa. Nam hoc tantùm agitur vt vxor ad maritum redeat, tamen id conabor ſedulò, neque pœnitendam famam paraſſe putabo. ¶ Solam feciſſe. } Vtpote abſque exemplo. Cauſa parandæ famæ eſt contra meretriceam conſuetudinem. Id ſanè Terentio licitum eſt, qui tamẽ in prologo Eunuchi meretrices non bonas ſtatuerat. ¶ Phidippe. } Propoſitio eſt, qua Bacchidem expurgat. Confirmatio tum ab æquo & iuſto. Nam mulieres falsò ſuſpicantur. tum ab experientia. Siquidem illas falsò ſuſpicari vſu comperimus, αὐτὸ δείξει. ¶ Experiamur. } A facili per certam experientiã, quæ ſigno quodam ceu dilemmate proponitur. Nam iraſcetur aut vxor, aut filius: ſi vxor ſe falſam eſſe comperiet, non iraſcetur: ſin filius, erit ἁμαρτία, & nõ ἀδικία. ¶ Profectò. } Et à tuto confirmat epilogum, atque ſic eſt criminis extenuatio. ¶ Quid iſthæc. } ἐλεγκτική eſt. Ne rem bene notam & perſpectam repetat. Hîc eſt cauſa omittendæ interdum narrationis apud rhetores. ¶ Quæſo. } Petitio eſt, qua cautè præſtruit inductutus ei Bacchidem vt inuſitato mulierum colloquio ſeſe credat. ¶ I, & ex. } A modo & fine. ¶ Eo etſi. } Conſtantia meretricis eſt bene ſibi conſciæ, & hîc eſt ἀνθυποφορὰ per ſententiam & experientiam, vt nihil inter ſcorta & honeſtas vxores conueniat. ¶ At hæ. } Diluit, & futuræ vtilitatis meminit. ¶ At eaſdem. } A tribus commodis exaggerat adhortando. ¶ Perij. } In congreſſu trepidat Bacchis. ¶ Quid eſt. } Gratulatio eſt & votum in propoſitione contra meretricum conſuetudinem. ¶ Nam. } Confirmat à futurorum commodorum copia, & apud Ariſtotelem eſt ἐκ τοῦ καλοῦ propter gloriam, amicitiam & nobilitatem natam. Et hîc vera eſt iuriſconſultorum vox, maritum ſequitur vxor. ¶ Referet. } Ab vtili propter futuram amicitiam.

## IN ACTVS V. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Cataſtrophe ſpectatoribus ſignificatur, Bacchide narrante, vt intus ex annulo cognitio Philumenæ ſit facta.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Serui ſemper operam ſuam extollunt & laudant.
2 Curioſitas præſertim in ſeruis damnanda eſt.
3 Meretrix bona ſæpe commodare poteſt, & omnes ſuſpitiones exoluere.

¶ Aedepol. } Conqueſtio ſerui indignabundi eſt de ſui neglectu, & enthymemate comprehenditur hoc modo. Diligentiſſimus ſum in meo officio, magnifaciundus igitur eſſem. ¶ Qui ob rem. } Antecedens tanquam cauſa, cur eſſet ab hero honorandus ἐπεξηγήσει explicatur. Nam ſeruus rediens ſe fruſtra ab hero ablegatum eſſe ſtomachatur. ¶ Adoleſcens. } μίμησις eſt per dialogiſmum, quo lepidi ſerui ludificationem exprimit. ¶ Sed quid. } Doctè poëta perſonam laudaturus demonſtrat, & eſt ſeruilis πραγμοσύνης exemplum. ¶ Exeuntem. } Abrumpitur querela, & iſthoc congreſſu noui colloquij fit occaſio. ¶ Parmeno. } Exordiolo fit beneuolentiæ conciliatio, & attentio paratur ex aduentu opportuno. Propoſitio eſt, curre ad Pamphilum, ora vt veniat. ¶ Quid rei. } ἀνθυποφορὰ ſerui curioſi eſt, qua cauſam itionis ſcire expetit. ¶ Tua quid. } παροιμία in curioſum percunctatorem. Nam Parmeno præterquam quòd iners fingatur, etiam curioſitatis crimine perſtringitur. ¶ Etiam. } Confirmatio inſinuatur tantum à neceſſitate & vtilitate, quæ narratiuncula breuiſſima, atque adeò monoſyllaba ſignificatur, tum vt ne ſeruum longitudine eiuſdem detineret, tum vt ne cuncta curioſus iſte reſciſceret. ¶ Tantúmne eſt. } Laborat elicere, quid ſit, per mandata ſemper curioſus. ¶ Tantum. } A facili, hoc audito aderit, & ceſſantem adhuc exhortatur. ¶ Minimè. } ἀπαρνητική. Recuſat enim ire ſeruus iners. Confirmatio à difficili. Ratio eius eſt, quia laſſus & defatigatus eſt. ¶ Quantam. } Digreſſo ſeruo reliquam partem κατὰ μόνας, id eſt, ſola ad ſpectatores Bacchis exequitur. Gratulatur verò de commodis, quæ Pamphilo ſua opera contigerint, atque συστατικὴ videtur eſſe oratiuncula, qua ſe amore dignam propter ſua certa beneficia commendat. Figuratur autem propoſitio propter lætitiæ vehementioris affectum, repetitione, interrogatione, & συνωνυμίᾳ. ¶ Gnatam. } Confirmatio eſt à congerie beneficiorum, quæ hîc tria enumerantur, & in harum ſingulis eſt præcipua amplificatio. Gnatus quidem perditus reſtituitur, vxor penè repudiata redditur. Suſpitio verò, cuius finis vix ſperandus erat, exoluta eſt. ¶ Hic adeò. } δεικτικῶς geſtiens annulum tanquam horum commodorum cauſam cõmonſtrat. ¶ Nam nemini. } ἐπεξήγησις eſt, & ἠθικὴ iudicanda eſt, quòd moribus perſonarum conueniat. hic tempus ſignificatur propter partus Philumenæ certitudinem, hic modus oſtenditur, vt vitiata virgine vi in via attonitus ad Bacchidem fugerat. hic factum demonſtratur, vt detractum annulum amicæ dederat. hic cauſa aperitur, vt ex annulo ſit Philumena agnita, ex qua natus erat filiolus. ¶ Suſpicarer. } Vt ſcilicet ægrè ferrem eum cum alia rem habuiſſe. ¶ Hæc tot. } In gratulatione narrationem commodorum comparatorum concludit. ¶ Etſi. } Exaggerat ſuum in Pamphilum beneficium à diuerſo meretricum ingenio, quod ab vtili approbat. ¶ Nunquam. } Bona fingitur meretrix, vt quæ ſit rixoſa propter quæſtum, vt quæ iuſtas nuptias amatorum perferre poteſt, vt quæ amatore dum licuit vſa eſt. ¶ Meritò. } Obteſtatio eſt in occaſione & commoditate, cùm nullum illi incommodum per nuptias timendum eſſet. ¶ Cuius incommoda. } Nam et iuxta Plautum: Voluptas & mœror in propinquo habitant. atque hîc eſt ſententia, à ciuilitate aut humanitate haud aliena, vt & incommoda ſint ferenda eius, à quo multa beneficia accepta ſunt.

## IN ACTVS V. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Ad Pamphilum poſtremò cataſtrophe peruenit. Ex verbis autem ipſis colligimus Parmenonem Pamphilo adnuntiaſſe per annulum Bacchidis cognitionem de Philumena factam, cui tardius nuntianti Pamphilus parum credit, ſed eius animum dubium Bacchis confirmat.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Prudentis eſt circumſpicere, ne falſo gaudio fruatur.
2 Fortunatiores ſe deos eſſe cenſent.
3 Nuntio ſubito plerique ſunt magis ſolliciti.
4 Heri grati eſſe cupiunt vel in ſeruos læta adnuntiantes.
5 Rariſſimè æmulæ vxores laudant.

¶*Vide mi Parme.*§ *Monitoria eſt vt veritatem proferat.* ¶*Ne me.*§ *Confirmatio eſt à neceſſario & vtili.* ¶*Certón'.*§ *Teſtatur gaudium metui eſſe coniunctum.* ¶*Deus ſum.*§ ἀπορεία *eſt propter ſubitum gaudij nuntium. Veteres autem ſumma laude & felicitate præditos vocarunt Deos. Hinc Craſſus in primo de oratore à Cicerone Deus eloquentiæ dicitur. Et in 1. Tuſcu. Plato Philoſophorum deus. atq; hic notandum eſt, vt falſum gaudium non ſit diuturnum, atque potius appetitus iudicari debeat quàm gaudium. Hoc quidem propriè eſt, ſi bonum præſens et habeatur. Ille verò etſi per phantaſiam conciperetur, tamen cum præſens non ſit & non habeatur, aut non bene habeatur. Eſt igitur in hoc animæ motus verè ad proſequendum bonum oblatum, non autem habitum. Itaque appetitus ex gaudio & triſtitia, aut metu compoſitus eſt.* ¶*Mane.*§ *Seruus enim abitionem parabat.* ¶*Sic te.*§ ἀμφίβολον *videtur, itaque gaudij cauſa tanquam bonum oblatum paucis repetit. Naſcitur idipſum ex affectu lætitiæ, atque metu, ſicut in appetitu euenire ſolet. Quapropter repetit nuntiata, ne errore falſam voluptatem, aut gaudium capiat.* ¶*Eum quem.*§ *Repetitione nuntij vult certior fieri.* ¶*Itáne.*§ *Summo tædio hoc dicit.* ¶*Quis eſt.*§ *Exclamatio eſt præ nimia lætitia de ſua felicitate, gratúſque eſſe cupit.* ¶*Nihil enim.*§ *Iocoſus eſt ſeruus. Vtique ioco oſtendit eis quippiam donandum eſſe, qui aut aliquid boni adportarunt, aut propter illuſtres virtutes digni ſunt.* ¶*Egóne.*§ *Amplificat beneficium* ὑπερβολικῶς. *Orcus enim inferorum eſt fluuius, quem quidem* ςύγα *nuncupare ſolent. inde dictus eſt, quod dij Homerici per eundem iurarint. Eſt enim Græcis* ὅρκος *iuramentum. Eſt autem immoditi & profuſi gaudij notatio, quale eſſet, ſi quis reuiuiſceret. Itaq;* εὐαγγέλιον *Homericum illi promittit affectu ductus.* ¶*Salue.*§ *Exordium eſt mutua & ſalutatione, & laudatione blandius.* ¶*Rectè amaſti.*§ *Propoſitio, qua Pamphili amorem collaudat. Ita admiſcet honeſtam commẽdationem, vt vel hac via coniugum inter ſe gratiam conciliet.* ¶*Perliberalis.*§ *Confirmat à forma, & ingenio liberaliori.* ¶*Adeò mutito.*§ *Eſt ratio cur patri nõ patefecerat. Mutitare autem idem eſt, quod muſſitare, Crin. lib. 18 cap. 6.* ¶*Vt in comœ.*§ *Aſſeuerationis cauſa hoc adiectum eſt. Mirum eſt ſic poëtam fingere, quaſi non comœdia, ſed veritas ſit. In cataſtrophe autem omnia patefieri ſolẽt, alioqui ſuo officio egrederetur.* ¶*Imò etiam.*§ *Narratiuncula confirmat factum poſſe celari.* ¶*Here licet.*§ *Denuo ad curioſum ſerui ingenium recurrit.* ¶*Ego hanc.*§ *Admirans ſe tanti beneficij authorem* ἐκπληκτικῶς *propter affectum profert.* ¶*Neſcis.*§ *Laudando curioſum magis inſtigat.* ¶*Immo verò.*§ *Hoc conſilio ſibi rem notam ſimulat, vt facilius gaudij cauſas eliciat.* ¶*Equidem.*§ *Eleganti verborum antitheſi finalem clauſulam figurat, & ad ſpectatores loquitur.*

*Deus ſum.*

*Orcus, qui & Styx.*

*Mutitare.*

# IODOCI VVILLICHII SCHOLIA IN PHORMIONEM TERENTII.

### IN PERIOCHAM.

¶*Chremetis.*§ ὑπόθεσις, *& clàm dicit, ne* πολυγαμίαν *appellare videretur.*

ϑέσεις *eiuſdem partis.*

1 *Coniugium clam patre factum, eſt doloſum.*
2 *Amantes faciles ſunt, vt amatum cupiant.*
3 *Iure pater nuptias diſſoluere, et puellam abiicere curat.*

¶*Ibi eam.*§ *Epitaſis eſt huius fabulæ.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Matrimonij cauſa eſt Deus & fortuna; quæ tamen ab illo pendet. Eſt enim Dei ordinatio, cuius hic haud vulgare eſt exemplum.* ¶*Vxorẽ retinet.*§ *Cataſtrophe eſt, retinet vxorem, quam pater repudiatam eſſe voluit, ſed agnitam à patruo iuxta legem Atticam.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Ratum eſſe matrimoniũ, cùm nuptiæ à patre probãtur.*
2 *Maritus ſuæ fidei parum memor ab vxore verè redarguitur.*

### IN PROLOGVM.

*Eſt autem prologus miſtus, cõtinet recriminationem, defenſionem & petitionem. Quare eſt* ἀναφορικὸς, *cùm malefacta regerit. eſt &* συςατικὸς, *cùm & fabula & poëta commendatur.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Imperitorum eſt, doctos conuiciis proſcindere.*
2 *Sæpe magis actoris virtute ſtat cõmœdia, quàm poëtæ.*
3 *Prologi Terentiani occaſio ſubinde ex aduerſariis ſumitur.*
4 *Qui quæ vult dicit, audiet quæ non vult.*
5 *Moderatioris ingenij eſt, non laceſſere, ſed reſpondere.*

¶*Poſtquam.*§ *In Lauinium aduerſarium inuehitur, cuius temeritatem & inſcitiam exagitat.* ¶*Retrahere.*§ *Id quod imperiti nequeunt, neque alios eóſque peritos admittunt.* ¶*Maledictis.*§ *Poſtrema imperitorum tela ſunt conuitia.* ¶*Qui ita.*§ μιμητικὸς *verba criminatoris refert, quibus & ſtylum fabulæ, cùm ait orationem tenuem, & ſcripturam leuem, videlicet* χαρακτῆρα *humillimum, & argumentum improbat. Siquidem hic nihil tragicum eſſe videat, cuius hic periphraſis ex furore adoleſcentis venantis, & ceruæ ploratu. In hoc ſanè argumento ſublimior ſtylus requiritur, vbique hic* ἀσυνδὸς *dominatur. Ignorat autem Lauinius comœdiæ decorum, quòd tenuis ſtylus ſit prima comœdiæ virtus, & tragicum parum appoſitè in comœdiam inſeritur. Vnde defendendo, Lauinium ſimul criminatur, qui eiſdem, quæ tragœdiam magis decuerant, ſed ſatis ridiculè adhibuerat.* ¶*Quod ſi intelli.*§ *Reus accuſatorem accuſat. Siquidem Lauinij poëma ſteterat, id eſt, populo probatum fuerat non per poëtam, ſed per actorem. Huc actionis virtus afferenda eſt, cui Demoſthenes primas, alteras, & tertias tribuit.* ¶*Nunc.*§ ἀνθυποφορᾷ *prologi & reſponſionis neceſſitatem oſtendit.* ¶*Cui malediceret.*§ *Hic eſt ratio prologi,* ἀναφορικοῦ *præſertim.* ¶*Is ſibi.*§ *Reſponſio apta eſt contra accuſatorem, tum à conſuetudine certantium in Muſica, hoc eſt, poëtica, in qua palma præmium victoria* ἆθλον *Græcis in medio propoſita fuit: tum ab æquo, quia prouocatus reſpondere voluit.* ¶*Ad famem.*§ *Poëta enim ſcribendis fabulis victum quæritabat cùm eas ædilibus vendiderat. Satis quoque de Plauto, de Næuio, & aliis quibuſdam conſtat, vt ſibi victum quæſierint. Alluditur quoque ad munera, quæ ob ſpectacula* ὀπτήρια *dicebantur.* ¶*Quod ab ipſo.*§ *Hic patet cur ſit* ἀναφορικὸς, *id eſt, relatiuus prologus. Nam refert quod allatum eſt, id eſt, accuſatorem accuſat, criminatorem recriminatur.*

*Oratio tenuis. Scriptura leuis.*

*Muſica.*

*Opteria.*

*Anaphoricus prolog.*

¶*De illo*

¶De illo iam.} Modeſtia eſt cùm rixoſis non ſemper reſpondeatur, in quibus reſipiſcēdi nulla ſpes eſt. Catonianum eſt, cum rixoſis non multum eſſe contendendum. Nam rixando rixoſus & ipſe efficitur. ¶Nunc quid.} Iam eſt ὑποθετικὸς, in quo tamen inſcriptionis cauſam magis adiicit, quàm vt argumentum ſubindicet. ¶Epidica.} ἐπιδικάζειν eſt in iudicio quippiam aſſerere, quæ actio Latinis vindiciarum dicitur. Vnde cum Phormio litem vindiciarū ſeu ἐπιδικασίαν Antiphoni de puella intendit, Phormio fabula dicta eſt. Quid nam ſibi vindiciarum nomen velit, Budæus diligenter in annotationibus π obſeruauit. ¶Per quem.} Hinc colligenda eſt inſcribendarum fabularum occaſio. ¶Date.} Ariſtoteli eſt αἴτημα, aliis ἀξίωσις. ¶Ne ſimili.} Ex hoc loco colligitur Hecyram ſignificari, quæ ſemel atque iterum exploſa fuit, ſicut in proximę fabulę prologo patet. Apparet quoque hanc poſtremam eſſe fabulam. Malè igitur hanc Hecyræ antepoſuerunt. ¶Quem actoris.} Actor & ſpectator benignus & æquanimus non parum fabulam illuſtrant.

Rixoſi.

Epidicaſia.

## IN ACTVS I. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM ET OCCASIO

Egregiè hac ſcena affectus, & ſenſus popularium in dominos ὡς δωροφάγους conqueritur. Nanque Dauus ſui popularis peculium muneribus honorariis expilari ait. Eſt autem hæc ſequentis narrationis παρασκευή.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Vel tenuioris fortunæ homines ditioribus donant, & frequentius.

2 Frugalitas ſeruilis in Geta depingitur.

3 Vxores parta non tanti faciunt, ſed cuncta abripiunt.

4 Peculium multis largitionibus exhauritur.

Eſt autem hîc conqueſtio de ſui Getæ infortunio. ¶Amicus.} ἐπεξηγήσει breuiſſima copiam pecuniæ paratam exponit. ¶Popularis.} Eiuſdem cōditionis aut nationis. Nam Geta à Getis populis nomen habet, ſicut Dauus à Dacia, quam olim Gettam dictam eſſe nonnulli arbitrantur. Alibi quoque pro ciue accipitur, vt in Eunucho. O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? Significat item plebeium & humilem, id quod Plautus ſatis arguit his verbis: Præſtat, inquit, eſſe popularem diuitem, quàm nobilem pauperem. Vnde eſt, popularitas mihi tecū intercedit. ¶Conficere pecuniam.} gelt zuſamen bringen. ¶Nam hercle.} αἰτιολογία coniecturalis cur Geta exegerit nomina, id eſt, poſtularet vt æs alienum conficeretur. ¶Munus.} Eiuſmodi munera poſtrī die nuptiarum data à ſponſæ patre genero ſuo, cuiuſdam pōpæ ſpecie. Græcis ſunt ἐπαύλια δῶρα. Præcurrebat enim puer candida toga facem geſtans ardentem, poſt illum caniſtrifer, & mox longa ſeries apportantium aurum, pelues, & reliquam ſupellectilem, interdum & dotem comitabatur.

Popularis.

Epaulia dona.

¶Quàm iniquè.} Indignabundus hanc ſententiam effert. & eſt formula amplificandi oratoribus communis, vt de ſpecie dicturi à generali propoſitione ordiantur. Ab iniquo autem indignitatem exaggerat. ¶Quod ille vim.} Alludit ad veterum conſuetudinem, quibus in more poſitum erat, vt ſeruis in ſingulos menſes quaternos modios admetirentur, qui demenſi nomen acceperunt, ex quo per illum menſem victitabant. Si qui erant frugaliores, ex eo aliquid cōparcebant. Græcis verò eſt σιτόμετρον quaſi frumenti menſura. Porrò ſinguli modii octonas chœnicas continent, ex qua ſupputatione quaterni modii duas & triginta chœnicas complectuntur. Cùm ergo in ſingulos dies vna chœnix cederet, reliquæ duæ ſuperfuturæ ſunt. Græcis eſt χοῖνιξ abacus diuturnus, aliàs dicitur μοιρεβοφὴ, de qua re prouerbium apud Eraſmum, quod eſt, chœnici ne inſideas, conſulito. ¶Defrudans.} Vetuſtum eſt, hodie dicimus, Defraudans genium, contrarium eſt indulgere genio. ¶Ferietur.} Id ſignificanter dictum eſt. Geta à futuris aggrauationibus, quibus premendus deploratur, ferietur ait, tanquam flagris: cui rei particula porrò inſeruit, quæ quaſi maioris ſermonis initio adhiberi ſolet. ¶Hera.} Alludit ad munera puerperarum. ¶Natalis.} Hęc munera natalitia, Græcis ſunt γενέθλια. ¶Initiabunt.} Bifariam hunc locum grammatici exponunt, vt initiabunt idem ſit, quod potui & cibo firmiori admonebunt. Sicut apud Varronem legitur initiari pueros Eduliæ, Poticæ, & Cubæ, id eſt, deabus edendi, potandi, & cubandi: quod Probus grammaticus in Bucolicis Virgilii adnotauit, vbi eſt, dea nec dignata cubili, id eſt non attigit hoc tempus vt à lacte ad potum transferretur, atque vt ſuæ nutricis opera ſomnum iniret. Alii verò, inter quos eſt Donatus, pro ſacris imbuere exponunt. Nam Terentius hîc Appollodorum ſequitur, apud quem legitur in inſula Samothracum certo tempore pueros initiari Athenienſium more ſolitum eſſe. ¶Omnia hæc.} Sic inferendum eſt, quaſi defatigatus enumerando tantas occaſiones dandi.

Demenſum

Genethlia.

Initiare.

## IN ACTVS I. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO.

Eſt hîc narratio, qua argumentum huius fabulæ exponitur.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Peruerſum eſt ſeculum, quo ſoluenti debitum agendæ ſunt gratiæ.

2 Multa incommoda accidunt domi, vbi domini peregrè abſunt.

3 Improbus magiſter, improbus diſcipulus. Qualis rex, talis populus.

4 Aduerſus ſtimulum calcitrare, difficile eſt, et inſcitia.

5 Indulgentia corrumpit diſcipulos.

6 Amatores malè numati non ſunt grati puellis & accepti, itaque oculos tantùm paſcant.

7 Spectando puellam magis ardeſcit amator.

8 Paupertas multis præſertim amatoribus onus graue eſt.

9 Eſt duplex pulchritudo, genuina, & affectata.

10 Lex Attica honeſtatem matrimonii in puellis honeſtis & generoſis exigebat.

11 Conſenſus patris in matrimonio requiritur.

12 Phormiones nihil non ſui ventris gratia agunt.

13 Quod fors fert, ferendum eſt æquo animo.

¶Si quis.} ἀποσιωπήσει illud ſubauditur, aut iube, vt me expectet, aut me abiiſſe dicito. In rufi autem vocabulo eſt φυσιογνωμικόν, quo malitioſum ſeruum ſubindicat, atque hic παρασκευὴ ad futuram narrationem ſtatuitur. ¶Obuiam.} Ire ἐλλειπτικῶς, aut ſit verbum abſolutū. ¶Lectum.} Exquiſitum, & probatū. ¶Amo te.} Gratulādi modus eſt, & gratias

Rufus.

Lectus.

agendi formula comica. ¶Non ne.§ Vt pecuniam ipſam conficeres. ¶Adeò.§ Ad id, & eſt querela de ſui ſeculi peruerſitate, & ſi animaduerteres noſtrum non abſimile eſſe iudicares. Dici enim nequit, vt creditores fallantur ab ipſis debitoribus. ¶Sed quid tu.§ παρεγκλινὴ ſermo extrinſecus à poëta accerſitus eſt, vt narrandi occaſio ſit accõmodatior. Hinc enim ad argumenti expoſitionem ingreſſus eſt, cui non parum inſeruit particula aduerſatiua, quæ digreſſum ad mentionem alterius rei denotat. ¶Egóne.§ Attentionis eſt. Donatus verò exigit non interrogatoriè, ſed pronuntiatiuè pronuntiandum eſſe. ¶Inſciens.§ Imperitè per ἀντιμέσταν. ¶Cuius te ſi.§ Eſt à comparatis maioribus. ¶Senis noſtri.§ Narratio eſt argumenti, quæ breuior fit per interrogationes.

Adeò, pro Ad id.

Sed.

¶Chremetem.§ Perſonæ eſt notatio, & ipſius Phædriæ.

Lemnos. ¶Lemnum.§ Inſula eſt contra Troada. Volaterrano eſt hodie Stellinina, ſed rectius eſt Sidrio, quæ ſicut & Lemnus Atho monti aduerſa eſt. Vulcani olim iuxta poëtarum fabulas officina, Veneri ſacra, ciues eiuſdem ſunt apud Homerum, σίντιες. ¶Ciliciã.§ Quæ duplex eſt Straboni, eiúſque deſcriptio fuſior eſt apud Melam in primo lib. Vbi olim Iſſos, Mallos, Tarſus, hodie eſt Lanaſſa, vbi eſt ſinus Iſſicus, Malo, Tarſo D. Pauli patria: adeò Turcicum vulgus barbarum cuncta inuertit. ¶Aureos.§ Prouerbialis hyperbole eſt, magnificis, ſed tamẽ vanis promiſſis quempiam lactare. metaphora ſumpta eſt à metallicis impoſtoribus, qui quoties aut argentarias, aut aurarias fodinas auſpicantur, merum crepant argentum & auri talenta pollicentur, vnde ipſi ſtipem emendicant. ¶Cui tanta.§ Reprehẽſio eſt tacita immodicæ pollicitationis. ¶Sic eſt ingenium.§ Neceſſaria eſt ad fabulæ ἐπίτασιν ſenis auaritia, vt maiore periculo, filius patre abſente indotatam vxorem duxerit. ¶Ob.§ Votum eſt ſatis aptum in tanta pollicitatione. & formula eſt, qua aliquid de pleno iure, aut poteſtate detrahimus, ſicut frequenter iuriſconſulti loquuntur, quaſi tutor, quaſi filius, quaſi dominus, & alia id genus. ¶Deo.§ ὑπερβολικῶς deum dicit dominum ſuum, aut potius ſit genuina locutio, quòd per iram Dei relictus ſit curator, ſed iniquis rationibus per diſcipulos tractatus. ¶Scapulas.§ μαστιγίας fuit. Plautinus quoque ſeruus in Aſinaria, pœnas ſeruorum ſic paucis enumerat.

Montes aureos polliceri.

Aduerſus ſtimulos, laminas, crucéſque compedéſque,
Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas,
Tortoréſque acerrimos, gnaróſque noſtri tergi.

Vti foro. ¶Calces.§ Pleriſque eſt ἔλλειψις verbi iactare, & prouerbium vel in ſacris literis vſitatum. ¶Vti foro.§ Tempori te accommodaſti. Sumptum eſt à mercatoribus, qui obſeruant frequentior ne ſit, an carior annona. ¶Citharistriam.§ Quæ cithara ludebat. ¶Curarunt.§ Ne ſumptus adoleſcentibus ſuppeterent. ¶Oculos paſcere.§ Eſt vſu alicuius rei gratæ oculos oblectare. Eadem metaphora Virgilius vſus eſt, animum pictura paſcit inani. ¶Reducere.§ Syllepſis eſt. Nam verbum vtrique clauſulæ non quadrat, ſed extrinſecus petendũ, ſcilicet à ludo. Simile eſt & illud, quod ſuprà in Hecyra fuit his verbis. Audiſtin' fortaſſe, qui eum diceret aut exeuntem, aut adeuntem ad amicam. ¶Ex aduerſum.§ Alij hoc loco pleonaſmum eſſe volunt. Linacer verò ſyllepſin ait eſſe hunc locum citans. ¶Mirarier.§ Mirabamur, & rogamus eſt pro interrogamus. ¶Paupertas.§ πάθος eſt iuuenile, & amatorium, accommodatum ad promouendos adoleſcentes, quod per μίμιμον hîc exprimitur. & hîc offertur occaſio amoris Antiphonis narrandi, & Menander cecinit:

Oculos paſcere.

Paupertas.

Pauperem ad omnia eſſe formidoloſum, & omnibus contemptum, id quod in mediocri fortuna non comperitur: cuius hi ſunt verſus:

Πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ γὰρ
Καὶ πάντας αὐτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει·
Ὁ γὰρ μετρίως πράττων, περισκελέστερον
Ἅπαντα τἀνιαρὰ λαμπρῶς φέρει.

Atque Theognis pauperibus linguam eſſe vinctam cecinit:

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμημένος οὔτε τι εἰπεῖν
Οὔθ' ἔρξαι δύναται, γλῶσσα δέ οἱ δέδεται.

¶Lamentari.§ πάθος eſt à pietate. ¶Hîc viciniæ.§ Aliis eſt aduerbium, cuiuſmodi eſt domi meæ. aliis eſt parelcon, aliis Atticiſmus. ¶Neque illi.§ πάθος à ſolitudine. ¶Extra.§ Linacro eſt enallage pro præter. ¶Facie.§ πάθος à pulchritudine. & prudenter dictum eſt, ſicut ex operibus interiorem bonitatem iudicamus (Eſt enim externa actio internæ mentis veluti ſpeculum quoddam) ita facies eſt animi imago. Rectè igitur Mimus inquit, Formoſa facies eſt muta commendatio. & ſicut paleas ſuccinum ad ſe trahit, ita amorem pulchritudo. ¶Antipho.§ Eclipſis eſt verbi reſpondebat. ¶Vultus.§ Hic eſt motus voluntatis ceu exhilaratio quædam & frontis exporrectio, atque arriſus. & hic allubeſcentia, ſicut in ſcholis vtimur, eſt, quam mutua adhortatio, ita & curſus ad viſendam puellam conteſtantur. ¶Virgo.§ Amplificatio formæ à ſimplicitate, & cultus negligentia. Nam eximiam his exprimit pulchritudinẽ, quam ne tantus quidem ſquallor extinxerat. Breuiter natiua erat forma, & non affectata. ¶Noſter verò.§ Antipho, apoſiopeſis, cum verba rebus minora ſunt, ſic intercipere orationem ſolemus. ¶Scin' quàm.§ Quantopere. Alia eſt apoſiopeſis. ¶Anũ.§ Quæ puellæ cuſtos aderat. ¶Atticum.§ Apud Athenienſes capitale erat virginem vitiare. & vxoris ducendæ ſigna produntur tria, quorum primum eſt, vt ſit ex honeſta quadam ciuitate et loco. Alterum, vt ſit ex probis parentibus prognata. Tertium, vt ſit licitum matrimonium, ne quid contra leges & honeſtatem peccetur. Iudicauit igitur Euripides non eſſe meliorem honorem inter homines, quàm probis parẽtibus eſſe natum, & ingenuam (virtute & moribus) duxiſſe vxorem.

Hîc viciniæ.

Extra, pro præter.

Facies.

Vultus.

Quàm, pro Quãtopere.

Sic enim canit in Heraclide:

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν.

Idem quoque voluit præcipuam notam eſſe hominibus, ex bonis prognatum eſſe. Huius enim res augentur, & fortunantur, & verè nobilis nomen illi ſuppetit.

Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
Ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
Τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

¶Bonam.§ Probam. Eſt autem epitheton ad perſonam referendum. ¶Indotatam.§ Dote caſſam. Alludit ad veterum politiam. Nam filius familiâs non tam ducebat vxorem, quàm à patre in cuius manu erat, accipiebat. Nec enim poteſt legitimas nuptias contrahere filius, niſi conſenſu parentum fiat. Porrò quatuor ſunt, quæ cõciliant amorẽ & ſponſalia, forma, probitas, de quib9 ait Hypſiphyle apud Ouidiũ:

Nuptiæ vt ſint legitimæ.

Moribus & forma conciliandus amor.

Tum nobilitas, de qua illa:

Si te nobilitas generoſáque nomina tangunt.

Et demum dos eſt, de qua eadem:

Dos mi-

*Dos mihi Lemnus erit.*

*[Quid fiat.] Conſtitutum vocat Cicero id genus narrationis, cùm à perſona quam deſcribimus, ad eius verba tranſitur. [Paraſitus.] Demonſtratio Phormionis ab affectatione, quia paraſitus, qui aliàs eſt Gnatho, ab habitu animi, quia confidens. Itaque illi peſſimè morato imprecatur.*

*[Lex eſt.] Ceu* παραδείγματι *iniquum eius animum, atque ita factum commonſtrat. Fuit autem lex de cõnubio, vt orbam proximus duceret, aut ſi id facere recuſaret, quinque minarum dotem daret, authoribus Suida & Polluce. Prudenter verò hac lege puellis & orbis, & inopibus conſultum eſt, vt honeſtè nuptui traderentur, neue coactæ aliquod indignum facinus in ſeſe admitterent. [Scribam dicam.] Ex Græcorum Phraſi deſumpta. Illi enim dicũt* δίκην γράφεσθαι, *id eſt litem intendere, diem dicere, in ius vocare. [Quod mihi.] Enallagen hoc loco Linacer eſſe dicit, pro quatenus, more Græcorum* καθότι καὶ καθ' ὅσον. *[Iocularis.]* κατ' ἀντίφρασιν *loquitur. Nam minimè iocularẽ intelligit. [Factum eſt.]* ἀσύνδετον *&* αὔξησις *per incrementum. [Quod.]* γνώμη *etiam Chriſtianis digna, quoties de Dei prouidentia & fato differunt. eadem eſt & ſententia Sophocli cum ſuadeat, vt quis non ſuam prudentiam, quæ ſubinde fallitur, ſed ductum fortunæ ſequatur.*

Connubialis Atticorum lex.

Quod, pro Quatenus.

οὐ τῇ φρονήσει, τῇ τύχῃ δ' ἑπητέον.

*Et alius dixit: Omnis ferendo, fortuna eſt mihi ſuperanda. [Precatorem.] Qui pro iure intercedit. [Mihi.] Pro me, quantumuis atrociter in illum animaduerto. [Poſthac.]* εἰρωνεία *oſtendit nullum precatorem ex animo petere ſeruo delinquenti. [Pædagogus.] Phædria. & hîc eſt tranſitus ad Phædriam, ſpectátque ad id, quod antè dixerat in ludum ducere & reducere. [Citharistriam.] Perditè amare occepit. Ellipſis eſt. [Spem meram.] Poſſe fieri, quod aliquãdo puella potiatur. [Portitores.] Eos qui in portub' vectigalia exigunt. Nõ enim hîc ſeruum atrienſem notat, ſed à portu nomen habet. [Puer heus.] Geta ad eos ſermonem deflectit, quibus cum domo egrederetur, locutus eſt.*

Narrationis *diſpoſitio.*

1 *Ex affectu læta, propter facti feliciorem ſucceſſum.*
2 *A loco ſcenica.*
3 *Ex ordine naturalis. Currit enim à principio per mediũ vſque ad finem.*
4 *Ex effectu,* ἀποφαινομένη. *Oſtendit enim ſimpliciter, vt ab Antiphone vxor ducta ſit.*
5 *Ex membris ſeu partibus eſt* τελειοκελὴς *perſpicua & probabilis. Sunt autem membra peregrinatio ſenum, curatio ſeruo delegata, amor alterius adoleſcentis, puellæ deſcriptio, Phormionis dolus.*
6 *Perfecta, cum cunctas habeat partes.*

1 *Perſona eſt Antipho.*
2 Negotium *vel res facta, ducta vxor indotata.*
3 *Tempus, quia abſens erat pater in Cilicia.*
4 *Modus, quia prudenter & voluntariè duxit, ſed dolo Getæ & Phormionis.*
5 *Locus Athenis. Itaque legis Atticæ natura obſeruatur.*
6 *Cauſa eſt amor, quo adductus, ſibi puellę copiam ab anicula fieri cupiebat.* Hîc *quoque multæ occaſiones paſſim ſunt interſperſæ, vt tota narratio ſit perſpicua, & probabilis.*

## *IN ACTVS I. SCENAM III.*

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Antipho docet præcipitis & temerarij conſilij comitem eſſe pœnitentiam. Phædriæ autem oratio à loco communi ducta eſt, quòd ſcilicet noſtra nobis ſordeant, aliorum improbas fortunas admiremur. Eſt autem hîc contentio demonſtratiua, vter ſit miſerior.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Temerarium incœptum authorem triſtitia afficit.*
2 *Prudentis eſt proſpicere quænam futura ſunt.*
3 *Cupidi facilè per alios compelli poſſunt.*
4 *Tolerabilior eſt moleſtia aliquot dierum, quàm quotidiana & perpetua.*
5 *Amatores ſunt faſtidioſi. Mox enim res petitas dum habent faſtidiunt.*
6 *Vxor ſit liberalis, ingenua, ſine mala fama.*
7 *Sera eſt pœnitentia poſt factum.*

*Eſt autem controuerſia inter duos adoleſcentes, vter eorum ſit miſerior, cælébsne, an maritus. In Antiphone eſt* ἐπαγγελτική. *Exponit enim ſuam infelicitatem à periculo, cùm patrẽ reuerſum extimeſcat: ab imprudentia, cum Phormioni ſuaſori contra honeſtatem paruerit: ab incommodo, cùm cruciatus futurus ſit non aliquot dierum, ſed perpetuus. [Adeón'.] Querela eſt &* πάθος *ab euentu infelici, qui neque exordium patitur. Eſt autem enthymema, pater rediit, iam extimeſco. [Vbi.] Aduenti pro aduetus* ἀρχαϊσμὸς *eſt apud Gellium adnotatus, atque ea locutio eſt veteribus admodum vſitata. Cicero: Solet mihi in mentem venire eius temporis. Idem in Verrem: An non in tuo periculo venit in mentem tuam tuorum ſcelerum. [Quòd niſi.] Imprudentiæ eſt notatio, cùm matrimonium ſine patris conſenſu ſit contractum. Hic quòd Linacro eſt per enallagen aduerſatiua coniunctio, aliis eſt pleonaſmus. Hîc quoque liquet vt authoritas parentum non ſit eleuanda.* Neque *obſcura eſt conſuetudo Atticæ legis, qua cauebatur irritum eſſe matrimonium ſine conſenſu liberorum, ratum verò cùm parentum conſenſus acceſſerit. [Quid iſthuc.] Stomachosè fratrem alloquitur. [Quod vti.] Tranſlatio criminis eſt in Phormionem. [*Neu *me.] Volentem trahere & cupidum haud difficile eſt. [Fuiſſet.] A minori incommodo.* Nam *periculi minus tum fuiſſet. [Aliis.] Sententia eſt ex contrariis. Exprimitur autem affectus ille, qui ab* Horatio *lib. 1. ſermo. deſcribitur, vt ſua cuiquẽ ſors diſpliceat, ac alios fortunatos iudicet. Diuerſum autem epigrammatarius poëta monet:*

Quòd.

Matrimonij lex Attica.

*Quod ſis eſſe velis, nihilque malis.*

*Gratior autem eſt ſententia per antitheſin amplificata. [Amore abundas.] Propoſitio eſt, qua illum fortunatũ prædicat. [Nam tua.] Confirmatio eſt ab optabili vitæ genere. [Ita me.] Votum eſt amatoris ſatis ridiculum, vt ſit amantium amentia. [Quid ego.]* ἀντιθέσει *& paranomaſia ſuam infelicitatem illuſtrat. [Vt ne.] Præteritione beatitudinem pulchritudine ſponſæ amplificat. Primò eſt ingenua. Euripides tamen optimis diuitiis antepoſuit.*

Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος, γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

*Quid quod & eiuſmodi idem alibi virtutis penu appellare non dubitauit:*

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ γενναία γυνή.

Liberalis. Deinde eſt liberalis, liberali ingenio prædita. Poſtea eſt beneuola & animo mariti grata, de qua ſic Euripides:

ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθὴς γυνή.

Honeſtus. Poſtremò eſt honeſta, bonis moribus prædita, & ornata. Talis enim nunquam ſatis pro dignitate laudari poteſt, vel Euripidis eiuſdem teſtimonio. ¶ Palàm beatus. } Epiphonema eſt, beatus præſertim qui ſua ſorte contentus eſt. ¶ Quod ſi. } A ſuo infortunio amplificat. ¶ Itaque plærique. } Sententia hac acclamat, qua paucos ſua ſorte contentos eſſe indicat. ¶ At tu. } Rurſus Phædria felix iudicatur, & eſto hîc propoſitio. ¶ Cui de. } Confirmatio eſt ex collatione per liberam voluntatem, & electionem, quæ Phædriæ eſt, Antiphoni non item. Eodem pertinet & illud D. Pauli. Qui liber es, cur ligari cupis? Eſt autem commodum politicum tantùm. Præſens autem locus vagæ libidini conuenit, non honeſto matrimonio. ¶ Videón'. } Paraſceue eſt ad ſequentem ſcenam. ¶ Hei. } Nam mens in metu ſemper malorum præſaga eſſe conſueuit.

## IN ACTVS I. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### OCCASIO ET ARGVMENTVM.

Seruilis hîc eſt trepidatio ac deliberatio imminente infortunio, Antipho verò ex conſcientia ita perturbatus, vt nuſquam animo conſiſtat. Phædria tamen conſilium init, quo iratum ſenem placaret, quem Geta conſulendo adiuuat. Eſt igitur tota ſcena ſuaſorij generis.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Malè ſibi conſcij perturbatiſſimi ſunt.

2 Dies reuelat omnia. Nam nihil tam occultum, quod nõ dies patefaceret.

3 Tam locutione ſerui parẽtes irati incenduntur, quàm taciturnitate inſtigantur, & purgatione fruſtra laborant.

4 Seruorum eſt conuaſare aliquid, & fugitiuum eſſe.

5 Heri vt plurimum ſunt imperioſi, & monoſyllabi.

6 Malè ſibi conſcij tribus verbis vix auditis magis perturbantur.

7 Serui inſidioſè heris ſuis ſuccenturiare ſolent.

¶ Nullus es. } Seipſum alloquens, miſerrimum ſe eſſe conqueritur. Hîc eſt propoſitio. Nullus eſt Geta, niſi ſibi proſpexerit. Rectè Plautus in muſtellaria canit.

Nihil eſt miſerius quàm animus hominis ſibi conſcius.

Satyr. 13. Et Iuuenalis: ——— Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putas quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos? &c.

Sic & Oreſtes apud Euripidem interrogatur de morbo quo contabeſcit.

ὀρέστα τλῆμον τίς σ' ἀπόλλυσι νόσος.

Reſpondit ſe perire cum ſibi malè ſit conſcius.

ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος.

Ediuerſo iucundiſſima res eſt probè ſibi eſſe conſcium. Sophocles.

ἦ δεινὸν ἆρ' ἦν αἰκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν
αὐτῷ συνειδῇ.

Conſcientia mille teſtes. Et prouerbium eſt. Conſcientia mille teſtes. ¶ Ita nunc. } Confirmat à periculo propter malorum ſubitaneorum magnitudinem. ¶ Quæ neque. } Ratio. Confirmat à neceſſitate, quia conſilij inops eſt. ¶ Nam non poteſt. } ἀνθυποφορὰ occurrit, factum non poſſe celari. ¶ Quæ ſi. } A futuro malo non ſatis ſibi proſpicientium. ¶ Quid non ille. } Hæc ſecum admirabundus loquitur. ¶ Tum temporis. } Ab importunitate propter temporis anguſtiam. Anguſtiſſimum enim temporis ſpacium hac formula ſignificatur. Eſt enim punctum indiuiſibile, & minima lineæ pars. Hac autem ſæpe Cicero vtitur, vt in Verrem: Dum iſte punctum temporis vacuum peccato præterire ſit paſſus. Liuius: Puncto, inquit, ſæpe temporis maxima rerum momenta vertit. ¶ Quod cum audi. } A difficultate remedij. Hic autem de iracundia tanquam de morbo loquitur, cui per remedia ſit ſuccurrendum. ¶ Loquar. } Eleganti ſubiectionum congerie magnitudinem amplificat, & conſtat dilemmate quodam, aut loquar, aut taceam, vtrinque ſua ſunt incommoda, neque purgationi locus erit vllus. Lauare autẽ laterem eſt omnem operam perdere, eſt nihil proficere. ¶ Eheu. } Exclamatione πάθος mouet ¶ Excruciat. } Exaggerat ex alterius mali acceſſione, & eſt helleniſmus. Nam genitiuus hic ablatiui loco, quo Græci carent, ponitur. ¶ Rectè ego. } ἀνθυποφορᾷ oſtendit ſe magis afflictum eſſe propter herilem filium. ¶ Conuaſaſſem. } Compilaſſem. Vetuſtas enim furaces & fugaces ſeruos habet. Poſterioris enim notatio eſt. Nam ſe in pedes conijcere nihil aliud eſt, quàm fugere aut fugacem eſſe. Itaque paulo pòſt vtriuſque tam furti, quàm fugæ fit mentio. ¶ Sed vbi. } Sollicitum Antiphonem reddit. Itaque hic verba deliberãtis ſubduntur. ¶ Sanúſne. } Correctio timiditatis eſt, quæ nonnullis eſt quædam triſtitia. Sed hoc diſcrimine ponendum eſt, aut malum iam præſens eſt, & lædit, eſt triſtitia: aut imminet iam futurum, timor & pauor eſt. Itaque timiditas eſt triſtitia quædam ex imminente malo. Id tamen vtrique affectui familiare eſt, vt anima videatur ſatagere, & cõſilium quærere, vnde confunditur & tremit. Quare verè rogat, ſanus es, cum hic anima ſatagat, & conſilij ſic confuſa ſit, vt neſciat quid porrò faciundum ſit. ¶ Cedò quid. } Sicut antea impetuoſus fuit, ita nunc eſt pro imperio monoſyllabus, & timiditati plurimum conuenit. ¶ Modò ad. } Narratiuncula eſt quàm breuiſſima, atque trium verborum per eclipſin, ſed malè conſcio eſt longiſſima. Decorum quoque valde iocoſum in orationis breuitate obſeruatur. ¶ Occidi. } Propoſitio eſt orationis σχετλιαστικῆς, qua ſe miſerrimum & perditiſſimum eſſe exponit. ¶ Huius pa. } Ecliptica eſt narratio, priore tamen copioſior. ¶ Nam quod. } ἀναστροφὴ eſt pro quodnam, & eſt confirmatio ab effectu timoris, & ſummo periculo, quia conſilij inops ſum. Illud igitur prudenter dictum eſt, pauor mihi ſapientiam omnẽ ex animo expectorat. Contrahitur enim animus de eo, quod cuiquam malum videtur, & hoc aduentat. Siquidem metus ex periculi conſideratione fit: & qui plus conſiderant, plus timent, vt prudentes, ſobrij, & experti. Quare Ariſtoteli metus eſt mali appropinquantis phantaſia. Contrà verò in periculis præſentem adeſſe et conſilium è re nata poſſe excogitare, ſicut de Annibale Liuius, et de Iugurtha Saluſtius ſcripſerunt, eſt fortiſſimorum, acutorum, et magni ingenij. ¶ Quod ſi. } Alterum timet periculum, quod amator ſibi fingit: et eſt ἀποστροφὴ quæ amatorum affectum planè adumbrat. ¶ Ergo iſthæc. } Aptè connectitur παρεξζωτικὴ oratiuncula ex collatione periculi præſentis, et ex nimio amore Antiphonis animũ labaſcentem cõfirmat. et hic à neceſſitate argumentũ vigilandi eſt, in quo ſtatuitur et propoſitio. ¶ Fortes. } Virgilius: Audaces

Excrucio cũ genitiuo.

Nam quod pro Quodnam.

Metus.

daces fortunа iuuat, à poſsibili per ſententiam prouerbia-
lem,quia trepidantes confirmantur , ab vſu rerũ ſumptam.
Audacia enim eſt,cùm animus vel ad depellẽda mala, vel
ad ardua bona conſequenda maiore ſanguinis feruore at-
Fiducia. que fiducia exurgit & rapitur. Nam fiducia ſic & fortitudo
oritur,aut aucto intrinſecus calore , nempe ex vini hauſtu,
aut ex iis, quæ cor corroborant, aut affectu aliquo ferventi
ira,amore,cupiditate , metu maioris mali , que vel in igna-
uiſsimis animoſitatis loco ſunt . ⁋Non ſum apud.§ ἀντισυ-
ζυγὴ per timiditatis imaginem, & iſtorum affectuum : con-
trariorum inſignis eſt velut exemplaris concertatio. ⁋Ante-
quam opus.§A neceſsitate vrgente . ⁋Nam ſi.§ A ſigno &
coniectura colligit timorem eſſe excludendum.⁋Quid face-
res.§ Reprehendit nimiam timiditatem Antiphonis à mi-
Ilicet. nori ad maius.Hoc enim eſt leue,illud graue . ⁋Ilicet.§ Ire
licet , formula à foro ſumpta .Nam cùm iudices de concilio
aut cauſis componendis populum dimittebant , præco pro-
Ite miſſa eſt. nuntiabat;ilicet, quod ſignificabat ire licet per ſyncopen.
Quemadmodum apud nos in Liturgia extrema per Diaco-
num pronuntiari ſolet,Ite miſſa eſt, qui ritus à gentium ſa-
cris eſt mutuo ſumptus. Nam Apuleius libro nono memoriæ
prodidit in ſacris Iſidis ſub finem pronuntiari ſolitum τοῖς
Miſſa. λαοῖς ἄφεσις. Ita & miſſa pro miſsione à Cypriano vſurpa-
tur.⁋ Adſimulabo. § Attentem me metum poſſe deponere.
hîc locus actoris magis eſt quàm lectoris . Oſtendit enim co-
nari Antiphonem ad ſimulandam audaciam , vt magis ſit
ridicula formidoloſa perſona.⁋ Quid ſi ſic.§ Id eſt,hoc vul-
tu.⁋ Verbum.§A modò, vt ſcilicet tibi ſemper conſtes. Men
Timoris nota. dacem enim memorem eſſe oportet . Sunt autem certæ notæ
timoris, vt pallor,frigus,membrorum tremor,(Nam corde tre
mente vniuerſum corpus tremit)linguę titubatio,atque hę-
ſitantia,vox exilis.Calor enim à corde et à ſuperioribus de-
ſcendit.Nam cùm aſcendit,grauior eſt vox, vt in ira liquet.
Protelare. ⁋Protelet.§Exagitet. Hoc autem verbum ad iacula perti-
net,cùm videlicet tela ita densè ingruunt, vt miles , qua ſe
tueatur ratione,nõ videat.⁋Vi coactum.§A facili per cau-
ſæ impulſionem , quæ in alios transfertur . & eſt breuiſsi-
mum totius defenſionis compendium.⁋Tenes.§ Intelligíſne?
in loco et tempore vſurpatur.⁋Non poſſum.§ Expectare ad-
uentum patris . Aufugit ſanè Antipho irati patris conſpe-
ctum non perferens . Et hîc , quæ ſit animi perturbatio &
trepidatio,atque adeò anguſtia, cernere licet . ⁋Meum.§In
me contra patrem admiſſum .Valedictionis hîc eſt ratio per
enthymema.En quantus malæ conſcientiæ ſtimulus vrget?
⁋Ego plector.§Vel manicis,vel pedicis , vt eſt ſeruilis pœna
in Aſina.Plauti,& in Farragine noſtrarum adnotationum
de hoc ſupplicij ſeruilis plura inuenies.⁋Oportet.§ Vt præ-
ſentis ſimus animo.⁋ Auſer. § Virilem & audentem in ado-
Palilogia. leſcente animum ſpecta. ⁋Meminiſti.§ Eſt quædam παλιλο-
γία,vt in Rhetoricis Ariſtoteles appellat , eius orationis co-
pioſioris antea dictæ quædam recapitulatio. ⁋Noxiam.§
Noxia. ἐξηγητικῶς ſubdit,quid ſit noxia.aliàs eſt culpa,vt ex Valla
liquet. ⁋Iuſtum.§ μίμησις eſt ſuaſorum. His enim loci ſunt
Ariſtoteli in ſuaſione ὑποθέσεις, vt δίκαιον,δυνατὸν ῥᾴδιον,
vt quæ vincibilis,hoc eſt, ad vincendum facilis. Optima eſt
καλὴ aliis recta & laudabilis propter honoris & glorię æſti-
mationem comparandam . His verò locis opus eſt τοῖς ἀπο-
λογουμένοις,id eſt reis,qui defenſione indigent. Quare defen-
dendæ noxiæ,id eſt criminis intenti mentio fit. ⁋Hem no-
ſter.§Exhortatur perſuaſum à neceſsitate.⁋Ego in ius.§Me-
taphora eſt à re militari. Nam propriè doloſa expectatio ad
adoriendum aliquem,inſidiæ dicuntur apud Liuium & Fe Inſidiæ.
ſtum.Succenturiati autem milites ſunt , qui explendæ cen- Succentu-
turiæ gratia ſeſe ſubiiciunt ad ſupplendum ordinem,vel ad riati.
inſidias maximè captandas, authoribus Vegetio , & Mo-
deſtino.

## IN ACTVS II. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Senem inducit ob filij peccatum, attamen non implacà-
bilem. Eſt autẽ ſtatus iuridicialis, in quo de iure facti quæ-
ſtio eſt.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Vxor ducenda eſt iuſſu & conſenſu parentum.
2 Patris authoritas non eſt eleuanda.
3 Legibus cedendum eſt, ſed non decet ſcientem & con-
ſentientem aduerſariis cauſam tradere.
4 Subitanea & inſperata mala magis lædunt.
5 Prudentis eſt,& futuris malis præuidere.
6 Seruiles pœnæ ſeruis ſunt præmeditatæ.

⁋Itáne.§πάθος eſt in cauſa,tum cur non ſit exordium , tum
cur ab interrogatione auſpicatur , & eſt κατηγορικὴ prima
ad ſpectatores facta.Siquidem factum redarguitur,quòd ſi-
ne conſenſu parentum vxorem duxerat . Eſt enim ἄδικον.
Particula autem tandem etſi πλεονάζει, tamen pleniorem Tandem.
ſonum efficit. ⁋Nec meum.§ Alterum eſt argumentum ab
iniuſto & illegitimo,cùm patris nulla ſit reuerentia.Sed hîc
τὸ meum pleno & tragico ore pronuntiandum eſt . Et dum
dicit age mitto,amplificatio eſt veluti præteritio per corre-
ctionem.⁋Simultatem.§Tertium ab indecoro, vt qui ne ſi-
multatem quidem patris reueritus eſt.⁋Saltem non.§Quar-
tum ab inhoneſto,quia non gloriæ, ſed pudori locus eſt , qui
eſt Ariſtoteli φόβος τῆς ἀδοξίας,cum ſit veluti triſtitia in al-
terius præſentia de defectu proprio,qui efficit κατὰ ſυμπάθειαν
vt facies erubeſcat,& oculi demittantur. ⁋O faci.§ Excla-
matio tot argumentis ſubiecta . ⁋O Geta.§ Apoſtrophe eſt
ad authorem facti,& eundem quærit . ⁋Quid mihi. § Ad-
miratio eſt propter cauſam , τῆς ἀπολογίας. Mirum eſt cur Do
nato demiror ſit pro ignoro.⁋A me.§Conceſsio eſt in ipſa ef- Demiror.
fictione patrocinij & expurgationis à neceſsitate legis. No-
lens igitur abſente patre vxorem duxit.⁋Verùm ſcientem.§
Contrarium infert ab illegitimo. Nam lex nulla eſt,quæ co-
geret vt quis tacitus , non renitens , immo ſciens & volens
aduerſariis cauſam tradat,hoc eſt , ſibi inferiorẽ cauſam eſſe
dicat,& aduerſariis ſuperiorẽ.Eſt enim id quod Germanis,
den handel vbergeben . Verùm in hoc dicto nemo non
νόημα amarulentum quoddam eſſe videt , filium tacitè re-
prehendit leuitatis, qui aduerſariis cedebat et conſentieba-
tur.⁋Illud durum. § Formula eſt loquendi , quoties obiici-
untur auribus diſplicitura.⁋Incertum.§ Ex oratione ἐπιτι-
μητικῇ naſcitur σχετλιαστικὴ propter incertitudinem in tanta
animi anguſtia,quæ cum aliquis humor ſpiſſus in cor ſic in-
cumbit,vt hoc cohibeatur & comprimatur, tunc non minus
atq; metus cogitationes perturbat , & confundit . Verum eſt
illud dictum: Quomodo poterit cœlos & elementa ſcrutari,
cui perpetuò incumbit paupertatis,ſeruitutis,mortis metus?
Hîc autem eſt propoſitio. ⁋Quia præter.§ Confirmatio eſt à
ſubitaneo & inſperato malo . Nam magis exulcerant , quæ

præter ſpem accidunt mala. Cæterùm non ſatis vulgus grãmaticorum pronuntiare vel hîc locus conteſtatur, dum docent, Accidere eſſe malorum, & obtingere bonorum. ¶ Ita ſum.} Ratio confirmationis eſt propter animum intricatum in magna animi anguſtia. ¶ Quamobrem.} Γνώμη eſt elegans, qua monemur, vt cõmunes caſus præmeditatos habeamus. Sic enim futurum eſt, vt iſtos moderatius feramus, ni nũſque iiſdem lædamur cùm venerint, & hîc eſt ἦθος.

Accidere. Obtingere.

¶ Pericla.} Ad hypotheſin curritur per malorum diſtributionem. ¶ Incredibile.} Iactantia eſt ſeruilis ſatis faceta. ¶ Meditata.} Ratio eſt per diſtributionem quatuor ſeruilium pœnarum, & eſt ironia in repetitione verborum ſenis. ¶ Blan.} Exordij eſt ratio maximè in cauſa, quæ eſt ἄδοξος, non ſatis honeſta & fauorabilis. ¶ Salue.} Altera eſt accuſatio vel κατηγορία ad Phædriam, & fit ſalutando beneuolentiæ cõciliatio, & eſt eclipſis τοῦ gaudeo, cùm oratio à Demiphone irato interrupta ſit. ¶ Satin'.} Formulæ humaniſſimæ & elegantiſſimæ, ab omnibus authoribus vſurpatæ. ¶ Bonas.} Proponit crimen, quod intenditur ironia figurata. Nam bonas non eſſe ἀντιφράσει oſtendit, vt quæ ſine patris & iuſſu & authoritate confectæ ſunt. ¶ Eho an.} Defenſionis pars, cuius eſt propoſitio. Non eſt quod ſuccenſeas. ¶ Ego.} Diluere vult interrogando de æquitate iraſcendi, & propter πάθος hîc eſt eclipſis. ¶ Ipſum geſtio.} Comminatio irato ſeni apta. ¶ Atqui.} Defendit ab innocentia, & a legitimo. ¶ Ecce autem.} Defenſorem repudiat formula quæ peculiariter in re noua & inopinata vſurpatur. Et particula autem hîc reprehenſionis nota eſt. Verum repudiat illum ab improbitate, cùm illum ſuo filio aſſimilet. Huc ſpectat illud Virgilij: Ex vno diſce omnes. Et illud: Qualis reus, talis & defenſor. ¶ Hîc in noxia.} Id comprobat à veriſimili per impulſionem & ratiocinationem, & huc refertur prouerbium: mutuas operas tradere. ¶ Nam in hac.} Impulſionis eſt confirmatio ex ipſo patrocinio, quod hac phraſi notatur, ſtare cum aliquo. ¶ Si eſt.} Defendit à iuſto, cùm ſit innocens, quia frugalis, quia honeſtatis ſtudioſus, pater igitur non adeò illi indignaretur. Quòd ſi in noxa eſſet, neque defenſorem haberet, ſed meritò caſtigandus eſſet. Hîc mihi vide quanta eſt cauſæ fiducia? atque hic dilemma ſtatueretur.

Ecce autem

Autem.

¶ Sed ſi quis.} Tranſlatio eſt criminis, tum in inſidiatorem quendam Sycophantam, tum in iudicum æquitatem. ¶ Qui ſæpe.} Duę hic ſunt cauſæ, cur iudices ſæpe ſunt ψευδοδικασταί ¶ Ni noſſem.} Hic patrocinij euenta notat. ¶ An quiſpiam.} Diluit remotionem criminis in iudices ab eorum officio, qui iudicant ſecundum comprobata, & allegata. Nam in iudicio non tantùm actor eſſe debet, ſed & depulſor. ¶ Functus eſt.} Diluit obiectionem de ſilentio duabus de cauſis, timore & pudore. Vtroque enim affectu rei conſileſcunt. ¶ Here ſalue.} Tertia eſt accuſatio, qua Geta ſeruus redarguitur, vt ἐπίτασις magis vrgeat, & hic ſalutatione beneuolentia captatur. ¶ Bone cuſtos.} Et hæc reſalutatio ſatis ironica eſt, & in cuſtodis & columinis familiæ appellatione ἀντίφρασις eſt, atque olim ſerui maiores columnellæ vocati ſunt. Conſule & hîc Donatum. ¶ Cui commenda.} ἀπολογία eſt cuſtodiæ & tutelæ. ¶ Iandudum.} Defenſionis eſt propoſitio: Non iuſtè accuſas. & hîc more rhetorico circunſtantiæ adiectæ ſunt, maximè propter iuſtitiam, quia nihil commeruit, quia eſt innocens. ¶ Nam quid.} Confirmatio eſt ab illegitimo. Siquidem leges ſeruus vt cauſam orent, & teſtimonium dicant, non concedunt. Quis igitur eum innocentem redargueret? Eſt autem teſtimonium dicere, idem quod teſtificari. Sic Cicero: Teſtimonium ſecundum fidem & religionem accuratiſſimè dixit. ¶ Mitto omnia.} Hæc eſt conceſſio contra voluntatem permittentis. Nam ſenex facilè perſuaſus ſubinde alia atque alia crimina ingerit. Hinc gradatim impetus accuſationis euaneſcit. Siquidem tum Phædriæ expurgationem, qua cauſabatur & ἀτυχίαν, cùm ait imprudens, & πάθος, quo obticuit: tum ipſius Getæ defenſionem de officio ſeruorum ex legitimo concedit. ¶ Verùm ſi.} Nunc contrarij collatione aliud colligit ἀνακόλουθον, etiamſi fuiſſet cognata, non tamen protinus ducenda fuiſſet Dotem enim numeraſſe alicunde licuiſſet. ¶ Non ratio.} Diluitur à neceſſario, & inopia pecuniæ. ¶ Inopem.} Aliud crimen intendit, quòd opulentiorem non duxerat. ¶ Nihil eſt.} ἀδύνατον illi eſt, non verbis, ſed rei conformatione. ¶ Vel fœnore.} ἀντεισαγωγὴ eſt de pecunia fœnebri. ¶ Siquidem.} Rurſus ἀδυνάτῳ et conſuetudine creditorum obiectum diſſoluit. ¶ Nõ poteſt.} Moralis ablegatio eſt negatione ſubinde repetita, cùm ſeni pleraque omnia argumenta eliſa ſint, ad pertinaciam poſtremò recurrit. Itaque Geta & Phædria omiſſis ad Phormionem orationem conuertit. ¶ Egóne illam.} Enthymemate concludit ſe nuptam non laturum. Ratio, quia nihil meritum eſt. Hic præſtruitur quàm facile ſit perditurus triginta minas, quas Phormio per inſidias à ſene aufert. ¶ Penates.} Sunt dij, quos quiſque ſuis præfecit ædibus, & in larario venerantur. Macrob. 3. Satur. cap. 5. Amicos hic eſſe tam aduocatos, quàm teſtes nemini eſt dubium.

Teſtimoniū dicere.

## IN ACTVS II. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Fingit imaginem ſordidi, confidentis, & audacis paraſiti, quem aliquanto liberaliorem in Eunucho depinxerat. Porrò Phormio tantùm temulentus, & à crapula oſcitans effingendus eſt.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Cauſa mali in authorem redundat.
2 Paraſitorum eſt ingens fiducia & iactantia.
3 Ditiores magis periclitantur quàm pauperes, & tenuioris ſortis.
4 Paraſitorum felicitas eſt in cœna dubia, propter quam ſe regibus, immo præſentibus dijs conferunt.
5 Cuiuſlibet rei initium eſt difficile & arduum.

¶ Itáne.} Eſt congeries quatuor cauſarum futuræ defenſionis. Vna eſt, filij abitio ex patris conſpectu. Nam eius iram & offenſionẽ, qui lædere poteſt metuit, & cum manifeſtum erat rem malam inſtare, ſubterfugit. Quare Ariſtoteli metus eſt perturbatio animi ex opinione mali, vtiq; moleſti vel corrumpentis. Altera verò eſt, relicta amica Phanium. Vltima eſt, ſenis ira, quæ ferè oboritur, cùm quis aut ſe, aut ſua bona contemni & negligi videat. Hæ autẽ interrogatione propter ἐπιτομίας ſtudiũ efferuntur, & in formulis reſpõdendi eſt συνωνυμία. ¶ Ad te ſum.} Apoſtrophe eſt ſeipſum alloquentis, et excitantis ad defenſionẽ. Rationes duæ ſunt. Vna, quia ſumma rerũ, id eſt, cauſæ caput, et Græcis eſt κεφάλαιον, ad illum rediit. Altera, quia ipſe author mali eſt. Cuius loci eſt prouerbium vel ab alliatis ruſticorũ moretis, vel ſimpliciter à popinis ſumptum, paraſito aptum, quo periculum

Summa rerum.

*lum in authorem rei cuius deriuare ſolemus.* ¶ *In te ſpes.* § *A neceſſaria ſpe ſubeunda.* ¶ *Quid ſi reddet.* § *Et hæc ioco dicit.* ¶ *Subuenit.* § *Petitione eſt epilogus cauſarum ipſius defenſionis.* ¶ *Credo ſenem.* § *Hiſce cauſis animatus, ad defenſionem citò accingitur. Eſt autem fiducia, cum eius animus aduerſus mala appetentia confirmatur, velut hoc loco cupiditate, & maioris mali metu. Itaque eadem non ſemel animoſitatis loco habetur.* ¶ *Quid vis.* § *Defenſionis ſumma eſt* **Deriuare.** *& ſcopus proponitur, & tripartita eſt propoſitio. Deriuare autem tranſmouere eſt, iuxta metaphoram à ruſticis ſumptam, quibus hoc frequens eſt vt è flumine per pratum, vel agrum deriuent. Id quod feriis quibuſlibet faciundum eſſe Virgilius ſuaſit.* ¶ *O vir.* § *Exclamando laudat, & quadam* ἀντεισαγωγῇ *exhortatur ad modeſtiam, cui competit prouer*- **In neruum erumpere.** *bium: ne fortitudo in neruum erumpat, quod eſt, ne in vincula neruacea te coniicias. Donatus autem hoc loci ſibi non conſtat. Primò cenſet eſſe ductum à ſagittariis, qui neruum artubus tendendo corrumpunt. Secundò, cùm ſagittarij nimium arcus tendunt, ſolent neruos aliquos lædere. Tertiò, quod magis probatur, neruum hîc eſſe pro vinculorum genere poſitum, quo pedes & ceruix vinciuntur. Et hic Eraſmum Roterodamum conſulendum eſſe iudico.* ¶ *Non ita.* § ἀποδιώξει *obiectionem diluit, & in incœpto pergere cupit, cuius hîc duo ſunt prouerbia. prius quidem eſt:* **Factum eſt periculum.** *Factum eſt periculum. quod eſt, prudendis & experientis viri eſt, aut idem ſibi vult, quod illud, iacta eſt alea. Poſterius verò eſt, ſumptum à viatoribus, qui per lubricum gradientes Sci*- **Pedum viſa eſt via.** *pione vtuntur, aut ſi quis mauult à venatoribus, dum ferarum veſtigia luſtrant.* ¶ *Quot me.* § *A facili, quòd ſit victorioſus.* ¶ *Quo magis.* § *Prouerbiali forma, aut experientibus quadrat. Conſtat enim vt experientia multis gradibus imperitiam anteeat. Sic Euripides:*

Ἐμπειρία τῆς ἀπειρίας κρατεῖ.

*Aut laborioſis competit, ſicut aliæ ſunt ſententiæ* περὶ φιλοπονίας καὶ μελέτης, *id eſt, de aſſiduitate laboris & exercitio. Qualis eſt & hæc Chria. Taſſus Hermioneus, rogatus, quidnam eſſet cæteris ſapientius, experientiam dixit.* **Experiẽtia** *& huius loci eſt illud Demoſthenicum:* πόνος συνεχὴς, ἐλαφρότερος ἑαυτοῦ τῇ συνηθείᾳ γίνεται. *Dictum verò hoc maniſeſtè indicat peritiores eſſe laborioſiores, & in laudem exercitij confertur. Sin autẽ quis interuerteret, quo ſæpius, tanto magis noui, commodius peritiæ atque experientia competeret.* ¶ *Cedo.* § *Facilitatis nota eſt, cum cõmunicatione ſuam experientiam & calliditatem inuincibilem eſſe oſtendat. Nam nunquã per ſycophãtas in ius vocatus eſt. Quid verò ſit dicam ſcribere, id eſt, intendere crimen & actionem, antea explicatũ eſt.* ¶ *Quia non.* § *A tuto per allegoriam prouerbialem ab aucupibus ſumptam, quæ etſi videretur mo*- **Rete nõ tẽditur accipitri.** *nere nõ tam eos, qui nocent, periclitari, quàm in quibus aliquid ſperatur, ſicut aliud eſt prouerbium: lepus propter carnem, tamen id magis appoſitum eſſe reor, vt nulla dica dicacibus, rixoſis, & contentioſis rabulis, ſed ſimplicioribus & humilioribus, & manſuetioribus ſcribatur. Citius auiculæ mitiores reti intento capiuntur, quàm aues carniuoræ, quę Homero ſunt* οἰωνοὶ, *et Germanis:* Ehr ſehet man eine taube dann einen habicht. *Neque ab eo diuerſum eſt illud Horatij: Vexat cenſura columbas.* ¶ *Quia enim.* § *Ratio eſt allegoriæ quaſi expoſitio. Nam ditioribus magis inſidiari ſolent, ab his enim aliquid abradi poteſt, ſed vacui viatores coram latrone cantant. Siquidem ex his nihil fructus ſperatur, immò omnis opera luditur. Itaque paraſitus ſe tutum eſſe gloriatur, tanquam nudum & inopem, ex quo nihil lucri ſperandum eſt.* ¶ *Dices.* § *Alterum eſt argumentum à tuto. Etiamſi damnatus domum ductus fuerit; tamen edacem non ferent. Et ad morem iudiciorum priſtinum ſpectat, vbi obærati, cùm ſoluendo non eſſent, creditori à prætore condicebantur, vt operę debitã pecuniam compenſarẽt.* ¶ *Et ſapiunt.* § *Laudat eos eſſe prudẽtes, cùm maleficis ſumma beneficia rependere non ſoleat, id quod in ſuis Chriſtianis Chriſtus expoſcit, cùm & inimicis benefaciundũ eſſe iubeat.* ¶ *Immo etiam.* § *Correctio eſt in collatione regia felicitatis cum paraſitica, aut regũ cum paraſitis. Hi enim pri*- **Aſymbolus.** *mò* ἀσύμβολοι *veniunt, id eſt, immunes, vt qui ſine collatione ad comeſſationem accedunt. Sunt tamen qui ad ſymbolum legunt, in quo primas habent delicatiſſimi. Deinde loti balneis, & oleo odorato delibuti, quomodo heroës Homerici accipiuntur. Poſtremò ſunt otioſi & ſecuri. Verùm rex eſt curioſus, & de ſumptu ita ſollicitus, vt abſumatur, hoc eſt, corpus nonnihil contabeſcat, cùm mœror & ſollicitudo affectio ſit frigida & ſicca nutricationi non ita appoſita, paraſito autem ſemper adeſt iucũdum, & placitum. Iterũ rex ringitur; id eſt iraſcitur & ſtomachatur iuxta metaphoram à canibus latrantibus ſumptam: ſed paraſitus ridet ſeſe exhilarans. Arcem quoquẽ tenet in accubitu, honoratior eſt, cum prior bibat, & dubia cœna apponatur, cuius hîc eſt finitio, quam Geta ignorans extorquebat.* ¶ *Hæc cum.* § *Qui verè perpenderit iſthæc cõmoda tam chara, quàm ſuauia, quotuſquiſq; eſt, qui talem largitorem tanquã præſentem deum non agnoſceret? Alluſio fit ad dei vocabulum more veterũ, qui pro quolibet benefactore olim accipiebatur. Nolebant enim ex diis tanquam bonorum authoribus aliquid mali ſperare. Huic autem quiſnam iuſtam gratiam referret, cum tanta eius ſint in paraſitum commoda, & merita. & contra paraſiti in Antiphonem? Decorum quoque in hac collatione paraſiti (cuius ſumma felicitas eſt delicatior cibus, & voluptas qualiſcunque) religioſè obſeruatur.* ¶ *Prima coitio.* § *Prouerbium de grauioris rei auſpicio & initio faciundo. Id enim multo difficilius. Nam qui cœpit, dimidium facti habet, & Eraſm. Roterod. conſulito.*

## IN ACTVS II. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM ET OCCASIO.

*Perturbato animo iniuriarum expoſtulat Demipho cum Phormione, ac magis cupit ex æquo & bono cauſam tranſigere, de ſuo iure nonnihil cedens mauult quàm in iudicio cum ſycophanta litigare. In Demiphone quidem eſt ſimplicis ciuis, & à litibus alieni ſimulachrum. In Phormione autem malitioſi ſycophantæ. Eſt autẽ tota in genere iudiciali. Prior eſt* ἐλεγκτική, *Poſterior* παραλογιστική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Pauperes à ditioribus propter auaritiam ferè negliguntur.*
2 *Geta fidelis hîc ſeruus herum ſuum non damnandum eſſe contendit.*
3 *Pauperes ſenes, & agricolæ obſcuriores ſunt.*
4 *Seruus fidelis herum ſuum traduci non patitur.*
5 *Improbus ſeruus carcere dignus eſt.*

6 Στρεψοδικιστῶν mores ſunt, vt bona clientũ extorqueãt,
vt leges ſophiſticῶs contorqueant. Quæ ſanè contumelia
rabulis forenſibus quæſtuoſis & iniquis probè conuenit.
En. ⸢En vnquam cuiquam.⸣ Expoſtulationis eſt initium παθητικόν. Eſt autem hæc cum ſupercilio proferenda, cui amplificatio ex collatione adiungitur. Eſt quoque ad aduocatos
apoſtrophe. ⸢Prob.⸣ Paraſitus accuſat ſenem, & confirmat
ab indecoro & illegitimo, propter neglectam Phanium cognatam, & ſatis artificiosè exclamat, vt exagitatus Demipho iniurias paſſus vltro in impetum accuſationis incurrat.
⸢Hanc Demi.⸣ ἐπανάληψις eſt per admirationem, id quod
plurimum ad inuidiam ſenis & vehementiam contentionis
facit. ⸢Sequimini.⸣ Alloquitur aduocatos, quos inſtructos
adduxit. Viderat enim accuſandum paraſitum. ⸢Nec Stilpho.⸣ Tertia interrogatione per admirationem magis ſenem
exagitat, & indignitatem neglectus vrget. ⸢Quia egens.⸣
Ratio eſt neglectus, quia non eſt opulenta, atque ideo de illius genere nulla eſt ratio. Vidén' nullam nobilitatem eſſe,
vbi non ſunt diuitiæ? Proinde παραδειγματικῶς euentum
Auaritia. auaritiæ, in quam fit criminis tranſlatio, oſtẽdit, quam Bion
ſophiſta verè μητρόπολιν πάσης κακίας eſſe dixit, atque ideo
D. Paulus eandem figuratè idololatriam, & radicem malorum eſſe pronũtiauit. Eius autem ſunt tres formæ. αἰσχροκέρδεια, cũ vndiquaq; odor lucri bonus ſit per fas & nefas:
φειδωλία, tenacitas, cùm in re honeſta ſumptum parcet: κιμβικία, illiberalitas, cùm ſunt ceu cyminiſeci, minutatim expendunt. Quare acclamatione quadam auarum ſenem notat. Saluſtius inquit in Catilina: Auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens cupiuit vnquam. Ea quaſi venenis malè imbuta corpus animúmque virilem effœminat, ſemper infinita, & inſatiabilis, &c. ⸢O audaciam.⸣ Exclamatione ſenex rei indignitatem amplificat.
⸢Nam iam ado.⸣ ἀνθυποφορά. Antiphonem quatuor de cauſis expurgat, cum Stilphonem cognatum non cognouerat, ab
ætate, quia hic ſenex, ille adoleſcens, qui illius conſuetudine non facilè oblectatur: à fortuna, quia pauper, atque ita
relictus: à genere vitæ, quia in vita ſua laborioſus fuit: ab
affectatione ſtudij, quia agricola. ⸢Narrabat.⸣ ἀμφιβολογικῶς loquitur, quanquam ſententia per ſe certa ſit. Nam
ὑπεξηγήσει ſenis commonſtrat illum neglectum iri, qui tamẽ
magnifaciundus erat, quia in vita optimus erat, atque ita
interrogando laudat ad ſenis animum commouendum. ⸢Vide.⸣ Admonet de moderanda laude vtriuſque. ⸢Nam tu.⸣
Aſſeueratio eſt laudis, quam zelo ſuo exaggerat, cum ſit odioſior propter illum tam laudatum. ⸢Quam is.⸣ Epilogus
eſt huius partis ἐλεγκτικῆς. ⸢Pergin'.⸣ Fidelior eſt ſeruus
æquo & decoro, cùm herum ſuum traduci non patiatur, &
hîc eſto propoſitio. ⸢Carcer.⸣ Egregius eſt iocus ex amphibolia. Dignum Phormione ad herum refert, ſed Geta ad Phormionem. illuſtrat quoque interrogatione parum amarulenta. In quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ dictũ erat, ſpecie rei exprimitur. Hoc autem totum fictè agitur inter Getam & Phormionem, ne vterque cum altero ſentire videatur. Geta autem
confirmat à decoro ſeruilis pœnæ. ⸢Bonorum.⸣ Finitio eſt
στρεψοδικίστου aut ſycophantæ cuiuſdam rabulæ forenſis. Verùm miris technis magis magíſque ira exardeſcit Geta, quò
propius ſenem aduentare videt, vt ſeriò in Phormionem
debacchari videatur. ⸢Tace.⸣ Hoc verbo ſignificat plus iuſto ſeruum pro ſe locutum eſſe. ⸢Abſenti.⸣ Ratio eſt de non
tacendo, quia contumelioſus in te fuit. ⸢Abſenti.⸣ Breuiſſima eſt accuſatio ſui conſerui, cui tamen argumentationũ
ſemina inſerta ſunt. Factum eſt, quia contumelioſus fuit in
herũ, æquitatis ratio, cum ſeruus iiſdem contumelijs dignior
eſſet. & exaggerat, & à loco, quia abſenti dixit cõtumelias:
& ab aſſiduitate, aut frequentia, quia nunquam ceſſauit. ⸢Obe.⸣ Satietatem ad faſtidium vſq; ſignificat. ⸢Ado- Obe.
leſcens.⸣ παραλογιστικὴ eſt. Hactenus prælusum eſt mutua
concertatione, nunc ad verum conflictum peruenitur. Eſtq;
bona ex parte in ſtatu coniecturali. Status autem eſt. An
Stilpho ſit cognatus, atque in exordio eſt αἴτημα, ſicut Ariſtoteles appellat. ⸢Expiſcare.⸣ Eſt diligenter exquire- Expiſcari.
re. metaphora à piſcatoribus ſumpta eſt, qui piſcibus inſidiantes contis ex latebris propellunt. ⸢Tu qui.⸣ Phormionem decet comprobatio. ⸢Eho.⸣ Colliditate abutitur,
ne nomine prodito reſpondere cogatur. ⸢Subiice.⸣ Ingere, commonefac, ſicut Græcorum eſt ὑποθέσθαι, quod ſæpe Subiicere.
eſt argumentum & materiam ſcribendi ſumere. Minus tamẽ eſt quàm ὑποφαίνεσθαι. ⸢Nõ dico.⸣ Cum indignatione &
vociferatione hoc proferendum eſt. Nam callidè ſimulat ſe
data opera tacere nomen, quod non ſuccurrebat. Geta tamẽ
nonnihil opitulatur, ita ſerui mutuas operas tradunt. ⸢Neque ego.⸣ Inficiatur ſenex. ⸢Non te.⸣ Ironia amarulenta, illum ſenem notat & impudentiæ & auaritiæ. Ferè enim fit,
vt ſenes ſint auari, itaq; mox ſeruile dictum ſit veriſimile, Senes auari.
atq; Ariſtoteles eoſdem ἀνελευθέρους facit, cauſámq; ſubiicit: ἐν γάρ τι τῶν ἀναγκαίων ἡ οὐσία, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἴσασιν ὡς χαλεπὸν τι κτήσασθαι. Siquidẽ norunt ſubſtantiã aut facultates eſſe neceſſarias ad vitam degendã, et
experientes ſciunt vt difficile ſit quidpiam acquirere. Decẽ
autem talenta ſunt ſex milia coronatorum. ⸢Primus eſſes.⸣
Donec eris felix, multos numerabis amicos. Nã ſi paulo ditior fuiſſet, agnatio, & affinitas non fuiſſet obſcura, vel ab
atauo vſq;, ſicut Germani dicunt, von den vier anen her.
⸢Hem noſter.⸣ Cum manu geſtu lætiore proferendum eſt.
⸢Dilucidè⸣ A iudicato arguit, neque hoc contentus & filij
conſenſum affert. Adeò omnia obliquo ductu figurantur.
⸢Filium.⸣ Diluit à filij perſona eáque ſtulta. ⸢At tu.⸣ σαρκασμῷ illudit ſeni, & cum ſtoliditas filij nihil moueat iudicata κεκριμένα Ariſtoteli dicta, magis vrget, & vtitur quadam ἀποδιώξει. Magiſtratus autem nomen & officium, &
eos, qui in officio ſunt, notat. & illudit ſeni contra conſuetudinem iuris agenti, quaſi de re iudicata aliud iudicium ſumeretur. Itaque tibi ceu regi nouum quiddam licitum erit,
tibiq; ſoli, etiamſi aliud ius eiúſque conſuetudo expoſtulet.
⸢Etſi.⸣ Labaſcit ſimplex & probus ſenex dolo, ab iniuſtitia
Phormionis victus, atq; hîc placiti & nõ litigioſi eſt notatio.
Quapropter conceſſione fatetur ſe eſſe innocentẽ, immo ſibi
factam iniuriam, tamen eam proſequi & litigare abnegat,
& quinq; minas, id eſt, quingẽtos coronatos numerandos eſſe
cupit, ſi ſit cognata. Hîc enim Phormio ſcriptũ & verba legis vrget, ſed Demipho ad voluntatem legis & æquitatem
confugit. atque hîc forenſium ſycophantarũ exemplum ſpecta, qui in cauſa mala ad allegationes & formulas fori plus
quàm ſuperſtitioſas, & improbè ad ſolius iuris refugiũ recurrũt rabulæ hominum euiſceratores, atq; meræ harpyiæ.
Eſt autẽ hîc iniuria ex malitioſa iuris interpretatione profecta. de qua in off. Cic. ⸢Ha ha.⸣ Ridendo dictum ſenis refellit. ⸢Nam iniquum.⸣ Duabus rationibus ſuam ſententiã
confirmat, tum ab æquitate, tum à iure publico. ⸢Rite.⸣ Ex
ſentẽtia & legis voluntate confutat. Interrogationes autem

cum ſint

cùm ſint argumētoſa, vehementius cōprobant. Prudenter autem cauit lex Attica, ne flagitiū cognata perpetraret, proximo dabatur in matrimonium iuſtum, quòd πολυγαμίαν nō perfert. Eſt enim talis coniunctio viri & fœminæ, vt ſimul vitā degant, quod Moſes dixit in carnē vnam, purpe indiuidua ſit, eáq; perpetua ſocietas; vinculúmq; indiſſolubile. ¶ Ita prox. } Cognationis originem, progreſsionem, & cauſas exquirit, tamen hæc adhuc incerta ſunt, qui fieret vt huic obtruderetur. ¶ Actum. } ἀποδιώξει refellit, & eſt adagium à iudiciali conſuetudine ſumptum, quo irritum conatum ſignificare ſolemus, atq; inter alia & indicatorum conſtantiā requirit. ¶ Perfecero. } Octauus eſt modus, & ſuffragari renuit ſchema cognationis explorare expetens. ¶ Ineptus. } Diluit conuiciando. quæ conſuetudo eorum eſt, qui cauſa caſuri ſunt. ¶ Poſtremò. } Victus paraſitus aliud conſiliū init, & ſtatu tranſlatiuo vtitur, quo actorem declinat. Hanc formulam vulgus iuriſconſultorum exceptionē appellat, & ridicula, & prorſus aliena à re præſenti ὡς ἀπροσδιόνυσος eſt ratio à decoro ætatis ad matrimonium aptæ. Id prorſus eſt ſycophanticum. ¶ Omnia hæc. } Et filio & mihi eadē eſt ſententia. ſin minus, vxorem cum illo domo prohibebo. Requiritur enim & parentum conſenſus. Atq; non abnegatur certum ducendæ vxoris tempus ductu & curſu naturali aptū. ¶ Iratus eſt. } Vt & lenitate & comitate agas. ¶ Itán'. } Expoſtulat cum ſeruo, qui ſemper erat contrarius, ſed captioſè. ¶ Metuit. } Ad Getam hoc clanculum dicit. ¶ Bene habēt. } Geſticulantis eſt de felici ſucceſſu principij. ¶ Quin quod. } Suaſoriæ orationis eſt propoſitio: Ferēda ferto. ¶ Tuis factis. } A dignitate ſenili confirmat, & vtilitatem amicitiæ adnectit. ¶ Egón'. } Amicitiā improbi & flagitioſi (Nā neq; hæc amicitiæ appellatione digna eſt) prorſus repudiat. ¶ Si concor. } A iucundo. Illa enim te oblectabit ſenem. & à neceſſario, quia tu ſenex oblectamentis indiges. ¶ Te oblec. } Iterum magna conſtantia paraſiti amicitiam tenuit, honeſtatis (quæ vel ſola amicitiæ conciliatrix eſt) ſtudioſus. ¶ Minime. } Placaturus eſt ſenem noua quadam oratione, ſed comminationibus vtriuſq; interrūpitur. ¶ Attigeris. } Non dicit percuſſeris. Nam etiā ſolum tactum ineptum ferre recuſat. Ratio eſt à dignitate, quia libera eſt & ingenua, & non ſerua. ¶ Dicam. } More Græcorum dictum eſt, quibus eſt δίκην εἰσάγειν aut ἐπάγειν, Latinis eſt intendere actionem in iudicio, & Cicero experiri, ſicut Germani dicunt, mit recht vornemen. Quare apud hunc legitur, ſummo iure experiri, quod idem eſt, quod grādem dicam impingere: alibi addit ius experiri. vt pro Cec. Quid ad conſtitutum experiundi iuris gratia veniſſet. & alibi pro Quint. Fuit procurator, qui cum experiri poſſet.

*Actum ne agas.*

*Dicā grandem impingere. Experiri.*

## IN ACTVS II. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Rabularum ingenia & mores hîc effinguntur, quorum opera conſilia & res ipſæ magis intricantur, quàm explicantur, magiſque impediuntur quàm expediuntur.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Rabulæ conſilia bonorum virorum interturbant.

2 Parū conuenit inter rabulas, etiāſi ſexcētos adhibueris.

¶ Quanta. } σχετλιαστική. Querela anxia perturbati animi. Propoſitio: Magna & cura & ſollicitudo patrē torquet, vt illic ſpes cōmodi, ita hîc metus mali eſt. ¶ Quime. } Cōfirmat à negotij malo euētu, quo vterq; implicitus eſt. ¶ Neq;. } Exaggerat per abſentiā filij alicubi deliteſcētis. Antea explicui, eūpudoris aut metus euētum, eúmq; naturalem. ¶ Abi tu. } Apoſtrophe eſt ad ſeruum. ¶ Vides. } Propoſitio conſultationis inter rabulas. ¶ Ego Cratinum. } Ita rabulæ honorē ſibi inuicem deferunt. Cratini autem conſilium de reſtitutione in integrum, argumenta ſunt ab æquo & bono, cuius ars eſt ipſa iuriſprudentia. & facilitatis nota eſt, dum dicit, id impetrabis. ¶ Ego ſedulò. } Conceſsio eſt, quā ſedulitatem Cratini comprobat, ſed contrarium infert à iudicatis, quæ irrita non ſunt. Cur autem à Cratino diſſentiat γνωμῇ prouerbiali de varia cuiúſque ſententia ſeſe expurgat, vt inuidiam ſubterfugiat, & detrectet. ¶ Ego amplius. } Differt adhuc conſilium. Ratio eſt à rei magnitudine & difficultate, ſic fit vt intricatus magis intricetur. ¶ Frater. } Conſilij inops fratrem conſulere exoptat. ¶ At ego. } Hic eſt paraſceue præter conſuetudinem. Nam hæc non actus actui cōnectit, ſed ſcenā ſcenæ. Itaque actus malè diuiſos eſſe iudico.

## IN ACTVS III. SCENAM I.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Antipho reuerſus in re ſuā quid actū ſit docet, ac in itinere ſibi ipſi locutus & ſeipſum incuſat, quòd patris conſpectum veritus fugerit; & inde ad futurum colloquium præparatur.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Stultum eſt aliis rem credere, quam ipſe commodius expedires.

2 Non relinquendi ſunt, quibus fides data eſt. Decet enim honeſtum virum promiſsis ſtare.

¶ Enimuero. } μεμπτικῶς orationis eſt propoſitio, qua ſe ipſum vituperādo accuſat. ¶ Itáne. } Confirmat ab indecoro, quod temere aliis ſuam vitam crediderat, atque interrogatione figuratur, vt inſtantior ſit accuſatio. In tali autem genere infinitum ἐκλειπτικὸν vehemētiorem reddit orationem. ¶ Nam venit. } Ratio à decoro, quo conſulendum eſt miſeræ Phanio. & hîc eſt conceſsio ſimulationis ſpecies, quæ Græcis εἰρωνεία eſt. Exaggeratur autem à loco, quia domi eſt, conſulendum igitur huic eſt: ab honeſto, quia promiſi: à ſpe & expectatione; quia miſera in illum totam ſpem collocauit. ¶ Loquere. } Interrogatio hæc futuræ expoſitionis eſt occaſio. Hic in verbo ſubolet, ſubeſt ὑποκοριστικὸν vim imminuendi habens. ¶ Tum Phor. } ἐξηγητικὴ. Exponit enim Geta quidnam per ſe & per Phormionē de negotio Antiphonis actum ſit. Phormio autem laudatur à fide & induſtria præter paraſiti mores. Sed hîc decorum eſt laudis iſtius ſeruum eſſe authorem. ¶ Confuta. } A rebus geſtis ſtrenuè et fideliter. ¶ Quod potui moderatè & ἐλλειπτικῶς ſuū officium narrat: ne ſi laudaret, arrogantiæ inſimuletur. tum ſe domino & Phormioni modeſtè poſtpoſuit. ¶ Quantus metus. } Naſcitur hic ex malo imminente, ſed cùm hoc adhuc incertum ſit, tremor cum metu & triſtitia iungitur. atque hîc amatoriè amicum patruo anteponit. Tantus enim eſt amoris impetus, vt & diis imperet, iudicium perturbans & mentem, & cui nemo reſiſtere poteſt, de quo ſic Sophocles:

*Sub vim habet imminuendi.*

*Amoris impetus.*

Ἔρωτι μὲν γοῦν ὅστις ἀντανίσταται,
Πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ,
Οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει.

Verum etiamſi ſit potentiſsimus conſilia confundens, tamen tempore ſuo tractabilis eſt. Menander:

Καὶ φύσει πῶς ἐναγωγὸν ἐστὶ πᾶς ἀνὴρ ἐρῶν.

Palæſtra. ¶ Palæſtra. ❡ E domo lenonis, quam hic μεταφορικῶς & non ſine chleuaſmo intelligit. Nam illic ſemper amore Phædria exercebatur.

## IN ACTVS III. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Phædria cum lenone de cithariſtria conflictatur, quam militi vendere parabat. Petit autem vt triduum tantùm maneat, quod dum illi recuſat, mutuis contentionibus Phæria, & Dorio ſeſe exagitant. Eſtque hîc ἐπίτασις alterius partis fabulæ.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Lenones niſi præſente pecunia amatores nō admittunt. Hîc enim propter quæſtum eſſe tantùm artem lenocinij videmus.*

2 *Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.*

3 *Fortunatiores ſunt mariti, quàm amatores.*

*¶ Dorio. ❡ Exordij αἴτημα. Sic Ariſtoteles appellat, eſt vt audiatur, & beneuolentia appellatione & obteſtatione conciliatur, parumper docilitatis & attentionis eſt, cùm ſubdit, quod dicā. ¶ At enim tædet. ❡ ἐκφωνικὴ formula faſtidientibus audire apta. ¶ At nunc. ❡ Iterum ad attentionem recurrit. ¶ Nequeo. ❡ Propoſitio obliqua eſt petionis, vt triduū expectaret. ¶ Mirabar. ❡ Attentionem propter vetuſtatem repudiat, quia nihil noui affertur. ¶ Ne quid ſuo. ❡ Forma eſt prouerbialis ad illud Homericū Ilia. ε. expreſſa κακὰ ῥάψαι. Hinc & ſutelæ nominantur inſidiæ, quæ in aliquē parātur. ¶ Ariolare. ❡ Prouerbialiter in eum competit, qui nihil certi affert. alioqui eſt diuinare & coniecturā facere. ¶ Sui fidē. ❡ Confirmatio eſt à ſtipulatione & promiſſione datæ fidei. ¶ Fabulæ. ❡ Diluit illudendo promiſſis amatoris, per prouerbia. Nam & dij amatoriis periuriis veniā dare ſolent. Sicut Plato in conuiuio his verbis cōteſtatur: ὁ δὲ δεινότατον, ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὀμνύντι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τῶν ὅρκων, ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον, οὔ φασιν εἶναι· οὕτω καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι πᾶσαν ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι, ὡς ὁ νόμος φησὶν ὁ ἐνθάδε. ¶ Fœneratum. ❡ Ab vtili propter lucri expectationem. ¶ Logi. ❡ Euſtathio placet vt pro ſermone fabuloſo ſeu fabula accipiantur. Qua de cauſa Aeſopus eſt Græcis λογοποιός, qui eſt μυθογράφος. Alias Iſocrates ſuos libros λόγους appellauit, id eſt, orationes. Eſt autem hîc alterum prouerbium pro dicto ridiculo & contemnendo. Cicero pro Gallio: Ego inquit, ſcio omnes logos. ¶ Crede. ❡ A iucundo per aſſeuerationē & obteſtationem. ¶ Somniū. ❡ Et id prouerbium eiuſdem cum prioribus ſententiæ de re vana. Verùm quoniam de genere id intelligendū eſt, in Phyſiologia explicatur. ¶ Expetire. ❡ A facili. Quia tantùm eſt triduum, itaque non eſt longum. ¶ Cantilenam. ❡ Prouerbium à citharœdis eadem chorda obſtrepentibus natum. ¶ Tu mihi. ❡ Ab æquo, & hîc ἔλλειψις eſt, qua auaritia lenonis magis apprehenditur. ¶ Garris. ❡ ἀποδιώξει confutat, & ad Siculas gerras fit alluſio. ¶ Adeón'. ❡ Ab humanitate. Admirans hæc dicit de pertinacia lenonis & auaritia. Hîc quoq; obiter eſt duri ingenij & inexorabilis finitio, κατ' ἐναντίον, quia non mollitur animus lenonis, (Ecce hîc ἀντίθετον contra durum) neq; precibus (ideo eſt inexorabilis) neq; miſericordia, & ſic ſordes lenonis perſtringit. ¶ Adeón'. ❡ Egregiū*

Logi.

*eſt ἀντίστροφον, & incogitantiæ & impudentiæ notatio. Eſt enim iſte impudens, qui ornatu verborum ſeducit, qui gratis puellam hero inuito ductat. Phaleræ autem ornamenta equorum & equitum μεταφορικῶς pro fuco accipiuntur. Ductandi verò vocabulum turpe & obſcœnum, lenoni propriū. Quintilianus inter κακέμφατα numerat. Contrà alij honeſtū eſſe ſentiunt, referentes ad verbum nuptiale, quo ſponſam ducere dicuntur νυμφαγωγοί. ¶ Heu veris. ❡ Victus veritate cedit, & eſt conceſſio. ¶ Quam vterque. ❡ Improbus eſt leno, & vanus eſt promiſſis Phædria. ¶ Neq; Antipho. ❡ Hoc eſt, non in hoc diſcrimen veniſſem, ſi Antipho aliqua alia ſollicitudine occupatus eſſet, nec tam grauiter in amore ſuo periclitaretur. atq; artificioſa ad aliud orationis genus fit digreſſio. ¶ O fortu. ❡ Gratulatio eſt per exclamationē quā aduerſa fortuna extorſit. ¶ Cui quod. ❡ Cōfirmatio cur ſit fœlix, quia re amata fruitur. ¶ Nec cum. ❡ Ratio eſt, quia non eſt illi cum lenone conflictandum. hîc autem in verbo eſt generis enallage. ¶ Mihín'. ❡ Interrogando diluit gratulationem, vt qui in periculo ancipiti conſtitutus ſit, quod eſt lupū tenere auribus prouerbialiter, cuius hic eſt notatio in amittendo & retinēdo, quod in tenendis lupis accidit. ¶ Ipſum iſt. ❡ Alludit ad idem prouerbium nō ſine ioco, quod dixit Antipho. Nam ſignificat ſe Phædriam retinere non poſſe, quia nihil numerat, neq; expellere, quia improbè blādus eſt multa pollicitus. ¶ Eia ne. ❡ εἰρωνικὴ correctio eſt. Ne nō ſatis tuo nomine reſpondeas, hoc eſt, propterea iſthuc dicis, quòd times ne parum lenonium quæſtum exerceas, néve ſatis magno puellam vendas. ¶ Hiccine. ❡ Expoſtulatio eſt, cuius intentio eſt de venditione Pamphilæ, quia eſt inhumaniſſimus. Et vendidit ter propter inſignem & παράδοξον admirationem. ¶ Quàm indig. ❡ Diluit admirationem ab æquo, quia ſuam ſuo ære emptam vendidit. ¶ Nequeo. ❡ Redit ad aliā expoſtulationē, quòd ſit inexorabilis, vt triduum expectet. ¶ Haud longum. ❡ ἔντευξις eſt, Antiphonis propoſitio eſt, ſine exoret, quod orat. Eſtq; elegans agnominatio. Ratio à facili ex tēpore, quia non diu. ¶ Idem hoc. ❡ Alia ratio ab vtili & promiſſione futuri beneficij. ¶ Verba. ❡ Prouerbiali figura vanitatem verborum oſtendit, Græcis λόγοι ſunt vnde λογίμποιος. ¶ Pamphilam. ❡ Ab inhumano, cum vrbe priuatur: ab abſurdo, cum vxor diſtrahatur. ¶ Dij tibi. ❡ Precatio eſt, ſed ambigua. ¶ Ego te. ❡ ἀντεισαγωγῇ illum refellit. Patiens enim tulit illum pollicentem, ſed vanū eſt eius promiſſum. Auget factum ſuum à difficultate, quòd contra naturam: à tempore, quòd multos menſes tulit. ¶ Et nunc. ❡ ἀντίθεσει alium largitorem opponit. Qui dat & non flet gratior eſt lenoni, quàm qui flet & orat, & nihil dat. Nō enim prece, ſed precio lenonis animus expugnatur. Eſt pulchra perſonarum collatio admiſta. ¶ Da locum. ❡ Ab æquitate. Iudicat enim æquum, vt qui nihil fert, cedat ferenti. ¶ Certè hercle. ❡ Refellit ab actione temporis, quo ſoluendum erat argentum. ¶ Num ego. ❡ Expoſitio eſt de die præſtituta. ¶ Minimè. ❡ Vides lenonem vbique auarum & vanum induci, qui neglecto pacto non dubitat ante tempus argētum expetere, quod eſſet plus petere. ¶ Sterquilinū. ❡ παροιμιακῶς cum ironia, pro re viliſſima & contemptiſſima. Eſt enim ſterquilinium locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum, authore Feſto. ¶ Itáne tam. ❡ Suggillat quòd etiam præter æquitatē ſit inexorabilis. ¶ Sic ſum. ❡ Enallage aduerbij pro pronomine. ¶ Siccine hunc. ❡ Tertiò expoſtulat quòd ſit deceptor. ¶ Immo. ❡ Diluit per inuerſionem admodum vafrè cum ratione.*

Phaleræ. Ductare. Verba. Logi. Sterquilinium. Sic ſum.

tione. Qui dat fidem homini perſpectæ improbitatis & deprauatorum morum, is iuſtè fallitur & volens. Sed qui ab eo quem credebat bonum eſſe decipitur, maiorem iniuriam videtur pati. Habet & hîc locum prouerbiū, Tollat te qui non nouit. ¶Sed vt vt.} Lex eſt lenonia, qua fides quæſtui poſtponitur. Conſtituit autem ſe illi prius daturum puellam, qui prior pecuniam numerauerit.

## IN ACTVS III. SCENAM III.
### ANNOTATIONES.
### ARGVMENTVM.

Nunc adoleſcentes mutuam tradentes operam perſuadēt Getam, licet difficulter, vt per fallaciam argentum extorqueat pro cithariſtria redimenda lenoni dandum, hinc magnæ turbæ in epitaſin veniunt, eſt'que συμβουλευτικὴ præcipuè, ſeu προτρεπτική.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Non facilè inueniet argentum, cui nihilo minus eſt.
2 Aequum eſt, beneficium beneficio reddere.
3 Stulti amatores amicam vbique ſectantur.

¶Quid faciam.} σχετλιαστική, qua conqueritur ſe eſſe miſerrimum, & in tanta acquirendæ pecuniæ difficultate valde dubium. Eſtq; propoſitio, cum temporis breuitate & affectu. ¶Cui.} Confirmatio ab impoſſibili per hyperbolicam extenuationem. ¶Itáne.} Hortaturus Getam ad iuuandū Phædriā, orditur ab indigno, eſtq; propoſitio: Non feramus, vt miſer fiat Phædria, hoc eſt, vt puellam amittat, ex futura calamitate ſi nō iuuetur argento. ¶Qui me.} Confirmatio ab æquo, quia pro beneficiis acceptis gratia eſt referenda. Hac autē ſeorſim ad Getā loquitur. Habes in Antiphonis perſona amici commodi & grati exemplum expreſſum. ¶Age.} A facili, vt facilius perſuadeat, quia ſolus eum ſeruare potes. ¶Inuenias.} Propoſitio conſilij eſt, vt ipſe à ſene argentum comparet. Explicat autem diſtinctè quid agendum ſit, vt Phædriæ conſulatur, & vnde argentum haberi poſſit. ¶Ab dictum.} Verecundè modum indicat, quod palàm non audet iubere patrem eſſet decipiendum. Sapiens tu es, Ergo quid te velim facere facilè intelligis. Eſt & illud Homeri expreſſum:

τάγε δὴ φευγέοντα κελεύεις.

¶Sanè hercle.} Ironica eſt ἀντεισαγωγὴ à difficili & iniucundo. ¶Non triumpho.} Triumphū commerui. ſeruus cunctanter & difficulter periculum proſpiciēs aggreditur, vt qui in malo etiam quærebat crucē, afflictus magis affligebatur, nō vult malum addere malo. ¶Ego vobis.} Nunc congreditur Phædria hæc mæſtus loquens. Quaſi dicat, non ſum vobis ignotus, non peregrinus, ſed amicus. Cur ergo me deſeritis? ¶Non puto.} Breui reſponſo εὐδοξίαν ſuam oſtendit. Et per interrogationem obiicit aliud quo ſe ipſorum voluntati opponit. Iratus ſenex non magis commouendus, nec inſtigandus eſt. Ratio ab inutili, ne poſthac vlla ratione placari poſſit, priori'que errato non det veniam. ¶Alius.} Vrget à neceſſitate & præſente occaſionē. Et eſt πάθος ad indigno. Indignum iudicat puellam ex vrbe ab ignoto milite abduci. Conatur quoque Getam ad ſe iuuandum impellere grauioris mali denuntiatione. ¶Contemp.} Epilogi vice ἀποδεικτικοῦ id dicitur, habete mei rationem. ¶Quoquo.} Exponit malum quod denuntiauit. Abeuntem autem vult perſequi aut perire. Suo periculo vehementer ſeruum vrget. ¶Pedetentim.} Abominatio eſt cū admonitione, ne quid præcipitanter & inconſideratè agat. Græcis eſt κατὰ ποδὸς βάσιν. Et ſimile eſt σπεῦδε βραδέως, & ἡσύχῳ ποδί. Præcipitiis conſilij comes eſſe ſolet pœnitentia. ¶Vide.} Ad ſeruum. Petit vt Phædriæ ſubueniat, eſt'que propoſitio. ¶Quare obſecro.} Vrget obteſtatione & occaſione. Et à ſuo timore, ne flagitiū cōmittat Phædria. Veretur nè plus agat quàm deceat, aut minus quàm opus ſit, à mediocritate verò in qua ſecundum Ariſtotelem virtus eſt, agendo recedat, indéq; cōmunis dolor ad omnes perueniat. ¶Quæro.} Perſuaſus pollicetur operam. Sed mox aliam ἀντεισαγωγὴν adnectit, malum enim nempe crucem timet. ¶Noli metuere.} παρρησιαστικὸν eſt. Iubet enim nihil timere. Ratio ab auxilio cōmuni. Et eſt dictum vero amico dignū iuxta Ciceronem. ¶Quantū.} Alia ἀντεισαγωγὴ de argento. ¶Triginta.} Admiratur precium, & caritatē obiicit. Sed Phædria à contrario diluit. ¶Sed opus eſt.} Alia ἀντεισαγωγὴ de adiutore improbo. Nā multa obiicit, vt vehementius Phædriam amantē & moræ impatientē torqueat. Qui enim inuiti aliquid faciūt, multa cauſari ſolent. ¶Præſto eſt.} Diluit & hanc obiectionem præſentia Phormionis, & indignè fert tot ab ipſo obiici. Commēdat & Phormionem, cui quiduis oneris ſuſtinere amici cauſa nō ſit graue. Dicitur enim prouerbialiter de iis, qui nullum officium refugiunt, modò amicis gratum faciant. Eſt enim homo homini amicus, deus. Eſt quoq; homo homini lupus. Ouid.

Conueniens homini eſt hominem ſeruare voluptas,
Et melius nulla quæritur arte fauor.

¶Nihil.} Iocatur in Antiphonē, iubens conſolari afflictam Phanium in domo. ¶Qua via.} Quærit de ratione cōparandæ pecuniæ. Et quandam difficultatē ſuo more ſubindicat.

## IN ACTVS IIII. SCENAM I.
### ANNOTATIONES.
### ARGVMENTVM.

Subobſcura eſt ſenum fratrū cōſultatio de nuptiis. Chremes enim conſtituerat Phanium ex pellice filiam Antiphoni in ſponſam, cùm verò audit eū alterius amore teneri, timet ne vxor Attica reſciſcat, ſe cum pellice in Lemno conſueuiſſe. Verùm ſenis error poſtea patefiet. Illa enim ipſa eſt Chremetis filia, quam Antipho vxorem cupit. Eſtq; συμβουλευτική, prior verò pars eſt ἐξηγητική.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 Maturius collocandæ ſunt filiæ nubiles.
2 Senectus ipſa morbus eſt.
3 Inter amicos fideles omnia ſunt patefacienda etiam arcana.
4 Mariti infideles vxores ſuas timere coguntur, malè enim ſibi conſcij ſunt.

¶Quidquam.} Quærit de cauſa profectionis in Lemnum, & num adduxerit filiam. Hîc autem καταχρηστικῶς nomen inſulæ ſine propoſitione ponitur. ¶Poſtquam.} ἐξήγησις eſt. Narrat qua occaſione Phaniū Athenas venerit, & cur ipſe diutius in Lemno ſit moratus. ¶Poſtquā videt.} Duæ ſunt cauſæ profectionis vxoris Athenas: prior, diuturna Chremetis abſentia à pellice: poſterior, ab ætate virginis, quę nuptui erat danda. Ideo quæſitū Chremetē venit Athenas. ¶Quid illic.} De cauſa moræ quæritur. Cauſatur Chremes morbum, ludens vocabulo ambiguo, mox verò ſenectutē morbum facit. Nam Apollodorus vt Donatus refert dixit: τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. Ariſtoteli eſt νόσος φυσική, id eſt, morbus naturalis. In Catone Ciceronis dicitur eſſe onus Aethna grauius. Senectus eſt morbus.

*Apud Homerũ vocatur* χαλεπὸν γῆρας. *Iliad.* θ. *Sed conſulatur prouerbij huius explicatio in Chiliad. Eraſmi.* ¶ *Quod quidem.* } *Querela de animi ſui ſententia, vt certi quiddam deliberare poſſet, eſtq́ hîc propoſitio.* ¶ *Nam hanc.* } *Ratio à periculo per dilemma. Decreuerã filiam meam dare Antiphoni, nunc verò danda eſt extraneo in vxorẽ, qui aut ducet, aut ſpernet.* ¶ *Quo pacto.* } αὐθυποφορᾷ *ſe cuncta in amici veri & fidelis ſinum transfundere ait.* ¶ *Ille ſi.* } *Partes ſunt dilemmatis. Ille extrarius ſi me volet ſocerum, tacebit, & famæ atque æſtimationi meæ ſtudebit. Eſt enim* φίλος ἕτερος ἐγώ. *Si autem eam ſpernet, ſciet, quod ipſum nolim ſcire, nempe Phanium eſſe filiam meam. Hinc peccatum meum prodetur vxori, quæ hîc eſt.* ¶ *Quod ſi.* } *Exaggerat periculum, quòd domo ſit exeundum, quòd conſilij ſit inops, quòd ex ſuis ſolus ſit.* ἐγὼ γὰρ εἰμὶ μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός. *Sapit prouerbium de his, qui à quibus conſilium auxiliúmq́ petant, nõ habent.* ¶ *Scio ita.* } *Pollicetur ſtudium & diligentiã de efficiendo promiſſo, vt Antiphoni nubat filia Chremetis. Ponitur autem defetiſcar pro defatigabor. Et Priſcianus quoque libro ſeptimo, docet hoc verbum à fatiſcor, quod à deficio venit, formatum eſſe, licet fatiſco neutrum hodie magis ſit in vſu quàm fatiſcor.* Defetiſcor.

## IN ACTVS IIII. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Geta laudat Phormionis calliditatem. Et exultat atque geſtit à ſenibus fraude pecuniam auferre. Eſtq́ hîc inſtructio ad emungendam pecuniam.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Serui voti ſui compotes mirè ſibi applaudunt.*

2 *Serui ſemper ſui ſimiles heros ſuos fallendo.*

¶ *Ego.* } *Hæc pars eſt in genere encomiaſtico. Propoſitio laudationis eſt per comparationem, ſimplex verò eſſet: Callidiſſimus eſt Phormio. Hæc autem vultu & geſtu admirabundo pronuntianda ſunt.* ¶ *Venio.* } *Confirmatio per* ἐξήγησιν *facti, quæ iſtius calliditatem in emungendo argento exponit. Commendat verò à promptitudine intelligendi rem, & inueniendi technã in ſenem, à facilitate & ſtudio ſeruiẽdi adoleſcentibus tanquã ex ſignis. Obſerua autem hîc depingi ſycophantam verſutum, cui volupe eſt fallacias ſtruere. Eſt &* ἀσύνδετον *orationi aptum, vnà cum homœoteleuto ad rei geſtæ celeritatẽ declarandam multum faciens.* ¶ *Dijs gratias.* } *Ab occaſione bene merendi de vtroque adoleſcente.* ¶ *Sed eccum.* } παρασκευὴ *ad ſequentẽ ſcenam.* ¶ *At at.* } *Eſt primũ animo conſternato ob inexpectatũ & ſubitum Chremetis aduentũ. Animo enim quaſi attonitis efficimur, quando repentinum malum nobis obiicitur. Sed mox ſe conſolatur, caſtigando animum recipiens, vtilitate & ſpe duplici oblata. Geſtit ſeruus improbus duos fallere, vt rectè dicatur: Quot ſerui, tot hoſtes.* ¶ *Petam hinc.* } *Exponit conſilium & ſpem ſuã. Primùm à Demiphone vult pecuniã petere, à quo vbi nihil impetrauerit, vult hoſpitem, id eſt Chremetem, qui primùm peregrè venerat, adoriri per inſidias.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

*Geta adoritur ſenes, mira fallacia argentũ cudit, & minas triginta ab ipſis aufert, quas tamen non Phormioni, ſed Phædriæ ad Pamphilã redimendã, vt poſtea patebit, tradit. Sed Antipho audiẽs Getæ narrationẽ, in ſummũ metũ cõiicitur, qui eſt eius periculi* ἐπίτασις. *Eſt ſuaſoria tota in Geta.*

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Serui aſtutiſſimi heros ſuos fallunt.*

2 *Credulitas ſæpe obeſt.*

¶ *Expecto.* } *Hîc eſt occaſio præſentis Antiphonis.* ¶ *Impellat.* } *Perſuadeat. Nam ſuprà ad aduentum Chremetis ſe de diſturbandis nuptiis conſiliũ daturũ dixit.* ¶ *O noſter.* } *Exordium eſt, beneuolentiã captat ſalutatione.* ¶ *Venire.* } *Gratulatur ei ſaluũ reditũ. Eſt autẽ apocope in voce volupe. Veteribus enim volupia dea exiſtimata eſt, quam à voluptate dictam eſſe Auguſtinus tradit.* ¶ *Compluria.* } *Pro cõplura, archaiſmus, vt quibuſdam placet. Diuerſum ſentit Gellius lib. 5. ca. 21. qui ex Capitonis authoritate docet olim Latinè dictum eſſe compluria, cõplura autem barbarũ eſſe. Vnde cõiicere licet olim ſingularẽ nominatiuũ plure, à quo pluria iuxta analogiã, in vſu fuiſſe.* ¶ *Ita de.* } προκατάληψει *diluit in principio orationis* δυσχέρειαν, *quæ à ſene inferri poſſet.* ¶ *Tun' di.* } *Altera* προκατάληψις *de indignitate facinoris.* ¶ *Nã hercle.* } *Beneuolentiã captat à ſua ſedulitate & ſollicitudine.* ¶ *Inuéni.* } *Attẽtionis eſt de remedio inuento. Vide autẽ quàm veriſimiliter fraudẽ ſtruat.* ¶ *Vt abij.* } *Narratio eſt tota falſa quidẽ, ſed admodũ veriſimilis. Sæpe minus cauti æquè facilè veriſimilibus, atque veris decipiuntur. Narrat quale remediũ inuenerit, & quid cum Phormione egerit. Sunt etiam hîc ſuaſionis argumẽta ductu obliquo (dum enim Phormioni ſuadet, ſeni ſuadet) obſeruanda.* ¶ *Is qui.* } ἀποσιώπησις *mirificè huc quadrans, quaſi de illo non admodum ſollicitus ſit.* ¶ *Solum.* } *Ab occaſione cõueniendi.* ¶ *Cur non.* } μιμητικῶς *repetit orationem, quam ſe ad Phormionẽ habuiſſe fingit, eſtq́ propoſitio: ſine vt negotia de nuptiis componantur. Ratio eſt ab æquo & bono, vel honeſto & vtili per Antitheſin.* ¶ *Herus.* } *A poſſibilitate reconciliationis tum ex liberalitate, tum ex modeſtia heri.* ¶ *Nam.* } *Ratio à conſilio amicorum, quæ ſenem magis viget.* ¶ *Quid hîc.* } *Hæc Antipho ſecum pauibundus loquitur.* ¶ *An legibus.* } *Occupatio, qua excludit quod fortè Phormio de pœna, quam eiiciẽs daturus eſſet, poterat obiicere.* ¶ *Eia ſudabis.* } *Diſſuadet Phormioni ne legibus diſceptet propter hominis eloquentiã. Eſt ab adiunctis. Quia* αὐτόδικος *eſt valde eloquens, illi reſiſtere non eſt tutum. Eſtq́ ab inutili, timendũ eſt illi qui cum eloquente congreditur, ne cadat cauſa. Notat quoq́ difficultatẽ vincendi in Phormione hac voce ſudabis, qua metaphoricõs ſignificat rem vanã & laborioſam conaturũ Phormionẽ.* ¶ *Verùm pone.* } *Communicatio, etiamſi victus eſſet & cauſa caderet, tamen non eſſet cauſa capitalis. Græcis eſt* τίθει, *pone, fac eſſe, pro* τίθετι. *Lucianus in Prometheo:* τίθει δὲ ὦ ὁρμῆ τὸ χαλεπώτερον, *&c. & infert* τί δ' οὖν. *Nam* τίθημι *ſæpe accipitur pro eſto, ita ſit, vel do ita eſſe. Exempla ſunt apud Iſocratẽ & Demoſthenẽ.* ¶ *Soli ſumus.* } *Conditionem repetit, quam ei propoſuerit, vt à lite ceſſetur vtrinq́. Eſt autẽ pecuniaria. Nam hoc vnum agit, vt pecuniã extorqueat.* ¶ *Satin'.* } κατ' ἀντίφρασιν, *quaſi dicat, dij minimè ſunt propitij iis qui nuptiis aduerſantur.* ¶ *Nam ſat.* } *A poſſibili & modo reconciliationis. Si tamen æquũ & bonũ poſtulaueris, non cõmutabitis verba tria, id eſt, minimũ inter vos altercabimini. Videmus vſu venire, vt altercãdo vltro citróq́ verba cõiiciantur cõmutentúrq́. Simile eſt in Andria: nunquã hodie tecum pattẽ vnum cõmutaturum verbũ eſſe.* vvort miteinander vvechſelen.

*Impello, pro Perſuadeo. Volupe. Volupia. Compluria. Sudare. Pone. Cõmutare verba.*

¶ *Quis*

[Quis te.] ἀντισαγωγὴ hîc neceſſaria. [Imò.] Cauſatur τὸ ἀναγκαῖον iſta loquendi. [O'ccidi.] Anxia exclamatio adoleſcentis amore perditi ob dictum Chremetis. [Quid.] Non ſine geſtu hæc pronutianda, quibus ſignificat ſe non probare tantum à Phormione poſtulari, non pro honeſto, ſed pro libidine. [Talentum.] Ex hoc loco docent quidam duplex fuiſſe talentum, magnū & minus, hoc ſexaginta, illud verò octoginta librarū. cùm autē libra valeat decem coronatis, faciet maius octingentos coronatos, minus verò ſexcentos. Sed de eo conſulatur Budæus. [Immo.] Diſplicet ſeni iniqua poſtulatio. [Quid ſi filiam.] Vix tantum dotis daret. cùm dicit vnicam, amplificat, & notat πολύγετον. [Vt ad.] Attentionem parat à breuitate & veritate. [Ego vt.] Per μίμησιν repetit reſpōſum Phormionis, & aſtutè fingit iniquū hominem ab æquo argumentantem, ac poſtulare tantum quantum dotis cum altera accepturus eſſet. Eſtq; propoſitiuncula: Volui amici filiam ducere, vt eſt æquum. [Nam mihi.] Ratio ab inutili propter futurā ſeruitutē. Nam cùm diuiti paupercula quædam obtruditur, magis magíſq; obnoxia & ſerua redditur. apud Ouid. in epiſt. Deianira ait:

*Talentum duplex.*

*Nubēdum eſt pari.*

Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
  Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies læſura ferentes.
  Si qua voles aptè nubere, nube pari.

Fuit & dictum Pittaci γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων, vxorem ducito ex æqualibus. [Sed mi.] A neceſſitate diſſoluēdi æs alienū [Vtrū ſtul.] Neſcit quo animo dicat, malitia ne an ſtultitia. Stultitia peccat, qui per imprudentiā aliquid cōmittit: malitia verò, qui ſtudioſè & ſciens malū deſignat. Apud Ariſtotelem iniuria inconſulto & caſu facta eſt ἀτύχημα, & ἀτυχεῖ, qui caſu inopinato cuipiam nocet. Cùm autem iniuria fit non inconſulto, ſed tamen ſine malitia & non de induſtria, eſt ἁμάρτημα. Sed ἀδίκημα à prauitate proficiſcitur, quod homines animo commoto admittunt. Sed vera iniuria & malitia & iniuſtitia eſt ἀδικία, de his Ariſtotel. in quinto ἠθικῶν & lib. I. Rhetor. [Quid ſi.] Seni diſplicet tantum æs alienum, & hoc παροιμιακῶς dicitur de eo, qui maiori ære alieno tenetur, quàm vt ſit ſoluendo, qui nō facultates tantùm, ſed ſeipſum quoque debet. Is nexus olim creditori addicebatur, vt corpore, id eſt, opera lueret quod ære non poſſet. Videatur prouerb. τὴν ψυχὴν ὀφείλει. [Ager oppo.] Adhuc neceſſitatem vrget ad extorquendum argentum. Non autem ſummam ſimul, ſed per partes profert, ne ſenem tenacē deterreat, ſed ordine conſenſum eliciat. Quare oppignorationem ædicularum ſubiicit, & ancillarum & ſupellectilis & ſumptus nuptialis emptionē. Sed ſenex ſemper nimium reclamat tanquam ἀδύνατον cauſans. [Sexcentas.] Magis ſexcenties mihi formulam intendat, & certa lege apud iudicem mecum agat. Suprà dixit tria verba pro paucißimis, hîc ſexcenta pro magna congerie ponit, certum numerum pro incerto vſurpans. [Quæſo ego.] Offert vltro Chremes pecuniam, modò furtiuus concubitus celetur vxorem. Petitoria eſt, cuius propoſitio ſtatuitur in verbo quieſcendi. [Tu modò.] A decoro confirmat, vt filius conſenſu patris ducat vxorem. [Mea cauſa.] Ab æquo ratio cur ipſe tot minas perſoluat. [Quantum.] Hæc fingit vt ſenes vrgeat ne morentur argentum numerare, hoc enim non Phormioni, vt putant ſenes, ſed lenoni intra craſtinum dandum erat. [Quæ.] Auarus Demipho malè precatur Phormioni ob pecuniam, quā difficulter numerat. [Lemni.] More veterum aduerbialiter ſine præpoſitione vſurpatur tanquam vrbis nomen proprium, pro in Lemno.

*Animam debet.*

*Tria verba. Sexcenta.*

*Lemni.*

## IN ACTVS IIII. SCENAM IIII. ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Expoſtulat ob errorem verborū cum Geta, quòd periculū ſit, ne fallaciis eius vxore excidat. Placatur autem ab ipſo, quòd nō bene rem intellexerit, & poſſe pecuniā dari, ſed nuptias multis & variis modis impediri. Eſt ἐπιτιμητικὴ cum χλευασμῷ, & in Geta eſt ἀπολογητική. Eſtq; hîc ἐπίτασις.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Serui vtplurimum rem tranquillam turbulentißimam reddunt.

2 Irridentur ſuperſtitioſi diuinatores & Harioli.

[Satin' id.] Iocus eſt ex amphibolia, quod Geta in meliorē dixit partem, hoc Antiphò in deteriorē trahit. Sit hîc propoſitio accuſationis ſimplex: Rem non probè curaſti. Eſtque acerba ironia. [Quid ego.] Repetitio cum ſtomacho. [Quid ego.] Confirmatio eſt à periculo in quod per illum coniectus ſit. Et hæc eſt locutio prouerbialis ſummam rerum deſperationē notans, quaſi dicat, actum eſt de ſalute mea, adeò, vt ad ſuſpendium adigar. [Vt de.] Vehemens eſt imprecatio atque deuotio. De diis conſulatur Crinitus lib. 25. cap. 11. & Lilius de hiſtoria deorum Gentilium. [Hem ſi quid.] A negligentia per εἰρωνείαν admodum acerbam. [Qui te.] Prouerbialis locutio à nautis ſumpta, cùm tranquillior res magis perturbatur, & in maius periculum adducitur. Id enim ſibi vult è tranquillo ad ſcopulum inferre. [Quid minus.] Ab imprudentia & futuro incommodo. In hac phraſi tangere hulcus ſubeſt prouerbium, admonente Donato, ſignificátque nos eius rei mentionem facere, quæ alicui magnopere moleſta eſt & vrit, vxoris enim imprudenter Geta videtur meminiſſe. [Iniecta.] Incommodum eſt, quia facta eſt ſpes ſenibus, eam poſſe ſeparari ab Antiphone. [Cedò.] A conſequenti, ſi accipiet pecuniam, cogetur vxorem ducere. Ego verò ipſa priuabor. [Non enim.] ἀπολογία eſt ſerui, ſtatuatur autem hîc propoſitio: Phormio eam non ducet. [Noui.] ἀντισαγωγή eſt. Immo ſi repetent pecuniam ſenes, potius eam ducet ex pacto, quàm vt noſtra cauſa ſe, ſi non erit ſoluēdo, in vincula aut in ſeruitutem addici ſinat. Sumptum eſt ex lege addictorum nexorúmque, cuius multa eſt mentio apud Liuium, ſublata eſt à Diocletiano, poſtea condita ſanctione vt docet caput, Ob æs alienum, in Codice Iuſtiniani ſub titulo de actionibus & obligationibus. Eſt autē metaphora ducta à ſagittariis, de qua Eraſm. Rot. conſulendus eſt. [Nihil eſt.] Confutat loco communi vel generali ſentētia, quæ eſt, cuncta malè narrando poſſunt deprauari. Accommodat verò eam ad Antiphonem, quandā quaſi ὑπόθεσιν faciens. [Audi nūc.] Conceßionem ſubiicit & exceptionem. Concedit quidem vxorem eſſe ducendam accepta pecunia, ſed excipit non ſubitò fieri poſſe. Ex cauſis atq; ſignis dilationis propter apparatū, propter inuitationem, propter ſacrificiū. Et addit interea numerari ab amicis pecuniam poſſe, quam ſenibus reddat. [Rogas.] Exponit quomodo nuptiæ poßint impediri, & qua excuſatione Phormio ſit vſurus, per cōgeriem prodigiorum infauſtas nuptias ſignificantium. Et eſt faceta irriſio eorum qui ſeſe huiuſmodi ſuperſtitionibus alligant. Priſcis autē ater canis ingreſſus

*Vlcus tangere.*

*Nexi ob æs alienum.*

*ſignificabat adulterum, qui alibi pudicitiam coniugalem profunderet, vel nuptias funeſtas. Anguis delapſus notat alterum coniugum ab altero veneno extinctum iri. Delapſus per impluuium, id eſt, locum in media domo relictum ad lucem supernè recipiendam, quò impluere ſolet, vel locum, quò aqua collecta de tecto collabitur teſte Feſto. Gallinæ cantus ſub nuptias contractas, vel imperium vxoris in maritum, vel quod vxor marito eſſet ſuperſtes futura, notat. ¶ Hariolus.} A prohibitione Arioli & Aruſpicum. Illi fando prædicunt quaſi farioli, vt Donato placet: hi verò ſunt, qui à victimis & extis futura prædicunt. ¶ Ante brumã.} Id eſt, ſolſtitium brumale, quod eſſe circa octauum Calend. Ianuarias, vulgò Aſtronomi putãt. Tunc autem ſole ad nos redire incipiente dies quoq; creſcere incipiunt. ¶ Pater exit.}* παρασκευὴ *ad ſequentem ſcenam.*

Bruma.

### IN ACTVS IIII. SCENAM V.

#### ANNOTATIONES.

#### ARGVMENTVM.

*De via, qua tuto Phormioni pecunia detur, Demipho loquitur. Chremes vrget vt numerare maturet, & Phormioni puella detur. Sed Demipho ridiculè prudẽs & cautus eſt: nõ enim qua via daret pecuniã, ſed ne omnino daret circumſpiciendum erat. ſed hîc ſenſim ad cataſtrophen fit acceſſus.*

#### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Prudentia, quæ in loco non eſt, ſtultitia eſt.*
2 *Serui ſubinde illudunt ſuis heris.*
3 *Puellæ voluntas etiam ad nuptias requirenda eſt.*
4 *In rectè facto etiam famæ publicæ habenda eſt ratio.*
5 *Mulier mulieri magis congruit.*

*¶ Quietus.} Ad fratrem ſollicitum. Conſolatoria eſt propoſitio: Quietus eſto. ¶ Ego cura.} Confirmatio à tuto. Quia mea opera efficietur ne dent nobis verba. ¶ Hoc temere.} A facili & modo, quo cautè detur pecunia, vult adhibere teſtes, qui ſciant & teſtari poſſint, cui data ſit, & quibus de cauſis, vt ſi quid negare volet, teſtibus conuincatur. Sic fieri ſolet in acceptilationibus, quæ etiam Græcis ſunt* ἀποχαί, *vulgò Quitantiæ. ¶ Vt cautus.} Deridet ſenilem prudẽtiam non temere, cum non ſit in loco. Nam & virtus* ἄκαιρος *vitium eſt. Et non in loco ſapere eſt deſipere. Et* καλὸν τὸ καιροῦ παντὸς εἰδέναι μέτρον. *¶ Atq; ita.} A neceſſario. ¶ Atma.} Ab occaſione præſente maturare negotium oportet. ¶ Rem iuſtam.} Laudando ſenem ſubſannat ¶ Duc me.} Epilogus eſt. ¶ Vbi hoc.} Mandatoria eſt, vt negotiũ vxori exponatur. Propoſitio ab vxore expediendi, vt cõueniat Phaniũ, dicat ei de nouis nuptiis. Ratio ab occaſione, ne abeat. Et à commodo, ne ipſa dominans ſuccenſeat. Inuitus enim iam ob peccatum ſuum offendit eam. Idem tamen & de puella dici poteſt, ne ægrè ferat ſe alteri nuptum dari. ¶ Et magis.} A commodiori ex ſponſi commendatione, quod idoneus ei ſit magis, & familiarior. Familiaritas amorem conciliat, & idoneus amator facilè recipitur. ¶ Nos noſtro.}* ἀνθυποφορὰ *ab honeſto, quia officio noſtro ſumus functi, ideo ſit quieta, & nobis conſentiat. Et ab vtili, ob dotem ſufficientem datam. ¶ Quid tua.}* ἀνταναγωγὴ *ſatis amarulenta. ¶ Nõ ſat.} Diluit non magni referre ne res iſta adeò diuulgetur, modò quis faciat quod decet. Sed hîc in Demiphone ruſticani & inciuiles mores exprimuntur. ¶ Volo.} Requirit quoq; conſenſum puellæ. Non enim decet vt inuita cogatur & ſe coactam cõqueratur. Habes in Chremete modeſtiæ atq; verecundiæ exemplum, qui etiam in rectè factis cenſet famã publicam non eſſe negligendam. Nam pulchrè Cicero in 1. offi. inquit: Negligere quid de ſe quiſq; ſentiat, nõ modò arrogantis, ſed etiã diſſoluti eſt animi. ¶ Mulier.} Facilius perſuadebit ei Nauſiſtrata q̃ vir Demipho. Ratio à ſexus cõuenictia. Quia mulieri mulier magis cõuenit, quia idem ſexus, iidem mores, eadem æqualitas, & amicitia. Eſtq; nota facilitatis.*

Accepti-latio. Apocha.

Fama non eſt negligenda.

### IN ACTVS V. SCENAM I.

#### ANNOTATIONES.

#### ARGVMENTVM.

*Chremes reſciſcit ex Sophrona Phanium filiam nupſiſſe Antiphoni. Afficitur ingenti gaudio ob euentum inexpectatum. Cauet tamen ne vxor reſciſcat ſe in Lemno cum alia vxore conſueuiſſe. Hinc naſcitur occaſio ad* καταστροφήν. *Eſt* σχετλιαστικὴ *primùm, deinde* διηγητικὴ & ἀπολογητική.

#### ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Miſera eſt mulier anus amico & defenſore carens.*
2 *Egeſtas & orbitas ſæpe multa ſuadent.*
3 *Aegritudinem ſæpe mors conſequitur.*
4 *Res inſperata eueniens lætitiam parit.*

*¶ Quid agã.} Querela eſt Sophronę perturbato animo apta, figurata dubitatione, interrogationibus, atq; ſynonymia. Eſt autẽ non tam exordium quàm propoſitio. Quærit amicũ fidelem, cum quo communicet hoc factũ de nuptiis Antiphonis & Phanij. Et à quo auxilium in eadem rè petat. Eſt autem* πάθος *in fortuna, quòd miſera ſit, & amicis careat. ¶ Nam verè.} Confirmatio à timore ſuo de futuro periculo. Et quòd ſe authore puella Antiphoni nupſerit. ¶ Ita patrẽ} Ratio & amplificatio ab affectu patris, grauatè enim & indignè id fert pater. ¶ Quod vt.} A neceſſitate, cuius duæ ſunt cauſæ impulſiuæ. Prior eſt egeſtas, quæ ſæpe hominibus iniqua & intolerabilia ſuadet, iuxta illud Horatij:*

*Magnum pauperies opprobrium, iubet*
*Quiduis & facere, & pati,*
*Virtutiſque viam deſerit arduæ.*

*Et Martial. O quantum cogit egeſtas!*

Egeſtas.

*Poſterior eſt à negligentia, quia pater non inueſtigatur: & à tuto, ne ſcilicet propter egeſtatem eius deſertæ pudicitia à quopiam expugnaretur, vel etiam famæ in vitæ periculum adduceretur. Eſtq; tranſlatio cauſæ nuptiarum in egeſtatem. ¶ Certè.} Videt & agnoſcit Sophronem. ¶ Quod ſi.} Epilogus eſt querelæ: reperto patre nihil eſt timendum. ¶ Eſt ne.} Agnoſcit Stilphonem, quod nomen ſibi ſumpſerat in Lemno, vt furtiuos amores facilius celaret. Nam qui facinus volunt tegere, ſæpe nomina mutant ne inueſtigentur. ¶ Concede.} Veretur ne præ lætitia nimis aperta voce loquentẽ vxor exaudiat, & facinus ſuum prodatur. Ideo ſubmiſſè hoc loquitur, & à foribus domus eã ſeducit. ¶ Ne me,} vetat ne nominetur Stilpho, pudet ipſum nominis malè con ficti. ¶ Vxorẽ.} Cauſa à perſona & moribus vxoris quam timet. Alludit ad ſæuas beſtias alicubi cõcluſas, ad quas ſine periculo adire nemo poteſt. ¶ Verũ iſt.} Aperit cauſam fictionis nominis, à tuto, ne proderetur nomine vxori. Ne effutirẽt mulieres, id eſt, ſtultè & imprudenter eloquerẽtur. Difficulter enim quod ſciunt, tacẽt aut continẽt, vt vaſa fictilia, quæ habent anguſtũ fundum & oram ampliorẽ, quæ facilè ſubmerſa effundũt omnia. ¶ Eho.} Duo quærit ſollicitè ex Sophrona. ¶ Miſerã.} Et dolor et timor hunc affectũ extorquẽt.*

¶ Viuit.}

¶Viuit.} Nuntiat primùm rem lætam de gnata, ſubiungit verò mortem matris cum cauſa, ne perterrefaceret. Nam ex ægritudine fuit miſera, & poſtea eſt mortua. Ægritudo vel triſtitia Græcè λύπη, fuit cauſa mortis. Ea eſt animi contractio aduerſante ratione, quæ doloris morſum aliquem efficit. Et Cicero πάθη ægritudines vocat. Eius ſunt multæ ſpecies, hîc vel dolor, vel ærumna, vel mœror, vel ſimilis ægritudo intelligi poteſt. Vult ſignificare eam in tanto luctu & ærumna & dolore fuiſſe, quòd peregrina & inops non inuenisſet Stilphonem Athenis, vt ſit mortua. ¶Ego autē.} Narrat factum ſuum cum purgatione. purgat ſe à ſexu, à ſolitudine & fortuna, neceſſitatem facti indicans quæ veniam ſolet conſequi, In ſtatu aſſumptiuo. Non enim anum decebat alienam filiam nuptum tradere. ¶Vtpote.} Aliquam difficultatē rei notat. ¶Quid duas.} ἀντεισαγωγή, cum indignatione. Duas vxores hic habere non poteſt, illam nempe quæ erat Phormioni danda, & Phanium. Eſt tamen vna & illa ipſa de qua agitur.

Apud Euripidem in Andromache damnatur Bigamia.

Οὐδέποτ' αὖ δίδυμα
Λέκτρα ἐπαινέσω βροτῶν.
Τὴν μίαν στεργέτω πόσις γάμοις
Ἀκοινώνητον εὐναὶ ἀνδρός.

¶Hau.} Refutat per inficiationem. ¶Dij voſtram.} Præ gaudio exclamat, fortunæ vim & animi lætitiā oſtendens. Ponitque locum communem. Sæpe id caſu accidit, quod ſperare non audeas. ¶Offendi.} Accōmodat ad ſe hypotheſin faciens per narratiunculā. Nam Phaniū nupſit Antiphoni præter noſtram operam & curam. ¶Nunc.} Monet de placādo Demiphone, quē credit indignè ferre has nuptias, ſed error in perſona ignotæ puellę cauſa fuit indignationis. ¶Sed per.} Precatio eſt, ne ſenē vxori prodat de Lemnia muliere.

## IN ACTVS V. SCENAM II.

### ANNOTATIONES.

#### ARGVMENTVM.

Seipſum incuſat iratus ſenex, quòd Phormioni dederit pecuniam, & quòd cùm noluerit videri auarus, prodigus ſit factus. Eſtq; μεμπτική. Deridetur autem à ſeruo facetè.

#### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Etiam ſenes auari dolent vbi expoſuerunt pecuniam.
2 Mediocritas in dando tenenda.
3 Prauorum ſtudia non ſunt pecunia iuuanda.
4 Serui gaudent ſe dominos ſuos decepiſſe.

¶Noſtrapte.} Propoſitio eſt accuſationis acerbioris in ſeipſum inſtitutæ. Noſtra culpa fit vt malum eſſe ſit bonum, vt malis ſit bene. ¶Dum nimium.} Ratio. Quia nos vt boni videamur, & auaritiæ notam deuitemus, ipſos liberaliter iuuamus. Certè benignitas multorum facit homines deteriores. Multi enim cùm ſuæ malitiæ patronos & adiutores habent, dicunt ſibi expedire vt ſint mali. ¶Ita fugias.} A dicto prouerbiali, quod mediocritatem in dando exigit. Nam vt nimia auaritia, ita nimia largitio in vitio eſt. Sic fugienda eſt auaritia, ne in prodigalitatem incidas, & in dando modum excedas. Prouerbium eſt ruſticum: In fugiendo vide ne prætermittas domum tuam, in quam tuto te recipias. ¶Nonne.} Incuſat imprudentiam ſuā, quòd non dubitarit illi dare argentum à quo ſit deceptus. ¶Vt ſit.} A turpi fine. } Vt alatur ad alia flagitia cōmittenda. ¶His nūc.} Cum indignatione & aſperitate ſenili pronuntiandum. In hoc corrupto ſeculo præmia dantur rabulis forēſibus & ſtrepſodiciſtis, qui ex albo nigrum & contrà, ex recto prauū & contrà, faciunt. ¶Vt ſtulti.} Indignatio per epiphonema. ¶Modò vt.} Per ἀντεισαγωγὴν timorē incutit, vix eſſe futurum, vt ducat eam. Quaſi dicat, hæc incommoda ferenda eſſent, ſi modò duceret eā. Eſtq; propoſitio. ¶Haud.} Confirmat ſubdubitare ſe fingens ab animo inconſtanti eius, à poſſibili. ¶Hem.} Cum indignatione. ¶Ita faciā.} Vult prius conſiliū maturè perſequi, vt Nauſiſtrata cū Phanio agat de nuptiis. ¶Argentum.} Abiens enumerat res bene actas. Reputat quoq; ſecum mala imminentia. ¶Quid fiet.} Exhortatur ſeipſum vt ſibi cautè proſpiciat, ſeq; ex his malis eripiat, Sitq; hæc propoſitio. Proſpice tibi Geta. ¶In eodem.} Ratio à periculo futuro. Duæ ſunt rationes prouerbiales. Quia hæres in culpa æquè atq; Phormio. Notat autem difficultatē euadendi & periculi magnitudinē hoc dicto à viatoribus ſumpto, qui vbi in lutum inciderunt, cum alterū pedem vix extraxerint, altero profundius imprimūtur. ¶Verſu.} Vel malum malo cōmutabis, vel vt Eraſmo videtur, vbi te vix ex præſenti malo extricaueris, multo grauioribus impedieris: vt his accidit, qui mutato creditore æs alienum, ære alieno ſoluunt, qui ſe non quidem debito liberant, ſed tantùm creditorem vertunt vel mutant. Græcis eſt μεταγραφὴ τοῦ δανείου, id eſt, nominis transſcriptio. Budæus hunc locum ſic exponit. Id eſt, vulgo vt dicūt, tu nihil perdis niſi expectationē, quia debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore, ſimili conditione atq; ij ſolent, qui vt ſyngrapham vnam diſſoluant, & vna cautione ſe liberent, pecuniam mutuā maiori fœnore iterum accipiunt. Indies enim conditionē ſuam deteriorem faciunt, quod frugi homines non ſolent. Eadem ferè ſententia vſus eſt Demoſthenes in 1. Olynthiaca. ¶Quod præſens.} Quia malum nonnihil differtur, ſed indies creſcit & augetur. ¶Nunc.} Conſilium de inſtruenda Phanio.

Verſuram ſoluere.

## IN ACTVS V. SCENAM III.

### ANNOTATIONES.

#### ARGVMENTVM.

Scena eſt προτρεπτική, hortatur Nauſiſtratam, vt negotium de Phanio commiſſum probè efficiat. Ipſa verò pollicetur ſe facturam, & obiter de mariti negligentia in augenda re familiari conqueritur. Eſt quoq; ἐπαγγελτική, qua Phanium filiam & Antiphonis ſponſam inuentā nuntiat. Narrat autem ſubobſcurè hoc, ne vxor aliquid intelligat.

#### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Vſitatum eſt mulieribus, conqueri de virorum luxu & negligentia.
2 Verborum perplexitate & ambagibus obſcurandū eſt, quod non velis ab omnibus audientibus intelligi.
3 Homo ruſticus & rudis quæ ſubobſcurè dicuntur non intelligit.

¶Agedum.} Exhortationis eſt propoſitio: Placa Phanium nobis. ¶Vt ſua.} Ratio à neceſſario, vt volens non coacta nubat Phormioni. Ne ipſa repugnans conatus noſtros irritos faciat. ¶Pariter nunc.} A facili. Quia prius etiā opitulata es. Eſtque captatio beneuolentiæ ex confeſſione priorum beneficiorum. Cupiunt enim mulieres ita laudari & cōciliari. ¶Factum volo.} Pollicetur operam, ſed per ἀντεισαγωγὴν addit ſe minus officioſam & diligentem eſſe viri cauſa, quàm deberet, Culpam in maritum transferens, ſumítque



BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE CHATEAUROUX

ita conquerendi de ipſo occaſionē. [Quia pol.] Ratio querelæ à negligentia & profuſione viri. Quia negligenter curat bona à patre mihi relicta. [Nam ex.] Amplificat à magna vi pecuniæ acceptæ ex prædiis. [Hem.] Epiphonema per indignationem ex collatione. Quàm eſt vir viro præſtantior, quaſi dicat, Quod pater meus induſtria auxit, hoc maritus luxu perdidit. [Ac rebus.] Auget à rerū vilitate & pecuniæ magnitudine. [Quid hæc.] Stomachoſa eſt interrogatio. quaſi dicat. An non magna hæc ſunt? Nonne meritò obiurgatur? [Scilicet.] Quia mihi videntur magna. Confirmat non ſine ironia, & aſſentitur mulieri. Non enim illi repugnandum erat, quamuis valde inepta, cuius opera tunc opus erat. [Virum.] Votum muliebre, ſed ridiculum, & inutile. Quaſi dicat, Ego certè ſi vir eſſem, tantum argenti non fruſtra accepiſſem, ſed iampridem auxiſſem cum induſtria. [Parce.] Dicturam plura in maritum blandè dehortatur ſermonem intercipiens. Monétque leni permiſſione. [Vt poſſis.] Ratio ab vtili, vt cum Phanio quoque poſſis loqui & contendere, éſtque ἔλλειψις. [Ne te.] Ab inutili. Ne vincaris defeſſa à Phanio. auget autem ab ætate. Nam & hæ ſatis ad clamores & rixas valent. [Hem De.] Chremes non videns vxorem præſentem, incautè facit argenti mentionem. [Nollem.] Hinc fit initium alterius epitaſis partis de argēto temere dato. [Hei video.] Redarguit ſe de garrulitate inconſiderata præſente vxore, quam non præuiderat. ἐλλειπτικῶς verbum, ab homine perturbato eſt omiſſum. [Quid tu.] Dempho ſubruſticus & ineptus homo non ſentit vxore præſente Chremetem non audere quidquam proloqui. Et tamen vrget interrogando. Quærit quid egerit apud Phanium, Neſcit vti foro. Eſtq́ vere ineptus. [Abduci.] Propoſitio ἀποφατικὴ & per ἀδύνατον. Non poteſt ab Antiphone abduci. Dicit autem omnia ſubobſcurè, ne quid mulier intelligat. [Quia vterque.] Ratio à mutuo ipſorum conſenſu & amore, éſtque à difficili. [Quid iſtuc.] Putat ſenex parentes poſſe ſeparare etiam inuitos liberos. [Magni.] Aſſertio eſt, additq́ argumentum ab euentu & cognatione τὸ ἀδύνατον confirmans. Non audet filiam nominare propter vxorem. [Redi.] Reuoca in memoriam quid tibi prius dixerim de filia ex altera vxore. Vult eū cōiecturis quibuſdam intelligere quid velit. Sed Dempho homo rudis & obeſæ naris parum de his intelligit [Ne nega.] A cauſa erroris ex patris nomine mutato. [Non.] Etiam hoc παράδοξον ſeni videtur. [Cur aliud.] ἀντεισαγωγὴ ex nomine Stilphonis prius à Phormione dicto. [Nunquam.] Redarguit ob ruſticitatem & ruditatem. Neſcit quicquā concedere fratri verenti vxoris præſentiam. [Si tu.] Purgat ſe ab impoſſibili. Nihil narras. Ergo nihil poſſum intelligere. [Miror.] Hoc ſecum Nauſiſtrata ignara facti Chremetis. [Vin' ſcire.] Sermo obſcurus, ſignificat ipſam eſſe filiam ſuam. [Dij.] Exclamat. Et iterū importunè vult etiā cum vxore ire ad Phanium. Ratio per diſiunctionem, vt ſciat, vel neſciat. [Ah.] Indignantis eſt ob importunitatem fratris. Videt enim ſe prodi vxori. [Itáne.] Reprehenſio ab indigno & indecoro per eclipſin, quòd non deceat fratrem fratri non credere. [Vin' me.] Inciuilis aſſenſio eſt. Errat tamen adhuc non ſentiens de Phanio dici. [Ire.] Dimittitur vxor, ne audiat Chremetem apertius narrantem. [Sic.] Suaſoria eſt Nauſiſtratæ. Propoſitio: Non eſt dimittenda puella. Ratio à cōmodiori per contentionem. Altera ratio ab honeſto. Quia liberalis & ingenua moribus videtur eſſe. [O Iuppiter.] Exclamat & nūtiat de filia recognita & nupta Antiphoni. Nupta autem paſſiuè accipitur. Nupta. [Quo pacto.] Cum ſine noſtra præſcientia & voluntate fieri non potuerit. Ab impoſſibili. [Non ſatis.] Reiicit narrationē ob loci importunitatem. Quia timet proditionē.

## IN ACTVS V. SCENAM IIII.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Lætus eſt de felici ſucceſſu Phædriæ in amore. Triſtis autem viciſſim, quòd ipſe adhuc in dubiis rebus hæreat, & amorem minus propitiū experiatur. Eſt partim συγχαρειστικὴ, partim λυπητική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Suis ipſorum incommodis amatores gaudent. Scilicet inſano nemo in amore videt.

2 Pulchrum eſt affectibus mederi in afflictione.

[Lætus ſum.] Propoſitio eſt gratulationis, etiam afflictus gratulatur alteri fortunam. [Fratri.] Confirmatio. Quia voti compos eſt. Summa amatori eſt felicitas, re amata potiri. [Quam.] Approbat γνώμη, & commēdat eū de aduerſæ fortunæ medela. Hæc ſententia politica eſt, cōmendans cupiditatum qualiumcunq́ moderationem. Et facit beatum, qui aduerſis remedium adhibere poſſit, ne ipſis ſuccumbat.

Nam quem res nimium delectauere ſecundæ,
Mutatæ quatient. Horat.

[Hic argen.] Per diſtributionem cōfirmat, quòd ſit compos voti. Quia & pecuniam puellæ lenoni dandam accepit, & curis omnibus exēptus eſt. [Ego.] ἀντιθέσει opponit & exaggerat ſuum infortunium. Ipſe ſe ex curis expediuit. ego verò me non poſſum euoluere. Auget & per ἀδύνατον. [Quin.] ἀνταπόδοσις collationis à periculo gemino per dilemma. Siue celetur, ſiue pateſiat factum meum, ero in periculo, Si celabitur, ero in metu perpetuo: ſi pateſiat, ſequetur ignominia. [Neq́.] Eſt notatio afflicti & abiecti animi. Et Ouid.

Sollicitæ mentes ſpéque metúque pauent.

A cauſa cur petat domū, ex aliqua ſpe obiecta de ducenda. [Sed vbi.] Quærit Getam quem à conſiliis habet. Cauſa, vt conſulat de occaſione adeundi patrē captanda. In qua phraſi eſt Helleniſmus, καιρὸν λαβεῖν.

## IN ACTVS V. SCENAM V.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Phormio prodit & iactitat quæ per fallacias cōfecerit, & conuiuia mera crepat, quibus vt in otio ſe dedere poſſit, dicit ſe abitionem Sunium ficturum. Eſt quædam præparatio καταστροφῆς ante futurum congreſſum perſonarum.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Serui infideles ſuis technis gaudent.

2 Serui dominorum incommodo cuncta abliguriunt.

[Argen.] Iactatoria eſt breuiſſima cū enumeratione quatuor rerū quas effecerit. Celeritati rei ſeruit plurimū ἀσύνδετον. [Nam.] Ratio, quaſi eā liberā fecerit, hoc enim eſt manumittere, vel ex lenonis manu emiſerit. Quæ autem fuerit manumittēdi ratio & ritus, iurecōſultorū libri docēt. [Nūc.] Egregia & ſeruo digna deliberatio eſt, vt iterū fallat ſenes. Ita ſui ſimilis velut Gnatho ſemper cupit eſſe. [Ad po.] Potationes facit fructū laborū, & præmium fallaciarū. Hoc enim genus hominū, vt ventrē expleat, nihil nō agit. Quærit

& otium

& otium, ne ſenes repetendo pecuniam ei negotium faciant. [Quidnam.] Collocutio eſt inter hos de mutua opera collocanda. [Ego me.] Aperit ei aliam fallaciam, qua ſenes velit circumuenire. [Sunium.] Eſt promontoriũ vrbis Atticæ & emporium celeberrimum. Strabo in ſexto, Solin. 4. [Mercatum.] Mercatus & locum & tempus ſignificat, authore Donato in Adelphis. [Ancillulam.] Veriſimilem facit abitionem duabus cauſis. Prior eſt, vt ancillulam emat: Poſterior, vt frugalis eſſe videatur, qui eſt maximè prodigus. [Sed oſtium.] παρασκευή ad proximam ſcenam.

## IN ACTVS V. SCENAM VI.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Et nuntiat, & narrat, & gratulatur Antiphoni Phanium vxorẽ eſſe inuentã Chremetis filiam. Eſt ergo ἐπαγγελτική & συγχαρητική cum διηγήσει Comica, quomodo hoc ipſe reſciuerit in ſtatu coniecturali.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Serui adulatores gratulantur dominis fortunatos ſucceſſus rerum.

2 Serui ſunt exploratores & ſecretorum rimatores.

3 In rebus proſperis lætamur.

Fortuna. [O fortuna.] Orditur ab exclamatione geſtiens lætitia. Et fortunam per proſopopœiam vt deam alloquitur, ei hunc euentum ferens acceptum. Fortuna autem eſt incertus rei exitus. Sed fors fortuna proſperũ rerum ſucceſſum notat. Quàm autem fortuna ſit rerum omnium regina & domina, quàm item inconſtans ſit, in ſuperioribus comœdiis ſæpe eſt dictum & explicatum. Plura tamen habet Plinius ad Veſpaſianum, Crinitus, & Lilius in Syntagmate de fortuna. Verè Menander:

Στρέφει δὲ πάντα ἐν τῷ βίῳ μικρὰ τύχη.

Prædicat autem beneficia, quæ herus à fortuna acceperit. Totúmque exordium ad attentionem facit, continétque rei oblatæ exaggerationem. [Nósq́;.] Pulchra eſt ἀντίθεσις cum agnominatione. Oneraſtis diem commodis, nos exonerastis metu. [Sed nunc.] Se excitat, vt properet rem nouam hero nuntiare. Feſtinatio ſignificatur geſtu & habitu. Non vult induere, ſed tantùm ab humeris ſuſpendere, vt ad currendũ ſit expeditior. [Atq́;.] Attentio ex rei nouitate. [Hem tibi.] Indignantis eſt non tamen agnoſcentis. Et hæc feſtinatio magis intendit attentionem. A conſueto contemnit reuocationem. [Tuo odio.] Vt deſeram ſuſceptum curſum. Antiquis odium ſignificabat tædium & moleſtiã. Vnde & hodie pro improba ſedulitate vſurpatur.

Tædium. [Vapulabis.] Minantur inuicem verbera. Sed Geta in curſu non agnoſcit herũ. [Omnium.] En tibi inſignem adulatorem. Propoſitio eſt per comparationem plenis buccis proferenda. Exaggerat autem per macrologiam. Honoratiſſimus & fortunatiſſimus es. [Nam.] Amplificat à deorum dilectione & numero. Tu ſolus à diis diligeris. [Satin' eſt.] Magis facit προσεκτικὸν mora & promiſſione. Delibutũ quaſi vnctum gaudio. Metaphora ab his, qui balſamo inunguntur, vt ad officia obeunda alacriores reddãtur. Ducitur ab inuſitato verbo delibuo, quod eſt inungo. [Vt modò.] Narratio comprobans felicitatem, exponens rem ipſam. Ponitur autem conſultò, vt καταστροφῆς huius negotij manifeſta ſit oſtẽſio. [Ad vxorem.] Tuã Phanium, vt nuntiem Nauſiſtratam venturam ad ipſam eſſe. [Omitto.] Reiectio cauſæ aduẽtus. Non vult à narrationis ſcopo recedere & ἄχορδα afferre, ne ſit prolixior quàm deceat. [Vbi in.] Narrauit occaſionem adeundi, quia miſſus ad eã. Addit nunc locũ & modũ rei nouæ auditæ. [Puer ac.] Impeditio ne ingrederetur cũ διαλογισμῷ. Eſt & ἀσυνδετον. [Sophronam.] A cauſa ob ingreſſum Sophronæ cum Chremete. [Ad fores.] Elegans ὑποτύπωσις ſerui auſcultatoris & proditoris, mirificè & magna energia verborum imaginem clàm auſcultantium exprimens. [Suſpenſo.] Hęc omnia & ad celandam pręſentiam & ad auditionem faciliorem faciunt. Conſulatur Ariſt. ſectione vndecima problema. 41. cur retinẽtes ſpiritum melius audiamus. [Heu Geta.] Gaudentis eſt. Itaque cum geſtu pronuntiandũ. Animus præſagit ei aliquid boni. [Pulcherrimũ.] Auget à re ipſa & difficultate continendi ſui. [Patruus.] Hic eſt narrationis ſcopus, atque adeò totius ſcenæ, cui reliqua omnia ſeruiunt. [Cùm enim.] Confirmat de clandeſtino concubitu. [Somnium.] Eludit, à non credibili. [Aliquid.] Aſſeueratio eſt, cum impoſſibili, non potuit extra oſtium omnia audire. [Atque hercle.] A rumore Phormio probat, fuit enim rumor ſparſus de amore Chremetis. [Immo.] A firmiori coniectura tanquam ἀποδείξει. Ex ingreſſu & ſermone ſenum. [Denique] Concludit alia coniectura. Quòd ad vocandum Antiphonem ſit miſſus.

## IN ACTVS V. SCENAM VII.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Admiratur ſubitaneam fortunam, & deliberat vt ſenes eludat. Eſtq́; præparatio ad futuras turbas. Eſt συμβουλευτική.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Fortunati & improuiſi euentus admiratiõẽ pariunt.

2 In hoc toti ſunt ſycophantæ, vt pecuniam vel fraude comparent, vel non reddant.

[Tantam] Cum admiratione gratulatur vtriq́; adoleſcenti fortunam proſperam, inopinatam. [Summa.] Propoſitio eſt: Eludendi ſunt ſenes. Ratio ab occaſione inſerta eſt. [Et Phædria.] A neceſſario. Quia Phædriæ adimenda eſt cura de reſtituenda & colligenda pecunia ab amicis. Quia data erat lenoni, ideo neceſſariò ab amicis eſt expetenda. [Ne cuiquam.] Ratio ab indecoro & neceſſario, ne cogatur ab æqualibus petere. [Nam idem.] Conceſſione fatetur pecuniam eſſe malè abſumptam, per comparationem. [Nunc] A modo. Vult ſimulare ſe ducturum eam ex pacto, & ſi nõ dederint, pecuniam datam iuſtè conſeruaturum. Inſtruit ſe ad ſequens colloquium. [Sed hinc.] Quærit commodum locum vbi ſenes expectet, vt ſit occaſio apta cõueniendi, quod fit in ſequenti ſcena.

## IN ACTVS V. SCENAM VIII.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Nunc ſenes argentum repetunt à Phormione. Phormio recuſat reddere, & ſibi vxorem dari poſtulat, non tamen ex animo: fit concertatio grauis, ſed ridicula. Senes conantur ipſum apprehenſum in ius pertrahere, ſed is nouam turbã excitans prodere Chremetem vult vxori, fit luſus ſuauis. Eſtq́; in ſtatu iuridiciali, iuréne repetatur pecunia à Phormione. Quæ cõtrouerſia & tractatur hic, & in iudicium veniſſet.

ΘΕΣΕΙΣ.

1 *Paraſitorum inſignis eſt audacia atque impudentia.*

2 *Quod paraſitis ſemel in manus venit, nulla ratione extorquetur.*

3 *Maritus etiam ob peccatum non ita vxorem timeat, vt ſe virum eſſe obliuiſcatur.*

4 *Senes etiam pecuniæ ſtudio rixas forenſes non fugiunt.*

*[Diis magnas.] εὐχαριστικόν eſt. Propoſitio eſt: Diis gratias ago, quod verbis: & habeo, quod animo fit. [Quando.] Ratio à felici rerum euentu. [Quantum.] Ad curam de repetenda pecunia delabitur. Proponítque. Conueniendus eſt Phormio. Ratio ab vtili & opportuno. Vt dum habet, repetã pecuniam. [Demiphonem.] Ex angiporto ad Demiphonem propera. Cauſam, nempe vt quod promiſi effectum reddam, & Phanium recipiam, aduentus Demiphonis intercipit. [Quid ad.] Aſtutè quærit de cauſa aduentus, & ſubridens eam per occupationem ſubiicit, ſe ſeruaturum fidem proponens. [Heus] Confirmat ex ſtudio retinẽdæ fidei, etiam in illa tenuitate. Præ ſe fert perſonam boni viri, & fidem iactitat falsò. [Itaque ad.] Propoſitio eſt: Vxorẽ date. Ratio ab opportuno, quia paratus ſum. Eſt autem tota actio figurata, quia vtrinque dolis luditur & iactatur. [Nam omnes.] Ratio à ſtudio parandi ſe, ad æquo & à ſenum voluntate. Quia autem nouit ſibi eam non datum iri, ideo ſimulat ſe ducturum, & aſtutè vrget vt dent. [At hic.] Recuſat dare cauſam in fratris ἀποτροπὴν transferens. Non dabo, quia frater diſſuadet. [Nã qui.] A turpi vel rumore malo qui ſequetur. Repetit autem fratris verba μιμητικῶς. [Olim cùm.] Confirmatio & expoſitio rationis per collationem temporis & conditionis, & per ἀντίθεσιν. Olim honeſtè potuit virgo dari. Nunc vidua ſine turpitudine inuita non poteſt eiici. [Quæ tu.] Qui me dicebas iniquè agere quòd Phanium ab Antiphone diuerterẽ. [Quia me.] Ab incommodo ſuo & à turpi, ob amiſsionem prioris, ad quam ſine rubore non poßit redire. [Tum autẽ.] A difficili & iniquo, cur nõ poßit dari ex animo Antiphonis, eſſet iniquum ab ipſo inuito vxorem auellere. [Argentum.] Repetit argentum. Iube reſcribi, id eſt, numerari, vt Donato videtur. Quoniam adnumerationem (inquit) pecuniæ antecedit ſcriptura, ideo reſcribere dicebant pro renumerare, vel μεταφορικῶς pro ſolui. Nam & reſcribere eſt aliquid in tabulas accepti & expenſi referre. Iudicat & Seruius in ſeptimo Aeneidos ſcribere eſſe dare, reſcribere eſſe reddere.*

Perſcribere

*[Quod næ.] Ab impoßibili. Quia perſcripſit alius, id eſt, dedit vel expenſum retulit. Totus ſermo hic à rationibus fœneratorum ſumptus eſt, vt Budæo alicubi placet. Et perſcriptores ſunt, qui eiuſmodi officio inſeruiunt. [Si vis.] Repetit propoſitionẽ, quam diuiſione exornat. Duo enim proponit. Aut ducere vxorem vult, aut pecuniam datam retinere. [Nam non.] Confirmat ab iniquo. Iniquum eſt ipſum decipi. Exponit verò ab honeſto & æquo, vt cùm priorem dimiſerit, nunc dotis loco habeat hanc pecuniam, maximè cùm id in ipſorum gratiam fecerit. [I in malam.] Rationibus non poteſt vincere ſenex, currit ad conuitia, A vitiis eius ipſum refutans. Non mouetur nimium conuitiis Phormio, quia malè ſibi conſcius eſt. [Vt filius.] A conſilio Phormionis de Phanio abducenda. Eſtque in ſtatu coniecturali, cur voluerit ducere, an vt eſſet coniunx, an verò vt Antiphoni ſeruaret. Eſt à iuſto. Iuſtè repeto, quia noluiſti eam vt vxor eſſet ducere. [Quæſo.] Cum admiratione eludẽdo ſoluit. [Quin vterque ſuum minaciter & cum clamore poſtulat. [Quid facies.] Videns eum iuris mentione audita nonnihil perterrefieri, ideo acerbè deridens quærit quid ſit facturus porrò, cum in iudicio cauſa caſurus ſit. [Egóne.] A facultate tuendi ſe. Quia patronus dotatis & indotatis adeſſe ſoleo. Ergo & meam cauſam agam. Verùm hîc delabitúr aſtutè diffidens cauſæ, ad aliam euadendi viam. Minatur ſe facinus Chremetis proditurum vxori. Et factum narrat. Qua re plurimum perterrefit Chremes, & mauult omne æs ipſi condonare, quàm vt furtiuum concubitum vxor reſciſcat. [Nullus.] Hyperbolicæ ſunt amplificationes in extrema rerum deſperatione. Vide quàm vir iſte vxorem timeat ob fidem matrimonij violatam. [Oh tan.] Iocatur in eum, quaſi ignorarit eum eſſe. [Quid vos.] Amara μιμήσει ſenum inconſtantiam taxat. Eſt imago inconſtantium hominum eleganti verborum ἐναντιώσει figurata. [Quo pacto.] Muſſant inter ſe, admirantes eum reſciuiſſe factũ Chremetis. [Monſtri.] Res eſt monſtroſa, id eſſe diuulgatũ, quod tã ſtudioſè celauimus. [Scrupu.] Sollicitos reddidi, obieci hoc quod illos mordet, ſollicitos & dubios facit. In Adelphis, timet, ſcrupulũ inieci. [Hem.] Cum indignatione excitat fratrẽ ad faciendã litẽ Phormioni. Nolumus ei donare pecuniã. Ratio à quãtitate, & ab indigno. Quia etiam deridet nos. Ab impoßibili, mauult mori quàm hoc remittere. [Animo.] Confirmat eum & iubet eſſe animo præſenti, éſtque propoſitio. [Vides.] A neceſſario & impoßibili. Quia quod vulgatum eſt, ipſam fugere non poterit. [Nunc quod.] A commodiori & honeſto. Faciet ad eam placandam plus, ſi ex nobis peccatum tantũ audiet quàm ex aliis. [Tum hũc.] Alia ratio, vt facilius Phormionem vlciſcantur. [At at.] Se quoque vt ſibi bene caueat hortatur. Propoſitio. Proſpice tibi. Ratio à periculoſo. Ne hæreas tanquam auiculæ inuiſcatæ, à quibus ducta eſt metaphora. Alia ratio ab ἀντιδικῶν animo, me enim forti animo petunt & enectum cupiunt. Sed videtur hæc non ſeriò loqui. [At vereor.] Expertus eſt vxoris ſuæ iram & acerbitatem ob peccata, ideo veretur, ne de tam grandi flagitio ſit datura veniam. [Ego.] A ſuæ operæ promißione, & facilitate recõciliandi ob mortem pellicis. Quia vxores mortua pellice facilius placantur, quàm viua. [Non hercle.] Quaſi dicat, hoc multum nocebit Chremeti, quòd me ita irritaſti, eſtque ἀπειλητικόν. [An tu.] Grauiter minatur Chremeti à modo & verbis, quibus eam velit concitare in ipſum. Amplificat autẽ factũ à libidine eius, à perſona & dignitate vxoris, à re ipſa vel cõtumelia, et à precibus, quibus veniã petẽs, ſe velit expurgare. Hæc autẽ eò minatur, vt ſenes ab actione abſterreat. [Contumeliã.] Obſeruandum eſt Ciceronis temporibus hanc phraſim minus vſitatã fuiſſe. Et ipſe Cicero in tertia Philippica carpit Antonium, quòd nouo modo ſic dixerit. Reperimus tamen Catonem ſeniorem, & Plautum in Aſinaria eãdem vſurpaſſe. [Incenſam.] Hyperbolica eſt exaggeratio, & egregius metaphoris ornata. Vult ita concitare in ipſum, vt ne lachrymis quidem largißimè effuſis & tanquam guttis è corpore mißis (vt Donato videtur) & multis precibus placare eam queat. [Malùm.] Imprecatio grauis cum admiratione & interrogatione indignationis plena, de tanta hominis audacia atque impudẽtia. [Nõne.] A ſupplicio quod meruiſſet tã ſceleratus homo, vt proſcriberetur & deportaretur in deſertum & ſolum locũ vel inſulam, ne illi cũ vllo homine conuerſandi copia eſſet. [In id.] Ridicula eſt ἀπορία Chremetis*

Scrupulum inicere.

Contumeliã facere.

metis timidi. Nam timor animum conſiliúmque adimit. ¶Ego.} Animoſior Demipho conſilium ſuggerit, vrget vt in ius vocetur Phormio, φιλάργυρος eſt, inuitus caret pecunia imprudenter elargita. ¶Aſſeque.} Summa hîc eſt ἐπίτασις & turbæ maximæ. Vt in ius pertrahere volunt. Hac actione fiunt admodum ridicula. ¶Vna iniu.} Minatur illis actionem iniuriarum. ¶Itáne.} Dum vim patitur, aliud remedium quærit, vxorem euocãdo cui narret peccatum mariti. E'ſtque ad proximas rixas præparatio. ¶Quantum valet.} Vel clamando, vt ſit βοὴν ἀγαθὸς, vel etiam robore reluctãdo. ¶Pugnos.} Pugnos impingito. Græcis eſſet πὺξ ἐντείνειν.
Venter. Vocat & vrbanè ventrem, quod Donatus de toto paraſito dictum putat. Eſt enim paraſitus γαστὴρ, edax, venter, & abdomini ſeruiens. Vnde & prouerbium extat, ventres.
¶Oculum.} Similis eſt Plautini ſenis in Pſeudulo: Oculum excludito. Idem exoculare dicit Græcè, vt apud Ariſtophanem ἐξομματῶσαι.

## IN ACTVS V. SCENAM IX.

### ANNOTATIONES.

### ARGVMENTVM.

Chremes proditus ab vxore peſſimè audit, quæ concitatius in eum inuehitur, Demipho intercedit. Tandem ita hæ turbæ conſileſcunt, vt & Phædria ignoſcatur, erítque hîc omnium periculorum cataſtrophe.

### ΘΕΣΕΙΣ.

1 Malè ſibi conſcij tanquam peccatores obſtupeſcunt. Et hîc dictum eſt iuriſconſultorum: Tacet, conſentire videtur. Agitur enim adulterij Chremes reus à Phormione. Eſt igitur huius oratio ὀνειδιστική.

2 Magna fit controuerſia inter vxorem honeſtam & maritum mœchum. Eſt enim coniugium diſpar, & infidele.

3 Vinum nihil moderabile ſuadet. Eſt enim Pythagoræ
Ebrietas ebrietas μανίας μελέτη. & huc quadrat illud Platonis, quo & ſenem & inebriatum bis puerum fieri aſſeruit.

4 Amor meretriceus eſt fundi calamitas, οἰκοφθορία.

5 Senilis vxor impuro marito eſt contemptiſſima.

6 Factum nequit fieri infectum.

7 Verè reſipiſcenti venia danda eſt.

¶Quis me.} Occaſio eſt colloquij & congreſſus in exordio. Vocabatur enim à Phormione nominatim. & hîc trepidantis & metuentis propter malam conſcientiam ſex ſigna con-
Metuentis ob malam conſcientiã ſex ſigna. iecturalia, atque notationes adſunt, quarum prima eſt, cùm perturbatus hem dicit. Vox enim eſt obſtupeſcentis. Itaque præſentem vxor viderat turbam admirans. Altera eſt, taciturnitas ex conſcientia perturbatiſſima nata, ceu ſtuporis cauſa. Tertia, mentis eſt & animi confuſio tanta, vt locum, quo ſit, neſciat ipſe, propter cordis contriſtationem & debilitatẽ. Quarta eſt, ex totius corporis frigore. Metu enim malę conſcientiæ horreſcunt. Virgilius:

———Mihi frigidus horror
Membra quatit, &c.

Pili quoque inhorrent, cum ex frigore meatus cordis & caloris comprimuntur. Quinta eſt, delirium. Siquidem in corpore metus gignit linguæ titubationem & haſitãtiam, ignauiam propter ſanguinis maximè inopiam, in facie pallorem. Calor enim ad inferiora conceſſit, atque ſic metus creſcit. Qua de cauſa fit, vt aluus trepidantibus ferè ſoluatur, & ab Homero verè dictum fuiſſe de ignauo, Cor huius ad calcaneum decidiſſe. Verùm in animo opera metus, ſunt cogitationum & conſiliorum perturbatio & confuſio in tanta animi anguſtia & cordis magna compreſſione. Sexta eſt, ſtupor & linguæ hæſitantia, cui particula at magnopere inſeruit. Huc afferendæ ſunt ſententiæ Græcorum de mala conſcientia, eiuſdémque effectis. Nam Pythagoræ vel audaciſſimus, ſed malè conſcius, eſt timidiſſimus.

Ὁ συνιστορῶν αὐτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

Veluti ſi quis furto deprehenſus fuerit, mox obſtupéſcit vel eloquentiſſimus, de quo ſic Euripides:

Κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ.
σιγᾶν ἀνάγκη κἂν καλὸν φέρῃ στόμα.

Rectè igitur rectam conſciẽtiam Bias pronuntiauit eſſe βίον ἄφοβον, ſicut Periander ἐλευθερίαν, cum ab omnibus curis & animi anguſtia liber ſit. Quare Socrati viuere tranquilliſsimè videtur οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς ἄτοπον συνειδότες, cùm nullius abſurditatis ſibi ſunt conſcij. Eſt enim facinoroſa conſcientia velut vlcus in corpore, cùm pœnitentiam in anima perpetuò lancinantem & peruellentem relinquat. Latinorum quoque ſunt grauiſſimæ ſententiæ in literis tã ſacris quàm prophanis, quæ tanquam notiſſima hoc loci relinquendæ ſunt. Porrò dici nequit, quanta aſtutia ſubinde magis atque magis ſenem malè ſibi conſcium paraſitus exagitet. ¶Rectè ſanè.} Eſt ironica ἀνάκλασις, & cauſam naturalem habet ex ipſo affectu. Quod ſi bene conſcius eſſet, & nihil timeret, facti quoque expoſitio nulla eſſet, atq; trepidatio. Quapropter vrget, vt ipſe facinoroſius exponat. ¶Scelus.} Frater indecorum eſſe cenſet, vt quis ſui ſceleris narrator eſſet, ſed mox ſcomma huic non ſine eclipſi regeritur. ¶Tibi.} Conceſſione diluit, tibi nimirum flagitioſo opus non eſt. ¶In Lem.} ὑπήγησις. Locus eſt, in Lemno. Modus eſt, cùm ait, clam te vxorem duxit. Factum, ex ea ſuſtulit vnicam filiam. Occaſio eſt, dum dormit, id eſt, ſecura eſt. Hac autem interrumpitur nũc per Chremetem, cùm ſtupidus occlamat, hem quid ais? nunc per Demiphonem comminantem, non taces? nunc per votum Nauſiſtratæ, & eius σχετλιασμόν. ¶Quid ag.} Deſperationis eſt, cum nullus ſubterfugiendi criminis locus ſit reliquus. ¶Hoc.} Aſſeueratione ἀπολογίζει. ¶Pro dij.} Exclamatione παθητικῇ per interrogationem proponit Chremetis factum eſſe indigniſſimum, & eſt oratiuncula ἐλεγκτική. Exaggerando autem propoſitio repetitur. ¶Qui mihi.} Confirmat à veriſimili. Nam amatores ſenes apud vxores ſuas nulli ſunt, & ſenectutem veluti morbum cauſantes. Verùm τὸ mihi inuidioſè dictum eſt, & hic non perſonam notat, ſed ſtomachum & indignationem. ¶Demi.} ἀποστροφὴ eſt ad Demiphonem, eiúſque cauſam pro decoro τῆς ζηλοτυπίας ſubiunxit. ¶Haccine.} A ſignis aſſerit tribus. Primum eſt crebra peregrinatio in Lemnum. Alterum eſt in manſionibus Lemniis. Vltimum rei familiaris eſt contemptus & detrimentum. Repetitione quoque interrogatione et congerie amplificat. ¶Ego.} Deprecatoria eſt, aliàs ἀξιωματική. Nam pro Chremete flagitioſo apud Nauſiſtratam precando intercedit, atque eſt in ſtatu veniali. & primò cõceſſione criminis vtitur, quod deprecari conatur. Eſt quidẽ culpa, attamen ignoſcenda. ¶Verba.} Prouerbiale, quoties fruſtra verba fiunt. Paraſitus autem nondum ſenem vrgere ceſſat. ¶Nam neque.} Impulſio transfertur & aliò deriuatur. Factum quidem non ex odio, non ex negligentia, ſed ex temulentia, cu-

*ius eſt hic occupata narratiuncula, cuius cauſa eſt vinum, quod igni confertur apud poëtas. Sic & filius ſeſe expurgat apud Euripidem:*

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ' ὁμολογῶ δέ σε
Ἀδικεῖν, τὸ δὲ ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον

*Atque expurgando ſeſe peccaſſe inſcium & inuitum, ſed à vino impulſum. Verum eſt illud Menandri, cui videtur parum ſapere temulentus:*

Ὁ πολὺς ἄκρατος, ὀλίγ' ἀναγκάζει φρονεῖν

*Neque malè ille cecinit vt vinum ſit peccandi cauſa:*

Ἅπασι πονηρὸς οἶνος ὁ πολὺς ἐστὶ ἀεὶ
Ἐμέθυον ἱκανὴ πρόφασις εἰσθ' ἁμαρτάνειν.

*Deinde in hac narratiuncula eſt factum, vtpote vitium puellæ illatum. & purgatione praſtruit, modò tempus, quum quindecim anni poſt agnitam præterierant, modò continentia. Nam ne illam, quam credit eſſe pellicem, quidem attigit, modò mors. Itaque nullus eſt ſcrupulus. [Quamobrem.] Epilogus eſt deprecationis, & conſuetam facilitatem ignoſcendi non omittit. [Neglig*ē*tia tua.] Minus vſitatè dictum ac præter conſuetudinem. Alias enim eſſet negligentia tui. [Quid ego.] ἀπαρνητική. Negat ſe æquo animo poſſe ferre, vt quæ mortem ſibi expetat. [Sed quid ſpe.] A ſpe inutili propter tres cauſas. Prima eſt à ſenectute mariti, cuius etſi eſſet minus peccare, ſed nunc multo improbior eſt. Cato ad ſenem improbæ vitæ dixit: Quid eſt quod ſenectuti morboſæ, multáque mala habenti, etiam tuæ improbitatis dedecus adiicias? Sunt enim ſenes enerues & languidi, quibus cùm amant, nihil eſt ſtolidius. Altera eſt cauſa, quia nunc deformis ſum. Vltima, quia ſenio confecta ſum, itaque nō ſum expetenda. Concluſio. Proinde nihil ſpei eſt reliquum. [Exequias.] A ſigno colligit non ſine ſcommate, cùm tantopere Chremes palleat, moribundo igitur ſimilis eſt. [Age nunc.] Iactantia eſt paraſitica de vltionis feliciori ſucceſſu, & comminatio additur, ne quis porrò laceſſat. Facilitatis verò nota eſt ex præſenti facto atque exemplo non ita contemnendo. Mactatum verò per metaphoricam αὔξησιν pro afflicto accipit.* Mactatus. *[An meo.] Pergit accuſare maritum, tam ab honeſto, quia eſt extra noxam, & nunquam commeruit, quàm ab vxoris officio quæ mariti ſtudioſiſſima fuit. [Minimè gentium.] Purgat deprecando à neceſſitate, quia factum nequit fieri infectum. [Ignoſce.] Peroratio eſt, in qua ſtatus venialis præcipui loci colliguntur. [Enim.] Paraſitus ſibi cauit artis ſuæ memor. [Ego.] Beneficij eſt ὑπέξηγησις, ne cœna propter huius memoriam excludatur. [Adeón'.] Reprehendit maritum grauius per collationem, filio quidem id liceret: à vita, quia filius eſt cælebs: ab humanitate, quia homo, à quo nihil humani alienum eſt: ab ætatis decoro, quia adoleſcens eſt: et ab affectione, quia nō vult eſſe πολύγαμος, (Id enim zelotypiam non parum inflammat) ſed μονόγαμος, aut vnius amicæ amator. Itaque ab honeſto non facilè poteſt redargui. [Neque ego.] Durior eſt æquo in maritum vxor, quæ filio plūra tribuit quàm marito, & id decorum muliebre efflagitat. [Immo hercle.] Ad ſpectatores hæc dicit gloriabundus. [At ego.] Iuram*ē*to confirmat ſeſe haud ingratum fore, eiúſque cauſam nō reticet. [Et quod.] Odij eſt velut prouerbialis notatio. Nam odium non tolerat in quem offenſæ exiſtimatio tendit in cauſa vel proſpera, vt inimici doleant, ſicut Gnatho Parmenonem dixit. Nunquid vides quod nolis, vel ſecunda, ne inimici lætentur. Itaque Neſtor Homericus timuit, ne diſſenſione Græcorum Priamus gauderet. Exaſperatur autem cum hoſtem videat, quem amicum dilexit. Naſcitur quoque ferè ex contemptu, offenſione, inuidia & triſtitia. Nam odiſſe ſolemus triſtia. & ſicut lætitia fit atque amor, boni & conuenientis ſpecie recepta, ita ſpecie mali & diſſentientis triſtitia, & auerſatio fit. [Cœnam.] Probè fungitur ſuo officio paraſitus, atque adulter ſubſannando Phædriā iudicem expectat, vt cuncta ſumma hilaritate claudantur.*

*FINIS.*

# OMNIVM QVAE IN HIS COMMENTARIIS EXPLICANTVR INDEX COPIOSISSIMVS.


A
A 466.524
A, Ab, Abs 434
A fratre 651
A labore 78
A me, pro Meus 488
A paruulo 60
A villa 463
Ab, pro Ex 127
Ab accuſatiuo ad nominatiuum tranſitus 627
Ab adoleſcente integra virgo 522
Ab aliquo eſſe 127
Ab aliquo ſtare 620
Ab Andria eſt 125
Ab animo otioſus 623
Ab eo, pro Eius 265
Ab illo eſt. 125
Ab illo iniuria 67
Ab lenone amare 443
Ab re 519
Ab re tua 336.338
Ab ſtudio ſtuduit 590
Abactores 449
Abdere ſe 524
Abduce 457
Abducere 216.218.271.254.377 447.472.730.
Abducere ad nequitiam 453
Abduci 242
Abducitur vxor 575
Abeo 87.478
Abeſſe peregrè 588
Abeſt 181
Abhinc 70
Abhorrens ſum 180
Abhorreo 178.171
Abhorrere 180
Abi 30.465.564
Abire 296
Abi, ſecunda breui 12.20.bis
Abi, abi 478.485
Abi præ 423
Abi in malam rem 261.665
Abi malam crucem 632
Abiit 478
Abite, increpantis eſt 67
Abigo 449
Abiicere amorem ex animo 108
Ablegare 545
Abligurio 227.234
Abnoctare 462
Aborſa eſt 544
Abortus 545
Abortum fecit 544
Abortus natus 544
Abradere 337
Abradi 622
Abs te 517
Abſcedet ira 578
Abſente nobis 277.279
Abſoluere 436.729
Abſolutum genus locutionis 535
Abſque 562.563
Abſque foret 562
Abſque eo eſſet 608.611.612
Abſque, pro niſi 563.612
Abſtemius 93
Abſtergeo 298
Abſtineo cum genitiuo 352
Abſtrahere 95.131.491
Abſum vſpiam 411
Abſurdum 448.503
Abundas amore. 605
Abundare 605
Abuti 53.59.630
Ac 170.178
Acatalecticus verſus 35
Accedo 90
Accepi 564
Acceptilatio 770
Accerſere 211
Accerſo 268.404
Accerſitur vxor 575
Acceſſio huc 280
Accidere 114.762
Accidere ad genua 543.545
Accidit 614
Accingere. 328.621
Accingi 323
Accipere 216.325.326
Accipere contumeliam 299
Accipio 193.645
Accipere, pro Iudicare, vel Interpretari. 221
Accipio, pro Sentio 351
Accipere conditionem 70
Accipere metum 710
Accipere vxorem 99
Accipit vxorem filius familias 600
Accipere, pro Tractare 328
Accipere melius & prolixius 705
Accipias 567.569
Accipitri rete non tenditur. 622.624 763
Accumbere 262
Accuſare 59.397
Accuſatiuus temporis. 151.219.546
Acer, lenis 615
Achilli, genitiuus 404.405
Acolaſtus 388
Acro carpitur 44
Acta res 630
Acta res eſt 367.391
Actio 47
Actor primarum partium 591
Actores partium ſecundarum 592
Actores 47
Actum eſt. 125.127.209.211. bis 315.359.367.391.443.610.704
Actum agere 430
Actum ne agas 631.765
Actus 47.674
Acuo 492
Acyrologia 219.221.325.622
Acyron 115.
Ad, variè vſurpatur 643
Ad 135.532.543
Ad, particula auctiua 158
Ad, auget 610
Ad aliquid nomina 439
Ad Dianæ 466.467
Ad eam rem 83
Ad exemplum 522
Ad frugem bonam ſe recipere 87
Ad id locorum 671
Ad ingenium redire 413.520
Ad me 258.270.472
Ad nequitiam abducere 453
Ad quæſtionem expoſcere 580
Ad raſtros res rediit 394
Ad rem auidum eſſe 222
Ad reſtim mihi res rediit 648
Ad ſcopulũ è tranquillo 648
Ad ſe redire 489.
Ad te 581
Ad te aduenio 107.109
Ad te attinet 424
Ad te redit ſumma 623
Ad tempus 182
Adacrys 238
Adagia 251
Adagiones 251
Adbibo 345
Adcreuit 135
Adducantur 219
Adduci 272
Adeam, pro Adibo 152
Adelphi 406
Adeo. 72.172.219.220.238.412.553 555
Adeò, pro Ad id 758
Adeò, pro certè 340
Adeò res redit 595
Adeo ad 104.106.150

Adepti ſumus vitam deorum 378
Adeſdum 60.67
Adeſſe 54.65
Adeſſe cauſæ 626
Adeſt 599
Adeſt propè 79
Adfuturum eſſe 289
Adhibere teſtes 650
Adhuc 128.663
Adhuc locorum 671
Adiectio ſyllabica 71
Adiicere animum ad aliquid 222
Adimo curas 581
Adimere curam argentariam 663
Adimere ſpem 108
Adire 611.615
Adire periculum 153.156
Adire quenquam de re aliqua 530
Aditus 135
Adiuncta 84
Adiunctiuum, pro pronũtiatiuo. 645
Adiungere animum ad aliquod ſtudium 77
Adiungo 63
Adiurare 162.532
Adiuta eis onera 541
Adiutare 409.591
Adiutor 391.506.508
Adiuuare hæredem 550
Adiuuent nobis hanc meſſem 541
Adlaudabile 610
Admirari 229
Admittere plus eſt quàm facere. 450
Admittere in ſe 616
Admittere 290.397
Admodum 550.621
Admodum nuper 338
Adoleſcens 631
Adoleſcens fœminini generis 132
Adoleſcentia quomodo inſtituẽda. 75
Adoleſcentia caſtiganda 77
Adoptio 459
Adorior 450
Adoriri 151.383.385
Adornare 267
Adornare fugam 280
Adortus 127
Adprimè 530.532
Adſolet 128
Adſunt aduocati 618
Adueniens 652
Aduenio ad te 107.109
Aduenti genitiuus 604
Aduentus 181.229.392.584.585
Aduerbia localia pro tẽporalibus. 231
Aduerbiis præpoſitiones non adduntur 555
Aduerſa ærumna 614
Aduerſari 63
Aduerſarius 517
Aduerſitor 411
Aduerſum 411
Aduerſum, Aduerſus. 62.68.77.97.101
Aduerſus ſtimulum calces. 597.602
Aduerte 532
Aduertere animum 54.59.206
Adulatio 232
Adulator 232
Adulteri pœna 314
Adulterorum pœna 704
Aduocati adſunt 618
Aduocatorum mores 634
Aduocatus 292.634
Aecere 19.625
Aedepol 307.560
Aedepol, Edepol 108
Aeger 227.336
Aeger, Aegrotus 83
Aegrè 273.576
Aegrè eſt 605
Aegrè facere alicui 273.274
Aegrè pati 419
Aegritudo 652
Aegritudinem dies adimit 361
Aegrotus 336
Aegrotus animus 84.136
Aepol 159.304.308
Aequalis 123
Aequanimitas 410.bis.591.bis
Aequè quicquam nunc quidem. 122.124
Aequi boníque facio 384.718
Aequi boníque ſi partem aliquam dixeris 646
Aequitas 413
Aequo aliquo vti 121
Aequo animo feremus 601
Aequo animo 55
Aequum 175
Aequum bonum 413
Aequum ſe alicui præbere 121
Aequus 119.120.121
Aerumna aduerſa 614
Aerumnis expedire ſe 535
Aeſchylus 39
Aeſchinus 406
Aeſchrologia 193
Aeſculapij templum 541
Aeſtimo 348
Aetas 98.287
Aetas integra 64.257
Aetatis teneræ magna eſt habenda cura 76
Aetatem 383
Aetatem, pro Diu 379
Aetatem aduerbium. 575.576.577
Aetiologia 161.538
Affabilis 499
Affecta 537
Affectare 349.352
Affectant viam 664
Affectus 537
Affero 83
Affero res commodas 581
Afferre triſtitiam 94
Afflictio 90
Affines 393
Affinis 345.504
Affuturum eſſe 289
Age. 141.214.349.503.611
Age, corripientis aduerbium 429
Age, pro Dic 429
Age age vt lubet 104
Age veniam 160
Agedum 349
Ager 449
Agere. 117.443.445.449.519.569
Agere, pro loqui 414
Agere, pro Audire 377.378
Agere facillimè 459
Agere præcipitem 144
Agere res alias 241
Agere ſe 159
Agere ventos 443
Aggraueſcat 539
Aggredior. 450.573.664
Agitare 519.626.631
Agitare facillimè 37
Agitare vitia 380
Agite 349
Agite amabò 241
Agite hoc 215
Agito lege 664
Agnominatio 90
Ago, pro Audio 83.84
Ago, non ponitur pro Audio 87
Ah 127
Ah, ah 171.443.445
Ahu 305
Ain'? 185.400.628
Ain' tu? 546
Aio 231
Ais 393.629
Ais, & Ait, monoſyllaba 469
Ait 110.216.543.545
Ait, negat 229
Aiunt. 83.104.390.402.540.543.569.630
Aiunt diuinare ſapientem 569
Alacris 237.245
Alacritas 238
Alcinoe cures aliud 618
Aleam omnem iácere 484
Alearum ludo ſimilis eſt vita humana 484
Aliâ. 518
Aliàs 131.132.518
Alias res agere 241.245.247

Alicunde 618
Alienor 418
Alieno more viuere 79
Alienus,pro Alienatus 522
Alij 293
Aliorſum 213.219
Aliquà,aduerbium 437
Aliquantum auidior 220
Aliquid monſtri 96.99
Aliquis 472.bis.
Aliquo pacto 186
Aliquot 135.168.171
Alis noſtris capimur 366
Aliter 53
Aliter atque 351
Aliud ac 648
Alius 83.323.487
Alius,pro multis 593
Alius atque 137
Alius ac,vel atque 139
Allegare 186.187.bis
Alligare 296.299
Alligare ſe furti 296
Alligari ad aliquid 491
Alter 64.70.81.255
Altera,datiuus 317.348.351
Alterco 152
Altercor 150.156
Alumnus 593
Amabo 582
Amabo te 223
Amabò, interiectio. 220.223.261. 278
Amamus inter nos 492
Amans 64.356
Amans amens 91
Amante nihil inſanius 101
Amāti veritas moleſta,aſſentatio grata 106
Amantium cæcitas 107
Amantium iræ 137
Amantium miſeria 225
Amaræ mulieres 570.571
Amare 219.222
Amare ab lenone 443
Amare inter ſe 491.492
Amare,pro Frui amore 275
Amator. 64.163.164.202.217.356 377
Amatores canes 251
Ambire 111.115
Ambitio 111.115
Ambitus 115
Ambula in ius 664
Amens 185
Amens amans 91
Amentia 91
Amica 164.
Amica,in bonam partem 563
Amicitia 576
Amicitia vetus 137
Amicitiarum duo genera 458
Amici 618
Amico ſolus eſt amicus 640
Amicorum omnia inter ſe communia 492.493
Amicus 163.164.217.377
Amiſti,pro Amiſiſti 239.531
Amittere 289.390.630
Amittere,pro Dimittere 360.601
Amittere occaſionem 271
Amo,gratias agentis 635
Amoliri 159.161.bis
Amo te 758
Amor 98.576
Amor morbus 224
Amor venereus multum habet fellis 164
Amor ex videndo 243
Amoris impetus 765
Amoris inſania 210
Amoris quinque lineæ 242
Amore abundas 605
Amorem amouere ex animo,vel abiicere,vel eiicere 108
Amorem dimouere ex animo 108
Amorum picturæ 269
Amouere 464
Amouere amorem ex animo 108
Amouere opinionem 134
Amphibolia 97.136.416
Amphimacrus 34
Amphitheatrum 46
Amplificatio 458
Amplius 456
Anacoluthon. 54.96.136.150.178. 185.297.411.418.422.
Anadiploſis 630
Anadrome 494
Anapaſtus in verſu heroico 26
Anaphora 467
Anaphoricus prologus 756
Anaſtrophe. 67.89.109.116.609
Ancilla mulier 617
Andria 47.64
Andronici tempus 255
Andronicus 39.44.45
Andros 47.90
Angiportū.303.305.306.466.702
Angiportum,& Angiportus.22.467 663
Anguis per impluuium decidēs. 649 650
Anima 445
Anima ignea 444
Animam debet. 645.646.769
Animam extinguere 442
Animaduertenda 67.72.bis
Animaduertere 80
Animé mi 160.
Animi,pro ferocia & ſuperbia. 554 bis
Animi compos,vel impos 442
Animi gratia 143
Animi diſcrucior 472
Animi me excruciat 608
Animi pendet 380
Animi ſublati 553
Animo,poſtrema breui 20
Animo æquo 55
Animo bono eſſe 221.478
Animo cum iſtoc 634
Animo leni natus 531
Animo malè eſt 475
Animo meo 498
Animo nouum 615
Animo obſequi 414
Animo parare 658
Animo præſenti 290
Animum ad aliquid adiicere 222
Animum adiungere ad aliquod ſtudium 77
Animum aduertere. 54.59.206
Animum applicare ad aliquid. 87
Animum attendite 590
Animum augeri 346
Animum expedire 535
Animum explere 580
Animum flectere 564
Animū inducere.140.179.180.187 258.413.519.533.
Animum inſtituere ad cogitandum 614
Animum percuſſit 73
Animum recipe 443
Animum reddere 106.108
Animum reducere ad 140
Animum alicui releuare 470
Animus 440
Animus ægrotus 84.136
Animus elapſus 522
Animus gladiatoriꝰ. 664.665.666
Animus omiſſus 397
Animus otioſus 184
Animus niſi me fallit 375
Animus me fallit 651
Animus tibi pendet 430
Animus præſagit 346
Anius rex Deli inſulæ 47
Annis obſitus 227
Annona 170
Annuntio 463
Anomala verba 170
Antapodoſis 471
Ante 563
Ante oculos 296
Ante pedes eſt 451
Antecedens & relatiuum 382
Anteceſſit 636
Anteeo 614

Antehac 83
Anteo 614
Anteuertere 287.288
Antimetia apud Comicos 133
Antiphila 330
Antipho 202.587
Antiphraſis 169
Anthypophora 479
Antipophora 338
Antiptoſis 230.277
Antiquum obtines. 175
Antitheton 67.326.660
Anus 348.351
Apageſis. 290.291
Aperio 149.154
Aperio & Operio opponuntur 572
Aperite aliquis 472
Apocha 770
Apodoſis 98.99
Apollo Nomius 38
Apollinis Pythij oraculum 160
Apopiſtia 431
Apoſiopeſis. 67.bis.93.110.113.126
167.168.185.195.218.241.273
296.315.419.430
Apoſiopeſis fit tribus modis. 169.185
421
Apoſiopeſis tertia 599
Apoſtrophe 104.295
Apoſtrophos 628
Apparare conuiuium de die 506
Apparari 151.158
Appellaſsis 652
Appellere 53.55.58
Appello 122
Applicare 191
Applicare animum ad aliquid 87
Apponere aliquid gratiæ 105.108
Appoſitio in diuerſo caſu. 382
Apprimè 530.532.63
Apud Antiphonem 302
Apud me non ſum 610
Apud ſe eſſe 117.118
Apud ſe non eſſe 192
Apud ſeſe non eſſe 570
Apud, pro In, vel Inter 107
Aquam aſpergere 106
Aquilæ ſenectus 364.365
Ara 398
Ara Bacchi in ſcena 41
Ara in comœdiis 164
Ara miſericordiæ 398.400
Ara refugium 722
Aræ in ſcena duæ 40
Arbiter 332.360
Arbitrari 214
Arbitri duplices 726
Archaiſmos. 63.67.110.198.206
265.267.277.bis.279.281.321
419.430.472
Archidemides 246
Archonidi, genitiuus 404.405
Ardelio 4
Argentum 731
Argento emungere 648
Argentariam curam adimere 663
Argentarij 501
Argentarius 438
Argentum fugitiuum 375
Argentum cudere 381.bis
Argumentum 54.56
Argylis 681
Argyropylus 208
Aridum 364
Aridus 713
Ariolari 637.638
Ariolari, ſiue Hariolari. 426.428
Ariolus 648
Ariſtophanes 42
Arma mulierum colus & fuſus.
679
Arrha 369
Arrabo 714
Arrhabon 367.369
Arridere 229
Arridere omnibus 494
Arrigere aures 191.194
Arrogantia vitanda 75
Ars vnde dicta 60.68
Ars muſica 514 515.591
Artem muſicam tractare 590
Artes primæ 434
Articulus 431
Aruga 648.
Aruſpex 21.648
Aſcendere nauem 479
Aſellus 487
Aſia duplex 194
Aſinus 503
Aſpergere aquam 106
Aſperitas 82
Aſpernari 628
Aſperum vinum 359.362
Aſſentari 435
Aſſentatio 143.232.233.729
Aſſentatio amanti grata 106
Aſſentatio mores corrumpit 229
Aſſentationis venenum 252
Aſſequi coniectura 134
Aſſero 427
Aſſerere manu 425.426
Aſſertores 425
Aſsido 340
Aſsimile 515
Aſsimulo 80
Aſsis 593
Aſſolet 128
Aſtiſmus 106
Aſtringere fidem 214.222
Aſtu 309.316.bis.317.bis
Aſtus 316.317
Aſtutè 82
Aſtutia 164.316
Aſtutiæ 142
Aſtutus 317
Aſylum 400
Aſymbolus 623.624.625.763
Aſyndeton 66.69.98.312.322
417.435
Aſyntheton 260
At 151.152.192.225.269.671
At, nunc laudat, nunc vituperat.
630
Atat. 66.286.291.292.548
At enim 671
At ſic 535
Ater panis 310.bis
Athenienſis 184
Athleticus victus 243
Attellanæ fabulæ 39.40.45
Attemperatè 194
Attendo 532
Attendite animum 590
Attentior 491
Attica eloquentia 325.326
Attica lex matrimonij 759
Attica muſa 706
Atticiſmus 231.241
Atticum ius 602
Atticus 184
Atticorum lex connubialis 759
Attinet ad te 424
Attingere 424
Attingere digito 289
Atque iſtuc 109
Atque, pro Tamen 89
Atqui 92.498.522
Atra 491
Atrox 542
Au 167
Auaritia 764
Auari ſenes 764
Auceps 233
Auctus damno 373
Aucupes 231.233
Audacia 349
Audacia ioculatis 601
Audax 171
Audeas, pro Audeat quis 652
Audere 465
Audibam 73
Audio 242.518.605
Audio ex te 135
Audio, pro Non audio 605
Audio violenter 651
Audire bene 590.631
Audire ex, vel de, vel ab aliquo
106.107
Audire malè 630.631
Auditus 126

Auello

Auello 261
Aufer 503
Aufero 60.146
Auferendi varia ſignificationes. 148
Aufugerim 546
Augeri animum 346
Auidum eſſe ad rem 222
Aurem in vtramuis dormire 710
Aures arrigere 191.194
Auribus lupum teneo 636.637
Aurum 273.284
Auſculto 91
Auſim 304
Auſpicatò. 175.176.177
Aut plus eo 546
Autem 594.762
Author 55.59
Author, pro perſuaſore 503
Author his rebus 476
Authoritatem defugere 243.245
Autumo 332
Auxeſis. 66.95.98.210.219.277.301.416.522.599.
Axtonia 62.218

B

Babylo 500.501
Bacchi ara in ſcena 41
Bacchis 330.509
Bacchus 286
Balneum puerperæ 684
Barlandi mendacium 298
Barlãdi enarrationes Virgilianę. 326
Baſis 215
Baſium 255
Beaſti 72
Bellaria 466.468
Belli ordo 293
Belliſſimum 466.468
Bembi codex Terentianus 32
Bene. 66.71.204.296.425.523
Bene audire 590.631
Bene facis 218
Bene ſanè 466
Bene vertant dij 482
Bene vt ſit tibi 601
Beneficij accepti commemoratio 75
Beneficij dati exprobratio 259
Beneficium ſibi parere 307
Beneficium fœneratum 636
Beneuolus 576.bis
Benignè 478
Benignè facere 496.bis
Benignè prabere 577
Benignitas 217
Benignitatem in aliquo claudi 140
Biduum 275
Biduum.219.223. In biduum vale. 220
Bolus 375.bis.376
Bona venia 629.631
Bona verba quæſo 84.85
Bona redeunt ad me 174.176
Bona natura 239
Bonitas 591
Bono animo es 478
Bonum 175
Bonus 215.446.600
Bonus, pro Magnus 240
Boues egregij 516
Boues mutili 516
Brachycatalecticus verſus 35
Bruma 770
Byrrhia 48

C

C, pro D. 111
Cacozelon 219.283
Cadaueroſa facies 547.548.549
Cadere ſpe 119
Cędere ſermones, vide Cedere ſermones
Calebs 412
Calibatus 414
Cælum ſi nunc ruat 377.378
Cæruleus color 549
Cæruleum mare 549
Caſius. 404.bis.547.548.549
Caſii oculi 549
Calamitas. 210.211.212.bis.356.511
Calamitas vnde dicta 511
Calces 597
Calces aduerſus ſtimulum. 597.602
Calculorum ludus 294
Calidus 19
Calidum conſilium 245
Calleo 364.461
Calliditas 142
Calliditas nimia obeſt 127
Callidum 242
Callidus 302.366.450
Calliopa 622
Calliopius 200
Callipides 308
Calui Myconij 547.548
Calumniator. 176
Canere 348
Canes amatores 251
Canina litera 675
Canis 296.298.701
Canis alienus intrans ædes 650
Canis ater 649
Canit ſurdo 345
Cantare 348
Canthara 168.406
Cantica 40.46
Cantilenam eandem canis. 637
Cantitare 483
Cantor 200
Capere 393
Capere cibum 247
Capere conſilium 80
Capere dolorem 164
Capere exemplum 150
Capere inimicum 162
Capere inimicitias 628
Capere laborem 184
Capere labores 357
Capere laudem 311
Capere prouinciam 365
Capere duram prouinciam 597
Capio 346
Capio, pro Eligo 556
Capio, pro inuenio 398
Capimur alis noſtris 366
Capit nos odium rei 254
Capit nos ſatietas 254
Capillo conſcidit 277
Capillus paſſus 599
Capitulum 261
Caprificus 466.467
Capto 517
Captus 210
Captus eſt 65.70
Captus ſeruulorum 457
Caput 111 123.124.153.434 468
Caput varia ſignificat 125
Caput feſtiuum 433
Caput demulcere. 383.384.718
Caput diminuere 296.299.701
Capiti ſuo ſuat 636.bis.639
Carbo 492
Carcer 628
Carere 226
Cares 48
Carnifex. 82.84.387.447
Carnifex meus 150
Carnifices 547
Caro 387.547
Carpo 466
Caſus 322.653
Caſus pro caſu 325
Catalecticus verſus 35
Cataſtrophe 39.40.674
Cato 181 183
Catus 181.183
Caudex 391 395
Cauſa 514.571.611.681
Cauſa, pro defenſione 566
Cauſa, pro Occaſione 316
Cauſa integra 518
Cauſa leuis 546
Cauſa liberalis 425.426
Cauſa mea, & mei 328.341
Cauſa quamobrem 220
Cauſæ tranſlatio, vulgò color 617
Cauſa adeſſe 626
Cauſam dicere. 207.480.620.660
Cauſam orare 617
Cauſari 620
Cauſificari 620
Cautio eſt 114
Cedò 113.114.165.166.168

Cedo arbitrum 420
Cedere foro 439
Cedere ſermones 350.352.354
Celare 143.522
Celere 608
Cella 464
Cellarium 464
Celo 377
Celo te hanc rem 556
Cenſeo 324.*bis*
Cenſere 224.226.723
Cenſores 224
Ceres 286
Certamen 429
Certare 590
Certatio 429
Certè 109.275.286
Certò 130.561.605
Certò ſcire 196
Certum eſt mihi 108
Certum eſſe 296
Ceruix 350
Ceruix euerſa 711
Ceruus, pro fugitiuo 185
Ceſſare. 250.358.360.391.581
Cetarij 229.233
Cete 231
Cetus 231
Chærea 202
Chara 623
Charinus 48
Charopos color 549
Choriambus 621
Chorus comicus 43.46
Chremes 48.202.330.587
Chremi 111.*bis*.112
Chremem 110
Chryſis 48
Cibus 64.259
Cibum capere 247
Cibum è flamma petere. 258.259.697
Cicero Terentij lector aſsiduus. 619
Cicero reprehenſus 64
Ciceronis locus 112.328.577
Cilicia 601
Circenſes ludi 18
Circuitio 84.*bis*.88
Circumſpicio 478
Circumuallare 441
Cithara & lyra diſcrimen 276
Cithariſtria 599
Citò 113
Ciuis 600
Ciuis hinc 311
Ciuis meus 452
Clàm 239
Clam me eſt 558
Clam me habet 568
Clam, accuſatiuo iungitur & ablatiuo 415
Clamant 416
Clamitans 67
Clanclum 272
Clanculum patres 415.*bis*
Claudit 240
Claudo 217
Clemens 61.412.494.*bis*
Clemens vita 412
Clementia 372.496
Clientela 321
Climax 326
Clinia 330
Clitipho 330
Coactiones argentariæ 340
Coactores 337
Coactus 359
Coactus vi 611
Cocus 450
Cœlebs 412
Cœlibatus 414
Cœna dubia 623.624
Cœna, pro prandio 19.20
Cœpi 512
Cœpio verbum antiquum 453
Cogere 337
Cogi voluntate 611
Cogito 411
Cogitare ad 82
Cognati 393
Cognata maximè 617
Cognitio 703
Cognitor 703
Cognoris, noris 616. Iſtæc. 622
Cognoſcere. 55.68.303.309.522.703
Cognoſce 511
Cogo 530
Coire 263.264
Coitio prima 623
Colaphizo 426
Colaphus 426
Colaphum infregit 425.727
Colax 207.236
Colendum habebat 627
Colere 356.502
Colere vitam inopem 341
Collatio 70
Collecta 679
Colligere ſe 148
Collocare 268
Collocare, ad matrimonium pertinens 203
Colloquium 256
Colo, colas 444
Color, ſeu cauſæ tranſlatio 617
Color cyaneus 549
Color cæruleus 549
Color cæſius 547.548.549
Color charopos 549
Color glaucus 549
Color muſtelinus. 284.*bis*.699
Color Venetus 549
Color verus 239
Columellæ ſerui 617
Columen 617.619.*bis*
Columna 617.*bis*
Colus & fuſus arma mulierum 679
Comedere 328
Comedones 664
Comere 347
Comeſſari 487
Comeſſari vnde dictum 41
Comici poëtæ primi 45
Comicorum materia 206
Comitas morum omnibus grata. 75
Comitatis virtus 5
Comiter 639
Comites 513
Commeare 523
Commendare 305
Commentarij duo videntur in Donato. 167
Commentario Donati multa aſſuta. 274
Commentor 476
Commentum 375
Commereor 66.71
Commereri 425.552
Commeruiſſe culpam 610
Comminiſcere 387
Comminiſci 375.537
Comminiſcor 476
Commiſſum 703
Commitigari 320
Committo 377
Committere 93.145.305.424
Committere alicui vxorem 101
Committere ouem lupo 301.*bis*
Commodas res affero 581
Commodè 519
Commoditatibus multis diem onerare 660
Commodum alicui claudi 138
Commodum vel benignitatem in aliquo claudi 140
Commodum remorari 166
Commodùm. 241.244.245.644
Commodùm, pro Tantùm 645
Commodus 181
Commorientes 410
Commotus 182.608
Commouere 123
Commouere turbas 116
Commune 614
Communis corruptela 489
Cõmutare verba. 117.644.646.768
Comœdia 191
Comœdia quid 39.41.45
Comœdiarum authores quid potiſsimùm ſpectarint 3
Comœdia vnde dicta. 3.38.39.40

*Comœdiæ aliud etymon* 44.45
*Comœdia dicata eſt Apollini* 164
*Comœdiæ veteris inuentor* 38
*Comœdia vetus* 42
*Comœdia noua* 38.42
*Comœdiæ origo* 39.41
*Comœdiæ materia* 42
*Comœdiæ vtilitas* 188
*Comœdiæ ſpecies* 39
*Comœdiæ & Tragædiæ differentia* 39.45
*Comœdia vitæ quotidianæ ſpeculum* 39.45
*Comœdiæ partes* 3.39
*Comœdiarum tria genera* 41
*Comœdiarum formæ* 40
*Comœdiarum ſtylus* 42
*Comœdiæ motoriæ* 39
*Comœdiæ palliatæ, Tabernariæ, Togatæ, Attellanæ* 40
*Comœdiæ ſtatariæ* 39
*Comœdiam agere ſtatariam.* 333.334
*Comœdias ſuas vendebant poëtæ.* 591
*Comœdia ſtat, vel exigitur* 59
*Comparo* 149
*Comparare* 209.211.429
*Comparare ſe* 210
*Comparatum* 593
*Comparatiuus minus poſitiuo ſignificans* 512
*Comparet* 241
*Compenſatiua qualitas* 652
*Comperio* 67
*Comperire* 302
*Compertum* 337
*Complexio* 444.445
*Complure* 644
*Complures dies eſſe* 523
*Compluria* 644.645.768
*Compos animi* 442
*Compoſitò factum* 652.653
*Comprecari deos* 479
*Comprehendere* 316
*Compreſsit* 668
*Comprimere* 668
*Computare geſtu digitorum.* 495.496.497
*Comus deus* 41
*Con* 153.555
*Conabar obuiam* 595.601
*Conari* 97
*Concaluit* 710
*Concedere, pro Abire* 172
*Concedere, pro Conſentire* 656
*Concedere de ſuo iure* 431
*Conciliatio* 699
*Conciliatus* 280.699
*Concrerit* 536
*Conclamari* 669
*Conclamatum eſt.* 241.244.245
*Conclaue.* 267.270.392.393.721.636
*Concludere* 570
*Concludere in cellam* 464
*Concludor* 113.753
*Concluſa* 651
*Concoquere, pro ferre* 635
*Concordes magis* 565.*bis*
*Concrepo* 153
*Concrepuit* 555
*Condicere* 73
*Condictio* 349
*Conditio* 65.349
*Conditionem accipere* 70
*Conditionem ferre* 642.*bis*.643
*Condonare* 205.207
*Condono* 664.665.666.667
*Condonor* 31
*Conduplico* 636
*Confectus* 103.384
*Confectum negotium* 67
*Conferre culpam in aliquem* 116
*Conferre in commune* 140
*Conferre verba ad rem* 289.700
*Confeſsio* 526
*Confeſsio peccati* 146.188
*Conficio* 309
*Conficere* 384.478.659
*Conficere pecuniam* 593
*Conficere ſolicitudines alicui* 156
*Conficient dij dormienti* 479
*Confido, pro Credo* 337
*Confidentia* 185.400
*Confidens.* 181.183.*bis*.302.600.602
*Confieri* 67
*Confingam hæc omnia* 600
*Confiteri* 409
*Conflare* 307
*Conflictatio* 65
*Conflicto* 638
*Conflictor* 78
*Confore* 67
*Confutare* 635
*Confutatio* 634
*Congerro* 402
*Conglutinare* 196
*Congruere* 327.*bis*.328
*Conſectare* 264
*Coniectores* 335
*Coniecturam facere* 134
*Coniecturam facere de ſe* 367
*Coniectura percipere, aſſequi, conſequi* 134
*Conicio* 335
*Coniicere* 142
*Coniicere culpam in aliquem* 116
*Coniicere aliquem in nuptias* 148
*Coniicere ſe in pedes* 609
*Coniicito* 606
*Coniugij incommoda* 495
*Coniunctiuus pro Indicatiuo.* 113.546
*Coniungi cum aliquo* 139
*Coniuratio* 526.529
*Conlachrymare* 65
*Connubialis Atticorum lex* 759
*Conqueſtio* 537
*Conſcidit capillo* 277
*Conſcientia mille teſtes* 760
*Conſcientiæ tria ſupplicia* 606
*Conſciuerit* 537
*Conſcientiæ malæ ſex ſigna* 775
*Conſcius* 604
*Conſectatores* 67
*Conſequi coniectura* 134
*Conſequitur alienus puer* 567
*Conſeruo* 490
*Conſilium.* 146.228.322.419.553
*Conſilium calidum* 245
*Conſilium capere* 80
*Conſilia ſua alicui credere* 222
*Conſilium dare* 108
*Conſilium non eſt* 552
*Conſilium repudiare* 166
*Conſilij hæc ſunt* 147
*Conſilij nullius eſſe* 147
*Conſilij tui eſt* 147
*Conſiſtere* 422
*Conſobrini* 172.176.550
*Conſpicor* 323
*Conſtans* 226
*Conſtituere* 382
*Conſtitui* 523
*Conſueſco* 558
*Conſuetudo* 98.605
*Conſuetudo ſtupri* 480
*Conſuetudo malorum fugienda* 76
*Conſueui hanc rem* 476
*Cõſueuiſſe cũ aliqua vel aliquo.* 480
*Conſulere in commune* 136.139
*Conſultor* 419
*Conſultum mihi velit* 606
*Conſuti doli* 636
*Contagio malos facit ex bonis* 230
*Contaminare* 54.55.59.706
*Contaminatio fabularum* 197
*Contemno* 129
*Contemplari* 372
*Contenti* 627
*Contentus ſum* 219
*Contigit* 158
*Continebat ſe ruri* 627
*Continens* 226
*Continere* 214
*Continere ſe* 627
*Continuò* 598
*Contortor* 629
*Contra* 252.413
*Contrà, pro Viciſsim* 561
*Contractiones Terentianæ* 18
*Contraho frontem* 491.492

Contribulis 452
Controuerſia 660
Contumax 553
Contumelia. 99.100.210.293.681. 714
Contumeliam accipere 299
Contumelia digna ſe 629
Contumeliam facere 774
Contus 518
Conuaſare. 608.609.611.612.bis
Conuenio 227
Conuenire 54
Conueni,pro Inueni 19
Conuenit numerus 601
Conueniunt hæc mihi tecum 413
Conuenta 576
Conuentio 256
Connettere ſe 437
Conuitium 426.bis
Conuitium facere 426
Conuiuium 508
Conuiuium apparare de die 506
Copia 208.276
Copiæ 290
Copia in anguſtum coacta 375
Copiam ſui facere 276
Coquina 60
Coquus 450
Cor 105
Cordi eſſe 108
Coram 129.296.470
Corãm me incuſaueras 663
Corãm laudare 435
Cordax 484
Coronis 43
Corpus ſolidum 239
Corradere 337
Corradet alicunde 431
Corrado 593
Corrector 483
Corripui me intrò 542
Corripuit ſe 555
Corruptela communis 489
Cras 141
Cratinus 42.466.587
Credo 53.192.419.593
Credo me 463
Credo ſatis 322
Credo,verbum ironiæ accommodatum 306
Credere 296.618
Credere,pro Putare 634
Credere conſilia ſua alicui 222
Creditores 596
Creditus 175
Creduas 671
Creduis,pro Credas 671
Crepere 434
Creticus pes 34
Cretico vtuntur poëtæ, quem plus nimio vitauit Eraſmus 25
Crimen 578
Criminari 307.702
Crito 48.587
Crucem malam abi 632
Crucem in malam 628
Crucem in malo quærere 639
Cruciare 221
Crudelitas 73
Crux 221
Cteſipho 406
Cuba dea 593
Cudere 246
Cudere argentum 381.bis
Cudetur hæc faba in me 243.245
Cui homini? 547
Cuiam 191
Cuius,cuia,cuium 170
Culpa 528
Culpa hæret in te 528
Culpam commeruiſſe 610
Culpam trãsferre in aliquem. 115.116
Cum.65.67.129.261.265.282.309 520
Cum aliquo ſtare 616.620
Cum aliquo eſſe,vel coniungi 139
Cum dabam 136
Cum do 296
Cum iſtoc animo 634
Cum,pro Quia 664
Cũm,pro præterquam quòd 608
Cum maximè 520.524
Cupa 362
Cupedia 231.233
Cupedinarij 229.233
Cupedinis forum 229
Cupes 233
Cupere alicui 195
Cupio te 271
Cupiditas 225
Cur 99
Cur non? 113
Cura 60.239.623.633
Curam adimere argentariam. 663
Curas adimo 581
Curabitur 115
Curabo inuentum,pro Inueniam. 162
Curare 67
Curare funus 79
Curare genialia 593
Curatio 60.239
Curatura 239.244
Curialis 21
Curioſus 697
Curriculo 380.382
Curriculo percurrere 381
Curſatio 537
Curſitare ſurſum deorſum 231.232
Curſus 581
Cyaneus color 549

D

D Frequenter eliditur 7.60
Da te mihi 491
Dabit duras 711
Dabit pugnam 305.307
Dabitur iuſiurandum 423
Damnare 631
Damnatum ducent domum 622
Damnatus 623
Damnum 67.372.381
Damnum dare 71
Damno auctus 373
Danaes fabula 269
Dare 83.237.377
Dare,pro Dicere 333
Dare,pro Facere 455
Dare bibere 128.133
Dare conſilium 108
Dare diem 79
Dare dono 289
Dare duras 356.357
Dare exitium 156
Dare fatuitatem 94
Dare iuſiurandum 569
Dare largius 325
Dare malum 121
Dare negotium 58
Dare operam 544
Dare operam alicui 231.596
Dare poteſtatem 139
Dare præcipitem 646
Dare ſe præcipitem 144
Dare quæſtioni 580
Dare ſe alteri 261.262
Dare ſe in pedes,in viam. 305.306 307
Dare ſupplicium 212
Dare tempus 140
Dare turbas 280
Dare veniam 186.503
Dare verba. 89.90.91.205.286
Dare vitio 54.59
Dare vxorem 600
Dari in conſpectum 615
Dari in aliquam domum 242
Dare in manum 99.102
Dari nuptum 107
Dati pro virgine 444
Data fabula 511
Data nuptum 559
Datio 193.256
Datiuus pro genitiuo 404
Datum 249
Dauus. 47.48.82.141.587
De 131.258.387
De,pro Ab 630
De,pro Ob 260
De,pro Propter 255.630
De,pro Valde 481
De die 235

De die apparare conuiuium 506
De illo 367
De improuiſo 113
De improuiſo reſpicere 119
De induſtria 173
De integro 54.59.606
De ſuo iure concedere 431
De manu in manum tradere 102
De medio exceſſit 664
De nihilo non eſt 573
De nocte 491
De re aliqua quempiam adire. 530
De te 503
De via 133
Deambulatio 387
Debacchari 426
Debere pœnas alicui 303
Debet animam 645.646.769
Decedere 232
Decenarios verſus agnoſcit Eraſmus. 10
Decernere 89.90.95.337.522
Decet vobis 458.459
Decet nobis 502
Decidere ſpe, à ſpe, de ſpe 391
Decidet ira 553
Declinare 526
Decrepita 503
Decrepitus 225
Decrepiti ſenes 434
Dedecorari 527
Dédere 83
Deditio 256.320.377
Dedo. 63.84.186.189.320.377
Deducere 230
Deeſt fides 657
Defeciſcor 481.642
Defectio orationis 211
Deferre 387
Deferuere 419.421
Defeſſus 481.642
Defetiſcor 768
Deficere 372.455
Defieri 577
Definitus modus 645
Defraudare genium 594
Defrudare 431.595
Defrudare genium 593
Defugere authoritatem 243.245
Defunctus ſum 205
Defunctum 458
Defungi 206.207.668.669
Deierare 240.577
Delectare 190
Delectatio eſt inſuauis, niſi ſit cui eam narres 198
Deleo 243
Deliberandũ diu, deinde celeriter exequendum 91
Deliberatiua loci 633
Delibuo 661
Delibutus 660.661
Delirare 172.503.656
Deliratio 668
Deludere dolis 142.143
Demea 406
Demenſum 593.594.bis.757
Demipho 587
Demiror 556.761
Demiror, pro Neſcio 613
Demiſſis humeris 239.243
Demoliri 347
Dempſeris 490
Demulcere caput 383.384.718
Demum 152.186.503.504.521
Denarius 371
Denarios verſus agnoſcit Eraſmus. 10
Denique. 67.338.340.520.522.600.622
Denuntiatio 422
Denuo 703
Denuo refero 513
Depaciſci 607
Depeciſci 606
Dependêre 704
Deperire 202
Depexus 394
Deputo 582
Deputat operam meam parui pretij. 581
Derepente 555.558.559
Deridere 492
Deriuare 763
Deriuare culpam in aliquem 116
Deriuare in ſe iram alicuius. 621.624
Deriuatio 621
Deſæuire 419
Deſcribere 208
Deſerere 372.455
Deſertores 372
Deſertores milites 455
Deſyderare 219
Deſidere totum diem 581
Deſignare 416.420
Deſignatores 416
Deſinas 304
Deſiccatus 243
Deſpicere 146
Deſpondeo. 71.384.386.483
Deterius 360
Detinere 231
Detrimentum 359.363
Deuerbero 622
Deuictus 522
Deuitare 608
Deuortor 618
Deus 763
Deus ſum 585.756
Deum eſſe 462
Deum facere 462
Deorum vitam adepti ſumus 378
Deos neſcio 402
Deos ſalutare 618
Dextra 99
Dextra eſt fidei conſecrata 101
Diæreſis 129
Diæreſes, ſiue diſſolutiones 18.58
Dialogiſmus 210
Dialyton 602
Diana 127
Diaporeſis 322.326
Diaſtole 448
Dic 65.540
Dic facere 128
Dic mihi 151.629
Dicas, pro Credas 130
Dica 600.603.bis.622.631
Dicam impingere 631
Dicam grandem impingere 765
Dicam ſcribere 647
Dicaces 204
Dicere 629
Dicere cauſam. 207.480.620.660
Dicere diem nuptiis 71
Dicere dolo 448
Dicere malè 167
Dicere pro aliquo 660
Dicere rectè 470
Dicere ſalutem 234
Dicere teſtimonium 762
Diceres 599
Dicere, pro Velle 287
Dico 85.411.490
Dico, edico 312
Dico tibi operam 596
Dico, pro Promitto 544
Dicta 251
Dicta phalerata 636.638
Dicta ſauidica 612
Dictare 202
Dictio teſtimonij 617
Dictitare 202
Dictito 589
Dictum 253
Dictum factum 394
Dictum ac factum 113
Dictum ac factum reddidi 384
Dictus 65
Diecula 160.161.287
Dies 361
Diem dare 79
Diem dicere nuptiis 71.78
Diem onerare multis commoditatibus 660
Diem prodere 104.107
Diem producere 466
Diem protrahere, proferre, differre. 108
Dierum obſeruatio ridetur 649
Dies complures eſſe 523
Dies ægritudinem adimit 361

*Dies decreſcentes* 649
*Dies & noctes* 325
*Dies noctéſque* 223
*Dies feſtiuus* 322
*Dies feſtus* 265
*Dies natalis* 593
*Dies, pro luce* 234
*Dies pro nocte* 83
*Differre* 117.118
*Differre diem* 108
*Differor doloribus* 458
*Differre rumores* 332
*Difficultas, pro paupertate* 459
*Diffluere* 393.394
*Digamma* 82.141
*Digito attingere* 289
*Digitorum geſtu computare* 495.497
*Digna indigna* 507
*Dignæ ſe contumeliæ* 629
*Dignum* 304.527
*Dignus odio* 192
*Dij magni* 18
*Dij præſentes* 623
*Dij veſtram fidem* 163.167
*Dij voſtram fidem* 309
*Dij bene vertant* 482
*Dij bene vortant* 640
*Diiudicare* 356
*Dilapidare* 663.667
*Dilatio* 318
*Diligenter* 241
*Diligentia obſcura* 55
*Diligere* 222
*Diligere aliquem in fratris loco* 102
*Diligere ſine riuali* 234
*Dimenſum* 594
*Dimetri verſus* 17.157
*Dimidium* 431
*Diminuo* 467
*Diminuere caput* 296.299.701
*Diminutiua* 466
*Dimittere* 156
*Dimitere exercitum* 296
*Dimminuo* 467
*Dimouere amorem ex animo* 108
*Dinotes* 450.527
*Dinumero* 500
*Dionyſia* 337.340
*Dionyſia triplicia* 708
*Diphilus* 724
*Diplaſiaſmus* 57
*Diplotes* 419
*Dis in compoſitione* 472
*Dis, ditis* 485
*Dis, pro Diues* 19
*Diſcedere* 159
*Diſcere* 234
*Diſciplina* 230.231.233.348
*Diſcipulus* 126
*Diſco* 514
*Diſco de illo* 230
*Diſcordare* 140
*Diſcrucior animi* 472
*Diſcus* 269
*Diſiungi* 579
*Diſpergere* 442
*Diſperij* 730
*Diſpicere* 146
*Diſpoſitioni quid tribuendum* 673
*Diſpudet* 301
*Diſputare* 54
*Diſrumpor* 447
*Diſsidium* 579
*Diſsimulare* 557.630
*Diſſoluo* 362
*Diſſolutiones, ſiue diæreſes* 18
*Diſtorquere os* 280.284
*Diſtrahere* 609
*Diſtributum* 447
*Diſturbare* 87
*Ditiæ, pro Diuitiæ* 19
*Ditiores* 593.594
*Diuerbia* 40.46
*Diuerſe* 97.99
*Diuerſoria* 275
*Diuerticulum* 274.275.*ter.*
*Diues, diuitis* 485
*Diues opum* 230
*Diuiduum facere* 431.*bis*
*Diuinare* 569.753
*Diuiſa temporibus* 126
*Diuitior* 594
*Diuortia* 275
*Dixi* 358.362.564.630
*Do, das* 305
*Do fidem* 323
*Doceo* 514
*Docti in eodem ludo* 529
*Dolare* 260
*Doleo* 582
*Dolere* 221
*Dolet mihi* 436.605
*Dolia* 362
*Dolones* 260
*Dolor* 95.100.192
*Dolorem capere* 164
*Doloribus differor* 458
*Dolus* 260
*Dolus bonus & malus.* 261.262.*bis*
*Dolus malus* 647
*Doli conſuti* 636
*Dolis deludere* 142.143
*Dolo dicere* 448
*Domi* 297.433
*Domi habere* 452
*Domini ſimilis es* 258
*Dominorũ erga ſeruos diſciplina.* 369
*Domo, ſecunda breui* 20
*Domum* 541
*Domum ire* 598
*Domum ire pergam* 609
*Domus ſumptuoſa* 483
*Dona epulia.* 757
*Donati commendatio* 56
*Donati commentarij* 672
*Donati cõmentario multa aſſuta.* 274
*Donatus improbatur* 67
*Donax* 293.297.298.701
*Donec effecero* 642
*Donec perfecero* 630
*Donec iam in ipſis nuptiis* 521
*Dono* 205
*Dono dare* 289
*Dono ducere aliquid alicui* 226
*Dono emere aliquid alicui* 222
*Dono mittere, vel dare* 202
*Domum* 323
*Dorax* 297
*Dorcium* 601
*Dorio* 21.587
*Dormienti dij conficient* 479
*Dormire* 380.381.717
*Dormire in vtramuis aurem.* 352.710
*Dorus* 202
*Doryas* 202
*Dos* 193.553.554
*Dos ſecunda* 445
*Drachma* 123.369.371.*bis*
*Drama* 409
*Dramata* 46
*Dromo* 48.330.406
*Dubia cœna* 623.624
*Ducenda* 482
*Ducent damnatum domum* 622
*Ducere* 82.230.447.494
*Ducere dono aliquid alicui* 226
*Ducere ſe foras* 555
*Duci* 87.242
*Duco, pro Exiſtimo* 541
*Ductare* 638.*bis*.766
*Ductare reſtim* 483.484.485
*Dudum* 141.383
*Duint* 152
*Duint, pro Dent.* 650
*Dum.* 153.220.282.544.545.584
*Dum, parelcon eſt* 67
*Dum tempus tulit* 562
*Duo, pro Duos* 492
*Durare* 464
*Duras dare* 356.357.711
*Durè* 64.70
*Duriter* 64.70.476
*Durius equus* 483
*Dus finita neceſsitatem ſignificant* 96
*Duxit ſe foras* 555
Δύο δι ἑνὸς 129

E

*E & I cognatio* 592
*E, non ſemper eliditur* 86

*E dolore*

*E dolore laborat* 97.101
*E flamma cibū petere.* 258.259.697
*E medio excedere* 565
*E re nata* 440. *ter.* 544
*E re tua.* 336
*Ea lege* 222
*Ea lege atque omine* 88
*Ea neutrum* 561
*Eamus viſere* 599
*Earum* 512
*Eat* 553
*Ebrietas* 94.288.700.775
*Ecaſtor* 129.135
*Ecbaſis* 113
*Eccam ipſam* 295
*Ecce* 243.482
*Ecce autem* 616.762
*Ecce autem alterum* 237
*Eccere* 197.624.625.*bis.*
*Eccum* 137.383
*Eccum,eccam,eccos,eccas* 184
*Ecere, ſeu Aecere* 19
*Eclipſis.* 63. 66. *bis.* 67.72.83.93. 98. 99.100.126.145.149.182. 185.186.209.216.218.249.257 322.372.390.422.
*Eclipſis omnium orationis partiū.*467
*Ecquid* 255.258
*Ecquid ſpei* 635
*Ecquis* 262
*Ecthlipſis* 58
*Edepol, Aedepol.* 108
*Edepol* 135.319.*bis.*
*Edepol, prima correpta.*307.309.357
*Edere exempla.* 318
*Edico* 267.326.558
*Edictum* 296
*Edidit* 511
*Edormio* 488.*bis.*
*Edormiſco* 488
*Educare* 344
*Educere* 221.223.344
*Educere, pro Educare* 101.412
*Edulia dea* 593
*Effectum reddere aliquid* 162
*Efferri* 66.79
*Efferre funus* 71
*Efficere* 60.105.141.520
*Efficere turbas* 116
*Efficio* 349.*bis.*
*Effringere* 420
*Effugere* 96
*Effutire* 651
*Egeſtas* 98.770
*Egeſtas cogit ad turpia* 101
*Ego* 141.152.218.324.566.570
*Ego, ſecunda longa* 184
*Ego, ſecunda correpta.* 109
*Ego emphaſin habet* 113
*Ego me* 110
*Egomet* 71.110.473
*Egóne* 98
*Egregiè* 77.98.358.
*Egregij boues* 516
*Egregium* 63.64
*Egreſſus* 546
*Ehem* 447.539.541
*Ehem & Hem particularum vſus.* 120.121.
*Eheu* 707
*Eho* 130.151.167.169.193.275.367. 532. 571.*bis.*
*Ehodum* 82.84.146
*Eia* 323.364
*Eia verò* 530
*Eiicere amorem ex animo* 108
*Eiulare* 73
*Eius,ei,iis.* 608
*Elapſus animus* 522
*Elegans* 250.253.311.404.405
*Eliſionum frequentia non probatur Goueano* 13
*Ellipſis* 507
*Ellipſis Attica* 493
*Ellum* 137.181.433
*Ellum,ellam,ellos,ellas* 184
*Eloquentia Attica* 325.326
*Eloquere* 609
*Eloquor* 443
*Eludere* 209
*Emere aliquid dono alicui* 222
*Emere ſpem pretio* 431
*Emergere* 265
*Emergere ex malis* 140
*Emergi* 441
*Emergo actiuè* 8.138
*Emergor deponens* 138
*Emerſurus* 138
*Emerunt, ſecunda breui* 205.206
*Emittere* 659
*Emittere manu, pro Donare libertate.* 659.
*Emori riſu* 253
*Emorin* 253.*bis.*
*Emphaſis* 67.175.209.238.316
*Empta pretio meo* 514
*Emunctus homo* 648.*bis.*
*Emungere argento* 648
*En* 516.626.764
*En vnquam, pro Ecquando* 624
*Enallage* 633
*Enallage modi* 124.233.559
*Enecare* 151
*Enecet* 265
*Energia* 268
*Enicet* 265
*Enim* 25.278.425.529
*Enim abundat* 700
*Enim affirmat* 90.425
*Enim, pro At* 666
*Enimuero* 88.404.664.667
*Eniti* 141
*Ennius* 44
*Ennius cur poſt Plautum nominetur.* 54.
*Ennij ſcripta* 55
*Enoplios* 27
*Enthymema* 111
*Eo,is.* 66.96.238.447.466
*Eo inficias* 444
*Eo viſere* 523
*Eò* 381.529
*Eò, pro In tantum* 605
*Eóne* 250
*Epagoge* 418
*Epanaphora* 219.458.463
*Epangelma* 527
*Epaulia dona* 757
*Epexegeſis* 169.647
*Ephebi* 72
*Ephebia* 62.69
*Ephebus* 300
*Epidicaſia* 591.757
*Epdicazomene* 590
*Epdicazomenos* 587.591.*bis.*
*Epimone* 309 543
*Epiphonema* 207
*Epiplexis* 368
*Epiploce* 215
*Epiſtolæ* 597
*Epitaſis* 39.40.674
*Epitheta tribus de cauſis adduntur nominibus* 240
*Epitrochaſmos* 296.629
*Epitrope* 419.507
*Equidem* 636
*Equus Durius* 483
*Eradicare* 170
*Eraſmi nomen magnum* 33
*Erat* 281
*Ergo* 465.516
*Ergo, repletiuum* 655
*Eripere ex crimine* 621
*Eripio* 621
*Erit melius* 428
*Ero, eronis* 600
*Eros vnde dictus* 681
*Errare* 317
*Errare tota via* 228.231
*Erratio* 466
*Erratus* 495
*Error* 466
*Erubeſcere* 185
*Erubuit, ſalua res eſt* 474
*Erumpere* 697
*Erumpere in neruum* 622.623.624. 763.
*Erumpo* 265.269
*Es, Eſto* 478
*Es illi pater* 531

Eſca 431
Eſſe 357.651
Eſſe ab aliquo 127
Eſſe ad 128
Eſſe aliquid alicui cum aliqua 108
Eſſe apud ſe 117.118
Eſſe cum aliquo 139
Eſſe deum 462
Eſſe dies complures 523
Eſſe extra ſe 118
Eſſe in experiundo 514
Eſſe in gaudiis 328
Eſſe in honorem 234
Eſſe in mœrore 162
Eſſe in oculis 254
Eſſe in opere 632
Eſſe in portu 128
Eſſe in probro,& in metu 658
Eſſe in vado 181.182
Eſſe laudi 450
Eſſe rei alicui 447
Eſſemus 263.264
Eſt quod 326
Eſt,pro fingitur 390
Eſt,pro Euenit 536
Eſt illi pater 660
Eſto 367.478
Et 498.606
Etenim,pro At 664
Etiam 66.181.284.436.472.556. 576.581.582.627.
Etiam,pro Adhuc 130.192.659
Etiam,pro præterea 111
Etiam tum 524
Etſi 419.544
Euadere 66.82.458.600
Euado 87
Euaſit huc 261
Euangelia 585
Euellere opinionem 134
Euenire 59.516
Eueniſſe 551
Euenit 567
Euênit mihi incommodè 582
Euênit iter vt eſſet 596
Euentus 567
Euerſa ceruix 711
Euerſa verba 711
Euge 109.375.376.661
Eunuchi 218.699
Eunuchum quem dediſti 277.279
Eunuchus 201
Euocatio 293
Euoluere 285
Euomere 458.459
Euomo 553
Euphemiſmus 84.122
Eupolis 42
Ex,pro Cum 309
Ex animo 169.173
Ex animo aliquid facere 500
Ex corde excedere 540
Ex crimine eripere 621
Ex improuiſo 113
Ex occulto pugnare 295
Ex re eſſe 139
Ex re tua 665
Ex ſententia 585.615
Ex vſu 342
Ex vſu noſtro 557
Ex vſu eſt 565
Ex vſu magis 324.326.328
Exacta fabula 512
Exaduerſum ei loco 598
Exanimatus 71.73.93.109.542
Exanimus 93.542
Excarnificare 387
Excedere è medio 565
Excedere ex corde 540
Excedere ex pueris 69
Exceſſit 168
Exceſſit de medio. 664
Exceſſit ex 62.69
Excerpere 648
Excidere vxore 121.bis.
Excipere 353
Exclamare 472
Excludere 551
Excludere oculum 667
Excludi 539
Excocta 491
Excrucio,cum genitiuo 760
Excruciat me animi 608
Exculpere 699
Exculpere oculum 666
Excurſo ſpatio 494.496
Excurſus 495
Excutere opinionem 134
Exegeſis 275
Exempla 312
Exempla pro pœnis 703
Exempla edere 318
Exemplar,Exemplum 70
Exemplum 156.311
Exemplum capere 150
Exequiæ 66. vnde dictæ 71
Exerceo ſumptum 341
Exercere,pro Fatigare 468
Exercio ſumptum 341
Exercitum dimittere 296
Exhorreo 178
Exigendus 54
Exigere 55
Exigere vitam 554
Exigitur,vel ſtat comœdia 59
Exigo vitam 348
Eximius porcus 519
Eximia pecora 516
Exin 209
Exire 472
Exiſtimo 348.522.595
Exitium 152
Exitum dare 156
Exolues te ſuſpitione 579
Exonero 662
Exoptatus 357.358
Exorare 144.218
Exorator 332.512
Exoriri 527
Exoſſare piſcem 448.451
Expecto 60.68.122.268.418. 443.604
Expectare mortem alicuius 563
Expectati parentes 562
Expectatio 513
Expectatio mali 546
Expectatus pater 417
Expedi verbo 609
Expedire animum 535
Expedire ſe 575
Expedire ſe ærumnis 535
Experiamur hanc 578
Experibere 387
Experiri 444.446.765
Experientia 495.763
Expetere 131.356
Expiſcari 629.764
Explana 629
Explere animum 580
Explere,pro Exinanire 575
Exploratum 337
Exponere 372.373.544
Exporrigo frontem 491.492
Expoſcere ad quæſtionem 580
Expoſtulare 150.155
Expoſtulare iniuriam 152
Expoſtulatio 523
Exprobrare 68
Exprobratio 62
Exprompta memoria 164
Expromptus 166
Expuere 250.252
Expurgare 190
Exquirere 459
Extillare 664
Extinguere formam 599
Extinguere animam 442
Extorquere 458.459
Extortor 629
Extra,pro Præter 758
Extra ſe eſſe 118
Extrahere 608
Extraneus 642
Extrarius 643
Extrema linea 275.bis.276. 698.
Extremis,pro primo 275
Extrudo 523
Extulit 409.410.725
Exulo. 269.

# INDEX.


F

F Pro H. 648
Faba hæc in me cudetur. 243. 245.
Fabrica 713
Fabricam fingere 364.366
Fabula 191.565
Fabula data 511
Fabula vnde dicta 46
Fabula aut agitur, aut ſtat 512
Fabula, & eius partes 409
Fabula exacta 512
Fabula inueteraſcit 512
Fabula noua 512.590
Fabula prima 409.724
Fabula non vno modo ſumitur 170
Fabula ſatyrica 46
Fabula ſtat 511.512
Fabula ſtat fixo talo 591
Fabulę 550
Fabulæ, negantis locutio 140
Fabulæ partes 39
Fabulæ togata, prætextata, attellana, rhyntonica, tabernaria. 39. 40. 45.
Fabulam narrat ſurdo 345
Fabularum genera 39
Fac te. 483.491
Fac te hilarem 492
Fac te huc 644
Fac venias 161
Facere 60.97.105.478.546
Facere abortum 544
Facere ægrè alicui 273.274
Facere benignè 496.bis.
Facere coniecturam 134
Facere coniecturam de ſe 367
Facere contumeliam 774
Facere conuitium 426
Facere copiam ſui 276
Facere cum, pro Conſentire 108
Facere deum 462
Facere dimidium 431.bis.
Facere ex animo 500
Facere facinus 277
Facere finem. 180
Facere fucum 268.269.271
Facerent fugam 295.299
Facere funus 79
Facere homicidium 66
Facere iniuriam 133.569
Facere iniurias 536
Facere inſidias 262
Facere iter 326
Facere ludos 667
Facere ludos, pro Deridere 128
Facere mentionem 254
Facere minus 573
Facere miſſum 151.153.156.580
Facere modos 55
Facere obſtinatè 95
Facere officium ſuum 288
Facere opus 632
Facere palàm 222
Facere periculum 136.140.763
Facere quæſtum 78
Facere rem 429
Facere ſedulò 431
Facere ſumptum 125
Facere teſtes 727
Facere turbas 116
Facere ventulum alicui 268
Facere verbum 82.87
Facere vim in aliquam 296
Facere vorſuram 654
Faces in nuptiis 501
Faceſſat 644
Facetè 254
Facetus 251.364.365
Facies 237.758
Facies cadauerosa 547.548.549
Facies interdum fallit 185
Facies liberalis 259
Facilè 163.bis.
Facilis 494.576.bis.
Facilitas 322.327.372.449.496. 530.
Facillimè agere 459.460
Facillimus 80
Facinus facere 277.280
Facio 53.54.312
Facio æqui boníque 384
Facio cum ablatiuo 145
Facio meam 499
Facit res indicium 557
Factis rectè 325
Faciundum 564
Faciundum fuit 213
Facta 325
Facta tranſacta omnia 96.99
Factum 67.322.550
Factum eſſe 440
Factum compoſitò 652.653
Factum, infectum fieri non poteſt. 669.
Factum muto 61.77.573
Factum nolo 573
Facul 644.647
Facultatem dare 94
Fallacia alia aliam trudit 169.171. 172.
Fallaciam intendere 364
Fallere 84
Falſò 130.617
Falſò, adiectum 580
Falſum 96.99.214
Falſus 119.150
Falſus animi 230.233
Fama 200
Fama non eſt negligenda 770
Fama mali celerior eſt, quàm boni. 199. bis.
Fama, pro infamia 434
Fama, pro laude 70
Famæ bonæ habenda ratio 177.bis.
Fame genitiuus 397.398
Famelicus 230
Familia 440
Familia, pro pecunia 394
Familia pro re familiari 392
Familiariter 66.71.73
Famulatrix 60
Fanda nefanda 507
Fartores 229.231.233
Fateri 283
Fatua nympha 325
Fatui & fauni dij 325
Fatuus 325. bis.
Fauere 54.55
Fauete linguis, vel ore 59
Fauni & fatui dij 325
Fauor in comœdia 591
Fauſtus 194
Faxo 279.337
Faxis 168
Felicitas aduerſa 240
Feneſtram patefacere 362
Ferè 627
Ferè plerunque 598
Ferire 593
Fers canem foras 242
Fermè 98.125
Fero 60.63.66.122.418.714
Fero, pro Patior 117
Ferre 609
Feremus æquo animo 601
Ferre conditionem 642.bis.643
Ferre in oculis 252.254
Ferre inultum 147
Ferre modeſtè 606
Ferre opem 89
Feram poſteriores 495
Ferre, pro obtinere. 328
Ferre, pro Poſtulare, vel pati & ſinere. 180.
Ferri præcipitem 144
Feruere 262
Féruere 461
Feſtinare 277
Feſtinare, pro Perturbari 443
Feſtiuitas 322.327
Feſtiuum caput 433
Feſtiuus dies 322
Feſtus 271
Feſtus dies 265
Fiat 258.393.540
Fictum 214
Fidei alicuius aliquid mandare 102
Fideiuſſor 216
Fidelis 516.597

*Fidem aſtringere* 214.222
*Fidem ſi mihi das* 520
*Fidem eſſe,pro Credi* 657
*Fidem habeat* 216
*Fidem habere* 143
*Fidem ſeruare,tenere,præſtare* 101
*Fidem ſoluere* 152.155
*Fidentia* 183
*Fides* 60.127.163.220.321.422.
596.
*Fides ingenio* 551
*Fides in perſona,& in re* 444
*Fides deeſt* 657
*Fides non eſt violanda* 153
*Fides ſeruanda* 116
*Fides,pro tutela* 100
*Fidibus ſcire* 216.222
*Fidicina* 220.599
*Fidicina,meretrix eſt* 255.315
*Fiducia* 145.185.400.761
*Fidus* 516.597
*Fieret prima producta* 417.422
*Fieri* 386.440
*Fieri ſenes* 668.670
*Fiet ſedulò* 611
*Filium ſuſcipere* 125
*Filius quid patri debeat* 120
*Finctus* 201
*Finem facere* 180
*Fingere* 105.219.392.*bis*.393.*bis*.
394.
*Fingere fabricam* 364.366
*Fingere vultum* 395
*Fingere ſibi vultum* 66
*Firmior* 575
*Firmus* 558
*Flabellum* 269.272
*Flagellum* 242
*Flagitium* 242.392
*Flagitiis nobilitare* 318
*Flagito* 242
*Flamma* 242.392
*Flectere animum* 564
*Flere* 73
*Fletur* 66
*Floccifacere* 237.246
*Floccipendere* 250
*Floccus* 246
*Foci* 297
*Fodere* 554
*Fœdus* 284
*Fœdus,pro Crudelis* 311
*Fœmina* 374
*Fœneratum* 429
*Fœneratum tibi* 636
*Fœneratum beneficium* 636
*Foras duxit ſe* 555
*Foras fert canem* 242
*Foras locito* 504
*Foras quatietur* 242.244
*Forcipes* 599
*Fores* 434
*Fores inſultare* 231
*Foris* 618
*Foris ſapere* 395.721
*Foris nominatiuus* 434.*bis*.
*Forma* 66.98.599
*Forma bona* 71
*Forma liberalis* 79
*Forma quotidiana* 237
*Formam extinguere* 599
*Formidoloſus* 290
*Formoſi* 599
*Formoſa rarò pudica* 100.101
*Fornax* 599
*Fors* 660
*Fors fortuna* 222.543.660.661
*Fors fuat* 564.565
*Forte fortuna* 216
*Fortaſſe* 536
*Fortè* 483.616
*Forteis fortuna adiuuat* 610.611
*Fortitudo iſtæc in neruum erumpet.*
622.623.624.
*Fortuna* 512.543.544.653.660.
705.773.
*Fortuna forteis adiuuat* 610.611
*Fortunæ* 70
*Fortunæ redeunt* 609
*Forum* 598
*Forum Cupedinis* 229
*Foro cedere* 439
*Foro vti* 597.602.758
*Frangere nauem* 92
*Frater* 658
*Fratri ædes* 500
*Fraudare* 594
*Fraus* 359
*Fraus,pro Pœna* 361
*Frequens* 65
*Frequentatiuum verbum* 589
*Fretus* 106
*Fretus vobis* 323
*Frigere* 232.262.*bis*.286.287.
697.
*Friget* 670
*Frigidus* 232
*Frigus* 232
*Frigus nimium calefacit* 213
*Frons pudori ſacra* 298
*Frontis mollis homines* 296
*Frontem contrabo,vel exporrigo.* 491.
492.
*Fructi* 496
*Fructus* 297.367.622
*Fructum reddunt prædia* 645
*Frugalis* 377
*Fruges* 297
*Frugi* 367
*Frugi homo* 506
*Frugi es* 269.270.297
*Frui* 297.337.367.504.*bis*.
*Frumen* 297.504.622
*Frumentum* 297.367
*Fuat* 564.565
*Fucus* 269
*Fucum facere* 268.269.271
*Fugam adornare* 280
*Fugam ornare* 285
*Fugam facerent* 295.299
*Fugere,pro In exilium ire* 436
*Fugias ita,ne præter caſam.*654.*bis*.
*Fugin' hinc* 106
*Fugitare* 358
*Fugitans litium* 644.646
*Fugitiuus* 284.384
*Fugitiuum argentum* 375
*Fuimus Troës* 339
*Fuiſſe* 552
*Funambulus* 514
*Functus officium* 617
*Funda* 297
*Funda pugnare* 295
*Fundere verba* 485.486
*Funditor* 297
*Fundula* 467
*Fundus* 335
*Funem per extentum ire* 514
*Fungor* 335
*Funus* 65.66.*bis*.71.599
*Funeri operam dare* 79
*Funus curare* 79
*Funus facere* 79
*Funus procedit* 71
*Funus,pro iis qui cadauer efferunt vel*
*comitantur* 79
*Fur* 297
*Fures* 701
*Fures,pro ſeruis* 299
*Furcifer* 298
*Furciferi* 145
*Furtum* 296
*Furti ſe alligare* 296
*Furti ſe obſtringere* 298
*Fuſus & colus arma mulierum* 679
*Futilis* 146.147.651
*Futile vas* 145
*Futurum imperatiui* 227

G

G*Allina cecinit* 648.649.
650.
*Ganeo* 402
*Ganeum* 402.447.451.452
*Gannire* 467.468
*Gannitus* 464
*Garrire* 387.388.473.713
*Garrus* 366
*Gaudeam mecum* 519
*Gaudere* 63.192.*bis*.390
*Gaudere gaudium* 198

*Gaudia*

*Gaudia* 321
*Gaudium* 112.192.585.661
*Gaudium lachrymas excutit* 710
*Gaudium perpetuum* 506
*Gaudium gaudere* 198
*Gemens* 240
*Gemere* 73
*Geminare* 423
*Geminatio particularum Ciceroni crebra.* 154
*Genethlia* 757
*Genialia curare* 593
*Genij cuilibet duo.* 602
*Genio indulgere* 594
*Genium defraudare* 594
*Genium defrudare* 593
*Gentium* 534
*Genus* 440
*Gerere morem* 155.429.479.562
*Germanus* 100
*Gerræ* 402
*Gerro* 402.*bis.* 403
*Geſtare in oculis* 252
*Geſtio* 615
*Geſtire* 253.265.*bis.*
*Geta* 47.406.587
*Gladiatores in theatro ſpectabantur.* 513.
*Gladiatorius animus* 664.665.666.
*Glareanus vehementer diſsidet ab Eraſmo* 156
*Glaucopis* 405
*Glaucus* 405
*Glaucus color* 549
*Gloria parta* 249
*Glycerium* 47.48
*Gnaritas* 216
*Gnatho* 202
*Gnatus* 84
*Gracilæ, nominatiuus pluralis* 246.248.
*Grandior* 627
*Grandis* 175.477
*Grandis natu* 477.627
*Grandis puer* 627
*Gratia* 141.623
*Gratia, pro Cauſa* 122.143
*Gratia mala* 647
*Gratiæ aliquid apponere* 105.108
*Gratia eſt & bonæ & malæ rei.* 308.
*Gratiam habere* 289
*Gratiam habere diis* 171
*Gratiam habeo non neglexiſſe.* 595
*Gratiam inire* 265.500
*Gratiam referre* 243.247.289
*Gratitudinis commendatio* 74
*Gratulantur aduentum* 229
*Gratulari* 192.*bis.*390
*Gratus* 249.431.576
*Grauem ſe præſtare* 503
*Grauis* 575
*Grauius* 610
*Grex* 333.334.447.451
*Gynaceum* 661.*bis.*

H

*H, Interdum vim habet conſonantis* 80.86
*H, pro F.* 648
*Ha, ha, hæ* 251.392
*Ha, ha, he* 19.630
*Habeas* 150
*Habere* 257.412.424
*Habeo, pro intelligo* 249
*Habere, pro Eſſe* 453
*Haberi, pro Exiſtimari* 177
*Habet clam me* 568
*Habebat colendum* 627
*Habere domi* 452
*Habere fidem* 143.216
*Habere gratiam* 289
*Habere gratiam diis* 171
*Habeo gratiam non neglexiſſe* 595
*Habere impune* 306.319
*Habere in memoria* 61
*Habere inimicum* 218.223
*Habere intimum aliquem* 222
*Habere iter* 326.328
*Haberi ludibrio* 522
*Habet me hoc malè* 125
*Habere moleſtiam* 212
*Habere partes priores* 223
*Habere aliquam pro vxore* 101
*Habere rem* 216
*Habere rem cum aliquo* 222
*Habere reſpectum* 155
*Habere ſe, varium habet vſum* 116
*Habere ſe ad aliquid, pro Animatum eſſe.* 116
*Habere ſolicitos* 359
*Habere ſpectatum* 180
*Habet* 65.70.78
*Habetur vxor & mulier* 448
*Habilis* 239
*Habitare* 177
*Habitior* 239.245
*Habitudo* 239
*Habitus* 175.421
*Habus* 339
*Hac recta* 465
*Hac* 67.257
*Hac, pro Hæ* 267.271.389
*Hacine* 669
*Hæredem adiuuare* 550
*Hæreditas legitima* 523
*Hæreo* 303.449
*Hærere in parte aliqua* 327
*Hæret in te culpa.* 528
*Hæret lingua* 314.316
*Hæſitas eodem in luto* 655
*Hanc* 442.570.574.628
*Hanc Phanium* 626
*Hanc tuam* 130
*Hara* 648
*Hariolus* 648
*Haruga* 648
*Haruſpex* 21.648
*Has* 168
*Hau.* 279.281.445
*Hau, hau* 444
*Haud inuito* 551
*Haud nihil eſt* 275
*Heautontimorumeni etymon* 331
*Hecyra eſt huic nomen* 511
*Hecyræ etymon* 510.514. *Ab.* 513
*Hegio* 406.587
*Hei* 346.606
*Hei mihi* 488.542
*Helleniſmus* 84
*Heluo* 402.*bis.*
*Hem* 72.82.110.119.120.122.125.160.170.171.174.181.191.274.289.291.296.316.317.349.353.366.374.383.390.433.435.456.458.472.478.539.540.714.
*Hem admirantis* 704
*Hem & Ehem particularum vſus.* 120.121.
*Hephæſtionis verba de carminibus iambicis* 34
*Heptameniai pueri* 559
*Heptameter verſus apud Terentium nullus* 226
*Heptametrum* 526
*Hercle* 109.131.167
*Hercle verò* 383
*Hercle verò ſeriò* 506
*Hercules Omphale ſeruiens* 320
*Herculem iurabant mulieres* 131
*Here, pro Heri* 247
*Here, Heri* 592
*Heu* 346
*Heus* 149.487
*Heus heus* 437
*Hibus* 220
*Hic* 105.117.630
*Hic, pro Talis* 630
*Hic* 671
*Hæc* 671
*Hîc aduerbium temporis* 114
*Hîc* 671.*bis.*
*Hîc, pro Tum* 522
*Hîc viciniæ* 599.603.758
*Hice* 230
*Hicine, prima correpta* 672
*Hilarus* 483
*Hinc* 66.142.472.476.618.643.

*Hinc ciuis* 311
*Hinc illæ lachrymæ* 71
*Hinc illinc* 477
*Hiſce* 232.235
*Hiſce nominatiuus pluralis antiquus.* 233.
*Hiſce oculis* 443
*Hiſcine* 517
*Hoc* 192.416.430.458.610
*Hôc,pro Huc* 421
*Hoc,Hoccè* 30
*Hoc age* 630
*Hoc agere* 430
*Hoc agite* 215
*Hoc illud* 66
*Hoccine* 102.149.152
*Hodie* 30.83.109.141.286.429. 465.476.
*Hoi,hei* 283.284
*Homicidium facere* 66
*Homo* 301.400.600.602
*Homo adoleſcens* 193
*Homo adoleſcentulus* 178
*Homo ſum, humani nihil alienum à me puto.* 338
*Homo emunctus* 648
*Homo frugi* 506
*Homo impurus* 231.232
*Homo nequam* 362
*Homo purus* 232
*Homo perpaucorum hominum.* 250. 253.
*Homo ſeruus* 193.617
*Homines moroſi* 561
*Homines ineſcare* 429.431
*Hominem reſtinguere.* 444
*Homœoteleuton* 227.257
*Honeſta oratio* 74
*Honeſtus* 66.225.257.259.*bis.*
*Honor* 225
*Honos* 318
*Horatij locus* 74.86. *Scire certò.* 196.
*Horreſco* 472
*Hortor* 516
*Horunc, pro Horum* 51
*Hoſpes* 175.643.*bis.*
*Hoſtis* 579
*Huc* 553
*Huc acceſſio* 280
*Huc redde* 296
*Huc reditio* 280
*Huc viciniæ* 64.599.603
*Hui* 296.367.369.383.450
*Huic rei* 463
*Huic viciniæ* 70
*Huius* 219.397
*Huius rerum* 354
*Huius non facio* 422
*Humanitus* 340.*bis.*
*Humanitas quomodo exercenda.* 138
*Humeris demiſſis* 239.243
*Hymen* 500
*Hymenæum,Hymenæus* 499.500 501.
*Hymnus* 500
*Hyperbaton* 294
*Hyperbole* 209.225.238.251
*Hypercatalecticus verſus* 35
*Hypermetri verſus* 58
*Hyphen* 82.84.498
*Hypocoriſma* 160
*Hypophora* 97
*Hypotheca* 646
*Hypozeuxis* 605
*Hyſterologia* 104.361
*Hyſteron proteron* 104.361

I

*I Et E cognatio* 592
*I in fine* 30
*I, non ſemper eliditur ſequente vocali* 85
*I in malam rem* 665
*I præ* 72.306
*Ii imperatiuus* 51
*Iácere omnem aleam* 484
*Iam* 83.110.193.224.258.318. 387.388.422.423.*bis.* 428. 466.626.
*Iam,diſyllabum* 379.502
*Iam diu* 261
*Iam inde ab,vel vſque à* 414
*Iam primùm* 348
*Iambici verſus* 17.57
*Iambici verſus duplex genus* 57
*Iambicorum & Trochaicorum affinitas* 57
*Iambicus pentameter apud Terẽtium nullus* 157.158
*Iambus* 28
*Iamdudum* 93.*bis.*141.252.253. 287.383.
*Ibi* 230.521.494
*Ibi,pro tunc* 671
*Ibi,pro tum* 521
*Id* 67.82.240.283.300
*Id,pro Ob id* 109.113.249.317. 489.542.545.630
*Id nihil puto* 392
*Id operam do* 80
*Id oro* 136
*Id propterea* 119
*Id quod lex iubet* 617
*Id quod res eſt* 425
*Id ſcio* 109
*Id ſuccenſeo* 116
*Id, ſuperuacaneè poſitum* 223
*Idem* 142
*Idiotiſmus* 66
*I'dne verum?* 149
*Idoneum* 542
*Idoneus* 129.168
*Igitur* 209
*Ignauus* 98.216
*Ignis* 599
*Ignis nimius frigeſacit* 213
*Ignis meretrix* 213.219
*Ignorare aliquem* 328
*Ignoratur* 626
*Ile,pro Ille* 57
*Ilias* 38
*Ilice* 235
*Ilicet* 125.209.211.397.455.610. 761.
*Ilico* 7.422
*Ille* 57.103.106.169.273.421. 448.494.
*Illi aduerbium pro Ibi.* 418.420. 598.
*Illi,pro Illic* 302.519
*Illiberale* 476
*Illiberaliter* 476.628
*Illic,pro Ille* 207
*Illicere* 190
*Illicere in fraudem* 193
*Illico* 131
*Illudo* 381
*Illudere* 168.179.663
*Illum vt viuat optant* 494
*Illuuies* 311.348
*Imber aureus* 267.269
*Imbros* 524
*Immemor* 164
*Immemor paſſiuè* 62
*Immeritiſſimò* 617
*Immiſericorditérque* 476
*Immo.*19. *Vide Imò.*
*Immunis* 625
*Immutari non poſſum* 610
*Imò* 19.20.22.470
*Imò habui* 339
*Impartio* 230
*Impedimentum* 148
*Impedire* 148
*Impeditus* 145.146
*Impellere* 131
*Impello,pro Perſuadeo* 768
*Impendeo* 608.612
*Impendiò* 267.270
*Impendiò magis* 269
*Impensè* 250.253
*Impera* 611
*Imperare* 413
*Imperatiuus modus* 127
*Imperatiui futurum* 227
*Impero* 180.243
*Imperitus* 304.420
*Imperitus rerum* 193
*Impertire aliquem ſalute* 234
*Impetro* 104.119.573

*Impingere dicam* 631.765
*Impingere in portu* 128
*Implacabilis* 493
*Implorare* 458
*Impluuium* 270.698
*Imponere manum rebus* 119
*Imponere onus* 189
*Importunitas* 93
*Importunus* 93
*Impos animi* 442
*Impotens* 185.188.189
*Impotentia* 470
*Improuisò* 113
*Imprudens* 155.205.216.372.373. 584.616.645.
*Imprudentia* 205
*Impudens* 160
*Impudentia* 153
*Impulſio* 456
*Impulſor* 391.506.508
*Impune* 550
*Impune habere* 306.319
*Impuriſſimè* 628
*Impurus* 372.424.437.727
*Impurus homo* 231.232
*Impurus, pro Improbo* 445.447
*In* 240.312
*In', per apocopen corripitur* 307
*In amore inſunt* 209
*In animum inducere* 535
*In aurem vtramuis dormire* 352
*In commune conferre* 140
*In commune conſulere* 136.139
*In conſpectum dari* 615
*In diem* 318.319. *bis.*
*In dubio eſſe* 112
*In dubium* 444
*In dubium venio* 431
*In eodem hæſitas luto* 655
*In experiundo eſſe* 514
*In fide ſtare* 102
*In fratris loco aliquem diligere* 102
*In fraudem illicere* 193
*In gaudiis eſſe* 328
*In gloriam alienam transmouere.* 252
*In gratiam reducere* 196
*In honorem eſſe* 234
*In integrum reſtitui* 633
*In, vel ex intimis eſſe alicuius* 140
*In ipſo tempore* 566
*In ipſis nuptiis* 191
*In ius ambula* 664
*In loco* 294.365.507.713
*In malam crucem* 628
*In manu eſt* 554.568
*In manum dare* 99.102.644
*In medio ſtare* 565
*In memoria habere* 61
*In memoriam redire* 656
*In mentem venire* 234.278.400. 597.604.
*In mœrore eſſe* 162
*In neruum erumpere.* 622.623. 624.763.
*In neruum ire* 648.649
*In oculis ferre, vel geſtare, vel eſſe.* 252.254.
*In opere eſſe* 632
*In ore eſt omni populo* 417
*In os laudare* 435
*In pedes ſe coniicere* 609
*In pedes ſe dare* 305.306.307
*In peiorem partem rapere* 409
*In portu eſſe* 128
*In portu impingere* 128
*In portu nauigo* 127.128
*In præſentia* 513
*In probro eſſe, & in motu* 658
*In rem eſſe* 139.519.582
*In ſcopulum inferre* 650
*In ſe admittere* 616
*In ſomnis* 119
*Inſomnis* 119
*In ſpe eſſe* 167
*In tempore* 134.168
*In timore eſſe* 107
*In tranquillo* 321
*In vado eſſe* 181.182
*In viam ſe dare* 305
*In viam reducere, & redire* 87
*In vita* 628
*Inamabilis vnda* 354
*Incendere* 608
*Incenſus, pro Iratus* 666
*Inceptare* 367.380
*Inceptio* 98
*Inceptum* 387.390
*Incerta certum* 512
*Incidit mihi ſuſpitio* 113
*Incipio* 312.320.321
*Incipere* 367.380.403.430
*Incipit initium* 160
*Incipiunda* 611
*Inclementius* 204
*Incogitans* 604
*Incolere vitam inopem* 340
*Incommoda* 614
*Incommodare* 67.80
*Incommodè mihi euenit* 582
*Incontinens* 226
*Incuruus* 240
*Incuſare* 397
*Inde* 412
*Indicare* 209.409
*Indicatiuus pro coniunctiuo* 551
*Indicatiuus pro Imperatiuo* 51
*Indicio ſuo perire* 318
*Indicio erit* 409
*Indicium* 66.318.358
*Indicium res facit* 557
*Indigere* 189
*Indignè* 442
*Indignum* 311
*Indignus* 79
*Indiligens* 477
*Indormio* 488
*Indotata* 444
*Inducere animum* 140.179.180. 187.258.413.519.533.535.
*Induci* 380
*Induciæ* 209
*Inductio* 418
*Indulgentia patrum in liberos nimia.* 87.
*Indulgere* 226.390
*Indulgere genio* 594
*Indulgeo mi* 226
*Indulgeo me.* 224.226
*Indulgere ſeſe alicui* 226
*Induſtria* 169
*Inepta ratio* 448
*Ineptio* 503.630
*Ineptum* 400.448.503
*Ineptus* 96.99.171.226.367. 581.714.725.
*Iners* 145.146.257
*Ineſcare homines* 429.431
*Ineſt in ipſa* 599
*Infectum velle* 6
*Infelix* 96
*Infelix, actiuè ſumptum* 631
*Inferre in ſcopulum* 650
*Inficias ire* 444
*Infinitiui, quum pro imperfecto præterito ponitur, vis* 412.414
*Infinitum tempus* 250
*Infinitus modus* 249
*Infra* 260
*Infra omnes homines eſſe* 259. *bis.*
*Infractus* 240
*Infregit colaphum* 425.727
*Ingenia* 65
*Ingenio fides* 551
*Ingenium* 126
*Ingenium* 70.358
*Ingenium pium ac pudicum* 522
*Ingenium inhumanum* 304
*Ingenium ſic eſt* 597
*Ingenium par* 522
*Ingens* 249.252
*Ingens, plus eſt quàm magnus.* 253.
*Ingens vitium* 230
*Ingenua* 606
*Ingerere mala* 155
*Ingluuies* 310.311
*Ingratiis* 363. *bis.* 663

*Ingratis* 50.224.225.359.361.
363.
*Ingratitudinis deteſtatio.* 74
*Ingratus* 68.224
*Ingraueſcere* 541
*Ingreſſus mare* 546
*Inhoneſtus* 242.245
*Inhumanum ingenium* 304
*Iniicere ſcrupulum* 341.666.774
*Inimicitias capere* 628
*Inimicitias eſſe inter aliquos* 184
*Inimicitias ſuſcipere* 162
*Inimicus* 579
*Inimicum capere* 162
*Inimicum habere* 218.223
*Iniqua æqua* 551
*Iniquè æquè* 533
*Iniquus* 61.120.409
*Inire* 178.623
*Inire gratiam* 265.500
*Inire rationem* 376.625
*Initiare* 757
*Initiari* 593
*Initium vltimum* 275
*Initium incipit* 160
*Initus* 178
*Iniuria* 77.422.664.714
*Iniuriæ propulſatio* 427
*Iniuriam facere* 133.569
*Iniurias facere* 536
*Iniuriam offerre* 574
*Iniuriam reddere* 574
*Iniurium* 517
*Iniuſtus* 61
*Inopinata* 342
*Inops* 425
*Inquam* 161.377.378
*Inque* 389
*Inſania* 90.170
*Inſania amoris* 210
*Inſanio* 503
*Inſanus* 231
*Inſciens* 372.596
*Inſcitia* 372
*Inſcitum* 574
*Inſidiæ* 761
*Inſidiari* 517
*Inſidias facere* 262
*Inſigne* 293.316
*Inſimulare* 627
*Inſiſto* 552
*Inſiſto cum infinitiuo* 545
*Inſiſtere via* 609
*Inſiſtere viam* 246
*Inſolens* 190.193.194.196
*Inſomnia* 224.226
*Inſpicere* 208.596
*Inſtigare* 508
*Inſtituere animum ad cogitandum.*
614.
*Inſto* 380
*Inſto, pro Aſſeuero* 71
*Inſtare viam* 246
*Inſtat factum* 67
*Inſula* 466
*Inſulſus* 325.*bis*.326.327
*Inſultare fores* 231
*Inſunt in amore* 209
*Integer* 410
*Integra* 522
*Integra ab adoleſcente virgo* 522
*Integra ætas* 64.257
*Integra cauſa* 518
*Integrare* 138.158
*Integraſcit* 160
*Integratio* 138.141
*Intellego* 115
*Intelligo* 53.55.242
*Intendere* 165.166.261
*Intendere fallaciam* 364
*Intendere neruos* 238.243.246
*Inter* 151.152.377
*Inter, in compoſitione* 111
*Inter ſe amare* 491.492
*Inter vias* 274.275
*Interbibere* 210
*Intercipere* 210.212
*Interdico* 558.559
*Interea* 64.70.110.241.522
*Interea loci* 62.229.671
*Intereſt* 413
*Intereſt mea* 651
*Interibi* 62
*Interim, pro Repentè* 523
*Interire* 111
*Interloqui* 377.378
*Interminari* 129
*Internecinus* 152
*Internuntius* 232
*Interrogare* 174.336
*Interrogatio in recto caſu, & in obliquo, quid differant* 228
*Interrogationis vis* 622
*Intertrigo* 359
*Intertrimentum* 359
*Interturbo* 151.152
*Interuenire* 166.450
*Intimus* 140.220
*Intimum eſſe conſiliis alicuius.* 140
*Intimum aliquem habere* 222
*Intonſi erant veteres* 303
*Intrimentum* 363
*Intrita* 621
*Intrò* 460
*Intrò me corripui* 542
*Inuado* 540
*Inuenire* 105.224.321.*bis*.389.
402.
*Inuentum curabo, pro Inueniam.*
162.
*Inuenuſtus* 96.584
*Inuerſa verba* 350
*Inuertere* 350
*Inueſtigare* 237
*Inueſtigo* 376
*Inueteraſcit fabula* 512
*Inuitus* 522.610
*Inultum ferre, pro Impune habere.*
147.
*Inuocatus* 323
*Inuolare* 279
*Inuolare in capillum* 303.306
*Inuolare vnguibus alicui in oculos.*
277.
*Inurere malum* 121
*Iocularis audacia* 601
*Iocularium* 169
*Iocularium malum* 171.172
*Iphiclus* 321
*Ipſe* 104.546
*Ipſis placet* 90
*Ipſus* 132.137
*Ipſus, pro Ipſe* 298
*Ipſus eſt* 611
*Ira* 483.489.608
*Ira vnde dicta* 730
*Ira abſcedet* 578
*Ira decidet* 553
*Iram alicuius deriuare in ſe.* 621.
624
*Iram minue* 630
*Ira in puniendo moderanda* 183
*Iræ amantium* 137.552
*Iras eſſe inter aliquos* 140
*Iracundia* 95.483.489.608
*Iracundiam alicuius vlciſci* 608
*Iracundus* 387.397.536.538
*Iratus* 387.397.536
*Ire, pro Spectare* 223
*Ire domum* 598
*Ire domum pergam* 609
*Ire in neruum* 648.649
*Ire infitias* 444
*Ire malam rem* 632
*Ire per extentum funem* 514
*Ironia* 104.122.129.145.150.
181.182.217.239.305.325.457
*Ironia ſemper amara* 482
*Irritare* 665
*Irritari* 141.437
*Irritatus* 614
*Irruere* 295
*Irruo* 464.468
*Irruat ſe* 464
*Is* 97.455
*Is, quamobrem* 451
*Iſce* 232.235

*Iſonomia*

*Iſonomia* 426
*Iſtæc, pro Iſtæ* 563
*Iſte* 54.219.224.242.290.380.387.420.421.491.
*Iſthæc res eſt* 450
*Iſthic, Iſthæc, Iſthoc* 399
*Iſtic* 182
*Iſtic, pro Iſte* 207.350
*Iſtiuſmodi* 451
*Iſtoc vilius* 507
*Iſtorſum* 651
*Iſtuc* 164.564
*Iſtúcne* 301
*Iſtuc rectè* 508
*It viſere* 523
*Ita* 54.84.129.170.185.284
*Ita eſt homo* 419
*Ita res eſt* 222
*Ita me Dij bene amabunt.* 519.125.
*Ita fugito, ne præter caſam.* 654.*bis.*
*Ita, vt* 561
*Itaque* 136.433.526.561
*Ite, miſſa eſt* 761
*Item* 65.413
*Item pro Similiter* 70
*Iter vt eſſet euênit* 596
*Iter facere* 326
*Iter habere* 326.328
*Iter hoc pergam* 523
*Itidem* 531
*Iube, ſecunda breui* 8.502
*Iube comprehendi* 301
*Iubeo* 243
*Iubeo ſaluere* 456.732
*Iubere* 135.137.295
*Iudicare* 557
*Iudice teipſo* 531
*Iudicia vltima* 455
*Iunceus* 239.244.245
*Iuno Lucina* 126.127. *Vide Lucina.*
*Iurandum* 165.166
*Iurgare* 116
*Iurgium* 414
*Iuro* 532
*Ius* 413.422.458.664.*bis.*
*Ius, pro foro ſeu iudicio* 291.*bis.*
*Ius, pro loco in quo ius redditur.* 667.
*Ius Atticum* 602
*Ius meum perſequat* 422
*Ius ſummum* 384
*Ius poſtulat* 426
*Iuſiurandum* 165.423
*Iuſiurandum in ſalutatione* 518
*Iuſiurandum virorum & mulierum.* 132.
*Iuſiurandum dare* 569
*Iuſta iniuſta* 507
*Iuſti, pro Iuſsiſti* 302
*Iuſtus* 60
*Iuuenalis locus* 94

*L*

*L Quandoque eliditur* 6.57
*L, Labaſco* 220.431.728
*Labefactare* 262.*bis.*
*Labefecit* 539
*Labeones* 241
*Labes* 262
*Labia* 240
*Laborat è dolore* 97.101
*Laboratus* 495
*Laborem capere* 184
*Labores capere* 357
*Labos* 538
*Labra* 240
*Labræ* 240
*Lacerare* 516
*Laceſſit prior* 590
*Lache vocatiuus* 572
*Laches* 202.509
*Lacheti vnde nomen* 530
*Lachrumo* 544
*Lachrumo gaudio* 450
*Lachryma* 139
*Lachrymæ coactæ* 211
*Lachrymas excutit gaudium.* 710.
*Lacones* 236
*Lactare* 150.152.153.155.190.193.
*Lacus* 466
*Lædere* 207
*Lædere os alicui* 494.496
*Lætari* 192
*Lætitia* 585
*Lætitia geſtiens* 661
*Lætus* 272
*Lætum eſſe* 265
*Lamentari* 73
*Lanij* 229.233
*Laniſta* 229
*Lapis* 389.*bis.* 391.392.394.527.529.
*Largitas ſubita* 507
*Largitor* 503.504
*Largius dare* 325
*Laſſus* 103
*Látere tecto abſcedere* 376
*Láterem lauare* 608.611
*Latini ſermonis proprietas* 675
*Latinitatem cur interdum nō ſeruent Comici* 31
*Lauare laterem* 608.611
*Lauare peccatum* 664
*Lauatum* 373
*Laudare* 63.266
*Laudare coràm, & in os* 435
*Laudem capere* 311
*Laudi eſſe* 450
*Lautè* 254
*Lautus* 251
*Lectæ oues* 516
*Lectos ſternere* 337
*Lectum eſt* 595.603
*Lectum* 595
*Lectus* 758
*Lege agito* 664
*Lege mea* 638
*Legitima hæreditas* 523
*Legitimæ nuptiæ* 758
*Lemni* 769
*Lemnos* 601.758
*Lemnum, pro In Lemnum* 642
*Lenis, Acer* 615
*Leni animo natus* 532
*Lenitas* 82.449
*Lenitas Simonis* 86
*Leno* 422.426.727
*Lenonia lex* 636
*Lepidè* 254
*Lepidus* 192.251.262.404.575
*Lepos* 192
*Lepus* 251
*Lepus tute es, & pulpamentum quæris.* 253.255
*Leſbia* 47.48.94
*Leuis* 575
*Leuis cauſa* 546
*Leuis ſcriptura* 756
*Lex* 83.600
*Lex connubialis Atticorum* 759
*Lex lenonia* 636
*Libella* 593
*Libenter* 296
*Libenter viuere* 324
*Liberalia* 340
*Liberalis* 66.456.476.606.667.760.
*Liberalis cauſa* 425.426
*Liberalis facies* 259
*Liberalis forma* 79
*Liberalitas* 413
*Liberaliter* 61
*Liberaliter ſeruire* 68
*Liberare metu* 113
*Liberatio* 110
*Liberi* 413.527
*Liberi de vno* 337
*Liberius* 62
*Liberorum artes* 257
*Libertas* 68
*Libertus, Libertinus* 68
*Libido* 106.296.344.530.532.650.

*Libido, pro voluntate honeſta* 532
*Libuit* 296
*Licebit* 275
*Licentia caſtiganda* 712
*Licentia ſumus deteriores* 362
*Licet per ætatem* 420
*Licet per me* 580
*Licia* 190
*Licitum* 122
*Ligare* 491
*Ligurire* 234.309.310
*Limen* 268
*Limis* 268
*Linea extrema* 275.*bis*.276.698
*Lineæ amoris quinque* 242
*Lineis longis aliquid facere* 275
*Lingua hæret* 314.316
*Linquens* 652
*Liptotes* 309
*Liquet* 240
*Liquet, pro Licet* 244
*Liquidæ in verbis geminatæ.* 513.
*Liquidò* 165.*bis*.
*Lis* 414
*Litem fieri* 288
*Lites inter coniugatos* 670
*Lites audies* 611
*Lites ſequi* 175
*Litium deteſtatio* 177
*Litera canina* 675
*Liuius Andronicus* 39.44.45.
*Liuij Andronici tempus* 255
*Locito foras* 504
*Locus* 110.227
*Locus natalis* 593
*Locus ſolus* 117.118
*Locus, pro occaſione* 72
*Locus, pro Tempus* 671
*Locus eſt* 91
*Locum dare* 80
*Locum relinquere* 79
*Locum relictum facere* 79
*Loco* 294
*Loco peiore* 444
*Loco motus* 591
*Loco patris, Loco filij* 100
*Loci communes* 548
*Logi* 637.638.766.*bis*.
*Longè* 413
*Longi verſus* 27
*Longus* 200
*Longius mihi nihil eſt* 201
*Longum eſt, vel eſſet* 201
*Longurius* 277
*Loqui malè* 628
*Loqui optata* 367.369
*Loqui perplexè* 300.301
*Loquitor* 388.504
*Lubens* 106.483
*Lucani locus* 74.77
*Lucilius* 38
*Lucina* 126.127.684
*Lucina ter inuocabatur* 127
*Luctor, luctas* 583.*bis*.
*Luco primo* 491.492.493
*Lucus* 491.493
*Ludere ludum* 267
*Ludere teſſeris* 483
*Ludibrio haberi* 522
*Ludificari* 279
*Ludi* 127
*Ludi Megalenſes* 18.40.55
*Ludi Megalenſes, Funebres, Plebeij, Apollinares* 40
*Ludi Romani, qui & Circenſes* 18
*Ludit piſcis* 448
*Luditur opera* 622.624
*Ludo* 478.479
*Ludo in eodem docti* 529
*Ludo alearum ſimilis eſt vita humana.* 484
*Ludus* 602.623
*Ludus calculorum* 294
*Ludum ludere* 267
*Ludos facere* 667
*Ludos facere, pro Deridere* 128
*Ludos præbere* 319
*Luna* 127
*Lupus in fabula* 461.462
*Lupo ouem committere* 301.*bis*.
*Lupum auribus teneo* 636.637
*Luto in eodem hæſitas* 655
*Lux quid ſignificet* 234
*Lux, maſculini generis* 492
*Luxuria* 73.394
*Luxus* 394
*Lyra & citharæ diſcrimen* 276

M

M. 425
*M non ſemper eliditur* 58
*M, non ſemper eliditur ſequente h.* 86.
*Macellum* 229.*bis*.231.233
*Macerare* 451
*Maceria* 500.501
*Macrologia* 413
*Mactatus* 670.776
*Macula* 504
*Mage* 434
*Magis* 250.470
*Magis, additum poſitiuo* 225
*Magis compoſitus* 309
*Magis elegans* 309
*Magis humanum* 557
*Magis verum* 159
*Magis ex vſu* 324
*Magiſter* 62.83.87.126
*Magiſter, pro Pædagogo* 597
*Magiſtra* 526
*Magiſtrum capere ad rem aliquam.* 87.
*Magni refert* 650
*Magnificare* 533
*Magnus* 215
*Maior* 175
*Maiuſcula quàm* 262
*Mala* 348.426
*Mala improuiſa, grauiora* 123
*Mala ingerere* 155
*Malam rem hinc ibis* 632
*Malè* 280
*Malè, pro Valde* 462
*Malè audire* 630.631
*Malè dicere* 167
*Malè eſt animo* 475
*Malè me hoc habet* 125
*Malè loqui* 628
*Malè velle alicui* 280
*Malè vertat illi* 645
*Maledicere* 170
*Maledicis* 170
*Maledictio* 56
*Malefacere re* 423
*Maleficium* 623
*Maleuolentia* 56
*Maleuolus* 332
*Malignus* 522
*Malùm, Interiectio* 294.297.377.463.464.
*Malum.* 67.71.349.372.381.449.650.664.665.
*Malum dare, vel inurere* 121
*Malum iocularium* 171.172
*Mali expectatio* 546
*Mali fugiendi* 76
*Mancipium* 230
*Mancipia* 424
*Mandare* 226
*Mandare aliquid fidei alicuius.* 102.
*Mane* 65.335.434
*Mane dum* 584
*Mane, Mani* 592
*Manere* 260.267.*bis*.272
*Mani, Mane* 592
*Manibus pedibus* 151.152
*Manibus pedibúſque* 67.72
*Manipulus* 293.297
*Manſuetudo* 415
*Manſuetus* 98
*Manſum* 342.343
*Manu aſſerere* 425.426
*Manu emittere, pro Donare libertate.* 659.
*Manum imponere rebus* 119

Manumiſſio 508
Manus oculatæ 243
Marcellini locus 74
Mare cæruleum 549
Mare ingreſſus 546
Maritus qualis deligendus 76.101
Marſilius Facinus 208
Maſculinum præualet fœminino. 498.
Maſtigia 487
Maſtigiæ 727
Maſtigophori 727
Maſtix 487
Matrimonij lex Attica 759
Matrum amor in liberos 374
Maturare 140
Maturè 309
Mauelim 559
Mauellem 560
Mauolo 559
Mauolet 560
Maximè 590.617
Me 219.321.503
Me habes 648
Me vide 110.648
Ménē? 435.569
Mea 278.439. bis. 444. 584.
Mea intereſt 651
Mea lege 638
Mea tu 278
Mea ſententia 413
Meapte 377
Mecaſtor 518
Mecum 65.240.261
Mecum, pro Me 572
Mecum gaudeam 519
Mecum teſtis 444
Medeor accuſatiuo iunctum 658
Mediaſtinus 316
Medicina 466
Medicorum iactantia 128
Mediocriter 69
Mediocritas 363
Meditatus 618
Medius tenetur 444
Megaleſia 18
Megalenſes ludi 18.55
Mei cauſa 341
Melanuri non guſtandi 703
Melior mens 451
Melius 145
Melius erit 428
Meliuſcula eſt 540
Memini relinqui me 597
Memini videre 119.120
Memor 431
Memoria exprompta 164
Memoriæ interdum nimis fidunt docti. 124
Memoriter 309
Menander 42
Mendaces 143
Menedemus 330
Mens 67.499.680
Mens melior 451
Mentem tentare 278
Mentionem facere 254
Meorum ſolus ſum meus 642
Mera ſpes 601
Mercatus 430
Merea 336
Mereor 336
Mereor, pro Facio 21
Mereri 105.387.425.552
Meretrix 170
Meretrix ignis 213.219
Meretrices peregrinæ 214
Meridie ipſo 491
Meritò 561
Meritò tuo 260
Meritum 255
Meritum ſuauè 618
Meritus 147
Metabaſis 131
Metalepſis 130
Metra quibus Comici vtuntur. 56
Metrum 28
Metuere 600
Metuere ab aliquo 71
Metuentis ob malam conſciētiam ſex ſigna 775
Metuo 65.129.290
Metus 112.192.596.760
Metum accipere 710
Metu amoto 82
Metum depellere, vel abſtergere. 87.
Metu liberare 113
Meum & tuum 492
Meus carnifex 150
Meus ſum 642
Mi 25.73.158.169.186.213. 261.356.372.435.444.503. 528.282.615.
Mi, vocatiuus 244
Mi homo 668
Mi Laches 526
Mictos 410
Mihi 66.265.498.611.667. 668.
Mihi, aduerbium 670
Mihi crede 417
Mihi erat 601
Mihipte 377
Miles inhumanus 518
Miles riualis 324
Miletos 475.479
Mileti 475
Milites deſertores 455
Militia mercenaria infamis 451
Mille 194
Mille, ſubſtantiuum 368
Millies 194
Mimeſis 98.114.115.169.217. 220.238.267.268.601.
Mimi 39.45
Mimus quid 46
Mima 220.259.362.432
Minerua de Iouis capite nata. 403.
Minimè 544
Minimè gentium 273. bis. 671
Minitat 662
Minue iram 630
Minus 83.342.571
Minus feciſſe 573
Minus multo audacter 590
Minus nihilo 639
Minus norat 627
Minus quo, pro Quominus 566
Minus ſecundæ 470
Mira 231
Mirando 192
Mirari 448
Mirari nequeo ſatis, pro Neſcio. 278.
Miror 231
Miror vnde 167.170
Mirificiſſimus 661
Miris modis 523
Mirum 250
Mirum ni 141
Mirum verò 168.172
Miſer 131.250.318.390.478
Miſer fugitando 303
Miſer non niſi innocens 556
Miſera 543
Miſeram me 439
Miſerari 360
Miſerè 250
Miſereri 360
Miſeret 608
Miſericordia 73
Miſericordiæ ara 398.400
Miſeritum 360.363
Miſeritum eſt 543.599
Miſſa 761
Miſſum face 151.153.156
Miſſum facere 580
Mitio 406
Mitte adoleſcentem obſecro 558
Mittere, pro Ceſſare, Deponere 189
Mitto 617.619
Mittere munera 593
Modeſta 502.522

*Modeſtè* 557
*Modeſtè ferre* 606
*Modeſtus* 66
*Modi enallage* 124.233.559
*Modis miris* 523
*Modus multis* 533
*Modò* 149.238.282.324.539.550.
*Modò aduerbium præſentis temporis.* 439.
*Modò,pro tantùm* 361.637
*Modò, pro Tantùmmodo* 596
*Modo non* 602
*Modo non,pro ferè,ſiue Propemodum, vel Tantum non* 602
*Modo meo* 308
*Modo noſtro* 664
*Modorum diuerſorum coniunctio.* 552.
*Modos facere* 55
*Modum habere* 78
*Modum vitæ ſuæ habere* 70
*Modus* 65.67.679
*Modus eſt omnibus in rebus ſeruandus.* 75
*Modus definitus* 645
*Modus infinitus* 249
*Modus motorius* 410
*Modus promiſsiuus* 546
*Modus ſtatarius* 410
*Mœchus* 313
*Mœchorum ſupplicium* 20
*Moleſtiam habere* 212
*Moleſtus* 493
*Molettina* 84
*Moliri* 347
*Mollis* 225.226
*Molliter* 485
*Momentum* 100.611
*Moneo* 54.516
*Monitor* 337.613
*Monodium* 46
*Monometri verſus* 17
*Monſtra* 649
*Monſtri aliquid* 96.99
*Monſtrum* 278.702
*Monſtrum hominis* 282
*Montes auri pollicens* 597.602.758.
*Monumentum* 289.291
*Mora eſt* 80
*Mora in me non eſt* 121
*Moram producere* 146.148
*Morari* 337
*Moratus* 567
*Morbi graues* 539
*Mordere* 254
*Mordet hoc me* 490
*Morigerari* 155
*Morior* 253
*Moroſus* 493
*Moroſi homines* 561
*Moroſi ſenes* 551
*Moroſitas fugienda* 75
*Mors ex ingenti gaudio* 195
*Mortem alicuius expectare* 563
*Mortem obire* 89.92
*Mors occupat aliquem* 102
*Mos cuique ſuus* 633
*More alieno viuere* 79
*Morem gerere* 155.429.479.562.
*Mores* 561
*Mores tolerare* 551
*Moribus alienis obſequendum* 75
*Motum ſimilitudo* 161
*Motoriæ comœdiæ* 39
*Motorius modus* 410
*Motorij verſus* 27
*Motus loco* 591
*Moueri* 131.132
*Mulciber* 416.516
*Mulctare* 299.416.420
*Mulier* 170.244.273.401.529.545
*Mulier ancilla* 178.617
*Mulier, pro Fœmina* 268
*Mulier mulieri magis congruit* 650
*Mulier habetur* 448
*Muliercula* 359
*Mulieres amaræ* 570.571
*Mulieres peregrinæ* 630
*Mulieres in Græcia non diſcumbebãt cum viris* 273
*Mulierum arma colus & fuſus.* 679.
*Multare* 416.420
*Multare factum* 61
*Multimodis* 50.197
*Multus* 194
*Multis modis* 533
*Multo* 131.134
*Multum* 150.372
*Munera mittere* 593
*Munerot* 352
*Munus* 323
*Munychia* 236
*Muſa Attica* 706
*Muſcatum* 269
*Muſia* 518
*Muſica* 756
*Muſica ars* 514.515.591
*Muſicam artem tractare* 590
*Muſicum ſtudium* 333.335
*Muſicus* 332
*Muſsitare* 425.426
*Muſtelinus color* 284.*bis*.699
*Mutare ſententiam* 116
*Mutatio* 566
*Muto factum* 61.77.573
*Mutilare* 516
*Mutili boues* 516
*Mutire* 130
*Mutito* 584.587.756
*Mutuas operas tradunt* 618
*Mutuum* 197
*Myconij calui* 547.548
*Myria* 645
*Myrrhina* 509
*Myſis* 48

N

N *Litera* 622
*Næ* 54.*bis*. 55.105.171.192.231.344.388.390.451.463.466.491.
*Næ,pro Valde* 366
*Næuius* 44.55
*Nam* 55.345.409.523.609.679.
*Nam, pro Autem, vel Deinde.* 99.
*Nam quis* 651
*Nam quæ,pro Quænam* 652
*Nam quid,pro Quidnam* 305
*Nam quod* 609
*Nam quod,pro Quodnam* 760
*Nam,ſubtractum* 592
*Nanciſci* 200.569
*Nanctus* 201
*Nares vnde dictæ* 449
*Narrare* 165
*Narratio conſtituta* 600
*Naſidienus* 24
*Nata oratio* 490
*Natalis locus,vel dies* 593
*Natu grandis* 627
*Natura bona* 239
*Natus abortus* 544
*Natus animo leni* 531
*Natus huic rei* 463
*Natus, pro Conceptus* 115
*Natus è Pamphilo, vel Natus Pamphilo* 135
*Nauem aſcendere* 479
*Nauem frangere* 92
*Nauigo in portu* 127.128
*Nauiter* 209.211
*Nauſiſtrata* 587
*Ne* 163.169.182.210.243.260.606.
*Ne, quum apocopen patitur, quantitas.* 329
*Ne,pro Nedum* 159
*Ne,pro Non* 105.240.605
*Ne id quidem* 239
*Ne non* 665

*Ne obſecrà* 136
*Ne quid nimis* 63.69.72
*Nebulo* 230.233.294.297
*Nec* 169
*Nec nihil* 419
*Nec,pro* Non 87
*Nec opinans* 87
*Nec opinatus* *ibidem*
*Neceſſe* 316
*Neceßis* 316
*Neceßitas* 316
*Neceſſum* 316
*Neceſſus* 316
*Necque,pro* Neque 586
*Nedum* 359.361
*Negat,Ait* 229
*Negatio redundans* 338
*Negatio vacans* 86
*Negatiuæ duæ pro vna* 86
*Negatiuæ duæ & tres* 84 85
*Negligentes* 450
*Negligentia docta* 55
*Nego* 531
*Negotium* 53.56.180.264
*Negotium confectum* 67
*Negotium dare* 58
*Negotium alicui eſſe* 184
*Negotium habere* 184
*Nemeſis* 194
*Nemo* 130.335
*Nemo homo.* 265.325.433.697
*Nemo quiſquam.* 65.81.225.321.516
*Nemo vnus* 325
*Nempe* 67.193
*Neptunus* 489
*Neptuni tridens* 489
*Nequam* 270.451
*Nequam homo* 362
*Neque* 420
*Neque nec* 473
*Neque,pro Et non* 85
*Nequeo mirari ſatis,pro* Neſcio. 278
*Nequeo quin lachrumem* 543
*Nequitia* 360.362.447.730
*Nerui* 247
*Neruos intendere* 238.243.246
*Neſcio* 239.282.537.613
*Neſcio quam* 523
*Neſcio quid* 109.582
*Neſcio quo* 543
*Neſcire,pro* Neſciebat 600
*Neſcis* 169
*Neſcis quod ſcis* 381.382.*bis*
*Neutiquam* 105.521.544
*Neutrum genus* 338
*Neutrum genus fœminino coniunctum.* 96
*Neutrum plurale pro ſingulari.* 538
*Nexi ob æs alienum* 769
*Ni* 260
*Ni,pro* Ne 85.240
*Ni dabo* 225
*Nihil.* 84.*bis*.304.373.449.475
*Nihil,pro* Non. 230.287.323.423.601
*Nihil ad noſtram* 244
*Nihil aliud* 103
*Nihil agis* 504
*Nihil eſt* 430
*Nihil eſt quod* 326
*Nihil mihi longius* 201
*Nihil prorſus* 122
*Nihili pendo* 221
*Nihil quicquam.* 65.544.598.615
*Nihilo magis* 521
*Nihilo plus* 209
*Nimirum* 260.294
*Nimis* 461.478.499
*Nimium* 242.449
*Niſi* 152.296
*Niſi,pro Sed.* 19.20.*bis*.264.365.419.521.534.633.666
*Niſi credo* 300
*Niſi me credo* 463
*Niſi me animus fallit* 375
*Niſi quicquid eſt* 421
*Niſi ſcio* 151
*Nobilis* 345.579
*Nobilitare flagitiis* 318
*Nobis* 413.553.578
*Nocte prima* 582
*Noctes & dies* 152
*Nodum in ſcirpo quærere* 192.194
*Nolo* 119.448.562
*Nolo factum* 573
*Nollem* 707
*Nomina ad aliquid* 439
*Nomina aut hæc aut illa cur ſint perſonis Comicis indita* 47
*Nomina ſeruorum comicorum* 89
*Nomina ſeruorum à natione* 506
*Nominum quæ perſonis comicis imponuntur,ratio* 411
*Nominandi formulæ* 514
*Nominatiuus pro vocatiuo* 622
*Nomine quando aliquem appellamus.* 553
*Nominis proprij appellatione blandimur.* 498
*Nominis proprij expreßio* 84
*Non* 392.490.601
*Non,interrogatiuum* 171
*Non?* 476
*Non,non* 618
*Non clam me eſt* 558
*Non eſt conſilium* 552
*Non eſt de nihilo* 573
*Non eſt quod* 326
*Non facies* 561
*Non facit* 590
*Non iners* 457
*Non malus* 457
*Non me nouit* 424
*Non neglexiſſe habeo gratiam* 595
*Non pœnitet me famæ* 578.580
*Non poſſum* 261.359
*Non poteſt* 105
*Nonnihil* 419
*Nos* 318.444
*Nos,pro Ego* 451
*Noſco* 62.266
*Noſcere* 309
*Noſter* 238.499.504.577.598
*Noſtin'?* 122
*Nothi,non ſunt ciues* 190
*Notus* 302
*Noua fabula* 512.590
*Noua nupta* 483
*Nouum* 482
*Nouum animo* 615
*Noxa* 303.348.533
*Noxæ* 536
*Noxia.* 303.307.533.611.761
*Nubere* 139.568
*Nubendum eſt pari* 769
*Nubes* 568
*Nugæ* 447
*Nulla* 609
*Nulla ſum* 559
*Nulli conſilij* 145
*Nullum, pro irrito* 144
*Nullus,pro non.* 111.112.224.518.525
*Nullus ſum.* 142.*bis*.144.537.567
*Numerus,pro exiſtimatione & authoritate* 327
*Numerus conuenit* 601
*Nummi* 141.231
*Nummus* 371.*bis*.
*Nunc* 210.441.478.556
*Nunc nuper* 141.204
*Nuncubi* 217
*Nunquam.* 113.117.243.325.551
*Nunquam,pro non* 422.440.600
*Nunquam hodie* 465
*Nunquam quicquam* 461
*Nunquam vſquam* 325
*Nunquid vis?* 241.431.532
*Nunquid vis Romam?* 244
*Nunquid me aliud vis?* 242
*Nunquidnam* 93 94
*Nuper* 141.204.207
*Nuper admodum* 338
*Nupta* 772
*Nupta cum illo* 556
*Nupta mecum* 568
*Nupta noua* 483

*Nuptiæ ſanctæ* 501
*Nuptiæ vt ſint legitimæ* 677.758
*Nuptiarum faces* 501
*Nuptiis diem dicere* 71
*Nuptum dari* 107
*Nuptum data* 559
*Nuſquam abeo* 431
*Nuſquam gentium* 463
*Nutito* 587
*Nutribam* 73

*O*

O 97
*O audaciam* 627
*O noſter* 491
*O eleganter in oratione deeſt* 251
*Ob* 145.584
*Ob eam rem* 511
*Ob eam rem?* 506
*Obdo* 270.351
*Obdere peſſulum oſtio* 269
*Obfirmare viam* 550
*Obgannire* 669
*Obiicio* 471
*Obire mortem* 89.92
*Obitus, pro occurſu* 584.585
*Obiurgare* 67.71
*Oblatum* 440.542.543
*Oblatum vitium* 440
*Oblectare* 150.190
*Oblectare ſe in re aliqua* 414
*Oblecto* 412
*Oblectatio* 190
*Obnixè* 67.72
*Obnuntio* 463
*Obolus* 111
*Obſaturabere* 390
*Obſcura diligentia* 55
*Obſecro* 176.300.322
*Obſecrare* 404.456
*Obſecundare* 387
*Obſequi* 63
*Obſequi animo* 414
*Obſequium* 64.679
*Obſequium amicos, &c.* 69
*Obſequor* 479
*Obſera oſtium* 290
*Obſeruantia* 78
*Obſeruare.* 67.72.119.409.410
*Obſeruatio* 409
*Obſeruo* 78
*Obſidere* 481
*Obſitus annis* 227.231
*Obſonare* 420
*Obſonium* 115
*Obſtetrix* 99.126
*Obſtinatè facere aliquid* 95
*Obſtipui* 99
*Obſtringere ſe furti* 298
*Obteſtatio* 135.543
*Obteſtor* 99
*Obticere.* 300.336.393.675
*Obtines antiquum* 175
*Obtinere, pro Retinere* 177
*Obtingere* 762
*Obtigit* 614
*Obtrudo* 535
*Obtrudere* 96
*Obtundere.* 109.265.391.418
*Obturbare* 191
*Obturbare vero* 19
*Obuiam* 143
*Obuiam conabar* 595.601
*Occaſio arripienda* 143
*Occaſionem amittere* 271
*Occepi* 130
*Occido* 464
*Occidunt me* 499
*Occipio* 78.372
*Occipere* 443
*Occupat mors aliquem* 102
*Occupatio* 310
*Ocium, vide Otium*
*Octamenta i pueri* 559
*Oculatæ manus* 243
*Oculi* 478
*Oculi cæſii* 549
*Oculi ad amandum illices* 243
*Oculi parum proſpiciunt* 651
*Oculis hiſce* 443
*Oculis ſuis videre* 285
*Oculum excludere* 667
*Oculum exculpere* 666
*Oculos paſcere* 758
*Oderit ſe* 557
*Odioſum* 548
*Odioſum, pro Odioſè* 546
*Odioſus, pro moleſtus* 665
*Odiſſe* 206
*Odium* 195.520.521.*bis*
*Odium me percipit* 314
*Odium, pro moleſtia* 660
*Odium rei capit nos* 254
*Odorari* 451
*Odorari, pro Reſciſcere* 635
*Odyſſea* 38
*Oe* 648
*Oeconomia.* 93.*bis*.114.125.146.225 242.252.*bis*
*Oedipus* 83 84
*Offendere* 323.348
*Offero, pro Infero* 440
*Offerre iniuriam* 5 4
*Offerri* [illegible]
*Officium* 80.95.[illegible]
*Officium ſuum facere* 2[illegible]
*Officium functus* 61
*Oggannire* 669
*Ob* 498
*Obe.* 391.629.764
*Olet vnguenta* 418.420
*Olfacere* 451.452
*Olfacere, pro Suſpicari* 635
*Olim.* 136.191.536.543.556.636
*Olim, pro Nuper* 99
*Olim ſtetit noua* 589
*Ollum* 181.433
*Omen* 83.85
*Omiſſior* 491
*Omiſſus* 492
*Omiſſus animus* 397
*Omnes omnia* 506.616
*Omnis* 437
*Omnis, priorem corripit natura.* 31
*Omphale* 320.*bis*
*Onerare diem multis commoditatibus* 660
*Onus imponere* 489
*Opem ferre* 89
*Opera* 336.434.528
*Opera, vita erat* 627
*Operam dare* 544
*Operam dare alicui* 231.596
*Operam dare funeri* 79
*Operam meam deputat parui pretij* 581
*Operam tibi dico* 596
*Opera luditur* 622.624
*Operam ludos facere* 128
*Operas tradunt mutuas* 618
*Operæpretium* 89.90.91.92
*Operio & Aperio opponuntur* 572
*Operire oſtium* 657
*Opigena* 127.684
*Opinor* 111.375.475
*Opinionem amouere, euellere, excutere.* 134
*Opitulari* 89.91
*Opitulatio* 89
*Opperibere* 389
*Opperiri* 134
*Oppertus* 638.639
*Oppidò* 529.621
*Oppidum* 113
*Opponere pignori* 646
*Opportunè* 566
*Opportunitas* 127
*Oppreſſit in ipſo articulo* 430
*Opprimo* 92.462
*Opprimere os* 666
*Optare* 174
*Optata loqui* 367.369
*Optatio* 323
*Optatò* 130.135.139
*Optetia* 756
*Optimè, pro Opportunè* 305
*Optimates* 600

Optumè 530
Opus 336
Opus eſt 395
Opus eſt paratò 131
Opus eſſe aliquid 172
Opus eſſet facto 129.133
Opus eſt illam rem 165.572
Opus eſt tranſcurſo 546.548
Opus facere 632
Opera, pro munitionibus ipſis 632
Operum militarium immunes 632
Oraculum 160
Orbarum ius apud Atticos 600
Orno. Ornare fugam 285
Ornare verbis 225
Ornari ex ſuis virtutibus 423.426
Ornati, genitiuus 110.228
Oro. Orare. 99.104.144.404.456 569.570
Oro tecum, pro Oro te 572
Ora me 283
Orare cauſam 617
Orat mihi 601
Oratio. 54.96.117.322.356.372. 512.
Oratio à nomine incœpta 552
Oratio honeſta 74
Oratio nata 490
Oratio pathetica 100
Oratio pura 333.334.bis
Oratio ſenſu congrua, non voce. 206 220
Oratio tenuis 591.756
Orationis ſuccus 616
Orationis defectio 211
Orationi ſubſeruire 166
Orator 332.570
Orcus qui eſt Styx 756
Ordine 313
Ordo. 227.234.313.447
Ordo belli 293
Ore vno, pro Summo conſenſu 646
Oriri 528
Ortus 424
Os 717
Os, pro impudentia 271
Os durum 296.298
Os impudens 301
Os diſtorquere 280.284
Os lædere alicui 494.496
Os opprimere 666
Oſcitantes 82
Oſcitatio 82.680
Oſculum 255
Oſculandi mos 137
Oſſum 50
Oſtendere 566
Oſtendere ſe nuptæ 575
Oſtendere, vel oſtentare ſpem 658
Oſtentus 271.659
Oſtium 269
Oſtium obſera 290
Oſtio peſſulum obdere 269
Oſtium operire 657
Otioſè 422
Otioſus 114.180.308
Otioſus animus 184
Otioſus ab animo 623
Otioſum eſſe 308
Otium 707
Otium & ſumptus 528
Otium damnatur 340
Otium ſequi 415
Ouem lupo committere 301.bis
Oues lectæ 516
Oxymoron 228

P

Pace tua 256.260
Pace quod fiat tua 258
Pacto aliquo 186
Pactum 62
Pædagogus 83.601
Pædagogi olim ſerui 508
Pædagogi pueris adhibendi 75
Pagus 45
Palæſtra 634.635.766
Palàm 129.470
Palàm eſt 222
Palàm facere 222
Palilogia 761
Palliata comœdia 40
Palma 311.590
Palmarium 309.310.311.703
Pamphila 406
Pamphilus 47.48.509
Panis ater 310.bis
Papæ 239
Par pari 610
Par pari referre 253.254
Pares cum paribus 358
Par referre 413
Pars nubendum eſt 769
Paralepſis 606
Paraphora 411
Parare 570
Parare animò 658
Paraſceue 214
Paraſitus 231.233.235.623
Paraſiti Phœbi 236
Paraſitaſter 487
Paraſti te 517
Paratilmus 314
Paratus 163.190
Parce ſodes 656
Parco 490.537
Parectati 69
Parelcon. 60.67.82.84.bis.99.178 217.242.282.283.304.321
Parellipſis 57
Parens 402.455.552.626
Parens vterque 302
Parentes expectati 562
Parentes colendi 187
Parentheſis 136
Parere 702
Párere ex aliquo 134
Párere rectè 556.bis
Párere ſuo tempore 556
Párere, pro Acquirere 176
Párere ſibi beneficium 307
Parta gloria 249
Pariter 213
Parmeno 201.509
Parodia 268
Parœmia 136
Paromœon. 89.95.169.173.198. 294.515
Paromœorum genera 173
Paronomaſia. 89.90.95.169.198 333.441.511
Parſi 534
Pars bona 222
Partem aliquam æqui bonique ſi dixeris. 646
Partes duræ 241
Partes primæ 590
Partes habere priores 223
Partes tuas acturus 659.bis
Particulæ ſuperuacuæ 112
Participia ſine verbis 495
Partium primarum actor 591
Partium ſecundarum actores 592
Partim 512
Partim hominum venerunt 514
Partum 593
Parui retulit 644
Paruipendo 134
Paruò 617
Paruola 436
Parum leno 638
Parum mihi profit 576
Paſcere oculos 758
Paſibula 47
Paſſus 348
Paſſus capillus 599
Paſſus, tria ſignificat 602
Patefecit 539
Patefacere feneſtram 362
Paterfamiliàs 440
Pateretur 342
Pathetica oratio 100
Pathos 66
Pati. 226.290.523.bis
Pati ægrè 419
Patrare 573
Patri an ſit parendum in omnibus. 132

Patriſſare 465
Patrium 415
Patronus 292.455.634
Patrueles 172.550
Paucis 135.169
Paucis te volo 60
Pauere 537
Pauliſper 413
Paulum 169
Paupertas 758
Pauxillulum 592
Pax. 352.353.*bis*.377.710
Pax, pro Tantùm 278.*bis*
Peccare 66.208.590
Peccantium pœna maxima 607
Peccati confeſſio 146.188
Peccatum 206
Peccatum lauare 664
Pecora eximia 516
Peculium 594
Pecunia facta 593
Pecuniam conficere 593
Pedem tetuli 175.176.*bis*
Pedes motorij & ſtatarij 27
Pedum viſa eſt via. 622.624.763
Pedetentim 639.640.*bis*
Peiore loco 444
Peius 360
Pendo nihili 221
Pendere 337
Pendere pœnas 380
Pendet animi 380
Pendet tibi animus 430
Peniculus 297.701
Pentametros iambicos non agnoſcit in Terentio Goueanus. 17.18.157.158.
Penus 238.245
Peperci 534
Pepuli 474
Per 124.174.222
Per annos 502
Per deos 652
Per me 578
Per me licet 580
Per me ſtat 160.162
Per pollucem 129
Per tempus 169.565.*bis*
Perbenignè 478
Percello 74.79.242.244
Percelli ſuſpitione 113
Percipere coniectura 134
Percipit me odium 314
Percontari 174.237.336
Percontor 518
Percontumax 554
Perculſi præteritum an vſquam reperiatur 73.76
Percunctor 518
Percupio 305
Percurrere curriculo 381
Percuſsit animum 73
Perdere 147
Perdidi ſcapulas 597
Perditus 336
Perdoluit 217
Perduco 65
Perduint 387
Peregrè abeſſe 588
Peregrina 67.71.126.127
Peregrinæ mulieres 630
Peregrinæ meretrices 214
Pereo viuus vidénſque. 210.211.212
Perfeci 513
Perfero 63
Perficere. 207.208.218.321
Perficere promiſſum 154
Perfluere 219
Perfortiter 465.467
Perfuncta ſatis ſum 562
Pergo 393.548
Pergere 466
Pergam ire domum 609
Pergam hoc iter 523
Periclitari, pro Experiri 140
Periculum 596
Periculum adire 153.156
Periculum facere 136.140
Periculum factum eſt 763
Perire 111
Perire perpetuò 322
Perire ſuo indicio 318
Perij 317.567
Perimus 443
Periiſti 125.209
Perinthus 56
Periſtaſis 617
Perliberalis 667
Permano 729
Permanare 437
Permiſsio 508
Pernocto 557
Peroccido 464
Perparcè nimium 123
Perpaucorum hominũ homo. 250.253
Perpetua 566
Perpetuò perire 322
Perpetuus 523
Perpetuum 197.518
Perpetuum gaudium 506
Perplexè loqui 300.301
Perquam 465.516.617
Perreptatio 481
Perſcitus 129.131
Perſcribere 664.774
Perſequi 192.422.565
Perſequar ius meum 422
Perſona ſecunda pro tertia 125
Perſona tertia pro prima 82
Perſona protatica 49
Perſonarum ſcenicarum veſtitus 40
Perſpicere 113.305.596
Perſtare 136
Perſuadeo 138.447
Perſuaſio 456
Pertendo 19.211.404
Pertinacia 526
Pertuli 574
Perturbati ſibi excidunt 184
Pernicax 556.557
Peſsi 270
Peſſulus 270
Peſſulum oſtio obdere 269
Peſſum 91
Peſſundare 91
Petere 402.675
Peto 119.383
Petere cibum è flamma 258.259
Petulantia 387
Phædria 201.587
Phaleræ 766
Phalerata dicta 636.638
Phaſma 204.206.207
Phebi 72
Phidippus 509
Philomela 542
Philotis 509.518
Philotium. 509.518.524.526
Philumena. 47.48.509.529.542
Phormio 587.588.600
Phormion 590.591
Phrygia 330.380
Phrygiæ tibiæ 46
Phy 450.452.454
Piget 348.449
Pignus 646
Pignori opponere 646
Pilus 245
Piræo, pro Piræeo 264
Piraum 231
Piræeus 236
Piræus 236
Pyrrhus 294.297
Piſcatores 229
Piſciculi minuti 111
Piſcem exoſſare, vel purgare. 448.451
Piſcis ludit 448
Piſtrilla 466.469
Piſtrina 466
Piſtrinum 84
Pitiſſare 359.361
Pituita 24
Pium ingenium 522
Pius notatur 632
Placeo 513
Placet ipſis 90

Placet

Placet,pro Diſplicet 567
Placet,non ponitur pro Diſplicet 571
Placidus 494
Placitæ 513
Placitum 122
Placo 419.420
Plaga 593
Plagæ 611
Plagipatidæ 236
Planipedia 39.45
Platea 174.175.611.bis
Plaudite 200.587
Plauſtrum bene perculit 242.244
Plautus 39.44
Plauti vitium 39
Plebs 499
Plector 611
Plectrum 611
Plenus rimarum ſum 214
Pleonaſmus 131.623
Pleraque omnia 389
Plerique omnes. 62.63.69.213.606
Ploce 204.206.602
Plorare 73
Plure 644
Plurimùm,pro Plerunque 612
Plurimùm ibi eſt 609
Plus 220.529
Plus eo 546
Plus minúſve 640
Plus ſatis 62.63.213.219
Pluſculus 646
Pœnas debere alicui 303
Pœnas péndere 380
Pœnarum tria genera 312
Pœnitet. 318.336.338.340.606.
707
Pœnitet me famæ 578.580
Poëta 46
Poëta vetus 589
Poëtæ afflantur numine diuino. 676
Poëtarum figmenta quid noceant moribus 267.270
Pol 286
Pollicens montes auri. 597.602.758
Polliceri 145.371.380.544.675
Pollicitatio. 114.131.371.380
Pollicitus 238
Polyptoton 458.611
Polyſyntheton 441
Pone 768
Pone,pro Numera 647
Pone,pro finge 646
Populares 422
Popularis. 22.328.592.757
Populariter 328
Portus eximius 516
Porrò 54.55.56.98.141.165.166
218.261.269.337.389.444.535
bis.578
Porrò,pro Vlterius 389
Porrò autem 450.452.594
Porta 269
Porta vnde dicta 466
Portare 109.609
Porto 64.553
Porticus 467
Portitores 601.603
Portus 466
Portus,pro Domo 467
Poſco 119.371.383
Poſcere 675
Poſcere,pro Spondere ; & pretium offerre 371
Poſt 258
Poſt paulo 544
Poſt principia ſtare 294.299
Poſtea 476
Poſtea loci 671
Poſteriores feram 495
Poſthac 305
Poſtilla 359
Poſt illa,pro poſtea 625
Poſtlo 31
Poſtquam 409.589
Poſtremùm 105
Poſtridie 71
Poſtulo 119.150.383.390
Poſtulare 430.575.580
Poſtulat ius 426
Poſtulatio 523.524
Potaturus 659
Pote 124.434
Poteretur 660
Poteſſe 279
Poteſtatem dare 139
Potica dea 593
Potior 349
Potior cum accuſatiuo. 406.494
496
Potiri 634
Potis 122.124.349
Potiſne 122.124
Potis eſt 629
Potiſſimùm 123.440
Potiſſimus 624
Potitur 496
Potus 524
Præ 180.231.237.243.434
Præ,pro propter 219
Præ manu 508
Præ vt 237.243.247
Præbere benignè 577
Præbere ludos 319
Præbere ſe 498
Præbere ſe æquum alicui 121
Præceps 144
Præcipitare 465
Præcipitem agere 144
Præcipitem dare 646
Præcipitem ſe dare 144
Præcipitem ferri 144
Præcucurri 545
Prædia reddunt fructum 645
Prædicare 189.266
Prædicant 185
Præfinito 519.525
Prægnans 567
Prægnas 570
Præmium 323
Præparare 337
Præponere 63
Præpoſitiones non adduntur aduerbiis 555
Præſagit animus 346
Præſciſſe antè 95
Præſcribo 71.79
Præſens abſens 220.323
Præſens tempus 259
Præſens pro præterito 447
Præſens pro futuro 633
Præſente amicis 277
Præſentes dij 623
Præſenti animo 290.291
Præſentia 240
Præſidium ſenectutis 520
Præſtans animi 233
Præſtare 234
Præſtare ſe grauem 503
Præſto ſum 337
Præſto eſſe 121.620
Præſto eſt 601
Præſtolari 314.316
Præſtrenuè 423
Præter 66.121.185.576.bis
Præter,pro Supra 71
Præter cætera 63
Præter naturam 497
Præteriit 636
Præterire 276
Prætextatæ fabulæ 39.40.45
Præuidentia 82
Prandia & cœnæ in vſu fuerunt antiquis 468
Prauum 449.503
Precari 397
Precari à Diis 141
Precariò 239.247
Precarium 244
Precator 397.398
Preci datiuus 143
precium.Vide pretium
prehendere 110
Pretium 68.145.146.514.bis
Pretij quantiuis 182.183
Pretij verba 426
Pretio meo empta 514.bis

Pridie 71
Prima fabula 409.724
Prima putare 494
Primæ artes 434
Primæ partes 590
Primarum partium actor 591
Primas tenere 592
Primò 598
Primo lucu 491
Primulum 439
Primum 442.570
Primum iam, pro Iam primum 89
Primus 397.463
Principia 297.299.701
Principia, pro loco in caſtris 299
Principio 136
Priſciani lapſus 124
Priſciani præceptor 579
Prius 209
Pro 79.152.315.618
Prò deûm 626.630
Proh deûm fidem 630
Proh fidem deûm 311
Prò Iupiter 166.418
Pro aliquo ſtare 618.620
Pro imperio 609
Pro meo iure 414
Pro, more Græcorum nonnunquam corripitur 58
Pro virgine dari 444
Pro vxore aliquam habere 101
Proba 502
Probare 242
Probè 181
Procare 344.522
Procacitas 387
Procax 344.345.522
Procedere 156.256
Proceleuſmaticus 24.25.57
Procliue 64.161.*bis*
Procliuis 78
Procliuitas 78
Procul, pro Prope 564
Procus 522
Prodeambulare. 485.486.*bis*
Prodeſſe 156
Prodigalitas 508
Prodiorthoſis 83
Prodo 478.568.571
Prodere 372.377.455
Prodere diem 104.107
Producere 145.216.337
Producere diem 466
Producere moram 146.148
Producere ſpe 155
Productores 337
Produxe, pro Produxiſſe. 464.469
Produxi 449
Profectò 136
Profectus 233.235
Profero 446
Proferre 105.519
Proferre diem 108
Proficiſcor 142
Profugere 364
Profugus 364
Profuit 550
Profundere 419
Proh. Vide Pro.
Prohibitio per conceſſionem 420
Proin 209
Proinde 629
Proinde, pro Perinde 632
Prolepſis 473
Prolixè 326.503
Prolixè, pro liberaliter & benignè 328.
Prolixius & melius accipere 705
Prollogus 29.58.59.60
Prologus. 29.39.58.59.60.590.674
Prologus anaphoricus 756
Prologus vnde dicatur 583
Prologus & eius ſpecies 40
Prologus, prima producta. 334.515
Prologi officium 53.56.332.333
Prologium 40.334
Prolubium 507.509
Proluuies 348
Proluuium 507.508.*bis*.509
Promereo 105.106.*bis*
Promereor 71
Promeritis 387.425
Promiſſio 114
Promiſſiuus modus 546
Promiſſum perficere 154
Promittere 380 675
Promoueo 308.571
Promouere 155.160
Promythion 227
Pronomina in ſentētiarū initiis quam vim habeant 105
Pronomina poſſeſſiua ſine nomine prolata 152
Proœconomia 283
Propè adeſt 79
Propédiem 390.498
Propémodum 141.219.610
Propendére 704
Properare 348.351
Propinare 328
Propino 325
Propino, prima producta 328.329
Propitius 414
Propria 659
Proprium. 163.197.*bis*.198.*bis*
Propter 466
Propter, pro iuxta 423
Propter me 316
Propterea quòd 77
Propulſare. 114
Prorſum 413.537.538
Prorſus. 130.238.383.468.491
Proruò 270.*bis*
Proruunt ſe vbi 268
Proſa oratio 238.383
Proſit mihi parum 576
Proſdocia 397
Proſopopœia 98
Proſpicio 478
Proſpicere 290.356.557
Proſpiciam mihi 466
Proſtibula 170
Protaſis 39.40.674
Protatica perſona 49
Protelo 610.611.612 *bis*.761
Protelum 610
Proterrè 363
Proteruè 553
Proteruitas 387.388
Proteruus 367.387.553.714
Prothyſteron 358
Protinam 609.613
Protinam, pro Protinus 612
Protrahere diem 108
Prouidere 88.90
Prouincia 364.602
Prouinciam capere duram 597
Prouinciam tradere, capere, ſuſcipere 365
Prouiſo 197.498
Prouolucre 169
Proxima 240
Proximus. 149 154.155.504.524
Proximus tam de præterito, quàm de futuro dicitur 155
Prudens 210.372.390
Prudentia 142.216
Prulogus, pro Prologus 60
Pruna 492
Publicani 601
Publicitus 664
Pudens 522
Pudent hæc me 484
Pudere 185
Pudet. 348.419.449.579
Pudicitia 630
Pudicitia muliebris 445
Pudicitia dos ſecunda 445
Pudicum ingenium 522
Puditum 122
Pudor. 98.100.149.*bis*.153.188
Puer 70.114
Puer alienus conſequitur 567
Puer grandis 627
Puer, pro filio 133
Puere 274

*Pueri heptameniai, & octameniai.* 559.
*Pueri ſunt rectè inſtituendi, & metu in officio continendi* 75
*Puerorum educatio* 85
*Puerum ſupponere* 207
*Puerus, Puera* 86
*Puerilis ſententia* 665
*Puerpera* 129
*Puerpera balneum* 684
*Pugil* 513
*Pugiles* 243
*Pugna* 513
*Pugna, pro Stupro* 306
*Pugnam dabit* 305.307
*Pugnare ex occultò* 295
*Pugnare funda* 295
*Pugnaueris* 491
*Pugni* 666
*Pugnis* 423
*Pulchrè* 251
*Pulchrè ſobrius* 286
*Pulpa.* 547
*Pulpamentum quæris* 251.253
*Pultare* 362
*Punctum* 611
*Punctum temporis* 608
*Purgare* 190
*Purgare piſcem* 448
*Purgatio rhetorica* 306
*Pura oratio* 333.334.*bis.*
*Purus homo* 232
*Pus* 250
*Putamina* 490
*Putare.* 66.111.296.360.375. 412.410.497.
*Putare prima* 494
*Puto* 122.124.274.276.419
*Putaſti* 650
*Putatores* 490
*Putus* 124
*Pyrrhus* 294.297
*Pythias* 202
*Pythias, primam producit.* 307
*Pythij Apollinis oraculum* 160

## Q

*QVa* 334.478.541
*Qua de re* 82.85
*Quadrati verſus* 27
*Quadrupes* 182.183
*Quæ* 519.544
*Quæro* 64.490.516
*Quære rem* 457
*Quære tibi* 575
*Quære qui tibi reſpondeat* 298
*Quærere* 237.296.359.
*Quærere ſalutem malo* 441
*Quærere ſermonem* 26.262
*Quæreret alium virum* 617
*Quærito* 64
*Quæritare* 359.447
*Quæſo* 103.337.390.490
*Quæſtioni dare* 580
*Quæſtus* 64.224
*Quæſtum facere* 78
*Qualitas remotiua* 570
*Qualitas venialis* 668
*Quàm* 71.220.283.566
*Quàm, pro Quantopere* 758
*Quàm, optandi aduerbium* 343
*Quàm geminatum* 630
*Quam & Tam cum ſuperlatiuo.* 459.
*Quàm familiariter* 79.81
*Quàm longè* 244
*Quàm vellem!* 461
*Quamdudum* 262
*Quàm mox* 499.644
*Quamobrem* 178.316
*Quampridem* 262
*Quando* 129.444
*Quanti eſt* 506
*Quantiuis pretij* 182.183
*Quantum* 88
*Quantum potes.* 182.242.302. 444.478.
*Quantum queo* 302
*Quantus quantus* 449
*Quamuis* 182.436.437
*Quaqua* 158
*Quaſi* 121.597
*Quaſi quum ludas teſſeris* 483
*Quatietur foras* 242.244
*Quem, quem?* 258
*Quem hominem habes?* 567
*Quemquámne hominem* 412.414
*Qui,* 103.157.243.480.600. *bis.*
*Qui correptum ſequente vocali.* 85
*Qui, pro Cui* 50.67
*Qui, pro Quæ* 564
*Qui, pro Quemadmodum* 105
*Qui, pro Quo* 383.384
*Qui, pro Vnde* 537
*Qui pro Vt* 53.104
*Qui dum?* 230
*Qui vocare?* 499
*Quî.* 130.193.258.308.429. 479.490.533.558.600.604. 629.630.
*Quî, pro Quare* 493
*Quia* 165
*Quianam* 165
*Quicquid* 229.550
*Quicum* 558
*Quid.* 93.109.130.178.181.265. 305.433.584.601.
*Quid, pro Quantum* 111
*Quid, pro quare* 285.449
*Quid, quid?* 258
*Quid ad me?* 128
*Quid agam?* 555
*Quid ages?* 621
*Quid nunc agimus?* 296.668
*Quid agitur?* 230.255.447. 499.
*Quid ais?* 392.541
*Quid aliud volui dicere* 259
*Quid commemorem primum?* 322
*Quid eo?* 349
*Quid eum?* 449
*Quid eſt quamobrem* 220
*Quid eſt quod* 326
*Quid eſt, ſi hoc non eſt?* 95
*Quid faciam?* 209
*Quid facias?* 451
*Quid hoc homine facies?* 162
*Quid illi faciemus?* 302
*Quid me faciam.* 471
*Quid faciemus puero?* 568
*Quid illi fiet?* 162.571
*Quid me fiet?* 160.162
*Quid nunc fiet?* 439.611
*Quid fit?* 499
*Quid nunc futurum eſt?* 482
*Quid hoc?* 126
*Quid hominis eſt?* 301.390
*Quid mulieris vxorem habes?* 567
*Quid hoc negotij eſt?* 519
*Quid iſtæc mihi narras?* 579
*Quid iſtic?* 218.243
*Quid iſtuc?* 136.419.444
*Quid iſtuc eſt?* 604
*Quid ita?* 111.311
*Quid ſi nunc cœlum ruat?* 377. 378.
*Quid ſibi* 265
*Quid ſibi vult?* 116.207
*Quid fit?* 434.435
*Quid tibi vis faciam?* 617
*Quid tu ais?* 500
*Quid tu autem* 505
*Quid tua?* 650
*Quid tum poſtea?* 557
*Quid verbis opus eſt?* 599
*Quid vis faciam?* 322
*Quid vult* 113
*Quidam* 64.258.315.474.475. 599.
*Quidem* 499
*Quidem hercle certè* 112
*Quidnam* 231
*Quidni?* 28.240.392.456.465. 596.
*Quidquid* 550
*Quieſcas.* 141.567

*Quieſcere* 54
*Quietus* 650
*Quin.* 88.109.114.224.302.335. 387.389.434.463.516.521.522. 529.636.
*Quin,pro Cur* 630
*Quin,pro Cur non* 494.610
*Quin,pro Etiam* 367.368
*Quin,pro Imò* 296.305.380
*Quin,pro Quare* 431
*Quin,pro Qui* 434
*Quin,pro Quòd* 84
*Quippiam* 122
*Quiritari* 422
*Quis* 161.433.472
*Quis, communis generis.* 284.435
*Quis,pro Qualis* 54.278
*Quis homo eſt?* 629
*Quis mihi es?* 149.154
*Quis tu es?* 149
*Quiſpiam* 304
*Quiſquam* 281.425.472.581
*Quiſquam in fœminino* 242
*Quiſquam illarum* 242
*Quita eſt* 558
*Quo* 119.126.151
*Quo iure,quáque iniuria.* 89.90.*bis* 681
*Quo ore* 378
*Quò abis?* 611
*Quò hinc te agis?* 159.161
*Quò cœpiſti* 424
*Quò non?* 481
*Quoad* 601
*Quod.* 99.209.252.*bis*.323.440. 533.555.
*Quod,pro Quæ res* 254
*Quod,pro Quatenus* 603.759
*Quod, pro Quoad* 227
*Quod erit bonum atque commodum.* 600.
*Quod in te eſt* 254
*Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt* 669
*Quod fauſtum felixque ſit.* 601. 603.
*Quod noſſem* 584
*Quod potero* 363.*bis*.547
*Quod potes* 460
*Quod quidem in te fuit* 478.*bis*
*Quod ſciam* 474
*Quod ſcis, neſcis* 283.*bis*.284
*Quod ſis, eſſe velis* 107
*Quod te* 539
*Quod te oro* 100.541
*Quod vtinam* 606
*Quòd* 436.759
*Quòd ni* 606
*Quod niſi* 759
*Quominus* 566
*Quoniam* 409
*Quoque* 123
*Quoque etiam* 573.576
*Quorſum* 97
*Quorſum iſtuc?* 417
*Quos,pro uales* 350
*Quot homines,tot ſententiæ* 633
*Quot hominum* 172
*Quotidianus* 247.607
*Quotidiana forma* 237
*Quotidie* 341
*Quouis gentium* 393
*Quum* 520
*Quum,pro Præterquam quòd* 608.
*Quum,pro quia* 664
*Quum dabam* 136
*Quum do* 296
*Quum maximè* 520.524


## R


R *Litera* 445
*Rabies* 243
*Rapere in peiorem partem* 409
*Rapina* 447
*Raptio* 447
*Raptus* 447
*Ratio,pro Sententia* 415
*Ratio mea ſic eſt* 413
*Rationem inire* 376.625
*Rationem ſubducere* 495
*Ratione ſubducta* 494.496
*Ratio inepta* 448
*Ratiocinatio* 179
*Re* 130
*Recenſus* 200
*Receptare* 574.576
*Recipere* 196
*Recipe animum* 443
*Recipere ſe ad frugem bonam* 87.
*Rectà* 600
*Rectà,aduerbium* 545
*Recta via* 142
*Rectè* 193.241.540
*Rectè,pro Nihil* 345
*Rectè dicere* 470
*Rectè facitis* 325
*Rectè párere* 556.*bis*
*Reddo* 581
*Reddere.* 114.217.239.289.491. 623.
*Redde huc* 296
*Reddere animum* 106.108
*Reddere effectum aliquid* 162
*Reddere iniuriam* 574
*Reddi* 360
*Reddunt fructum prædia* 645
*Redduco* 29.572
*Redeam,biſyllabum* 31
*Redeunt ad me bona* 174.176
*Redeunt fortunæ* 609
*Redintegratio* 136
*Redire ad ingenium* 413.520
*Redit ad nos* 430
*Redire ad ſe* 146.148.489
*Redire in memoriam* 656
*Redire in viam* 83.87
*Redit res adeò* 595
*Redit ad te ſumma* 623
*Reditio huc* 280
*Reducere animum ad* 140
*Reducere in gratiam* 196
*Reducere,& Redire in viam* 87
*Refello* 531
*Refellere* 601.630
*Refero denuo* 513
*Referre* 413
*Referre gratiam* 243.247.289
*Refert* 130
*Refert magni* 650
*Refert parui* 644
*Refrixerit* 430
*Refutare* 635
*Refutatio* 634
*Regina* 218
*Regnare* 630.631
*Regnatus* 495
*Relatiuum & antecedens* 382
*Releuare alicui animum* 470
*Relictus* 231
*Relictis omnibus* 389
*Religio* 344.345.
*Religio,varia ſignificat* 166. 194
*Religioſi* 195
*Religioſus* 373.374
*Relinire* 359
*Relino* 362.*bis*
*Relinquere* 597
*Relinquere res* 119
*Reliquiæ* 451
*Reliquum* 54
*Rellatum* 590
*Relliquus* 29.58.60.594
*Remedium* 128.608
*Remittere* 178.335
*Remittere,pro Ceſſare* 180
*Remittere quippiam.* 540.541.*bis*
*Remmotus* 513
*Remora* 165.166.237
*Remorari* 165.237
*Remorari commodum* 166
*Remotiua qualitas* 570
*Renumerare* 553
*Renuntiare* 130.*bis*.134


*Repere*

Repere 481
Reperire 609
Reperio 516
Reprehendere 409
Reptare 481
Repudiare conſilium 166
Reputo 122.123.125.274.360
Requieſcere 250.358.392
Res. 84.149.215.216.219.228.336.
424. 429. 431. 490. ter. 491.
578.629.
Res, pro Contentione 606
Res, pro Experientia 494
Res, pro veritate 401.483
Res, relatum ad culpam 616
Res acta 630
Res acta eſt 367.391
Res alias agere 241.245.247
Res ita eſt 222
Res indicabit 258
Res indicium facit 557
Res commodas affero 581
Res adeò redit 595
Res ad raſtros rediit 394
Res relinquere 119
Res ſalua eſt 230
Res ſeruit diuitibus 528
Rei ſeruire 528
Rei alicui eſſe 447
Rei eſt ei minus 616
Rem malam hinc ibis 632
Rem facere 429
Rem habere 216
Rem habere cum aliquo 222
Rem quære 457
Re malefacere 423
Rerum imperitus 193
Rerum ſumma 762
Reſarcio 418
Reſcire 100.523.555.584
Reſciſco 200.468.492.527.534
Reſcribere, pro Reddere, ſiue Renumerare 663.666
Reſipiſcere 159.161
Reſipiſſe 390
Reſiſtere 112.136
Reſpectum habere 155
Reſpectus 155
Reſpicere 152.155.199.445
Reſpicere de improuiſo 119
Reſpicere ſe 155
Reſpiciunt illas Dij 578
Reſpondemus venuſtè per idem verbum quo interrogamur 152.171
Reſpondere 65.458
Reſponſum 160
Reſtare 451
Reſtat 447.503
Reſtim ductare 483.484.485
Reſtis 649
Reſtinguere hominem 444
Reſtitare 280
Reſtituo 581
Reſtituere 217.289
Reſtitui 360
Reſtitui in integrum 633
Rete accipitri non tenditur 622.
624.763
Reticere 300.336.393.675
Retinere 413
Retulit 130
Reuiſo 117
Reuiuiſco 553
Reuolutum eſſe 569
Rex 218.623
Rex, pro Diuite 602
Rhamnus 191.193
Rhyntonica fabula 39
Rhythmatopœi 173
Ridere 492
Ridiculè 568
Ridiculum 126.160.252.
Ridiculus 233
Rimarum plenus ſum 214
Ringi 623.624
Riſus 289.291.bis.700
Riuales 233.234.244.324
Rixoſi 757
Rogare 456
Rogas? 97
Roget quis 261
Rogitare 65
Rogitas? 296
Romani ludi 18
Romanorum in ſeruos humanitas.
68.
Roſcius perſonis vti primus cœpit.
45.
Rubor in vultu 188
Ruere 443.445
Rufinus 208
Rufus 404.757
Rumores differre 332
Ruri 630
Rurſum 413.699
Rurſum, prorſum 537.538
Rurſus 283

S

S Nonnunquam eliditur 6.57
Sacellum 465
Sacrilegus 309
Sæpe 229.622
Sæuidica dicta 612
Sæuus 494
Sal 249.252
Sales 252
Salſamenta 448.452.bis.731
Saltem 104.129.431
Salua res eſt 230
Salue 97.135.315.356.497
Salue mecaſtor 518
Saluere iubeo 456.732
Salutare deos 618
Salutem dicere 234
Salutem quærere malo 441
Salute aliquem impertire 234
Saluus ſis 174
Sanctæ nuptiæ 501
Sanctius 575
Sanctum 499.501
Sandalium 320.321.bis.705
Sanè. 83.93.181.377.466.bis.523.
550.645.
Sanga 202.293
Sanguis 593
Sannio 297.406.701
Sanus 172
Sapere foris 395.721
Sapiens diuinat 569
Sapientia 451.452.485
Sapio 390.630
Sapiunt 623
Sardanapali ſtatua 425
Sat 126
Sat eſt 610
Sat habeo 105
Satago 344.345
Satagere ſuarum rerum 709
Satias 316.317.bis.562.563
Satietas 314
Satietas capit nos 254
Satin' id eſt? 648
Satin' rectè? 177
Satis 372
Satis credo 322
Satis perfuncta ſum 562
Satis pro imperio 609
Satis facit 286
Satiſfactio de iniuria illata.
428.
Satiſfactio plena 147
Satrapes 359.361
Satur 577.579
Satura 268
Satyræ origo. 38
Satyrica fabula 46
Saxum voluere 325.326.327
Scapulæ 602
Scapulas perdidi 597
Scazontes 18
Sceleratus 277
Sceleroſus 277.279
Sceleſtus 145.277.280
Scelus 145.181.277.381.bis.
395.
Scelus, pro ſcelerato 147

*Scena* 46.47.268.674
*Scenicarum perſonatum veſtitus* 40
*Sceptrum regium* 415
*Scibo* 530
*Scibis* 296
*Sciens* 210.372.390.645
*Scilicet* 83.84.193.348.455
*Scin'* 252
*Scio* 62.153.323.540.584 611.
*Scire* 199.523.555
*Scire fidibus* 216.222
*Scirpus* 192
*Scitus* 518.525
*Sciſcitari* 263
*Scita* 599
*Scitè* 380.381
*Scito* 252.516
*Scitum* 574
*Scitum eſt* 343
*Scitus* 129.132.133.231
*Scitus puer* 131
*Scortari* 342
*Scortum* 251
*Scribere* 54
*Scribere dicam* 647
*Scriptor* 409
*Scriptum in animo* 102
*Scriptura* 663.724
*Scriptura leuis* 756
*Scrupulus* 192.194.196.430
*Scrupulum iniicere* 431.666 774.
*Scrupus* 431
*Seclum prius* 228
*Secta* 598
*Secta* 230.233
*Sectari* 230.233.598
*Seculum, pro hominibus* 231
*Secundare* 507
*Secundarum partium actores* 592.
*Secundum, pro Poſt, Congruenter, Iuxta.* 328
*Secundus* 70
*Secus ac* 534
*Sed* 104.106.125.595.611.714 758.
*Sed, pro Ergo* 609
*Sed mane* 151
*Sed videóne ego* 518
*Sedeo* 476
*Seditio* 179
*Seducere* 152
*Sedulò.* 67.130.151.153.216.412. 450.516.630.634.
*Sedulò facere* 431
*Sedulò fiet* 611
*Segnitia* 88.91
*Segregare* 551
*Segregari* 579
*Semper* 60.85.440.546
*Semper lenitas* 82.84
*Sempiternum* 197
*Senarij verſus origo* 27
*Senati* 540
*Senectus ipſa eſt morbus.* 642.*bis.* 767
*Senectus Aquilæ* 364.365
*Senectutis incommoda* 643
*Senectutis præſidium* 520
*Senes auari* 764
*Senes bibaces* 365
*Senes ſunt garruli* 731
*Senes moroſi* 194.551
*Senes fieri* 668.670
*Senex* 281.625
*Senex amator* 505
*Senior* 627
*Senum authoritas in iuuenes.* 629.
*Senum vitia* 124
*Senium qui* 237.243.245
*Senſi* 359
*Senſus quinque* 126
*Sententia mea* 413
*Sententia puerilis* 665
*Sententiam mutare* 116
*Sententia ſtat* 226
*Sententiarum variæ formæ* 69
*Sentias* 606
*Sentio* 451
*Sentire* 186.305.419
*Sentus* 227.231.233
*Sepulchrum* 66
*Sequor* 412
*Sequi* 283
*Sequi lites* 175
*Sequi otium* 415
*Sequimini* 626.701
*Sera* 290
*Seria* 359.362
*Sermo* 272
*Sermo eſt index animi* 711
*Sermonis Latini proprietas* 675
*Sermones cædere. Vide Sermones cedere.*
*Sermones cedere* 350.352.354
*Sermonem quærere* 261.262
*Serranæ tibiæ* 44.46.724
*Seruare* 364.426
*Seruare, pro Obſeruare* 91
*Seruari* 380.381
*Seruat domum, & domi* 294
*Seruit* 424
*Serui vnde dicti* 68
*Serui comici & tragici* 593
*Serui olim pædagogi* 508
*Serui quæ prima virtus* 68
*Serui ſoluuntur* 436
*Seruibam* 73
*Seruire rei* 528
*Seruire liberaliter* 68
*Seruitium* 151.156
*Seruitus* 61
*Seruorum diſciplina* 183
*Seruorum comicorum nomina qua ratione indita* 89
*Seruorum nomina à natione* 506
*Seruulus* 465
*Seruulorum captus* 457
*Seruus homo* 617
*Seſtertius* 371
*Seueritas* 183
*Seuerus* 225.226
*Sex ſeptem* 248
*Sexcenta* 645.647.769
*Sexcenti* 194
*Si* 558.614
*Si, pro An* 264.363.633
*Si, pro Cum* 600
*Si confirmat* 100
*Si, pro Siquidem* 706
*Si dis placet* 308.*bis.*703
*Si eſt vt admiſerit* 616
*Si redierit* 464
*Si ſis* 503
*Si, non Sin.* 446
*Sibi* 250
*Sic* 82.175.176
*Sic eſt ingenium* 597
*Sic mea eſt ratio* 413
*Sic res eſt* 141
*Sic vita eſt* 77
*Sic ſatis* 383
*Sic ſum* 766
*Siet* 327
*Siet, pro Detur* 554
*Signum* 110.185
*Silicernium* 466.468
*Simalio* 293.701
*Similia his, & horum* 256
*Similis es domini* 258
*Simul* 596
*Simo* 48.83.372
*Simulare* 582
*Simulatio* 172
*Si multas* 613
*Simulus* 446
*Sin* 88.90.446
*Sincerum* 218
*Sine* 570
*Sine Cerere & Baccho friget Venus.* 287
*Sine riuali diligere* 234
*Sine modò* 630

*Singulare pro plurali* 538
*Siparium* 40
*Siqua* 470
*Siquando* 252
*Siquidem* 302.710
*Siquidem,prima correpta* 212
*Sirenes* 320
*Sis* 72.238.296.460
*Sisſciens* 169
*Sit* 573
*Sit,pro Videatur* 573
*Sita* 599
*Situs* 60.444
*Siue,pro Vel ſi* 85
*Sobrini* 172.174.550
*Sobrius* 169
*Sobrius pulchrè* 286
*Socordia* 88.91
*Socrus* 533
*Sodes.* 65.70.72.367.370.381.575 732.
*Sola* 528
*Sola ſoli* 540
*Solæ* 439
*Solæ,datiuus* 317.318
*Solæ terræ* 664
*Solers* 257
*Solertia* 259.*bis*
*Solicitare* 359
*Sollicitare* 158
*Solicitatio* 97.342
*Solicito* 186.189.193
*Solicitos habere* 359
*Sollicitor* 569
*Solicitudo* 97.*bis*.123.150.342. 633
*Solicitudines alicui conficere* 156
*Solidè* 198
*Solidum* 150.702
*Solidum corpus* 239
*Solitudo* 100
*Solitudinem odit homo* 198
*Solœcum* 171
*Soluere* 423
*Soluere fidem* 152.155
*Soluere vorſura* 654
*Soluere verſuram* 771
*Solus vos* 528
*Soluuntur ſerui* 436
*Solum vertere* 439
*Solus* 113.294.463
*Solus eſt amico amicus* 640
*Solus eſt,quem diligunt Dij* 200
*Solus,pro Deſertus* 666
*Solus locus* 117.118.*bis*
*Somnia dormientium* 200
*Somniare* 219
*Somniat etiam dormiens* 199
*Somnium* 426.449.637
*Sophrona* 202 300.587
*Sordes* 311.354
*Sordidatus* 348.352.354
*Sordidus* 348.352
*Sorex* 318
*Sors* 431
*Sortem alienã magis miramur quàm noſtram* 607
*Soſia* 48.509
*Soſtrata* 330.406.509
*Spadices* 549
*Spargere* 442
*Spatium* 87.542
*Spatio excurſó* 494.496
*Spectandus* 54
*Spectare* 55.155
*Spectator elegans* 266.*bis*.269
*Spectatus* 65.178.180
*Spectatum aliquid habere* 180
*Speculum* 450.451
*Sperans* 85
*Sperare* 418.419
*Spero* 122.219.*bis*
*Spero,pro Credo* 337
*Spero,pro Timeo* 115.*ter*.
*Spero me habere* 308
*Spes* 107.192.219.322.722
*Spes mera* 601
*Spes me fruſtrata eſt* 113
*Spes nunquam abiicienda* 116
*Spem adimere* 108
*Spem pretio emere* 431
*Spem oſtendere,vel oſtentare* 658.
*Spe cadere* 119
*Spe,à ſpe,de ſpe decidere* 391
*Spe incerta* 512
*Spe producere* 155
*Spoliare* 516
*Spondeo* 384.386
*Spondere* 65.483
*Sponſa* 321
*Sponſa,Sponſus* 65
*Sponſæ quales petantur* 600
*Squalidus* 227
*St.* 52.652.*bis*.653.654
*Sta ilico* 609
*Stare cum aliquo* 616.620
*Stat,vel exigitur comœdia* 59
*Stat fabula* 511.512
*Stat fabula fixo talo* 591
*Stetit olim noua* 589
*Stare in fide* 102
*Stare in medio* 565
*Stat per me* 160.162
*Stare poſt principia* 294.299
*Stare ab aliquo* 620
*Stare pro aliquo* 618.620
*Stat ſententia* 226
*Statur* 230
*Statariam agere comœdiam* 333. 334.
*Stataria comœdia* 39
*Statarij verſus* 27
*Statarius modus* 410
*Statim* 21.656.*bis*
*Status* 268
*Stellio* 281
*Sternere lectos* 337
*Sterquilinium* 637.638.766
*Stertere* 325
*Stillare* 664
*Stipes* 391
*Sto* 159
*Stolidus* 127.364.365
*Storax* 411
*Stomachari* 244
*Strato* 250
*Studeo* 69.77
*Studere* 207.526
*Studuit ab ſtudio* 590
*Studium* 178.513.526
*Studium muſicum* 333.335
*Stultus* 231
*Stupeo* 103
*Stupidus* 511
*Stupratoris ſupplicium* 174
*Stupri conſuetudo* 480
*Stylus* 54
*Styli dicendi duo* 56
*Styx,ſeu Orcus* 756
*Sua pro eius* 568
*Suadere* 447
*Suaſoria loci* 633
*Suat ſuo capiti* 636.*bis*.639
*Suaue meritum* 618
*Suauium* 255
*Suauium,pro Suauitas* 258
*Sub* 122.123.145.360
*Sub,vim habet imminuendi* 765.
*Subagitare* 714
*Subditus* 400
*Subducere* 152.153.273.296.308 494.
*Subducere rationem* 495
*Subducta ratione* 494.496
*Subiectio* 611
*Subiicere* 629.764
*Subita largitas* 507
*Subitò* 609
*Sublati animi* 553
*Sublimis* 182
*Submonere* 266
*Suboleo* 392.393
*Subolet patri* 634
*Subſentire* 360
*Subſeruire rationi* 166

*Subſtare* 196
*Subtriſtis* 122
*Succedere* 156
*Succenſere* 123.397.627
*Succenturiari.* 611.612.*bis*.761
*Succus* 239
*Succus orationis* 616
*Sudare* 768
*Suffarcinatus* 168.171.172
*Suffero* 356
*Sulpitius Apollinaris* 50
*Sum* 402
*Summa rerum* 762
*Summa ad te redit* 623
*Summum* 163
*Summum bonum* 164
*Summum ius* 384
*Summum ſuum impartit* 230
*Summus* 444
*Sumo* 360.409
*Sumo,pro Conſumo* 492
*Sumo,pro Inſumo* 645.647
*Sumere ſupplicium* 148
*Sumptum exerceo,vel exercio* 341
*Sumptum facere* 125
*Sumptuoſa domus* 483
*Smptus* 492.623.645
*Sumptus & otium* 528
*Sunium* 214
*Suo ſibi,pro Suo ipſius* 504
*Suo ſibi hunc iugulo gladio ter* 504
*Suo ſuat capiti* 639
*Superbia* 326
*Superbum veſtrum* 323
*Superbus* 71
*Supereſſe* 597
*Superſtes* 129.131
*Superſtes huic ſis* 402
*Superſtitioſi* 129
*Supinum cum iri* 220
*Suppeditare* 324
*Suppeditare abſolutè,pro Suppetere.* 327
*Supplico* 104
*Supplicium* 186
*Supplicium dare* 212
*Supplicium ſumere* 148
*Supponere* 308.309
*Supponere puerum* 207
*Supremus* 425
*Surdo canit* 345
*Surdo narrat fabulam* 345
*Suria* 518
*Surſum deorſum* 323
*Surſum deorſum curſitare* 231 232
*Suſcipere* 353
*Suſcipere filium* 125
*Suſcipere inimicitias* 162
*Suſcipere prouinciam* 365
*Suſpectare,pro Suſpectum habere* 133.
*Suſpectio* 386
*Suſpectio,pro ſuſpitione* 133
*Suſpectus* 544.561.578
*Suſpiciens,pro Suſpectum habens* 133.
*Suſpiciò,ſecunda ſyllaba producta.* 7. *bis* 30
*Suſpitio* 386
*Suſpitio,ſecunda producta* 113.133 212.580.
*Suſpitio,magnum malum* 471
*Suſpitio incidit mihi* 113
*Suſpitione ſe exoluere* 579
*Suſpitione percelli* 113
*Suſtuli,pro Omiſi* 514
*Sutela* 636
*Sutrina* 466
*Suus cuique mos* 633
*Sycophanta* 176.*bis*
*Syllabica adiectio* 71
*Syllepſis.* 53.54.62.125.129.145. 146.181.182.243.249.278.304 321.419.494.*bis*
*Syllepſis fit multis modis* 420
*Syllogiſmus negatiuus* 136
*Symbolum.* 70.72.*bis*.78.264 679
*Symbolorum conſuetudo* 697
*Synareſes Terentianæ* 18.58
*Synalœpha* 58
*Synapothneſcontes* 410
*Syncerum* 218
*Synchoreſis* 424
*Synecdoche* 111.434
*Syntheſis* 170
*Syntomia* 268
*Syra* 509
*Syriſcus.* 293.297.485.701
*Syrus* 330.406
*Syrmata* 40

T

*Taberna* 447
*Tabernariæ fabulæ* 39.40.45
*Tace* 428.491
*Tacere* 114.115.300.336.393. 675
*Taces* 555
*Taces,pro Tace* 464
*Tacita* 543
*Taciturnitas* 60.257
*Taciturnitas commendatur* 74
*Tædium* 773
*Talentum* 194.*bis*
*Talentum magnum* 646
*Talentum duplex* 769
*Tali* 484
*Talo fixo ſtat fabula* 591
*Tam* 321.436
*Tam,& Quàm* 398
*Tam & Quàm cum ſuperlatiuo* 459
*Tam diu* 606
*Tam paruola* 436
*Tamen* 65.185.267.548
*Tamen idem* 131.*bis*
*Tamen vt pietatem colam* 548
*Tandem* 131.185.217.397.613 761.
*Tandem,pro Aliquando* 618
*Tandem,pro Saltem* 322
*Tandem,pro Tamen* 305.477
*Tangere* 251.424.425
*Tangere vlcus* 648.649.769
*Tanquam,pro Sicut* 231
*Tanquam te* 596
*Tanti* 426
*Tantidem* 425.426
*Tantillus* 465
*Tantiſper* 336.413
*Tantiſper dum* 339
*Tantopere* 470
*Tantum non* 602.603
*Tantum quod* 644
*Tantundem* 239
*Tapinoſis* 230.232
*Tardus* 325.*bis*.327
*Taricha* 731
*Te* 435.503
*Te,pro Tibi* 712
*Te,pro Domum tuam* 581
*Te ipſo iudice* 531
*Te ipſum* 470
*Te cupio* 271
*Tecta* 543
*Tegere* 522
*Temerarius* 93.*bis*
*Temerè* 232.381.584
*Temetum* 93.94.*bis*.278
*Tenuitur* 622
*Temnor* 129
*Temperans* 616
*Temperantiæ commendatio* 287
*Templum* 372.698
*Templum vnde dictum* 269
*Tempus* 131.181.569
*Tempus eſt facilis deus* 712
*Tempus, pro opportunitate ſiue occaſione* 139
*Tempus eſt* 212
*Tempus dum tulit* 562
*Tempus imperfectum* 61
*Tempus infinitum* 250

*Tempus præſens* 259
*Tempus dare* 140
*Tempore* 134.168
*Tempore ſuo parere* 556
*Tempori* 168
*Temporis accuſatiuus* 546
*Temporis punctum* 608
*Temulentus.* 93. *bis.* 94. 278
*Tendere* 273
*Tenditur rete accipitri.* 622. 624.
*Teneo* 78
*Teneo,per Intelligo* 113
*Tenere* 413
*Tenere primas* 592
*Tenetur medius* 444
*Tentare mentem* 278
*Tenuis oratio* 591.756
*Tera* 31
*Terentius pueris amandus* 3
*Terentius multiſcius* 676
*Terentius ab arte commendatus.* 578.
*Terentij commendatio* 675
*Terentij lector aſsiduus Cicero.* 619.
*Terentius ſeipſum laudat* 333
*Terentius reprehenditur* 590
*Terentius defenditur* 676
*Terentius aduerſus Seruium defenſus.* 397
*Terentij commendatio* 3. 38
*Terentij erratum* 281
*Terentij libertas in verſibus* 5
*Terentius licentioſus* 157
*Terentij mors* 37
*Terentij poëtæ duo* 37
*Terentianæ comœdiæ non ſemel atq; iterum legendæ* 675
*Terræ ſola* 664
*Teſſera* 27
*Teſſera* 484
*Teſſeris ludere* 483
*Teſtimonia cæca & manifeſta.* 191.
*Teſtimonij dictio eſt* 617
*Teſtimonium dicere* 762
*Teſtis* 571
*Teſtis mecum* 444
*Teſtes adhibere* 650
*Teſtes facere* 727
*Tetrametri verſus* 17
*Tetuli pedem.* 175. 176. *bis.* 178.
*Thais* 202.219
*Thais genitiuus* 230.235
*Theatrum* 46
*Thenſaurus* 201.204.207
*Theotiſtus Priſciani præceptor.* 579.
*Theſaurus* 201.204.207
*Theſpis* 39
*Thiaſus* 708
*Thlibiæ* 699
*Thraſo* 202
*Thraſones rebus humanis pernicioſi.* 4.
*Threnos* 500
*Thria* 297
*Ti* 25
*Tibiæ Phrygiæ* 46
*Tibi* 164
*Tibi, ſecunda longa* 364
*Tibiæ pares & impares, dextræ & ſiniſtræ* 18.40.44.46
*Tibiæ ſerranæ* 44.46.724
*Tibiis canendi ars olim ſordida.* 259.
*Tibicinis vitam viuere* 232
*Timeo* 65.608
*Timeo tibi* 89
*Timere* 537.600
*Timida ſum, pro Timeo* 573
*Timidus* 275.441
*Timidus,pro Perturbato* 617
*Timidus ,pro Timens* 542. 610.
*Timonis dictum* 33
*Timor* 149.668
*Timor duplex* 100
*Timoris notæ* 761
*Timotheus Athenienſium imperator.* 479.
*Titubare* 350.352.711
*Tmeſis* 63.283.448
*Togatæ fabulæ* 39
*Tolerare* 522
*Tolerare mores* 551
*Tollere* 92.125.372
*Tonſtrina* 598
*Torquere* 458
*Tot* 321
*Totidem* 425
*Totis ſex menſibus* 449
*Tractare artem muſicam,* 590
*Tradere* 589
*Tradere de manu in manum.* 102.
*Tradere prouinciam* 365
*Tradunt operas mutuas* 618
*Traduco* 591
*Tragœdia* 39
*Tragœdia vnde dicta* 38
*Tragœdia dicata eſt Libero patri.* 164.
*Tragœdiæ inuentor* 38
*Tragœdiæ & Comœdiæ differentia.* 39. 45.
*Tragœdiæ in tria diuiſio* 439
*Tralatum* 589
*Tranquillitatem video* 326
*Tranſcurrere* 290
*Tranſcurſo opus eſt* 546.548
*Tranſdere* 589
*Tranſduco* 591
*Tranſeas* 261
*Tranſire* 532
*Transferre culpam in aliquem.* 115. 116.
*Tranſlatio cauſæ, vulgò color.* 617.
*Tranſlatio nimis anxia improbatur.* 208.
*Tranſlatione in omni tria ſunt ſeruanda.* 208
*Tranſlatum* 589
*Tranſmouere in gloriam alienam.* 252.
*Trepidatio* 537
*Tria verba, pro paucißimis.* 646. 769.
*Tribrachys loco vltimo* 485
*Tribulis noſter* 452
*Triclinium* 337
*Tridens Neptuni* 489
*Triduo perpetuo, vel triduum.* 460.
*Trimetri verſus* 17
*Triſtis* 182.183.268.272.494
*Triſtitiam afferre* 94
*Triumphare* 252.254
*Triumphatus* 495
*Trochæus* 28
*Trochæus in Iambico* 363
*Trochaici verſus* 17.57
*Trochaicorum & Iambicorum affinitas.* 57
*Truculentus* 494
*Tu* 669
*Tu correptum* 157
*Tu mulier* 527.529
*Tuber* 431
*Tum* 178.204
*Tum,pro Præterea* 97
*Tum autem* 237
*Tumulti* 540
*Tundere* 520
*Turba* 93.94.115.311.346.513
*Turbas dare* 280
*Turbas facere,efficere,commouere* 116
*Turbare* 566
*Turpari* 527
*Tute* 165.439
*Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum* 621.623
*Tutemet,Tutemetipſe* 439

*Tuum eſt* 156
*Tuus eſt* 200

V

*V, Conſonans interdum eliditur.* 6.25.57.
*V geminatur poſt Q* 54
*V pro Y* 518
*Vacuus* 162
*Vacuus,pro otioſo* 162
*Vadum* 182
*Væ* 103
*Vagiens* 555
*Vagio* 559
*Vah.* 142.160.356.390.445.468. 714.730.
*Vale* 219
*Vale in biduum* 220
*Valeant* 158.160
*Valeas* 472
*Valet* 358
*Validus* 93.550
*Vallus* 487
*Vanum* 214
*Vas futile* 145
*Vaticanus* 559
*Vbi* 110. 181. 217. 252. 287. 325.*bis.*
*Vbi ego hinc abiero* 603.604
*Vbi,pro Alicubi* 414
*Vbi,pro Quando* 250
*Vbi ſi* 414
*Vbi vbi* 158
*Ve* 170.359
*Vecordia* 158
*Vecordia primam corripit* 157
*Vectis* 297
*Vectus* 249
*Vehemens* 359
*Vel* 387.*bis.* 516
*Vel, pro Etiam* 129.601.666
*Vel rex* 249
*Velim* 477
*Velis nolis* 507
*Velit ſibi* 206
*Velle* 135
*Velle malè alicui* 280
*Vellem quidem* 615
*Veneficus* 277
*Venenum,amor* 277
*Venetus color* 549
*Venia bona* 629.631
*Venialis qualitas* 668.669
*Veniam dare* 186.503
*Veniens,pro Iens* 120
*Venio in dubium* 431
*Venire in mentem* 234.278.400. 597.604
*Venter* 775
*Ventos agere* 443
*Ventulum alicui facere* 268
*Ventres* 664
*Venus* 286
*Venuſtus* 66.584
*Verbena* 164.*bis.*165.*bis.*
*Verbum* 62.95.218.504
*Verbum frequentatiuum* 589
*Verbum,pro dicto* 218
*Verbum pro Prouerbio* 286
*Verbum, pro Sententia* 62. 119.
*Verbum verbo* 610
*Verba* 210. 217. 289. 291.504. 766.
*Verba anomala* 170
*Verba pretij* 426
*Verba bona quaſo* 84.85
*Verba commutare* 117.544.546. 768.
*Verba ad rem conferre* 289. 700.
*Verba dare* 89. 90. 91. 205. 286.
*Verba euerſa* 711
*Verba fiunt mortuo* 668.669
*Verba fundere* 485.486
*Verba inuerſa* 350
*Verba tria* 769
*Verbis meis* 571
*Verbis ornare* 225
*Verbis quid opus eſt?* 599
*Verbo expedi* 609
*Verbum facere* 82.87
*Verè* 340
*Verecundia* 149.188
*Vereor* 129
*Vereor,pro* Neſcio 277
*Vereri ab aliquo* 141
*Veritas* 64.172.679
*Veritas amanti moleſta* 106
*Veritas odium parit* 72.75
*Verò* 193. 213. 281. 283.305. *bis.* 308.309.377.536.
*Verſari* 155
*Verſuram ſoluere* 771
*Verſus catalecticus, brachycatalecticus, hypercatalecticus, acatalecticus.* 35
*Verſus curti* 27
*Verſus decenarios ſeu denarios agnoſcit Eraſmus* 10
*Verſus denarios & pentametros negat eſſe in Terentio Goueanus.* 18.157.158.
*Verſus heptameter* 526
*Verſus heptameter nullus apud Terentium.* 226
*Verſus hypermetri* 58
*Verſus iambici, trochaici, monometri, dimetri, trimetri, tetrametri.* 17.27.57.
*Verſuum Iambicorum & Trochaicorum affinitas* 57
*Verſus longi* 27
*Verſus motorij* 27
*Verſus quadrati* 27
*Verſus ſenarij origo* 27
*Verſus ſtatarij* 27
*Verſuum comicorum differentia.* 42.
*Vertant bene dij* 482
*Vertat illi malè* 945
*Vertere* 204
*Vertere vitio* 59
*Vertere ſolum* 439
*Vertumnus* 424.482.523
*Verum* 278.565
*Verum?* 318
*Verùm* 241.244
*Verùm, pro Verè* 463
*Verus* 119
*Verus color* 239
*Veſpere,veſperi* 592
*Veſtis virum facit* 699
*Veſtitu datiuus* 414
*Veſtitus perſonatum ſcenicarum.* 40.
*Veſtratum,pro Veſtrum* 529
*Veſtrorum, pro Veſtrum* 527
*Veterator* 123.124.392
*Veternoſus* 281.284.285.699
*Veternus* 384
*Vetulus* 281
*Vetus* 53.281.284.332
*Vetus poëta* 589
*Via* 122.133.234
*Via tota errare* 228.231
*Viam affectant* 664
*Via inſiſtere* 609
*Viam inſiſtere, & inſtare* 246
*Viam obfirmare* 550
*Via pedum viſa eſt.* 622.624. 763.
*Viceris* 186
*Vices* 232
*Vici* 467
*Vicinia* 335
*Vicinitas* 335.338
*Vicinus* 524
*Viciſſim partes acturus* 659
*Viciſſitudo rerum* 230.232
*Victus* 64.359.530
*Victus athleticus* 243
*Vide* 349.377.627
*Vide ſecunda breui* 8
*Vide quid agas* 224.623
*Video* 25

*Video*

Video mihi,pro Prouideo 608
Videas te,atque illum 628
Videlicet 348.455.459
Videlicet,pro Certè 458
Vidén' 145
Videndum eſt 377.573.754
Videns pereo 210.211.212
Videre 165.210.523.540
Videre ſuis oculis 285
Videre, pro experiri 496
Videre, pro Prouidere 111
Videre, pro Prouidere, vel Curare. 125.
Videtur 309
Viere 281.284
Vietores 281
Vietus 281.284.285
Villa 275.383.466
Villa ruſtica 275
Villum 487
Vimenta 281
Vimina 281
Vincere 187
Vincibilis 611
Vindicta 147
Vinum 286.287
Vinum,lac Veneris 288
Vinum aſperum 359
Vini vſus immodicus 94.362
Violenter audio 651
Vir 122.238.372.484.555.558.
Vir,pro Marito 102
Virum te iudico 465
Virgilij locus 86
Virgiliani aliquot loci 353
Virgo 458.475.545
Virgo,de corrupta 471.482
Virgo ab adoleſcente integra. 522
Virtus 591.699
Virtus per ſe expetenda 496
Virtutes 325.461
Virtutes,pro flagitiis 423
Vis 413
Vis boni 599
Vi 239
Vi,clàm,precariò 239
Vi coactus 611
Vi factum 243
Vim facere in aliquam 296
Viſa 255.622
Viſa vox 537
Viſere 523.540
Viſo ad 539
Viſo id 135
Viſus 126
Vita 397.444.605.628
Vita clemens 412
Vita humana ſimilis eſt alearum ludo. 484
Vitam deorum adepti ſumus. 378.
Vitam inopem colere 341
Vitam exigo 348
Vitam exigere 554
Vitam inopem incolere 340
Vitam inſtituere,& dirigere 77
Vitam tibicinis viuere 232
Vitam vixi 494
Vites 281
Vitis vua tres 94
Vitium 511.522
Vitia agitare 380
Vitio dare 54.59
Vitium oblatum 440
Vitio vertere 59
Vituperare 54.59
Viuo 25
Viuere alieno more 79
Viuere libenter 324
Viuus pereo 210.211.212
Vixerunt 339
Vixi vitam 494
Vixit, dum vixit bene. 550. 553.
Vix 257.356.442.535.593
Vix,pro Non 628
Vix tandem 613
Vlciſci iracundiam alicuius 608
Vlciſcor te 147
Vlcus tangere 648.649.769
Vllus 425
Vltimum initium 275
Vltima iudicia 455
Vltima platea 611
Vltro 229.470
Vltro citro 323
Vltronea 224
Vlyſſes allatus 40
Vlyſſi,genitiuus 404
Vnà mecum eas 470
Vncia 593
Vnciatim 593
Vnda inamabilis 354
Vnde. 170.205.214.219.441. 450.542.
Vnde vnde 158
Vnde is? 238
Vnguenta olet. 418.420
Vnguibus inuolare alicui in oculos. 277.
Vno ore 70
Vno ore, pro Summo conſenſu. 646.
Vnus 66.250
Vocalium contractio 6
Vocator 337
Vocatus & innocatus deus aderit. 326.
Volo 119
Volare 547
Voluere ſaxum 325.326.327
Voluntas,pro Fauore 591
Voluntate cogi 611
Volup 644.647
Volup eſt 645
Volupe 768
Volupia 768
Voluptas 31.161.192.221
Voluptas eſt inſuauis, niſi ſit cui eam narres 198
Vorſura ſoluere 654.655.bis.
Vorſuram facere 654
Vos, pro Te 528
Vox 246
Vox viſa 537
Vragus 701
Vro hominem 230
vrere,pro Angere 254
Vſpiam 412
Vſpiam abſum. 411
Vſquam 325
Vſque 103.256.257.bis. 464. 467.475.546.
Vſque à 508
Vſque antehac 103
Vſque vt 224
Vſque,aduerbium 429
Vſura 506
Vſus 336.707
Vſus & experientia 495
Vſus facto 537.538
Vſus venit 636.637
Vt, 53.237.358.367.471.477. 520.558.575.
Vt,variè vſurpatur 650
Vt,pro Ne 98.101.472
Vt,pro Ne non 99.109.117.159. 190.519.531.596.
Vt,pro Non 664
Vt,pro Si 69
Vt,pro Vtinam 243.387.481. bis.
Vt,cum verbo Metuo 193
Vt fert natura 169
Vt ſit 222
Vt bene ſit tibi 601
Vt homo eſt 419.451
Vt ne 105.159.186.252.310.606. 618.
Vt nihil ſupra 79
Vt quimus, quando vt volumus non licet. 177
Vt ſatis 372
Vt ut 158.391.431.472
Vtcunque 166
Vterinus 100

*Vterque* 136
*Vterque parens* 302
*Vterque vtrique* 656. *bis.*
*Vterque alteri eſt odio* 656
*Vti aliquo æquo* 121
*Vsi* 53.630
*Vtin'* 516
*Vti foro* 597.602.758
*Vtinam* 175.458
*Vtinam ne* 605
*Vtor* 490.506
*Vtrum* 448.645
*Vtrúmne* 283
*Vuæ tres in vite* 94
*Vulcanus cur Veneris maritus.* 288.
*Vulgo* 712
*Vulgus* 142
*Vultum fingere* 395
*Vultum ſibi fingere* 66
*Vultuosè* 105
*Vultus* 66.720.758
*Vxor vnde dicatur* 521
*Vxor abducitur* 575
*Vxor accerſitur* 575
*Vxor habetur* 448
*Vxore excidere* 121.*bis.*
*Vxorem accipere* 99
*Vxorem accipit filius familiæ.* 600
*Vxorem dare* 600
*Vxorem alicui committere* 101

Z

*Zeugma* 60.129.205.269. 502.
*Zeugma à ſuperiori* 659
*Zeugma ſecundum.* 616

FINIS.

PARISIIS,
EXCVDEBAT BENEDICTVS PREVOTIVS
via Frementella, ſub inſigni Stellæ aureæ, ad clauſum
Brunellum, impenſis Ioannis de Roigny,
decimoſeptimo Calendas Decembris, Anno
1551.

